Narodna in univerzitetna knjižnica
v Ljubljani
77453

1796





PATRIS INSOMNIVM

GALENI

OMNIA QVAE EXTANT OPERA

In latinum sermonem conuersa.

IVNTARVM QVARTA EDITIO.

Pro qua illustranda quid actum sit, tum ex præfatione, tum ex librorum Indice deprehendes.



VENETIIS M D LXV.



CRISIS PRAECOGNITIO



GALENI DOCTORES



AMANTIS DIGNOTIO



HEPATICI COGNITIO



PALESTRITE CVRATIO



DISCEPTATIO CVM ALEXANDRO HABITA

II 77453

0300302 71

THOMAS IVNTA
MEDICINÆ STVDIOSIS

QVàm duram, & arduam prouinciam ſuſceperimus, Medicinæ ſtudioſi, dum vobis bonorum librorum copiam ſuppeditare contendimus, eos non ignorare certò ſcio, quibus huius temporis ſtatus, & conditio expenditur. vetus tamen inſtitutum noſtrum tuemur; neque nos quicquam deterrere poteſt, quin ad bonarum artium, & literarum ſtudia iuuanda acriori ſemper ſtudio laboremus. hoc autem quàm religioſe hactenus præſtiterimus, cum id iam late pateat, non eſt locus, vt modo fuſius demonſtremus: de Galeni tantùm libris pauca libet præfari. Huius grauiſſimi ſcriptoris opera, quæ deprauata, ſparſim antea vagabantur, parens noſter LVCAS ANTONIVS primus omnium & collegit, & redegit in ordinem; innumerisq; erroribus expurgata, & multis, quæ nondum in latium venerant, latinitate donatis aucta, ſummo doctorum virorum, & Europæ totius plauſu typis euulgauit. Patre autem vita functo, nos patris exemplo ad Galeni ornandos libros ita ſumus animati, vt, ſecundò, & tertiò eandem prouinciam aggreſſi fuerimus; ac dum, quæ vetuſtate erant deperdita, vndiq; recuperare, accitis doctiſſimis viris latinitate donare, & veteres conuerſiones ad Græcos codices expolire ſumptu maximo contendimus: Galeni opera ad minime contemnendam elegantiam peruenere; noſtramq; induſtriam hac in re apud exteras etiam gentes fuiſſe probatam, cùm aliorũ complurium, tum uero CONRADI GESNERI optimarum artium, & doctrinæ præſtantiſſimi teſtimonio ſenſimus. Cæterum nunquam ſuus eſt humanæ diligentiæ terminus. Videre quotidie eſt omnibus artibus, quas ad ſummum excellentiæ apicem peruenijſſe credideris, vi tamen ingenij, aliquid ſplendoris, & ornamenti accedere. quod ſanè & in hac noſtra arte plurimum vſu venit. Nam & ſi ſecunda, & mox etiam tertia, è noſtra officina Galeni operum diuulgatio ijs prodiere auſpicijs, vt nihil maius expectari poſſe videretur: eſt tamen in his ipſis animaduerſus locus illuſtrandi rurſum multa, & ad maiorem meliorem q; frugem promouendi. quæ res ita nos excitauit, vt, quando labores noſtros ſapientibus viris adeo gratos eſſe intelligimus, acriori denuo ſolicitudine, maioribus repetitis impenſis & laboribus, idem opus & magnum, & arduum tractandum ſuſceperimus; quod nunc, DEO fauente, in publicum proponimus. Quid autem hæc QVARTA NOSTRA EDITIO ſuperioribus præſtet, apertum cuique ex earum collatione eſſe poteſt. Sanè in hoc potiſſimum enixè elaborauimus: vt propemodum vniuerſæ tranſlationes emendarentur. Nam, quum in ſuperioribus, non ſolùm noſtris, ſed etiam aliorum editionibus

multa adhuc, græcorum fortasse codicum vitio, obscura, vel etiam mutila relicta esse intelligeremus, hìc omni studio operam dedimus, vt meliora omnia legerentur. Adhibitis enim viris non literarum modo græcarum, ac latinarum, sed etiam rei Medicæ, ac Philosophiæ doctissimis, omnia ferè ad examen reuocari, & accuratius castigari curauimus. Præstitere in hoc fidem suam, & diligentiam VICTOR TRINCAVELIVS, IVL. MARTIANVS ROTA, IVNIVS PAVLVS CRASSVS, IVLIVS ALEXANDRINVS, VIDVS VIDIVS, AVGVSTINVS GADALDINVS, ALEXANDER IVSTINIANVS, & IACOBVS ANTONIVS MARISCOTTVS, qui et huic quoq; editioni, adhibita summa diligentia, præfuit. Ab his tum sua, id est ab ipsis translata, tum aliena ferè omnia recognita sunt, et ad incudem reuocata. multam vero operam, et magnum studium in hanc rem contulit Gadaldinus, quo ueluti duce hæc suscepta est, et obita prouincia. In hoc autem maximo labore diuina liberalitas ita nobis affulsit, vt vetustissimorum græcorum codicum ex nobilioribus maximeq; probatis bibliothecis tam opportunè nobis locuples copia facta sit, ut inde plurima, et perq; obscura loca illustrari potuerint. quæres q; diligenter sit effecta, tum nouæ ab eodem Gadaldino adiunctæ margini adnotationes, tum multa in ipso contextu passim interposita declarant. In emendandis igitur translationibus in primis hæc præstitimus: Sed nonnullos quoque libros de integro ex græcis latinos factos dedimus. sunt autem, liber de CONSVETVDINE, & liber de COMATE, & PROGNOSTICA de decubitu ex mathematica scientia: quòd illi duo olim de græcis obscurius conuersi fuissent: hæc vero, quòd antea corruptissima & græce, & latine legerentur. His omnibus, vt more nostro Galeni opera cum aliqua accessione hoc etiam tempore emitteremus, nuper addita est SYNOPSIS librorum de Pulsibus, cuius quandoq; Galenus meminit, liber de DIAETA Hippocratis in Morbis acutis, itemq; libellus de PLANTIS, & occultis medicinis ex Arabico in Latinum translatus, qui & ipse Galeno ascribitur. Sed quid plura? omnis nostra cogitatio in eo maxime versatur, vt vobis, medicinæ studiosi, omni tempore gratificemur. experimur certe, ac tentamus omnia. Nostis quàm sæpe Galenus Hippocratis verba, & sententias citet, plerunque interpretetur, nonnunquam etiam corrigat: nostis etiam, quantopere medendi artem iuuet Hippocratica Galenicis coniungi. Ecce (quod nusquam hactenus factum video) singulis Galeni locis suum Hippocratis locum indicatum, ac veluti digito commonstratum habetis. Quo fiet, vt in studendo, & Galeni sententia assequenda, initiatis medicinæ, & nondum in Hippocratis lectione versatis minor deinceps impendeat labor. pro qua quidem re, maxime FRANCISCO ANGELO COCCIO habendæ sunt gratiæ, qui huius vtilis laboris auctor, cum in secunda, tertia, quarta, sexta Classe, & libris Extra Ordinem, loca Hippocratis indicauit, tum præterea

egre-

egregiam in libris Aphorismorum operam nauauit. hìc enim non loca solùm à Galeno citata, sed & alia plura collegit, quibus Hippocrates eandem sententiam repetit. iis etiam locis passim adnotatis, quibus Galenus propositum Aphorismum, vel interpretatur, vel citat. Quod reliquum in Galeni operibus fuit, vt studiosis satisfieret nostram hanc editionem quotidie efflagitantibus, quum ipse Coccius in summa temporis angustia tantis laboribus esset impar, commissum est curæ, & diligentiæ THEODOSII THALASSINI, & IOANNIS COSTAE, qui munus suum, ille quidem in Isagogicis, prima, & quinta classe: hic verò in septima classe quanta fieri potuit diligentia, & fide præstiterunt. Hæc quum ita se habeant, iam perspicuum est, hac Quarta nostra editione Galeni opera superioribus omnibus castigatiora, & illustriora prodire. Sanè ordinem Librorum, quem in editionibus nostris semper seruauimus, etsi doctis quibusdam non satis arridere audimus: non tamen duximus immutandum. Nam, quicquid alij sentiant, nos in tot libris, diuersis temporibus, diuerso proposito, & fine conscriptis certum, & perpetuum seruari ordinem non posse intelligimus: quando aliqui, si eorum hypothesim spectes, tribus nonnunq; in locis constitui posse non iniuria videantur. Quid, obsecro, incommodi studiosis, quid detrimenti affert, hìc an illic liber vnus aut alter collocetur, dummodo eius libri copia non desit? res quidem certè hæc multis doctissimis viris tam parui momenti est visa, vt nos ad maiorem curam traducere non debuerit. quinetiam audio inter doctos sedari hanc de ordine controuersiam non posse: quum alij nostrum, id est à IOANNE BAPTISTA MONTANO constitutum ordinem magis probent: alij alium, atque alium commendent; & rursum aliquibus nullus hactenus assignatus ordo vllo pacto queat satisfacere. At vos interea, studiosi, accipite alacri lætoq; animo Galeni opera, quæ tantis laboribus, & impendijs nostris elegantissima, & exornatissima vobis præstamus. De nobis autem ipsis illud vere, ac libere possumus polliceri, eosdem scilicet qui antea fuimus, hoc est promptos, paratosq; ad studia vestra iuuanda, in posterum etiam futuros; si modo hanc nostram diligentiam in Galeni operibus diuulgandis gratam vobis fuisse intellexerimus. Deus. O. M. conatus vestros bene fortunet. VENETIIS Mense Iunio M D LXV.

GALENI VITA
EX CONRADI GESNERI
PROLEGOMENIS IN GALENVM

IN qua Galeni vita copiosè describitur, videlicet nomen, patria, seculum, parentes, institutio prima, & in ea præceptores: deinde artis medicæ studium, præceptores in eadem, & circa demonstrationem, ac veritatem diligentia: tum familiares eius, & peregrinationes explicantur: postea historiæ aliquot præsagiorum eius, & curationum recitantur: dein eius valetudo, morbi, & mors: denique mores, virtutes, & pietas commemorantur. Postremò omnigenæ doctrinæ eius præstantia, artis medicæ per ipsum illustratio, eius que libr. ratio in vniuersum, stylus, & tractatio, & ad alias diuersas scientias ex eorum lectione vtilitas, quæ redundet, vberrimè exponitur: & cum gloriæ eius prædicatione epilogus infertur. Non solùm autem Galeni vitam, & laudes prima hæc Προλεγομένων nostrorum pars continet: sed plurima in vniuersum tum ad totius medicæ artis laudes, & rationem, tum etiam philosophiæ pertinentia: & absoluti futuri medici exemplar, atque ideam.

Proœmium.

DE Vita, & doctrina Galeni, præclari aliquot viri nostro seculo scripserunt, vt Hieronymus Gemusæus medicus, & philosophus summus, acerrimo vir ingenio, philosophiæ olim in illustri Academia Basilienſi professor: Iulius Alexandrinus medicus Cęsareus, Philippus Melanchthon, & Andreas Lacuna: quorum omnium doctissima scripta hac de re perlegi, ita vt è singulis ea, quæ ad ipsum præcipuè Galenum pertinere iudicabam, decerpserim: in primis verò, & plurima, ex Gemuſęi in primam Galeni operum Basileæ ex Frobeniana officina editionem præfatione: in quo Galeni vitã, atq; doctrinam copiosissimè, disertissime q; describsit. Non difficile quidem mihi fuisset, ex diuersis apud Galenum locis, quæ ad hanc rem pertinebant describere, sed malui (quod & facilius fuit) doctissimorum ante me hominum scriptis vti, cum ingenua confessione: ordine pro meo arbitrio mutato, & additis vbique multis, quæ illi omiserant, vel ex Galeni libris, vel aliunde: multis etiam omissis, quæ rhetorico artificio magis ad decantandas Galeni laudes: quàm simplicius, solidiusque ad vitam eius, doctrinam q; describendam, prolata videbantur. Nec puduit me multa verè, commodè, eruditè ab alijs dicta, vel ijsdem verbis repetere: vt neque ipsos pleraque partim ex Galeni, partim alijs veterum libris mutuari. Sed ex altera quoque eiusdem Gemusæi in Græcam Galeni operum editionem Basileæ publicatam, parcè quædam decerpsi, & breuissimis sententijs inclusi, quæ ipse copiosius de eius doctrina persequitur.

Medicinæ origo, & progressus ad Galenũ vsque.

Medicinæ origo prima, quæ fuerit, & eius incrementa vsque ad Hippocratem: & ab Hippocrate rursus ad Galenum quæ eius facies, copiosè persequitur Gemusæus, in præfatione Latinorum Galeni operum. Ex quo mutuatus videtur Lacuna in Epitomes suæ Galeni operum præfatione, breuius eadem complexus, his ferè verbis: Artis medicæ inuentionem Græci ferè vniuersi, in deos ipsos, atque illorum amicos referunt. Tradunt quippe Æsculapium ab Apolline patre institutum, filios suos posteà medicinam docuisse: atque in hunc modum artem ipsam cœptam diuinis auspicijs, successione quadam hæreditaria, à parentibus propagatam semper in liberos, ad Hippocratem vsque (qui & ipse ab Æsculapio oriundus fuit) peruenisse. Cautum siquidem erat in illa Asclepiadarum familia, ne quis artem, & industriam medendi, possessionem planè diuinam, à Deoq; solis ipsis concessam, cuiquam communem faceret, quiab eodem non esset genere exortus, id quod fuisse in causa videtur, vt peritos artis illius τῶν ἰατρῶν παῖδας, hoc est, filios medicorum Græci semper vocarint. Hippocrates verò omnium primus dispersam prius artem (vt artis potius partes, & principia, operaque) collegit, & vniuersalia præcepta rationali methodo condidit: nobisque volumina octoginta reliquit, quæ incomparabilem doctrinam eius, vitæque innocentiam testantur. Eum postea secuti sunt Diocles Carystius, Praxagoras, Chrysippus sophista, Erasistratus q; ex filia Aristotelis genitus, qui antistites rationalis sectæ extiterunt. Nam sub Philino Coo, eodem ferè tempore, factio Empiricorum est orta: cuius fautores fuerunt Serapion Alexandrinus, Apollonius Antiochenus, & Menodotus: Qui sanè dissidebant à Rationalibus: quòd illi quidem ratione simul, & experientia vterentur ad inuestiganda præsidia morbis ipsis congruentia: hi autem solo vsu contenti essent eorum, quę alia's aliquoties obseruauerant. Ab vtrisq; receſſerunt ex æquo Methodici nuncupati, causarum abditarum indaginem (quas Logici summo studio explorabant) respuentes: nec tribuẽtes quicquam experimentis particularibus, quibus nitebatur Empirici. Reducebant autem hi, vt omnes particulares affectus ad generales duos, nempe astrictum, et laxum: sic vniuersas curationes ipsorum, ad duas similiter, astrictionem videlicet eorum, quæ laxa essent, & relaxationem illorum quæ astricta. Auspicia huic sectæ dedit Themison Laodiceus: absoluit autem eam Thessalus ille

Trallianus,

Trallianus, qui pollicebatur se edocturum artem ipsam accuratissimè vel sex mensibus tantùm. Post quos omnes tandem Galenus secutus, medicinã in tot sectas diuulsam, laceram q3, suæ integritati, atq3 nitori restituit: explodens quidẽ omnia peruersa dogmata, quæ grassabantur suo tẽpore, reuocans autẽ Hippocraticam rationem medendi, quæ iam plus cꝫ sexcentos annos sepulta, & neglecta fuerat. Sed nũc cęteris omissis, de solo deinceps Galeno dicamus, id q3 copiosius, accuratius q3, vt simul perfectum, viuum, & absolutum medici exemplar, atq3 idea in ipso eluceſcat.

Galeni nomen.

Γαληνὸς oxytonum, vocabulum est adiectiuum, tranquillum, placidum, & serenũ significans: quæ quidem vocabula Latini etiã hominum quorundam propria fecerunt, parentibus nimirũ talem animi statũ suis liberis ominantibus. Et proculdubio Galeni etiã nostri pater, vir eruditus, filio suo, quẽ in optimis quibusq3 disciplinis, quibus animi maxime tranquillantur, omnes q3 eorũ perturbationes serenantur, instituendum proposuerat, non temerè hoc nomen imposuit. Est autem Γαλήνη propriè illa tranquillitas, qua mare placidum, ventis, ac fluctibus minimè obnoxiũ, planè quiescit, hanc grammatici deducunt παρὰ τὸ γάλα, vnde & λευκὴν Γαλήνην Homerum dixisse putant. Forsitan autem Γαληνὸς cum adiectiuè accipitur tantùm vltimam acuit, cũ verò nomen proprium est, primam: sicuti etiam βοηθὸς, ἀγητὸς, ἀδελφὸς, item γλαυκὸς, χρηστὸς, ἀργὸς, appellatiua quidem, oxytona sunt: propria vero facta retrahũt accentũ, vt in Cyrilli libello de iis, quæ accentu differũt, apparet. Sed hæc Grammaticis relinquamus: quorũ tamen obseruationes, ac leges sępe ab authoribus non obseruantur. nos quidem in excusis hactenus codicibus nullis Γάληνος proparoxytonũ reperimus: quanuis ita scribendum ex aliorum propriorũ analogia videatur. Claudij prænomen vt ex Romanorũ consuetudine ei adscitum apparet (solebãt enim Romani omnes liberi duntaxat, honoris causa nominibus præmittere prænomina) ita nusquam ab eo vsurpatum puto, tanquam ambitiosius fortè, & non vsitatum Græcis, aliis q3 populis.

Patria.

Pergami natum esse Galenum (quanuis id nescio qui negarunt, quos Andreas Lacuna notat) cum ex variis historicis, (& Ioannes Tzetze, qui hanc vrbem propè Troiam esse scribit) tum innumeris ipsius Galeni testimoniis constat, apertissimè quidem, libro primo De cõpositione medicamentorũ secundum genera, Pergamũ sibi patriam esse testatur, his verbis: Hoc medicamentum non ex eorum numero est, quę à me primùm composita sunt: sed iam annis multis ante, à rege nostro, Pergamensibus imperante, Attalo, viro omnigenorum medicaminum studioso, & c. Similiter libro secundo De pharmacorum compositione secundum partes, sic ait: Nam & frigidorum fontium, & niuis, multa Romę est vbertas, quemadmodum apud nos in Pergamo. Et rursus eodem libro: Atq3 ad hanc rem nostrum Pergamenum atramentũ scriptorium præcellit, & c. Fuit autem Pergamus, vel Pergamum, Asiæ ciuitas nobilissima, ingeniorum q3 optimorũ altrix: quæ diu quidem sub regibus Attalicæ familiæ florescens, postea Romanorum legibus paruit. Quare Galenus meritò ab illa oriundum se gloriatur: & q9 ciuitas illa amplissima vtpote ad quadraginta hominũ millia capax, & in regione probè temperata, Mysiæ q3 vicina sit, alicubi tradit. Meminit eius in Apocalypsi Diuus Ioannes: & Pergamenum vulgò dictum, in eadem vel Eumenes, vel Attalus, primus inuenisse dicitur. In hac verò tam celebri ciuitate natus Galenus, in qua percelebre etiam Æsculapij dei medici fanum fuisse constat, nil mirum si medicus longè celeberrimus euasit, non q9 Æsculapium nos deum faciamus: sed q9 in maximam remediorum obseruationem, & artis principia, illic tum apud Æsculapij sacerdotes, tum alios fuisse probabile sit. Ægrorum enim decumbentium curationes perusitata ab ipsis remedia antiqua quadam consuetudine ad ipsos perlatæ obseruabantur. Libro quidem septimo de compositione medicamentorũ secundum genera, Asianum semetipsum nominat Galenus.

Seculum.

Vixit sub Marco Aurelio Antonino, Commodo, Lucio, & Seuero, Cæsaribus: vt apparebit infrà in eius peregrinationibus. M. Aurelius Antoninus quidem, cũ Galenus Romę esset, obijt: & regnauit post eũ, ipso Galeno teste, Seuerus, qui seipsum mutato nomine Antoninũ vocauit. Eusebius tradit sub Cęsaribus Adriano, Antonino Pio, Marco, & Commodo, claruisse Galenũ. Suidas sub Marco, & Commodo, & Pertinace eũ collocat, Io. Tzetzes sub Antonino Caracalla. Ex his autẽ omnibus primus est Adrianus, qui imperare cœpit anno Dñi 220: vltimus Caracalla, cuius Imperij annus primus fuit, à nato Christo 314. Quòd si à primo Adriani anno cõputes vsq3 ad primum Caracallæ, anni erunt 74. Conqueritur autẽ ipse ab initio Methodi medendi suo seculo artes bonas contemptui, & veritatis inquisitionem nemini ferè curæ fuisse: disciplinas fugisse plerosq3 omnes: pecunias, ciuilem potentiã, ac voluptatem expetiuisse, adeò vt pro insano haberetur, qui sapientiæ studium quæreret. quo magis admiranda Galeni virtus fuerit, cuius excelsum ingenium in tanta sui temporis corruptela, à veritatis studio non fuerit auersum.

Parentes.

Generosam, & nobilem Pergami fuisse familiã Galeni, ex ipsius verbis, quæ in libro De curandis animi affectibus, leguntur, constat. Patrem habuit Niconem nomine, ciuem Pergami, opulentum: iustitia, frugalitate, temperantia, humanitate, et clementia insignem, ab omni iracundia alienum, liberalem, modestũ, & omnino optimũ virum, qui q3 probis omnibus semper admirationi esset: Græca lingua & variis disciplinis, præsertim Mathematicis, doctissimũ, & studiis philosophicis deditum, vnde & architecti dignitate functus est Pergami. Græcæ quidem linguæ peritissimus fuit, eam q3 ad amussim tenuit: ita vt doctor etiã eius linguę, & pędagogus fuerit. Callebat is Geometriam, Arithmeticam, Astronomiam, Architecturam, simul q3 (præsertim in senectute)

rei ruſticæ ſtudioſus erat: quibus pleriſq; artibus auus quoq;, et proauus Galeni nõ vulgariter erũditi fuerant: & eaſdem etiam ipſe à parente, doctore, & pędagogo optimo hauſit: à quo adannũ vſq; decimumquintum ſuæ ætatis, grammaticã, logicam, & arithmeticam didicit. Cum verò iam adoleſcentiam ingreſſus Galenus, doctrinæ ſtudiis ardentius, q̃ cæteri condiſcipuli die, noctu-q; operam daret, pater in agrum rei ruſticæ ſtudio conceſſit: vbi, cum iam ętate declinante agricultura delectaretur, triticum & hordeum aliquando ſeminauit, omnibus diuerſi generis ſeminibus, quæ ipſis erant admiſta, diligenter ſelectis, quo certè cognoſceret, num ex ipſorum mutatione lolium, & ægilops naſcerentur, an propriam hæc quoq; ſemina naturam haberent. Idem aliquando adipem, & oleum recondit, vt illis q̃ antiquiſſimis aliquando vti liceret. Et vt familiæ ſuæ de eduliis ſalubrioribus proſpiceret, ſemina, & fructus aliquos (vt amygdala, iuglandes, auellanas, legumina diuerſa, triticũ, in aqua prius macerare, aut elixare ſolebat, vt inde, an intumeſcerent, & quantum, & quàm citò, percíperet: atq; ita de eorum ſalubritate ſtatueret. In vnoquoq; enim ſeminũ genere alia quidem (proſoli, aliis q; cauſis diuerſis) coqui, & intumeſcere facilè ſolent, alia difficilè, hæc minus, illa magis ſalubria ſunt. Vita autem functus eſt natu, vt videtur, iã grandior, priuſquam omnino annum viceſimum Galenus attigiſſet. Et talis quidẽ Galeni pater fuit: mater verò vſque adeò iracunda, vt interdum etiam morderet ancillas, ſemper q; & vociferaretur, & cum marito contenderet, id q; longè quidem odioſius, quàm cum Socrate olim Xanthippe, mulier interim pudica, & circa rem familiarem augendam ſolicita.

Inſtitutio prima. Præceptores. Inſtitutio prima Galeni & in primis diſciplinis fuit, vt dictũ eſt, ad annum vſq; decimumquintum: intra quod tempus ſub patre grãmatica, arithmetica, geometria, & aſtronomia eruditus eſt. In his diſciplinis humanioribus vſq; ad eũ ætatis annum enutritus, ad dialecticã inde contemplationem, vt ſoli deinceps philoſophiæ vacaret, ab illo perductus eſt. Adeò autẽ natura promptus fuit, & excellenti ingenio, vt vel primis auſpiciis maximã de ſe exhiberet expectationẽ. Hanc patris liberalitas augebat, ita vt ætatis eiuſdem cæteros pleroſq; omnes ſuperaret. Libro quidem ſecundo de differentiis pulſuum, in colloquio cũ aliis quibuſdam, tardum natura ſe eſſe dicit, & feſtinantes non conſequi facilè: ſed tarditatẽ hanc fingebat, ne importunius à quibuſdam ad homonymum ante diſtinctionem definiendum vrgeretur. Sic ei in logica theoria inſtituto, pater celebrium Stoicorũ libros, præſertim verò Chryſippi propoſuit, tantùm autẽ profecerat, vt admodũ adoleſcens adhuc in illius ſyllogiſticos libros Commentariũ conſcriberet. Ab eo tempore præparatus Mathematicis diſciplinis, & omnis ſapientiæ organo inſtructus, philoſophorũ ſcholas ingreſſus eſt, cũ olim philoſophiæ ſtudium *Philoſophiæ ſtudium.* principes tantùm viri, & reges tractarẽt: vt pluribus in perſcripta à ſe Galeni vita Gemuſęus noſter ediſſerit. Et primùm quidem Philopatoris ſtoici diſcipulum quẽdam ſatis diu audiuit: neq; hoc temere, aut fortuitò, ſed optimo patris conſilio factũ arbitror, vt ante alios Stoicorũ philoſophorum argumenta, & rationes audiret: qui & in dialecticis ſtudioſè (etſi minus accuratè, quã Peripatetici) verſabantur, et ad componẽdos animi affectus, aut potius excidendos, ſi fieri poſſet, & inducendam tranquillitatẽ, ac perpetuum virtutis exercitium, plurimũ ſtudij ponebant: id quod in ea ætate, qua maximè vigent cupiditates, & perturbationes animi, ad rectè formandos Galeni mores, vitæ q; moderationem, non parum conducebat. Scio vituperari Stoicos, qui requirant ἀπάθειαν: quę tamen pręcipienda fortè fuerit, vt eius ſtudio ad μετριοπάθειαν ſaltẽ (vbi ea conuenit, ſi non vbiq;) peruenìamus. Qui enim optima, & perfectiſſima ſibi proponunt, ad ea enitẽdo, & aſpirando, ſi non finẽ propoſiti ſui, mediũ ſaltem, aut propiorem fini locũ, plerunq; aſſequuntur. Poſtea Caium, qui diſciplinã Platonicã complexus fuerat, cum is à ciuibus ſuis ad negotia reipub. traheretur, ad breue ſolùm tempus, præceptorem habuit: optimũ ſanè virum, ipſo teſte, mãſuetũ, et aditu facilem, qui q; Pergami ſolus ferè iuſti, et pecuniis inuicti hominis exiſtimationẽ ſuſtineret. Quàm verò ſtudioſus Platonis fuerit, & quantopere eius doctrinã admiratus, liquidò multis in locis præ ſe fert, plurimũ eius doctrinę tribuẽs, & diuinum ipſum appellans. Eundem cũ Hippocrate, medicorum q; omnium placitis, præ cæteris cõſentire, priuatim dicato rei huic volumine, liquidò oſtẽdit. Eodẽ ferè tempore ciuem aliũ Pergamenum, Aſpaſii Peripatetici diſcipulum audiuit, qui poſt longã peregrinationem demum redierat: & poſt hunc, alium ab Athenis Epicureum: quorũ omnium filij cauſa & vitã, & diſciplinam explorabat pater, vnà cũ eo ad illos aſſiduè ventitans. Bene autẽ ei ceſſiſſe dixerim, q; vt primò à Stoico præceptore virtutis ſtudia, animi q; tranquillitatẽ aliquã hauſit, & mox à Platonico aliquam rerum diuinarũ cognitionem, & deinde à Peripatetico naturalium præcipuè (quamuis enim ex philoſophis iſtis alias quoq; philoſophiæ partes ſinguli tractent, in illis tamen, quas dixi excellunt, Poſtremò autẽ in Epicureum incidit, qui nimirũ in voluptate, nõ vt reliqui ferè in vſu virtutis, felicitatem hominis collocabat. Quãuis autem perſæpe in particularibus quibuſdam ab Ariſtotelis opinione diſcedit Galenus (ſicuti à Platone etiã, & Hippocrate ſuo, vt pote nulli ſectę iuratus) circa humani præſertim corporis fabricam: in vniuerſum tamen Peripateticam philoſophiam, & ſecundum eã docendi, demonſtrandi q; genus, apprimè eum coluiſſe apparet, vt alias, ita maximè in libello de libris propriis, vbi enumerat conditos à ſe libros ad demonſtrationẽ pertinentes, tum alios, tum quibus logica Ariſtotelis eſt interpretatus. In eodem quos in morali philoſophia conſcripſerit libros: quos de logica Stoicorũ, quos in Platonica philoſophia, quos cõtra Epicurum, quos deniq; ad grammaticã, & rhetoricam pertinentes, recenſet: quorũ omnium etſi

nihil

nihil ad noſtram ætatem peruenit: in iis tamen ſingulis, eum non modò inſtitutum fuiſſe, ſed etiã excelluiſſe, *vel* ipſæ lucubrationũ eius inſcriptiones prę ſe ferunt. Hactenus dixi de prima Galeni inſtitutione: ex qua facilè apparet eum nõ lucri, aut ambitionis gratia ad ſtudia literarũ à parente deſtinatum fuiſſe: ſed vt animo primis diſciplinis inſtructo prius, ac præparato, amabili ſtudio ſapientiæ deditus, reliquã ætatem tranquillam duceret. Nam in id repertã fuiſſe philoſophiam affirmant, cum turbulenta ſit actiua vita, vt ad contemplationis ſtudium prudentes homines ſeſe conferrent. Sed aliter viſum fuit diuino conſilio. Annum agebat ſeptimum decimum, quando patris euidenti inſomnio monitus medicinã eſt aggreſſus, cum philoſophia illã coniungens: in primis verò naturalem philoſophiã ſtudioſè excoluit, vt inde principia, & cauſas variis in arte medica rebus, melius accõmodare poſſet. Sic autem ipſe de ſe alicubi: Felicitatẽ meam (inquit) quam beneficio paterno habuerã, quamuis ego maiorem adhuc redderem, q̃ citius, melius q̃ reliquis omnibus, quæcunq; docebar ediſcerẽ: niſi tamen per vniuerſam adeò vitam, in illis medicinæ, philoſophiæ q̃ theorematibus me diligenter exercuiſſem, nihil præclarum, excellens q̃ conſequuturus eram, &c. Promouerunt, & auxere hunc feruorẽ cętera quoq;, quibus adminiculis ad res magnas aggrediendas, perficiendas q̃ magnopere eſt opus, cũ & ſingulari eſſet ob patris liberalitatẽ eruditione, & ætate ad diſcendũ idonea, & impenſas, vnde diſciplinis vacaret, ſuppeditatas haberet. His itaq; rebus omnibus adiutum, minus admirabile eſt facilè cõmilitones omnes intra paucos annos eum ſuperaſſe: & eò vſq; tandem in arte progreſſum fuiſſe, vt ſectæ cuiuſuis (quæ tum per artẽ ipſam variæ fuerunt) ipſis quoq; principibus par eſſe poſſet, velut ipſemet ait: Ego verò (inquiens) reipſa, & publicè, & priuatim, apud eos videlicet, qui ſectã quamlibet à me diſcere cupiebant, oſtendi, in omniũ ſectarum ſcientia (ne maius quicquam dixero) me eſſe poſthabendum neminẽ. q̃ſi vni ſectarũ patrocinium ferre velim, ita in promptu ſunt mihi rationes, vt nõ verear, ne quis me conuincat. non enim, vt non nulli faciunt, è libris eas didici, ſed præſtantiſſimis in quaq; ſecta præceptoribus vſus ſum. Non multò quidem poſt cœptũ ab eo medicinæ ſtudium, mentis eius acrimonia innoteſcere, & ſophiſtis artem labefactãtibus formidabilis eſſe cœpit. Nam, dum annum ageret nonumdecimũ, præceptori ſe tradens, ex Athenęi ſectatoribus cuipiam, illius de elementis ſententiã diſcere cupiens, vbi mox cognouiſſet eius in logica contemplatione imperitiam, & intellecta Athenęi cũ ſeſe ipſo diſſidentia: cum etiã dialecticæ cognitio ab illo ipſi obiiceretur, eo relicto alios ſequi conſtituit. Præceptores inde habuit, primo Satyrũ: ſecundo Pelopẽ apud Smyrnam. Fuit ille diſcipulus Quinti, qui neminẽ ea ætate ſecũdum habuit, cuius ſępe meminit Galenus: Pelops autem Numeſiani, qui & ipſe Quintí celeberrimus auditor extiterat. Poſt hos Numeſiano Corinthi dedit operã. Vſus eſt quoq; Feciano præceptore, qui & ipſe Quinti diſcipulus cum eo diu vixerat, vt & Satyrus. Sed & Pergami Stratonicum, Sabini Hippocratici diſcipulum, præceptorem habuit: Smyrnæ autem Albinum Platonicum, annum iam natus triceſimum ſecundum. Demum autẽ relicta Smyrna cõtulit ſe Romam, vt ipſe ſcribit de ſe, Commentario primo in librum de articulis. Non verò rationalis ſolùm ſectæ, præceptores ei eximij cõtigerunt: ſed etiam methodici, & inter empiricos Æſchrion. Et hos quidem artis habuit pręceptores. Primùm autẽ nihil priùs, neq; ſtud ioſiùs diſcendum ſibi demonſtratiua theoria duxit: vt & aliorum diſputationes cognoſcere, verè ne illæ eſſent, an in ſpeciem apparentes: tum ipſe via quadam inſiſtens, circa quod quę eorum, quæ inueſtigari ſolent, ad inuentionem eius peruenire poſſet. Cum autẽ diu, multum q̃ à philoſophis, tum Stoicis, tum Peripateticis, illã inquiſiuiſſet, ac ſolidi nihil abillis acciperet, ſed controuerſa apud illos etiã pleraq;, immò non nulla naturali rationi pugnantia reperiret: ad Pyrrhoniorum ferè hęſitantiã recidiſſet, niſi arithmeticæ, geometriæ, dialecticæ q̃ cognitione, quibus iã à puero inſtitutus erat, retentus fuiſſet. Cum verò reputaret ſecum manifeſtè veras eſſe eclipſium prædictiones, horologiorum, clepſydarum q̃ inſtrumenta, quæ q̃ alia iuxta architectonicen inueniuntur, ſatius arbitrabatur, typorum Geometricorum demonſtratione vti: maximè cum eos etiam philoſophos, qui dialectices callentiſſimi habebantur, nõ inter ſe ſolum, ſed ſibi quoq; ipſis diſcordare videret: quanquam ex æquo omnes, has geometricas apodixeis commendarent. Vnde pleniùs cognouit, ab illorũ dictis abſtinendum eſſe, ſequẽdos verò Characteres illos, & lineares oſtenſiones: quas deinde ſequutus, illam de demonſtratione operoſiſſimam tractationem inſtituit. Præceptorum autẽ ſuorum quamuis amantiſſimus ſemper foret, noluit tamen addictior cuiquam eſſe, cũ veritatis ſtudioſior: & ob id ſępe hominũ ruſticorum iudiciũ in plurimis eſſe ſequendã monuit, quod incorruptũ eſſet, ac liberũ, vtpote ab hęreſi nulla occupatum. Quinti prę ceptoris vocẽ non tulit, qualitatum primarũ appellationes balneatorum nomina vocitantis: vrinas noſſe, ad pictores pertinere dictitantis, & alia eiuſdem viri: quãquam tanti illum faceret ſemper, vt Corinthum Numeſiani gratia peteret, q̃ diſcipulus fuiſſet eius: & Alexandriã quoq; adiret, alia q̃ loca permulta, vbi eſſe aliquem diſcipulum Quinti intellexiſſet.

Medicinæ ſtudium.

Præceptores in arte medica.

Demonſtrationis ſtudium.

Familiares eius.

Peregrinationes.

Familiares habuit medicos præſtantiſſimos, & philoſophos quoq;, Alexandriæ quidem Heraclianum, Romæ verò permultos, veluti mox dicemus. Ex Alexandria (Ægypto, quæ illi adiacet tota perluſtrata) annos octo & viginti natus in patriã rediens omnia, quę cognouerat, pharmaca amicis medicis dedit, vt ea per experientiã confirmaret, quæ ab aliis didicerat. Et, cum eodem tempore vulnerum neruorũ curationem primùm excogitaſſet, viſum eſt ciuitatis eius pontifici, gladiatorum curationẽ ei ſoli committere, quãuis iuueni adhuc. Cum autẽ prioribus medicis multi

antea

antea periissent, illi ne unus quidem, siue è neruorũ, siue vulnere alio mortuus vnquam est. Itaq; succedentes etiam aliquot pontifices, similiter gladiatores curandos illi tradiderunt. Cęterum nõ diu in patria cõmoratus, orta istic seditione, Romam se contulit: vbi plurimorũ amicitiam, & prę stantium quidem virorum, statim habuit, velut Eudemi Peripatetici, & Alexandri Damasceni, qui dein Athenis publica Peripateticæ disciplinæ professione dignabatur: item Sergij Pauli consularis, & non multò post prætoris vrbani, tum rebus, tũ disciplinis philosophicis per omnia præcipui viri: Boethi insuper hominis singularis: cui permultas consectiones ostendere deinde solitus fuit, presentibus ei semper, quos nunc memorauí. Porrò cũ Alexandriam, in qua aliquãdiu hæserat, reliquisset, ad Palæstinã Syriæ (vel Syriam cœlen id est, cauam, Palestinæ partem) exportandi opobalsami gratia, & bituminis inspiciendi, contendit. Nauigauit etiã in Lemnũ insulam, vt quæ de terra Lemnia tradebantur, vera´ne essent, præsens inspiceret, & ipsius copiam secũ auferret: primùm cũ ex Asia Romam Imperatoris iussu proficisceretur, quo tempore tamẽ, non ad eũ vbi terra Lemnia reperitur locum à nauclero deductus est: itaq; ad suum in Asiam reditũ distulit: secundo cũ se in Asiam reciperet, ad eam quã voluit Lemni partẽ peruenit. Item in Cyprum, inde inspectis metallis, Cadmiam, Pompholygẽ, Diphryges, alia q; plurima in vsum Pergamensium auexit in primis verò ingentẽ Chalcanthi copiam. Sed & Lyciã aliquando, sola rerum inuestigatione allectus, paruo præteruectus est nauigio totam. Commentario tertio in Hippocratis librum de victu in morbis acutis, scribit se vinũ aquosum, id laudans pro febrientibus, passim reperisse, in Cilicia, Phœnicia, Palæstina, Scyro, Creta, Aegypto, & aliis quas peragrarit regionibus omnibus. Est vbi Orientis prouincias se adiisse testetur, de Cilicia nimirũ, & Syria sentiẽs. Anno tandem trigesimotertio Romã profectus est (iuuenis nempe, non adolescens, vt quidã scribunt) & post aliquod tempus medicorũ Romæ æmulatione, ac insidiis cõmotus, vrbe relicta in patriã rediit, vbi non diu, cũ amicis cõmorato ei, ex Aquileia literę ab Imperatoribus missæ redduntur: quibus illi eũ reuocabant. Cum iterum (inquit ipse libro nono de simplicium medicamentorũ facultatibus) Romã pedestri peterẽ itinere (nam prius naui adierat) per Thraciã, & Macedoniam, prius à Troade Alexandria in Lemnũ adnauigaui, & c. Tandẽ trigesimoseptimo suę ętatis anno iterũ relicta Roma, in patriã regressus est: & illic, quantũ nobis constat, ad mortẽ vsq; permansit.

Romæ quid curando, & præsagiẽdo præstiterit Galenus.

Porrò quanta eius gloria Romæ fuerit, apud ipsos etiam principes, & Imperatores, qui copiosius nosse volet, ab ipso Galeno petat: ex eius præsertim de prænotione, ad Epigenem libro. nos historias aliquot breuiter attingemus.

Eudemus quartanarius.

In primis quidem Eudemum Peripateticum, magni nominis virum, laborantem quartana triplici, ob intempestiuè administratam theriacam (vnde febris simplex primùm duplicata est, dein de etiam triplicata, prædicente hoc quoq; Galeno) ab aliis medicis, iam ingraueścentem ætate, ac media hyeme, desperatũ à cęteris, tempestiuo vsu eiusdem antidoti adhibito, restituit: prædixit q; euentura omnia, quo scilicet die, quæq; è tribus febribus abitura esset, Crisis tempus, & modum, morbi q; solutionem: id quod nomen illius, existimationem q; per totam vrbẽ, plurimum auxit: sic tamen, vt inuidia apud æmulos eius medicos imperitiores pari etiam gradu crescęret: quę summam virtutem, & doctrinam comitari semper assolet. Itaq;, cum aliquoties publicè docere, & omnibus de iis, quæ in arte minus rectè tractarentur, aut proderentur, emẽdatis, aut mutatis ab ipso, aut etiam noua inuentione excogitatis, rationem reddere, & in corporum dissectione, aliis incognita quædam ostendere sustinuisset: vt crescentem subinde æmulorum medicorum inuidiã, logiatron eum esse clamantium, declinaret, præsertim cum ægrotantium curatio, felicius, q; optasset ei succederet, docere publicè & monstrare desiit: ita vt iam nec apud illos, quos curabat, plusq; necesse esset profaretur, factis potius, quàm verbis, quid arte posset declaraturus.

Iuuenis quartanarius.

Neruus vulneratus.

Demades.

Deinde iuueni statim primo die, quo fuit accersitus prædixit, quartanæ febris insultum esse: & in curationem susceptũ persanauit, morbi solutionẽ (sicut in Eudemo fecerat) præfatus. Accitus itidem à Posthumo, familiarẽ Charilampi cubicularij, neruo vulnerato laborantem, curauit: quẽ nemo medicorum, qui Imperatoris aulam frequentabant, ad sanitatem reuocare potuerat: post hunc Demadem rhetorẽ, cuius morbum celebres quique aulæ medici ne cognouerant quidem. Interea verò, dũ in Romanis principibus prędictiones, & curationes magna laude peragit, emuli medici varia de eo per vrbem spargũt: alius casu illum quempiam sanasse, periculoso q; admodũ curationis genere vti: alius diuinatrice peritia, non arte medica, quid in morbis futurũ esset prædicere.

Iusti vxor amans.

Postea ad Iusti vxorem vocatus, quæ absq; manifesta occasione consumebatur, ex pulsu (qui subitò ad nomen eius, quẽ amabat, auditum, variis modis agitabatur, et subsultabat, quod & alias perturbati animi indiciũ est: & vultus, ac faciei color ad eiusdem nomẽ immutabatur) eam non modò amare, sed quem deperiret etiam, miro quodam artificio deprehendit. Eodem tempore cũ Alexandro Damasceno, Fl. Boethi præceptore, quum de voce, & respiratione controuersia incidisset: promittebat Galenus se neruos quosdam ostẽsurum (in hœdis, ac porcis) minutos, & capillorũ instar subtilissimos, partim è dextro, partim è sinistro latere musculis gutturis immissos: quibus, vel laqueo interceptis, vel cultro abscissis, vocis impotens animal redderet, nihil alioqui, quin cętera peragat, impeditũ. Tum Alex. interpellãs: Si prius (inquit) tibi cõcessum fuerit, nos sensibus nostris credere oportere. Ille verò hęc audiens, relictis omnibus abiit, hoc vnũ subiiciens, q; se sua fefellisset opinio, non enim ad rudes Pyrrhonios venturũ se putasse. Hæc ad aures

De voce controuersia.

aliorum

aliorum quoq; eruditorũ peruenere, quotquot in vrbe Romana tum erant, vehementer q; est ab hominibus tum Alexander reprehẽsus, decreuerunt q; Seuerus (qui tum consul erat, & Aristotelicæ disciplinæ operam dederat) Paulus (non multò post vrbanus prætor creatus) & Barbarus, (Imperatoris Lucij auunculus) vt se præsentibus dissectionem hanc Galenus faceret conuocatis oĩbus, & medicis, & philosophis, qui nomen aliquod haberent: id quod magna cum gloria perfecit. Simili etiã industria diuitis cuiusdam seruum, nõ ex morbo, sed metu (quod eorum, quæ *Seruus præ mẽ* administrauerat pro dignitate reddere rationẽ non poterat) contabescere agnouit. Deinde ad *stitia ægrotus.* Siculum medicum ægrotantẽ à Glaucone philosopho deductus, qui suum ipse morbũ ignorabat, hepaticum esse deprehendit, his argumẽtis. In primo statim aditu obuiam venit quidam, pel uim è cubiculo efferens, quæ tenuem cruoris saniem continebat, carniũ nuper mactatarum ablutioni haud absimilem, euidẽs affecti iecinoris argumentum. In pulsu verò inflãmationis indiciũ: & iuxta fenestram hyssopũ ex aqua mulsa decoctũ animaduertit. vnde cogitauit medico pleuritidis suspicionem obortã, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoq; inflãmationibus accidere qñq; consueuit. Erat aũt & respiratio parua, crebra q;, & exigua tussi infestabat. vbi verò magnam respirationẽ traheret, dolor in iecoris regione vehementius cruciabat, sentiebat q; in dextra præcordiorum parte grauitatem: & iugulum quoq; ad inferiores partes detrahi (quod quidem magnas tantùm inflammationes, quemadmodũ & scirrhum comitari solet) quæ quidem oĩa antequam quicquam audiret à quoquam, Galenus per se & obseruauit, & prædixit, magna Glauconis, & ipsius ægroti admiratione. Itaq; ab eo tempore Glauco, tũ de ipso, tum de arte vniuersa, q; optimam accepit opinionem: cum anteà nihil magni inde expectaret, vtpote qui nunquam cum viris, in arte consummatis versari cõsueuisset. Inter hæc omnia verò, & hoc fuit admirabile factum, ob quod non solum mira loquentem, sicuti anteà plures medici: sed mira facientem eum appellarunt. Boethi vxor frigidę, & humidæ temperaturę supra modũ, cum ven *Boethi vxor.* ter ei tumuisset, et in muliebrem fluorẽ aquosum, cuius nimio profluxu debilis, et decolor reddebatur, incidisset, obstetricibus primùm, optimis sanè omniũ, quę in vrbe erant, vsa est, sed frustrà: deinde etiam præcipuis, quibus q; medicis, inter quos conuenit, adhibenda esse remedia, quæ ab Hippocrate, & alijs post ipsum optimis quibusq; descripta fuissent. Sed sic quoq; deterior indies morbus reddebatur: tandem Galeno soli est curatio demandata. Petierat autẽ is dies decem sibi dari, & intra eos, si quid proficeret, alios totidem addi: id quod libenter ei concessit Boethus. Primùm itaq; talem sanandi modum excogitauit Galenus, quo non solum humiditatẽ siccaret, verumetiam ita calfaceret, vt æstatis præsertim tẽpore ægrotantis corpus non liquesceret. cuius contrarium fecerant medici prius, in arena maris calida ipsam decũbere præcipientes. Deinde non solum euacuandum putauit id, quod redundabat, sed etiam ne simile illi gignatur aliud prohibendum. In hæc igitur intentus, victus etiam ratione vniuersa q; optimè instituta, tantum effecit, vt duobus primis diebus statim remitteret sæuitia morbi: & priusquam xv dies elaberent, nullum prorsus morbi vestigiũ apparuit. Cum q; iam mẽse transacto & bene colorata esset mulier, adeò vt ad naturalẽ habitum nihil penitus desiderari posset, nec amplius fluoris indicium supereset vllum, aureos quadringentos ad eum Boethus misit (quæ summa, vt Gemusæus cõputauit, valet, aureis rhenensibus plus 1300. vel vt Lacuna, mille coronatis solaribus) & nobilium medicorũ inuidiam auxit. Porrò tribus iam annis Romæ versatus Galenus, ingruente magna peste, confestim ex vrbe in patriam properauit, annũ iam agens triceſimum septimum. Verùm non ita multò post Imperator M. Aurelius Antoninus, intellecta eius præstãtia in re medica, eũ accersiuit: erat q; secũ abducturus in bellum, quod contra Germanos mouebat: persuasus tñ reliquit, cum audisset, diuersa deum patriũ Æsculapium iubere, cuius medicus esset, ex quo mortali apostemate laborantẽ seruauerat. Itaq; relictus ab Antonino, toto tẽpore, quo is abfuit, memor prauitatis, & medicorum, & philosophorũ, qui tum Romę agebant, interdum ex vrbe secedebat ad eum locum, in quo Antonini filius Cõmodus alebatur Pitholao commissus: cui etiam ab Imperatore, si qñ puer ægrotaret, Galenum vt accerseret, iniunctum fuerat. Reuerso demum à Germanico bello Imperatore, cõtigit, vt Sextus (alter Imperatoris filius: nam Cõmodum iam prius in patris Imperatoris absentia, à phlegmone, et febri confestim liberarat) in morbum incideret acutum, adeò vt septimum diem euadere nõ posset, quin iudicaretur. atq; hoc ita euenturũ quarto die Galenus cognouit. prædixit q; septimo, vel sexto die prorsus iudicatũ iri. quod si sexto iudicaretur, reuersurum: sin septimo, integrã tum solutionem fore, eam q; per sudorem. Aduenit aũt iudicatio die sexto, & quanquam post id tẽpus ipse Sextus, vt Galeni prædictionem redargueret, & febris nõ rediret, exquisita victus ratione vteretẽ, die tertio decimo tñ iterum febrire cepit. cum rursum vocatus Galenus, post tres dies eam febrim, quæ satis magna iterũ esset futura, desituram, atq; septimodecimo die à primo decubitu iudicationem facturam, prædixit. & rursus die quintodecimo sententiam suam rogatus: in eádem permanere se respondit, hoc etiam addens, septimodecimo die aduenìente sudorẽ hora secunda noctis exrumpere incœpturum. Quæ omnia sic euenerunt.

Porrò cum reuersus ex bello M. Aurelius crederet se aliqñ febrire, nec minus medici, qui peregrinationis eius comites fuerant: adscitus Galenus, iussus q; arteriam contingere, dixit se febrim nullam percipere, sed potius à cibo assumpto, et ęstuante, eius vẽtriculum opprimi, id quod mox Imperator ipse, ter ita rem se habere repetens, confirmauit: sentire enim se cibo frigido grauari.

Ventriculum

Ventriculum igitur fouens nardino vnguento purpurea lana excepto, calido, bibens q3 Sabinũ vinum cum pipere, quẽadmodum Galenus suaserat, minimo negotio fuit restitutus: vnde Galenum postea magnopere commendare non desistebat eum medicum præstãtissimum esse, ac tũ virum ingenuum, tum summũ philosophum prædicans. Nec verò argumentũ vulgare Galeni doctrinæ, atq3 morum integritatis est, quod à Marco Imperatore omniũ, qui illum præcesserant, iustissimo simul, & sapiẽtissimo, qui q3 obsingularẽ sapientiã suam est nomen philosphi indeptus, celebratus encomijs fuerit, ascitus q3 in suorũ medicorũ clientelam. His vnam adhuc historiã, sanè memorabilem, adijciemus. Quintũ morbi diem iuuenis quidam agebat: quo ipso cum medici venam incidere decreuissent, nec indicationes (à quibus detrahendum esse sanguinẽ medici persuadent) aduersarentur: Galenus bene quidem eos in opinionem mittendi sanguinis venisse dixit: verùm naturã id quod se grauaret expellere festinantẽ (diligenter enim omnia considerarat, quęcũq3 ab Hippocrate tradita sunt signa illorũ, quibus fluxurus est sanguis) breui admodũ, etiamsi nihil ipsi egissent, idem vltrò facturã. Dum medici hæc admirãtur: æger è lecto se sustulit, tanquam prosiliturus, interrogatus q3 cur exilire voluisset, rubri coloris serpentẽ per laquearia repere à se visum respõdit, ideo q3 è lectulo se aufugere velle. Reliquis medicis nihil hoc ad futurũ sanguinis fluxum conferre, visum est: verum Galeno cum alia singula perpendenti, tum ruborẽ, qui prius in dextra nasi parte ad malam vsq3 obscurus fuerat, auctum valde intuẽti, sanguinis paulò pòst è dextra nare fluxuri, manifestum id attulit indicium. Atq3 ita cõtigit. Nimium aũt profluentem ab eo sanguinẽ cum alijs modis non posset, cucurbitula ad hypochondrium dextrum appositа, cohibuit. Cum ex Alexandria in patriam rediret, diuertit in itinere in quoddã rusticum prædium vbi fortè ęgrotabat dominus, ac penè suffocabaʃ vuę, ac glandium tumore: cum autem deessent alia remedia, ac iã matureſcerent nuces, considerata corticum natura acri, & astringente, ex illis corticibus expressit succum, cui mel addidit: hoc remedio subito liberauit ægrotum: eodem q3 postea semper se fœlicissimè vsum narrat. Sed complures huiusmodi historias, qui voluerit, ex ipsis Galeni libris petet: aut Symphoriani Campegij Cãpos historicos Galeni adibit: in quibus ille ex Galeni scriptis, oẽs historias, id est, visa, aut facta ab ipso memoratu digna collegit. Infinitũ enim fuerit in prẽsentia singula persequi, quibus Galenus, nõ imposturis, aut sophismatibus, vt alij, sed iustis operibus artis inter principes Romę inotuit primùm, & apud ipsos deinde aliquot Imperatores quoq3 singulari in precio fuit: adeò vt theriacæ, cuius magnum apud eos studiũ fuit, & quod non nisi summis aulæ medicis committere consueuerant, præparandæ curam soli Galeno mãdarent: ac primùm quidem Antoninus, cui hanc antidotum Demetrius primarius medicus cõficere solitus fuerat, cognito Galenum Demetrio antidotum paranti semper astitisse, post huius mortem, à Galeno eam componi voluit. Cum aũt singulo quoq3 die sumere eam soleret Antoninus, virtutes eius, vitia q3 dignoscebat exactissimè: quæ itaq3 tũ à Galeno prę parata fuit antidotus, cæteris adeò præstare visa est, vt degustata, medicinæ concoctionem, quod in alijs fieri solet, expectare noluerit, sed statim sit vsus, nondum integrè duobus mẽsibus elapsis. Qui Antoninum subsecutus est Cõmodus, nec theriacæ, nec aliorum curam habuit vllam: quo factum est, vt Imperator postea Seuerus, cum theriacam cõficere eodem modo, quo Antoninus, Galeno præcepisset, simplicium materia, quæ Traiani, & Antonini temporibus reposita fuerat vti cogeretur: imbecillior q3 planè extitit antidotus. interceſſerant autem anni nondum triginta.

theriacæ præparatio.

Valetudo.

Nunc artis operibus huius viri relictis, ad reliquam vitam intuendam oratione diuertamus. Quod itaq3 ad valetudinem ipsius attinet, sanus per infantiam, & pueritiam ferè, patris beneficio perseuerauit. Adolescens factus, ob fructuum temporariorũ esum, aduenientе autumno ægritudine laborauit acuta, ita vt venæ sectione opus habuerit. Ad pristinum victum à patre restitutus, anno ætatis octauo decimo sanus permansit: sequente, victu sociorum vsus ęgrotauit iterũ similiter, ac rursus sanguis ei detractus est. Posterioribus similiter annis, vsq3 ad vigesimum octauum, vel singulo, vel tertio quoq3 anno, morbo aliquo laborauit: post vigesimum octauum, sanum semetipsum conseruauit, postquàm videlicet salubrẽ methodum inuenisset, eius q3 præceptis deinceps semper pareret, nullum deinde morbum, ne minimum quidẽ passus præter febrem ephemeram, quam aliqñ ob immodicos labores incurrit. Circa annum quidem vigesimum octauũ, cum periclitaretur, ne ea pars, qua iecur septo transuerso annexum est, abscessu corriperetur, ab esu horæorum oĩum penitus abstinendum esse proposuit, exceptis ficubus, vuis q3 omnino maturis: quas tñ neq3 intemperanter iam, vt antea, sed cum moderatione sumebat: simul autem cum exerceretur, & cruditates omnino vitaret, ita sanitatem diutissimè cõseruauit. Periculum verò illud, cuius nunc memini, de abscessu in hypochondrio dextro, non aliud esse puto, q3 cuius mentionem fecit sub finem libri de ratione curandi per sanguinis missionem: nempe q in iuuentute duobus euidentibus insomnijs monitus, arteriam, quæ inter pollicem, & indicem dextri brachij sita sit, secuerit, & donec sanguis sponte sisteretur (nam hoc quoq3 insomnium dictarat) expectarit, subsititisse autem sanguinem scribit, antequam integra libra effluxisset, & cõtinuò diuturnum dolorem, in illo præcipuè loco fixum, qua iecur cum diaphragmate committitur, cessasse: & similiter sacerdotem dei (Æsculapij) in Pergamo, insomnio monitum, secta in summa manu arteria diuturno lateris dolore liberatum fuisse. Hoc idem etiam conijcio mortale illud apostema esse, à quo se per Æsculapium olim liberatum dixit Antonino Cæsari, excusans se à profectione in

Germaniam

Germaniam cum ipso, quasi tunc etiam idem Deus per insomnium prohibuisset. In libris de valetudine tuenda: Ipse (inquit) aliquādo per hyemem deprehensus in agro, tum ligna findere, tum hordeū tundere: exercendi corporis causa sum coactus: quæ nimirum agrestes quotidie pro opere faciebant. Quartanarium rigorem nunquam, alios duos non semel expertus est, nam iuuenis quater tertiana febri laborauit: & puer adhuc febri ardente tentatus est, adeò, vt iam superueniente phrenitide floccos velleret, & festucas colligeret. In libris quidem de sanitate tuenda, scribit se (iam ętate prouectiorem) ex lassitudine nonnunquam febricitasse, nullum alias morbum multis iam annis expertum: quin etiā percussus (inquit) certis corporis partibus, vnde alij phlegmone, bubonesque contractis febricitarunt, ipse nunquam phlegmonem, bubonemve sensi, nec febre laborauí: non aliunde certè, quàm ex seruandę sanitatis arte, tanta cōmoda consecutus: cum alioqui, nec salubrem corporis statum ab ortu ipso sim nactus, nec vitam planè liberam sortitus, sed in qua tum artis officijs seruierim: tum amicis, cognatis, et ciuibus compluribus inseruierim: tum plurimam noctium partem nonnunquam ægrotantium ipsorum causa, semper autem dulcedinis studiorum gratia, peruigilauerim. Inter alios quidem morbos, & symptomata, per iuuentutem ventriculus ei bile assiduè infestabatur: ad quem refrigerandum lactuca vtebatur: cum verò ad ætatem declinantem peruenisset, eodem olere aduersus vigilias vespere vescebatur, iunior quidem crudo: senex verò cum ex dentibus malè haberet, elixo. Quin & vertiginem aliquando sensit, & stomachi fastidia: & anno ætatis triceſimo quinto in palæstra summi humeri luxationem expertus est: et aliquando ventris dolorem vehemētissimum, vt videretur in ventre intimo terebra perforari, in eo potissimùm spatio, per quod à renibus ad vesicam vreteres extenduntur: & iniecto rutaceo oleo, excreuit grauissimo cum dolore humorem vitreum à Proxagora appellatum: atq; hoc idem alijs quoq; hominibus similiter accidisse obseruauit. In libro, qui ad Thrasybulum de arte sanitatis tuendæ tractat, scribit se plerunq; multis athletis, qui prę stantissimi esse videbantur, quiq; multas in certaminibus coronas meriti erant, seipsum valentiorem esse expertum, quandoquidem illi (inquit) in omnibus itineribus faciendis in militaribus actionibus, magis præterea in ciuilibus, atq; rusticis negotijs, inutiles prorsus reperiebantur.

Traditur autem senio confectum tandem requieuisse in patria, vt Brunfelsius, & Lacuna scribunt: annos natum septuaginta, sic enim author est Suidas: an omnino tñ in patria obierit, non puto constare. *Mors.* *Albertus* de Eybe Margaritæ poeticæ suę tractatu 1 capite x tradit eum vixisse annis octoginta septem, sed sine authore. Profectio eius Romam prima, circiter tempora fuisse apparet, quibus, Antoninus Pius dictus, qui Adriano in Imperio successerat, è vita decessit: velut in libello ad eos, qui de typis scripserūt, significare videtur. vnde obitus eius, imperante etiam num Seuero, iuxta eam supputationem cōtigerit, vt quidam conijcit: sed Ioan. Tzetzes Galenū sub Caracalla adhuc vixisse prodit. Galenum (inquit Cælius Rhodiginus) memoriæ proditum à nonnullis est, centum, & quadraginta annos vixisse, tanta q; in cibo, & potu abstinentia vsum, vt ad satietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquā vnquam gustarit: vnde sit factum, vt odoriferum semper anhelitum spiraret: & citra vllam omnino affectionē, sola defecerit senectute: hinc etiam adagio exorto, vt Galeni valetudinē dicamus, pro ea quæ vltra humanum captum, nimis sit prospera, nimisq; inoffensa. sic ille antiquarum lectionum lib. 30, cap. 12, quæ quàm sint vera, ex ijs, quæ antè dicta sunt, facilè est conijcere. Hic iam vita eius explicata, ad mores eius, ac disciplinam, studiorum q; rationem intuendam vertenda breuiter oratio est.

Et primùm quanta eius fuerit prudentia, vel ex eo apparet, quòd ab adolescentia, vt ipse scribit, semper se assuefecit, præcipitem, ac temerarium assensum refugere: quamobrem, vt nulli sectarum se addixit, ita rationes omnium audire, & cognoscere voluit: & in ijs omnibus, quæ sensu, aut ratione cognoscantur, nisi horum alterutro, vel vtroque impulsus, pro certo, & indubitato nihil habuit. Eodem consilio ab omni superstitione, & præstigiatura, quarum hæc ferè sensibus, illa rationi pugnat, semper alienus fuit. Mira verò eius ingenij sagacitas, & animi solertia fuit, ex multis, diuersis q; circunstantijs aliquid promptè colligendi: adeò vt ea, quæ peritia, & sagacitate præstabat, diuinatione quadam, aut etiam præstigiatura præstare videretur à multis, ignorantibus, scilicet illud, μαίτις δ' ἄριστος ὅς τις εἰκάσει καλῶς. *Prudentia.* Temperās verò adeò fuit, postquam certam tuendę sanitatis rationem iam animaduerterat, vt nunquam postea ob eam in victu neglectam ægrotarit. Et illum certè, qui nihil antiquius studio veritatis, nihil dulcius artis ad hominū salutem inuentæ promotione duxit, in quibusuis rebus, propter quas homines pleriq; incōtinentiæ, aut luxus, & intemperantiæ accusantur, cę minimum deliquisse credibile est. Itaque mores in vniuersum graues habuit, & ab obscœnitate, ridiculo q; prorsus alienos: eosdem q; mites, ac minimè iracundos. Famulos sanè nunquam propria manu verberauit (vt neq; pater eius) ne commeritos quidem, sed tum minis, tum paternis admonitionibus, peccata semper eorum correxit: irascentis impetum nihil differre ab insania, & furore prædicās. Quin & ægros moribus semper placidissimis ita exhilarabat, vt vel solo sermone videretur eos restituere, Contrà in disputando adeò grauis, atq; seuerus extitit, vt nunquam non suis antagonistis pudorem, sibi gloriam maximam conciliarit. Fuit enim tam acris, & vehemēs in refellendis, siue sermone, siue scripto, aliorum tam medicorum, cę philosophorum erratis (vt asperioribus etiam verbis, & conuicijs non abstineat, sicuti contra Thessalum, & Iulianum) tantum q; valuit dicendo, vt eorum, quos persecutus *Temperantia.*

Fortitudo. cutus est, vniuersa scripta perierint. Nunc de animi eius fortitudine, & magnitudine dicẽdum: quæ quidem virtus in primis in mortis contemptu honestam ob causam spectatur: non hoc tñ solùm, sed etiam aliorum, quæ vulgus simpliciter bona existimat, vt gloriæ, ac fortunæ, prę veris bonis contemptu. Fuit autem imperterritus, atq; immotus ad ea oĩa, quæ quotidie in vita accidunt, (qualem patrem quoq; fuisse prædicat) & æquam in quibusuis rebus, aut casibus mentem seruare consuetus. Quod autem Roma, cum plerosq; oẽs illic medicos emulatione, & inuidia erga ipsum laborare animaduertisset, & quosdam etiam vitæ eius clanculum insidiari, vrbe relicta in minorem aliquam ciuitatem, ceu tranquilliorem, & vbi omnes inter se noti essent, simulationis verò, & inuidiæ minus, migrare statuit, non pusillanimitate, vt quidam putant: sed partim tranquillitatis studio, partim vt improbis hominibus malefaciendi occasionem subtraheret, id fecit. Inter alias certè virtutes maximè animi tranquillitatẽ, vt sibi compararet, à patre sępe admonitus est: et gloriã, honorem q; contemnere assuefactus, atq; vnam tantùm, eam q; nudã veritatem suspicere: & ob nullã pecuniæ iacturam mœrore affici, quãdiu, quę reliqua essent, ad curãdum corpus sufficerent. Quæ quidẽ patris documenta se semper retinuisse, & ob nullam rerum, fortunæ q; vicissitudinem, animo perturbatũ fuisse, scribit. Gloriam, & popularem auram sic perpetuò neglexit, vt nulli librorum suorum suum nomen præscripserit, & amicos etiam ne id facerent, rogarit, vtpote μόνης τῆς ἀληθείας, ἧς ἐπιθυμῶν, καὶ ἐδὲν εἶναι νομίσας ἧττε θείοτερον ἀνθρώποις, ἧττε κάλλιον κτῆμα, vt ipse de se scribit septimo Therapeutices, & mox subiungit: ἀλλὰ ταῦτ' οὖν ἐδ' ἐπεγραψάτοτε ἐμὸν ὄνομα τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων ἐδενί. In libelli quidẽ De libris proprijs principio, non simpliciter nullis suorum librorũ, sed illis quos introducẽdis, siue in discipulorũ, aut amicorum rogantium gratiã ad priuatum ipsorum captũ, vsum q; conscripsisset, non ad editionẽ, nomen suũ se addidisse negat. constat autem aliquos etiam, vt ederent ab eo conditos. itaq; ipse sibi contradicere videri posset: sed aliter se habet. nam in libello ad Bassum De libris proprijs, causam reddẽs, cur aliqui ex libris ab eo conscriptis, ab alijs, atq; alijs mutati, et corrupti, à nõ nullis etiam sibijpsis sint vendicati, subdit: huius rei causam esse, qm̃ nomen suum ipse non addiderit, & c. Ad quæ verba tamen non sequitur, cęteris accuratius, et ad editionem conditis libris nomen suum se inscripsisse: sed potius neque his, ne quid ambitioni, & glorię daret: neq; illis, vtpote imperfectioribus. De gloria quidem populari, & laude apud multos, ita sentiebat: nonnullis viuentibus eam aliquando cõmodum ceu instrumentum esse, mortuis autem nihil omnino prodesse: immo verò nec viuentiũ quibusdã: quum eis, qui plurimùm philosophiæ indulgerent, nõ paruo impedimẽto esset apud vulgus fama, ipsos videlicet à rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferens.

At, si gloriam contempsit, dicet aliquis, quid est, quòd non raro sua ipse inuenta tantopere prędicet, suas, tum medicationes, tum prædictiones tam prolixè commemoret, se q; extollat, vt cum alias persæpe, tum in vulnerum, præsertim neruorum curatione?

Huic nos respondebimus, non facere hoc Galenum, nisi vbi verè, & meritò facere potest: & non tam seipsum, quàm res pulcherrimas à se inuentas, ac generi humano vtilissimas prædicare. Qui verò gloriã, ceu bonum aliquod spectant, verè ambitiosi, & iactatores homines, ij gloriam ipsam veritati plerunq; anteponunt: et si, quid fortè veri, boni q; inuenerint, sese tamen potius, q; res ipsas extolli cupiũt. Prętera cum gloria alia popularis sit, quę τὸ φαινόμενον, magis quàm τὸ ὄν affectat: alia verò contrà, quę non tam multis, q; paucis, videlicet ingenuè bonis, & eruditis innotescere quærit: hanc posteriorem, & virtuti coniunctam gloriam, Galenum non aspernatum fuisse dicimus. Denique cum res quanquam præclaræ, dum nouæ sunt, à paucis approbentur, aut in vsum vertantur, nisi maiori aliquo præconio commendentur, Galenum vtilissima vitæ inuenta sua, & artis excellentiam commendando, humani generis iuuandi animo id fecisse existimandum est. plerique, autem vtpote obtusiori, in veritate peruestiganda, mente, maiori aliqua impulsione, & commotione animi, vt, quæ bona sunt, credant, ac amplectantur, indigent.

Iustitia. Venio ad iustitiam: quam veluti maximam, & potissimam virtutum ad postremũ distulimus locum. Huius verò cum siue partes, siue species sint diuersæ, diuinissima est, quæ pietas dicitur.

Pietas. Extant autem Galeni siue pietatis, siue amoris præclara argumenta multa, in Deos immortales. in parentes, in patriam, in præceptores, & eos, à quibus disciplinis, & artibus imbutus est, in amicos, in artem ipsam, & in genus deniq; humanum totum.

In Deum. Deum sanè, vt agnouit, vnum esse (summum videlicet, & principẽ deorum: vt Æsculapium medicinę authorem, quẽ deum alicubi appellat, minimè pro summo, & vniuersali deo, sed particulari quodam, & subdito, ac solius medicinæ, ceu præside genio habuerit, sicuti etiam Socrates) ita eundem optimum, maximum q;, & cogitationum etiã nostrarum conscium existimauit. Itaq; de fide sua ipse inquit in tertio de locis affectis: Deum igitur testem facio, me dicturum esse, quod post longam inquisitionem in ipso artis exercitio, & in disputationibus cũ doctissimis viris comperi, & verissimum esse statuo. Quis verò talem animũ, tam & veritatis amantem, & iuuandi generis humani cupidum, non perpetua laude dignum esse iudicet? Cęterùm vt alibi non raro, ita in primis in septendecim illis libris, quos de vsu corporis humani inscripsit, veluti totidem hymnos, vt ipse appellat, conditori compositos, opificis nostri sapientiam, prouidentiam, iustitiam, ac bonitatem, non solùm agnoscit libenter, sed et magna cum admiratione, & reuerentia nusquam non prędicare, & extollere solet. Immò sacrificium hoc Deo acceptissimũ esse censet, non si ei hecatombas

catombas, victímas q3 offerat quíſpiam cruentas, aut caſiam, & thura accendat: ſed ſi myſteria íllius, opera q3, primum quidē vnuſquiſq3 cognoſcat, expendat q3, poſteà verò alijs communicet: in horum enim ignoratione ſummam impietatem cōſiſtere profitetur: vt veram pietatem in opifice noſtro laudando, cuius ſapientia ſit infinita, potentia inuicta, benignitas perfecta. Sed Græca ipſius verba, ne quis addi, aut fingi à nobis quicquā ſuſpicetur, adnumerabo: ὃν ἱερὸν λόγον ἐγὼ τε ἐημιεργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τετ' εἶναι τῶν ὄντως εὐσεβέιαν: ἐκ τοῦ ἑκατόμβας αὐτε παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τ' ἄλλα μυρία μῦρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας: ἀλλ' εἰ γνοίην μὴ αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, ὅσος μὴ ἐστι τῶν σοφίαν, ὅσος δὲ τῶν δύναμιν, ὁπόσος δὲ τῶν χρησότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν κοσμεῖν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελεωτάτης χρησότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι: καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω. τὸ δ' ὡς ἂν μάλισα κοσμηθείη, παῦ ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας. τὸ δὲ καὶ δεῦσαι παντὸ ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀπτήτε. Et alibi: Ἐγὼ μὲν οὐδ' ἐπαινεῖν ἔτι κατὰ τῶν ἀξίαν τε δημιεργήσαντος τὰ ζῶα τήν τε σοφίαν, καὶ τῶν δύναμιν ἱκανὸς εἶναι νομίζω. μείζονα γὰρ ἢ ἐπαίνων μόνων, ἀλλὰ καὶ ὑμνῶν τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστίν. Atquí alibi veluti oblitus ſeipſum, nō Deum, ſed naturā, hoc principium vocare videtur. non tamen reuera ſentit, hanc principē eſſe cauſam, ſicut impiè fecit Plinius libro 2, ſub finē capitis ſeptimi concludēs, naturam haud dubiè id eſſe, quod Deū vocamus. Sic autem de natura ſcribit. Εἰς ἣν δ' ἀνομὴν ἔιτις ὑπιβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ σκέψαιτο πότερον πλημμελῶς ἢ δικαίως, οὐκ ἴσατοῖς μέρεσιν ἅπασι δίενειμθ, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, τοῖς δὲ ἐλάτω, τὰς αὐτὰς ἱπποκράτει, κἂν εἰ μὴ βέλοιτο πάντως φθέγξαιτο φονὰς, ὡς ἐυπαίδευτός τε καὶ δικαία, καὶ τεχνικὴ, καὶ φρονοντικὴ τῶν ζώων ἡ φύσις ἐστὶν, εἰ γὰρ δὴ τὸ κῦρ τῶν ἀξίαν ἐκάστῳ σκοπεῖσθαί τε, καὶ δίαμένειν ἔργον δικαιοσύνης ἐστὶ, πῶς ἐ δικαιοτάτη παντῶν ἡ φύσις. Quòd, ſi natura, & iuſtiſſima eſt, & perita, & arte prędita, & prouida, quorū nihil ſine ratione eſt: iam rationalis quoq3 videbit̄, & planè Deus apparebit: ſicuti dolabræ, aut cuiuis inſtrumento fabri, ſi rationē, & artem aliquis attribuat, fabri etiam nomen merebitur. Nimirum aūt Galenus alicubi, vt Gentilium vulgus, naturam, veluti ſubſtantiam quandam per ſe, aut numen quoddā exiſtimauit: nam ſub finem libri 17 de vſu partiū, mētem vnā per omnia diffuſam, quę in cœleſtibus corporibus nobiliſſima, et ſumma ſit, ignobilior verò in terreſtribus, naturā facere videtur, eam q3 rationis compotem, ſeu participem (quam aliqui veterum philoſophorum animam mundi appellarunt) & huius ſubſtātiam in corporibus ſolidis, eſſe putat cū Hippocrate calorē innatum: aut calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperaturam: & Platonem quoque ait naturam appellaſſe creationis noſtræ authorē, de ſubſtantia verò eius nihil auſum eſſe pronunciare. Et huic ſæpius opificiū, artificium q3 omne, quod in noſtris, et aīalium corporibus eſt, adſcribit. Alibi verò (vt libro vndecimo capite xiiij. De vſu partium) diſertè duo principia, Deum, quē opificem κατ' ἐξοχὴν nominare ſolet, & naturam diſtinguit: ita vt Deum, ex ijs, quæ ſm naturam fieri poſſunt, vbi ſcilicet materia adeſt, ea q3 cōmoda, id quod melius eſt, ac ſimul materiam ad id aptam eligere, ac expetere, dicat: quæ verò natura facere non poteſt, vt vbi materia deeſt, aut non eſt apta, ea ipſum ne aggredi quidē, medium quodāmodò inter Epicuri, & Moſis ſententiam ſe eſſe profeſſus: qm̄ hic Deum ſimpliciter oīa poſſe, & facere dixerit, ille verò prorſus ocioſum fecerit: tanquam Deus non quidē potentior, quam natura ſit, ſed ſapiētior ſolùm: cum interim nō raro naturā nihil prorſus ſine cauſa, aut temere facere ſcribat, ſed oīa ſumma cum ſagacitate, ac prouidentia. Verùm de his copioſius dicendi locus non eſt. Nos qui meliorem, q3 ratio noſtra per ſe conſequi potuiſſet, doctrinā hauſimus ab vnigenito Dei filio, qui oīa parentis ſui ſacra myſteria nobis reuelauit, Deum non omnium ſolùm ſm naturā rerum, ſed ipſius quoq3 naturæ totius, ac materiæ omnis, creatorem dominum, & opificem eſſe, & veluti organum mouere naturam, informare verò materiam quāuis, qua ipſe voluerit, forma, & miracula edere poſſe (hoc eſt, ſupra, contra q3 naturā, aliqua cum voluerit, efficere) vt verè ſit omnipotēs, & à natura, et artificibus reliquis differat, qui ſine idonea materia perficere nihil poſſunt, didicimus, atq3 credimus: & vt in rebus naturalibus, atq3 medicis ingenium, ac doctrinam Galeni ſuſpicimus, ita in ijs, quæ ad Deum ſpectant, qm̄ Deum ex ipſa natura, & ratione humana (ſutor, quod aiunt, vltra, crepidam) inueſtigari poſſe exiſtimauit, neutiq3 approbamus. Non extendimus quidem omnipotentiam Dei ad mala, & falſa, vel quæ inter ſe pugnant, ita vt ſimul conſiſtere nequeant: quæ quidem ideo non poteſt Deus, quia ne vult quidem, ne ſecum ipſe, qui ſummum eſt bonum, & ſumma veritas, pugnet. At quęcunq3 vult, & voluit, ea potuit, poteſt q3, omnia: vt ſunt non ſolùm, quę ſecundum naturam ſunt: nam hęc quoq3 omnia in ſuo genere bona ſunt, & in aliquem mortaliū vſum diuinitatis bonitate conceſſa: ſed etiam ſupra, contra'ue naturam aliqua, quæ ſcilicet ijs, quæ ſecūdū naturam ſint, meliora fuerint, vt noſtra etiam mens in nobis ad Dei imaginē condita, ſępe, quę contra naturam (corporis ſaltē) ſunt bona, naturalibus prę fert. Vt verò naturalia, vt plurimùm vult Deus, neq3 ſolitū, & inſtitutum à ſe naturę curſum ſine magna cauſa abrumpit: ita veritati, & iuſtitiæ conſona perpetuò, & ſine vlla exceptione vult: & mala quidem vniuerſalia nunquam: particularia verò non raro, modò ad bonum vniuerſale referantur. Naturæ autem dominum idcirco oſtendere ſe voluit, vt, cum ſolis eclipſim fecit contra naturam, cum pateretur vnigenitus eius, vt homines inde naturam nō eſſe Deum, ſed aliquod ea prius, melius q3, principium intelligant. Hac ratione à Chriſto noſtro, et mortui excitati ſunt, & à morbis deſperatis ægri reſtituti, & multa contra naturam facta miracula, vt, per hæc ipſa naturæ

dominum

dominum se nobis approbaret. Verùm hæc melius explicãda relinquimus illis, qui meliorem, & rerum naturę scientiã profitẽtur. Temerè certe, ac impiè Galenus libro secundo de differẽtijs pul suum Mosis, ac Christi scholas repudiat, ceu nulla stabilitas demõstratione: quali verò miracula, quæ plurima, & verè diuina in vtroq; testamẽto facti tata legimus, atq; credimus, nõ oẽm demon strationẽ superent. Hęc si perpendisset Gal. & ęqua mẽte sibi insinuari, à numine profecta passus fuisset tũ ea, quæ sanctissimi viri de Deo, ac rebus diuinis dixerũt, ceu principia, minimeq; demõstrãda axiomata, esse accipiẽda, persuasus fuisset: aut saltẽ per hypothesin admisisset, donec ea, quę sequũtur intellexisset melius, oia nempe ad Dei solius honorẽ, ac gloriam, proximi vero vtilitatẽ deniq; euentus multis deinceps seculis ita, vt multò antè prædicti fuerant, semper respondisse animaduertisset, et vnam hanc religionẽ, vt antiquissimam oĩum, ita sibi simílẽ semper, et perpetuam fuisse: nimiam certè illam de sua intelligẽtia opinionẽ deposuisset, neq; ceu lineares, & geometricas demonstrationes has in religione nostra desideraſſet. Quod quidem, vt faceret, vel ipsa Christianorum in oĩbus aduersis ad mortẽ vsq; constantia, quæ ipsum minimè latuit, mouere debebat. Huius aũt constantiæ libro 3 de pulsuum differentijs meminit, cum scribit: Citius aũt Mosis asse clæ, & Christi sua deserãt dogmata, & qui sectis addicti sunt, tum medici, tum philosophi. Considerare etiã debuerat, crescentẽ in medijs persecutionibus Christianorũ religionem: decrescẽtem verò, nulla vi sensibili resistẽte suam, & ethnicorum, & deficiẽtia iam oracula, carmine pręsertim.

Hæc de Galeni circa nostram religionem ignorantia inuitus dixi: & quidem pluribus, & vel proposueram, vel qui hactenus eius vitã nobis descripserunt alij: qm̃ id fidei nostræ professio postulare videbatur. In hoc saltem non vulgaris, vt inter Gentiles, eius pietas apparet, q Deum, vt diximus vnum, rerum oĩum opificem, motorem, ac conseruatorẽ, & naturæ principem agnoscit, eius q; magnitudinem, et prouidentiam, magna cum alacritate plurimis in locis prædicauit: & vt naturæ causam, opificem, ac gubernatorem inquirant, hoĩes studiosos serio hortatur: modestia verò, q licet ab adolescentia opifex ille rerũ, quis nam esset, à philosophis addiscere cupiuerit, de eius tñ substantia, vt etiam animæ, nunquã pronunciare ausus est. Habuisse quidem ipsum insomnijs quoq; fidẽ, veluti diuinitùs, aut ab Æsculapio suo missis, aliquot ex locis librorũ eius apparet: vt primùm cum medicinæ operã dare cœpit, parentis insomnio: deinde, cum somnio monitus, arteriam secuit & c. Ad pietatem quidem in Deum hoc etiã referendum videtur, q neq; circa ãmulet a (quę ne Christiani quidẽ multi, sed nomine magis, & re, deuitant) nec alijs in rebus absurdis, siue illicitis, siue ratione saltẽ carẽtibus, superstitiosus fuerit: vt palàm profiteť, & nos supra quoq;, vbi inter eius virtutes de prudẽtia mentio facta est, aliqua ex parte diximus. Sed nũc de eius in hoĩes pietate dicendũ supereſt. Parentẽ suum nusquã non sine magno honoris titulo appellare solet: et id in locis permultis, ac prolixè semper facit, vt appareat nunquã suauiorem sibi vocẽ edere visum fuisse, q̃ quę parentis sui laudes decãtaret. Maximè verò in Cõmen. de cognoscendis, curandis q; animi affectibus, illũ commendat vnicè: quod sanè opus veluti encomiasticũ paternarũ virtutũ est. Patriam verò et ciues suos tanto amore prosequutus est, vt tanquã exemplo Vlissis quodã, præ horũ amore maximorũ Imperatorũ fauores, ac studia negligeret. Neq; enim cæterorũ more stulta ambitione illectus (quod ſępenumero insectari, & damnare in artis professoribus solitus est) neglecto studio veritatis, assentationibus, & reliquis impostoris principũ fauores venari tentauit. Et quãq; maiori ex parte nemo sit patriæ acceptus (sic enim natura ferè cõparatũ inter hoĩes est, vt peregrina quidẽ, et aduentitia ingenia admirent: sua verò, domestica q; ob familiarẽ vsum despiciant) Galenũ tñ Pergamenses sui tam studioſè redamabant, colebant, & obseruabant, vt ipsum, & seruatorem suũ, & patrem patrię, omnes communi ore vocarẽt, neq; id iniuria: siquidem non modò curabat sedulò, vt suorum ciuium rectè valerent corpora: sed quemadmodum legislator, atque philosophus summus, etiam erat solicitus, vt eorum animi optimis documentis instituerentur. Quo circa varios commen. scripsit ad excolenda iuuentutis ingenia admodum salutares. Conciliauit autem sibi maximè plebis, & tenuioris fortunæ hoĩum animos, quod medicamentis simplicibus, vulgaribus que, & paratu facilibus plurimùm vtens, & recta victus ratione sine pharmacis, vbi id fieri poterat, curans, eorum, quos suspiciebat, facultates minimè opprimeret: contrà & faciũt plurimi nostra ætate medici, qui in aggerandis plerunq; pharmacis ostentationi suæ indulgent, & si ægrotos ijs non lędunt, pharmacopolarum certè (à quibus sæpe vel muneribus corrumpuntur, vel lucri partẽ habent communem aliqui) maiorem, & ægrotantium, rationem habent: aut si etiam iuuant, poterant tñ, & debebant, præsertim angustioris fortunæ ægros simplicius, minore q; sumptu iuuare, si qua in ipsos pietate mouerentur: quæ in Galeno certè erga pauperes maior fuit, & in plerisq; hodie Christum ore, non opere, profitẽtibus medicis. Itaque seplasiarijs, aromatarijs, & institoribus eiusmodi (qui, vt aliud nihil dicam, sæpe viliſſimis calculis, aut vitro gemmas, & precioſissima quæq; nullius, aut minimi precij adulterinis mentiuntur, siue sponte, siue per imperitiam) relictis Galenus, vt meliori fide, ac sumptu minore medicamenta haberet composita, suis manibus plerunque confecta, officioſissimè ægris administrabat: in egenos interim nõ exiguam suarum facultatum portionem, erogans: artem que ipsam non auaritia ductus, aut quapiam cupiditate: sed propter solam virtutem piè simul, & religioſè exercens. Quod, si qui minùs locupletes sunt, quàm Galenus fuerit, medici, nec eis redundat fortè, quod egenis largiantur, tanto maiore studio illi hoc agere debebant, ne suis etiam facultatibus

Pietas in parentem.

In patriam.

In pauperes, & egenos.

cultatibus eos defraudarent: sed victus in primis ratione, & medicamentis minimi sumptus, illis consulere. Iam, qp sępius die noctu q3 ad eundē quandoq3 ęgrū, vt ipse de sese scribit, Galenus accessit, diligentię simul eius (qua subinde magis magis q3 in arte profecit, & hominū erga se amandum animos conuertit) simul, & pietatis in ægrotos argumentū est. Quin, & pernoctare interdū apud ægrotos solebat, cū ministrorum diligentia ei suspecta erat: & domū suam aliquando curandos deducebat. Eadem pietate nihil vnquā (ex validioribus præsertim auxiliis) ægrotis exhibuit, cuius vis, & vsus per experientiā ei non constaret, vt ipse scribit in primū Epidemiorum Hippocratis Cōmentario secundo, numero 50. & hoc in primis studuit, vt si non multùm iuuaret ęgrotum suis consiliis, saltē non lęderet. plerorum q3 autem experientiā ipse in sese fecit, non solùm gustando omnia, & ex odore, sapore qp iudicando, sed etiā cuti suę imponendo: sic aceti potentiā, vt accuratè experiretur, in seipso periculum fecit: & oxyrhodino sępe perfusus est, vt eius vim certiùs teneret. Et ab initio cū iuuenis adhuc multa egregia, & laudata à pręceptoribus, aliis q3 pharmaca nactus esset, vt citius, certius q3 de omnibus ei cōstaret, nulla inuidia, summo candore, amicis medicis, vt experirentur cōmunicauit. Libro etiā quinto de morbis curādis: Horum (inquit) quæ retuli, vel modò, vel antè, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis viā vsurpaui, nihil sanè nō examinatū, ac iudicio comprobatū est: sed per experientiā omnia iudicata, in quibus erroris pericula ipsi pertulimus. Eandē vero diligentiā, & fidē in scribendo quoq3 obseruauit, vt paulò post dicet.

Cęterùm eodem, quo in ciues suos studio, & obseruatione eū fuisse diximus, fuit etiam in amicos, quorū gratia, tum in obeundis curationibus, tū in conscribendis libris tot labores, ac vigilias, nec sine periculo vitæ non nunq, sustinuit: neq3 enim ob aliā causam vllam, non honoris, nō ambitionis, qui gloriæ adeò fuit negligens, vt libris propriis nomen suum inscribere non sustineret. *In amicos.*

In præceptores aūt ea fuit obseruatione, ita reuerenter habuit, vt nusquā non magna religione illorum mentionē faciat, id q3 frequenter, & non sine magno affectu: sic libros quoq3 eorū deside rat non nunquam, tametsi non par tantū illis omnibus esset, sed, & longo interuallo in arte superaret. Hippocratē verò peculiariter ita admiratus est, vbi per obseruationē, experientiam q3 eorū, quę tradidisset fidē eius viri cognouit, vt religiosissimè semper coleret: omnia q3 eius inuenta in genuè agnosceret, & raro, & non nisi veritate coactus, & honorificè semp ab eo dissentiret. Hunc passim prudentissimū, & sapientissimū senem, summum q3 medicinæ parentē, autorem q3, & largitorem bonorū omnium institutorū, prædicat. Visus q3 est artē totam in illum autorem referre, quamuis nō minùs ipsi Hippocrates, quam ipse illi debeat. Sunt hęc omnia ingenui candoris, & magnę pietatis indicia. Poterat enim, vti priores medicorū illustres fecerāt, nouā sectam instituere, & se hæreseos alicuius, proprij nominis authoramēto, principē facere, in qua solus scilicet imperaret: ad quod efficiendū, si voluisset, nihil eorū sanè, quibus ad id erat opus, ei deerat. Verùm hoc facere noluit, quæ summa eius modestia est. Sed, quemadmodū Traianus olim omnes Italiæ vias inaccessas, præruptas q3, aut rupibus iuias, refecit, instaurauit q3, quò facilius peruadi possent: sic ille fatetur se, non quidē artem cōdere, quam tamen laudē iure sibi vendicare potuisset) sed iam ab Hippocrate inuentā, incultam tñ, & asperam, explanare, vt ab oībus intelligi, ac percipi queat. Sed, vt præsentē de Galeni moribus sermonē claudamus, virū illum fuisse dicamus, prudentē, ingeniosum, solertē, frugalem, temperantē, magnanimū, liberalem, humanū, iustum, innocentē, integrū, veracē, vndi q3 bonū: & non solùm patriæ, & amicis, sed toti humano generi iuuādo natū.

Nunc de doctrina eius verba faciemus, non quidem primæ institutionis, de qua satis dictum est suprà: sed eius iam adulti, & iam tum verbis, scriptis q3, tum opere ipso suam declarātis in philosophiæ simul, ac medicinæ cognitione præstantiam. Ad hanc verò tantum eum peruenisse minus mirum est, tum propter aliquas iam expositas causas, tum quoniam per omnem vitam veritatis studio, demonstrandi q3 scientiæ vnicè deditus fuit: alia verò negotia, quibus diuitias, voluptatem, aut gloriam pleriq; venantur, prorsus neglexit. Itaq3 in libro de subfiguratione empirica, negat sibi occupatissimo in muneribus artis, tantum ocij superesse, vt nugis superuacuis, fabulisq; differendis, bonas horas amittat. Animaduertit enim non in alia distractum esse negotia oportere illum, qui medicam artem exercere statuerit, rem adeò per se immensam, & amplam, vt pręclare agi nobiscū existimare debeamus, si vel in primo senectutis limine hanc ipsam, quod satis sit, fuerimus assequuti, nedū iacet aliis, ac diuersissimis distineri occupationibus. Quapropter fugere hæc omnia oportet, cumq; his ebrietates, comessationesq; nimias, illas turpissimas libidinum, ventrisq; & gulæ illecebras. Itaque non solùm mala illa negotia vitauit, omnis virtutis impedimenta: sed etiam omne in literarum, & rei medicæ amplificandæ studiis assiduè collocauit: quo consilio non est aliquando veritus, ne Cæsarem sequi in Germaniam cogeretur, armorumq; experiri strepitum, religionis apud eum vti cuiusdam excusatione. Continuo certè scribendi, legendi q3 labore valetudinis etiam interdum contraxit non nihil damni: nam & diaria aliquando correptus est febre ob vigilandi consuetudinem: & ob hoc ipsum, quum iam consistere ætate cœpisset, somnum amiserat. Hac tam assidua, & indefessa diligentia sua plurima sanè consecutus est, quæ arti adiecit. Scribit alicubi, se pulsum cuidam tetigisse sex mensium spatio: & cum per multos annos incertus fuisset de arteriæ cōtractione, et aliis quibusdam, improba in perquirendo cōstantia tandem reperisse. Sic etiā ab adolescentia dies decretorios obseruare incœpit. Hoc studio omnem ferè simplicium medicamentorum, de quibus veteres aliquid scripserant, *Doctrina Galeni.* *Assiduitas.*

materiam videre,& cognoscere voluit: eam q3 ob causam de simplicibus medicamentis conditos à se libros annis pressit vndecim, donec incõperta quædam sibi adhuc exploraret. Et, vt tũ noua quædã videret,& exquisitissima in vnoquoq3 genere sibi cõpararet, sicut iã suprà diximus, nauigauit in Cyprũ,Lemnum,Cretã,et Palestinã Syrię,vt pluribus indicaui suprà in peregrinationũ eius mẽtione.ad quæ verò loca proficisci ipse nõ potuit,inde sibi adferri curauit. Itaq3 in opere de cõponendis medicamentis secundũ genera: Adhortor(inquit amicos) oẽs, si artis opera pulchrè obire voluerint,vt me imitentur: qui ex omni natione quotannis præstantissima medicamẽta,vt mihi adferant,curo: eò q3 perditi illi omnigenarũ rerũ coemptores,illa ĩ dies adulteriis cõtaminãt.

Verùm in simplicibus medicamentis in vniuersum quidẽ apprimè eruditus fuit Galenus: in singulis autem non adeò exercitatus, vt mea coniectura fert: qm̃ nullum ferè medicamentum ne nominat quidem,quod à Dioscoride,& aliis ante ipsum non fuerit nominatum: & in viribus describẽdis aliud nihil ferè docet,q3, quod ante ipsum Dioscorides docuerat: nisi q3 particulatim ab illo dicta,ad vniuersalia quædã redigit,& graduum differentias assignat, in quo certè plurimũ iu dicij,diligentiæ q3 adhibuit,in iis præsertim,quæ gustare,& iudicare acuratiùs voluit,& ausus est. quędã enim vehementiora gustare non sustinuit,vt thapsiã alia q3 erodentia,sicuti ipse scribit: &, vt coniiciunt nostri temporis quidam non indoctè,vniuersales,primas q3 facultates, ex posterioribus,& effectibus aliquando collegit: id, quod non semper succedit: quædam enim tota substantia agunt,aut viribus quibusdam occultis: aliqua per accidens: & idem effectus aliquãdo à diuersis causis produci videtur. Hac eadem diligentiæ suæ improbitate,linguas seu dialectos Græcas ferè omnes perdidicit: & exquisitius quidem Atticam,ac Ionicam: minus verò,Doricam,& Aeolicam: in his enim duabus plura se ignorare, quam scire fatetur, in Attica verò contra. De Ionicis quidem nominibus,libro secundo de differentiis pulsuum alicubi,se scripturum promittit: quod an plenè præstiterit,nescio: præstitit autẽ ex parte, interpretatus glossas, id est obsoleta vocabula Hippocratis Ionici scriptoris. Quanquam verò, tum puritate linguæ Græcæ plurimum excelleret,nunquam,vel barbarismum, vel solœcismum, vel parum bene, ac propriè dictum cuiquam obiecit: sed omnibus loqui,vt volebant per ipsum licuit: tantò rerum, q3 verborũ studiosior erat. Latini sermonis peritus an fuerit,ambigitur. Ioannes Guinterius vir summæ eruditionis,in oratione de veteris medicinæ interitu,Latini sermonis Galenum (inquit) non imperitum fuisse declarant compositiones medicamentorum ab eo translatæ è Largo,Antonio Musa,aliis q3 Romanis scriptoribus. Sed potuit compositiones illas ab aliis translatas accipere, & aliorum opera vti. Libri quidem primi de differentiis pulsuum ad finem secundi capitis,cùm tardi,& velocis,rari q3, ac densi significationes distinxisset,& hęc propriè de iteruallis,illa de motibus dici docuisset,subdit: Quòd,si quis aliter hæc accipere velit,neq3 Græcos,neq3 Latinos sequi dignatus, illi permittendum est,vt Cadmeam victoriam vincat. Sed hîc quoq3 idem responderi,& retorqueri potest, quod suprà,aliorum amicorum,vel familiarium opera fortè Galenum illa didicisse cum hæc scriberet,& commentaretur: aut si prius ipse intelligebat, non tamen pauca vocabula Latina intelligentem,Latini sermonis peritum dicemus. Certum est eum semper animum ad patriã adiecisse, & nunquam in Italia manere proposuisse: iam q3 grandiorem natu Romam venisse, & lucubrandi,medendi q3 negotiis semper occupatissimum fuisse: vt neq3 consultò, neq3 obiter, vt iuniores solent,linguam latinam eum didicisse probabile sit,præsertim cum nulli ferè neque medicinales, neq3 philosophici libri Latinè conditi extarent,quorum gratia operæprecium hanc linguam sibi addiscendam existimare potuerit: &,si quæ extabant,ex Græcis pleraq3 deriuata erant: aut in eodem argumento,non minus egregij libri Græci legebantur. Interim illum parum aliquid Latinè intellexisse non dubito,propter diutinam in vrbe moram. Si tamen linguam illam probè intellexisset,prædicasset id proculdubio de se alicubi in scriptis suis,sicut Atticæ, & Ionicæ linguarũ plenam cognitionem, Aeolicæ verò,& Doricæ minùs quam mediocrem,de sese prędicat. Cum Antonino quidem Imperatore,& aliis Romæ proceribus,quorum valetudini curãdæ,in primis operam nauabat,Græcè colloqui potuit: vt nihil opus ei fuerit propter illos Latinè loqui discere: nã propter plebem,vt publicè plebeiis hominibus mederi posset,Latinæ linguæ vacare eũ voluisse, non est verisimile,nec rationi cõsentaneum,cum & fortunæ beneficiis, aliis q3 commoditatibus, & diuitiis abundaret,& à nimis populari vsu medendi, propter perpetuas lucubrationes suas, & assidua studia,alienus esset. Mecum sentit,& facit in epistolis suis doctissimus Manardus, his verbis: Galenus Latinam linguam non æquè,vt Celsus,aut nequaquam norat.

Linguarum diuersarum cognitio.

Doctrinæ præstantia.

Sed his iam reliqua de eius doctrinæ præstantia addamus. Neque verò scribendo solùm (ita, vt nec in oratione puritas,& elegantia,nec in sententiis, & tractatione, vel oratoria, vel dialectica virtus desiderentur) sed etiam dicendo, disserendo que, adeò semper valuit, vt propositis in æde pacis de more quæstionibus improuisis,publicè sæpissimè ad omnia responderit, id que iuuenis,quum Romæ degeret. Annum agens nonumdecimum, vt suprà diximus, Athenæi sectatorem conuicit: & postea aliquando Stoicos, & Peripateticos de sede animæ disputando superauit: & sæpenumero apud eruditos viros,ex temporales sermones habuit. Annum agens tricesimum publicè docuit. Sophisticam semper odio habuit: nihil que tam studuit, quam demonstrandi primùm scientiam tenere, deinde summo studio eam exercere: quod ei facilius fuit, quoniam in mathematicis,& scientiam facientibus disciplinis versatus erat. Quinimmo veluti furore quodam

re quodam percitus, & diuino inspiratus afflatu, ad veritatis studia persequenda, & vulgi famam fortiter contemnendam, vt ipse profitetur Methodi septimo, ferebatur.

Hippocratis doctrina ab eo exculta.

Porrò quantopere Hippocratis doctrinam, omnis solidioris medendi artis fundamentum, & vniuersam veterem medicinã, excoluerit, ac illustrarit multifariã, ordine, methodo, præceptis q3: & argumentis confirmarit disertissimè, oratione verò diserta, ac eleganti exposuerit vberrimè, et remediorum simplicium, compositorum q3 descriptionibus locupletarit copiosissimè, tanquam medicorum, qui sunt, qui q3 fuerunt omnium διαλεκτικώτατος, ἢ φιλοσοφώτατος μᾶλλον, ἅμα τε ῥητορικώτατος, καὶ λόγῳ καὶ ἐμπειρίᾳ ὀφθανέστατος, res ipsa, & omnium eruditorum consensus loquitur clarius, q3, vt multis ad id explicandum sit opus verbis, nisi quis in ipsam meridiem lumen inferri postulet. Pauca tamen, vt in ipsius laudibus, & encomio animos pascamus, tãti q3 beneficij grata commemoratione nos oblectemus, & ad eius exempli imitationem optimum, ac ingeniosissimum quemq3 inuitemus, dicẽda fuerint. Cum igitur olim principes tantùm viri philosopharentur, Hippocratis præsertim seculo, & ante id, ipse etiam Hippocrates è magna gente, vt pote Heraclidæ filius, ab Hercule, Æsculapio q3 genus ducens, genere, & opibus præclarus, ad philosophiam, ac medicinam accessit. Et quanquam gentiles eius Asclepiadę artem intra suam familiam detinerent, nec exteris communicarent: ipse literis, non solùm particulares historias, & remedia singula, sed artis etiam methodum, præcepta, & præcipua capita mandare cœpit, ingenuo nimirum candore, & magna liberalitate, quali hoc ipsum ageret, vt non Asclepiadæ solùm, qui degenerare poterãt, & genus eorum cessare, sed optimus quisq3 ad artis communicationem omnibus necessariæ, ideo q3 in medium proponendæ admitteretur. Sed, vt nihil inchoari simul, & perfici à mortalibus potest, ita & medica ars ab Hippocrate (qui natus est anno primo nonagesimæ olympiadis) inchoata, & scriptis tradita primùm, rudior adhuc, & in multis incertior, ac inconstans, & multis postea seculis veluti vaga, variis q3 distracta ingeniis, à Galeno demũ tanto tempore pòst, veluti altero Hippocrate, quem in illo ἀναβιῶναι, dixeris, expolita, & confirmata, perfecta q3 propemodum tota est. Nam cùm similiter, vt Hippocrates in philosophia præclarè versatus, & ingenio liberali præditus esset, rebus q3 ad hoc efficiendum, quantum quidem in vnum hominem cadere potest, omnibus instructus, opus tam eximium, & conari voluit, & perficere (Deo iuuante) potuit. Videntur autem primi illi circa Hippocratẽ medici, & ipse in primis, in singularum tantummodo rerum inquisitione, quæ demõstratione peragebatur, versati. Qua ratione etsi permulta problemata subtiliter inuenirentur, ac dissoluerentur, non tamẽ per illam constabat modus vllus totam disciplinam constituendi ex suis partibus in proprium ordinẽ digestis: sed sparsim, & absque arte plerunque tradebantur, quod præcepta artium tradendarum non dum haberentur: adeo q3 ne demonstrationum quidem regulæ præscribebantur: sed vtebãtur quidem demonstratione illi ad inquisitionem rerum, artem verò demonstrandi, quæ præceptis constaret, nullam tradebant: vteodem tempore in philosophia etiam à Platone factũ videmus. apparet enim ex eius libris, demonstratiuæ artis præcepta eum non satis calluisse, aut certè non absoluisse (& ea interdum pro indubitatis principiis posuisse, quæ è sacris literis, aut maiorum authoritate petuntur: quæ si è sacris sumenda sunt ad demonstrationes, eadem opera quęstio ex eisdem sumi poterat, vt demonstrari eam nihil necesse sit) & scientiarum limites non obseruasse, vt, qui multa è diuersis scientiis, in eundem librum congesserit. Sed philosophiam statim secutus Platonem Aristoteles perfecit, præcepta demonstrationum reliquit, scientiarum limites circũscripsit: & ne quid ad perfectionem totius artificij in docendo deesset, quo disciplinarum quæstiones per inquisitionem ἀποδεικτικὴν inuentæ, ac dissolutæ, aptè connecterentur, postremò ipsarum ordinem pulchrè digessit, quatenus iubet ab vniuersalibus incipientes ad singularia descendere, id q3 cum alibi diserte, tum clarissimè libro primo de generatione animalium ostẽdit. Sic in Physiologia affectiones τὰς καθόλου, quæ que rebus naturalibus vniuersis conueniunt, primo loco exposuit: deinde ea, quæ sunt minùs communia, & in pluribus rebus naturæ, non tamen omnibus conspiciuntur: vltimo loco, quæ singulis speciebus, peculiariter insunt. Iuxta q3 hunc modum totam Physiologiam in totidem libros diuisit, quot sunt affectionum differentiæ. Cum igitur vniuersa methodus disciplinarum, aut consistat in singularium quæstionum inquisitione, quæ demonstratione fit: aut in positione, atque ordine partium totius disciplinę, vbi demonstratione fuerint inuentę: illam totam absoluit Aristoteles, acceptis quibusdam seminariis à maioribus, hanc autem primus ipse commonstrauit: & insuper obscurè ab illis, aut etiam ænigmaticè dicta, tanquam vel ostentatione, vel inuidia quapiam, ipse clarè, & dilucidè exposuit. hoc ipso autem, καὶ διὰ τὴν ἀκρίβειαν ἣν τοῖς ἀποδείξεσι προσέθηκε, Simplicius eum antiquioribus philosophis præfert: Platoni verò, καθόσον εὐθυωρίας τίθησι τὰς τῶν ἀποδείξεων ἀναγκας, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς ἀπό τε τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἀπὸ τῶν προχείρων δοξῶν σφαδάζει λαμβάνειν. Cęterũ eadem ferè Galenus in re medica præstitit, effecit q3 primus, quæ in philosophica Aristoteles. Nam plerisq3 pulchrè inuentis ab Hippocrate, sed remissiùs, atq3 debiliùs traditis, rationes validiores adiecit, & multas rerum causas assignauit, ab illo præteritas, aut non dum forsitan cognitas, aut exiliter sanè, atque obscurè traditas. Denique non modò demonstrationes quæstionum singularum perfecit: sed ordinem quoq3 methodi addidit, ita, vt triplicis methodi, neq3 enim plures laudatæ inueniuntur, vsum & tractationem in arte medica copiosè ostenderit. In plerisque enim suis libris Analyticam sequitur metho-

dum, in libro autem de cõstitutione artis, Compositiuã, vt Definitiuam in arte parua: de quibus omnibus, & quomodo à Galeno sunt obseruatæ, aut animaduersæ, qui plura nosse desiderat, doctissimã Gemusæi præfationẽ in Græca Galeni opera Basileæ olim excusa adeat. Interea verò, dũ tantopere laudamus Galenum, Hippocratis medicinæ parentis laudibus, ac dignitati nihil detrahimus. Principij enim vbiq; vis maxima est, etiamsi re ipsa perexiguum sit. Et religio, quædã, ac reuerentia, rerum bonarum omnium causis, ac principiis debetur. Itaque, & veteribus, qui nobis occasiones, ac rudimenta aliqua tradiderunt, & posterioribus, qui absoluere nisi ab illis aliquid ac cepissent, nunquam potuissent, plurimum nos debere, gratis animis fateri, & agnoscere par est. Tantum profecto Galenus lucis addidit arti post Hippocratẽ, vt, nisi medicinæ is diu iã, multũ q; laboranti medicinam adhibuisset, & tradita ab Hippocrate principia illustrasset, iaceret fortè adhuc neglecta: nunc verò, quod ars est exculta, quod q; Hippocrates legitur, ac intelligitur, q eum ex illo fructum capimus, quẽ sentimus, hoc beneficium Galeni totũ est. Cętera nunc, vt omittam, de arteriarum certè pulsibus nihil, cùm pertractasset Hippocrates (siue hoc ad medicinã nihil pertinere ratus, siue id etiam rem ignorans omnem fecerit) de horum differentiis, causis, & ex ipsis dignotione, prolixè confecto ipse opere, hac quoq; ex parte medicinam auxit, & locupletauit.

Porrò prẽter Hippocratẽ, & Galenum Medicinæ principes, cęteri ferè omnes, tũ Græci, tum Arabes, eorum q; sectatores, nihil ad artis constitutionem contulerunt: & ex illorum libris ferè, quicquid, aut lectione, aut imitatione dignũ habent, tanquam purissimis fontibus, exhauserunt, doctissimo nostri seculi viro Iac. Syluio teste. Adeò, inquit, ingeniosa, & studiosa, & diis accepta fuit veneranda illa antiquitas. Pauca quædam tamen, non ignaua omnino posteritas, rudis quidem, sed exemplorum fide plena, aut clariora reddidit, aut vsu, experientia q; frequenti certiora. Quæ vnusquisq; etiã mediocriter institutus, his velut fundamẽtis adiungere potuit, hoc est Hippocratis, Galeni q; placitis. Quibus de medio sublatis, medicina sit velut chaos antiquum, & certè hominũ carnificina: & id omne, quod in stupidos suæ ætatis medicos iustissimè Plinius inclamat. Etsi verò, vt toties diximus, Hippocrati tanquã parenti, & conditori artis summum honorẽ deferat Galenus, adeò tamen solius veritatis studiosus sine vlla dissimulatione fuit, vt multis in locis ipsum, hoc est sermonem eius, & scripta, arguat, veluti non exactum, improprium, obscurum, inconditum, indistinctũ: & modò imperfectum, modò contrà superfluum: est quãdo diligentiã in eo desiderat, confusam, & inordinatã traditionem reprehendit: nonnunquam ineptitudinis, obliuionis, immò etiã erroris, & mendacij accusat: Cõmentario secundo de victus ratione in morbis acutis, circa pharmaca pleuriticis danda, ab eo dissentire videtur. In quibus tamen omnibus aliquo modo excusari potest D. Hippocrates. aliqua enim ignorasse eũ, aut etiã errasse in aliquibus, mirum non est, cũ à nullis propemodum ante suum seculum scriptis fuerit adiutus: q verò negligentiùs quædam scripserit, hoc enim nomine, si ignorantiã, atq; errorẽ demas, cętera comprehendi poterunt, id factum, qm̃ sibi tantùm, non ad editionem quædam scriptis mandarit, dici potest: Deniq; corrupta quędã, & deprauata à librariis, aut aliis quibusdã esse: et spuria quędã ei attribui.

Hippocrates à Galeno notatus.

Non verò diligens solum, & eruditus fuit Galenus, sed ingenij quoq; solertia, & promptitudine minimè vulgari præditus, ἀνχίνους καὶ εὑρετικός τις πάνυ. Itaq; multa ex sese didicit, sine prẽceptore: septimo quidẽ Methodi, omnia se per seipsum inuestigasse scribit. Hoc ingenio, & vniuersales morborũ curationes, siue curãdi indicationes excogitauit, & particulares quasdam, vt de sanandis oculorũ doloribus: itẽ neruis sauciatis, primus in hac curatione ausus modum priùs vsitatum immutare. Hac ingenij sagacitate sępe aliqua circa ægrotos obseruauit, quæ ab aliis non animaduersa admirationẽ ei conciliarunt, tanquam ex arte diceret, aut diuinaret quædã, quæ tamen sola industria, & diligenti animaduersione, à quouis mediocriter solerte intelligi poterant, quale est, quod libro primo de sanitate tuenda circa animaduersum pueri plorantis desideriũ de se scribit. Inuenta eius in arte fuerunt, neruorũ curatio: locorum affectorũ agnitio, quam primus in artem redegit: medendi ratio methodica, & sanitatis tuendæ prẽcepta: in sectionibus itidem non pauca, circa neruos, & musculos præsertim, veluti thoracis musculorũ anatome, & instrumentorum respirationis: & partiũ quarundam vsus: dignotio pulsuum, & ex eis prẽsagia: ac pleraq; alia consimiliter, quæ non exiguæ, & momentaneæ tantùm, sed iustæ, & maximæ totius artis partes sunt: adeò, vt ante ea tempora manca adhuc, & non dum integra fuisse medicina rectè videatur. Quin, & rebus quibusdam nomina primus imposuit, vt solutioni continui: & inter succos glutinoso contrariũ vocauit rhypticum, id est, absterſoriũ. Curationum, quas feliciter peregit historias aliquot, iam suprà memorauí, vt hic repeti nihil attineat. Neruis quidem vulneratos omnes sanitati se restituisse profitetur: iuniorẽ adhuc à nullo edoctum, deperditam memoriam curasse: deniq; in artis operibus cõsenuisse: sexcenties præsagiuisse in ægris, diaria ne febri laborarent, an ea, quæ tertio quarto ue die aliquam accessionem esset habitura. Prima enim statim visitatione, omnia febrium genera (quotidianam, tertianam, quartanam, semitertianã, καῦσον) mirè discernebat: sicut & alios affectos plerunque primo die: sic & hecticam febrim incipientem vnà cum putrida agnouit: & aliquando ex solo colore locum in visceribus affectum dehrehendit. Deniq; semper summo studio in curando simul, & præsagiendo se exercuit: tantum q; profecit, vt aliqui eum vatem esse dicerent, tanquã diuinatrice arte, non medicinæ scięntia, futura prædiceret. Non solum verò interiorũ morborum curationem, vt pleriq; hodie medici, sed exteriorũ etiam, & omnium,

Solertia eius, & inuenta in arte.

Curationes & præsagia.

Chirurgia.

quæ

quæ ad Chirurgiam pertinent, tractationem professus est. itaq; vt neruorum, ita omne genus solutæ vnionis curandæ viam, ac rationem expleuit: & cum in Asia maneret, aliquãdo chirurgiam exercuit: cum verò Romæ ageret: ciuitatis morem est secutus, permissa iis, quos chirurgos vocãt, maxima eiusmodi operum parte. Quantum autem in chirurgia, & ea medicinæ parte, quæ manu administratur, valuerit, tum historiæ quædam, tum inuenta ab eo pharmaca, & emplastra testantur: quorum non nulla propter insignem vtilitatem nuper etiam in vsum reuocari apud Italos cœperunt: sicut, & alia quædã medicamenta cõposita ab ipso inuenta, quæ intra corpus dantur.

Pharmacopœia.

Qin, & Pharmacopœi interdum officio fungebatur, vt cum Imperatoribus, eorum q; amicis, & opulentis viris antidotos componebat: cum q; oleum, & adipem recondebat, vt inueteratis vti posset. Mirum autem, quo nam fieri tandem pacto potuerit, vt vnus tot negotiis abũde sufficere posset: idem quippe erratorum castigator acerrimus, idem rerum multarum inuentor acutissimus, idem disceptator subtilissimus, grammaticus idem, rhetor, dialecticus, mathematicus, philosophus, medicus: nec verbis tantùm medicus, sed medendi idem vsu exercitatissimus, ingenti q; ægrotorum frequentia à studiis plerunq; distractus: inter medicos eloquẽtissimus, inter eloquentes medicus acutissimus, inter vtroq; diligentissimus, inter omnes deniq; maximus: & cũ ipsius seculo philosophi, medici q; nomen pleriq; non distinguerent (vnde, & logiatri fortè, & iatrosophistæ nomina sunt facta) ipse quanquam medicus simul, & philosophus eminẽtissimus fuit, vel Antonino Imperatore, ac Philosopho teste, plurimum tamen alterum ab altero differre, tum docendo scribendo q;, tum re ipsa ostendit ita, vt facilè iam cuiuis appareret optimum medicũ, eundem esse philosophum oportere, non autem contrà.

Galenus alicubi dubitat, discit, fallitur.

Quanquã verò talis tantus q; fuit, propter immensum tamen artis medicæ pelagus, quod (si vlla alia) longè late q; patet, minimè mirum est, si non omnia, præsertim particularia (quæ infinita esse solent) sit assecutus: si dubitare se alicubi fateatur, & iam ætate prouectus etiam non nulla addiscat: si etiam alicubi erret, atq; fallatur, in iis nimirum, quæ nõ ad præcipuas, & vniuersales curãdi indicationes, vnde ars constituitur, pertinẽt, sed aliis modis ad artem eruendam, aut perficiendam referuntur. De causa quidem opifice fœtus, & animæ substantia, quorum vtrunq; supra medicum est, dubitat: prima die febrem continentẽ sine putredine, fatetur se non planè percepisse, cuius generis esset: in leguminibus aliquando hęsitat, vt notauit Manardus.

Anatome.

Et quanquã ex frequenti anatomes speculatione multa, quę prius neutiquam sibi visa erant, aliquando animaduertit: multa tamen ipsum effugerũt, eam præsertim ob causam, q, vt doctissimus, & princeps in Anatomicis nostra ætate Vesalius animaduertit, hominem nunquàm secuit: & simiarum sectionis, q; hominum studiosior, vtrorumq; anatomen cõfudit: vnde crebri eius in hoc argumento lapsus deprehenduntur {Homines ipsum non dissecuisse: quæ verò in humano corpore obseruauit, ea, vel à simiis transtulisse, vel in abscessibus quibusdam, aut chirurgicis operibus vidisse, ex libri de venarũ, arteriarum q; dissectione capite septimo apparet} Libros quidem de vsu partium emendare aggressus, non plenè id præstitit: nec pauca, in his præcipuè libris, censore Vesalio, imaginatus est tantùm, in animalibus non visa. Eidem in Aristotelem videtur iniquior, eius q; carpendi studio, sui ipsius oblitus interdum. Interea tamen idem Vesalius tantum tribuit Galeno, vt medicinæ parens, rarũ naturæ miraculum, summus naturæ admirator, & omnium bonorũ author ab eo appelletur. In prima fœtus è genitura formatione, cor aliquando putauit vnà, cum iecore statim ab initio gigni: posteà verò re maturiùs perpensa, omnino hepate posteriùs formari statuit.

Fortunatus.

Porrò nõ solùm eruditus, sagax, & diligens in morborum curationibus, sed etiam fortunatus fuit, vt ipse de sese prædicat. Mihi quidem cum Satyrico fortuna rationem, & prudentiam sequi videtur, non separata aliqua vis, vel causa esse.

Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna deam, cœlo q; locamus.

De iis, quæ secundum naturam, aut artẽ fiunt, id q;, vt plurimùm, loquor: nã, si prouidentiæ diuinæ, hominis alicuius vitã, & actiones beare placeat: etiam si multa præter rationem fiant, & humana prudentia cesset, impediri non potest.

Dogmata.

Dogmata, siue placita quædã peculiaria Galeni, quæ tum in philosophia, tum in medicina approbarit, non est, q operosius hic vnum in locum conscribam: in præcedentibus enim sparsim pleraq; exposita sunt: & hoc in primis, quòd secta nulli fuerit addictus. hoc enim à patre acceperat, ne ab vlla secta denominaretur, sed longissimo temporis spatio, & sectas præcipuas addisceret omnes, & de illis iudiciũ ferret. Pyrrhoniis quidem maximè se opposuit, et Epicureis. Et quãquam in arte medica, verissima Hippocratis dogmata sequi soleret: seruos tamẽ appellabat, quicunq; se, vel Hippocraticos, vel Praxagoricos, vel ab alio quocunque viro nominabant. eligenda autem ex singulis censebat, quæ præstantissima essent. De substantia deorum, & animæ nunquã pronunciare voluit. De triplici verò animæ principatu pro Platone contra Aristotelem stetit. Nec tres animas, nec facultates animæ tres, sed tria principia dici debere, ei placuit. Insomniis non parum tribuit: eorum q; alia diuinitùs mitti, alia in natura suas habere causas censuit. Hepar venarum, sanguinis, & nutricationis principium esse ostendit, nõ cor aduersus Aristotelem: & cerebrum neruorum, sensus, motus q;: testium quoq; naturam primus inuenit, totũ alterare corpus: de generationis primordiis nostræ contra Aristotelem defendit Hippocratem, & alia in humani corporis fabrica complura. Chrysippum philosophum acutissimum ignorantiæ plerunq; reum peregit, cum alibi, tum in libris de placitis Hippocratis, & Platonis.

Scripta in genere: et primũ cur scripserit libros.

Libros autem conscripsit, perpaucos quidem eo consilio, vt euulgarentur: sed tres ob causas ferè: quarum prima est, vt amicis, & familiaribus, præcipuè longam profectionem suscipientibus, gratificaretur, siue sponte rogantibus illis, siue inuitus propemodũ, exoratus: eiusmodi sunt omnes, quos introducẽdis composuit: & inter alios hi: Quòd animi mores corporis temperaturam sequantur: De optima corporis nostri constitutione: De bono corporis habitu: De diebus decretoriis: In Epidemiorum libros Commentarij: De medicamentorũ facultatibus: Contra Iulianũ: Aduersus Lycum: De differentiis pulsuum: Methodi medendi libri priores ad Hieronem, & eo defuncto reliqui ad Eugenianum: Commentarius in Prorrheticum Hippocratis: Sic in Glauconis philosophi, Boethi viri consularis, & aliorum quorũdam primariorũ gratiam multa scripsit: multa etiam in communẽ amicorum, aut inferioris quoq; conditionis hominum vsum: quod eũ facere adeò non piguit, vt voce vti interdum non dubitarit humanissima illa, se vel vnius tantùm gratia, quẽ modò veritatis studiosum cognouisset, dicturum, scripturum q; omnia. Altera scriptorum eius causa fuit, vt cõmentando ad rem aliquam propositam sese exerceret, & ingenium non sineret ocio languere, sed lucubrando excitaret. Tertia deniq;, studiorũ suorum commoditas, cuius gratia breuiter tantùm capita inuentorũ à se consignare solebat (amicis verò rogantibus postea elaborabat, & pleniùs explicabat) & vt Plato inquit, aduersus obliuionem senij commẽtarios

Quomodo.

reponebat. In primis autem operam dedit, vt quæ ante ipsum ab aliis obscuriùs, aut imperfectiùs tradita erãt, ipse dilucidiùs, & pleniùs exponeret. Veritatis quidẽ, vt vnicè semper studiosus fuit, vel ad furorẽ vsq; diuinum quendam, vt diximus: ita neq; loquendo, neque scribendo, gratiæ, aut odio quicquam dedit: & vt q̃, verissimè omnia literarũ monumentis traderet, summopere curauit: mentiendi verò ne causam quidem se habuisse, alicubi testatur: quinimò sibi etiã ne quis credat, nisi accedente ratione, hortatur: id verò est veritatẽ magis, q̃ sese amare. quo nihil pulchrius, nihil diuinius, neq; φιλοσοφώτερον quicquã homini contingere potest. Hinc adeò nihil nisi in ipso medicãdi actu à se declaratum, aut aliter examinatũ, probatum q;, in scriptos à se libros retulit: Qua in re medici priores pleriq; peccauerunt, & Erasistratus, vir alioquí nõ illaudatus reprehenditur, & Dioscorides Anazarbensis, notatur: & nostro quoq; tempore factitare solent homines, quibus domi desidentibus quicquid in mentẽ venerit, promulgare, statim non verentur: & de re motissimis etiã rebus, quæ fortè nunquam ad eas, in quibus scribunt regiones, perueniẽt, vt hippopotami, aut elephanti sanguine, aliáue huiusmodi re, aut nimirùm peregrina, aut etiã abominabili, sine experientia, nullo q; cum fructu aliqui nugantur. At Galenus dierũ criticorũ diligentem explorationẽ fecit, prius q̃ artem traderet. Non eum ita mouit senis autoritas, vt fidẽ illi absq; cõfirmatione sensus de rebus omnibus simpliciter haberet. Et medicamentorũ simplicium commentarios, cum longè prius cœpisset, vndecimo demum anno pòst in lucẽ edidit, q̃ pharmacorũ quorundam naturam ipsemet adhuc non comperisset: vt comperiret autẽ, diuersa remota q; loca adiit, vt alibi diximus. In vsu etiã artis, vt suprà dictũ est, non adhibuit alia remedia, quam de quibus experientia ipsi constaret. Nos quidem de illis Galeni experimẽtis, quibus peculiare testimonium experientiæ suæ adscripsit, libellum olim edidimus. Ab ambitione autẽ, cum aliàs, tum scribendo, quàm fuerit alienus, vel hoc vnum clarissimè ostendit, quòd nulli librorũ suorum suum ipse nomẽ inscripserit: quæ inter alias fortè causa est, cur spurij quidam pro genuinis sint admissi.

Commotica.

Itaq; verè, fideliter, candide, ac diligenter, eum omnia tradidisse constat. Quæ verò ad comptoriam artẽ attinent, & pulchritudinem non verã inducunt, & si quædam nec inutilia, nec iniucũda scitu, in eis contineantur, & principes viri, ac matronæ ea aliquando à medicis requirant, & apud alios etiã homines honestos aliquando eorum vsu esse possit, quamuis ea optima nosset, scribere

Venena.

per verecundiã omisit: frequentior enim malus eorum, q̃ rectus vsus est. Venenorũ vero semper malus: quamobrẽ arcanas, & exquisitas eorum cõpositiones minimè publicari oportere existimauit. tantùm in eo honestatis, vitæ q;, & salutis hominũ amor valuit. Vtile quidem fuerit hęc etiã cognoscere, tum philosophos, tum medicos homines, sed optimos duntaxat, & qui nunquã abutantur: hos, vt iis, qui veneno quocunq; lęsi sunt, melius succurrant: illos, propter scientiam ipsam naturæ. sed literis mandari tutum non est, ac inter Christianos præcipuè nefas. Per manus autem tradi amicis, optimis duntaxat, & ætate, iudicio q; maturis, sat fuerit. Philtrorũ (inquit Galenus de simplicium medicamentorum facultatibus libro decimo capite primo) & eorum, quæ ἀγώγιμα, ὀνειροπομπὰ, ac μίσητρα vocant quidã, planè, nec si abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerẽ: sicuti nec letalium medicamentorum, aut, vt ipsi loquuntur, παθοποιῶν. Nam illa sanè ridicula sunt, cõstringere, ac vincire aduersarios, vt in iudicio nihil possint eloqui, aut grauidæ abortum afferre, aut, vt ne vnquã deinceps concipiat, efficere, & quæcũq; eius sunt generis, vel impossibilia, vel certè mortaliũ vitæ noxia, &c. Porrò cum adolescens adhuc quædam condiderit, exercendi nimirũ sui causa, potius q̃ alios docendi: & ætatis progressu ad vltimam vsq; senectutẽ, nunquam à lucubrandi labore destiterit, magnum ætatis ratione, qua singuli ab eo perscripti sunt libri, in eis discrimen esse, quis dubitet? Fatetur ipse se iuuenem, ante annum ætatis suæ 43 curiosius, & ambitiosius quædam scripsisse, quid igitur de illis sentiẽdum, quæ in adolescentia, & ferè puer adhuc exarauit? sed ea forsan pleraq; nõ amplius extant. Tradit alicubi, se anno ætatis suę 34 multos iã libros scripsisse: et rursus eo tẽpore, quo Romæ fuerit secundò (circa ętatis suę annum 35, & 36) expectans Antonini è Germanico bello reditum, mul

tos

tos ad philoſophiam pariter,& medicinam (de pulſibus præſertim, & aliis ſignis, criſi, diebus q̃ criticis,& de differentiis febrium) ſpectantes libros conſcripſiſſe: quos poſtea amicis flagitãtibus legendos permiſerit: & apud illos tantùm futuros ſperauerit.nam ſi dandos,inquit,indignis(qui non,vt diſcant,ſed vt calumnientur,legunt)ſciſſem,ne amicis quidẽ eos præbuiſſem. At librũ de locis affectis in ſenectute compoſuit. Scripſit autẽ plurima, non ſolùm in medicina: ſed & in philoſophia,grammatica,geometria,vt author Suidas eſt.ſed & ipſemet librorum ſuorum,& numerum, & rationẽ, ac modum exponit,duobus operibus huic rei dicatis,quibus partem eorum iam tum interiiſſe, docet,incendio tẽpli pacis(quo ſimul omnes etiam Bibliothecę Palatij conflagrarunt)in quem locum reponere labores ſuos conſueuerant eius temporis ſcriptores.Porrò,qui Galenum ſcribendi, cõmentandi q̃ diligẽtia vicerit,ſcriptorum´ue in ſingulis propè artibus numero ſuperarit,inuenias neminẽ. Ad quingentos enim omnes ſcripſit: quot vix ſcribendo tantũ abſoluere quiſquam,nedum meditari ſimul, ac literis mandare potuiſſe credatur: quorum tamẽ vix dimidia ad nos peruenit pars,vt doctiſſimus Iul. Alexãdrinus animaduertit.Horum autem alij,vt dictum eſt, incendio ſunt conſumpti: alij propter barbariem temporum ſecutam in Aſia, Græcia q̃,alias q̃ ob cauſas,perierunt: aliqui fortè,q̃ declamatoriè,& iuueniliter cõſcripti eſſent. Ioan.Fernelius verò in medicinæ ſuæ præfatione,præter ducẽtos & quadraginta inquit, quos de aliis diſciplinis,de medicina ſupra quadringentos conſcripſit.Galenus(inquit Athenęus dipnoſophiſta)tot philoſophica,& medicinalia volumina condidit, vt ſcriptores ante ſe ſuperarit oẽs.

Quam multa.

Hanc Galeni ſcriptorum excellentiam,non ita multò poſt,agnouerunt doctiſſimorum homi num ſcholæ omnes: quando relictis ſectarum nugamentis,veram Hippocratis artem, ita tum ſtabilitam,vt nulla ſophiſtarũ iniuria ſubuerti poſſet,amplecti ſolam,et ſynceriter colere cœperunt: quo tẽpore ex ea ipſa certam opem,& auxilium tutum mortales homines percipere potuere, cũ prius non minus periculi ab arte ſæpe,q̃ ab ipſo morbo extitiſſet. Agnouerunt quoq; minimè poſtremi,viri Arabes,diſciplinarum impigri cultores: qui monumenta eius vniuerſa in ſuam linguam conuerterunt,& in manibus magno ſtudio verſarũt,donec ſublatis iniuria temporum,aut certè ſuppreſſis,Græcorum exemplaribus,Latinorum quoq; hominum ſcholis interpretationes ſuas commodarent,non quidem tanta cum fruge,quantam ex ipſo haurire ſtudioſo licebat: attamen non ſine ſua quoq; vtilitate.Præſtitit enim ex illorum monimentis ita philoſophari,q̃ ad priſtinam ſectarum incertitudinem relabi rurſus.Sed rediit ille tandem nobis,& in gymnaſiis audiri geſtit iterum: Italicis autem ſcholis vehementer gaudet.quarum ſcholarum ſoliditatem,integritatem q̃ in diſciplinis vtinam noſtra iuuentus ſtudioſius æmulentur.

Libri Galeni ī ſcholas medicorum recepti.

Arabes.

His de ſtylo eius,& elocutione,tractatione´que ipſa ſermonis,pauca adiiciemus.Apparet ſanè ſumma in eo paſſim eloquentiæ vis: oratio & fœcunda, & elegans,non perplexa, non accerſita, ſed ſponte late q̃ fluens: admiranda quędam eloquendi quęcunq; animo cõcepit facilitas,ſiue doctrinam ipſe explicat ſuam,ſiue quæſtiones diſſoluit, ſiue ambiguitates enodat. Dialecto Græcæ linguæ vtitur communi, ſed elegantiore, & ad atticam deflexa, vbicunque citra affectationem (à qua prorſus alienus eſt,ita vt minimè Atticus videri,q̃ affectator malit) fieri potuit. Quàm verò Atticè,& Ionicę dialectorũ fuerit peritus,indicauimus ſuprà.Athenęus certè de ipſo teſtatur, ὅτι ἐδ ενός τῶν ἀρχαίων τὴν ἑρμυνείαν ἀδ ηνατώτερος γέγονε. Proprietati vocabulorũ vehemẽter ſtuduit,ita vt impropriè locutos non raro notet: & interdum, rariſſimè tamen,rerũ, aut affectionũ, quibus vocabula nondum propria erant poſita,ipſe comminiſcatur. Vtinam verò, quantum patrij ſermonis puritate,elegantia,& cęteris laudibus valuit: tantum etiã interpretum, quorum magna in eius libris vertendis diuerſitas,oratio valeret Latina,ac non multũ venuſtatis, gratiæ multum ſubitò amitteret Latinus factus. Quòd in interpretum ſugillationem minimè dictum intelligi volo:ſed in arduã potius quandam interpretandi difficultatem,figurarum diuerſitatẽ,& linguæ verborum in illo copiam,paupertatẽ in hac. Verum ſic quoq; , q̃ non impolitus,neq; inelegans,immò verò,q̃ nitidus, q̃ lacteus totus fluit.´Vt quicunq; poſthabito hoc,Arabum malunt, atq; horum ſimilium quorũdam,meram ſequi barbariẽ, hos ego eo natos ingenio exiſtimem,vt obſcura manifeſtis,perplexa explicitis,aſpera,nitidis,tenebras lucí præponere eodẽ exemplo poſſint. Quanquam autẽ vbiq; magnam in oratione perſpicuitatis curam adhibuit, adeò,vt qui ſcripta eius præcipua eo,quo par eſt,ordine legunt,vel ſine præceptoribus artẽ addiſcere poſſint,modò,neq; ingenio tardiores ſint,neq; in primis diſciplinis nimiùm rudes, & perexiguum aliquid adiumenti à præceptoribus,aut aliis in arte peritis, aliqua demonſtrantibus ſentiant: non tamen humi repit ipſius dictio,nec artificio caret collocatio: vt neq; contra nimiùm, vel aſcendit, vel affectat,vel παθητικωτέρα eſt iuſto: ſed auream planè mediocritatẽ ſeruat, & modò κάλλος modò σεμνότητα, modò alias oportunas ideas,et laudatas in oratione virtutes repręſentat.Hinc neſcio, quæ dulcedo ex doctrinæ ſimul,& elocutionis eius temperamento oborta,mirificè legentiũ omnium animos allicit, vt qui ſemel guſtarit, abſtinere amplius ab eius ſcriptis non poſſit.Librum quidem de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos, humiliore ſtylo à ſe ſcriptum conqueritur.

Stylus.

Interpretes Latini.

Perſpicuitas.

Idea orationis.

Accuſant in eo multi prolixitatem, cuius tamen iuſtas videtur interdum cauſas habuiſſe: non enim vnum in omnibus libris ei conſilium fuit.In multis ſe accõmodat introducendis,et illorum captui,atq; vſui priuatim,in quorum gratiã aliqua ſcribebat, quorum aliqui præceptoribus carebant,& procul etiam ab eo proficiſcebantur. Itaq; his in libris quædam alibi copioſius explicata contrahit,

Prolixitas.

contrahit, alia verò fusius exponit. Galenũ (inquit Fernelius in præfatione suæ medicinæ) multi Asiaticæ redundantiæ insimulant, q̃ πολύγραφος nimiùm multa artiũ, librorum q̃ congerie, multorum studia restinguat, & ad rem properantes distineat. Eum quidem fatemur mira persuadendi necessitate disputasse subtilius: sed, q̃ initiò minimè statuisset vniuersam artem complere, breuem præcipiendi legem non obseruasse: eadem identidem locis compluribus inculcasse, nũc huc nunc illuc studio reprehendendi auidè ferri, sic q̃ sæpius ambiguitate lectoris animũ distrahere. Hæc ille. Sed vtcunq; est, ij certè, qui præceptoribus destituuntur, plurimùm debent Galeno, q̃ fundamenta, & præcipua capita artis tam plenè, & διεξοδικῶς sit persecutus. Est vbi seculi eius mores, & in re medica sectarum peruersitas, aut philosophorum quorũdam pertinacia, hanc prolixius quædam discutiendi abundantiam ei extorserint. Accedit huc, q̃ natura ipse, vtpote Asianus, in dicẽdo copiosior erat: & insuper ingenij bonitas, qua præditus cupiebat summo candore, & optima fide, omnes omnia q̃ liberalissime, καὶ ὡς ἀφθονώτατα, edocere, ita, vt ne hebetiores, quidem desiderare in eo, quicquam possent: atq; ita factum est, vt plerunq; sit prolixior, in iis præsertim libris, quos iunior adhuc condidit. Sed, vt in multis quantũ dicendi copia possit, ostendit, ita in duobus ad Glauconem therapeuticis, Arte medica, & aliis fortè paucis, quãtum artificiosa breuitate valeat, declarauit. Libro tertio de difficultate respirationis, malle se esse loquacẽ, scribit, q̃ suspicionem falsi dogmatis incurrere. huius enim nulla solatia esse ait, loquacitatis verò aliqua. deinde hortatur eos, qui etiam pauca fastidiunt, vt, quæ voluerint sibi deligant, reliqua ceu nõ scripta transgrediantur. Quemadmodum (inquit) in splendida epulatione, cum multa sint apparata, alius aliud eligit, hoc quidẽ, vt dulce, aliud verò, vt salubre: sic etiam sermonũ apparatum, opiparum esse oportet, electionẽ autem in vtentibus. In fine tertij de pulsibus dignoscendis, cũ taxasset eos, qui φιλοριςίας, ceu morbo laborãtes, omnia definire volunt, etiam manifesta, & de quorum recta significatione nulla est dubitatio, cũ interim veras definiendi rationes non didicerint: Ego (inquit) de quauis re ad definiendum proposita, demõstraui dici posse totum diem: nec alios hac in re nimios accuso, q̃ ipse verbis ad definiendum accommodatis destituar: sed, cum omniũ me ad eam loquacitatẽ esse instructissimum intelligerem, humanitatis duxi esse, si artibus insudantiũ haberem rationẽ, veritatem q̃ (sine ostentatione aperirem) & eorũ, quæ cognouissem, semper distinguerem vtilia ab inutilibus. Et libro septimo Methodi: Neq; enim (inquit) grauari debemus, iterum, atq; iterum sermonem repetere, quò nunc saltem medicorum vulgus veram methodum condiscat. Et libro tertio de differentiis pulsuum: Vbi ergo (inquit) homines, qui nec logicã speculationem exactè tenent, nec interpretari valent, ad res aspirare, quę superant ipsorũ facultatem; audent, cum ipsi verba funditant: tum reprehensores impellunt, licet maximè studeant breuitati, in eandem orationis prolixitatẽ: id scilicet, quod mihi nunc vsuuenit. Siquidem à mea perpetua breuitate diuellit ipsorum me numerus erratorum, tamen faciam etiam hic, vt sim, quantum possum, breuis. Breuitatis quidem studio plerunq; minoris momenti quædam præterit data opera.

Breuitas.

Galeni libros, aliis etiam vtiles esse, quàm medicis.

Iam ne quis existimet Galeni librorum lectionem ad solos pertinere medicos, aliarum verò artium, ac disciplinarũ studiosis inutiles esse, quanq̃ ex iis, quæ hactenus exposui sparsim magna, & multiplex eorũ vtilitas percipi queat, operæprecium tamen duxi me facturum, si id paulò copiosius hic vno in loco declarem, & quæ par est adiiciam: id q̃ distinctè: nam in Catalogo librorum Galeni nostro, quẽ huic sermoni subiunximus, ea, quæ non ad solos spectare medicos ex eius scriptis, sed alios, quoq; lectores diuersos, tum voluptatẽ, tum emolumentum aliquod ex iis capere posse iudicabam, asteriscо notaui, sine vlla distinctione, quæ, quibus potissimùm conueniat. Primùm igitur, homines Græcæ linguæ studiosos, grammaticos, philologos, rhetores ad puritatem, delectũ, & copiam vocabulorum, ad styli elegantiã, sententiarum q̃, & argumentorum vim plurimum his legendis iuuari posse, tum ex prædictis, tum re ipsa, vel me tacente, clarum est adeò, vt ne verbum quidẽ addere libeat: sicuti hoc etiam, dialecticæ, ac methodi cupidos, & demõstrationum exempla (vnde maiorem plerunq; fructum, quam ex nudis præceptis cõsequimur) luculentissima non aspernantes, thesaurum his in libris incomparabilem reperturos. Quòd, si quis non tam eruditionem, & vocabulorum, orationis q̃ vim in eo requirat, q̃ præsentem vtilitatem, & res ipsas sectetur: quid nam aliud iucundius, & vtilius sanitate, optarit? sine hac enim mediocri saltẽ, animi etiam, ingenii q̃ actiones pleræ q̃ non constant: & externa etiã bona sine hac gratiam omnem amittunt. At suam quisque sanitatem tueri melius poterit, si in illis interdum libris, quos huius argumenti Galenus scripsit, versetur, vt, qui de sanitate tuenda inscribuntur, & de alimentorũ facultatibus, ac cibis, boni mali q̃ succi. Et hoc quidem, vt faciant, sui que aliquam habeant rationem, & victu accuratiore vtantur, homines literarum studiosi, cùm minus exerceantur, magis, quàm cæteri, opus habent. Decet sanè physicum in primis, deinde philologum, & vnumquenq; doctum, & criticum virum, medicum doctum, & peritum, ab indocto, imperito que discernere.

Cuilibet literato.

An non enim turpe fuerit, probè versatum in reliquis, quæ ad hominẽ minus attinent, de hoc solo non posse iudicium ferre? In nulla arte facilius latere, quis potest, q̃ ea, in qua maximo cum periculo impostura fit. Musicum cantu diiudicas, num bonus sit artifex, pictorem quoque ex suo opificio statim agnoscis: ac reliquarum artium singulos artifices, quales sint, deprehendis facile: de sola medica arte rectè iudicare nequit, qui eius omnino sit ignarus, quantumuis in reliquis probè versatus. At qui turpe est more vulgi, vel in hac parte aberrare illum, qui cæteris in rebus superior

rior sit indoctis hominibus. Quamobrem, vel hoc nomine, si cuiusquã, Galeni maximè libri philosopho, philologo, & erudito cuiuis deguſtandi fuerint. Rationem certè valetudinis tuendę nullus frugi pater familias ignorare debet: exemplo sit nobis Cato, qui, quãuis iniquus esset sui temporis medicis, artem tamen ipsam vsurpabat diligenter.

Priuatim sanè philologi homines, qui vocabula magis, ceu vmbras rerum, quàm ipsas, captãt, & veluti venantur, οἱ ὀνοματοθῆραι οἱ πολυίστορες, magnam nominũ syluam ex his libris hauriẽt, vt omne genus stirpium, ac simplicium medicamentorum, morborum, & humani corporis partium, & alia quædam medicæ artis, eius q3 partibus Chirurgicæ, ac Therapeuticæ, peculiaria: variæ autem cognitionis miscellaneam farraginem ex aphorismis, & aliis quibusdam: ita cõtinget, vt erudítione instructi multiplici, quouis in loco apud quosuis homines de qualibet re doctius, et elegantiùs vulgo hominum differendi materia eis non desit. *Philologo.*

Ad philosophiam venio, quæ non vmbras, vt vaga philologia, sed certis rerum, ac scientiarum circũscripta limitibus, res ipsas solùm, & illustria veritatis lumina sectatur. Huius partes ferè tres constituuntur: vtilissima, quæ mores, actiones, & studia vitæ priuatim, publice q3 informat: pulcherrima, quæ contemplatur naturam: diuinissima verò, quæ Deum, & res diuinas. Ad has verò omnes, vt ars medica in vniuersum, ita conditi in primis à Galeno libri, plurimum momenti conferunt. Is certè, qui morum, & affectuum animi, siue perturbationũ causas intelligit, &, q9 animi mores corporis temperaturam sequantur (quod argumentum ex professo tractauit) &, quę singularum animæ partium in hominis corpore sint instrumenta, quantum q3 secundum diuersa temperamenta varient: &, qui ex nimiis perturbationibus quanta oriantur secũdum naturam quoq3 mala, animaduertit: is & melius de his differere, ac docere alios, & sibi sapere, ac ipsa vita, agendi q3 studiis, veram doctrinam, & virtutem præ se ferre poterit. Extant inter alios egregij duo, & ἠθικώτατοι huius authoris libri, De agnoscendis, & curandis animi affectibus, ac vitiis: vt taceam, quæ, quantæ que ipsiusmet virtutes (præsertim, cum ambitionem, & auaritiam damnat) passim in eius scriptis, & oratione tanquam speculo elucescant, quas ad imitationem sibi proponere, ceu perfectum, tanquam in homine, eo q3 gentili (multò certè, quàm in plurimis, qui Christiani existimantur, & quidem eximij, absolutius) exemplar, vnusquisque poterit. *Philosopho.*

Sed ad Theologiam fortè, nihil hoc studium facere, aliquis putabit, ex illorum numero præsertim, qui nunquam eius quicquam deguſtarint. Atqui Theologi est, in primis Dei cognitionem omnibus inculcare. Deus autem, nisi ipse sine vllo secundum naturam medio aperire se velit, non nisi ex operibus suis cognosci potest, & magis quidẽ, aut minùs ex aliis, atq3 aliis: inter omnia autem homo excellit maximè, solus omnium, quæ sub sensum cadũt, ad Dei similitudinem factus, id q3 intelligibili magis, q9 sensibili sui parte, hoc est mente, & anima rõnis cõpote: sed hæc quoq3 cognosci, nisi actionibus eius animaduersis, earũ q3 instrumentis perueſtigatis, non potest. Ergo, vt nos ipsos, vt animã, vt Deum noscamus, & agnitum colamus, iustis honoribus, veneremur, & pia religione metuamus, amemus, domicilio, hoc animæ ab eo constructum, vt mens sancta (quæ sola Deum capit, templum Dei optimum maximum sacrosanctum) inhabitaret, admirati, & mirabilem partium omnium structuram, proportionẽ, & artificiũ vniuersum, considerare oportet. In hac ipsa verò admiratione, qui copiosiùs, & eruditius omnia nostro Galeno inueſtigarit, ante, & post ipsum inuenio neminem: in vniuersum dico, & circa plurimas, nobiliores q3 partes. nam, si quæ fortè non adeò magni momenti, ad hanc præsertim de opifice commẽtationem, præteriit, nostro demũ seculo à summis diligentia, doctrina q3 viris, Vesalio in primis, Fallopio, & Columbo inuenta, & addita arti, hi sanè propter hoc laudandi, ille verò reprehendendus minimè fuerit. Certè ex inspectione corporis nostri fabricæ, quæ & quanta architecti omnium patris, potentia, sapientia, atq3 bonitas sit, elucescit. vnde proculdubio, si vel naturæ ductum sequamur, perfectissimum bonum ipsum esse, intelligimus: qui autem potentissimum non metuat, non reuereatur sapientissimum, non adoret iustissimum, nõ amet pulcherrimũ simul, ac benignissimum? Et, quoniam ex vera cognitione, actiones etiã rectæ emanant, quis non ad summi illius boni (quod tanti facit, vt id vnicum cæteris rebus omnibus, non componat dico, sed anteponat) imitationem sese comparet? In his autem duobus coniunctis, vt vera theologia, ita etiam recta hominis Christiani vita consistit, cognitione inquã, & actionibus (sicuti ars medica, & aliæ plurimæ in ratione, & experientia) in his quidem magis, quod ad homines, quibus cum versamur, attinet: in illa verò, ceu fundamento, cum firma persuasione, & fiducia coniuncto, tum magis, tum prius, quod ad Deũ. Actio enim hominibus vtilior est, animus verò Deo acceptior: vt in arte medica vtilior est experientia, prior verò, & nobilior ratio. Sed reuertor, vnde digressus sum. Ergo, si ad Dei cognitionẽ simul, & secundum eam actiones non politicas solùm, sed etiam meliores, & nostræ religioni cõgruentes, corporis nostri, eius q3 partium cognitio, ex Galeni libris potissimùm petẽda, vtilis est, ad theologiam profectò plurimum confert: quod ipse etiam Galenus, quãuis à nostra religione alienus, intellexit, sub finem librorum de vsu partium, ita scribens: Nam, si quis nulli sectæ addictus, libera sententia rerum considerationem inierit, conspicatus in tanta carnium, & humorum colluuie, tantã mentem habitare: conspicatus item, & cuiusuis animalis constructionem (omnia enim declarant opificis sapientiã) mentis, quæ homini (κ᾽ τὸν ἄνθρωπον, alia lectio habet οὐρανὸν, id est, cœlo) ineſt, excellentiam intelliget: tum opus de partium vtilitate, quod priùs exiguum sibi *Theologo.*

esse

esse videbatur, perfectissimæ theologiæ rerum principium cõstituet: quæ quidem theologia multò est maior, atq; præstantior tota medicina. Non igitur soli medico hi libri sunt vtiles, sed multò certè magis medico philosopho: qui totius naturæ scientiam studeat sibi comparare, eum'que oportet his potiùs sacris (quæ perspicua naturæ opera in omnibus animantibus explicant) quàm Eleusiniis, aut Samothraciis, nimis, quæ profitentur, obscurè docentibus, initiari. Hęc Galenus. Cuius itidem alia verba ad hunc locum maximè pertinentia, Græcè recitauimus suprà, vbi de ipsius pietate inter cęteras virtutes sermo fuit.

Physico. Verùm his, de quibus hactenus verba feci, scientiis ars medica, & Galeni cum primis libri, veluti per accidens, conducunt, & parcius: Physico autem philosopho, vt plurimùm, ita necessariè: cum ex naturali philosophia, ceu fonte quodam vberrimo, tum artes, cęq; plurimę, tum medica etiã profluat. Non verò solùm naturæ cognitio ad medicinã confert, principia, & axiomata ei suppeditans tanquam subiectæ sibi, & ὑπαλλήλῳ arti: sed vicissim etiã medicina, variarũ circa hominẽ rerũ tractatione, & exemplis, physicam illustrat, cum alias, tum in eo, cp, cum tota circa hominem versetur, à quo ea, quæ aliis omnibus insunt, vel circa ea contingunt, secundum analogiã quandã ad hominem cõsiderantur: ignotiora enim semper ad id, quod notius est referri solent: itaq; multarum rerum cognitio ex posterioribus, vt, quę nobis, ac sensibus manifestiora sint, magis elucescit: vt animæ partium, seu facultatum ex ipsis actionibus: harũ verò ex instrumentis, quæ in corporibus nostris, eis sunt destinata, quæ per anatomen cognoscuntur. Anatome autẽ, & totius corporis, eius cq;, tum intus, tum foris partiũ, & si physicæ philosophiæ opus est, & ab Aristotele primùm diligenter pertractata, à Physiologis tamen ferè deserta, solis exculta est medicis, & quidem diligentissimè omniũ à Galeno, à quo nullius sanè argumenti plures habemus libros, cęq; anatomici: in quo nõ solùm historiã simpliciter tradidit, vt in animaliũ historia Aristoteles: sed in aliis etiã libris vsum, & causas singulorũ adiecit, vt in libris de partibus animaliũ, eorum cq; causis Aristoteles: à quo multa certè sunt ignorata, circa præcipuas etiam corporis nostri partes, & principum animæ facultatũ instrumenta. Galenus verò multa imperfectè, aut obscurè ab Aristotele dicta, expleuit, & explicauit: multa etiã falsò redarguit: vnde vniuersa etiã animæ, qua viuimus, sentimus, mouemur, natura, ac vires, multò planius, cęq; Aristotelis seculo, hodie cõstant. Plura de anatomes laudibus dicere possem, &, cp eius cognitio mediocris omnibus expetẽda esset, ostendere: sed festino: nam aliis quoq; sui partibus res medica, physicã, vel perficit, vel illustrat: & plurima cum ea habet cõmunia non enim circa finem solùm totius physicæ cõmentationis, quæ in hominem desinit, à cuius naturæ circa corpus, & facultatum corpori, animæ cq; communiũ, consideratione incipit medicus: sed singulorũ ferè partium, & librorũ physicæ philosophię exitus, ad medicam aliquam tractationem ingressum præbẽt, ita, vt vbiq; vbi physicus desinit, incipiat medicus.

1 Nempe primùm de elemẽtis physicus agit cõmunius: medicus verò sumptis ab eo principiis quibusdã, de elementis hominis duntaxat, eius naturam indagasse contẽtus, etiam si, vt diximus, quæ homini conueniunt, cęteris etiã plerisq; animalibus cõmunia sint, ita, vt, qui hominis historiam nouit, animaliũ historiam magna ex parte norit. Deinde de iis qualitatibus, quæ primę dicuntur, & elementis primùm insunt, quibus cq; omnes rerum naturaliũ mutationes adscribũtur, vt calidi, frigidi, humidi, & sicci actionibus, ac passionibus, tum physici docent, vt in quarto Meteororum malè inscripto Aristoteles, tum in libris de temperamentis, ac alibi Galenus. Tertiò ad mista corpora transeunt, quæ ex elementis constant: quorũ prima sunt, inanimata, vt omne lapidum, metallorum cq; genus: de quibus paucissima veteres physici, quod extet, tradiderũt: apud Galenũ verò, alios cq; Græcos medicos, & nominũ copia est, & descriptiones, vires cq; multorum sunt explicatæ: vnde sumpta occasione, nostro tempore, doctissimus vir. Ge. Agricola medicus
4 plenã eorum historiã physicè simul, medicè cq; conscripsit. Quartò, vniuersum stirpiũ genus sequitur: de quibus etsi Theophrasti libros habemus doctissimos, ad imitationẽ Aristotelis librorum de historia, & partibus animaliũ conditos: ij tamen ne intelligerentur quidẽ, nisi ex Dioscoride, Galeno, & paucis aliis, præcipuè medicis, veteribus Græcis, occasione sumpta recẽtiores, & ipsi duntaxat medici, Leonicenus, Fuchsius, Dodonęus, Matthiolus, Guilandinus, Dalechampius, Constantinus, obliteratã ferè penitus omnis stirpiũ generis cognitionem reuocassent: vsq; adeò, & philosophi physici, & omnes aliarũ artium professores cessant, solis verò medicis anatomica, metallica, phytica, & huiusmodi relinquunt: ita, vt periculũ sit, in tanta hominũ, tum negligentia, tum luxuria, totã ferè philosophiam ad solos peruenturã medicos: qui ab initio quidẽ physicis theorematis student, propter medicã artem, quæ ad rem familiarẽ eorum plerisq; necessaria est: multi verò iã prouecti, & acrioris ingenii, ex iis, quæ ferè necessariò didicerũt, altiùs ascendũt,
5 à gradibus, exemplis cq; naturæ, ad virtutes, ad Deum. Quintò ad animalia peruenitur: quorũ historia in animã, ac corpus diuiditur. De anima autẽ, & diuersis eius facultatibus, naturalibus saltem, vitalibus, ac animalibus, multa multis in locis scribit Galenus, diligentissimè simul, doctissimè cq: maximè verò in libris de naturalibus facultatibus, de cq; placitis Hippocratis, & Platonis. Corporis verò partiũ descriptiones exquisitissimas, & rationẽ omnem in Anatomicis, vt dictũ est, libris explicat. Singulorũ verò plurimorũ in diuersis generibus medicæ simul, & alimentariæ materiæ rationes, & nomina, in diuersis libris exprimit: ex quibus itidem, ac paucis aliorũ veterũ, vt Athenęi, Oppiani, & Plinij libris, nostro tempore medici prima occasione sumpta, rebus ipsis

cognitis

cognitis ex eorum ſcriptis, integras animalũ hiſtorias perfecerũt, vt nos in quadrupedum, auiũ, piſcium q3 hiſtoria, Auium verò, & Aquatilium Bellonius, Aquatilium duntaxat Rondeletius. Quòd ſi argumenta etiam illorum librorũ, qui phyſici minores vulgò apud Ariſtotelem dicunt (vt ſunt de ſenſu, & ſenſili, de memoria, reſpiratione, iuuẽtute, & ſenectute, lõgitudine, ac breuitate vitæ, deniq3 vita, & morte) ſpectes: de iiſdem ferè omnibus medici quoq3 pertractant, & multa ſanè melius, commodius q3 docent, q3 hactenus phyſici philoſophi. Itaq3 verè Melanchthon noſter: Ea doctrina, quæ vocatur phyſica (inquit) nuſquam extat, aut eruditiùs, aut vberiùs tradita, q3 in pleriſq3 Galeni libris. Porrò quãta medicinæ, & de natura philoſophiæ cognitio ſit, pulcherrimè Ariſtoteles in fine libri de reſpiratione his verbis explicat: Περὶ δὲ ὑγείας, καὶ νόσε, ὁ μόνοι ἐσὶν ἰατρὸς, ἀλλὰ καὶ φυσικὸς, μέχρι τὲ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ἢ δὲ διαφέρυσι, καὶ ἢ διαφέροντα θεωρῆσιν, οὐδεῖ λανθάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινός ἐσι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον, τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοί ἢ περίεργοι, λέγυσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιῶσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαρίεσ ατοι σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς ἰατρικὰς. Leget igitur ex Galeni libris naturalis philoſophiæ candidatus, Phyſiologicos in primis omnes, vt qui de elementis, temperamentis, & naturalibus facultatibus tractant: tum omnẽ diſſectionis hiſtoriam, & de partium vſu, alios q3 ad corporis humani (quod medicinæ ſubiectum eſt) naturã pertinentes, quos ſingulatim in Catalogo librorũ Galeni enumerauimus. His addet etiam ex Pathologicis illos, quorum doctrina generalior eſt, vt, qui morborum, & ſymptomatum differẽtias explicant: & quicunq3 ſimplicium medicamentorum, alimẽtorum q3 materiam cõtinent. Nam, cum medicus infra phyſicum ſit, ſed proximè, ipſius eſt, quæ phyſicus κοινότερον, καὶ βραχύτερον protulit, μερικώτερον, καὶ διεξοδικώτερον pertractare: &, quæ phyſicus ratione magis cõſiderarit, ipſe ad ſenſum magis trãſferat: &, quę ille generatim fortè de animalibus omnibus, aut pluribus, (cum aliàs, tum in morborũ, tum in remediorum genere) ipſe ad hominẽ contrahat. Deniq3 omnis ferè in medicina cauſarum redditio, phyſici non medici fuerit. Cauſa enim principium quoddam eſt. Principia verò quiſq3 à ſuperiore artifice deſumit. Sic autẽ ferè ad phyſicum ſe habet medicus, vt artes, & ſcientiæ omnes ad primam philoſophiam, ſeu veram dialecticam: quæ prima, & communia omnium principia, ac methodum veritatis oſtendit. Hæc inquam, & huiuſmodi, medicum oportebat à Phyſiologis mutuari: id quod (non dubito) paſſim feciſſet Galenus, ſi à phyſicis tradita reperiſſet. Quoniam verò Phyſiologia ne hodie quidem à quoquam eſt perfecta (etſi methodum, & ſumma capita optimè oſtenderit Ariſtoteles) coactus eſt ipſe aggredi: id quod ei adeò feliciter ceſſit (ſicut aliis etiam poſtea medicinæ authoribus in aliis libris) vt cõtrà, q3 fieri debebat, plura nunc habeant philoſophi naturales, quæ ex medicorũ libris addiſcant, & ſibi ſumãt, q3 ex ipſorum libris medici. Cum ergò ad phyſicam tantopere conducat medicina noſtra, adeo q3 per omnia ei cognata, coniuncta q3 ſit: eędem ferè laudes, quæ totius phyſicæ ſunt, de ipſa quoq3 poterunt prædicari: nam, vt phyſici ſubiectum eſt mundus maior, & res in eo naturales omnes: ita medici mundus minor. nihil autem in illo reperias, ſiue rerum, ſiue affectionum, & actionum, cui non aliquid in homine reſpondeat. Sed phyſicæ philoſophiæ laudes, atq3 præſtantiã, tum per ſe, tum ad theologiam, & hethicam quantùm conferat, alias q3 vtilitates, multi decantarunt, & inter alia etiam Gemuſeus noſter in ſua præfatione in Græca Galeni opera Baſileæ edita: quamobrem nos ea relinquimus. Sed ſatis copioſè, & fortè nimiùm, ad quas alias ſcientias ex Galeni librorum lectione, extra medicã artẽ, vtilitas aliqua peruenire poſſit, hactenus expoſui. Hoc duntaxat addendum, medicinæ ſtudioſis, omnia ferè, & integra eius ſcripta eſſe legenda, id q3 ſemel, & iterum, aut etiam pluries iis, qui ingenio tardi, vel memoria infirmi ſunt: cæteris nec omnia, ſed illa duntaxat, quæ in primis vtilia ſibi fore partim ipſi animaduerterint, partim nos iam diximus: nec integra, ſi ocij ſatis nõ ſuppetat, ſed partes aliquas. facilè autem ex capitum diſtinctione cum argumentis, erit delígere, & indicum cõmoditates ſequi. Licebit, & Compendiis vti, vt Lacunæ, aut aliorum. Sed nunc tandem finem faciã, vbi pauca priùs de eximiis Galeni noſtri laudibus, vera q3 eius gloria addidero. Miretur autẽ aliquis, q3 viuus adhuc, in patria ſimul, & foris, apud ſummos, & infimos ad tantam, vt merebatur exiſtimationem, & pulcherrimum humanæ gloriæ faſtigium peruenerit (quantũ ex iis, quæ hactenus diximus, nec libet repetere, liquidò apparet: id q3 eò magis, quod ipſe ab omni ambitione alienus eſſet: & plurimi, tum medici, tum philoſophi, æmuli eius gloriæ inſidiarentur: qui etiam, vt contemptum eius apud populum promouerent, varia ei cognomina tribuebant: modo enim λογίατρον appellabant, eam, qua valebat eloquentia, ei inuidentes, modò παραδοξολόγον, & παραδοξοποιὸν, quæ duo tamen ad laudem etiã trahi poſſunt (q3 & dicẽdo, & opere medico plurimùm à vulgo medicorum differret, multa q3 eis παράδοξα, id eſt præter omnium eorum opinionem, ſed felici ſemper euentu, tùm diceret, tum faceret) interdum deluſorem ſeu deriſorem, aliàs diuinatorem ſeu vatem vocabant. Sed nihil iſti effecerunt, vt neq3 hodie efficiunt quicquam Galenomaſtiges diuerſi, inter quos coryphęi hodie ſunt, qui Theophraſtum Paracelſum quendam (qui noſtra memoria innumeros libros in re medica, philoſophia, & theologia conſcripſit, ſummus, vt audio, chemiſta, magus, necyomantiæ, & geomantiæ interpres, & c.) tantùm non adorant, Galenum autem, & Hippocratem, eorum q3 ſectatores non ſolùm reprehendunt, ceu rerum multarum, optimarum q3 ignaros, ſed etiam conui

ciis

ciis proſcindunt,& nebulones,impoſtores,latrones,ac homicidas appellant: quos ſuis coloribus depingendos relinquo aliis: quoniam hic locus non ſinit me eſſe prolixiorem. Sed nihil agunt infelices illi optimarum artium contemptores,& promotores illicitarum: qui quoniam dæmones, vt olim Druidæ,vel vt ipſi aiunt, defunctorum hominum manes habent præceptores, & futura quædam ex illis diſcunt,& remedia quædam exquiſita habent,chemicis præſertim rationibus arcanis præparata(in quibus nõ negarim aliqua bona, & eximia eſſe,ſed validiſſima ferè omnia, ita vt abuſus plerunque non abſq; vitæ periculo contingat)quamuis artis ipſius, ac methodi rationalis prorſus ſint ignari,& validiſſimis remediis ſæpe peſſimè abutãtur,in magno apud multos etiã principes viros ſunt precio. Nunq; tñ illi efficient,quod dicere cœperam,vt vera, ſolida q; metho dus artis,Hippocratis tẽpore,& à Galeno perfecta,euertantur. Manebit ſua Galeno gloria (rumpantur,vt ilia Codro)eo q; magis,q; omnes eius libri,qui reperiuntur,eo quo primũ conditi ſunt ab ipſo ſermone,per innumera exemplaria diffuſi,per vniuerſam Europam legantur: iidem q; in Latinam linguã veriùs,purius q; translati,ad decem millia, & multò amplius fortè exemplarium intra annos circiter triginta excuſis,nuſquam non venales ſint obuij. Cur enim nõ perpetuis laudibus ille veheretur,qui ad multam vſq; ſenectutem profeſſus medicinam, nullum vnquam neq; curando,neq; præſagiendo(ſemper eadem de eiſdem aſſerens) calumniæ locum præbuit? in quã tamen celeberrimos quoſdam medicos incidiſſe nouimus. Porrò quoniam diuitiæ quoq;,ſiue à maioribus acceptæ(licet obſtante vulgari dicto,quo diues,aut iniquus, aut iniqui hæres prædicatur)ſiue propria virtute acquiſitæ,ad gloriæ,honoris q; partẽ accedunt, non eſt hoc loco omittendum, Galenum ipſum diuitias ſibi non defuiſſe fateri: & patrem quoq; ex eo, quòd liberaliſſimè omnia ſuppeditauit,& regiæ vrbis Pergami architectus fuit, diuitiis abundaſſe non eſſe dubitandum: alio tamen in loco Galenus(ſub finem libri de cuiuſq; animi peccatorum notitia, atque medela)diuitem ſe eſſe(modeſtia fortè quadam,aut comparatione illorum,qui Romæ,tum temporis diuites vocabantur) negare videtur. In patria quoq; ſua honeſtiſſimum locum, & quidem in ſenatu ſibi contigiſſe,eodem volumine teſtatur.

M. Antonini,Imperatoris illius philoſophi,teſtimonium ſanè præclarũ de Galeno retulimus ſuprà. Medici certe omnes,qui Romæ habitabant (ſi immũdorum fęcem, de quibus dictum eſt, exceperis)& in oppidis vicinis,familiaritatem eius,& ex doctrina fructum, vehementer expetebant: de q; omnibus,quæ rarius,aut præter opinionem(vt ſunt,vel abſurda, vel admiranda quædam) incidiſſent,cum eo communicare,eius q; iudicium,& conſilium,q; libentiſſimè audire ſolebant. Sed & procul ab eo,totis q; regionibus remoti, conſilia eius per literas requirebant. Itaq; ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia,aliis q; locis frequentes ad ipſum literæ perferebantur: tanta eius nominis celebritas erat. In conuiuio illo celebratiſſimo, quod Athenęus Dipnoſophiſtarum titulo deſcripſit,& quo Laurentius quidam Romanus doctiſſimos quosq; ex omni ſcientiarum genere excipiebat(omitto philoſophos,iuriſcõſultos,poetas,rhetores,grammaticos) tres medici aderant,Galenus,Rufinus Nicaenſis,& Daphnus Epheſius,qui & medicus velut ſacer habebatur,& Academicus excellens. Sed Daphni,& Rufini,præter hæc nomina,nihil opinor ſupereſt: Galeni verò ſcripta optima,& maxima quæ q;: adeò ne nominatiſſimi quidẽ eiuſdem ætatis medici,vel aliqua ex parte cum eo comparari potuerunt. Cęterum,vt à ſuæ ætatis hominibus,& qui cum eo viuo vixerunt,honeſtiſſima retulit ſuæ præſtantiæ teſtimonia: ita & à poſteris, qui medicinæ ſtudia propagarunt,quamuis barbaris exiſtimatis, pulcherrimis prædicatur elogiis: ab Auicenna quidem, eo quod ſuprà recitauimus: Auerrois autem (quinto Colliget, capite de punicis granis) Galenum ita celebrat, vt experientia præcellentem prædicet: ac veridicum in primis, vt cui comparari non poſſit alius,ni forſan is,inquit,qui clamat quidem,ſed quid clamat,non percipit ſatis,Auicennam(vt videtur)notans. Alibi quoq; Galenum, cum diuino Hippocrate primũ in arte facit. Sed nunc tandem ſimplici narratione tantum iter emenſi,figamus pedem hîc,contenti hactenus ea dixiſſe: quæ quidem ſiue ſingula perſequi,ſiue etiam vniuerſa, oratione illuſtrare conetur aliquis,infinitum ſanè fecerit. Quiſquis autem vberius omnia cognoſcere cupit, ipſos Galeni libros legat: illos præſertim,quos de præcognitione ad Epigenem ſcripſit: & de noſcendis,curandis q; animi vitiis,& affectibus: & de libris propriis. His clauſulæ loco ſubiiciatur Magni medici epigramma,quod in Epigrammatum Græcorum Anthologio reperitur.

epilogus.

ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ, ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ην χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροὺς διὰ σεῖο Γαλυνὲ
Δὲχνυτο, καὶ θνητὸς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτες:
Χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλάυτε Αχέροντος,
ὑ ξ παιηονίη χειρὶ βιαζόμενα.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS PHYSICVS VERONENSIS LVCAE ANTONIO IVNTAE S.

DLacet mirum in modum ſplẽdidiſſime Luca Antoni conſilium tuum, quod occœpiſti, omnia Galeni opera rurſus excudendi, verum'que illis ordinem ſtatuendi, non antea ab aliquo multorum ſęculorum homine traditum, qui integræ arti docendæ, vel ediſcendæ facillimus, ſeruandæ'que memoriæ commodiſſimus iudicetur. Præterquam enim quo'd id ab eruditiſſimo quoq; ſumme deſiderari, flagitari'que video, obſtruetur interim os deprauatæ medicorum turbę, qui calumniandi Galenum non aliunde magis occaſionem captant, quam q̃ in diſſerendo vaſtus, immenſus, confuſus'que videatur, nullam'que artem ab eo recte doceri poſſe, in quo nullus ordo doctrinæ appareat. Inſtituto enim ordine, quẽ deliberas, conſtabit ilico ne aliud quidem Auicennam ipſum, reliquos'que Arabas omnes concepiſſe: poterunt'que contumaces, contentioſi'que illi homines tandem reſipiſcere, recognoſcereq; omnium theorematum ordinem, quotcunque in medica facultate conſiderantur, à Galeno, tanq̃ à fonte, emanare. Quod tu tamen à me poſtea requiris, eum tibi ordinem inſtitui, id ego haud ita facile præſtare poſſum: multa enim ſunt, quæ me ab huiuſmodi prouincia deterrent: nam tantus librorum numerus, tam'que varia materia eſt, vt ſinguli recenſeri, atque in certas claſſes vix redigi queant: pręſertim cum eorum non nulli ſint penè (vt ita loquar) ἀσύστατοι, qui, cum ad medicinam parum, aut *nihil* attineant, ſed ad dialecticam potius, aut philoſophiam, vel ſimilem quampiam ſcientiam, certam in hac facultate ſedem nullibi admittent: ſunt, & alij, in quibus ex tota arte quidpiam in vnum veluti compendium colligitur, vt nulli parti recte accommodari poſſint, qui totius imaginem referunt. Quo'd ſi me ſtatim illi ordini addixerim, quem ipſe Galenus, vel in fine artis paruæ, vel in libello ad *id priuatim dicato* conſcripſit, adhuc longe magis implicabor, cuius implicationis ratio à me *inferius* declarabitur. Neq; ad tot difficultates parum momenti afferunt peruerſi horum temporum mores: vbi enim maiores noſtri aliquid quotidie excogitabant, in medium'q; afferebant, quod artem augeret, ornaret, explicaret, nunc ſcriptores iſti, qui paſſim, & vbique ſcaturiunt, nihil aliud edunt, quàm meras cum viuentium, tum mortuorum calumnias, tanto detrahendi ardore, vt facile deprehendantur, ob id tantum ſcribendi ſtudio detineri, quo gloriam ſibi ex alieno comparent opprobrio. Audis Luca Antoni, quæ me rationes hactenus ſuſpenderint, anci-pitem'que reddiderint. Videris tu tamen totam in me ſpem huius noui ordinis collocaſſe, quereriſq; magnam hanc prouinciam tuam mea ſolum cunctatione remorari, te à plurimis eruditis viris iamdudum fruſtratum eſſe, qui ſe id munus pręſtituros polliciti, ad hunc vſq; diem diſtulerunt: cogis ergo me in hoc certamen deſcendere, et obtrectatorum iudicio ſubijci. Parum profecto grati animi erga virum de me optime meritum fuerim, nimis'que in re magna audenda meticuloſus, ſi qua cauſa detineri poſſum, quin amico tam anxie petenti ſatisfaciam, & publicæ vtilitati propterea deſim, quia difficile ſit adeſſe: conabor igitur reddere, ſi non quæ, vel tu expoſcis, vel ego deſiderauerim, ſaltem quæcunque potero, vt ſimul & ingrati, & timidi nomen effugiam. Quo'd ſi contigerit, vt à dictis meis ſumpta occaſione eruditus aliquis, vel contradicendi ſtudio, vel veritatis amore accenſus, alium ipſe meliorem ordinem tradat, erit is mihi ſaltem laboris mei fructus non iniucundus, vbi cognouero me autore ſtudia inquirendi excitata, verum'q; tandem ordinem diſputando cõpertum eſſe. Quoniam igitur in re non omnibus expoſita, & quæ in ſe multas habet difficultates, iudiciorum diuerſitatem non defuturam intelligo, ac propterea plurimos cõtra me exorituros, qui ſeriem aliter diſponendam opinentur, placuit prius, q̃ librorum ordinem in cenſum certas'q; claſſes redigerem, ex ipſiuſmet Galeni medullis, placitis'q; priuatis viã, rationem'q; explicare, qua is ordo à me inſtitutus niteretur. Hinc igitur ſumpto initio dicimus, Artem, vel nouam conſtitui, vel conſtitutam doceri: conſtituitur reſolutione, quę fit à notione finis: conſtituta docetur, vel componendo, quæ per reſolutionem inuenta ſunt, vel propoſita definitione per multiplicem eius ſectionem progrediendo. Docet quidem, & qui conſtituit: cur enim non doceat, qui, quomodo ars inueniatur, oſtendit? altior tamen eſt ille doctrinę modus, quiq; à felici aliquo ingenio, & ab ineunti ætate in diſciplinis exercitato legitime intelligatur: propterea omnes antiqui philoſophi, ac medici, Ariſtoteles'q; pręcipue, qui pręceteris in docendo, ordinem maxime affectaſſe videtur, ab eo docendi genere abſtinuere. Galenus autem, cum ad ſuam vſq; ętatem medicinę artem incertam, male'que ſibi conſtantem conſpicaretur, facturum ſe operępretium iudicauit, ſi à notione finis ſingula quæq; vſq; ad elementa reſoluendo, artis inuentionem certiſſime demonſtraret: atq; ita totam quidem artem in libro de conſtitutione medicinę breuiſſime inuentam tradidit: eius vero partes, tum quę ad ſeruandam ſanitatẽ, tum quę ad morbos tollendos attinent, in libris περὶ ὑγιεινῶν, & in Therapeutica methodo explicuit. Neq; tamen à me intelligi velim Platonem, Ariſtotelem, & reliquos antiquos in aliquo problemate declarando reſolutorium ordinem minime recepiſſe: tantum affir-

mo neminem eorum totam quãpiam diſciplinam docendam propoſuiſſe, vt à notione finis per reſolutionem procederent, immo contra à principijs exordiendo, ad vltima, quę primo conceperant, doctrinæ terminum ſtatuunt: qui quidem ordo quantũ dignitate à reſolutorio derelinquitur, tanto docendi copia, & facilitate reliquis præſtat: quemadmodum diffinitiuus ijs, quæ diſcuntur, tenaci memoria firmandis omnium commodiſſimus eſt. Cum verò Galenus totam artem alibi diffinitiuo ordine, alibi reſolutorio tradiderit, ſitq; que in vtroque loco ſpeculatio potius Iſagogica, quàm exactæ diſciplinæ, videbatur tanto medico dignum, vt alicubi hanc ipſam artem integram, membratimq; que diſtinctam, ac demonſtratam nobis relinqueret: quod cum nullibi ſeorſum fecerit (omnes enim libros ſuos, ſicut ipſe teſtatur, vel amicorum, vel ſui ipſius memoriæ exercitationisq; gratia conſcripſit, nihil vltra in ſingulis quærens, niſi vt cauſæ ſatisfaceret, qua ad ſcribendum compellebatur) decreuit, quod priuatim in aliquo non tradiderat, id ex omnibus ſimul conficere: ac propterea de ordine librorum ſuorum compendiolum edidit, & in fine paruæ artis oſtendit, qua ſerie eoſdem libros legi oporteret: vbi manifeſtiſſime apparet compoſitiuum ordinem cogitaſſe, tanq; ad exquiſitam diſciplinam tradendam omnium commodiſſimum. Atq; hac ego occaſione Auicennam commotum crediderim, virum inter Arabas omnes acerrimi ingenij, vt omnia Galeni in medica arte monumenta ſparſim in varijs libris diſſeminata, in vnum veluti corpus redigeret, eodemq; compoſitiuo ordine opus illud ſuum canonum appellatum, quinq; magnis libris diſtinctum compilaret: cui ſi vltimam manum impoſuiſſet (neq; enim impoſuit morte præuentus) fœlicioriq; lingua pro rei dignitate elocutus eſſet, haberemus fortaſſe, quem non Galeni tantum interpretem, ſed exornatorem quoq; vocitaremus. Verum, dum ille multa hinc inde diſperſa in certas, proprias q; ſedes colligit, & ſeriatim diſponit, ordini tantum intẽtus, diligentiori rerum conſideratione tantiſper omiſſa, donec iam diſpoſita recenſeret, non potuit quædam etiam ſimul parum idonea non congerere, & ordinem in non nullis confundere: cui propterea non debemus, ſicuti paſſim fieri video, tanta iracundia ſuccenſere: quin potius, vbi peccauerit, benigne emendandus eſt, in reliquis ſumma laude celebrandus: nam ei proculdubio in hac facultate plus vita debet, quàm alij nemini, qui poſt Galenum profecerit. Vtrum vero & ipſe Auicenna compoſitiuum ordinem, illum inquam, qui à reſolutorio proficiſcitur, exquiſite ſeruauerit, an inceperit quidem, in non paucis vero declinauerit, non eſt hic diſcutiendi locus. Illius potius ratio reddenda eſt, quod à multis animaduertendum auguror, cur ego eundem omnino ordinem non ſeruauerim, quem Galenus ipſe tradiderit: abſurdum enim videtur aliter alicuius libros diſponere, quàm ipſe diſponendos ſtatuerit: nouerint igitur, quibus id curę eſt, me iſtud quoque quam maxime quæſiuiſſe, totisq; viribus enixum eſſe, vt minime à Galeni ordine diſcederem, illudq; fideliſſime effectum, vbicunq; apte fieri potuit: verum multis in locis ambiguitas non leuis ſuboriebatur, cum Galenus ſibi ipſi diſſidere videretur, aliter alibi nõ nullos libros diſponenti, vt facile patet ijs, qui libellum de ordine librorum ſuorum perlegerint, & quod in calce paruæ artis adijcitur, præterea talis non nunquàm occurrit ordo, qui videatur Galenico ordini, & conſilio cõtradicere: vt quandoq; ſuſpicari coactus fuerim, vel illos codices perquàm mendoſos haberi, vel Galeno tanquàm catalogum deſcribenti magis cordi fuiſſe librorum ſuorum numerum recenſere, & veluti in actus referre, q̃ via, rationeq;, tam ſibi recte intellecta ſeriem contexere, qua libros ſuos legi oporteret: eſt etiam vitio, negligentia que temporum liber ille adeo mutilatus, vt nec, ſi maxime velis, Galeni ordinem aſſequi poſſis. His ego rationibus perſuaſus cęteris conſilijs illud præſtare iudicaui, ſi me ad Galeni ipſius methodum tanq; certiorem, ſtabiliorem que verterem, quam præcipue in libro de conſtitutione artis oſtendit, in cuius fundamentis nixus tutiſſime ædificarem: & ad eam regulam ſingula quæque metirer, ita rem à principio auſpicatus. Qui medicinæ artem via, & ratione ſint inuenturi, id primo profecto intelligent, vt conſilio ſuo corpus humanum quam maxime ſanum conſeruent: vbi vero ſanitas euentu aliquo, vel adhuc in receſſu ſit, vel iam exacte receſſerit, eodem conſilio prouideat, vt, & quod futurum incommodi eſt, omni id conatu arceat: factum vero, amoliatur, & corrigat: conſtat autem nihil horum conſulto fieri poſſe, niſi noſcamus, & quibus rebus ſanitas, dum integra eſt, conſeruari debeat: &, dum abit, abiuerit ue, reuocetur, aut reparetur: at fieri omnino nequit, vt res, quæ id facere poſſint, vel inueniamus, vel inuentas congrue metiamur, niſi corporis humani naturam exactiſſime cognouerimus: tunc autem exactiſſime cognoſcemus, cum, ex quibus, & quo nam pacto confletur, quot, quales ue habeat partes, facultates, functiones que diſtincte, didicerimus. Porrò, cum ſciamus corpus humanum à qualitatibus primis alterari, generari, & corrumpi, idem quoque ſcimus ex primis elementis omnium generabilium ſubſtãtiarum communibus confectum eſſe. Ergo artem medicinæ componendo ab his primis, ſicut & prima ſunt, auſpicari oportet. Primo igitur propoſitus nobis liber eſt De elementis: quæ vbi per qualitatum alterationem commiſta fuerint, ſtatim inde pro certis alterationum gradibus certæ emergunt temperaturæ: congrue igitur ſubſequentur libri De temperaturis. Quoniam verò peractis hominum temperamentis proximi ſunt humores (illa enim confeſtim, vel ſanguinis, vel alterius bilis, vel pituitæ dominium, vel ęqualitas omnium ſubſequitur) proinde commode libros ſubſtituimus, qui de humoribus potiſſime pertractant: nullos autem tales ex ijs, quę Galeni extant, deprehendimus præter commentarios in Hippocratem De natura humana, & libellum qui inſcribitur De melancholia, q̃ juis enim in libro De natura humana videatur propoſitum de elemẽtis agere, nihil tamẽ ibi magis, q̃ humores,

conſi-

conſiderantur, quos Hippocratis corporis humani proxima elementa eſſe voluit. Cum vero in hoc libro tres *parui libelli* etiam ante Galeni ætatem complicari, conſcribíq; conſueuerint, primus De natura humana: ſecundus ſine titulo quidem, ſed qui ad therapeuticen attineat: tertius De victu ſanorum: ſintque ij libelli ſubiecto longe diſſimiles, quos neque autor, vt Galenus ipſe teſtatur, neque poſteriorum iudicium, ſed auaritia coniunxit, alioqui longo interuallo ſeparandos: Ego *malui rei* naturam, quàm peruerſam conſuetudinem, imitari, ne à me propoſitus ordo confunderetur. Primum igitur librum De natura humana in hac ſede ſtatuendum iudicauimus: reliquos duos *ſuo* quemque loco inferius diſponemus. Commiſtis elementis, peractis temperaturis, & humo*rum* æqualitate, vel exceſſu, ſtatim emergunt temperamentorum gradus, ſtructurę modus, bona, vel *mala* habitudo: ſubſtituantur igitur libelli, De optima corporis ſtructura, De bona habitudine: & ita didicerimus, ex quibus primo, & quonam pacto corpus humanũ conflatum ſit, quod primo nobis fuerat propoſitum. Qm̃ vero idem corpus partes habet, quot, qualesue ſint illę, perquiri oportet. At quædam earum ſimilares ſunt, vt oſſa, nerui, venæ: quædam inſtrumentales, vt pes, manus, caput: inſtrumentales autẽ, cum ex ſimilaribus conſtent cognoſci nequeũt, niſi ſimilares præcognoſcantur: ergo ſimilarium partium conſideratio (nam & minus compoſitæ ſunt) ſeriatim ſubſtituetur. Primus itaque liber erit De oſſibus ad introducendos, ſecundus De neruorum ſectione, tertius De venarum, arteriarumq; diſſectione: cui materiæ propinquitate ſubnectetur quæſtio contra Eraſiſtratum, An ſanguis in arterijs contineatur: deinde à ſimilaribus ad diſſimilaria quoque accedendo proxime ſequetur liber De aggreſſibus anatomicis: cui ſuggeretur De vteri ſectione libellus, & alius De inſtrumento odoratus. Omnium itaq; membrorum ſubſtantia, & ſitu conſideratis ſupereſt, vt vſus quoque declaretur: deinde ſingulorum actiones, quæ ad illum vſum diriguntur: quibus facultates neceſſario copulantur. Ergo tria hæc ita diſponentur, vt primo De vſu partium, ſecundo De facultatibus animæ, tertio De functionibus pertractetur: atque ita libri ſeriatim procedent, De vſu partium libri xvij, De vſu reſpirationis: cui continuitate materiæ ſubnectetur, De cauſis reſpirationis, De vſu pulſuũ, De ſubſtantia facultatum animæ, De Dogmatibus Hippocratis, & Platonis, De facultatibus naturalibus, De motibus muſculorum, De motu thoracis, & pulmonis: quibus vltimo addetur, Quòd animi mores corporis ſtructuram ſequantur. Quamuis autem ſpeculatio De ſemine, & De fœtuum formatione, tãquàm de ſimplicibus, præcedere debuiſſet, nihilo minus videtur hic ordo docendi commodior, ſi cognita prius membrorum natura, quę ad generandum, excernendumque ſemen ſunt neceſſaria, & quæ fœtum ſuſcipere, formareque poſſint, deinde ad ſeminis, fœtuumque tractatum progrederemur: ſubſtituentur igitur libri De ſemine, De fœtuum formatione, An omnes animalis partes fiant ſimul, An animal ſit in vtero. Cæterum corporis humani natura exquiſite cognita, reliquum nobis eſt, qui medicinæ artem conſtituimus, viam, rationemque indagare, qua idem in ſanitate ſeruemus: at hoc ipſum integre expletur in ſex libris, qui, De tuenda ſanitate inſcribuntur. Quia tamen ibi corpora alterari docentur ob varias aeris qualitates, cibum & potum, ſomnum & vigilias, inanitionem & repletionem, motum & quietem, & ob animi affectus: atq; de motu quidem & quiete, ſomno & vigilia, inanitione & repletione in eodem libro ſatis copioſe explicetur: de aere autem, cibo & potu, & animi affectibus exẽpli potius gratia, quàm ex propoſito agatur: ideo ne ad conſeruandæ ſanitatis artem, materiæ, qua id efficitur, rudes accedamus, in hoc quoque genere ita aciem inſtruximus, vt præcederet liber Hippo. De locis, aere, & aqua, quem Galenus De habitationibus, aquis, temporibus, & regionibus inſcribi maluit: ſperauique hactenus me tibi ſuper eo diuina Galeni commentaria traditurum, ſed ab amico id pollicente fruſtratus ſum: deinde reliqui De alimentis, De cibis boni, & mali ſucci, Commentaria in librum Polybi de victu ſanorum, De ptiſana, De attenuãte victu, De exercitio paruę pilę, De vitijs animi, & eorum remedijs, De conſuetudine liber ambiguus. Quibus tanquàm ſacris initiati tandem ad diuinam illam tuendę ſanitatis Methodum accedemus: cui ſubnectemus quæſtionem, Ars tuẽdæ ſanitatis ad medicum ne attineat, an ad gymnaſticum: quibus omnibus recte perſpectis compotes erimus non tuendæ tantum ſanitatis, ſed etiam preſeruandę, ſi quãdo forte labi incipiat. Poſtremum erat, vt formulam inueniremus, qua ſanitatem iam deperditam reuocare poſſemus. Eſt autem deperdita ſanitas cum corporis functiones vitio aliquo intrinſeco impediuntur: is affectus ægritudo appellatur: functionis læſio, ſymptoma vel accidens. Vtrunque quàm fieri poteſt exactiſſime, eſt pernoſcendum, ſi modo rectam medicationem intendimus: pernoſcemus, ſi cauſas eorum omnes didicerimus. Cum vero cognitio noſtra à ſenſibus oriatur, non poſſumus niſi ſignis quibuſdam apparentibus ad illas cauſas penetrare: ſigna autem cum indicare rem poſſint, vel præteritam, vel præſentem, vel futuram: quæ præſentem, & futuram indicant, medici maxime inquirunt, illaque diagnoſtica, hęc prognoſtica græce appellant. At quam plurimis antiquorum ęgritudines penè innumerabiles viſæ ſunt, & propterea memoratu difficillimæ, Galenus rei ſubſtantiam ſubtiliſſime diuidendo, numerum non omnium tantum ægritudinum, ſed ſymptomatum quoque ſub certam methodum, & rationis regulam duxit, vel mediocre ingenium diſcurrendo facile intelligeret, neque plura eſſe poſſe, neque pauciora: hic igitur Sex illos diuinos libros, tanq; anteſignanos, ſeriatim ponẽdos cenſui, quorum primi de differentijs, & cauſis morborum agunt, poſtremi ſymptomatum ſimili modo differentias, & cauſas oſtendunt: cq̃uis.n. in curationibus per ſigna ad ægritudinum notitiam perducamur, & hoc itinere ſigna morbis præcedant, ordo tamen doctri-

næ poſtulat, vt prius morborum numerum, ſubſtantiamq; noſcamus: deinde ad ſigna differentias eorum, motionesque declarantia progrediamur. Subnectentur deinde libri De differentijs febriũ, De inæquali temperatura, De tabe, De comate, De tremore, conuulſione, ſaltu, & rigore, De difficultate anhelitus, De plenitudine, De tumoribus præter naturam, De temporibus, quæ in morbo ſunt, De totius morbi temporibus, De typo, Aduerſus eos, qui de typo ſcripſerunt, vel de periodis, De cauſis procatarcticis, De cauſis coniunctis, ſi haberi poteſt, hactenus enim deſideratur. His ego Commentaria in primum, tertium, & ſextum librum epidemiarum ſubnectenda iudicaui, maxima enim eius commentationis pars dimiſſa curatione circa ægritudinum, ſymptomatumq; hiſtorias, & cauſas occupatur. Sequitur ex ordine paulo ante propoſito conſideratio de ſignis, quorum inueniendorũ methodus pulcherrima traditur in ſex libris De locis affectis: iure igit proxime ſubnectentur: deinde ſeriatim quæcunque ad ſigna, tam diagnoſtica, quàm prognoſtica attinere videntur: vtraque enim in ſingulis voluminibus ita permiſta ſunt, vt haud facile ſeparari queant: ſequentur igitur primo liber De pulſibus ad introducendos: deinde libri, De pulſuum differentijs, De dignotione, De cauſis, De prænotione: ſingulæque harum ſpeculationum quatuor priuatis libris explicantur, vnde ſedecim omnes efficiuntur: deinde liber De vrinis, qui licet Galeni non ſit, haud importune tamen ſub hoc ordine ſtatuitur: poſtea libri De criſi: quibus materiæ congruitate, alij De diebus criticis ſupponentur: tum Commentaria in libros Hippocratis De prædictione, & Alia in libros eiuſdem De prænotione: vltimo libelli duo, alter De præuiſione, quę fit in ſomnis, alter De prænotione inſcriptus. Supereſt poſtrema, quæ in arte medica pars maxima habetur, facultas, inquam, curandarum ægritudinum. Vtitur hæc tribus potiſſimum inſtrumentis, Diæta, Pharmacia, Chirurgia. Modi omnes, quibus recte ijs tribus vtamur inſtrumentis, in Therapeuticis libris doctiſſime, diffuſiſſimeque explicantur. Trium igitur inſtrumentorum notitia nobis prius comparanda eſt, antequàm ad vtendi modum accedamus. Ac De dieta quidem (dico quo ad eius materiam) copioſiſſime diſputatum eſt in his omnibus libris, qui ad tuendam ſanitatem attinent: vſus vero eiuſdem morbis accommodatus in Therapeuticis explicabitur. Spectant etiam ad Therapeuticos libros Commentaria in Hippocratis de diæta in morbis acutis, cum ibi vtendi methodus, & curationes tradantur. Circa pharmaciam occurrunt primo libri xj aurei De ſimplici medicina: quorum quinque priores non nulli hinc ſeparandos putarunt, & libris de Temperaturis proxime ſubnectendos: ego tamen nolui corpus ita ab ipſo autore compoſitum membratim diſcerpere, cum præſertim, quæ ibi conſiderantur, huic loco non temere accommodari poſſint. His rite ſupponetur libellus De facultate purgantium medicinarum. Poſtea reliqua volumina, in quibus compoſita ex ſimplicibus medicamenta explicantur, ſeriatim ſubſtituentur, De theriaca ad Piſonem, De theriaca ad Pamphilianum, De antidotis: quibus ſatius eſt duos magnos libros ſubnectere, alterum De compoſitione medicinarum ſecundum loca, alterum De compoſitione medicinarum ſecundum genera: licet enim in vtroque multa tradantur, quæ ad Therapeuticam ſpectare videantur, potiſſima tamen eorum pars in recenſendis, æſtimandisque compoſitis medicamentis occupatur. Circa chirurgiam nihil extat aliud præter libellum De hirudinibus, reuulſione, & cucurbitulis, & tres De venæ ſectione libri, primus contra Eraſiſtratum, ſecundus contra Eraſiſtrateos Romæ degentes, tertius qui inſcribitur Methodus De venæ ſectione, qui poſſet etiam inter therapeuticos numerari: nam, quæ in chirurgia ad curandi artem, & therapeuticam methodum attinent, inferius locabuntur. His omnibus recte cognitis vnum iam ad integram totius artis peritiam ſupererat: vbi enim corporis humani naturam exacte nouerimus, quibusque rebus ſeruatur, aut lædítur, curque, & quot modis in contrariam ſanitati diſpoſitionem labatur, quibusq; notis ſingula quęq; nocumenta, non preſentia tantũ, ſed futura quoq; deprehenduntur, quę deniq;, qualiaque ſint inſtrumenta, quibus ſanitatem, vel ſeruare, vel reparare poſſimus, profecto id vnum reliquum erit, vt viam, rationemque inueniamus, qua paratis inſtrumentis, vbi opus fuerit, prudentiſſime, & commodiſſime vtamur: eam autem Galenus in quatuordecim libris Methodi therapeuticæ non tantum copioſiſſime explicuit, ſed etiam primus excogitauit: vt prorſus ſit admirandum eundem hominem ſimul, & artem inueniſſe, & abſolutiſſimam reliquiſſe. Methodum hanc magnam parua ſequetur ad Glauconem inſcripta, in qua per compendia traduntur, quæcunque in maiori ſunt demonſtrata: poſtea libellus inſcriptus Quos, & quando purgare oporteat, deinde Cõmentaria in libros Hippocr. de ratione victus in morbis acutis, quibus ſubnectemus duos De remedijs facile parandis tractatus: quorum alter ſine inſcriptione, & principio, cum ad Galeni doctrinam, phraſimque loquendi proxime accedat, pro legitimo recipi poteſt: alter, qui ad Solonem inſcribitur, me iudice ſpurius eſt: cum in eo tamen quàm plurima lectione digna obſeruentur, non reijciendum putaui: his ſubiungitur Conſilium pro puero epileptico, & alius libellus De incantatione, & amuletis. Sunt alij duo libri apud Græcos, qui Galeno adſcribuntur, alter De oculis, alter De renum affectibus: in quorum vtroq; non ea tãtum, quæ ad curationem attinent, ſed etiã quæcunq; conſiderari in ſua cuiuſque materia ſolent, diffuſe explicantur: horum ego neutrum Galeni eſſe puto: &, quãuis librum De curatione oculorum à ſe ſcriptum quartodecimo therapeuticę methodi Galenus affirmet, non is tamẽ ordo doctrinę, aut ea dicendi phraſis in hoc ipſo, qui extat, agnoſcitur, vt propterea ſit ne Galeni, aliqua mihi ſuſpicio ſuboriatur: vtroſq; tñ reliquis proxime poſitis ſubnectẽdos iudicaui, cum inde nihilo peior doctrina futura ſit. His ſubiungi poteſt tertius

liber

liber De natura humana, cuius supra mentionem fecimus. Supersunt tres alij tractatus therapeutici ad chirurgicam partem attinentes, quorum Vnus κατ' ἰητρεῖον inscriptus pro introducendis est, vt Galenus affirmat, Secūdus de fracturis, Tertius de articulis: omnes cum copiosissimi vtilissimiq; Galeni cō mentationibus. Atq; hic iam librorum omnium Galeni, qui hoc quo in medica arte extant, prēter Isagogicos finis statuendus esset, nisi Aphorismi supereſſent: qui cum non nullis placere videam, vt potius inter Isagogicos connumerentur, q; illi rudia tironum ingenia suis breuissime collectis sententijs prēparare, & tanq̄ dedolare possint: ego contra opinor Tironum animos, tam cōcisis, tam alte petitis, tamq; intellectu difficilibus monumentis, vel frustrari, vel desperare, vel confundi. Frustrantur, qui profatorum causas ignorantes, dicta, tanq̄ picæ, ediscunt: desperant, qui in causis indagandis, ob tirocinium deficiunt: confunduntur, qui pertinaciter scrutantur, quod ob ruditatē assequi nequeunt: vix enim aliquem inueniri posse arbitror, tam diuini ingenij, tam'que alte indolis adolescentem, qui adhuc in primo medicæ artis limine constitutus assequatur ea, quæ in intimis penetralibus longa demonstratione conclusa sunt. Licet'que Galenus in commento causas earum sententiarum plerunq; assignet, id tamen concise admodum facit, semper'que ad alios libros lectorem mittit, vbi priuatim res, de qua ambigitur, demonstratur: vt necesse sit eos libros prælegisse, qui Hippocratis, Galeni'que mentem recte assequi voluerit. At, qui prius præmisso ordine libros Galeni perlegerit, omnia deinceps in Aphorismis tradita facile intelliget, & intellecta facillime ediscet, summa'que voluptate, quæ alibi immenso labore didicerit, vno intuitu memoria recolet, & tanq̄ abeuntia reuocabit. Ergo aphorismi postrema acie, tanquàm triarij milites locabuntur. Quibus vltimo loco addetur disputatio contra Lycum, Quòd nihil delinquitur ab Hippocrate in Aphorismo, cuius initium, Qui crescunt. Sunt vero, & alij quidam libri partim ex Arabia, partim ex Græcia delati non Spurij tantum, sed etiam magna ex parte superuacui: quoniam in eis vel nihil tractatur, quod ad artem medicam spectet: vel, si tractatur, totum illud à legitimis libris decerptum est, vt ibi frustra repetatur, quod alibi copiose explicatum meminimus: ne tamen & illos (varij enim gustus hominum sunt) omissos aliqui conquerantur, voluimus eos omnes separatim in vnum corpus colligere, vt scirent, qui id curæ haberent, & facile inuenire, quod quærerent, & inuentum simul cognoscere non esse inter Galeni monumenta connumerandum. Eo igitur ordine, qui inde haberi potest, ita statuentur, De historia philosophorum, Mathematica, De partibus artis medicinæ, De dynamidijs (credo περὶ τῶν δυνάμεων inscribi oportere) De sperm ate liber vnus, De natura, & ordine cuiusque corporis, Anatomia parua, De compagine membrorum, De voce, & anhelitu, De iuuamentis membrorum, De motibus liquidis, De dissolutione continua, De bonitate aquæ, De vinis, De simplicibus medicinis ad Paternianum, De viribus centaureæ, De catharticis, De mulierum morbis, Liber secretorum, De experimentis, Curatio melancholiæ Aetij ex Rufo, De curatione Ictericiæ, De curatione lapidis. Neque hic ego necessarium puto rationem reddendam esse, cur statim in principio totius operis Isagogicos libros extra ordinem Methodi collocauerim, haud enim ab re fit, vt in magna arte præcedant quædam, veluti præludia, &, vt Græci loquuntur, progymnasmata, in quibus primo Tirones exerceantur, ne, si ad altiora documenta omnino rudes accesserint, ingenij calor elidatur, ac, tanquàm nimio alimento, suffocentur. Eos tamen Isagogicos tantum libros reliquis omnibus præposuimus, qui ad totam artem introducunt: sicut, qui soli parti attinent, primos in ea parte statuimus: veluti in anatomicis libellis, de ossibus, de neruis, arteriarum'que sectione prima sede locauimus: in materia de pulsibus introductorium prætulimus, cuius commentationes in tertio de causis pulsuum explicantur. Cum enim introductorij libri (vt Galenus affirmat) adolescentibus propterea scribantur, vt dimissa altiori speculatione tantisper empirice exerceantur, donec exercitatis dubitationes suboriantur, atque inde ad causas indagandas excitentur, præstabat, opinor, medicis futuris Isagogica, quæ ad totam artem spectant, proponenda, qualis maxime Ars parua est: vbi vero iam ad partes artis difficiliores accessissent, in ijs quoque partibus Isagogica præferre, in quibus simili modo exerceri possint: docetq; id maxime Galenus in Anatomicis, vbi prius adolescentes in ossium sectione exercendos admonet, deinde ad secretiora eius partis penetralia proficisci. Illud quoque aduertendum, me inter Isagogica quædam connumerasse, quæ nihil quidem ad artem spectant, sunt tamen scitu non inutilia: cum alioqui commodiorem locum non haberem, vbi illa inculcarem, quæ nullo pacto præteriri debebant. Sunt præterea, quæ Galeni quidem non esse scimus, sicut liber est, qui Introductio ad medicinam inscribitur: ea tamen rei commoditate persuasi, minime reijcienda iudicauimus. Ante igitur libros omnes seriatim locatos Introductorij hoc modo extra aciem disponentur, Oratio suasoria ab bonas artes, quę non ad Galenum nostrum Niconis architecti, sed ad aliū Menodoti filium refertur: Quod idem sit optimus medicus, & philosophus, De sophismatibus in dictione contingentibus, Quòd qualitates sint incorporeæ, De libris proprijs, De ordine librorum suorum, De sectis, De optima secta, De optima doctrina, Subfiguratio empirica, De constitutione artis medendi, Medicæ diffinitiones, Introductorius medicorum, Quomodo morbum simulantes sint deprehendendi, Ars parua. Atque ita, quæcunque nostra ætate Galeni, vel legitima, vel attributa reperiuntur, hoc ordine legenda arbitramur.

Sequitur altera Montani Epistola ad Lectorem, quæ fuerat in secunda editione impressa.

IOANNES BAPTISTA MONTANVS
PHYSICVS VERONENSIS
LECTORI S.

CVM varij sint in discẽdo modi, ad quos magis aut minus pro varijs ingenijs, humanum genus inclinat, quod etiã sicut reliqua penè omnia arcana naturæ, in suis metaphysicorum libris optime deprehendit Aristoteles, duos tamen præcipuos in cõi vsu versari obseruauimus: Alter, qui ex præceptis, plurimarum que sententiarum collectione progressus longo vsu, et exercitatione imaginem quandam scientiæ parit: Alter sublimius se attollẽs, nihil nõ ex propryis principijs certa via, ac ratione, vel intelligit, vel admittit, vterq; ad vitæ commoda necessarius. Primus humilis quidẽ, sed non aliter addiscent, quibus Musæ parum arriserint: Secundus cœlestis ille in splẽdidissimis lucis penetralibus abditus, & reconditus, aiuinis ingenijs reseruatur: vnde illustres, sacriq; efficiantur heroes, nulli subinde mortalitati obnoxij. Quos ambos in medica arte Galeni, tãta prudentia excogitauerunt, tãtaq; erga humanũ genus charitate tradiderũt Iuntæ fratres, vt dubiũ reliquerint, Galeno ne magis auctori artis, an ipsis debere profiteamur. Nam præterquàm quod Galenus tot libros tã late, ac diffusè scripserit, vt vix integra ætas sufficiat ad legendũ, nullo ẽt ordine eosdem congesserit: sine quo non scientiæ tantũ, & artes, sed nec natura quidem constare põt, vt in libris de cœlo, et mũdo vere prodidit Aristoteles. Quæ omnia ita esse, veluti dico, recte animaduertẽtes plurimi illustres tàm Græci, q̃s Arabes, nihil ex doctrina Galeni immutãtes (q̃ certe immutari non põt) compendiũ librorum faciẽtes, reiectis, q̃ superuacua videbantur, atq; ordinẽ docendi adhibentes ex alienis proprios cõfecerunt: inter quos insigniores sunt apud græcos quidẽ Oribasius, apud Arabas vero Auicẽna. At nuperrime Thomas Iunta simul cũ fratre apud latinos nostros nouũ iter ingressus, seruata propria Galeni eloquẽtia, proprio stilo, ac diuini sermonis idea, ne uerbo quidẽ immutato, nisi quod mẽdosum videbatur, certo tantũ ordine singulos libros disposuit, ordine, inquã, qui ab ipsa artis natura originẽ ducit. Siquis.n. medicam artẽ nondum existentẽ, vel inuenire, vel tradere velit, alium ordinẽ ne imaginari quidẽ posset, qui vtrunq; perficeret: nam, qui illã librorum seriẽ recte resoluerit, artẽ inueniet: qui cõposuerit, docebit, & tradet: ordine igitur cõpositiuo Iuntæ libros Galeni disposuerũt, quoniã ars non inuenicẽda erat, sed docẽda. Quantũ vero ad cõpendium attinet (aliquis.n. obijceret ordinẽ quidem adiectum, nõ tamen breuitatem) dicimus eũ, qui certa via, ac ratione ad finẽ scientiæ, vel artis accedit, sibi satis cõpendium facere: scit.n. ratione, ac Methodo directus in tota aliqua serie librorum, quantũuis prolixa, ac morosa, dũmodo certo, & naturali cõstet ordine, vnde sibi sit incipiendũ, quæ in progressu omittenda, aut perlegenda: idẽ ẽt distinguit, quæ in illis libris ad doctrinã attineant, quæ ad ornatum, quæ ad falsas aliquas opiniones refellẽdas: atq; ita nihil esse põt in optimo docẽdi ordine prolixum: nã, qui eum ordinẽ recte intelligit, cum methodũ habeat, cõpendium necessario habet: quid.n. tandem aliud methodus est, q̃; breuissima ad discendũ via? Atq; ita, quo ad ordinẽ, et cõpendium in Galeno à Iuntis nostris, vbi doctũ, studiosumq; ingeniũ nacti fuerint, exquisitissime satisfactum arbitror. Sed, quoniã rara sunt hmõi ingenia, ideo alio quoq; itinere progrediendũ erat, vt Galeni doctrina breuis, cõpendiosaq; redderetur, nõ quidẽ ex ordine, aut methodo, sed ex præceptis, sniarũq; collectione, ne rudioris, obtusioris q; ingenij hoies ab hac arte prorsus ꝓhiberẽtur, immo vtcunq;, et ipsi inter doctos haberi possent. Ergo Iuntæ optimi summo studio effecerũt, vt nihil in Galeno sit, quantũuis minimi sensus, quin tlico ex copiosissimo indice facillime inueniatur: vt, qui præceptorũ, sentẽtiarũq; colligẽdarũ studio detinẽtur, sine aliquo ferè labore, aut industria uotis suis exactissime satisfaciãt. Nõ.n. index ille lucidissimus ab hoie, utcũq; cõtigerat, mercede cõducto, ut ferè fieri cõsueuit cõfectus est, sed ab illustri, et eruditissimo medico Antonio Musa Brasauolo Ferrariẽsi, qui sibi ipsi primũ, et ad vsũ propriũ, tã insignẽ nauauit laborẽ: postea, ut audio, amicorũ precibus exorat⁹ noluit medicorũ rẽpublicã tãta carere utilitate. Igitur Iuntarum beneficio habebunt studiosi ad Galeni doctrinam oẽs vtiles aditus patefactos. Sed, cũ multi Galeni libri nr̃a ætate desiderẽtur, neq; in hoc ẽt Iuntarũ industria defecit: data est.n. diligẽtissime opera, adiecto nõ modico sumptu, amicorũq; ꝓsidijs, vt, si qui vsquã forte laterẽt, excuterẽtur: ac, quid hic quoq; profecerint, ipsa res indicabit: adde q̃tum codicũ castigatiõi cõtulerint, q̃tũq; fuerint assecuti medico insigni, et eruditissimo Augustino Gadaldino ꝓcurãte, atq; ubiq; lynceis oculis assistẽte, ut facile affirmare possim Galeni lectionẽ nunq̃ hactenus tã cãdidã, tãq; oĩbus numeris expolitã in publicũ ꝓdiisse. Quantũ vero ad ordinẽ meũ in libris Galeni legẽdis attinet, quẽ pridẽ priori Iuntarũ impressioni præposuerã, quãuis, si nunc à me cõscribendus esset, magis erudite, (vt puto) cõscriberetur, forte etiã non nulla in meliorem formã redigerentur, quod ẽt in hac noua editione factũ esset, si per ociũ licuisset, quod nunquã, ne tantillũ quidem mihi cõceditur, modo in publicis lectionibus, modo in cõsultationibus, inuisendisq; ægris, mõ in cura familiari plus, quàm credi possit, districto, nõ tamen me illius vtcunq; præpositi ordinis prorsus pœnitet, præcipue cũ neminẽ hactenus viderim, qui ediderit meliorẽ, etsi non nulli, qui ẽt inter eruditissimos habẽtur, omni studio tẽtauerint, atq; nõ minus me culpare conati fuerint, nõ quidem in toto ordine, nã id ne somniare quidem possent, sed quod in librorũ catalogo nõ nullos omiserim: quodq; hic, aut ille potius esset præponendus, aut postponẽdus Galeni ẽt auctoritatẽ cõtra me obiectantes: vt in libris de medicamentorũ cõpone, quos therapeuticis præposui, oĩno ex ipsa Galeni mente postponẽdos. Sed in reprehensione, ꝙ in catalogo quosdã libros omiserim, inepte sunt curiosi: dum.n. classes, certosq; constituebam ordines, ad materiã potius eram intentus, quàm ad numerum: nã si, exẽpli gratia, ad classem signorũ dicebã dirigendos esse libros de locis affectis, de crisi, prognostica, & hmõi, libellumq; aliquem sub hoc ordine omittebã, à scopo tamen non aberrabã: cum consiliũ esset docere, qui libri in quã classem essent redigendi, & non enumerare. Quod vero præposuerim, aut contra postposuerim, quos alij, vel postponendos, vel præponendos censebant, hãc varietatem pariunt varij concipiendi ordinis intellectus: quibus ego distincte responderem, si distinctæ calumniæ præponerentur: nam, quantum ad libros de cõpositione medicamentorum attinet, dicimus in illis plurima doceri, quæ ad artem componendi in vniuersum spectant, non referendo compositionem ad aliquam determinatam ægritudinem: & contra, plurima etiam tradi ad certos morbos relata: atque ita, cum hi libri præponuntur, intentionem haberi ad ea, quæ in vniuersum docentur: cum postponuntur, intendi ad ea, quæ certas respiciunt ægritudines: sine igitur multo dispendio therapeuticis præponi, aut postponi posse. Sed, cum videam epistolam, quam breuissimam ob temporis angustiam cogitaueram, in nimiam excrescere longitudinem, hic finem scribendi faciam.

INDEX

LIBRORVM OMNIVM GALENI QVI IN HIS VOLVMINIBVS CONTINENTVR.

ISAGOGICI LIBRI

GALENI Oratio Suaſoria ad Artes, à Ludouico Beliſario medico Mutinenſi latinitate donata. folio. 2

Siquis Optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum liber, eodem interprete. 6

De Sophiſmatis in Verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano translatus. 7

An Qualitates Incorporeæ ſint, eodem interprete, nunc accurate recognitus. 8

De Propriis Libris, ab Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & nuperrime ab Auguſtino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10

De Ordine Librorum ſuorum, ab Ioanne Fichardo latinus olim factus, nunc autem aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgatus. 14

De Sectis ad eos, qui introducuntur, à Ludouico Beliſario in latinum ſermonem conuerſus, & cum græcis codicibus accuratè, nunc collatus. 15

De Optima Secta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta eiuſdem recognitione. 19

De Optimo Docendi genere, Eraſmo Roterodamo interprete, aliquot in locis emendatus. 30

De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. 31

Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno aſcribitur, cuius titulus eſt, Sermo aduerſus Empiricos medicos, Auguſtino Gadaldino interprete. 35

De Conſtitutione Artis Medicæ liber, à Victore Trincauellio conuerſus, & ab eodem recognitus. 35

Definitiones medicæ, qui liber à Bartholomęo Syluanio fuit traductus, atque ex codicum veterum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetuſtis codicibus gręcis collatis, accurate emendatus. 43

Introductio ſeu Medicus. Hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus eſt, poſtea ex græci exemplaris collatione eſt non nullis in locis expurgatus. 50

Quo modo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete. 61

Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, denuo ad gręcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61

PRIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Elementis ſecundum Hippocratem libri duo, à Victore Trincauelio translatus, & ab eodem recognitus. folio. 2

De Tẽperamẽtis libri tres, Thoma Linacro Anglo interprete, multis in locis emẽdati. 10

In Primum Hippocratis librum de Natura humana commentarius, à Victore Trincauellio translatus, & ab eodem recognitus. 25

De Atra bile liber, Bartholomæo Syluanio Salonenſi interprete, recognitus. 34

De Optima corporis conſtitutione libellus, Ferdinando Balamio Siculo interprete, denuo ad fidem codicum græcorum emendatus. 37

De Bona

De Bona habitudine libellus, Ferdinando Balamio interprete, emendatus. 39
De Ossibus liber, Ferdinándo Balamio interprete, quàm pluribus in locis ab Augustino Gadaldino expurgatus. 39
De Musculorum dissectione liber, ab Augustino Gadaldino versus, & ab eodem exquisite recognitus. Græce desideratur. 44
De Neruorum dissectione liber, ab eodem Augustino Gadaldino translatus, & nunc recognitus. mutilus græce legitur. 53
De Venarum, Arteriarum q; dissectione liber, ab Antonio Fortolò Ioserienſi latinitate donatus, & post Andreæ Vesalij Bruxellensis castigationes, plerisque in locis ab Augustino Gadaldino ad exemplarium græcorum fidem emendatus. 55
An Sanguis in arteriis natura contineatur liber, à Iulio Martiano Rota conuersus, & ab eodem recognitus. 60
De Anatomicis administrationibus libri noué, ab Ioanne Andernaco olim latinitate donati, & post diligentissimas Andreæ Vesalij Bruxellensis, & aliorum quoque castigationes, ad græcorum exemplarium fidem aliquot in locis denuo expurgati. 63
De Vocalium instrumentorum dissectione fragmentũ, ab Augustino Gadaldino translatum. Græce desideratur in impressis codicibus. 106
De Vuluæ dissectione liber, ab Ioanne Bernardo Feliciano translatus. 108
De Instro odoratus liber, Ludouico Belisario medico Mutinẽsi interprete, recognit⁹. 110
De Vsu partium libri XVII, Nicolao Rhegino Calabro interprete, nunc ab Augustino Gadaldino plerisque in locis, mendis expurgati. 113
De Vtilitate respirationis liber, Iano Cornario medico interprete, nunc recognitus. 223
De Causis respirationis libellus, ex duobus fortasse, quos Galenus cõposuit, excerptus. eodem Iano Cornario interprete. 226
De Vsu Pulsuum, Thoma Linacro interprete. 227
De Substantia Facultatum naturaliũ fragmentũ, Bartholomæo Syluanio interprete. 230
Breuis Denotatio dogmatum Hippocratis ex sermone XCIX Ioannis Stobæi, Conrado Gessnero Tigurino medico interprete. 231
De Hippocratis, & Platonis decretis libri noué, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, nunc demum ab Alexandro Iustiniano Chio medico ad vetustorum exemplarium græcorum fidem accuratissimè castigati. 231
Fragmentum ex quatuor commentariis, quos Galenus inscripserat, De iis quæ medice dicta sunt in Platonis Timæo, ab Augustino Gadaldino translatum. Grẽce in impressis codicibus desideratur. 286
De Naturalibus facultatibus libri tres, Thoma Linacro interprete, aliquibus in locis expurgati. 290
De Motu Musculorum libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, nunc recogniti. 308
De Motu Thoracis, & Pulmonis, fragmentũ fortasse eorum trium librorũ, quos Gal. de hac re cõposuit: quod ex antiqua tantũ translatione legitur: nã grẽce nõ habetur. 316
Quòd animi mores corporis tẽperaturã sequantur, liber à Iunio Paulo Crasso Patauino interpretatus, & ab eodem antiquorũ exemplariũ ope diligentissimè recognitus. 317
De Fœtuum formatione liber, Ioanne Bernardo Feliciano interprete, ex antiquissimi exemplaris collatione emendatus. 322
An Omnes particulæ animalis, quod in vtero est, fiant simul, Nicolao Rhegino interprete. Græcum exemplar non habetur. 326
An Aĩal sit id, qđ in vtero ẽ, Horatio Limano ĩterprete, nũc plerisq; ĩ locis expurgat⁹. 326
De Semine libri duo, ab Ioanne Bernardo Feliciano interpretati, & nunc ex veterum exemplarium collatione recogniti. 328
De Septimestri partu, eodem Ioanne Bernardo interprete. 340

Secundæ

HIPPOCRATIS De Aere, Aquis, & Locis liber, Iano Cornario interprete, nunc primum ad antiquissimi exemplaris fidem pluribus in locis ab Augustino Gadaldino emendatus. In quo alia etiam libri dispositio, partim ex eodem vetusto codice grę co, partim ex coniectura, indicatur. folio. 2

GALENI De Alimentorum Facultatibus libri tres, Martino Gregorio interprete, ad exemplarium græcorum fidem ab Augustino Gadaldino, non paucis in locis ad exemplarium Græcorum veritatem, expurgati. 7

De Succorum Bonitate, & Vitio liber, à Iulio Alexandrino medico Tridentino olim translatus, et diligenter nunc recognitus. 33

In librum de Salubri Diæta commentarius, Hermano Cruserio Campensi interprete, nuper recognitus. 39

De Attenuante Diæta liber, Martino Gregorio interprete. 43

De Ptissana liber, ab Hieronymo Donzellino in latinum versus. 46

De Paruæ Pilæ Exercitio liber, Valerio Centannio Vicentino interprete recognitus. 48

De Cognoscendis, curādis q; animi morbis, quas perturbationes latini appellant liber, Bernardino Donato Veronensi interprete. 50

De Cuiusq, animi peccatorum notitia, atque medela libellus, à Iunio Paulo Crasso Patauino & translatus, & ab eo diligenter etiam recognitus. 56

De Consuetudine liber, ab Augustino Gadaldino ad verbum ferè latine expressus. 60

De Sanitate Tuenda libri sex, Thoma Linacro Anglo interprete, ad antiquorum exemplarium Græcorum fidem aliquot in locis ab Augustino Gadaldino emendati. 62

Ars Tuēdę Sanitatis, num ad medicinalē artē spectet, an ad exercitatoriā, ad Thrasybulū liber, à Iunio Paulo Crasso Patauino & cōuersus: & diligētissime nūc recognitus. 101

TERTIÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Differentiis, & Causis Morborum, Symptomatum q; libri sex: quorum duo priores à Nicolao Leoniceno, quatuor posteriores à Thoma Linacro olim sunt versi, & nunc denuo ab Augustino Gadaldino, ad gręcorum exemplarium fidē aliquot in locis emendati. folio. 2

De Differētiis Febriū libri duo, Nicolao Leoniceno interprete, accuratius emendati. 30

De Inęquali Intemperie liber, Thoma Linacro interprete. 43

De Marasmo, seu Marcore liber, Augustino Gadaldino interprete. 45

De Comate ex Hippocratis sententia libellus ab Augustino Gadaldino translatus, & multis in locis emendatus. 48

De Palpitatione, Tremore, Rigore, & Conuulsione liber, Ioāne Guinterio Andernaco interprete, denuo aliquot in locis castigatus. 51

De Difficultate Respirationis libri tres, Iano Cornario interprete, ab Augustino Gadaldino aliquot in locis expurgati. 56

De Plenitudine liber Victore Trincauellio interprete. 76

De Tumoribus præter Naturam liber, ab Horatio Limano conuersus. 82

De Morborum Temporibus liber, Ioanne Andernaco interprete, denuo aliquibus in locis emendatus. 85

De Totius Morbi Temporibus liber, eodem interprete, aliquot in locis correctus. 86

De Typis liber, ab Augustino Gadaldino antiquorum exemplarium græcorum, & veteris translationis ope, translatus. 90

Ad eos, qui de Typis scripserūt, vel de Circuitib⁹ liber, Victore Trincauellio ītērprete. 91

De Causis Procatarcticis liber, Nicolao Rhegio Calabro ītērprete. gręce desideratur. 95

In

In Primũ Hippocratis de Morbis Vulgaribus librũ Cõmẽtarij tres, Hermãno Cruſerio Campenſi interprete, pluribus in locis ab Auguſtino Gadaldino nuper emendati. 100
In Tertium Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus Commentarij tres, eodem Cruſerio interprete, non paucis in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgati. 127
In Sextum Hippocratis librum de Morbis Vulgaribus, Commentarij ſex, Iun. Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta interpretis recognitione. 152

QVARTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI de Locis affectis Libri ſex, Gulielmo Copo Baſilienſi interprete. folio. 2
De Pulſibus ad Tirones Liber, Hermanno Cruſerio Campenſi interprete. 43
De Differentiis pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 46
De Dignotione pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 70
De Cauſis pulſuum Libri quatuor, eodem interprete. 86
De Præcognitione ex pulſibus, eodem interprete. 104
SYNOPSIS Librorum ſuorum Sexdecim, de Pulſibus, cuius ipſe meminit in fine Artis medicinalis, & in libro de Propriis libris Capite quinto: nuperrime ab Auguſtino Gadaldino translata græce impreſſa non habetur. cxxiij.
De Vrinis liber, Ioſepho Struthio Polono interprete. 122
De Criſibus libri tres, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete. 125
De Diebus decretoriis libri tres, Ioanne Andernaco interprete. 145
In primũ Prorrheticorũ librum cõmentarij tres, Ioanne Vaſeo Meldenſi interprete. 160
In Prognoſtica Hippocratis commentarij tres, Laurentio Laurentiano Florentino interprete. 189
De Præſagiis ex inſomniis ſumendis Libellus, Auguſtino Gadaldino interprete. 213
De Præcognitione liber Iul. Martiano Rota interprete. 213

Totam hanc Claſſem quàmplurimis in locis denuo expurgauit Auguſtinus Gadaldinus, adhibitis etiam multis emendatiſſimis codicibus græcis manuſcriptis.

QVINTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Simplicium medicamentorum Facultatibus libri vndecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino ad veterum græcorum exemplarium fidem non paucis in locis repurgati. folio. 2
De Subſtitutis medicinis liber, Iul. Martiano Rota interprete. 84
De Purgantium Medicamentorum Facultate, eodem interprete. 86
Quos purgare conueniat, quibus Medicamentis, & quo Tempore, eodem interprete. 88
De Theriaca ad Piſonem liber, eodem interprete. 89
De Vſu Theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem interprete. 98
De Antidotis libri duo, eodem interprete. 99

Omnes hos ſex libros, idem Iul. Martianus Rota accuratius denuo ante obitum recognouit.

De Compoſitione Medicamentorum ſecundum Locos libri decem, Iano Cornario medico interprete, rurſus poſt Nicolai Machelli medici Mutinenſis recognitionem, aliquot in locis emendati. 121
De Compoſitione Medicamentorum per Genera libri ſeptem, Ioanne Andernaco interprete, denuo ab Auguſtino Gadaldino non nullis in locis ad grẽcorum veterum exemplarium fidem emendati. 209
De Ponderibus, & Mẽſuris, Galeno aſcriptus liber, Auguſtino Gadaldino interprete. 245

Sextæ

SEXTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Hirudinibus, Reuulsione, Cucurbitula, cutis Concisione, siue Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete. folio. 2
ORIBASII De Cucurbitulis, Scarificatione, Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo ex septimo, & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro, Augustino Gadaldino Mutinensi interprete. 3
De Venæ sectione aduersus Erasistratũ liber, Iosepho Tectádro Cracouiẽsi interprete. 5
De Venæ sectione aduersus Erasistrateos, qui Romæ degebant, eodem Iosepho Tectandro interprete. 9
De Curandi ratione per sanguinis missionem liber, Theodorico Gaudano interprete. 15

Hos libros omnes multis in locis emendauit Augustinus Gadaldinus ad vetustissimorum exemplarium græcorum veritatem.

SEPTIMÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI De Medendi Methodo libri xiiij, Thoma Linacro interprete, denuo ab Augustino Gadaldino nõ nullis ĩ locis ad grẽcorũ exẽplariũ fidẽ nuper emẽdati. fol. 2
De Arte Curatiua ad Glauconem libri duo, Nicolao Leoniceno interprete: ab Augusti no Gadaldino ad fidem antiquorum græcorum codicum aliquot in locis castigati.
Post hunc librum collocari debuerat libellus, cui titulus est, Quos, & Quando, & Quibus medicamentis purgare conueniat. qui est in Quinta Classe, pagina lxxxviij. qui liber est cap. xxiij. libri septimi Oribasii ad Iulianum Imperatorem.
In librum Hippocratis de Victus ratione in morbis acutis commentarij quatuor, Ioanne Vassẽo Meldensi interprete, ab Augustino Gadaldino plerisq; in locis ad græcam veritatem emendati. 108
DE DIÆTA Hippocratis in morbis acutis, nunc primum ab Augustino Gadaldino translatus. Hic liber in tribus, quos habuimus codicibus græcis manuscriptis, (neq; enim adhuc impressus græce est) admodum corruptus legitur: ita vt quandoq; vel nullo modo, vel vix sensus elici possit. Eius autem mentio fit (si tamen is ille est) à Galeno in libro de proprijs libris quarto, & sexto capite. cliij
De Remedijs paratu facilibus liber, ab Huberto Barlando Philiatrio olim translatus, & multis in locis postea emendatus. 153
De Remedijs paratu facilibus ad Solonem, Spurius, à Iun. Paulo Crasso conuersus, & nuperrime ab eodem recognitus. 161
Liber tertius de Remedijs paratu facilibus, Spurius, Iun. Crasso ĩterprete, recognitus. 169
Documentum de Puero Epileptico, Nicolao Leonico Thomęo interprete. 175
In Librum secundum de Natura humana, Victore Trincauellio interprete. 181
De Incãtatione, Adiuratione, & Suspẽsione liber, Gal. falso ascript⁹. græce nõ habetur. 181
De Oculis, Spurius, Demetrio Græco interprete, à variis mendis expurgatus. græcum exemplar desideratur. 182
De Renum affectuum dignotione, atque medela, Christophoro Heyl interprete, Spurius recognitus. 191
In librum Hippocratis, de Officina medici, seu de iis, quæ in medicatrina fiunt, cõmentarij tres, Vido Vidio Florentino interprete. 197
In librum Hippocratis de Fracturis commentarij tres, eodem interprete. 223
In librum Hippocratis de Articulis commentarij quatuor, eodem interprete. 251
De Fasciis, eodem interprete. 293
Oribasius de Laqueis ex Heracle, eodem interprete. 306
Oribasius ex Heliodoro de Machinamentis, eodem interprete. 309

Hos sex libros, quos Vidus olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.

Extra

EXTRA ORDINEM CLASSIVM LIBRI.

GALENI Commentarij ſeptem in Aphoriſmos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, poſt caſtigationē, ex pluriū antiquorū codicū collatione à Iul. Martiano Rota, & Auguſtino Gadaldino factā: nuperrime etiā aliquot in locis ab eodē Auguſtino Gadaldino expurgati. fo. 2
Aduerſus Lycum, quòd nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccarit, cuius initium eſt, Qui creſcunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium græcorum fidem. 61
Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt liber, Iulio Alexandrino interprete, ex poſtrema interpretis recognitione. 66
Linguarum, hoc eſt obſoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellenſi interprete, multis in locis ab Auguſtino Gadaldino nunc emendata. 71

SPVRII LIBRI.

De Hiſtoria philoſophica liber, à Iulio Martiano Rota latinitate donatus. folio. 2
Prognoſtica de infirmorum decubitu ex mathematica ſcientia, à IACOBO MARISCOTO Medico Florentino translatus, & quamplurimis locis ad antiquorum græcorum codicū fidē emendatus. 12
De Partibus artis medicæ liber ex veteri Nicolai Rhegini Calabri translatione reſtitutus. 16
De Dynamidiis liber ſine principio. 18
Alter liber de Dynamidiis, magna ex parte ex Aetio deſumptus. 19
De Spermate liber. 36
De Natura, & ordine cuiuslibet corporis. 41
De Anatomia parua. 42
De Anatomia viuorum. 43
De Anatomia oculorum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 57
De Compagine membrorum, ſiue de natura humana. 58
De Virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus, ex Galeni libris. 60
De Voce, & anhelitu. 60
De Vtilitate reſpirationis. 62
Compendium pulſuum. 65
De Motibus manifeſtis, & obſcuris liber, quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tranſtulit, Marcus autem Toletanus de arabica in latinam. 66
De Diſſolutione continua. 71
De Aquis ex Galeno, & aliis præſtātiſſimis medicis, capita ſex Oribaſii, Auguſtino Gadaldino interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inſcriptus, mutilus legebatur. 75
De Vinis ex Galeno, caput ſextum libri quinti Collectionū medicinalium Oribaſii ad Iulianum Imperatorem, Auguſtino Gadaldino interprete. 76
Præſagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete. 77
De Vrinæ ſignificatione ex Hippocrate, eodem Georgio interprete. 78
De Simplicibus medicamentis ad Paternianum. 79
De Virtute Centaureæ, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 92
De Cathartics. 94
De Gynæceis, ideſt paſſionibus mulierum, Nicolao Rhegino Calabro interprete. 95
Liber Secretorum ad Monteum. 96
De Medicinis expertis liber, cui titulus eſt, Medicinalis experimentatio. 103
De Melancholia ex Galeno, Rufo, & Poſidonio caput nonum libri ſexti Aetij, Iul. Martiano Rota interprete. 109
De Cura Icteri liber. 110
De Cura Lapidis liber. 111
Quæſita in Hippocratem. 113
De HVMORIBVS, Auguſtino Gadaldino interprete.
De PLANTIS translatus Marſiliæ per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per magiſtrum Abraham medicum de Arabico in latinum, & eſt De medicinis occultis, quas noluit propalare, nec conſignare in libris ſuis aliis, quæ ſunt experimentatæ, & probatæ.

Siquid ſupereſſe videbitur in antiquis translationibus, quod in hiſce nouis non reperiatur: id titulorum diuerſitate contingere ſcias, non quia prætermiſſum aliquid ſit. Nihil eſt enim in vetuſtis illis codicibus, quod in hiſce nouis non contineatur; nam aut idem ſunt, verum alio nomine inſigniti, aut compendia, aut partes, aut fragmenta. Exempla aliquorum ſubiicientur. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem eſt, ac id, quod hic De compoſitione medicamentorum ſecundum loca inſcribitur. Libri item de iuuamentis membrorū, compendium ſunt librorum De vſu partium. Libellus de præſagitura, finis eſt libri De conſtitutione medicinæ. Et qui De commoditatibus theriacæ inſcriptionem habet, fragmentum eſt libri De theriaca ad Piſonem.





PATRIS INSOMNIVM

GALENI

ISAGOGICI LIBRI

QVI, CVM IN TOTAM ARTEM medicam introducant, in principio totius operis sunt locati: vt prius in ipsis tirones exerceantur, q̃. ad difficiliora artis accedant.

INTRODVCTORIIS HIS LIBRIS

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,

Lux non minima allata est, quod multis in locis ad Græcorum codicum veritatem à mendis fuerint expurgati.

Locis etiam nunc primum in margine notatis, quos Galenus sparsim ex Hippocrate citat.

Librorum catalogum proxima pagina ostendit.

Τὸ Εισαγωγικόν.



VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.



CRISIS PRAECOGNITIO



GALENI DOCTORES



AMANTIS DIGNOTIO



HEPATICI COGNITIO



PALESTRITE CVRATIO



LIBRI ISAGOGICI GALENI

GALENI Oratio Suaſoria ad Artes, à Ludouico Beliſario medico Mutinenſi latinitate donata. fol. 2
Siquis Optimus Medicus eſt, eundem eſſe Philoſophum liber, eodem interprete. 6
De Sophiſmatis in Verbo contingentibus liber, ab Horatio Limano trāſlatus. 7
An Qualitates Incorporeæ ſint, eodem interprete, accurate recognitus. 8
De Propriis Libris, ab Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs latinitate donatus, & nuperrime ab Auguſtino Gadaldino plurimis in locis ad veterum græcorum exemplarium fidem emendatus. 10
De Ordine Librorū Suorum, ab Ioāne Fichardo latinus olim factus, nunc autem aliquot in locis ab Auguſtino Gadaldino expurgatus. 14
De Sectis ad eos qui introducuntur, à Ludouico Beliſario in latinum ſermonem conuerſus, & cum græcis codicibus accurate collatus. 15
De Optima Secta liber, Iunio Paulo Craſſo Patauino interprete, ex quarta eiuſdem recognitione. 19
De Optimo Docendi genere, Eraſmo Roterodamo interprete, aliquot in locis emendatus. 30
De Subfiguratione Empirica, incerto interprete. 31
Fragmentum quoddam exiguum, quod Galeno aſcribitur, cuius titulus eſt, Sermo aduerſus Empiricos medicos, Auguſtino Gadaldino interprete. 35
De Conſtitutione Artis Medicæ liber, à Victore Trincauellio conuerſus, & ab eodem recognitus. 35
Definitiones medicę, qui liber à Bartholomęo Syluanio fuit traductus, atque ex codicum veterum collatione plurimis in locis auctus, denuo vero vetuſtis cod. græcis collatis, accurate emendatus. 43
Introductio ſeu Medicus: hic liber ab Ioanne Andernaco latinus olim factus eſt, poſtea ex græci exemplaris collatione eſt non nullis in locis expurgatus. 50
Quo modo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, Ioanne Fichardo Francofordiano interprete. 61
Ars Medicinalis, Nicolao Leoniceno interprete, denuo ad grȩcorum veterum exemplarium fidem ab Auguſtino Gadaldino aliquot in locis emendata. 61



GALENI

PARAPHRASTÆ MENODOTI FILII SVASORIA AD ARTES ORATIO

Ludouico Bellisario Medico Mutinensi interprete

ARGVMENTVM ORATIONIS

Non fortunæ, neque corporis, sed bona tantum animi hominibus exoptanda.

Homo artium, ac scientiarum omnium capax, & solus inter cætera animalia, rationis particeps dicitur. CAP. 1.

CAnimantium generi, quod irrationale appellatur, nulla omnino data ratio sit, sanè dubiũ est. nam, & si caret ea, quæ in voce versatur, quã sermõnẽ nominant, quæ tamen animo cõcipitur, quam ratiõcinium dicunt, eius fortasse particeps omne genus animalium est, quanquam * προφορικὸν aliis parcius, aliis liberalius tributa sit. sed profecto, cũ cæteris animantibus homo sit hac ipsa ratione præstantior, nemo est, qui dubitet. * ἐνδιάθετον Cernimus enim, cũ multę sint artes, quas hoc animantium genus exercet: vnum q3 hominẽ esse, qui scientiæ capax artem quamlibet percipere possit. Quandoquidem cęteræ animantes omnes, paucis quibusdam exceptis, artium expertes cõspiciuntur: eędem q3 paucę, quæ artes aliquas tractare videnť, has natura potius, cũ instituto consecutæ sunt. Homo autẽ ita ad artes aptus est, vt, si quæ in alio animantium genere sunt, ne eas quidem immeditatas relinquat: quippe cum aranei texturam imitetur, opera exemplo apum effingat, vim nantis animalis exerceat, quanquã ipse in pedestri genere est: sed nec diuinas artes omittit, siquidẽ in arte medendi tum Æsculapiũ, tum etiam Apollinem æmulatur: quem in cęteris etiã artibus, quibus hic Deus præditus est, imitatur, sagittandi, canendi, diuinandi: item q3 illarum omnium studia sequitur, quæ singulis musis singulæ propriæ sunt. neq3 enim se à geometria, neq3 ab astronomia abducit, sed, vt inquit Pindarus, quicquid & in se terra occultat, & vltra cœlum positum est, contemplatur. quin etiã, quod in diuinis bonis maximum est, philosophiam industria & labore consecutus est. Ob eã igitur rem, quanquam rationis particeps sit reliquum animantium genus, homo tamen, cum longe cæteris
D sit ratione præstantior, ipse vnus excellentiæ magnitudine animal rationale nuncupatur.

Fortunæ, ac Mercurij pictura, & Fortunæ inconstantia. CAP. 2.

QVid ergo? an non turpe est, quæ res vna homini communicata est cum Diis, eam vt neglectam habeas, ac de cæteris solicitus sis? ita artium studia contemnas? te ipsum manibus fortunæ committas? cuius indicare nequitiam cum veteres constituissent, eam siue pingendam susciperent, siue fingendam, in fœmineam speciem exprimere non contenti (quanquam hoc satis aptum erat amentię signum) gubernaculum etiã manibus habendum dederunt: basim pedibus globosam subiecerunt: eam deniq3 orbatam oculis effinxerunt: vt scilicet per has figurandi rationes fortunæ inconstantiam expressam ostenderent. Vt igitur in naui adeo tempestatibus iactata, vt & fluctibus obruatur, & submergi periclitetur, eius gubernaculum cęco gubernatori male commendari putauerim, sic in vita quoq3 degenda, vbi naufragia domibus maiora, quàm nauibus in mari contingunt, non recti iudicij est, qui per hæc rerum discrimina cæcæ se Deæ, eidem q3 mutabili credat: quippe quæ tam stupida, tam q3 amens est, vt plerunq3 & dignos negligat, & indignis diuitias tribuat, & eas quidem non stabiles, sed quas eadem ratione, qua dedit, eripiat. Deam hanc inscia hominum maximo numero turba comitatur. quæ Dea nunquam stabili sede quiescit, sed basi innixa volubili late rapitur vaga, fertur q3, vt in præcipitia, sæpe etiam

in pelagus ruat. vbi, vt eius miſeri ſequaces communi morte intereunt: ſic illa ſola ſine noxa elra E
dit, eos q3 perdita iã opera lugẽtes, ipſam q3 accuſantes irridet. Sed talia fortunæ opera ſunt. Mercurium vero, tanquam orationis parentem, & artium omnium auctorem aſpice rurſus, vt alia, q3 fortunam, effigie tum pictores tum plaſtæ decorarunt. nam iuuenis eſt formoſus, nec eiuſmodi, vt fucatum quicquã in eo, aut comptum deprehendas, ſed in cuius forma animi virtutes protinus eluceant: eſt enim hilari vultu, acribus oculis: baſi innititur ſic vndiq3 figuratæ, vt quadrantal referat, qua maxime figura res ipſa ſtabilis, atq3 immobilis redditur. Quin & ipſum Deum eadem hac figura interdum honeſtant. Cuius etiam comites æque, ac dux ipſe Deus, hilares ſplendidiq3 conſpiciunt, nec vnquã de ſuo principe queruli, quales fortunæ ſequaces memorauimus, nec ab eo vlla in parte ſeiuncti, neq3 diuiſi, ſed eius ſemper affectæ, ſemper q3 prouidentia eiuſdem fruentes. Fortunæ vero ſequacem cœtum omnem deſidem cernes, nec vllis artibus eruditum, ſed ſpe varia ſemper deductum, currentem q3 Deam communi quidem, ſed impari curſu ſequentẽ. nam alij longius diſtare videntur, alij propius accedere, alij de manu etiam Deæ pendere. in quibus Crœſum illum Lydum conſpicies, Samium q3 Polycratẽ: eos q3 fortaſſe miraberis, dum alteri Pactolum cernes auro fluentem, alteri marinos etiam piſces inſeruientes. eiuſdem ordinis Cyrum, Priamum, Dionyſium reperies. quorum tamen omnium ſtatus adeo mutabilis eſt, vt paulo poſt F
Polycratem cruci affixum inſpicias, Crœſum Cyri imperio ſubditum, Cyrum in aliorũ poteſtate conſtitutum, Priamum obſtrictum, Dionyſium q3 Corinthi. Si in cæteros autẽ te vertas, qui fortunæ curſum ſequuntur quidem, ſed tamen non conſequuntur, odio hos omnino habebis: ſiquidem pleriq3 aut populi concitatores ſunt, aut meretrices, aut cinædi, aut amicitiæ proditores, tum homicidæ, tum rapaces, tum etiam ſepulchrorum prædatores: nec pleriq3 deſunt in id ſcelus inuecti, vt ne Diis quidem ipſis parcant, ſed nefanda etiam ſacrilegia committant. Mercurij vero chorus modeſtos omnes continet, eoſdemque artium peritos, non currentes, non exclamantes, non inter ſe diſſidentes, ſed inter quos medium Deus ipſe locum teneat. hi vero ordine omnes circum diſpoſiti ſunt ſic, vt nulli locum ab eo deſignatum relinquant, eo tamẽ diſcrimine, vt, qui primam ſedem, Deo q3 proximam in ambitu occupant, ij geometræ, arithmetici, aſtronomi, philoſophi, medici, grammatici ſint. qui vero alterã tenent, ij ſecundum chorum conſtituunt, in quo pictores, plaſtæ, ſculptores, fabri, architecti, magiſtri prima rudimenta docentes conſpiciantur. poſt quos tertius locus ſequitur, quo cæteri artifices omnes continentur. Sic ſingulis quidem ſedes aſſignatæ propriæ ſunt, omnes tamen pariter intuentur in Deum, eius q3 communi parent imperio. Sed & apud ipſum Mercurium pleroſque conſpicies, quos ille quarto quodam ordine electo donauit, ſibi q3 ſocios nunquam à latere diuellendos adiunxit, & eos quidem eiuſmodi, vt maxime ab iis, quorum fautricem fortunam diximus, abhorrere conſpiciantur. neque enim geſtis in ciuitate honoribus, neq3 generis nobilitate, neq3 diuitiis ſolet hic Deus hominũ iudicare præſtantiam: ſed, quiſquis & bene viuit, & cæteris eſt ſua arte præſtantior, eam q3 legitime exercet, & iuſſis obſequitur Dei, hunc ille plurimi facit, hunc cæteris anteponit, hunc à ſe nunquam diſcedere patitur. Virorum igitur nomina, qui hunc ordinem illuſtrant, ſi ipſe intelligas, eos non ſolum æmulatione dignos, ſed etiam veneratione putabis. Hic cernes Socratem, cernes Platonem, Homerum, Hippocratem, & qui hos viros ſequuntur, quos omnes Deus & ſibi miniſtros elegit, & apud ſe primos, & quaſi alteros Mercurios eſſe voluit, quos nos æque, ac Deos colimus, & veneramur. Sed tamen è cæteris etiam omnibus, qui Deo curæ non ſit, nemo eſt. ille enim non ſolum curat, quos coram ſe conſpicit, ſed etiam nauigãtibus adeſt, quibus ſe nauigationis quoq3 ſocium præbet, vt, ſi forte naufragium fecerint, his opem poſſit afferre. Ariſtippus enim, cum olim ſic miſere nauigaſſet, vt naui tempeſtatibus perdita, in Syracuſia littora eiectus eſſet, primum fiduciam cepit, exiſtimans ſe ad Græcos, & ſapientes viros, non ad barbaros eſſe delatum, argumẽto, quòd geometricam figuram in arena deſcriptam vidiſſet: deinde Syracuſas accedens, vt in gymnaſium H
venit, quo loco illud græce exprompſit,

Quis vagum, atque errantem Oedipum
Hodie raris excipiet muneribus?

habuit, qui ſibi occurrerẽt, & ſalutationibus excipientes agnoſcerent, & præſtantẽ quidem virum, ſed tunc egenũ neceſſarijs rebus donarent. cum autẽ Cyrenen eiuſdem Ariſtippi patriam è Syracuſis quidam nauigare conſtituiſſent, ideo q3 ex eo quærerent, num quid familiæ ſuæ mãdare vellet: p̃cipite meis, inquit, vt eas res ſibi curẽt parandas, quæ cũ poſſeſſore in naufragio enatent.

Curare magis homines debere, vt bonis artibus inſtruantur, quàm onerentur diuitiis, & Demoſthenis, ac Diogenis in diuites ignaros ſententia. CAP. 3.

QVàm multi igitur miſeri ſunt, quibus contra, quàm ille præcepit, euenire videmus, vt, cum omnia ſua viuendi conſilia in diuitias referant, ſi forte in eiuſmodi caſus incurrerint, ne tum quidem auri, aut argenti obliti, ſed vtroque corpori vndique appenſo, cum his & corpus & animam etiam perdant. nec id miſeri intelligere poſſunt, à ſe in primis in genere animalium rationis experti ea magis diligi, quæ ſint artibus ornata: equos enim bello aptos, canes, quibus venandi vis tributa ſit, cæteris præferendos arbitrantur. Quin & ſeruos artibus curant erudiendos,

A erudiendos, id q3 magna argenti impensa, seipsos aũt neglectos habent, nec vllius dignitatis esse curant. An igitur turpe non est, cum seruus decem millibus denariorum ęstimādus videatur, dominum ne vno quidem dignũ existimari? sed quid inquam vno? ne ille quidem, si gratuitã seruitutem polliceatur, qui eum recipiat, reperiet quenquã. quid item? an non è rebus omnibus seipsos tantummodo ignobiles reddunt? nam, cũ se nullis artibus instituendos curent, in genere animantium rationis experti non nullas studiis, quibus vis arti similis ineſt, erudiendas statuant, seruum, si segnis sit, & artis expers, nihili faciẽdum arbitrentur, curam nec prædiorum, nec rei vllius reiiciant, sed operam dent, vt hæc omnia & optima sint, quoad eorum natura patiatur, ipsi vero ne sibi quidem ineſſe animam intelligentes, semetipsos ex omni parte negligant, haud sanè dubium relinquitur, quin seruis, & iis quidem abiectis se similes efficiãt. Quocirca huic hominum generi iure id obiiciendum putarim: o bone vir domus tua bene se habet, & seruí omnes, & equi, & canes, & prędia, deniq3, quę quę possides, iis bene est, tui vero ipsius cura nulla habeẽ. recte igitur vterq3 & Demosthenes & Diogenes: quorum alter oues aureo vellere opertas eos vocat, qui diuites iidem q3 rudes sint: alter eosdem fico in præcipitio natæ assimilandos arbitratur. vt enim eius fructũ non homines, sed coruí graculi q3 depascuntur, sic talium diuitum opes nihil prosunt
B bonis ciuibus, sed ab adulatoribus absumi cernuntur. qui tamen post, si forte locupletis res omnis consumpta sit, huic forte occurrentes, cum eius cognitionem dissimulent, sine salutatione præterreunt. Qua de re nec ille inelegans, qui huic locupletum generi similitudinem cum fontibus esse ostendit. quãdoquidem hos, cum forte humore omni exhausti sunt, qui ante ab iisdem aquarí solebant, mox abducta veste perningunt. Illud igitur non ab re putandum, quisquis nõ alia re, sed tantũ diuitiis efficit, vt sit vndiq3 cõspiciendus, hunc, simul ac diuitiis priuatus sit, à cęteris etiam rebus destituí, quæ ei partę opum gratia fuerant. nã quid est, cur his ita non eueniat, quando nullum è bonis propriis possident, sed alienis semper, & à fortuna tributis gloriantur?

Aduersus eos, qui nobilitatem generis ostentant, & in eos Themistoclis, & Anacharsidis scythæ præclara sententia. CAP. 4.

NOn desunt autem, quibus hoc idem eueniat. nam, qui se splendore generis efferũt, ij quoq3, cum bonis careant, quæ propria sunt, ad ipsum genus ostentandum confugiunt, cum ne id quidem intelligãt, splendori generis, quo admirabiles videri volunt, perinde ac ciuitatum numismatis vsu venire, quæ cum apud eas ipsas ciuitates probata plurimum valeant, apud alias tamen gentes & adulterina haberí, & nihili fieri cernuntur. qua de re non inepte dictum videtur.

« C Neque te in sublime generis extulit decus,
« Neque me, dum nil habuí, aluit genus.

Prędar igiť, vt ingt Plato, thesaur sũt maiorũ virtutes, sed p̃clarius, posse illud Sthenei obiicere,

« Maiores superat virtutis gloria nostræ.

Si quam enim generis decus vtilitatem affert, eam esse putãdum est, inde nobis studia moueri æmulãdi virtutum exempla, quibus maiores illustrati sunt: ne, si longe ab his egregia illa virtutis laude superemur, hoc illis dolorem, si modo sensus est vita defunctis, nobis dedecus afferat. quod etiam eo maius habetur, quo nobilitas magis elucet. Nam, quisquis inscius idem q3 genere obscurus est, eum saltem fructum è suo genere capit, vt, quicquid in eo vitij est, id multorum cognitionem effugiat: quos autem splendor sic illustrat generis, vt ne vitia quidem latere permittat, quem fructum iis decus generis affert, nisi vt, cum miseri sint, noti etiam esse cogantur, cum q3 suo se genere indignos reddant, grauius & accusentur, & vituperentur? Itaq3 quisquis splendorem prædicat generis, cum ipse rudis atq3 iners sit, is, quicquid in se vitij habet, id minus venia dignum esse declarat. homines enim, quos humile genus obscuros reddit, non æque atq3 ij, quos splendidum illustres efficit, inquisitione explorati iudicantur. sed illis, quam uis mediocris sua sit virtus, ignoD scimus tamen, eosdem q3 etiam comprobamus, quod istorum deest virtuti, ignobilitati ascribentes: hos vero, nisi eam laudem adepti sint, quæ digna sit maiorum virtutibus, etiam si longe cęteris præstare videntur, nulla tamen admiratione dignos esse putamus. Ex quibus rebus intelligitur, nisi quis admodum vecors sit, artes nobis esse suscipiendas, easdem q3 tractandas. quæ res efficiet, vt, siue quis nobilis sit, suo dignus genere videatur, siue ignobilis, ipse suum genus illustret,
« antiquum illũ imitatus Themistoclem, qui, cum ei olim genus probro obiiceretur, Ego, inquit,
« posteris meis lucem excito, & meum ex me genus ortum habet, tuum vero in te desinit. Notus etiam est Scytha ille Anacharsis, quàm & admirabilis apud omnes sit, vt sapiens appelletur, quan quam barbarus erat: qui & ipse, cum olim sibi barbariem exprobrarí audiuisset, tum inquit: Pa-
« tria mihi dedecori est, tu vero patriæ. vt his verbis belle hominem reprehenderet, qui, cum nulla laude dignus videretur, se illustrem splendore patriæ prædicabat. Si igitur rerum euentus paulo diligentius animaduertas, reperies non ciuitatum splendorem gloriam attulisse ciuibus, sed contra & virtutes ciuium, & eorum in artibus præstantiam nomen decus que ciuitatibus peperisse. Quis enim Stagiras celebret, nisi hæ lumen ab Aristotele accepissent? Quis Solos extollat, nisi his præstantes vir Aratus & Chrysippus eluxissent? Vnde Athenarum gloria tam longe late q3 propagata est? non soli fœcunditate, quod tenue satis esse scimus, sed laudibus virorum, qui eo

loco nati complures, iidem q3 præstantissimi gloriam suam patriæ impertiti sunt. Hoc autem dilu E
cide verum esse cognoscés, si tibi in mentem veniat Cleonis, & Hyperboli, qui talem fructum ex
nobilitate Athenarum ceperunt, qualem vitia, vt famosa sint, expostulant.
Dicta sues fuit olim gens Bœotia vecors, inquit Pindarus. idem rursus, »
Si Bœotium edamus suem. Hæc ille, cum vellet rudis gentis infamiam suo carmine breuiter »
absoluere.

De spernenda corporis forma, nisi artibus & scientiis sit ornata. CAP. 5.

Is igitur, qui Athenienſibus leges tulit, dignus laude videtur, quòd lege prohibuit, ne quis patrem aleret, qui filium artibus erudiendum non curasset. Nam, cum eo maxime tempore artes petendæ sint, quo formosissima nostra corpora cernuntur, pleriſq3 cõtingit, vt, cum se forma conspicuos intelligant, omnem animæ suæ curam spernant, atq3 reiiciant: post autem, cũ iam eos pœnitet, id frustra queruli dicãt, vtinam forma, quæ me perdidit, male pereat. iisdem q3 tum venit in mentem Solonis illud, quo præcipit nihil magis esse spectandum, quàm vitæ finem. Item q3 senectutem accusant, cum seipsos debeant: Euripidis vero præceptum laudant, Non temperantis esse formam supra quàm mediocrem petere. Satius ergo putandum est adolescentes suam formam vernos flores imitatam cognoscere, eam q3 breuem voluptatẽ pollicerí, itaq3 & Lesbiam esse lau- F
dandam, cum inquit: Formosus tantus est, quantus in cernendi sensum cadit. Probus vero »
idem protinus & formosus est. Et parendum Soloni, qui hoc idem sentire videtur: contra au- »
tem senectutem, quæ aptiori & vestitu, & domicilio eget, & mille aliis rebus, tanquam aduersus
tempestatem imminentem præparare se quemq3 debere exemplo boni gubernatoris, qui & procellas præsentit futuras, & sese multo ante parat, vt earum impetum sustinere possit. siquidem miserum est Homeri illud, Rem excors intelligit actam. Quis igitur fructus ex formoso, eodẽ q3 »
rudi adolescente capi potest? an ad bellum vtilis est? sed potius eiusmodi adolescentibus Poetæ
illud modo nominati non abre obiiciendum putarim.
At tibi connubij tractantur mollia facta. »
Ito demum, rerum'que tibi sit cura tuarum. »
Item de Nereo idem Poeta,
Ad Troiam venit forma præstantior vnus,
Verum mollis erat. qua de re eius semel tantum in enumerandis Græcorũ nauibus Poeta meminit, quò indicaret, vt mea fert sententia, formæ nullam vtilitatem esse, nisi res ad vsum vitæ necessaria illi adiuncta sit. Nec vero audiendi sunt miseri quidam, qui diuitias fructum esse formæ G
audent dicere. quæstus enim, qui & libero dignus, nec laudis expers, & stabilis sit, ex arte fieri postulat: quẽ vero formosus ex suo corpore facit, is turpis est, & semper ignominię habẽdus. Itaque
ò adolescentes audite, moneo, vetus illud præceptũ, vestram q3 in speculo effigiem interdum inspicite: vt, siue quis vestrum se forma egregium iudicet, idem operam det, ne minori animę laude
præcellat, turpe existimãs formosum corpus rudis animæ domicilium esse: siue se corpore cernat
deformi, eo magis elaboret, vt animæ præstet pulchritudine. quò canere illud Homeri possit,
Est alius, cui parua quidem sit gratia formæ, »
Sed tenuem formam verbis Deus ornat, & illum »
Cernere dicentem cunctos iuuat, ora pudore »
Suffusum placido: hic reliquos supereminet omnes: »
Hic vrbe incedit gaudens, sibi quisque videtur »
Inspexisse Deum, dum lumina figit in illum. »

Ex quibus omnibus nulli dubium relinquitur, nisi quis planè amens sit, quin neq3 superbia generis, neq3 opum gloria, neq3 fiducia formæ, contemnenda artium studia sint. Hæc disseruisse sat erat: sed fortasse non incõmodum est addere Diogenis quendam veluti non reticendum epodũ. H
hic, cum apud quendam epularetur, qui nulli rerum suarum studio, aut diligentia deerat, nullam vero sui ipsius curam habebat, excreans Diogenes vndiq3 circunspexit, quò inspueret, ac tandem bene agi putauit, si cęteris rebus parceret, ipsum vero dominum cõspueret. Qui, cum indignatus esset, causam q3 facti quęreret, tum inquit Diogenes, nihil tam in tota domo neglectũ, q3 tu mihi visus es: siquidem parietes oẽs egregiis picturis ornatos inspiciam, pauimentum ex tesseris tam
prętiosis extructum, vt simulachra Deorum ex sese expressa repręsentent, vasa omnia pura, ac nitentia, lectum & eius fulcra miro artificio elaborata, te vero harum rerum dominum cernam ex
omni parte neglectum: solent aũt homines loca, quę vilia maxime, neglecta q3 sint, quò expuãt, eligere. Itaq3 ò adolescentes ne patiamini vos eiusmodi esse, vt quispiam vos conspuendos putet,
ne ue vobis esse cętera omnia pulchriora conspiciantur: quanquam raro euenire videmus, vt in
eodem nobilitas, diuitiæ, forma reperiantur. quæ etiam si interdum concurrant, turpe tamen vos
in eo contemptu haberi, vt cęteris rebus exceptis, vos tantummodo conspuamini.

Aduersus Athletas, bonorum diuisio. CAP. 6.

Agite igitur ò adolescentuli, qui & me differẽtem audiuistis, & ad artes cõcitati estis, cauete,
ne quispiam fallax & impostor sic animum vestrum pręstringat, vt vos ipsos sinatis in stu-

dium

A dium vel prauæ, vel inanis artis deduci. illud q3 intelligite, quæcunque hominum ſtudia ad vſum vitæ non pertinent, eorum nullum artem eſſe. Sed in cęteris id ipſum vos cognoſcere arbitror: vt in iaciendis teſſeris, vt in ſtudio vel ambulandi ſuper tenues funiculos, vel voluendi ſe raptim in gyrum ſic, vt offundantur caligines. qualia Myrmeciadis Athenienſis & Calliſtrati Lacedæmonij ſtudia fuere. Athleticam vero, tantummodo ſuſpicor, ne & viribus corporis & populari gloria propoſita aliquem veſtrum decipiat, vt artibus ipſam præferendam putetis. quandoquidē & apud maiores argenteis donis quotidie celebratam, & æque, ac armis optimos, honoratam intelligimus. Eam igitur ob rem ſatius eſt vos aliquam in hoc genere ſtudij prędmeditationem habere. fallitur enim facile quiſque, qui rem deliberandam non præmeditatus ſuſcipit. Hominum igitur genus ò pueri partim cum Diis, quod rationis particeps eſt, partim cum belluis, quod mortale, cō municatum eſt. vos ergo communicationis meliori parte electa, dare bonis artibus operam debe tis. quas ſi conſequemini, quod in bonis maximum eſt, adepti eritis. ſin minus, nō tamen vos inertiſſimis belluis pudebit eſſe deteriores. Athleticum vero ſtudium quiſquis ſequitur, id niſi conſequatur, turpiſſimum eſt: ſi vero cōſequitur, non tamen belluis melior efficitur. Quis enim leone, aut elephanto fortior? quis lepore celerior? Quis item eſt, qui neſciat & Deos ipſos nulla de
B re, prędterquam artibus, eſſe laudatos? & homines præſtantiſſimos diuinis honoribus celebratos, non quia bene vel in ſtadiis cucurrerint, vel diſcum in ſublime iecerint, vel luctā exercuerint, ſed artium beneficia in homines cōtulerint? Æſculapium quidem & Bacchum, ſiue prius homines fuerint, ſiue Dij à prima origine ſint, maximis honoribus proſequimur & celebramus: alterū, q medicinæ peritus eſt: alterum, q homines colendæ vitis artem edocuit. quòd ſi mihi non credis, Dei certe Pythij te mouebit auctoritas, qui & Socratem omnium ſapientiſſimum pronunciauit, & Lycurgum ſalutans his verſibus affatus eſt.

« Te mea conſpicio venientem ad templa Lycurge,
« Quem chorus omnis amat Diuum, quem Iuppiter ipſe.
« Sis ne Deus, dubito, vel ſis mortalis habendus:
» Sed potius te ſpero Deum Numen que Lycurge.

Idem Deus Archilocum, quanquam vita defunctum, non mediocri honore dignatus eſt. cum enim, qui illum occiderat, ingredi in templum vellet, eo carmine deterruit Deus,

« Vatem occidiſti, à templo procul ito profane.

At vero tu mihi viciſſim narra, quæ Diis vnquam cum Athletis alloquia fuerint. quod non fa
C cies: ſiquidem, quid dicas, non habes. ſed fortaſſe teſtem, quaſi non fide dignum, reiicies: id enim indicare videris, dum in teſtimonia vulgi orationem vertis, & gloriam petis ex eodem. quāquam ſcio te, ſiue ægrotes, non medicorum vulgo, ſed paucis quibuſdam, & iis quidem arte medendi præſtantiſſimis curandum traderes. ſiue nauiges, non cuilibet nauigationis miniſtro, ſed vni gubernatori commendares. denique & in paruis eandem rationem haberes. nam, ſi fabrile opus petas, fabro crederes: ſi calceos, ſutori. ſi igitur hæc ita ſunt, cur, cum de rebus maximis cauſa agitur, te iudicem ipſum conſtituis, viros autem te ſapientiores reiicis? ſed vt in præſentia Deos præteream, audi, quid de Athletis Euripides.

« Cum mala innumera per Græciam ſerpant,
« Nullum deterius Athletarum ſtudio eſt.
« Qui primum ſibi nec parare diuitias
« Patiuntur, dum poſſunt. quo enim modo,
« Quiſquis eſt gulæ deditus, ventri que indulget,
« Diuitias parabit, vt alat familiam?
« Deinde nec ſe egenos, parare ue rebus
« D Aduerſis. nam in malis diu verſati
« Moribus, res duras pro deſperatis habent.

Rurſus eundem, ſi placet, audi, quàm inutilem omnem Athleticæ partem dixerit.

« Quis lucta præſtans, quis pedibus celer,
« Quis bene vel diſcum extollens, vel maxillam
« Percutiens, patriam ſeruauit coronam?

Quòd ſi minutiora deſideras, audi quæ rurſus ille.

« An cum hoſte pugnabunt, dum manibus
« Diſcos habent? an clypeis, cum è patria
« Expellent, pedes dum curſu fatigant?
« Nullus. hęc fatua ſunt, ſi ferro conferas.

Quòd ſiquis Euripidem, cęteros que eius generis auctores contemnat, philoſophos vero iudices ſtatuendos arbitretur, ex his etiam omnibus quaſi vno ore loquentibus audiet vitio dandam eſſe Athleticam. Nec eam vero ab vllis vnquam medicis laudatam nouimus. quandoquidē illud
« primum apud Hippocratem leges: ‖ Affectio Athletica nō eſt ſecundum naturā: melior eſt ſalu- Lib. de Alim. circa medium.
« bris habitus. deinde & apud cęteros prędſtantes medicos, qui poſt illum fuere, hoc idem reperies.

Sed omnino teſtium fide rem agi nolebam: hoc enim potius oratoris eſt, q̃ hominis veritatem E
colentis. quia tamen aliqui ad popularem laudem confugiunt, inaneḿque gloriam ex vulgo pe
tunt, ſtudiuḿque propoſitum externis rebus remotis contemplandum negligunt, iccirco teſtes
hoc quoque loco adhibere cogor, vt hi ne in hac parte quidem ſe nobis potiores intelligant. itaq;
Phrynæ illud commemorandum occurrit. Cum olim in conuiuio quodam talis ludus celebrare-
tur, vt per vices inter conuiuas, quicquid libebat, imperare liceret, illa, cum cęteras mulieres tum
anchuſa, tum ceruſſa, tum etiã fuco pictas cerneret, iuſſit aquam afferri, eam q; manibus hauſtam
ſibi fœminam quãq; ad faciem admouere, mox linteo protinus eam detergere. quod, cum ab illis
omnibus, & à Phryna ante alias actum eſſet, cernere erat faciem cæteris quidem fœminis conti-
nuo maculis repletam, vt laruas te videre diceres, Phrynæ vero formoſiorem redditam: quippe
quæ nõ fucata erat, ſed ſuapte natura formoſa, nulla q; arte ad formam egebat. Quemadmodum
igitur vera pulchritudo tunc optime exploratur, cum ipſa per ſe ſola eſt cæteris omnibus remo-
tis, quæ foris aſſumuntur, ſic Athletæ ſtudium perpendere ſolum oportet, videréque, an vllam
vtilitatem vel publice ciuitatibus, vel priuatim Athletis ipſis afferat. Cum igitur bona, quæ in re-
rum natura continentur, alia animi ſint, alia corporis, alia exteriora, nec præter hæc vllum aliud
bonorum genus excogitari poſſit, nulli dubium eſt, quin ne in ſomnis quidem vllius ex bonis F
animi participes Athletæ ſint: quandoquidem ne quidem, an animum habeant, intelligunt, ne
dum rationis participem eum eſſe ſciant. nam, cum & ſanguinis, & carnis mole ſe onerent, ani-
mam ſuam quaſi largo cœno ſuffocant, atq; obruunt, vt nihil paulo reconditũ intelligere queant,
ſed amentes perinde, ac belluæ, ſint. At hi fortaſſe inſtabunt, ſe q; alicuius è bonis, quæ ad corpus
attinent, auctores eſſe contendent. ſed quod erit illud? an ſanitatem, in eo genere bonorum pul-
cherrimã, id eſſe dicent? immo, qui in maiori vitæ periculo ſit, ex vitioſo ſcilicet corporis affectu,
1. Apho. 3. Ex. ot. tol. 3. e reperies neminem, ſi quidem Hippocrati credas, à quo ‖ bonus ad ſummum habitus periculoſus
dictus eſt, quem tamen iſti affectant. Quin etiam illud & ab eodem recte ſcriptum eſt, & ab om
6 de mor. vul. com 4. 22. c. 3. 185. g nibus probatum habetur, ‖ Sanitatis ſtudium citra & cibi ſatietatem, & rerum omnium tardita-
tem poſitum eſſe. Athletæ vero ſic contra præceptum id agũt, vt plus iuſto ſe & in laboribus cor-
poris retineant, & cibis impleant, & omnino, quidquid ſenex ille præcepit, Bacchantiũ more in
ſanientes contemnant. ille enim, cum ſalubrem victus rationem præcipere conſtituiſſet, ſic ſcri-
6 de mor. vul. có 4. a pricipio ptũ reliquit: ‖ Labores, cibi, potiones, ſomni, venus, omnia moderata. Iſti vero & gymnaſia quo-
tidie ſine modo fatigant, & cibis ſic vtuntur, vt eos vi ſæpe ingerant, & ad mediam noctem pro-
ducant, vt Homeri illud iure in eos dicendum arbitrer. G

Noctem Diį reliqui totam, mileśque trahebat
Deſeſſus, placido reſoluti membra ſopore.
Sed nullus miſeros Athletas ſomnus habebat.

In ſomnis autem eam moderationem adhibent, quæ cęteris vitæ ſuæ partibus proportione re-
ſpondeat. nam, cum aliį, qui ſecundum naturam viuunt, à muneribus ſuis deſiſtunt, cibum q; pe-
tunt, tunc Athletę à ſomno excitati exurgunt: vt eorum vitam ſues imitatam dicas, niſi ſues neq;
in modicis vterent̃ laboribus, neq; vi cibis explerent̃, quod vtrunq; in Athletis nouimus. adde, q;
iiſdẽ terga rhododaphnis dirũpuntur. Ad hęc aũt, quę ab antiquo Hippocrate dicta retulimus,
2. Apho. 51. Ex. ot. tol. 19. c illud item ab eodẽ ſcriptore præceptum habemus. ‖ Multum, & ſubito vel implere, vel exinanire,
vel calefacere, vel refrigerare, vel modo quouis alio corpus mouere periculoſum. omne enim mul
tum, inquit, naturæ inimicum. Athletæ vero neq; hæc præcepta audiunt, neq; alia, quæ vt illæ re
cte ſcripta reliquit, ſic iſti negligunt, atq; reiiciunt, vt omnia agãt, quæ à præceptis ſalubris victus
abhorreant. Ex quibus rebus relinquitur, vt non ſanitatis ſtudium, ſed morbi potius, hoc genus
De alimẽto circa medium. exercitij dicendũ putarim, idem q; ſentire Hippocratẽ, cum inquit, ‖ Affectus Athleticus non eſt
ſecundum naturã, melior eſt ſalubris habitus. Quibus verbis Hippocrates nõ Athleticã ſolum à H
modo naturæ abhorrere declarauit, ſed etiam Athletici corporis affectui habitus nomen eripuit,
vt illos eo noie priuaret, quod corpori vere ſano ab antiquis tributum eſt: ſiquidem habitus ſtabi
lis eſt, vix q; mutabilis affectio: bonus vero ad ſummũ Athletarum habitus & facile mutabilis eſt,
& periculoſus: nam, cũ neq; capax incrementi ſit, ſiquidẽ ad ſummum peruenit, neq; poſſit in eo
dem conſiſtere, neq; quieſcere, relinquit̃ vt viam in deterius capiat. Habes igitur qualis Athletis,
dum Athleticã tractant, corporis affectio ſit. Cum vero ab eo ſtudio ceſſant, deterius multo eorũ
corpora affecta cernuntur: aut enim paulo poſt, mortẽ obeunt: aut, ſi ad prouectam ætatẽ, non tñ
ad ſenectutem perueniunt. quam ẽt ſi attigerint, à Litis tñ Homeri nihil differunt, quandoquidẽ
Claudos, rugoſos, ſtrabones conſpicis illos.

Sicut enĩ murus vrbis machina ante cõcuſſus, facile quacũq; vi diſiicit̃, diſſipatur q;, neq; terrę-
motũ ferre, neq; caſum leuiorẽ poteſt, ſic Athletarũ corpora crebris ictibus, dũ ſuo vtunt̃ ſtudio,
debilitata, rupta q;, & languida reddita lędentibus cauſis quibuſcũq; vel leuiſſimis obnoxia relin
quunt̃. Oculi enim tũ ſæpe circũfoſſi, ſpatio tpis cũ vires corpis reſiſtere, ac mẽbra tueri deſinunt,
fluore (Græci rheuma vocãt) repleri cernunt̃. Dentes itẽ, quos ſæpe ante concuſſos vires interie-
cto tpe deſtituũt, deciduos fieri videmus. Quin & intorti articuli ĩfirmi reddunt̃, vt vllã vim vel le-

uem

A uem occurſantem ferre nequeant. & quæq; ſiue ruptio, ſiue neruorum diuulſio, quam Græci ſpaſma vocant, facile incidit. Ex quibus rebus patet, qui in ratione ſanitatis magis ſit, quàm Athletæ, miſer, reperiri neminem: vt eos nomine non degeneraſſe iure dixeris, ſiue à miſero, quem Græci ἄθλιον dicunt, athletæ nominati ſint, ſiue communi origine ambo à miſeria, quam ἀθλιότητα vocant, tanquam ab vno fonte nomen acceperint. Sed, cum de maximo ex bonis corporis, quod ſanitatem nuncupamus, nobis diſputatum ſit, ad reliqua eiuſdem generis bona tranſeundum eſt. Quantum igitur pulchritudine præſtēt, intelliges, ſi eorum naturalem formam non modo nihil ab Athletica iuuari, ſed etiam eorum plures, quibus ante ſatis apta eſſet membrorum compago, à Gymnaſtis exceptos, ſaginatos q;, & in molem carnis, ac ſanguinis auctos, in diuerſam formæ rationem traductos videas: eorum que non nullis, & iis maxime, qui pancratio. aut cæſtu decertāt, faciem ex omni parte deformem, viſu que horribilem cernas. ſed cum membrum aliquod planè abruptum eſt, aut intortum, aut effoſſi oculi, tunc, opinor, tunc, inquam, maxime pulchritudo, quæ fructus Athletici ſtudij eſt, perſpicua, euidens q; efficitur. Hæc igitur, dum ſe in ſuo ſtudio retinent, ſibi ad pulchritudinem parant. Cum vero ab eo dimiſſi ſunt, tum & reliqua corporis ſenſoria pereunt, & membrum quodque, vt ante dictum eſt, diſtortum variis modis corpus inforB me reddit. Sed in cæteris fortaſſe, de quibus modo diſſeruimus, Athletæ cedent: quod vero reliquum eſt corporis bonum, quod vires appellamus, id ſibi vendicantes inſtabunt, (hoc enim eſt, quod mihi videre videor) idem que cæteris omnibus præualere profitebuntur. ſed ò Dij immortales, quænam ſunt eæ vires, quas iſti ſibi vendicant? aut ad quod vitæ munus vtiles? an ad agros colendos? ſed ò quàm bene & fodere, & metere, & quidquid aliud, quod ad agriculturam attinet, agere poſſunt. Sed fortaſſe ad belli munera obeunda. rurſus igitur Euripidem accerſe, vt eos ſuis verſibus celebret.

An cum hoſte pugnabunt, dum manibus
Diſcos habent? vere enim
Nullus. hæc fatua ſunt, ſi ferro conferas.

Sed forte contra frigus, æſtum q; validi ſunt, Herculis illius æmuli, vt vna & per hyemem, & per æſtatem pelle operti vitam traducāt? vt ſine calceatu incedant? vt ſub dio dormiāt? aut humi cubent? quin potius ad hęc omnia imbecilliores nuper natis infantibus cernuntur. Quid igitur reliquum eſt, in quo hi ſuas vires oſtentent? aut quid eſt, ex quo ſuperbi incedant? certe non eo quòd vel ſutores, vel ædificatores, vel fabros materiarios in palæſtra ſubſternere, aut in ſtadio poſC ſunt, ſed eo fortaſſe, quòd, dum ſe in puluere verſant, dies abſumitur. At eadem gloria & perdices, & coturnices efferri licebit, quandoquidem & ipſe totum diem cœno ſe proluentes conſumunt. Sed per Iouem Milo ille Crotoniata immolatum taurum humeris ſuſceptum olim per ſtadium geſtauit. ò incredibilem amentiam, quando ne id quidem intelligunt, q; eiuſdem victimæ corpus paulo ante, cum adhuc viueret, anima ſua geſtauit, idq; longe facilius, quàm Milo, vt illa currere etiā ſub onere poſſet, quāquam præ Milonis anima nullius erat dignitatis. Sed & genus mortis, quam ille obijt, quàm amens eſſet, declarauit: nam, cum olim in iuuenem quendam ligna interiectis cuneis ſcindentem incidiſſet, eum q; irridens à munere ſuo abduxiſſet, ipſe ſolis iniectis manibus ligni partes vtrinq; apprehendens, auſus eſt eas in diuerſa diuellere: ſed in primo conatu totis exhauſtis viribus, ligni quidem partes vtrinq; vſq; eò diſtraxit, vt dimiſſi cunei decíderent, operi vero perficiendo non ſuffecit, ſed diutius renixus, tandem victus eſt: nec tamen manibus eripiendis conſuluit: quę à ligni partibus in ſe recurrentibus ſic attritæ ſunt, vt poſt Miloni miſerā mortem inferrent. Quàm magnum igitur fructum cæpit ex mortuo geſtato tauro, quo minus in mali quidquam incurreret? quàm bene res Græcorum publicas, dum cum Barbaro bella gererēt, hic Milonis in tauro labor, non Themiſtoclis ſeruauit ſapientia? qui vt recte primum oraculi ſententiam aſſecutus eſt, ſic talem deinde ſe imperatorem præſtitit, qualem tanti imperij ratio poſtulabat: Sapientis enim conſilium vnum multorum manus ſuperat: inſcitia vero, cum ſemper per ſe mala ſit, iuncta armis peior eſt. Ex iis igitur, quæ dicta ſunt, iam ſatis patere arbitror, nullam vitæ partem reperiri, quę vllam ab Athletica vtilitatem capiat. Athletas vero nec ipſos vllam ſibi è ſuis actis dignitatem parere inde, opinor, cognoſcetis, ſi vobis eam narrem fabulam, quam non inelegans quidam græcis verſibus expreſſit. quos dicam ſic, vt res poſſit intelligi.

« Si Iouis ſententia cunctis animantibus
« Communis eſſet viuendi ratio
« Sic, vt olympijs dicatus præco
« Non ſolum homines ad certamen vocaret,
« Sed & cæteris mandaret animalibus,
« Vt in ſtadium venirent, idem, nullus,
« Opinor, homo ferret coronam, ſed in
« Dolicho (quaſi longo curriculo dicas)
« Superior alijs gaudebit equus:
« In ſtadio lepus ſibi primas aſſumet:

In diaulo (quasi in ambitum curriculo. E »
Deflexo dixeris) victoriam feret »
Caprea. ita relinquetur exclusus »
Homo ab omni pedum victoria. »
O celeres vos, qui exercetis Athleticam. »
Sed nec post Herculem quisquam leone. »
Aut elephanto fortior videbitur. »
Taurum arbitror cæstu coronandum. »
Asinus inquit, si calcibus contendat, »
Ante alios ibit corona superbus. »
Quare in historia, qua multa reconduntur, »
Scribetur asinus pancratio vicisse. »
Homines, cum prima & vigesima »
Olympiade visus est rudisse victor. »

Eleganter admodum fabula hac declarantur vires corporis Athletici nihil ad humana munera pertinere: quibus si nil cæteris Athletę præstant animalibus, quod aliud reliquum erit in genere bonorum, quod isti sibi vēdicent? nam nec, siquis bonum corporis voluptatem statuat, eius Athletis pars vlla tributa est, siue Athleticam exerceant, siue ab eadem cessarint. quandiu enim sese exercent, tandiu in laboribus & miserijs cernuntur, nec iccirco tantum, quòd crebris fatigationibus rumpuntur, sed etiam, ꝙ vi se cibis explent: cum vero exercitatione deposita se in quietem receperunt, tunc pluribus corporis muti latis membris conspiciuntur. Sed eo fortasse se laudibus extollunt, quòd in congerendis opibus cæteros omnes superant: quin potius eos omnes videre est alieno ære obstrictos, non modo dum suo vtuntur studio, sed etiam dum ab eo dimissi quiescūt: vt eorum neminem reperiri liceat diuitis familiæ œconomo quamuis ignobili locupletiorem. Sed nec hoc ipsum omnino, ab eo genere studij ditescere, quod non artem, sed exercitium appellamus, dignum esse putandum est: verum eam artem tenere, quæ nusquam artificem deserat, sed ei semper assistens, etiamsi in naufragium incidat, cum eo enatet: qua arte carere videmus & qui res locupletum procurant, & qui publicani nuncupantur, quique mercaturam exercent, quanquā hi maxime diuitias ab exercitijs parant. at ijdem vero, si forte pecuniam amiserint, exercitationes vnà perdant, necesse est. quandoquidem hæ sorte aliqua egent, qua se sustineant, quæ quandiu abest, tandiu renouari amissum exercitium nequit: nec vero, qui eos fœneret, reperiunt quēquam, nisi pignoribus aut hypothecis oppositis. Quocirca, siquis vestrum stabilem certumq; quæstum sibi faciendum optat, eam artem tractandam suscipiat, quæ, nisi artificis morte, finiatur. Cum artium igitur duo prima genera sint, alię † {nobiles, quę in munere animi positę sunt, quas liberales vocant}: alię ignobiles, quæ labore corporis tractantur, quas mechanicas appellant, satius existimare debetis, si vos primo genere electo aliquam ex liberalibus discatis: aliæ enim deserere artificem in senectute solent. in primo genere sunt Medicina, Rhetorica, Musica, Geometria, Arithmetica, Computandi scientia, Astronomia, Grammatica, Legum q; peritia: quibus adde, si placet, Plasticen, & Picturam: nam, & si vtraq; opificis manu tractatur, neutra tamen viribus iuuenilis corporis eget. Itaq; ex hoc artium genere aliqua vobis ò adolescentes eligenda exercendaq; est (nisi forte cui ingenium planè hebes sit) in primisq; Medendi scientia, quæ iudicio meo in eo genere præstantissima est, quod deinceps indicabimus. H

† λογικαί· τὴν εἰσὶ καὶ σεμναί.
* βαναύσους τε καὶ χειρωνακτικάς.

GALENI SI QVIS OPTIMVS MEDICVS EST, EVNDEM ESSE PHILOSOPHVM

Ludouico Bellisario Medico Mutinensi interprete.

Quantum vtilitatis ars disserendi, philosophiæq; cognitio medicis afferat.

VT Athletæ quamplurimi sunt, qui victoriam ferre ex olympijs optãt, nullam tñ operã, vt id consequantur, impendũt, sic multis medicis euenire videmus: qui, cum Hippocratẽ laudent, & in arte medẽdi cæteris anteponant, ipsi tñ oẽ aliud potius agũt, q̃ vt ei, quem p̃dicant, similes efficiantur. ‖ Ille. n. nõ minimũ esse, quod in medicinã astronomia conferat, admonet: & geometria, s. q̃ astronomiã præcedat, necesse est: medici vero, qui multi sunt, ab harũ vtriusq; studio vsq; eò ipsi abhorrẽt, vt alios ẽt id conãtes coarguãt. Ille idẽ naturã corporis, q̃ totius medicinæ ordinis principiũ statuit, optime cognoscendã esse p̃cipit: at ijdẽ isti in ea re ita studium ponũt, vt non modo nullius ex partibus corporis substãtiã, aut formationẽ, aut magnitudinẽ, aut nexũ, aut q̃ est cũ ꝓpinquis cõicatio, sed ne positurã qdẽ noscant. Idẽq;, q̃ per genera, speciesq; ignota sit morborũ diuisio, iccirco medicis à curãdi scopis errare contingat, aĩaduertit Hippocrates, cũ nos ad rationalẽ contẽplationẽ (Græci logicam vocant) adhortat: nr̃æ vero ætatis medici ita ab eius studio auersi sunt, vt eos ẽt, qui in ea re operã cõsumant, quasi inutilia tentantes reprehẽdant. Sic & ille idẽ Hippocrates ad p̃cognitionẽ morborũ, ‖ & q̃ p̃teriere, & qui p̃sentes, & qui futuri ęgro corpori sint, multã nobis parari oportere prouidentiã admonuit: at ijdẽ medici huic ẽt artis parti vsq; adeo operã nauant, vt siquis cursum sanguinis è naribus, aut sudorẽ p̃dixerit, eũ & magũ, & admirabilia, contraq; opinionẽ oĩum loquentẽ exclamẽt: vt ijdẽ isti multo ẽt minus, siqd aliud p̃dictum sit, sustineãt: multo minus formã rõnis victus ad morbi futurũ consistẽdi vigorẽ cõstituant, quanq̃ eiusmodi ‖ rõnẽ ciborũ habendam censet Hippocrates. Quid igitur reliquũ est, in quo virũ ęmulantur? siquidem non in dicẽdi grauitate, cuius laudẽ ille assecutus est: hi vero ita sunt ab ea virtute remoti, vt eorũ multos videre liceat bis verbo in vno peccantes, quod ne itelligi qdẽ facile põt. Quibus de rebus q̃rendam cãm putaui, ob quã isti, quãq̃ oẽs virũ admirant, à lectione tñ eiusdẽ scriptoris sese auertãt: vel, si quis eius scripta legit, nõ tñ ea intelligat, q̃ ab auctore dicunt: vel, ẽt si intelligat, nõ tñ ad eã itelligentiã exercitationẽ adiũgat, vt disciplinã cõfirmet, atq; ad habitũ p̃ducat, cõpertũ hñs nos eã laudẽ, q̃ in quocũq; rerũ genere summa est, voluntate simul, & potẽtia consequi, vt, quisquis earũ altera careat, eũ à fine, quẽ expectat, frustrari necesse sit. Etenim, ne ab Athletarũ exemplo discedã, aut quia carent innata corporis habilitate, aut quia sine exercitatione id langueſcere sinũt: iccirco, quod optãt, id cõseq; nõ posse videmus. At illis ijsdẽ Athletis si corporis habitus dignus victoria sit, si exercitatio reprehensione careat, qd est, quod eos impedire possit, ne coronã è certamine ferant? Num igitur vtriusq; rei inopes nr̃i tpis medici sunt, vt neq; facultatẽ, neq; voluntatẽ satis dignã in artis studiũ cõferant? an cũ alterã habeant, altera carent? Nunc igitur nasci neminẽ, q̃ artis capax tã humanę sit, alienũ à ratione mihi vr̃, cũ mundus idẽ sit, qui olim fuit, anni tpa eundẽ ordinẽ seruent, Sol circuitus suos nulla ex parte mutatos p̃currat, deniq; quęq; stella siue fixa, siue errans eandẽ oĩno status rationẽ retineat. Verũ rationabile est tũ pp malã educationem, qua tpibus his vtuntur hoies, tum pp diuitias virtuti p̃positas, vel qualis Phidias inter plastas, vel qualis inter pictores Apelles, vel qualis inter medicos Hippocrates, talem hac ætate effici neminem. quanq̃ nobis, quibus post antiquos illos nasci contigit, & ab ijsdẽ artes plurimum prouectas accipere, nõ paulo plus cõmodi ad artes ipsas datum est. Facillimũ ergo erat nos ea, quæ vt inueniret, diu elaborauit Hippocrates, breui tp̃e edoctos, quod vitę supererat, id in ijs, quæ arti deerant, inueniendis consumere.

De aere. aq. & lo. cap. 1. cl. 2ª. 2. d

De foc. in Homine non p:o cul ab initio.

1. ꝓgnost. tex. 1. cl 4ª. f. 189. c

1ª. Aph. 9. Ext. or. fol. 4. g

dis consumere. At, quisquis plus diuitijs, quàm virtuti, tribuit, artem q3 non de hominibus bene- E
merendi, sed quæstus gratia petit, eum non licet artis finem expetere. quem si expetimus, ante di-
tescent alij, quàm nos ad id, quod habemus animo, perueniamus: nō enim simul possumus & pe-
cuniam congerere, & arti tam magnæ operam dare: sed, qui alteram vehemētius appetat, alteram
contemnat, necesse est. Quid igitur? an nostris seculis quenquam memorare possumus, qui tātū
habere cupiat, quantum satis sit ad vsum vitę necessarium? an reperiri liceat, qui non verbis tan-
tum effingere, sed etiam propriis vitæ exemplis docere possit diuitiarum terminum, qui quidem
Soranus in vita Hipp. & ī epist. ad Histanidē. sit secundum naturam, non vltra, quàm vt fames, sitis, frigus absit, progredi? ‖ sed, siquis tñ eius-
modi est, is & Artaxersis, & Perdicæ potestatem contemnet, nec vnquam in conspectum huius
ibit: huic vero sic ægrotanti, vt Hippocratis artem desideret, medebitur quidem, nō tamē semper
cum eo eē volet, sed Cranonem, & Thasum, aliaq3 ad oppida multa proficiscet, vt pauperibus his
De lege finem vers. locis ęgrotātibus curationes adhibeat. ‖ Cois hominibus ciuibusq3 suis Polybum aliosq3 discipu-
los relinquet: ipse Græciam peragrans omnem perquiret: nam eum scribere aliquid de natura lo
corum oportet, quam vt, quemadmodum ratione didicit, sic experimētis comprobet: eum vrbes
intueri propriis oculis necesse est, nunc eam, quæ versa ad meridiem est, nunc, quę ad septentrio-
nem, nunc quæ ad Solis ortum, nunc quę ad occasum: cernere etiam, quæ humili loco, quę ve ex F
celso posita sit: eam contēplari, quę aquis obnoxia, siue eæ littoribus maris superfluant, siue de fon
tibus scaturiant, siue de cœlo decidant, siue ex stagnis, fluuijs ve redundent, alluatur: visere eam
etiam, quæ ad magnum flumen, quæ ve ad stagnū, quæ ad mare, aut ad montes sita est: quærere, si
qua algēs aquis vehemēter frigidis, si qua calidis vtatur, & siqua nitrosis, aluminosis ve, aut siquę
aliæ eius generis sunt: ad summam, ne agam de singulis, cætera omnia considerare oportet, quæ
De aere aq. & loc. c. 1. cl. 2. f. 2 nos & ipse Hippocrates edocuit. ‖ Quas ob causas siquis talis futurus est, eum nō modo aspernari
diuitias, sed etiam summo labore, atq3 industria vti necesse est: at non licet industrium esse quēq3,
qui se aut vino obruat, aut cibis expleat, aut veneri dedat: deniq3 qui pudēdis, ventri q3 indulgeat.
Ex quo efficitur, vt, siquis verus medicus est, idem sit, vt veritatis, sic etiam temperantiæ amicus.
illudq3 intelligitur eūdem esse methodi rationalis studiosum, vt morborum quot genera sint, spe-
ciesq3, cognoscat, vt q3 in singulis illis quo pacto sumēda sit indicatio remediorum, intelligat, atq3
hac eadem methodo ipsam corporis naturam docemur, & quę ex primis constat elementis, quæ
tota inter se temperata sunt: & quæ ex secundis composita est, quæ & sensibilia sunt, & (vt eo no-
mine vtar) similaria appellantur: & quæ tādem ex partibus organicis expletur. quinetiam & quę
vtilitas ex omni harum partium genere, & quæ actio animalibus est, ex illa eadē methodo cogno G
scimus: quandoquidem & eas oportet non inexploratas negligere, sed demōstratione perceptas
habere. Quid igitur? an aliquid iam restat, cur medicus non philosophus sit, is, inquam, medicus,
qui arti operam Hippocrate dignam impendat? si enim, vt corporis naturam cognoscat, & mor-
borū differentias, & præsidiorū indicationes, eum rationalem contemplationem exercere opor-
tet, vt autem in harum rerum studio industriam ponat, retineatq3, diuitias contemnere & tempe-
rantia vti necesse est, hic iam omnes philosophiæ partes habebit, & quæ ad differendi rationem,
quam logicam: & quæ ad rerum naturam, quam physicam: et quæ ad mores, quam ethicam Græ
ci dicunt, attinet. Nec vero timendum est, ne, qui pecuniam contemnat, & temperantiam seruet,
is turpe quicquam, aut vitiosum committat: quidquid enim homines iniuste audent, id aut auari
tia impellente, aut voluptate præstringente committunt. sic & reliquas virtutes eundem habere
necesse est: quandoquidem omnes inter se connexæ sunt: nec potest, qui vnam habet, nō cæteras
omnes statim habere, tanq3 ex vno funere reuinctas. Si igitur, vt & artem primum intelligāt, & ean
dem deinde exerceant, philosophia medicis necessaria est, haud dubium relinquitur, quin, siquis
medicus est, idem omnino sit & philosophus. non. n. illud demōstrationem desiderare arbitror,
siquis arte medica probe vsurus sit, ei opus philosophia eē, cum nō desint, quos tam pecuniarum H
cupidos sæpe videamus, vt venefici, non medici sint: artemq3 in contrarium scopo eiusdē abusum
detorqueant. Num igitur iam de noībus certabis, nugisq3 contendes, vt temperatum, continen-
tem, diuitias infra se ducentem, iustum debere esse medicum dicas, non tamen philosophum? eun
demq3 corporum naturas cognoscere, instrumentorum actiones, partium vtilitates, morborum
differentias, curationumq3 indicationes, nō tamen operam disciplinæ rationali dedisse? an rebus
concessis te contendere de solis nominibus pudebit? at sero quidē, satius tamen, vt iam resipiscas,
nec, vt graculus, aut coruus de vocibus contendas, sed in inquirenda rerum veritate operam con-
sumas: non enim habes, cur sutorem bonum aut textorem sine disciplina, & exercitatione quenq3
effici posse neges, iustum vero aliquem, aut temperantem, aut demōstrationis peritum, aut rerum
naturam scientem repente apparere dicas, quanq3 neq3 doctoris eruditione, neq3 sui ipsius exerci-
tatione sit vsus. Itaq3, si hoc impudentiæ est, illud hominis non de rebus, sed de nominibus alter-
cantis, certe nos primum studium debemus in philosophia consumere, si veri Hippocratis ęmuli
esse volumus, quod si fecerimus, nihil impediet, quo minus eo meliores efficiamur, nedū similes,
si cognitis ijs, quæ ab illo bene dicta sunt, cętera, quæ arti desunt, ipsi inueniamus.

Galeni



GALENI DE SOPHISMATIS IN VERBO CONTINGENTIBVS.

Horatio Limano interprete.

Sex modis Sophiſmata in dictione contingere, Ariſtotelis auctoritate. CAP. 1.

ARiſtoteles philoſophus, cum in libro de ſophiſtis elenchis, quaſi redargutionibus dixeris, cõſcriberet nobis, ſophiſmata quot modis ī dictione contingant, modos ipſos ſex eſſe ad hũc modum ponit: primum in æquiuocatione, in ambiguitate alterũ, tertium in accentu, quartum in compoſitione, quintum in diuiſione, ī dictionis figura ſextũ. Sophiſma in æquiuocatione vocat, vbi nomina in oratione poſita plura ſignificant, vt venatus ſum canem: plura enim hęc oratio ſignificat vitio vocis eius /canem/. Sophiſma vero ī ambiguitate appellat, cũ oratio ipſa ex ſe tota duplicem ſenſum ſignificat, vt, hũc liceret capere me: in qua oratione nihil anceps eſt ratione nominũ, ſed oratio ipſa, vt oratio eſt, ſenſum in agendo, & patiendo confundit. Vitium vero ex accentu dicit, cum culpa accentus, qui nomẽ in diuerſas ſignificatiões trahat, dubia oratio efficit. vt ὄρος ἕστηκε, hoc eſt mõs, aut terminus ſtabat, ipſum enim duplex propter duplicem accentum eſt, in principio poſitum, aut ſublatum. Sophiſma vero in compoſitione, & diuiſione, cum ipſæ ſignificationis differentiam faciunt, vt Quinquaginta virûm centum ipſe reliquit Achilles. differentia enim eſt verbo /virûm/ aut compoſito cum quinquaginta, aut à quinquaginta diuiſo. Secũdum vero dictionis figuram, cũ aliud dictio vere ſignificat, aliud vero propter ſpeciem, & figurã ſignificare videtur, vt verbum /audio/: nam paſſionis eſt, cum actionis eſſe videatur propter prolationem, id eſt figuram ſimilem iſs, quæ verborum actionis ſunt, vt curro, intelligo. trahet enim ad vtranq; partem ſophiſticus homo: ad paſſionem, quoniam ita eſt: ad actionẽ, quia ita videtur. His vero ſex enumeratis modis, deinceps oſtendit nullum eſſe ab eo prętermiſſum, neq; poſſe aliquod in verbo ſophiſma, extra modos poſitos cadere. Verba vero, quibus id oſtendit, hęc ſunt: Huius rei fides eſt, & ea, quæ per inductionẽ fit, & ſyllogiſmus, & ſi alius aliquis ſumatur, & ꝙ tot modis, nominibus iſdem, & orationibus non eandem rem ſignificamus. Ea igitur, quę de inductione loquitur contextus pars manifeſta eſt. ſi enim ſingula in verbo ſophiſmata percurras, ſumas q;, nec vllum horum appareat, extra prædictos modos cadere, perſpicuum iam ita eſt nullum prætermiſſum eſſe modum: quod vero ſequitur, omnino obſcurũ eſt, quid velit: cum dicit /& ſyllogiſmus, & ſi alius aliquis ſumatur, & quòd tot modis, nominibus iſdem, & orationibus non eandem rem ſignificamus/ ſiquidem nec, quonam modo alium aliquẽ ſumamus ſyllogiſmum, dictum eſt: id vero /& quòd tot modis, nominibus iſdem, & orationibus nõ eandem rem ſignificamus/ ſyllogiſmi concluſioni magis ſimile eſt, quàm ſyllogiſmo: cõſueta vero eſt hæc huic philoſopho dicendi breuitas, & veluti per ſigna expromere multa, quia ad hos, qui iam audiuerant, ſcriberentur. Qui igitur eum expoſuerũt, alij hæc in diligẽtiam ferre, quod decebat, ne tentarunt quidem: alij non conſecuti ſunt: nos vero tentemus non Ariſtotelis cauſa, neq; vt orationi eius opem feramus, ſed cauſa noſtra. philoſophi enim eſt non ſolum ſumptis propoſitionibus ratiocinari, vt multorum mos eſt, ſed etiam concluſione poſita propoſitiones ipſas conſtruere.

Penes ipſum duplex omnia in dictione ſophiſmata accidere. CAP. 2.

QVoniam vero monſtrare propoſitum eſt tot modis in verbo ſophiſmata fieri, quæ penes ipſum duplex ſunt, quot modis Ariſtoteles dixit, patet duo hæc à nobis demonſtranda eſſe, alterum omnia in verbo ſophiſmata penes ipſum duplex eſſe: alterum tot eſſe numero penes ipſum duplex. perſpicuum q; illud omnibus eſt, omnia in verbo ſophiſmata ex vitio huius contingere neceſſe eſſe: hoc enim tanquam principium ſequentes ſophiſtæ capiunt imperitiores in ea re homines, neque vitij conſcios. Si vero recte volumus, quot in verbo ſophiſmata

contingunt,

contingunt,accipere,quot vitia ſunt,ſumẽdum eſt: quod cognoueris, ſi virtutem ſumas vnicam E
eſſe,aut plures: error enim à virtute eſſe vitium videtur. qua recte cognita,ſtatim hoc quoque co
gnoſcitur. Quoniam vero,vt alibi demonſtratum eſt,ipſum bonum,virtus q3 in eo eſt,ad quod na
ta,aut facta res eſt,vt hominis in viuendo,gladij in ſcindendo,iccirco ad quod nata,aut facta eſt di
ctio,ſumẽdum eſt: manifeſtum vero eſt ad vnum hoc,vt ſignificet. patet igitur in hoc & bonum,
& vitium eſſe. patet quoque ſolam è virtutibus hanc in dictione eſſe per ſe: reliquas vero per acci-
dens,extrinſecusq3 eſſe,nec rei ipſius, vt congruitas,& apta literatio. hæ enim, & ſi quibuſdam ſe
bona oſtẽdant,non tamen ſe ſecundũ rem habent: ſed perinde, ac ſi enſis manubrio eburneo ſit,
aut fucatus oculus: hæc etenim his extrinſeca ſunt: quæ vero ſunt per ſe,ea in ſcindendo, & in cer
nendo ſunt. Si igitur vniuſcuiuſq3 rei virtus in eo eſt,ad quod nata res,aut facta eſt,hinc virtutum
numeri inuentio patet,quot ipſę ſint. ſi enim ad multa res genita ſit,plures illę ſunt: ſi ad vnum,
vna virtus eſt. apparet ſanè dictio ad vnum nata, hoc eſt ad ſignificãdum. Si igitur bonum ipſum
in hoc poſitum eſt,hoc ipſum non ſignificare,aut non recte ſignificare,vitium erit. nam conſide-
randum videtur,an,quę non ſignificat,ea dictio ſtatuenda ſit: non.n. tibicen is eſt, qui tibia non
aptus eſt vllo modo canere,nec malus igitur tibicen eſt. ſic nec dictio eſt,quę non eſt ad ſignifican
dum apta,quare nec vitium dictionis erit nõ ſignificatio. hoc vero protinus ſignum eſt ſolã eam F
quæ nunc à nobis dicta eſt,virtutem eſſe dictionis per ſe: in quo enim vnaquęq3 res eſſe habet,in
hoc ipſa virtus eſt. dictio habet in ſignificando eſſe,eoq3 corrupto neq3 dictio eſt: igit̃ in hoc ipſo
virtus eſt. quare hęc vnà cum ſignificatione deperditur,reliquę vero propterea,q̃ non ſecundum
rem ipſam ſunt,non impediuntur circa hanc eſſe,quę non ſignificat,vt congruitas,& apta litera-
tio. Has ob res,quę linguę barbaræ ſunt, earum alteram meliorem altera dicimus, vt perſicam
ęthiopica,quanquam nihil nobis ſignificantem: cauſa vero eſt, quia potius vox eſt, quàm dictio.
ſed,& ſi vitium videatur non ſignificatio,cum propter ſimilitudinem nominis decipiamur,patet
non propter hoc vitium ſophiſma contingere. quis enim eſt, qui conſentiat,aut quis eſt, qui pro-
ponat dictionem ſignificatione priuatam,& ignotam? Reſtat igitur, vt propterea contingat ſo-
phiſma,quia nõ recta ſignificatio ſit: hęc vero talis eſt,quia duplex. in hoc enim ſolo dictio habet
quidem,q̃ ſignificet,verum non recte: canis enim nomẽ aliquid ſignificat,nõ tamẽ hoc aliquid,
neq3 diffinitum quidquam,quod erat recte ſignificare. Illud vero recte à Platone dicitur, quęcũq3
proprio vitio corrupta ſunt,horum omniũ dictionem corrumpi: ducit enim in obſcuram ſignifi
cationem quodam modo,ſed non ſimpliciter,vt ea faciunt,quæ nihil ſignificant: obſcura vero ſi
gnificatio prius dicta eſt perfecta eſſe dictionis corruptio: quapropter ſolum vitium eſt ipſum du G
plex: niſi quis ea quoque vitia putet,defectum,longitudinem,ſuperfluitatẽ dicendi. latere autem
hunc arbitror deceptum,& ignarum,nullum horum eſſe ſimpliciter dictionis malum,niſi obſcu
ritatem,aut duplicitatem efficiat: ſi vero ſolum hoc dictionis vitium eſt, & recte ſupra dictum eſt
omnia,quæ in verbo ſophiſmata ſunt,ex eius vitio fieri,propter ipſum duplex erunt omnia,quæ
in verbo ſophiſmata contingunt.

Ipſum duplex ſex tantum modis in dictione fieri. Quid ſit oratio. CAP. 3.

POſt vero demonſtrandum eſt,propter quid tot modis ipſum duplex accidat, quot Ariſtote-
les ſcribit: id vero ſi vere inueniri debet,ſumendum prius eſt,quid ſit oratio, & ex oratioñi-
bus orationem eſſe. etenim & ipſæ propoſitiones orationes ſunt: harum alicui, aut aliquibus quę
rimus ipſum duplex. Oratio ſanè erit,quod in preſenti dicere ſat eſt,nominum compoſitio: voco
vero nomina,& ſi verba ſint,ſignificentq3 vtcũq3 aliquid,propterea, q̃ ſic notius vocabulum eſt.
neceſſe eſt ipſum duplex aut in aliquo horum nominum eſſe,aut in oratione ipſa: non enim ha-
bemus,quomodo tertium aliquid conſtituatur: quemadmodum neq3 in lapidibus præter aut ſin
gulos ſeorſum,aut illorum ſimul compoſitionem,eãq3 aut actu,aut potentia,aut apparentia,nihil
aliquis excogitare poteſt: prẽter hæc enim nihil eſt,quod eſſe aut dici quiſpiam inueniat, vt alibi H
demonſtratum eſt. Omnia vero hæc comprehendentes modi prædicti habent. Ipſum enim actu
duplex modus habet,& qui ſecundum ęquiuocationem eſt,& qui ſecundum ambiguitatem: ſed
in nomine duplicitatem is habet,qui ſecundum æquiuocationem eſt: in oratione, qui ſecundum
ambiguitatem: actu vero eſſe dicuntur,quoniam re vera res duas ſignificant. Potentia vero, cum
accentu duplices fiunt,compoſitioneq3 & diuiſione: hi enim non plura ſignificant,ſed prorſus
vnum: propterea vero,q̃ ad vtrunq3 verti licet,duplices dicuntur: quare hos potentia dicimus: ta
le enim eſt hoc ipſum potentia eſſe. Id ipſum vero rurſus (vt ſupra quoq3 diuiſum eſt) vel in nomi
nibus,vel in oratione eſt: in nominibus accentus duplicitatem efficit: trahit enim ad vtranq3 par-
tem nomẽ accẽtus,vt in oratione hac/ὄρος ἔστηκεν,hoc eſt mons vel terminus ſtabat/accẽtus aſpira
tus facit,in principio cum aut ponitur,aut abeſt. In oratione vero compoſitio,& diuiſio duplici-
tatem facit: in compoſitis quoq3 nominibus eandem facere poteſt,quia orationi ſimilia ſunt,vt in
nomine Neapolis,& καλὸς κἀγαθὸς. i. probus,mutaret ea quis loco ſimpliciũ non in nomen (hoc
enim ſolus accentus facit) ſed in orationẽ,vt in hac voce αὐλητρίς. i. tibicina, ſicut rurſus & ipſam
orationẽ in nomen cõponeret,vt in propoſito noĩe eſt. videbitur autem nihilo minus abſurdum
fortaſſis id,q̃ propter accẽtum, compoſitionemq3, & diuiſionẽ ſophiſmata contingere dicamus:

ſiquidem

A ſiquidem hæc propter ipſum duplex (vt ſupra dictũ eſt) contingunt: accentus vero,& quæ eius generis ſunt,ipſum duplex iſs,quæ facultate duplicia ſunt,eripiunt: etenim, vt hæc alterum ſignificent,efficiunt: ſed tamen nihilo minus vere dicuntur propter hæc ſophiſmata cõtingere: quia.n. oratio per eadem hæc ipſum duplex accipit, alterum in principio ſophiſtæ ſumunt: alterum concludunt,orationem per ea ipſa mutantes (prorſus enim non aliter ſophiſma contingeret) ratiocinantes vero tanquam idem accipientes: quale eſt,vnum quid rationale nomen eſt: proprium hominis eſt ipſum rationale: igitur vnũ proprium hominis eſt. Præterea ſi ὄρος, hoc eſt terminus, hic ſtabat,is,qui agros ſeparat, ὄρος autẽ, hoc eſt mons, hic non ſtabat: ſed neminẽ lateret id,quod ſic * adulterinum eſt: verum vbiq; etiã ad minimũ apta oratio ſit, ſophiſtæ ſtudent: nã & in iſs, q̃ actu duplicia ſunt,hi illud idem faciunt,vt aliud ſumentes,aliud cõcludentes ratiocinentur: ſed ibi obſcurius, qm̃ quicquid ſignificet ſermo, ipſi ſibi conſentiat: hic vero manifeſte: quare ſuis nominibus,& orationibus Ariſtoteles dixit: Etenim iſ ſophiſtæ ſunt,qui ſpeciem violãt. Cum iam habeamus id ipſum,quod actu dicitur,itemq; quod potentia: quod reliquum eſt,ad apparẽtiam attinet: quæ ſm figuram dictionis eſt,vt eſt ſupra dictum: oſtenditur enim ipſum nomen,ſimiliter q; oratio,non aliud duplex adeo habere,nec in ſingulis,quæ prædicta ſunt, adeo quis exempla ex Eude
B mo, ex aliſ've caperet. Cum igitur iam collectos modos omnes habeamus, quibus duplex ipſum fieri poſſit,habemus oĩa in dictione cõtingentia ſophiſmata: hæc enim penes ipſum duplex ſunt: ſequitur vero id,q; tot modis nominibus ipſis,& orationibus, nõ eandem rem ſignificamus: nam aut actu,aut potentia, aut apparentia id facimus: manifeſtum vero eſt & ſyllogiſmi modum,modo habita diuiſio ſit,fieri poſſe,vtrumuis quis eligat,aut è directo,aut ad impoſſibile ducentem: ſi enim poſſibile eſt alium haberi modum,is erit neq; in nomine,neq; in oratione, neq; actu, neque potentia,neq; apparentia: præter hæc autem nihil ſermo oſtendit: ſm igitur ipſum diffinitum ſit in hunc modum: q; vero non ex eius diuiſione inuenimus, (non enim ad Ariſtotelis gratiã nunc ∴ ſcribimus,ſed omnia hæc methodo ſcripta ſunt) perſpicuum eſt: nam aut in nomine,aut in oratione ipſum duplex eſſe oportere aperte ipſe dixit,cum ſcribit,q; ipſis nominibus,& orationibus: ipſum vero actu eſſe, aut potentia, aut apparentia notum ex ipſo ordine eſt: ſcripta igitur ſeparatim ∴ ſunt in ſingulis generibus, quæ eiuſdem ſunt generis, prima q;, quæ ad actum attinent: ſecunda, quæ ad potentiam: tertio loco,quæ ad apparentiam,vt decuit: aut cur hæc non fuere confuſa? ſed fortaſſe ridiculum eſt his fidem aliam afferre conari,quàm eam,quæ à re deducitur: etenim ſi ſic ſe habent,vt Ars,qualis Medicina eſt,artiſq; ſunt,diuiſionem vllam fortuito, aut caſu factam non re
C ciperent: ſed de his ſatis hæc in præſenti ſint.

Ambiguitatis,& reliquorum ſophiſmatum modi. CAP. 4.

Dictum quoq; à Stoicis aliquid eſt de partitionis dignitate,noſſe, ſiquis modus extra propoſitos cadat, tentantibus: erit enim inductio fides hæc. Et alias æquum eſt nullam probatorũ virorum opinionem obiter ponere: ambiguitatis igitur definitio quanquam cum multis noſtris pugnare videtur, in præſentia tñ præteribimus: de his enim conſiderare alterius negotij eſt: quæ vero ambiguitates dicuntur,harum differentiæ ſumendæ ſunt. Sunt quidẽ apud grauiores viros numero octo. Vna eſt,quam cõmunem ei,quod dictum eſt, & diuiſibili nominant,qualis eſt, quæ αὐλητρὶς i. tibicina, † nominis eſt,atq; eius,quod dictum eſt. Altera,quæ in ſimplicibus eſt,vt virilis: aut enim tunica,aut homo. Tertia vero ad ipſam in cõpoſitis æquiuocationem attinet, vt homo eſt: ambiguus enim ſermo eſt,vtrum ſubſtantiam, an caſum eſſe ſignificat. Quarta ex defectu eſt,vt tui eſt: deeſt enim quod ad medium locũ attinet,vt domini,aut patris. Quinta ex ſuperabundantia,quale eſt,ei,vt non nauigaret,denegauit: adiecta enim ea negatio /non/ ambiguam orationem facit, vtrum nauigare negauit, an non nauigare. Sextam eſſe dicunt eam, quæ haud notum facit,quæ cum qua ſignificatione carens pars, ordinata ſit,vt illud eſt,& nunc & non appulit: pars
D enim ea /non/ diſiunctiua eſſe poteſt. Septima eſt, quæ ignotum reliquit,quæ cum qua ſignificatiua pars conſtructa ſit,quale eſt. Quinquaginta virum centum ipſe reliquit Achilles. Octaua eſt, quæ non declarat,quid ad quid referatur,quale eſt,Dion Theon eſt: incertum enim eſt, vtrum ad vtriuſque exiſtentiam verbum /eſt/ referatur,an ad id,vt Dion ſit Theon: aut cõtra. Hi ſunt à grauioribus viris numerati modi. Quicunque vero non obiter,quæ ſupra dicta ſunt,audiuit, manifeſtum eſt ei,eos omnes in hos cadere modos,qui à nobis numerati ſunt: carere q; methodo & arte perſpicuum eſt: neque enim ex iſs, q̃ dicta ſunt,demonſtrationem quis caperet,vt nullus alius modus ambiguus conſtitui poſſit: in cõnexis q; æquiuocationem contingere dicere, hominis eſt nomen non audientis: non ineptum vero eſt generalibus differentiſs ſpeciales enumerare, vt ea, quæ ad diuiſionem attinet, per partem ſignificatione carentem, & per ſignificantem diuidatur: ſic enim quis ſpeciales differentias plures acciperet: quin etiam ad hunc modum quis æquiuocationis differentias ſpeciales dictas plures faceret: quia illæ ſecundũ id, quod à fortuna: hæ vero ſecundum analogiam,aut ſimilitudinem,aut aliud aliquem modum conſtituantur: quin & æquiuocationis eius,quam ipſi in oratione dicũt, plures modi caſibus ſimilibus appoſitis fiunt,quale illud eſt,futurum eſt Socratem vincere: cæteri vero modi minores ſunt. Id vero dubitatione dignũ eſt, quo modo, quæ ad apparentiã attinent, duplicia ſunt: magis q; quo modo,quæ ad accentum: qui

enim

† Addunt antiqui cod. πᾶς ὅσα . κοινὴ γὰρ αὕτη τε τε αὐλητρὶς i. puella exiſtés communis .n. hęc et ipſius αὐλητρίς.

enim ſecundum compoſitionem duplex ponunt, quo modo non ſecundum accentum? vt illa E per continuationem totius,& per ſilentium ad ipſum duplex trahi poteſt,ſic ipſum nomen per accentum: quemadmodum orationis extrinſecum, inane tempus cum ſit,nec eius pars, eam tamen facere duplicem poteſt, ſic accentus quoq; item q3 ſophiſtæ vt eo, ſic hoc ad contẽtiones vtuntur: & quis ſecum cogitans, quemadmodum ſecundum compoſitionem, & diuiſionem contendunt, ſic ſecundum etiam accẽtum idem fieri poſſe cognoſcet. Manifeſtum vero in ſcriptis orationibus eſt, cum non adiecta ſunt diuidentia puncta: vt enim his egent ad diuiſionem, ſic accentu quoque non ſemper tamen,& propter hunc duplex oratio fuerit.



GALENO ASCRIPTVS LIBER

QVOD QVALITATES INCORPOREÆ SINT.

Horatio Limano interprete.

Nunc diligentius emendatus.

Qualitates, reliqua que accidentia perperam à Stoicis corpora appellari. CAP. I.

G



VM nihil è rebus meis ignotum tibi velim, ne ſi id quidem minimum eſſe videatur (hoc ipſum enim abſcondere aliquid amico, non minimum eſt) exponere tibi volo diſputationem mihi cum quodã ea, qua licuit,diligentia habitam: ſermo enim,qui ex improuiſo habetur,diligẽtia caret,præſertim ſi,cum quibus is habetur, ij ambitioſi, cõtentioſi' que ſint. Erat vero de qualitatibus ſermo, de q3 accidentibus oĩbus, quæ Stoicorum iuniores eſſe corpora dicunt. Aduerſus quos dicere hęc oportet: an non cum quiſpiam corpus dicit,ſtatim intelligere nos euenit,triplici cõtentam ſpatio ſubſtantiam renitentem? ſi ſolum hoc dicat triplici contentam ſpatio,non erit,vt corpus magis intelligamus id,quod dicitur, quàm vacuum,& locum: oportet vero diffinitiones ipſas, & deſcriptiones,logicas q3 declarationes quorundam eſſe,& earum ſolum rerum declaratiuas,quas declarare volumus, non cum alijs rebus communes: quandoquidem non de communibus rationem reddimus: patet vero hoc eſſe commune,quod triplici ſpatio contentum dico,corporis, vacui q3 & loci: id Stoicos fateri neceſſe eſt, vtpote qui vacuum ipſum in tractatu rerum naturæ reliquerunt: quamuis id in H mundo eſſe negent: cæteros vero philoſophos intelligere id omnino neceſſe eſt: quo modo enim vacui naturam negarent, † niſi ipſum vniuerſum vnum intelligerent? ſi vero intelligunt,nõ aliud quicq̃ intelligere dicent (ſi verum fateri volunt omnes) corpus: quemadmodum non ſine tempore patet,neq3 id ſine loco, & hoc ipſo quoq3 triplici contento ſpatio, vt in ſe ipſum rem triplici contentam ſpatio ſuſcipiat: eus rei teſtis eſt ſenſibilium vnumquodq3 corporum: quod enim, verbi gratia,cubitali longitudine corpus eſt,palmum' que latitudine æquat,altitudine vero digitos quatuor,loco ęget,qui ipſum capiat,ſibi proportione reſpondente: hoc nobis ſtatutum ſit,& de ratione corporis omnis ſpeculandum.

* *Al. ex ãtiqs. ſi neque ipſum oĩno mente conciperẽt, ac intelligerent.*

Qualitates non eſſe corpora, alioqui corpus corpori accidere. CAP. 2.

CVm talis vero de corpore intelligentia ſit,& ſm hanc oratio diffinitiua,patet quẽq3 eſſe fateri paratum,niſi litigioſus ſit,nõ eandẽ rationẽ accipere,neq3 intelligentiã, nec horum ſingula,i. ſpatiorũ trium ęqualẽ naturam habere, neq3 eandẽ definitionẽ accipere, neq3 tõtum corpus dicere licet ipſam corporis longitudinẽ niſi per connexionẽ,ſed corporis accidens: ſimilis vero in latitune,altitudine q3, & grauitate,& figura ratio eſt,& in reliquis,vt ſummatim dicã,qualitatibus,accidentibus q3,ſed ſecundum aliquos,non ſine corpore hæc eſſe,neq3 intelligi: quòd ſi conſideraueri-

* *omnino.*

mus

A mus horã vnã omnia facere, plongare, & nihil aliud esse dicere, q̃ vnũ solũ corpus, erit profecto ab surdum: innumerę.n. sunt substantiarũ naturę secundũ ꝓprietatem, & qualitatũ, accidentiumq̃, q̃ inter se differũt, variaq̃ sunt, & cõtraria. In his igit nullum alteri idẽ dicamus, vbi nobis sermo de dria habet: itemq̃, si figuram corpori accidẽtem corpus dicemus, patet nos corpus corpori accidere dicturos, quod absurdũ est: quod.n. eorũ substãtiã magis, quod ve accidẽs dicemus? Si vero vni cũ habemus intellectũ corporis, vt corporis, q figuram corpus dicit, aut vacuũ intellectu nomen de accidẽte ꝓfert, aut vniuoce cũ corpore nominat, vtrũq; vero absurdum est: etenim significat ali qd, quamobrẽ nomẽ est, & intellectũ aliquẽ indicat à corpore diuersum, & si nõ est à figura separabile corpus. Similis in reliqs accidẽtibus ratio est, coloribus, saporibus q̃q̃, & q̃ ad olfactum attinẽt, & q̃ ad auditum, hæ voces sunt, verba, sibili, stridores, popysmi, gemitus, crepitus, rhochasmi, bombi, soni, strepitus. Si vero qspiã dicat ipsa hæc, &, quæ talia sunt, oĩa esse quodam modo percussum
« aerẽ, huic illud Menãdri obijcere fas est. Hæc o nequam pdidit id, q nõ sine corpore tale aliqd in-
« telligitur. Quod ego quoq; cõfiteor: nego tñ rem habẽtẽ, vnã & eandẽ habitæ rei existimãdũ esse. neq; enim Cleanthes tuberculũ erat, cum hoc ei cõtigisset in morbo: neq; Chrysippus, item q̃ Epicurus vrinæ substillum, postq̃ contigit his ex hoc morbo vitã auerti. neq; igitur aeris percussio, aer
B est, sed & natura differt, & intellectu, & definitione, quid sit horum vtrunq;, declarante. Quod vero diuersæ sint inter se, & à corpore figurę, petã in prẽsenti testes ad hũc sermonẽ. Aliam geometrę circulo, cęteris q̃ figuris definitionẽ reddunt, aliã corpori, quarũ rerum diuersæ rationes sunt, significationes q̃q̃, longeq̃ magis animi cõceptus. hæc omnia quo modo vnũ esse quis sapienter dicet? vel, si, quæ corpori accidũt, corpora dicemus, quorũ alicui accidere dicemus? vtrum hęc exijs sunt, quæ ab omnibus corpora nominari solẽt, cũ omnibus his cõicatione, aut singillatim corporibus? vtrũq;.n. absurdũ est, siue hęc corporeã substantiam habeãt, siue dicantur corpori accidere. Si igitur corpora accidentia sunt, omnia entia corpora nominaremus, non aũt alia accidentia, alia corpora: si vero non corpora, sed aliqua alia, non igitur ipsum accidens corpus est. vel si, cum omnia hæc corpora sint, his ipsis, quod vere ab omnibus corpus vocari consueuit, accideret: id vero similiter dixeris, atq; illud audiueris, si indiuisibile manere omnibus his accidere dicatur, non in ęquales numeros diuisis: hoc.n. nec aliquid temporis sine dubitatione mansit, ne minimum quidem.

Corpora non posse accidentibus accidere, & absurda, quæ hinc sequantur. CAP. 3.

COntra quidã existẽtibus rebus accidere dicũt. q̃ si qs hoc, vt absurdũ fugiens, æquali numero dicat vocatis accidẽtibus (q̃ & ipsa corpora vocat) substantiã accidere, nescit se rerũ naturam,
C cõceptũ q̃q̃ immutare, si corpora accidẽtia dicat, corpus q̃q̃ accidẽtibus accidere, accidẽs q̃q̃ corporibus corpus faciat. Quare & iure dubitare quempiam dico, & dicere oportere, siue ęquali numero accidẽtibus diuisum sit id, quod dici corpus solet, singulis horũ proprium quoddã accidit, alia corporis pars, alij accidẽtis parti accidet: aut, si accidẽtia corpora sunt, oẽ vero corpus in infinitũ diuidit, singula horũ infinitorũ corporũ oĩbus alijs accidẽtibus, cũ hęc quoq; corporata sint, accident. Cõsidera, q̃ multa absurda eueniunt: corpus corpori accidet, idẽq; cũ vnũ putet, infinitis: simul q̃q̃ & totũ, & nõ totũ: totũ quidẽ, si vniuersa figura, rotũditasq̃ mali, quãta est, oĩbus alijs, q̃ malo accidũt, accidat: non totum vero, si ex infinitis mẽbris singula nõ eadẽ ei sunt, ex quo dissecta sunt: vel si corpus mali corpus est, & figura, color q̃q̃, & odor, & gustatũ spectans sapor, & vnumquodq̃ horum in infinitũ scindit per se, an nõ ex infinitis malis cõpositum erit, quorũ vnũquodq; & rotũdũ erit nõ aliter, q̃ totũ malũ? siq̃dẽ eiusdẽ particeps ẽ figurę, pallidũq;, dulce q̃q̃ verbi causa, aut austerũ, tale q̃q̃ ad olfactũ est. & rursus singulæ infinitæ partes malũ erunt, si omnia hæc habẽt. ex infinitis igitur corporibus, & potius malis cõpositũ erit, quod oculis malum elucet. quæres multis modis ridicula ẽ. Verũ sanè & partiũ vnaquæq; rotũditatẽ nõ habẽs, nõ erit amplius malum, sed pars mali, cũ figura.n. rotũda erat malũ. si vero vnũ malum solũ est, ex vnica corporea substãtia, multis
D vero diuersis accidẽtibus cõstabit, an nõ manifestũ est nullũ corpus esse? vtrũ horũ singulum propriũ locũ obtinet, an oĩa eundẽ? si ꝓprium, patet neq; proprietatẽ, qualitatẽ q̃q̃ inter se habere mutuo cõicatam, neq; malũ esse in rotundũ formatũ, neq; pallore coloratũ, neq; ad gustũ se certo modo, aut ad olfactũ habere. si vero simul omnia sunt, & vnũ locũ occupãt, proprietatũ confusio est, vt in cõpositis, mistis q̃q̃ è pluribus, & diuersis generibus medicamentis, in quibus ꝓprietas, qualitas q̃q̃ vniuscuiusq; mistę materiæ syncera non seruatur, sed vnum quoddam vndiq; fit. non igitur syncera est singulorũ cognitio generũ, huius rotũdę mali figuræ, coloris huius, & singulorũ accidentium cæterorũ: item q̃q̃ magis, nisi appositę inter se tangant hæ partes, sed per totas totæ mistæ sint, propria vniuscuiusq; qualitas perit, sed neq; mistionem licet hanc proprie dicere. quo modo enim, si per se proprietates aliquæ vnitę non sunt, atq; detentæ, hæc mista dicenda sunt? Ipsum vero infinitum intenditur orationis, si & ſlõgitudo corporis corpus est, si latitudo, & profunditas: simul.n. infinitæ, inquam, erunt corporum infinitudines in breui loco ad sensum circunscripto: item q̃q̃ multorum horũ, magis q̃q̃ infinitorum corporum multitudo.

* εἰδῶν, i. speciebus in impressis, in anti quis aũt ὑλῶν i. materijs.

Si accidẽtia essent corpora, sequeretur corpora corporibus subito cedere, & itẽ alia incõmoda multa. CAP. 4.

ANigĩ sempiterna, qũoq; substãtiã primã qualitate carentẽ amplius dicẽt, ex qua & mundum ipsum, & vnãquãq; speciẽ particularẽ factã esse dicunt? an è tẽpore quodã facta est, & omnia

in idē conuenerunt, vt ex cooperatione ſyncrimata (hoc eſt res compoſitæ) fiant: verū hoc quoq; E
maxime abſurdum eſſe dicimus, idēq; multis modis: primū, q̄ non vnius eſſe materiæ corpora videnī: multę aūt infinitęq; differētiæ cōis ſubſtātiæ ſunt, alia quidē figurarū ſpecie infinitarum: alia vero coloris, huiusq; innumeri ſm ſpeciē: alia ſaporis guſtatum ſpectātis, cuius rurſus interminata dīa eſt: alia vero eius eſt, q̄ ad olfactum attinet, cum hic quoq; varietatē plurimam habeat: ifinitæ igīt erūt in ipſis infinitudines, & differētiæ qualitatū corporatarū: vna aūt erat, q̄ facta eſt, quā ſuper incertas. ſ. partiri oportet: quanq̄ quæ neceſſitas eſt, vt corporeæ fiāt: anteuertunt ſanè corpus eſſe ſubſtātiæ q̄; q̄dā factæ, ſingula q̄; corporū horū in infinitū ſi ſecent, qūo infinitudines infinitę concurrent, & quando ipſum enim infinitum pertranſiri non poteſt, & lumen corpus eſt, & albedo, calorq̄; omne vero corpus quotum eſt, & quantum, & coaugeſcētem naturam in ſe habere videmus: incaleſcensq; a ſole aqua cumulatior maiorq; fit, vt maiori loco egeat: quo modo vero in anguſtum locū nec miſij, verbi gratia, corpus excedētē, figuratio reliquorum q; accidentium ſingula cōueniūt: ſimul q; ſpirare & ab æterno, neq; mutari deberēt in vniuerſum, neq; corrūpi: ipſum.n. æternū imutabile eſt, quales ſunt Deorū naturæ: ſi vero hoc verū eſt, quo mō aliquā trāſformabimus, verbi gratia, cerā: qdq; fiet, ſi, cū quadrāgula ſit, rotūdā eā efficiamus: an ſubſtātię figura quadrāgularis erat: ſi enim ſubſtātię ceræ ante erat, nunc rotūditas eſt, vñ hæc venit: & qua F
eā inducta tum eſt: ſi per corpus, abſurdum id eſt: corpus enim p̄ corpus ire, cogitationē fugit: ſiqs renitētiā inſtituat, id ꝓpriū corporis eſt, vt de hoc rō præcipue docet: ſi per vacuum, abſurdum nihilominus eſt, tū qm̄ nihil eſſe in mūdo Stoici vacuū dicunt, tū ēt qa rotunditas eſt corpus, & reliqua habet accidētia, & figurā: quæ & ipſa rurſus ex altera corporata figura, fore, vt ſit, patet, & illa ex altera, & hoc in infinitū: & ſi ex rotūdis, q̄ in infinitū ſecātur, figuris aggregatū hoc viſui noſtro rotundum factum cōſtat, fabulā conſidera, quanta q; figmētū hoc infinita ſequūtur: ſi nō ex rotūdis, quo modo ex his aliquid rotundum fit: ridiculum quoq; eſt, ſi dicas in figuras rotundas figuram rotundam diuidi, eo contra id teſte adhibito, q̄ quadrangulum in quadrangula nō diuiditur: quid vero in transfiguratione ceræ dicent: vtrū inter ſe cedunt vna cū intellectu diuerſorum corporum figurationes: & quo modo non ridiculū tanq̄ animatas, & rōnales ſubſtantias exire, cedereq; inter ſe, ceu è cōſtituto: magisq; infinitum etiam fit, quod dicitur, ſi porrigimus vnā cum cogitatione digitos, & contrahimus: ſi enim non accidens eſt pugnus, neq; porrectio, ſed in corpora, infinitas ſimul figuratas figurationes abſcedere accedereq; dicere oportet: q̄ ſi duas ſolas eſſe dicas, nec numero ęquales ſecūdum porrectiones & contractiones, adhuc varie infinitum eſt, quod dicitur, adhuc que magis infinitum, niſi cōtractionis, porrectionis q; figurationes accedant: ſed al G
tera ex manu altera defluit: oportebat.n. momento temporis ordinem diſſolui, inter ſe latenter ab hoc cedentibus corporibus. Ad hoc vero dicent, ſi quidem communitatis cauſa ſunt effectitia corpora, quo nam pacto acetum fiat: quo modo vero incoctionem parat: quo modo abit: vnde veniunt effectitia qualitatis aceti corpora: ſi vero vna res cum vino erat, quo modo tunc vinum erat, & non acetum: Signum quędam ex vtroq; tertia qualitas eſt, quæ neq; vinum neq; acetum eſt, ſiue permiſtionem temperatura eſt, ſiue per appoſitionem.

ἄπ ειρα. sūt tamen qui legendū putent ἄπορα, i. dubia ſeu difficilia, & ſic inferius.

Abſurda pleraq; circa primam materiam contingere, ſi detur qualitates eſſe corpora. CAP. 5.

AD ea, q̄ abſurda dixi, nihilominus etiā dicere oportet ſubſtātiā eſſe è multis, varijs q̄, & differētibus, atq; cōtrarijs, infinitis q;, aut ſolis nō infinitis numero ſyncriſibus (.i. cōcretionibus cōpoſitā, itē q; in infinitas rurſus ſyncriſes diuiſam, vnā hāc quādā, q̄ cernitur, verbi gratia, mali naturā, quā Stoici primā materiā, primā q; ſubſtātiā dicūt, ex qua mūdū, ac in eo rerū vnāquāq; ſemp factā eſſe aſſerunt, quēadmodū qualitates corpus erant, qūo nō erat hæc quoq; qualitas: ſiquidem qualitatem habebat: ſi alias qualitates nō habebat ſcilicet, oīno ineſſet pondus, quod corporis eſſe dicunt: quo mō ſimplicem ēt primā ſubſtantiam dicunt, non aūt cōpoſitā: Si vero terminatā eſſe dicunt, terminis q; vtentē, patet huic figurā eſſe: abſurdū.n. eſt prorijs circumſcriptum terminis H
corpus non ſm figuram oīno eē: & ſi nō mente conciperetur hoc, ipſum ſm ſuppoſitionem: quare, ſi nouerunt hic oīa, hæc vero ſunt (vt dicunt hi) corpora, neq; qualitatis expers ſcilicet, neq; ſimplex erat: verum multorū, & diuerſorū corporum conuentus erat, atq; ſyncrima: ſic vero nihil nō miſtum erat ſm ipſos: ſin aūt nihil horū habebat, primū qdē animo incōprehēſibile, & præter nomē nihil eſt: ſi enim tale eſſe nō oportet, nihil eſt: ſi quale, nō aūt dimenſiones tres habere, & figuras, oīno huic accidēs proprium cogitationē fugit, neq; graue hoc eſſe, neq; leue. Nō minus abſurdum, ſi quiſpiam dicat hoc habere ſimul vtrunq;, & ſecundum eadem, non ad diuerſa comparatū: neq; illa ſubſtantiam habente eorum, quę ab ipſa (vt inquiunt) facta ſunt, cū ſingula quatuor qualitatē prima habeant: rationabilius enim eſt, ſi qualitatis expers erat, quæ ex ea fiunt, finguntur q;, illam (non) habere: ſi vero nec illa hanc haberent, neq; vnū ſecundum ſuppoſitionem ſunt, æthereus vero ignis ille eſſet, à quo & elementa, & mundum facta eſſe dicunt, quo modo hęc ſeſe habent genita effecta q;, & ficta, non magis auri qualitatem figulus ijs, quæ è luto fingit, circūponet.

Quæ abſurda in ipſum Iouem cadant, ſi accidentia corpora ſint: Vt videlicet ſit Proteo mutabilior. CAP. 6.

MEdicus igitur auctor vnus de multis medicamentis æquam qualitatem omnibus habentibus diuerſum qualitate medicamentum, per miſtionem efficit: Iouem autem negant

A gant, miſcere primæ ſubſtantiæ figurationem, longitudinem ve, aut aliud aliquod accidens. ſi vero miſcet, cum entia quoq; ipſa ſint, hæc æterna eſſe patet: quo mõ ẽt dicunt ſolam primam materiã æternam eſſe qualitatis expertem, nõ vero reliquas qualitates, oĩa q̃ accidentia? neq;. n. effectorẽ eſſe veluti manualẽ artificẽ louẽ dicũt, ſed totũ per materiã totã illabẽtẽ rerũ oĩum creatorẽm factũ, diuiní q̃ ignis quãtitatẽ, & ſingula, q̃ quãtitati accidunt, longitudinẽ, latitudinẽq̃, & profunditatẽ, itẽq̃ eius rõnabilitatẽ, & beatitudinẽ: ſi ſubſtãtias eſſe dicẽt, & corporeas eas fatebunt, è corporibus louẽ cõſtare patet, nec ſimplex eſſe, ſed ſycrima: ſi vero ſine ſubſtãtia naturas ipſas in accidentibus dicent, confirmatur, quod à nobis dr, non corporatam naturam accidentibus eſſe, neque qualitatibus. ſi vero transformans ſe ipſe Iuppiter æquali cum ijs numero, quę dixi, accidentibus, mutationes infinitarum qualitatum ſubit, peior fabulis agitato Proteo eſt. hic enim in paucas naturas ſeipſum tranſponebat, transformabatq̃, easq̃ non indecoras.

« Iubati in primis formam capit ille leonis.
« Poſt q̃ draco, pardus q̃ fuit, ſus deinde fit ingens.
« Humida factus aqua eſt, atq̃ arbor frondibus alta.

Ille aũt, nihil tam turpe eſt, quod nõ fiat, per virũ quidẽ imprudentẽ, imprudens ſcilicet eſt: per
B ſententiam aũt de turpi, turpia efficiens: per animalia irrationabilia, in ferinã naturam verſus: per lapides, & ligna, expers aĩæ factus: per fœda tractantem abominabilis natura, item q̃ inutilis. Si ipſe vero vtpote materiam transformare, figurareq̃, & facere quærit, quo modo poteſt hęc ipſa facere non magis, q̃ fictor ſtatuam auream è plumbo facere poteſt? illa q̃ amãre contentioſis viris nõ abſurdũ eſt. etenim, ſi motus, dũ accedũt corporibus, rurſus q̃ recedũt, corpora eſſe dicunt, iam, vt dicamus, hora eſt, moueri nos p̃cedẽtibus corporibus, rurſus q̃ ab ipſis quieſcere. deinde, dum affectus accedunt, rurſus q̃ recedunt, dicunt q̃ hęc corpora eſſe, quo modo non ridiculum eſt pruritum dicere corpus, nec ſolum quod ſcabit, ſed etiam quod ſcabitur.

Quo errore ducti ſtoici dixerint accidentia corpora eſſe. CAP. 7.

SEd, qm̃ ſine corpore & agẽte, & patiẽte nullus affectus fit, eo capti ſunt, vt & affectus ipſos corpora vocẽt. verũ, ſi p modũ noiandi p relationẽ ſic noiarẽt, neq; ego in illos inueherer. noui. n. ſic quoq; vitẽ dici albã per relationẽ ad albos ab ipſa factos racemos, & mala tẽpora propter calamitates, quę in his accidunt, & noctẽ auxilij expertẽ, in qua auxiliũ non aſſequmur. ſi vero primum, principaliter q̃ vocẽt, errãt: rem. n. figuratã corpus dicimus, affectam q̃, & motam, nõ autẽ figurã, affectũ q̃, & motũ. neq; pugnũ eſſe corpus, ſed manus quodam modo figuratas. item q̃ facient ad
C uerſus eos, qui dicunt neq; facere corpora, ſed ſola incorporea? Quid ad Ariſtotelem? qui & ipſe generalem rerum diuiſionem faciens, alias eſſe ſubſtantias dicit, alias accidentia.

Si accidentia corpora ſunt, in vno corpore multa corpora ſint. CAP. 8.

QVid ipſi quoq; ſibi volẽtes dicũt ſubſtãtias, & accidẽtia, ſi & hæc corpora dicunt, q̃, neq; vt partes corporis, corpora noiant, veluti manus, digitus q̃, neq; veluti in talento mina? ſi qdẽ figurã hoĩs corpus dicũt, iã tps eſt, vt aĩalitas corpus dicatur, gñabileq̃, & corruptibile, rõnabilitas q̃, atq; prudẽtia, Atheniẽſem q̃ eẽ, atq; in philoſophia verſari, & Sophroniſci filiũ eſſe, ſi mũq̃, & caluũ, & pminẽs habere abdomẽ, cæterisq̃ accidẽtibus paria numero ſi corpora dicas, vltra Briareũ, Typhonẽq̃ ipm, multiplicẽ magis, magis q̃ corpatũ eẽ aĩal dices. Si q̃ aĩalitas corpus eſt, quo mõ cũctis aĩalibus accidit? quo mõ ipſum eẽ? quo mõ in loco eẽ? ac ſi, quẽadmodũ ppriũ locũ occupat trãſparẽs corpus oĩs oculus, ſic & accidentia ſingula, id abſurdũ eſt. ſic. n. horũ admiſtio nulla aliqua ipſorum natura efficiet: difficile q̃ eſt, vt dixi, ſi oĩa locũ vnũ occupare dicas. confuſa. n. dũ miſcentur in vaſe, alteritatem non ſeruarent, neq; ſuam vtrumquodq; naturam, vt in miſtis medicamentis fieri dixi. vtrum inquam totum animalitatis corpus tam multorum accidentiũ ſingulis accidit, an prout numero pari diuiditur? vtrunq;. n. abſurdum eſſe præcedentia verba de
D monſtrarunt. Quid autem, in quam, egent corpore ſingula eorum, ſi ipſa eſſe corpora dicunt?

Corpus quomodo definiendum. CAP 9.

INde vero accidẽs nullũ eẽ corpus diſceres: oculis. n. occluſis corpus qdẽ tactu ſpatio tpis deprehẽdimus, colorẽ vero, aut ſaporẽ nõ vnà deprehẽdimus, neq; figurã, corpus tãgẽtes. Oportebat aũt ſingula hęc à materia nõ tactus cõprehẽſione deprehẽdi. neq;. n. rõne, mali (verbi gratia) rotũditas ſpeculãda eſt. Similis de ſapore rõ eſt. Ac, ſi vnũquodq; accidẽs corpus eſt, qd ſibi volentes in quiũt ſolũ corpus ĩ infinitũ diuidi, nõ aũt figurã, dulcedinẽ q̃ (verbi gratia) & q̃ reliqua ſunt? non cõnexionis mõ dico, neq; relationis ad id, quod corpus vocari ſolet, ſed recti modo. Cur vero ſolius, vt dixi, corporis hãc eſſe definitionẽ dicũt, triplici cũ renitẽtia ſpatio cõtẽtũ, non aũt colorem, ſuccũ q̃, & ſaporẽ, cætera q̃ accidẽtia ſingula ſic definiũt, ſi corpus oĩa hęc eſſe dicũt? & ſi enim ſpecie differunt, cõiter tñ oĩa eſſe corpora dicunt. Quẽadmodũ igit, cũ hoĩem definio, cũ equũ, & bouem generabile animal, & mortale dicam, quæ cõĩa ſunt, proprietatem vero ſingulorum addã: ſic quoq; accidentia ſingula definientes, ſubſtantiam corporatam dicant triplici contentam ſpatio cum renitentia. Hæc à Stoicis chare Pindare ſolui dignum puta, non alios ſecum vnà trahere, vt ijſdem erroribus implicitos, ſed accuſationes demolientes: non enim eſt falſarum opinionum cõtradictio, ipſa communicatio ad amicos, ſed ſolutio.



GAL. DE LIBRIS PROPRIIS LIBER,

A` Ioanne Fichardo Francofordiano aliàs Iatinitate donatus, nunc vero ad Græci fidem exemplaris emendatior, multis in locis ab Augustino Gadaldino redditus.

PROOEMIVM.

Quid eum ad hanc scriptionem impulerit, & de libris ei falso attributis, & de Indice suorum commutato.

QVod mihi de conscribendo librorum à me editorum commentariolo consilium optime Basse dederas, re ipsa nuper, q̃ cõmodum esset, comperi. Nam, cum forte in Sandalario (vbi multa sunt Romana bibliopolia) essemus, disceptãtes aliquos de libello quodam tũ vẽdito, meus ne esset ille, an alterius cuiusdam, ipsi vidimus: erat enim inscriptus, Galenus medicus. Emente igitur, tanq̃ meum, aliquo, commotus noua eius inscriptione vir quidam literatus, cupiebat libelli argumentum cognoscere. Priores aũt duos versus cum percurrisset, abiecit statim, hoc solũ addens, hanc dictionem non esse Galeni, & falso librum illum inscriptum fuisse. Is vero, qui tum hæc dicebat, primas illas disciplinas, qbus Grecorum pueri ab initio apud grammaticos, & rhetoras instituebantur, probe doctus erat. Verum pleriq; nostro hoc seculo, qui medicinam, aut philosophiam ambiunt, ante, q̃ recte legere etiã possunt, eos doctores frequentant, qui maxima illa, pulcherrima q; rerum humanarum theoremata, quæ docet philosophia, & medicina, profitẽtur. Et hęc quidẽ negligẽtia iam multis retro annis, me dum adolescente inceperat: verũ eo nõdum euaserat tum tẽporis, neq; tm̃, quantum nunc, inualuerat. Hanc igitur ob rem, & qm̃ libros meos multi multifariam læserunt, tanq̃ ipsorum proprios alij in alijs gentibus legentes, quædam tum demendo, tum addendo, tum immutando, consultum mihi visum est eam prius causam, quam propter illi hactenus corrupti sunt, & deinceps q mei rei vera sint libri, & quæ cuiusq; materia, exponere. Primum igitur, quæ causa sit, q; mea pro suis non nulli agnoscant, ipse iam ante optime Basse nosti. Illa etenim cum non edendi gratia, verum propter amicos, aut discipulos, eorũ, quę à me audierant, aliquod cõmentariolum efflagitantes, scripta essent, absq; titulis data sunt: qui vero post illorum obitum ea habuerunt, cũ ipsis placerent, vt sua legerunt. Alij, quibus nostra ab ijs, qui habebant, communicata essent, in patriam profecti, morati q;, titulos alius aliter, fecerunt: postea oĩbus temporis spatio deprehensis multi eorũ, qui ea iterum habuere, meum illis nomen inscripserunt: &, qm̃ inueniebant cum ijs, quæ ẽt apud alios extabãt, exẽplaribus discordare, ad me, quo ipse emendarẽ, miserunt. Cũ igit ea (vt dixi) non ad editionem publicam, verum eorum, à quibus rogabar, & captum, & vsum à me scripta essent, par est in alijs productam, in alijs vero contractam interpretationem fuisse, ipsam q; præceptorũ doctrinã aut perfectam esse, aut mutilatam. Quapropter manifestum est in ijs, quæ prædictis scripta sunt, neq; absolutã, neq; exactã doctrinã cõtineri: qñquidẽ illi, quibus ea destinabantur, neq; rogãbãt, neq; poterãt exacte omnia percipere, ante, q̃ habitũ in necessarijs essent adepti. Eorũ igitur, qui ante me fuerunt, quidam huiusmodi libros [a] Subfigũrationes inscripserũt: quẽadmodum alij [b] Subformulas, alij [c] Introductoria, alij [d] Cõpẽndia, alij deniq; [e] Enãrationes inscripserũt. Ego vero, cum eos discipulis tantum darem, nihil istorum inscripseram. Quamobrem, cũ ad plures deinceps peruenissent, alius aliũ his titulũ indidit. Eos igitur libros, qui corrigendi gratia mihi transmissi à quibusdam fuerant, visum est Introducendis inscribere. Quare de ijs prius dicere instituã.

* theorematũ.

A * ὑποτυπώσεις.

B * ὑποκεφὰς.

C * εἰσαγωγὰς

D συνόψεις.

E * ὑφηγήσεις

De ijs commentarijs, qui Romæ prima profectione scripti sunt. CAP. I.

EGo igitur omnium eorum commentariorum, quos quidem vel iuuenibus hæc primum studia ingredientibus dicauerã, vel amicis quibusdam eos exigentibus dederã, nullum prorsus apud me exemplar retinueram. Postea vero, cum secundo Romam veniissem, istis ad me, vt dixi, emendandi

A emendandi cauſa miſſis, eos forte recuperaui: titulum q3 his, Introducendis, impoſui. Inſcripſi igi- *
tur librum De ſectis ad eos, qui introducuntur, qui quidem ijs, quotquot ad huius artis medicæ cognitionem contendunt, primus eſt omnium perlegendus. Illo etenim eæ, quæ ſecundum genera ſunt, ſectarum inter ſe differentiæ traduntur. Secundum genera dixi, q3 ſunt priuato etiam ſuæ ipſis differentię, in quibus deinceps iam introducti plenius inſtituuntur. Trium vero ſectarum nomina nemo nunc ferè ignorat, vnam videlicet Dogmaticam, ſiue Logicam: alteram aũt Empiricam: tertiam Methodicã nominari. Quę igitur propria cuiuſq3 ſint, quæq3 earum inter ſe differentia, libro à me iſto tractatum eſt. Similiter autem & liber De oſſibus, liberq3 De pulſibus, Introducendis à me eſt dicatus. Amico præterea cuidam Platonico, ſub hanc profectionem libros Iſagogicos duos: alterum De arteriarum, & venarum: alterum De neruorum diſſectione dedimus: Et alij cuidam Inſtitutionis Empiricæ ſubfigurationem. Quorum ego quidem nullum apud me ſeruauerã: ſed poſtea, q̃ Romam redijſſem, ab ijs, qui forte habebant, accepi. Ex alijs tamen quibuſdam, quæ amicis tunc ſcripſeram, non nulla apud me exemplaria remanſerunt, quòd diligẽter aliquando illa abſoluere ſtatuiſſem. Quo ex numero ſunt, De cauſis reſpirationis libri duo: Et libri De voce, quatuor, dedicati conſulari cuidam viro, Boetho nomine, Ariſtotelicam philoſophiã
B ſectanti. Eidem quoq3 libros De Anatomia Hippocratis: & deinde ẽt libros De Anatomia Eraſiſtrati nuncupauimus, quos propter Martiãlem (cuius in Anatomicis duo libri etiam nũc apud pleroſq3 extant, qui eo tempore magnopere probati erant) ambitioſius aliquanto ſcripſeramus. Erat aũt vir ille ſanè inuidus, contentioſuſq3 in primis, quanq̃ annos iam vltra ſeptuaginta natus eſſet. Quare, cum audiuiſſet ea, quæ anatomica propoſita materia dixeram, docueram q3 publice, ab ijs omnibus, qui ea aſſecuti eſſent, ſummis laudibus extolli, cœpit homo meorum amicorũ quẽ dam interrogare, cuius nam ipſæ ſectæ eſſem. Audiens vero ſeruos me iſtos, quicunq3 vel Hippocraticos, vel Praxagoreos, vel ex alio quocunq3 tandem viro ſe nominarent, appellare ſolitum, eligere aũt ex ſingulis, quæ præſtãtiſſima eſſent, conſueuiſſe, quęrebat deinceps, quẽ igitur veterum potiſſimum commendarem. *Hic deſunt quædam.* Eraſiſtratum vero & in his, & in alijs artis Medicę locis virum admirandum iudicabat. Propter eum igitur ardentius aliquanto ſex illos De Hippocratis, & alios De Eraſiſtrati Anatomia tres libros conſcripſi. Cũ porrò etiam perorarem aliquãdo in veterum Medicorum libros publice, propoſuiſſem q3 mihi librũ Eraſiſtrati De eductione ſanguinis, graphio tum, vt moris eſt, in eam quæſtionem incumbente, citante q3 eam eius libri partem, qua phlebotomiam reijcit, vehementius adhuc in illum dixi, quo-
C magis vreretur Martialis, Eraſiſtrateus eſſe volẽs. Ea autem oratio mea cum ſatis tum placuiſſet, rogauit amicus me quidam, & is Martiali infenſus, vt, quæ dicta erant, ei, quem ipſe miſſurus ad me eſſet, notulis ad celeritatem ſcribere exercitatum, recitarem: vt, ſiquãdo ex Vrbe domum proficiſcerer, obijcere ea Martiali in mõrborũ inſpectionibus poſſet. Poſt hæc vero, cum ipſe Romam ab Imperatoribus aduocatus, ſecũdo veniſſem, ille qui acceperat, neſcio quo pacto, mortuus erat. Liber autem iuxta ambitionem temporis illius, quo publice dicebam, ſcriptus (etenim iuuenis eram, cum hæc facerem, annum agens trigeſimum quartum) apud quamplures erat. Ex eo tamen tempore & docere publice, & monſtrare deſii, cũ ægrorum curatio fęlicius, q3 optaſſem, ſuccederet. Cum enim tot æmulos viderem, qui, ſiquis medicus alius laudaretur, inuiderent, mox q3 illum Logiatron exclamarent, vt inuidam iſtorum linguam declinarem, deinceps nec apud eos, quos curabam, plus, q3 erat neceſſe, profabar: nec in cõgreſſu, velut antea, docebã, aut quicq̃ oſtentabam, † ipſis de cætero factis qualem in hac diſciplina facultatem conſecutus eſſem, delaraturus. Tribus vero præterea annis Romę cum eſſem verſatus, ingruente magna peſte, confeſtim vrbe excedens in patriam properaui. *Deſunt hic pauca.* In eo autem tempore li-
D bros De Hippocratis Platonis q3 placitis ſex, adhortante Boetho, ſcripſi. Et De vſu prętera partium vnum, qui prior eſt. Quibus Boethus acceptis, & ipſe ex vrbe profectus eſt, verum prior me Syriam Palæſtinam tum prouinciam obiturus, in qua poſtea & mortuus eſt. Verum longo poſt tempore opus vtrunq3 multis ſubinde negocijs intercurrentibus, poſt reditum meum in patriam, quæ mox commemorabo, abſolui.

Al. Martianum & ſic in ferius.

* *agrotãtium.*

† *clarius ſed per opera artis dunt axat, qualem habitũ in ipſius theorematibus conſequutus eſſem, declarabam.*

Quinam libri à me conſcripti, poſtea q; mihi ad patriam è Roma proficiſcenti, ab amicis traditi. CAP. 2.

PRofectus itaq3 ſum è Roma in patriam completo iam mihi ſeptimo & trigeſimo ætatis anno. Tres aũt libri à me ſcripti ante, q3 Smyrnã ex Pergamo, Pelopis medici, & Albini Platonici gratia, pficiſcerer, aquibuſdam mihi redditi ſunt. Erat vero vnus De matricis diſſectione, perparuus quidem ille: alter De cognoſcendis oculorum morbis, & is paruus: tertius autem iuſtæ magnitudinis, De experientia medica. Quorum primus datus eſt, Obſtetrici cuidam: Secundus adoleſcenti oculos curanti: Poſtremus autem ex ea diſputatione, quam Pelops cum Philippo Empirico habuerat, illo quidem aſſerente medicinam per ſolam experientiam conſiſtere non poſſe, hoc autem contendente poſſe, deſumptus erat. Eorum igitur vltro citro q3 habitas orationes cum in ordinem redegiſſem, mei tantum exercitandi gratia conſcripſeram: verum neſcio, quo modo & ille ignorante planè me ad alios deuenerit. Præterea tres etiam alios libros in-

terim, dum Smyrnæ agerem, compoſui: De pulmonis videlicet & thoracis motu: condiſcipulo E
gratificaturus, qui ſecundum illos anatomicam facere quandam demonſtrationem, paulo poſt
in patriam abiturus, cupiebat. Demortuo itaque interim adoleſcente, libri apud quoſdam, ſed
qui meos tamen ſuſpicarentur eos eſſe, fuerunt: & deprehenſus quidam eſt, qui prooemium his,
quoddam præfixerit, deinde tanquam propríos legeret. In prædictorum autem librorum tertio
mea quoque non nulla, quæ ipſe adinueneram, ad finem aſcripſi: nam, quæ tribus iſtis tracta-
ueram, præceptoris mei Pelopis (apud quem Smyrnæ verſans, eos conſcribebam) dogmata
erant. *Deſunt Paucula.* Poſt eam igitur è Roma profectionem cum
tandem in patriam peruenìſſem, illic conſidens, cum familiaribus verſabar. Verum breui poſt tem
pore, ex Aquilia mihi literæ ab Imperatoribus miſſę perferuntur, quibus illi me reuocabant: ſta-
tuerāt enim ex hybernis expeditionem contra Germanos facere. Hac igitur neceſſitate compul
ſus, redibam: ſperans tamen interea poſſe excuſationem me aliquam nanciſci. Alterum nanque,
qui ſenior erat, virum modeſtum, æquum, facilem, & humanum eſſe perceperam. Is autem primo
quidem Verus vocabatur: ſed poſtquam Antoninus (ille, qui proxime poſt Adrianum impera-
uit) ſucceſſorem ſibi eum in principatu conſtituiſſet, ſocium hic ſibi, antea Lucium dictum, aſci-
uit, & eum quidem Verum, ſe autem Antoninum tranſnominauit. Cæterū ipſe Aquiliam cum F
peruenìſſem, peſtis, quantum antea nūquam, graſſari cœpit. Vnde Imperatores ſtatim Romam
cum paucis militibus fugere coacti: nos vero cum multis longo vix tempore euaſimus, abſum-
ptis pleriſq;, non tam ob peſtis vehementiam, q̄ꝑ q̄ media hyeme malum id fæuiret. In itinere au-
tem è viuis cum exceſſiſſet Lucius, Romam deportatus ab Antonino, funeratuſq; eſt. Et poſt hęc
ſuſceptam aduerſus Germanos militiam vrgens, omnibus modis me ſecum abducere laborabat.
Perſuaſus autem ille, vt dimitterer, cum ex me audiuiſſet, diuerſa deum patrium Æſculapium (cu-
ius me eſſe cultorem aſſerebam, ex quo is mortali me apoſtemate laborantem ſeruauerat) iubere,
reueritus deum, expectare me reditum ſuum iuſſit, ſperans breui poſt tempore bellum ſe illud con
fecturum. Et ſic ipſe profectus eſt, relicto filio Commodo, ætate tum admodum puero, omni cu-
ra illius ſalutem nutritoribus tuendam mandans: ſi q̄; forte in aduerſam valetudinem incideret, vt
me ad eius curationem accerſerent. Interea autem temporis, quæ vel à præceptoribus meis didi-
ceram, vel ipſe inueneram, collegi, & in habitum conſtantiorem redegi: ac ſiquid non nullis quę-
rendis circa eorum inuentionem habebam, conſcripſi, ſtudioſe me ipſum in varijs tum medicinæ,
tum philoſophiæ quæſtionibus exercens: quæ pleraque in magno illo templi Pacis incēdio, cum
alijs multis perierunt & conflagrarunt. Cum vero præter omnem ſpem iſti expeditioni diutius G
immoraretur Antoninus, omne illud tempus ad pulcherrimam mihi exercitationem ceſſit. Vn-
de & tractatum De vſu partium, ſeptemdecim libris compleui. Et reliqua libris De Hippocratis
& Platonis dogmatibus adiunxi. Quædam etiam Anatomicorum theorematum, quę olim Boe-
tho dederam, De vſu videlicet partium librum primum, amplius inquirens, in ſecundo inſuper
muſculos cuiuſque digiti articulos mouentes, à me inuentos, expoſui, qui omnes ignorati diu
fuerunt, velut vniuerſis, qui ante me extiterunt. Diſtuli autem in opere illo, de motibus ſupe-
riorum ſuperciliorum dicere, ſolum hoc in eo rurſus demonſtrato, falſo eos motus à quibuſdam
hactenus eſſe traditos. Quare, cum mihi ipſi primum, & deinde alijs, quibus hæc commonſtra-
bam, & hos motus, & alia, quæcunque in Anatomijs aut perperam à prioribus aſſerta, aut omni-
no fuerant omiſſa, inueniſſe me perſuaſiſſem, tunc iam & anatomicas adminiſtrationes perſcripſi.
Cum vero libri De vſu partium prius, quàm hi ederentur, ad plurimos iam peruenìſſent, diligen
ter q̄; medicis ferè omnibus, quotquot veteri medicinæ ſtudebant, tum philoſophis Ariſtotelicis
legerentur, poſteaq̄ꝑ & illius talis quidam tractatus extabat, cœperunt mox maleuoli quidam, in-
uidia ſtimulante, flagitioſis implere vrbem rumoribus, me eſſe, qui, cum ſtudeam videri q̄ꝑplu-
rimum veteres exuperaſſe, multa, quæ omnino non appareant, inuexerim, in q̄; Anatomicis meis H
ſcripſerim: neq; enim latere ea omnes poſſe. Ego vero ridebam quidem illos, cōtemnebamque:
cæterum amici rei indignitate commoti, me adhortari, vt in aliquo magno auditorio veritatem
meorum in Anatomicis theorematibus ſcriptorum, publice aſſererem. Poſtquam autem per-
ſuaderi me non poſſe æmuli ſenſiſſent, (iam enim eius gloriæ cōtemptum prę me ferebam) ſpem
illi concipiebant veluti timidum me reprehendendi, qui quanquam eorum nugas non parui fa-
cerem, magnanimitatem tamen quandam ſimularem: nec ſcommatum finis erat: & quotidie in
templum Pacis, quemadmodum & ante incendium congregari ſolebant, quicunque artibus lo-
gicis erant dediti, conueniebant. Tandem igitur ab amicis compulſus, publice multis diebus de-
monſtrare cœpi me quidem nuſquam falſa tradidiſſe: prioribus vero multa non ſatis comperta
fuiſſe. Eorundem porrò hortatu commentarios tum ſcripſi demonſtratorum & dictorum, titu-
lum habentes, De ignoratis Lyco in Anatomijs. Hanc igitur ob cauſam, cum demonſtraturus
nihil tradidiſſe me in commentarijs meis Anatomicis falli, proceſſiſſem, in medium omnium
Anatomicorum libros propoſui, liberum vnicuiq; præſentium faciens, quam vellet partem diſ-
ſecandam proponere, meque mox oſtenſurum, quantum cum priorum ſententia, meorum ſcri-
ptorum veritas pugnaret. Propoſito igitur thorace, cum ipſe à vetuſtiſſimis facerem exordium,

eorum q̄;

A eorum q3 libros in manus ſumerem, rogauerunt me inſignium medicorum quidam, in iſto conſeſſu ſedentes, ne inaniter tempus conſumerem. Cæterum, quoniam quidem Lycus Macedo, Quinti in Anatomicis omnium expertiſſimi quondam diſcipulus ea, quæ ad ſuam vſque ætatem inuenta fuiſſent, omnia conſcripſiſſet, volebant, vt alijs dimiſſis, illius tantum ſcripta meis conferrem. Eorum igitur petitioni morem gerens, ita in ſingulis quoquo die propoſitis feci. Hęc autem omnia propterea neceſſe habui commemorare, vt cognoſcant illi, qui ſunt aliquãdo libros meos lecturi, qua ætate quoſq3 ſcripſerim, & quam ob cauſam. Inde enim intelligere poterunt, quæ ſint tanquam imperfecta, ab ijs, quę elaboratę abſoluta ſunt, diſcernenda: & quæ in arrogantium confutationem, quæque rurſus ad inſtitutionem ſunt ſcripta, dignoſcere. Quòd porrò in ſequentibus etiam, ſicubi res poſtulabit, indicabo. Nunc vero ad libros â me editos, qui extant, recenſendos pergam, initio ab Anatomicis ſumpto,

De Anatomicis libris. CAP. 3.

EX hoc primum numero iſte liber eſt, quem, De oſſibus Introducẽdis ſcripſimus. Poſt eum vero alij libri, itidem Introducendis inſcripti: vt eſt ille, De venarum, & arteriarum ſectione: & alter, De neruorum anotomia. Eſt præterea liber alius, De muſculorum ſectione: qui quidem
B exacte compendio tradit omnia, quæ in Anatomicis adminiſtrationibus de muſculis ſcripta ſunt. Quòd ſiquis perlecto De oſſibus libro, protinus Anatomicas aggredi adminiſtrationes cupiat, poterit quidem ille Libros de vaſorum, neruorum q3 diſſectione prętereire: quemadmodum & eum, qui De muſculis eſt ſcriptus. Sunt enim vniuerſa in adminiſtrationibus ſcripta. In horum autem librorum Primo, De manuum muſculis & ligamentis: Altero, De crurum muſculis & ligamentis: Tertio, De artuum neruis & vaſis: Quarto, De muſculis genas, & labra mouentibus, & ijs, qui ſunt circa inferiorem maxillam: præterea etiam de his, qui caput, collum, & ſcapulas mouẽt: Quinto, De muſculis thoracis, epigaſtrij, lumborum, & ſpinalibus: Sexto, De organis nutritiuis, qualia ſunt inteſtina, venter, hepar, lien, renes, veſica, & quæ ſunt huiuſmodi alia: Septimo, & Octauo, De partium ſpiritualium anatomia: illo quidem de ijs partibus, quę cordi, pulmoni, & arterijs tam mortuorum, q3 viuorum adiacent: hoc autem, quę circa vniuerſum pectus ſunt, tractatur. Nono porrò libro cerebri, & ſpinalis medullę continetur anatome: Decimo oculorum, linguæ, ſtomachi, & confinium partium: Vndecimo eorum, quę ad laryngem ſpectãt, & os hyoides vocatum, & quę ijs continuantur: præterea neruis ad ea peruenientibus: Duodecimo arteriarum, & venarum: Tredecimo neruorum ex cerebro deſcendentium: Quartodecimo neruorum
C à medulla ſpinæ deuenientium: Quintodecimo tandem genitalium partium anatomia continetur. Et hæc quidem ſunt, quæ ad Anatomicam theoriam ſunt neceſſaria. Pręter autem hęc neceſſaria, alia quoq3 ſunt, vtilia quidem & hęc, vt ea, quæ, cum Marinus viginti anatomicorum libris conſcripſiſſet, nos poſtea Epitomate quatuor librorum (quemadmodum & Lyci omnium duobus) complexi ſumus. Subijciam vero hic ſingulorum librorum ſummam, ac primo eorum, quos in primo noſtro Epitomatum commentario, in quo priores anatomici Marini libri in compendium rediguntur, perſtrinximus. Eorum igitur ſex priorum Primo totius theoriæ præfatio: inde
De cute, De pilis: poſtea De vnguibus, & carnibus, De adipe, & pinguedine, continetur. In ſecun
do, De glãdulis, [a] pẽlliculis, mẽbranoſis tunicis, {nempe} peritoneo, & ſuccingente, & diaphrag
mate commentatur. In tertio porrò, De contemplabilibus ratione vaſis, venis, arterijs, earum que
anatomia: & Num naturaliter in arterijs ſanguis cõtineatur. In quarto, quę ſit arteriarũ operatio,
quis vſus, vnde prouenĭant, &, quæ alia circa eas quæri ſolent, exequitur. Deinceps autem tractat
De vreteribus, & vrinarijs meatibus, & vracho {hoc eſt eo, ex quo hęret, pendet q3 fœtus ad vmbi
licum} & vaſis ſeminarijs. De humorũ bilioſorum vaſis, & meatibus. De glandulis. De eo, quod
à glandulis eſt, vaſe. De [b] gũtture. De vaſis mãmarum, quibus lac continetur. De ijs, quę fuſa ſunt
D per corpus, vaſis que contenta, & qui humorum, atq3 chymorũ, quibus vaſis contineantur. De ali
mento. In Quinto, De his, quę ſunt in capite tum alijs, tum de ſuturis. De faciei ſuturis, & [c] iũctu
ris, ac oĩbus capitis oſſibus. De capitis & faciei foraminibus. De inferiore mandibula, & eius fo
raminibus, & Num habeat iunctũrã. De dentibus. De capiti [d] gũtturis adiacente oſſe, quę q3 iux
ta ſunt, & locũ circa tonſillas occupant. In Sexto ſcribit De [e] tẽſticulis, & Oſſe ſacro, et Vertebro co
xarũ, & Latere, [f] Pẽctore, & Scapulis, & [g] Hũmeris, & lugulis, & Brachio, & Cubito, & Radio, &
Oſſibus brachialis, & digitorum, & Femore: & Chartilaginoſis oſſibus ab vtraq3 genu parte. In
Secũdo aũt noſtrorum cõmentariorũ, quod Anatomicæ Marini contẽplationis cõpendiũ eſt, Septimum, Octauũ, Nonum, & Decimum Marini librorum ſumus complexi. Capita vero libri Septimi hæc ſunt. De caluæ cum meningibus, alijs q3 mẽbranis cõmunione. De totius faciei neruis,
De temporalibus, & mãducatorijs muſculis. Item de ijs, qui ſuprã maxillas, & labia exiſtunt. Item
de cauernarũ, in qbus dentes infixi ſunt, malarũ q3 muſculis. Itẽ de interioribus inferioris malę mu
ſculis. Itẽ De malę inferiori circũiacẽtibus muſculis ſeorſim. † [h] De muſculis naſi * De muſculis
iuxta linguã. De lingua eius q3 muſculis. De oculorum muſculis. In Octauo aũt Marini libro hęc
capita continent. De Ore, & de Labris, & Dẽtibus, & Gingiuis, & Columella, & [i] Gũla, & [k] Ligũ
la, & [l] Tõnſillis, & Antiadibus, & [m] Nãſo, & [n] Nãribus, Auribus, & Collo, & Muſculis, qui in

A* ὑμένων.
B* βρόγχου.
C* συμφύσεων.
D βρόγχου.
E* ὄσχεος.
F* σέρνων.
G* ἀκρωμίων
H † *Al. vertunt, De naribus, & muſculis, q circa earũ alas ſunt.*
I* φαρυγγὸς.
K* ἐπιγλωττίδος.
L παρισθμίων.
M* ῥινος.
N* μυκτήρων.

ipſo ſunt, & Muſculo qui ſub latus eſt, {&} qui ſub ventrē eſt, & de Colli natura. In Nono libro, De muſculis, [a] †qui circa ſeptum pectorale, } ſpinam, meſopleuria, [b] † & partem, quę eſt ſupra vmbilicum, } ſunt. Præterea De muſculis brachij, ſcapulæ, cubiti, extremæ q; manus tractat. In Decimo vero, De cubito, & eius muſculis, cruribus que, & eorum muſculis. De articulo, qui in genu eſt. In tertio porrò Epitomatum meorum libro Vndecimus, Duodecimus, Tredecimus Marini liber includitur. Quæ igitur in Vndecimo ſcribit, hæc ſunt. Num feratur ex dorſo humiditas aliqua ad pulmonem. An ſpiritus per in ſpirationem, & eſum in ventrem attrahatur. Deinde De ſtomacho. De [c] gutture. De pulmone, & corde. De thymo circa cor. In Duodecimo aūt operis ſui libro Marinus tractat, De hepate, & eius bile. De ſplene, et vētre, & meſenterio. In Decimo tertio, De primis inteſtinis. De renibus, vretere, velica, vracho, meatu vrinali. Inde De virga virili, pudendo que maris, & fœminæ. De matrice, & ijs, quæ in ea geſtātur. De teſticulis, quos Didymos appellat. Deniq; de glanduloſis tractat. In Decimoquarto, anatomiam omnium, quæ ſupra hepar ſunt, venarum aperit. In Quintodecimo venam, quæ à corde [d] † ad reliqua } fertur, & eas oēs, quæ ſubter diaphragma, &, quæ in toto corpore ſunt, arterias indicat. Quarta deniq; Epitomatum pars reliquos Marini quinque libros, à quindecim videlicet ad vigīti cōtinet. In Decimoſexto igitur, De cerebro quæſtiones, & apparentia, vt an pulſatilis in ipſo motus, & Num ſpiritus, quem trahimus, ad id perueniat, exequitur: & deinceps, De ſpinali medulla, & [e] pēlliculis cerebri. In Decimoſeptimo, De [f] dominatrice vi cerebri differit. In Decimooctauo, De motu [g] animali: Tum ſingulorum neruorum differentijs: & vnde quidam eorum emanent, docet. In Decimonono libro, De neruis, [h] † deſtillationibus que ex cerebro prouenientibus: } & vnde incipiat [i] ſenſibilitas eius: & De oculorum neruis, quos Herophilus, & Eudemus poros vocant, ſcribit. * * *

Libri Diagnoſtici. CAP.

Præterea libri De morborum, & Symptomatum differentia ſunt. Sequitur autem librum De morborum differētia, liber alter, De cauſis morborum: quemadmodum & alterum De Symptomatum differentia, Tres de Symptomatum cauſis libri ſequuntur. Poſt hos libri ſunt De locis affectis. Et liber de temporibus morborum: qui ex illis eſt, qui Therapeuticā materiam præcedunt. Et liber De febrium differētia. Liber item De plenitudine. Et ille De præter naturam tumoribus. Præterea liber De cauſis [k] † morborum antegreſſis: } & liber De cauſis [l] † morborum continentibus. } Et liber De tremore, rigore, palpitatione, & conuulſione. Et tandem ille, qui inſcribitur, Ars Medica.

Libri Therapeutici. CAP. 4.

QVatuordecim porrò libri, De Methodo curandi mihi ſcripti ſunt. Duos præterea eiuſdem generis ad Glauconem, & tres De phlebotomia compoſui, Primum quidem contra Eraſiſtratum: Alterum contra eos, qui Romæ ſunt, Eraſiſtrateos. Tertium vero, quo meam de curandi ratione ſententiam ſuperintuli. Extat etiam liber quidam meus Therapeuticus & ipſe, De tabe inſcriptus. Conſcripſi quoque amico cuidam meo libellum, cuius nuper, poſtquam ad multorum manus peruenīſſet, antigraphum recepi: titulum autem habet, Conſilium puero comitiali morbo laboranti datum: quare Therapeuticis adſcribo. In quorum quidem numerum & tres illos, De alimentorum facultatibus libros: & librum, De attenuante diæta: & alium, De boni, mali que ſucci cibis non inepte quis referet. In hoc autem Therapeutico negocio nihil recenſitis inferiores etiam iſti ſunt: [m] † quos, De curandi ratione ſecundum Eraſiſtratum ſcripſimus: & duo illi, quos Glauconi Philoſopho dicauimus. In hunc ordinem ponere quis & eum poteſt, quē, De Hippocratis in morbis acutis diæta edidi: poterit ſanè idem poni & cum ijs commentarijs, quos in Hippocratem ſcripſimus: in quibus quam plurima therapeutica theoremata continentur, quemadmodum etiam diagnoſtica, & prognoſtica.

Libri Prognoſtici. CAP. 5.

PRimum quidem in hoc genere tres libri, De iudicialibus diebus extant. Et rurſus tres, De Criſibus. Deinde tractatus, De pulſibus: in quo Primum quidem, De eorum differentijs libri quatuor ſunt: quos Secundo ſequuntur, De pulſuum dignotione libri totidem: & Tertio libri, De cauſis eorum, numero illis ſuperioribus pares: & Quarto, De Præſagijs ex his ſumendis. Qui ſunt in vniuerſum ſedecim. Præter vero hos ſeorſim introducendis ſcriptus, De vſu pulſuum liber habetur. In quo, cum non nulli quæſiuiſſent, quæ nam eſſet cauſa, quòd febricitantium pulſus non proprio notaretur nomine, reſpondimus ijs, maiorem eſſe hanc, altioris que inueſtigationis quæſtionem, quàm quæ illuc ad introducendos faceret. Et hæc quidem in libri huius initio nobis dicta ſunt. Duas vero medicis eſſe opiniones ibidem oſtendimus. Alteram nempe quorundam talem, vt arbitrentur etiam arteriarum ſyſtolen ſentiri poſſe: alteram vero eorum, qui inſenſibilem illam aſſerant. Nobis autem conſultius viſum eſt eos, qui introducuntur: [n] † facilioribus primum exerceri, quare ad priorem tum partem nos acceſſimus, & inſenſibilem eſſe huiuſmodi ſyſtolen aſſeruimus, febris que nullum eſſe in pulſibus proprium indicium. Iuxta alteram vero ſectam, in magno illo ſedecim librorum opere, oſtenſum nobis eſt

indicium

A [a] τῶν κατὰ τὰς φρένας.

B [b] ἡ τὸ ἐπιγάστριον.

C [c] βρόγχου.

D † ἐπὶ πᾶσι, i. ī iecur.

E [d] μυϊγγων. quæ dicit cum tā de ſpinalis medullæ, quàm de cerebri inuoluceris poſſit intelligi, magis cenſendum eſt, vt de ſpinalis medullæ inuoluceris intelligatur hoc loco.

F [e] κυριότητος.

G [f] κατὰ προαίρεσιν.

H † ῥύσεων eſt in impreſſis, ῥήσεων ē i manuſcrip. ſed forte ὀσφρήσεως, i. odoratu, ut aliq etiā recte opinati ſunt.

I [g] ἀισθητήριον, i. ſenſoſorium.

K † προκαταρκτικῶν.

L † συνεκτικῶν.

M † Al. libri quinq; à Eraſiſtrati therapeuticis ratiocinationibus, quos Glauconi philoſopho dedimus. Vide infra ca. 7.

N † clarius fere ad uerbū. in faciliori prius exerceri, i qua inſenſilis aſſerit ſyſtole, iuxta aūt hanc ſe ſta nos perſuaſiſſum⁹, febris nullum ex e.

A indicium febris proprium. Sed has quæſtiones illi mouent, qui abſq; præceptoribus diſcunt, ſimiles, iuxta parœmiam, ex libro gubernatoribus. Mihi vero ſatis eſt expoſitum aliam eſſe eorũ, qui introducuntur primum, & aliam rurſus omnino diuerſam eorum, qui omnia perfecte edocentur, inſtitutionem. Porrò quoq; libellum quendam vnum ſedecim ſupradictorum librorum compendium, ſcripſi. Et præter hos omnes, octo libros Archigenis de pulſibus tractationis explicationem, & vſum complectentes, edidi. In hunc ordinem & tres illos De difficili reſpiratione non abſurde quis retulerit.

* *Librum, & eſt Synopſis nuper impreſſa.*

De libris commentariorum in Hippocratem. CAP. 6.

NEque aliorum meorum, quos amicis dederam, librorum quemquam ad plures peruenturũ ſperabam, neque explanationes in Hippocratis libros, cõſcriptas. Nam à principio quidem, ipſum me exercens, in iſtos quondam commentaria conſcripſeram. Quod idem & in vniuerſa adeo medicinæ contemplatione circa vnamquanq; eius partem feci, mihi tantum libros quoſdam parans, qui omnia Hippocratis in arte Medica, dogmata complecterentur, dilucidam'que & vndequaque abſolutam inſtitutionem continerent. Sic enim priuata mihi commentaria, De Criticis diebus ſecundum Hippocratis ſententiam, & ſimiliter De Criſibus, De difficili reſpiratione, &
B ſic in aliis ſingulis compoſui. Item & curatiuam Methodum vniuerſam eodem conſilio libris quatuordecim (quantum ad omnia therapeutica pertinebat) complexus ſum: atque id quidem iuxta viri illius ſententiam. Extabant autem aliorum ante me complurium in ſingula Hippocratis dicta, non ſpernenda commentaria. In quibus, quę perperam ſcripta mihi videbantur, ocioſum arbitrabar arguere. Oſtendi vero hoc in ijs, quæ nuper adhortantibus dedi, raro quidquam dicens contra eorum interpretes. Ego etenim à principio nullos eorum commentarios Romæ habebam: cum libri mei in Aſia eſſent omnes. Sicubi igitur meminiſſem, quod ab eorum aliquo dictum praue admodum eſſet, vt magnopere circa hanc artem exercendam lædatur, qui ei confiderit, id indicaui. Cętera autem omnia nullam aliter exponentium mentionem faciens meo ipſius iudicio dixi. Et hoc modo commentaria à me in Aphoriſmos in librum, De fracturis, & librum, De articulis, et in Prognoſtica, & librum, De ratione victus in morbis acutis, & librum, De vlceribus, & librum, De capitis vulneribus, priorem'que librum Epidemiarum, hoc eſt morborum paſſim graſſantium, ſcripta ſunt. Poſtea vero, cum forte commẽdantem quẽdam reprobam Aphoriſmi interpretationem audiuiſſem, cepi conſilium reliqua mea omnia, quæ in aliquorum gratiam à me conſcriberentur, ita temperare, vt publicam magis editionem,
C quàm eorum tantum, qui ea accipiebant, captum reſpicerem. Sunt autem hæc, Commentaria in Secundum, Tertium, & Sextum Epidemiarum librum ſcripta. Præterea in librum De chymis, ideſt humoribus, De alimẽto, De prædictione, De natura hominis, [a]† De medico vulnerario: & in librum De locis, aere, aquis: quem ego De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus aſſero inſcribendum eſſe. Feci igitur in Aphoriſmos commentariorum libros ſeptem. In librum, De fracturis, tres. In librũ, De articulis, quatuor. In Prognoſtica, tres. In librum, De dięta in morbis acutis, tres quidem in eam partem, quæ citra controuerſiam huius eſt: [b] duos vero [c]† in eã, quæ illi attribuitur. } In librum, De vlceribus, & illum De vulneribus cerebri, in vtrũq; libros ſingulos. Interpretationum porrò in Primum Epidemiarum libros tres ſcripſi, & totidem in Tertium, in Secundum autem ſex, in Sextum octo, in librum vero, De chymis, commentarios tres, quemadmodum in Prognoſtica, & Medicum vulnerarium, & in librũ De locis, aere, aquis: quem ego, De habitationibus, & aquis, & temporibus, & regionibus inſcribendum dixi. In librum autem, De alimento, libros quatuor compoſui. Tum in libros, De natura hominis, duos. Quibus iam abſolutis, cum audiuiſſem calumniari quoſdam hunc librum, tanquam adulterinum, commotus ſum alios adhuc tres libros conſcribere: qui huiuſmodi habent inſcriptionem, Quòd Hippo-
D cratem in aliis ſuis ſcriptis concordem habere ſententiam cum eo, De hominis natura libro, appareat. Deniq; ad Hippocratem, & illi pertinent, De dięta in morbis acutis, ſecundum Hippocratẽ, ſimiliter, & Expoſitio [d]† antiquarum apud eum dictionum, et liber contra Lycum, ſuper Aphoriſmo, cuius initium eſt: Creſcentia plurimum habent natiui caloris, item liber contra Iulianum Methodicum, de ijs, in quibus Hippocraticos Aphoriſmos reprehenderat. Ad Hippocratem & ille paruus liber faciet, in quo diſſero Optimum medicum eundem eſſe & philoſophum. Qui libellus & breuiori titulo ſic inſcriptus eſt. *

A † *De ijs quæ in medicatrina fiunt. & ita inferius.*

B * *omnino eſt legendum, vnum, qui eſt quartus.*

C † εἰς τὸ προσκείμενα in ea, quæ adiecta ſunt. *frequens eſt hæc dictio in Galeno.*

D † τῶν πρὸ ἑαυτοῦ γλωττῶν.

De libris ad Eraſiſtratum pertinentibus. CAP. 7.

IN primum quidem Eraſiſtrati, De febribus, commentarios tres ſcripſi. [e]† Quorum tertio, De febribus, præcipuæ commentationum therapeuticarum Eraſiſtrati continentur. Ipſe vero therapeuticus tractatus, De Eraſiſtrati therapeuticis ratiocinationibus inſcribitur, Quinq; autẽ cõmentarijs ille conſtat. Sunt prẽterea, & De Anatomia Eraſiſtrati, libri tres. Et De phlebotomia duo, vnus contra ipſum Eraſiſtratum, & alter contra eos, qui Romæ ſunt, Eraſiſtrateos ſcriptus. Ad Eraſiſtratum & ille liber pertinet, in quo quærimus, Num ſecundum naturam in arterijs ſanguis contineatur, ſimiliter & ille, De vſu reſpirationis, et tres, De naturalibus potentijs: qui iudicium omnium eorum, quæ ab Eraſiſtrato in vniuerſalibus ſermonibus, de naturalibus operatio-

E † *Ad verbum. Tertio vero de febribus prima therapeuticæ tractationis Eraſiſtrati ſunt commentaria.*

nibus

nibus ſcripta ſunt, continent. E

De libris, qui ad Aſclepiadem ſpectant. CAP. 8.

OCto quidem de Aſclepiadis dogmatibus inſcripti: exiguus vero alius De eſſentia animæ ſecundum Aſclepiadem, inſcriptus.

De libris contra Empiricos ſcriptis. CAP. 9.

DE Iſagoga Theodæ cõmentarij quinq;. De libris Menodoti Seuero, vndecim. De libris Serapionis contra Sectas, duo. Subfiguratio Empirica. De Medicinali experientia. De Empiricorum controuerſijs, tres[a] † Contra obiecta ad controuerſias Empiricorum: & Theodæ capita commentarij tres. In Librum Menodoti Seuero adhortatio ad[b] Mẽdicinale[c] † compendium Heraclidarum. De empirica ſecta, libri ſeptem.

A † Al. ex antiquis, cõtra ea quæ ſcripta ſunt aduerſus libros De controuerſijs Empiricorum, & de Iſagoge Theodæ, commentarij tres.

*B * Medicinam.*

C † Compendium Librorũ Heraclidis.

De libris ad Methodicos pertinentibus. CAP. 10.

METhodicæ ſectæ, ſex. Contra obiectiones Iuliani in Hippocrátis Aphoriſmos.

De libris, qui ad Demonſtrationes conducunt. CAP. 11.

POſteaq; oẽs mortales in quacunq; diſceptatione, & ſua ſe demonſtraturos, & alios confutaturos promittere ſolere animaduertiſſem, nihil prius, neq; ſtudioſius diſcendũ mihi Demõſtratiua F theoria duxi[d] † Quare mox philoſophos (nã illos docere eam audiebã, & ſi vlla alia Logicæ philoſophiæ pars, hanc Demonſtrationũ, quarũ deſiderium alijs ſe implere poſſe profitebantur, eſſe iterum, atq; iterũ obſeruandam tradere) rogabã, quæ nam eſſet Methodus, quã edoctus aliquis, tum alterius diſputationes Apodicticas exacte dignoſcere, vtrũ veræ ſint illæ, vel in ſpeciẽ quidem, inſtar adulterinorum numorũ apparentes, ſed ad veritatem collatæ prauæ, tũ ipſe via quadam inſiſtens, circa quodq; eorũ, q̃ inueſtigari ſolent, ad inuentionẽ eius peruenire poſſit. Ob hæc autem, cum deinceps me & Stoicorũ, & Peripateticorũ, illis temporibus celeberrimis mancipaſſem, diſcebam quidem Logicorum theorematum alia multa, ſed quæ poſtea conſiderans inutilia prorſus ad Apodixes inueni. Videbã enim inter illa, pauciſſimas eas eſſe quæſtiones, quæ vtilitatem aliquam continerent, & ad potiundum propoſito ſcopo cõferre poſſent: quinimmo & controuerſa ab illis pleraq;, non nulla etiã naturali rationi pugnantia reperiebã. Quare profecto ad Pyrrhoniorũ ferè per præceptores, hæſitantiã & ipſe recidiſſem, niſi Arithmeticæ, Geometriæ, [e] Dialẽcticæq; cognitione, quibus (ab auo etiã proauo q; deſumptis) à patre iã ab initio inſtitutus fuerã, retentus eſſem. Cũ vero mecum reputarẽ manifeſte veras eſſe Eclipſiũ prædictiones, Horologiorum, Clepſydrarum q; inſtrumenta, quæ q; alia iuxta Architectonicen inueniuntur, ſatius arbitrabar typorũ Geo G metricorũ demonſtratione vti: maxime cum eos etiam philoſophos, qui Dialectices callentiſſimi habebantur, non inter ſe ſolũ, verũetiam ſibi ipſis diſcordare viderem: quanquam ex æquo omnes Geometricas has apodixes cõmendarent. Vnde plenius etiã cognoui abſtinendum eſſe ab illorũ dictis, ſequendos vero characteres illos, & lineares demonſtrationes. Diſcrepare quidem inter ſe dico in logica theoria philoſophos, Peripateticos, & Stoicos, & Platonicos, à ſeipſis vero rurſus quoſq; priuatim in ſua. Et parua quidẽ inter Peripateticos diſcordia eſt, magna vero apud Stoicos, & Platonicos. Qui igitur volent in linearibus iſtis demonſtrationibus exerceri, conſulo, vt in ijs ipſi primum ſe inſtituant, poſtea vero noſtrũ legant De Demonſtrationibus opus, quindecim libris expeditũ. Scripſi aũt & alia multa meipſum exercitandi gratia: quorũ alia quidẽ in incendio illo, quo & tẽplum Pacis conflagrauit, perierunt: alia aũt amicis data, apud multos adhuc integra, quemadmodũ & reliqua noſtra, extant. Eorum aũt, quæ ſcripſi, cõmentariorũ quædã ipſe amicis dederam: quædã vero à domeſticis furtim ſurrepta, & euulgata ſunt, quæ deinceps ab alijs, q̃ habebant, accepi. Quo qdẽ in numero ſunt Tres illi in Ariſtotelis De Enunciatione librum, cõmentariorũ libri: & quatuor itẽ in Priorem De ſyllogiſmis: ſimiliter & in Poſteriorem, pari numero. Inſcribunt aũt hos oẽs ferè hodie Reſolutoriorum priorum: quemadmodum illos de demonſtratio H nibus, Reſolutoriorũ poſteriorũ. Ipſe ſanè Ariſtoteles illorum tanquam de Syllogiſmo, horũ aũt tanquam de Demonſtratione ſibi ſcriptorum meminit. In quos quidem vtroſq; & noſtra extant commentaria, ſex in [f] priores, quinq; in [g] poſteriores. Horum igitur cõmentariorum nullũ ad editionem ſcripſeram: quemadmodum neq; ſex illos in Theophraſti librum, quem De affirmatione & negatione inſcripſit. Commentaria quoq; in Librum Eudemi De dictione, antea alijs me ro- *
gitantibus, ſcripſeram. In decem vero categorias ipſe quidem commentationes nullas feci, neq; mihi, neq; alijs vnquã tale aliquod commentariolum parauí. Vnde, cum poſt aliquando rogaret *
à me amicus quiſpiam in eum librum ad earum diſputationum ſolutionem Commentationes, vti tantum ijs iuſſi, quæ à præceptore fuerant iſtum in librum prælecta: aut omnino ſimilibus, ex aliorum commentarijs, ſicuti Adraſti & Aſpaſii erant. Cæterum & puer adhuc, cum ſub patre inſtituerer, is q; mihi poſt Logicam theoriam, Chryſippi & celebrium Stoicorum libros propoſuiſſet, in illius tum ſyllogiſticos libros commentaria conſcripſi. Quæ ipſa quoq; poſtmodum apud multos fuere, Pergami cum alijs quibuſdam lucubrationibus, quæ iuuenis ſcripſeram, relicta: atq; per familiarem poſtea rogantibus quibuſdam communicata. Quæ vero ipſe poſt tractationem de demonſtratione elaborata latius ſcripſi, cum in illis breuiter eſſent dicta, nominatim hæc ſunt.

D † Ad verbũ fere. Petijq; à philoſophis, (nam illos docere eam audiebã) vt, ſi quid etiam aliud in logica pte philoſophiæ docetur, eius partu riginẽ in aliud tempus ſeruarent, docentes prius ſedare cupiditatem, quę circa demõſtrationẽ eſt: quæ certe method' eſt, quã qui didicerit, tũ, dum alter dicit rõnẽ demõſtratiuã, exq;ſite cognoſcet, vtrũ re vera ẽ eiuſmodi, an (veluti numiſma adulterinũ) probatæ quidem ſimilis videatur, re vera tamen prauа ſit: tum ipſe via quadam &c.

*E * Logiſticæ.*

*F * priorem.*

*G * poſteriorem.*

De requiſitis

A De requisitis ad Demonstrationes, liber vnus. De ijs propositionibus, quæ in dictione demõstrationũ omittuntur, liber vnus. De ęquipollẽtibus propositionibus, liber vnus. De demonstrationibus ꝓpter, quid, vnus. De numero syllogismorũ, vnus. De Exẽplo, libri duo. De Inductione, liber vnus. De Imãgine, vnus. De similitudine, libri tres. De ex hypothesi principijs, liber vnus. De generis, speciei, eorũ q; cõiugatorũ significatis ex prõpria voce, liber vnus. De Possibili. De ijs, quæ multipliciter dicuntur, libri tres. De ijs quæ in artibus cõmunia sunt, & ꝓpria, vnus. De euertentibus se ipsas orationibus, vnus. De contingentibus propositionibus, vnus. De syllogismis ex mistis propositionibus, vnus. Quo modo discernenda sit negocialis quæstio à nominis et significati quæstione, liber vnus. De Clitomacho, eiusq; demonstrationũ solutionibus. De communi ōratione, libri duo. De optimo docendi genere, † contra Phauorinum. Pro Epicteto cõtra Phauorinum, } vnus. De vsu syllogismorum. De vsu in theorematũ, syllogismos, libri duo. De optima secta, liber vnus. De nominum rectitudine, libri tres. De eo quod est, vnumquodq; & vnũ esse, & multa. Quòd ad oppositа vnum & idem ex necessitate consequi impossibile sit, vnus. De demonstratiua secta, vnus. [a] † De vi, & contẽplatione Logicæ, vnus. Dialogi ad philosophum, [b] † & liber alius ab eo, qui est } de communibus notitijs. Contra eos, qui omnem calumniandi

B occasionem ex verbis aucupantur, liber vnus.

[c] † *De ijs quæ propria & communia sunt in artibus.* }

CAP. 12.

DE artium costitutione, libri tres. De significatis generis, speciei, & his adiacentiũ ex prõpria voce. Cõpendium Demonstratiuæ theoriæ, vnus. De discernendis dogmatum cõtrouersijs. Quòd seperari à prima substantia quantitas non possit, liber vnus. De priore, vnus. De demõstratione per impossibile, vnus. De ijs, quę sui causa fiunt, vnus. De multipliciter dictis, duo. De nominis, & significatorum quæstione.

Quæstiones autem Moralis philosophiæ, quantum mihi videbatur, infrascriptis libris exposui. CAP. 13.

DE suis cuiq; passionibus, & vitijs dignoscendis curãdis q;, libri duo. De moribus, quatuor. Cõtra Phauorinũ pro Socrate, De indolẽtia, vnus. De fine philosophiæ, vnus. De cõgressu auditores ostẽtantiũ, vnus. De [d] fũrtim legentibus, vnus. De pœnis, & peccatis exæquãdis, vnus. De cõsolatione, vnus. De Diatriba in aula Menarchi, ad Bacchidem, & Cyrũ, vnus. Quale genus cõgressionis obseruari debeat in Dialogis, vnus. Cõtra forẽses rhetoras, vnus. De voluptate, & [e] labõre, vnus. De ijs, q̃ vnũquodq; vitæ ꝓpositũ cõsequuntur, vnus. Cõcionũ cõtra sectas, vnus. De cõcordia, vnus. De pudore, duo libri. Cõcionũ cõtra adulatores, duo. De Calũnia:

C in quo, & de priuata vita tractat. Chronisci septẽ, in vno volumĩe. Cõcionũ cõtra sectas habitarũ sub Pertinace, vnus. Quatenus sit honor, & gloria apud vulgus ꝓsequẽda. De testamẽtis cõdẽdis.

De pertinentibus ad Platonicam philosophiam. CAP. 14.

DE secta Platonica, liber vnus. De medice dictis in Platonis Timæo, libri quatuor. Ad amicos, siue Plato, [f] † De ijs, qui suis tribuunt, libri tres. De Logica theoria secundũ Platonẽ. Cõpendij dialogorũ Platonis libri octo. De egressionibus, qbus in Philebo Plato vsus est, vnus. De animæ partibus, & potentijs, libri tres. Quòd animi mores temperaturas corporis sequantur, libri duo. Et alius quidam, qui aliter editus est. De Hippocratis & Platonis dogmatibus nouẽ.

De spectantibus ad Aristotelicam philosophiam. CAP. 15.

COmmentariorum in librum de Enunciatione, libri tres. [g] † In priora Analytica, libri sex: in posteriora, quinq;. } In decẽ prædicamenta, cõmentaria quatuor. In librum Theophrasti, De affirmatione, & negatione, commentaria sex. In librum quot quidq; modis dicatur, commentaria tria. In primũ mouens immobile. In librum De dictione Eudemi, libri tres. De Demonstrationibus propter quid, vnus. De contingentibus propositionibus, & syllogismis, vnus. De syllogismis ex mistis propositionibus, vnus. De fallacijs, quæ in dictione consistunt.

D *De pertinentibus ad Stoicorum philosophiam.* CAP. 16.

DE Logica theoria secundum Chrysippũ, libri tres. Chrysippi Syllogisticę primæ, libri tres: Secundæ, vnus. De Logica facultate & theoria, [h] sẽptẽ. Quòd Geometricæ resolutiones præstantiores, quàm Stoicorum, liber vnus. De vsu theorematum in syllogismos, [i] vnus.

De spectantibus ad Epicuream philosophiam. CAP. 17.

DE fœlici, & beata vita ẽm Epicurum, libri duo. De voluptatis imbẽcillitate secundum Epicurũ, duo. Quòd effectiua voluptatis imperfecte ab Epicuro sint expressa, vnus. De voluptuaria secta. Num Philologia morũ studio cõferat, vnus. De illis, [k] qui Sophistis cõuersantur, vnus. Metrodori epistola ad Celsum Epicureum. Epistola Pudentiani Epicurei.

Quæ communia Grammaticis, & Rhetoribus. CAP. 18.

DE vocabulis Atticorũ scriptorũ, libri. xlviij. De Forensibus vocabulis apud Eupolidem, libri tres. De forensibus vocabulis apud Aristophanem, libri quinq;. De Forensibus vocabulis apud Cratinum, libri duo. De exemplis vocabulorum Comicis propriorum, vnus. Num vtilis ijs, qui erudiuntur, lectio veteris Comœdiæ. Contra illos, qui incessunt solœcissantes voce, libri sex. Electus Atticorum, vnus. De perspicuitate & obscuritate. Num idem possit esse Criticus, & Grammaticus, liber vnus.

Galeni

* Eicote.

* λόγυ.

† *Al. contra Fauorinũ pro Epicteto.*

A † *De logica facultate, & contemplatione, septem.*

B † ἰδίως τῦ.

C † *Quidam arbitrantur hæc esse in contextum reponenda. Video equidem in his quatuor, vel quinque lineis trium librorum mentionem à Galeno fieri, quorũ tamen in hac eadem pag. sub lit. a memin rat.*

D * λάθρα.

E * πόνυ.

F † *Al. De propry opinionibus libri tres.*

G † *Sunt qui vertãt. in priorẽ priorũ analyticorũ, quatuor. In posteriorem, libri item quatuor. In priorem posteriorum analyticorum sex. In posteriorẽ quinque.*

H * *Al. vnus*

I * *Al. duo.*

K † *Al. quæ contra sophistas sunt.*

* Al septem.

GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM LIBER AD EVGENIANVM

A Ioanne Fichardo Francofordiano olim latinitate donato, nunc vero ad gręci exemplaris fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendatus.



* ἐπαγγελία.

Recte tu quidem mi Eugeniane facis, qui Librum à me, ordinem cæterorum, qui scripti sunt mihi, librorum exponentem efflagitas. Illorum nanque omnium neq; scopus idem, neq; vis, neq; tractatio eadem est. F Etenim quosdam, vt nosti, amicis me id rogitantibus scripseram, eorũ solummodo captum conijciens: quosdam vero tãtum Introducendis adolescentibus destinaueram. Mihi aũt neutrobi fuit interim proposi tum velle istos hominibus succeſſiue, ac veluti per manus tradi, vt futuris etiam ætatibus post meum obitum conseruarentur, q̃ videbam nec eos admodũ, q̃ in superioribus temporibus scripti fuerant, curæ multis esse. Admirantur enim nũc alij alios & medicorum, & philosophorũ, licet illi nec suã ipsorũ professionem, vllam've demonstrandi scientiam satis teneãt, aut falsos à veris discernere sermonibus nouerint: admirãtur tñ, vel q̃ patres ipsis fuerint empirici, aut dogmatici, aut methodici: vel q̃ præceptores, vel q̃ amicos habeant: vel deniq;, quod maioris eos in in vrbe gloriæ, & existimationis sectæ suæ nomine esse videant. Sicuti in philosophia quoque alius aliã ob causam sibi aliquam sectam eligit, Platonicis, aut Peripateticis, aut Stoicis, aut Epicureis sese adiungens. Et hoc tpe, ex quo successio etiam esse cœpit sectarũ, eam plerique profitentur, in qua fuerunt à pueris enutriti, maxime cum iam aliam vitæ formam, quam sequantur, habeant nullam. Quare, cũ ipse sic mihi persuasissem, ne quidẽ, si ipsas nunc musas librũ scribere contingeret, acce- G ptiorẽ multo futurum illum vel indoctissimi alicuius hominis scriptis, cupiebam sanè mearum lucubrationum nihil in vulgus editum. Quando vero apud multos iã illæ extabant, me inuito adeo, (quod quidem scis) si quid erat reliquum cõmentationum mearum, grauatim profecto amicis impertiebam. Compulsus itaq; sum propterea, vt librum De optima Secta conscriberem, non quidem qualem iam antea superiorum medicorum, philosophorumq; multi scripserant, suam nominatim sectam extollentes, laudibus q; vehentes, sed quo eam solam demonstrarem viam, qua quis insistens, optimam sectam vel ad medicinam, vel ad philosophiam, aut aliam quamcunq; artẽ constitueret. In eo vero libro dictum, demonstratum q; est mihi id, cuius paulo ante mentionem feci, Demonstrationum primum esse peritum illum debere, quicunque sectarum rectus esse iudex cupiat. Neq; tñ hoc vnum sufficit, sed & affectiones præterea, quatenus amant, aut oderunt sectas, eum exuere conuenit, ne, veluti multi, circa illas excęcetur. Qui enim se positis his, vel iuxta demõstratiuam methodum inuestigabit veritatem, vel de aliorum dictis iudicabit, is demum solus eam, quæ est optima, sectam inueniet. Nosti vero & tu, quàm ex medicis, philosophis q; multi, cum demonstratiuam methodum nihil exercuisse coarguantur, in contrarias vias deflexerint, quibusdã ex his Apodixim omnino negantibus, quibusdam vero adeo concedentibus, quòd etiam natura H eam omnibus vsq; eo notam dicerent, vt neq; disciplina ad hanc, neque exercitatione opus habeamus. Quibus quis tandem respondere dignetur eò stuporis deuenientibus? Sed hic aliquis forte illorum (vt sunt plerique audacissimi, præsertim in ijs, quæ maxime ignorãt) mecum pugnabit, me'q; maioris arguet audaciæ. Ne igitur audiam talia, apud'q; alios defendere me necesse habeam, statueram nihil velle librorum edere. Verum, cum illi, quos amicis destinaueram, ad plures iam peruenissent, cogebat sanè necessitas propter eosdem de optima quoque secta commentari. Eius autem tractationis causa in eo tum mihi libro satis dicta est. Hos igitur, siquis omnium primos legere voluerit, recte, prudenter'que fecerit. Quòd si persuasus his ille ante, quàm ad disciplinam, iudicium'que sectarum omnium veniat, demonstrationum etiam peritus esse cupiat, habet De demonstratione tractationem à nobis descriptam. Ex qua ille, si non methodos solas percipiat, sed secundum eas etiam se in omni rerum sylua exerceat, veritatem inueniet. Quod fiet, si, & eius rei studiosus accedat, neque temeraria affectione sibi aliquam deligat eorum instar, qui in Equestribus ludis diuersorum colorum studio, citra rationem ducuntur. Idem vero hic, vbi, quos supra commemorauí, aggressus fuerit, absque negocio, quæ vel vere illis cognita, vel falso fuerint recepta, discernet. Quare nostrorum quidem librorum vnum hoc initium esse

A tiũ eſſe lectionis debet illis hominibus, qui & natura dociles, & alioqui veritatis ſunt ſtudioſi. Porrò autem citra hãc, ſiquis & noſtram ipſorum vitam, & clara artis huius facta, q̃ forte apud ægrotos deſignarim, fuerit expertus, vt ſit perſuaſus vel ex animi mei moribus, q̃ neq; inuidia, neq; contentione, neq; temerario quodã amore, quo erga Sectam aliquã ſim affectus, agi omnia, aut ex operibus deniq; meis circa hanc artem mihi elaboratis, vt dogmatũ veritati reſpondent, & præter Apodictică illam contẽplationẽ, poterit ſanè is libris noſtris iuuari. Et quãquam id non per exactã rerũ cognitionem, (iſta enim ſolis illis demonſtrationibus paratur) per opinionem tñ rectam conſequetur, qua de veteribus merito dictum eſt, † quorum acta nouimus, nihil moramur ſcientiam, licet ei legitimum illud, ſolidum q; abſit. Leget igitur is illa primum omnium, quæ ſunt introducendis ſcripta, librũ videlicet De Sectis, qui eo ẽt titulo eſt inſcriptus, De Sectis pro Introducendis: et illum, De pulſibus pro Introducendis: Tertio, De oſſibus librum, & ipſum Introducendis inſcriptum: qui inter Anatomicos primus eſt. Qui vero totam anatomes notitiam ſibi cõparare voluerit, is ante alios ad librum anatomicarum adminiſtrationum accedat: tradit enim is omnes in Anatomia apparentes particulas: cuiuſq; magnitudinis, ſitus, formæ, cohærentiæ, coloris, & ſocietatis ad inuicẽ ſint, oſtẽdit. Qui aũt in Anatomiarũ inſpectionibus exercitatus fuerit, earũ deinceps
B operationes diſcet, alias quidẽ Naturales, tribus à me libris expoſitas, & De potentijs naturalibus inſcriptas: alias vero Aĩales dictas, in alijs pluribus à me tractatas. Quas p̃cedit liber De Anatomia mortuorum. Hunc aũt duo ſequuntur De ſectione viuorum: et eos rurſus alij duo De ſectionis cõtrouerſia. Poſt hos ſunt tres illi De motu thoracis, & pulmonis. Duo itẽ De cauſis reſpirationis.
* Poſt quos etiã, libri quatuor De voce. Ex hoc genere ſunt libri quoq; De motu muſculorũ: et q̃ De vocabulis trãdidi. Et vero, quæ De demonſtratione elementorũ tradũtur, non oĩa ſum in libro executus, ſed quatenus ipſe Hippocrates vſus fuerat. Quòd ſiquis abſolutiſſimã elementorũ corporis noſtri cognitionẽ requirat, legenda ſunt illi, quæ in Decimotertio Demonſtrationũ libro, & in qnto & ſexto De Aſclepiadis dogmatibus, à nobis expoſita ſunt. Præterea, quæ De purgãtium medicaminũ potentijs ſcripſimus. Diſſeruimus ẽt quędã in eo, quem De elemẽtis ſecundũ Hippocratem inſcripſimus, cõmẽtario. Seorſim deniq; in alio quodã libello ea de re tractauimus. Poſt libRum vero De elemẽtis ſm Hippocratẽ, ſequuntur De temperaturis libri tres: Et eos rurſus tractatus De ſimplicium medicaminũ facultatibus: hunc aũt alter ille De cõpoſitione medicamentorum tractatus.[a] † In prioribus igitur de proprio aĩalibus temperamẽto, & cuiuslibet indicio: in poſterioribus aũt de pharmacorũ temperamẽto differitur. Si porrò quis poſt duos illos, aut tres, vo-
C luerit vel eũ De optima cõſtitutione corporis, vel De bona habitudine, vel De inęquali tẽperatura libellũ legere, conueniẽter, nec ſine ordine id fecerit. Parui quidẽ ſunt illi admodũ, & amicis tantum ſic exigentibus cõſcripti, ab illis vero in plures deinceps euulgati. Nam, & eorũ facultas in tractatu de ſanitate tuenda continetur, in quo differentiæ conſtitutionis corporis noſtri. *

Hic deſiderantur multa.

Explanationum, tum quæ recte dicuntur, tum quæ nõ, præexercitato in noſtris tractationibus. Habebis præterea & noſtros in quædam Hippocratis Commentarios: qui quando iam partim ſcripti ſunt, ẽt reliquos adijcere tentabo: quod oĩno q̃dẽ, ſi vixerimus, fiet. Sin autem ante, quàm vtiliſſima viri illius ſcripta expoſuerim, vita excedã, habebunt tñ ſtudioſi eius ſnĩam, mea q̃, vt dictum eſt, opera vnà cum ijs, quæ nunc extant, cõmentarijs. Atq; vtinam Pelopis mei præceptoris,
∴ & Numiſiani (pauca enim illorũ ab interitu adſeruata ſunt) & præterea Sabini, Rufi q̃ Epheſij,
∴ in Hippocratem interpretationes oẽs haberẽtur. Quintus aũt, eius q̃ diſcipuli, viri illius ſententiã non planè ſunt aſſecuti: vnde factum, vt in ſuis expoſitionibus multoties aberrarint. Lycus aũt reprehendit quoq; non nunquam Hippocratẽ, mendacij q̃ illum (cuius tamen non intellĩgit dog
D mata) arguit: nota enim paſſim eius Cõmentaria ſunt. Noſter vero præceptor Satyrus, (nam huic primo conuerſati ſumus, poſtea vero Pelopẽ audiuimus) non eaſdem Lyco Hippocraticorum librorum expoſitiones faciebat. Confitetur vero Satyrus diligentiſſime ſe Quinti dogmata obſeruare adeo, vt nec addere quid illis, nec demere vellet. Nam [b] Ephiciãnus aliquãto ẽt magis ad Stoi eorum ritum conceſſit. Nos aũt, cum poſtea audiuiſſemus primo Satyrum Quinti interpretationes recitantẽ, deinde quædam ẽt Lyci legiſſemus, vtrunq; reprobauimus, vt qui Hippocratis ſentẽtiam non exacte perceperit: melius enim intellectus eſt à Sabino, & Rufo. Quod facile quidem iudicare poterit, qui in noſtris fuerit commentarijs præexercitatus, ex quibus, & quæ bene recte q; dixerint, & vbi lapſi fuerint, cognoſcet. Sed de interpretationibus in Hippocratem iam ſatis dictum: quare ad reliqua noſtra volumina, quæ ad rem logicam pertinent, pergamus. Ex illis autem tibi quidem, mi Eugeniane, & quotquot vni medicinæ ſtudent, ea, quæ De demonſtrationibus ſcripſimus, ſufficere poſſunt: alijs autem, quicunque philoſophiæ ſe addixerunt, cætera quoque legenda ſunt. Niſi ſi quis fortaſſe vtraſque, & medicinæ, & philoſophiæ theorias commode, bene q; poſſit perdiſcere: eum vero & ingenioſum, & memorem, & laborioſum eſſe oportet, præterea eam ſortitum fœlicitatem, quæ non is contigit, qui ſub patre docti, arithmetica, [c] lõgica, grammatica q; ſumus inſtituti: in his q; [d] humãn. oribus diſciplinis vſque ad ætatis annum

† Ipsã ad actiones qdẽ nihil eſſe inferiorẽ ſcientia, ei tamen abeſſe legitimũ & ſolidum.

a † Locus in cod. græcis corruptus. in prioribus igitur duobus traduntur hõminum tẽperaturæ cũ propijs ſingulorũ inditys. in tertio autem, de pharmacorũ temperamẽto differitur ſiue igitur poſt duos, ſiue poſt tres legere quis voluerit, librum de optima corporis cõſtitutione, & librũ de bona habitudine, et librum de inæquali intemperie, conuenienti ordine id fecerit. Parui &c.

*B * Al. Iphicianus.*

*C * logiſtice habent cod. manuſcripti & ita omnino legendum videtur.*

*D * παιδίας i. pueritiæ.*

num decimumquintum enutriti, ad dialecticam q3 ab illo contemplationem, vt soli deinceps phi- E
losophiæ vacaremus, perducti sumus. Annum postea decimumseptimum agentem claris insom-
nijs monitus ad medicinam me perduxit, vt cum philosophia illam coniungerem. Talem vero
ego meam fœlicitatem quanquam maiorem etiam redderem, cp citius, melius q3 reliquis omnibus,
quæcunque docebar, discerem, nisi tñ per vniuersam adeo vitam in illis medicinæ, philosophiæ q3
theorematibus me diligenter exercuissem, nihil præclarum, excellens q3 eram consecuturus. Qua-
propter mirũ non est in tanta hominum multitudine, qui in medica, & philosophica exercitatio-
ne, studio q3 versantur, nõ inueniri, qui recte in illis profecerunt. Aut enim natura parũ ad eas sunt
appositi: aut non, vt conueniebat, sunt instituti, aut studijs non fideliter, sedulo q3 insti terunt: sed
ob ciuilia negotia, ab his discesserunt. Et hæc quidẽ obiter nobis dicta sint, quanquam non oĩno
præter rem. Post eos igitur, De demõstratione libros, nostras philosophicas theorias legere opor-
tet. Quæ vero illarũ subiecta, & quot sint, in vnaquaq3 earũ scripsimus, & in eo libro demõstrabi-
tur, in quo omnium librorum meorũ conscriptionẽ faciam. Quoniam aũt me de tractatu, in quo
vsurpata apud scriptores Atticos nomina ℈m ordinem primarũ in ipsis literarum ex eorũ scripto-
ribus collecta sunt, rogasti, quæ iam antea tibi respondi, operæprecium arbitror hic etiam tibi com
memorare. Nam compertum habeo alios quoq3 multos, quod nam eius libri sit argumentũ, quæ F
rere. † Et quidem in eo tractatu non hoc agimus, quod hoc nostro seculo multi, qui omnibus At-
ticæ loquendi syncritatem imponunt, }siue illi Medici, siue Philosophi, siue Geometrici, siue Mu
sici, siue Iurisconsulti, aut nihil ẽt horũ, sed alioqui vel opulenti, vel diuites sint: verum cõtrarium
intendo, neminẽ prorsus ob ŏrationis solœcismos esse reprehendendũ, incessendum've. Præstat
etenim linguã, cẽ vita, solœcismos, barbarismos q3 cõmittere. Quin & libellus aliqñ mihi scriptus
est contra eos, qui in solœcissantes voce, inuehuntur: tm̃ abest, vt eruditionis esse partem aliquam
Atticismos asserã. Præterea quoq3 propter multos & medicorum, & philosophorum, quorum alij
noua nobis græcorum vocabulorũ significata præscribunt, alij aliud. Commẽtaria vocabulorũ,
octo ac quadraginta libris conscripsi, ex Atticis illa scriptoribus cõgerens, quẽadmodum ẽt alia ex
comicis. Quod opus mihi, sicut recensui, scriptum est propter significationes. Illud autem qui le-
gent, simul & Atticorum noĩum notitiam adipiscentur: quæ ipsa per se quidem nihil magno stu-
dio dignum habet. Sed & alius à me tractatus, De vocabulorum rectitudine editus est propter il-
lis perperam vtentes: quem sanè vel primum omnium diligentius euoluere fuerit consultum.

† *Clarius neq; n. hoc nos volumus, quod nõ nulli nũc iubẽt omnes vocet atticissare.*

* *vocis.*

* *voce.*

* *explanationẽ*



GALENI DE SECTIS AD EOS QVI INTRODVCVNTVR

Horatio Limano interprete.

Denuo emendatus.

Quid Empirici, & Rationales medici differant. CAP. 1.



DSanè, quò medicina intẽdit, sanitas est: hanc ipsam vero parare artis eiusdem finis est: quibus autem rebus aut absens comparetur sanitas, aut eadem conseruetur præsens, cognoscant medici, necesse est: vocan tur'que ea, quibus absens illa creatur, remedia, auxilia'que: quę vero præsentem eandem custodiunt, salubris ratio victus: quapropter ars ipsa medendi salubrium q3, insalubrium'que scientia ab antiquis scri-ptoribus dicta est: qui salubria dixerunt, & quæ præsentem sanitatem conseruant, & quæ eandem corruptam resarciunt: insalubria vero quæ illis contraria sunt: vtraque enim cognoscant medici, necesse est, vt illa eligant, hæc autem effugiant: vnde vero harum rerum para-ta scientia sit, non itidem inter omnes conuenit, sed alij solam experimentorum notitiam arti satis esse dicunt: alijs autem non parum ratio in artem eandem conferre videtur: nominantur q3,

qui à

A qui à ſola experimentorum notitia proeedunt, nomine ab empiria, hoc eſt experientia, deducto empirici: eodem q3 modo, qui ratione ducuntur, rationales: duæq3 ſunt hæ primę in arte medendi hæreſes: altera, quæ per experimenta ad inuenienda medicamenta procedit: altera, quæ per indicationem: illis q3 impoſuere nomina, empiricam, rationalem q3: empiricam autem nominare Græci ſolent τηρητικὴν, & μνημονευτικὴν, hoc eſt obſeruatricem, memorem q3: rationalē vero δογματικὴν, & ἀναλογιſτικὴν, hoc eſt dogmaticā, & ratiocinatricem: ac viris quoq3 perinde, atq3 hæreſibus, dedere nomina: empiricus tiriticus q3, & mnimoneuticus, hoc eſt empiricos, obſeruatores q3, ac memores eorū, q̄ euidētia ſunt, vocantes eos, qui ſibi experientiā elegerūt: logicos aūt, dogmaticos q3, & analogiſticos, hoc eſt rationales, dogmaticos q3, & ratiocinatores, eos, quibus admiſſa ratio eſt.

De arte Empiricorum. CAP. 2.

ARtem vero empirici ſic conſtitutam dicunt. Cū multi viſi ſint affectus incidere, alij quidem ſpōte, ægris hominibus, ſanis q3, vt ſanguinis fluxus è naribus, aut ſudores, aluí ve profluuia, aut quæ ſimilia ſunt, iuuantia, lædentia ve, non quę tamen efficientem cauſam ſenſu deprehenſam haberent: alij autem, quorum cauſa euidens eſſet, euenire viſi ſint, nō ea tamen è noſtro inſtituto, ſed quæ fortuito incideret, vt cuipiā lapſo percuſſo ve, aut aliquo aliter modo vulnerato ſanguinē
B contigit effluere, frigidam q3, vt cupiditati obſequeretur, in morbo ſumere, vinum ve, aut aliquid generis eiuſdem, quę ſingula in vtilitatē, noxam ve deſiuerunt, quæ quidem è primo genere iuuantia, lædentia ve ſunt, naturalia vocarunt: quæ vero è ſecundo, fortuita: primam q3 amborū faciē, caſum appellarunt: vt ex eo nomē imponerēt, q3 homines in ea inconſulto caderēt: quod igitur experientiæ genus caſu venit, huiuſmodi eſt. Quod aūt conſulto fit, cum aut inſomnijs hortantibus, aut aliunde ducto arbitrio ad experimentū volentes venerint. At vero tertiū experientiæ genus, imitatorium eſt: cum rurſus in ijſdem effectibus ad ea experienda ducuntur, quæ aut natura, aut fortuna, conſulto ve profuerint, obfuerint ve: atq3 hoc ipſum quidē eſt, quod maxime artem eorū conſtituit: nō enim bis tantum aut ter, ſed ſæpius id, quod ante profuit, imitati, idem q3 in ijſdē affectibus vt plurimum facere inuenientes, ac eiuſmodi memoriam præceptum vocantes, iam fidele id, artis q3 partē ſtatuunt: vt autem multa eiuſcemodi fuere ab ipſis congeſta præcepta, id omne cō geſtum medicina fuit: qui vero congeſſit, medicus: vocatum q3 ab ijſdē eſt huiuſmodi congeſtum αὐτοψία, hoc eſt intuitus proprius, qui memoria quædam eſt eorum, quæ ſæpe eiuſdem q3 modi viſa ſunt: hoc idem etiam experiētiam nominarunt: eiuſdē vero narrationē hiſtoriam: hęc enim eadem res ei, à quo obſeruata eſt, proprius eſt intuitus: ei autem, qui quod obſeruatū eſt didicit, hiſto
C ria. Quoniam autem morbis quibuſdam interdum occurrebant, quos ante non viderant, aut quos nouerant quidem, ſed in eos his locis ortos incidebant, vbi non erat, quæ experimento obſeruata eſſent medicamentorū facultas, certū inueniēdi auxilia inſtrumentū finxerunt, ad ſimile tranſitū: quo vtentes idem ſæpe auxiliū ab affectu ad affectum ſimilē transferunt, & à loco ad locū: item q3 ab auxilio ante cognito ad aliud ſimile tranſeunte: verbi gratia, ab affectu ad affectum, ſi ab eryſipelate ad herpetem ſe transferant: à loco vero ad locum, ſi à brachio ad femur: ab auxilio autem ad auxilium, ſi in alui profluuijs à cotoneo malo ad meſpilum tranſeant: omnis autem huiuſmodi trā ſitus, via ad inuentionem eſt, nondum autem ante experimentum inuentio, ſed quando iam, quod in ſpem venit, experimento traditum eſt, id fidele iam tum teſte eodem experimento eſt, id q3 nihilominus, quàm ſi ſępe eodem modo ſe habere obſeruatū eſſet: id autem experimentum, quod tranſitum à ſimili ſequitur, exercitatorium vocant, quòd exercitatum in arte eſſe oportet eum, à quo quidpiam hoc pacto inueniendum ſit. Superiora autem omnia experimēta ante notitiam experimentorum habita, quibus opus erat ad artem conſtituendam, hominis vel cuiuſcunque eſſe poſſunt. Hæc eſt, quæ per experimenta ad artis finem via eſt.

De arte Rationalium. CAP. 3.

DEA vero, qua per rationem proceditur, cum naturam corporis, quod curandum tentatur, diſci iubet, tum omniū cauſarū virtutes, in quas quotidie corpus incurrens, ipſum ſe aut ſalubrius, aut inſalubrius reddit: iā q3 poſt hęc aeris naturā, aquarum q3, atq3 locorū, eam q3, quę vitæ ſtudijs ineſt, quę cibis, ac potionibus, nec non aſſuetudinibus, ſcire medicum aiunt oportere, quo & morborum omnium cauſas, & facultates remediorū inueniat: is q3 ſit, qui conferre, ratiocinari q3 poſſit huic generi cauſæ hanc vim habens adhibitū medicamentū, vt certum aliquid efficiat, natura eſſe aptū: negant enim illū inuenire poſſe remedia prius, q̄ in oībus his multifariā ſit exercitatus. Vt autē ex breui exēplo rē totam cognoſcas, pone partē corporis aliquam dolentē, durā, renitentem q3, quę q3 in tumorem ſublata ſit: hic cauſam medicus inueniat, oportet, primū q3 noſcat humido aliquo naturæ modum ſuperante in partem prolapſo eam intumuiſſe, eodem q3 intendente in dolorem inuectam: deinde vero, id ſi influat adhuc, fluxū ab eodem eſſe cohibendum: ſi nihil ſupereſt, educendum id, quod ſit in parte contentum: quo igitur modo, quod influit adhuc, inhibebis, educes, quod in parte cōtentū eſt? ſi refrigeres, adſtringas q3 partem, inhibebis, quod influit: ſin eandē humectes, laxes q3, educes, quod cōgeſtum eſt: ſic illis in ipſo morbo eius, quod vtile eſt, oritur indicatio: quam ſolam tamen ſatis eſſe negant, ſed aliam eſſe, quæ à potentia laborantis ſit, ab ætate aliam: quibus etiam accedit ea, quæ à propria ægroti natura ducitur, eodem q3 modo à tēpore anni, loci q3

ni, loci q3 natura, vitæ q3 ſtudijs, & aſſuetudinibus, è ſingulis propriam eius, quod conducat indica E
tionem oriri: verbi gratia, vt hoc etiam exemplo res magis innoteſcat, eſto, quem febris acuta oc-
cupet, cui tardi motus, grauis q3 ſenſus corpori ſit, qui corpore tumidiori, quàm ante, ac pleniori
rubore ſuffuſus, idem q3 venas habeat magis intumentes, cuiq; perſpicuum eſt copiam ſanguinis
homini ſic affecto calidioris exuperare. Quæ'nam igitur curatio eſt? non'ne liquet euacuationem
eſſe? contraria.n. hęc multitudini eſt. Contraria q3 cõtrariorum remedia ſunt. Quo autem pacto,
aut quoad illa dematur, non poteſt etiam ex ſola cauſa cognoſci: cum inſuper virtutem oporteat,
ætatem q3, & anni tempus, ac regionem, cætera q3 paulo ante propoſita cõſiderare: nam, ſi validior
potentia ſit, ætas q3 in conſiſtendi vigore, ver, tempus anni, loci q3 natura temperata, non tibi erra-
re continget, ſi vena inciſa tantum ſanguinis mittas, quantum cauſa iubet emitti: ſin imbecilla vir
tus eſt, ætas q; aut pueri natu admodum parui, aut ſenis in ſenium longe prouecti, regio q3 aut fri-
gore algeat, qualis Scythia eſt, aut calore exuſta ſit, qualis eſt, quam Æthiopes incolunt, anni q3 tem
pus vehementer vel frigidum ſit, vel incaleſcat, nemo eſt, qui venam diſcindere audeat: ita iubent
quoque & aſſuetudines, & vitæ ſtudia, naturas q3 corporum conſiderari, ex his enim omnibus pro
priam eius, quod conferat ipſis, indicationem oriri.

Quo pacto eadem Empiricorum, & Rationalium medicorum remedia à diuerſis F
indicationibus oriantur. CAP. 4.

EX quibus aũt rebus indicatio naſcitur ijs, qui rationalem medicinã profitẽtur, ab ijſdem obſer
uatio eius, quod vtile ſit, empiricis eſt: eorum enim accidentium, quæ ſuperius in febricitante
retuli, congeries, quæ concurſus ab illis nominatur, exinanitionis admonet rationalem medicũ, ob
ſeruationis memoriã ſuggerit empirico: nã, cum ſæpius ijs, qui ſic affecti eſſent, exinanitionẽ vide-
rit vtilem eſſe, eandẽ, ſi vtatur, ſperat hoc tpe quoq; prodeſſe: idem q3 ab ijs, quorum eſt ætas in con
ſiſtendi vigore, per ea, q̃ ſæpius ab ipſo viſa ſunt, ſat exinanitionis nouit ſine moleſtia ferri: ita vere
magis, cq; eſtate: & ſi temperata regio eſt: ſi vero etiam æger euacuando corpori aſſuetus ſit, qualis
eſt, quæ per hæmorrhoidas, aut quæ per nares euacuatio euenit, iccirco etiam plus ſanguinis detra
hat ab ipſa rei natura profectus rationalis medicus: hoc idem vero empiricus faciat, qm̃ ſic ab ipſo
obſeruatum ſit: &, vt ſummatim dicam, eædem in ijſdem affectibus medelæ & ab ijs, qui rationem
profitentur, & ab empiricis medicis trahuntur: de modo inueniendi eas inter eoſdẽ diſſenſio eſt:
ab ijſdem enim accidentibus, quæ circa corpus apparent, oritur ijs, qui rationales ſunt, cauſæ indi-
catio, ex qua curationem inueniunt: empiricis aũt memoria repetuntur ea, quæ ſæpe ſimili modo
obſeruata ſunt. Cum aũt nullum ex ijs, quæ apparent accidentia, rationales habent, ex quo cauſa G
pateat, tunc ſciſcitari cauſam procatarcticam, id eſt euidentẽ vocatam, non dubitant: quale eſt, ſi ca-
nis rabioſus momorderit, vipera've, aut eius generis aliud: nã vlcus ipſum nulla re ab alijs vlceri-
bus diuerſum per omne tps, aut certe per initia apparet. Si.n. à rabioſo cane eſt, alijs morſu alterius
illatis ſimile per omne tempus oſtẽditur: ſin autem id ab ictu viperæ eſt, primis quidẽ diebus ſe cę-
teris ſimile repræſentat: poſt aũt, vbi iam laborans ipſe grauiter habet, ei circa corpus affectus qui
dam ſuperueniũt pernicioſi: quippe caſus eius generis omnes, qui à peſtiferis vocatis animalibus
eueniunt, niſi per initia protinus recte curentur, eò deueniũt, vt ſumme pernicioſi ſint. Quæ igit̃
recta curatio eſt? an ſcilicet venenũ extrahere, quod vnà cũ ictu corpori percuſſo inhæſit? ideo q3
ad cicatricem perducere, claudere've, quæ huiuſmodi ſunt, non accelerãt, ſed contra agunt, ea'que
inſuper minutim admodum ſæpe concidunt: iam ijſdem quoq3, quæ calida, acria q3 ſunt, quibus q3
attrahi venenum, ſiccari q3 poſſit, medicamentis ob eandẽ cauſam vtuntur. Adhibentur quoq; hęc
eadẽ ab empiricis medicamenta, qui non duce natura rei ad ea inuenienda procedũt, ſed eadẽ, quæ
vſus oſtenderit, memoria repetunt: vt enim ipſis ex ætate, & anni tẽpore, loci q3 natura, cęteris q3,
quæ memorata ſunt, per experimentorum notitiam curationis habebatur cognitio, ſic ex cauſis
quoq3 quas euidentes vocant, ijſdem cognita curatio eſt. Quòd ſi vtraq; inueniendi via mutuum H
inter eos conſenſum habuiſſet, nil opus illis longiori oratione fuiſſet.

Quæ Empirici, & Rationales medici inuicem reprehendunt. CAP. 5.

QVoniã aũt experientiã accuſant ij, qui rõnalem artẽ profitentur, eã q3 alij conſtitui poſſe ne-
gant, alij mancã eſſe dicunt, alij artis expertẽ: contra autẽ empirici rationẽ quidẽ probabilẽ,
vt quæ tñ non vera ſit, accuſant, iccirco duplex vtriſq;, longa q3 admodũ decurrit oratio,
cũ alternas accuſationes, defenſiones q3 adhibent. Quæ enim aduerſus experientiã ab Aſclepiade
diſputata ſunt, qui fieri non poſſe monſtrauit, vt ad eundẽ modum poſſet quicq̃ ſępiſſime videri,
neq; poſſe vlla ex parte cõſtitui eã, neq3 aptam quidẽ ad minimũ quidpiam inueniẽdũ eſſe volunt:
Quæ aũt ab Eraſiſtrato dicta ſunt, q ſimplicia quidẽ atq3 in ſimplicibus per experientiã confeſſus
eſt inueniri remedia (quale eſt ſtupori dentiũ portulacã mederi) hoc idem vero cõpoſitis eſſe atq3
in compoſitis negauit, eandẽ inueniendi quidẽ facultate non ex omni parte carere, ad omnia tñ in-
uenienda non idoneã eſſe volunt. Tum vero, quæ explicata ſunt, hæc vero ab ijs, qui per experien
tiam quidẽ ea inueniri cõcedunt, hãc ipſam aũt, q; infinita, longa q3 ſit, &, vt eorũ verbo vtar, ame-
thodos, hoc eſt methodo careat, accuſant. Itaq3 rationem inducunt ipſam, nõ qualis conſtitui, aut
ſubſiſtere nequeat, ſed quale aliquid eſt, quod ſine arte ſit, experientiã eſſe volunt. His igitur, qui

adeo

A adeo verbis insultant, respondent empirici, conantur q3 experientiam eiusmodi esse monstrare, vt cõstitutionem recipiat, vt, quod satis sit, habeat, vt in se artem cõtineat: ijdem q3 rursus multis modis ipsam ratiocinationem, hoc est analogismũ, reprehẽdunt: vt rursus quoq3 necesse sit ijs, qui rationalem disciplinam profitẽtur, ad singula reprehensionis genera respondere. His enim, cum se naturam corporis, morborum q3 oĩum ortus, vires q3 remediorum nosse proponunt, tunc instant empirici, qui hæc omnia iccirco crimini dant, q9 eatenus quidem procedũt, vt probabilia, verisimilia q3 sint, nulla tñ eorum certa cognitio sit: interdum ijdem, cum earum rerum cognitionem concedant, eandem tñ conantur inutilem esse monstrare: interdum, cum illis hoc ipsum dent, eam superuacuam esse coarguunt. Hęc sunt, quibus inter se generatim empirici, rationales q3 certant. In quibus etiam oĩbus multa particulatim contendũt: quale est, quod in quæstionibus, quas de rebus inueniendis abditis tractant, alij corporum dissectionem, indicationem q3, ac dialecticam speculationem laudant: hæc siquidem ipsis instrumenta esse, quibus ea venentur, quæ in obscuro posita sunt. Empirici aũt neq3 inueniri quicquã membrorum dissectione concedunt, neq3, si fieret, id arti necessarium esse: ac ne omnino quidẽ indicationem esse, neq3 aliud ex alio posse cognosci, quia omnia postulẽt ex semetipsis agnitionem: neq3 id, quod suapte natura abditum sit, vllo signo in-
B dicari, ac nec vlli quidem arti opus dialectica esse. Dein aliquid contra dialecticas suppositiones dicunt, contra q3 definitiones, ac ne esse quidem demonstrationẽ pronunciant rei vllius, quæ incerta natura sit: item q3 de vitiosis demonstrandi modis, quibus vti solent ij, qui rationalem medicinam sequunt̃, de q3 omni ratiocinatione loquunt̃: eam q3, quod profitetur, inuenire nõ posse, eadem q3 nec artem iam vllã constitui, neq3 hominum vitam proficere: quem aũt epilogismũ grẽce vocant, quem ijdem euidẽtem rationem esse dicunt, vtilem ad ea inuenienda esse, quæ opportuna latentia sunt (sic enim isti nominant, quæ sensibilia quidẽ, non tñ adhuc euidentia sunt (eundem q3 ad eos arguendos vtilem, qui contra euidentiã audent dicere: vtilem quoq9 ad ostendendum id, quod inter euidentia præteritur: vtilem q3 ad occurrendũ sophismatis, quiq3 nunq9 ab euidentia absit, sed cum ea semper versetur: quod tñ analogismo id est ratiocinationi esse negant, sed eam ab euidentibus rebus initium trahere, desinere in ea, quæ perpetuo abdita sint: ideo q3 varios eius esse modos, cum ab euidentibus ijsdem rebus alius ad aliud, quod abditum sit, accedat, inde´que discordiam, quæ diiudicari nequeat, esse paratam, quam indicium esse incõprehẽlibilitatis dicunt: nam ijdem isti, quæ vera, firma´que cognitio est, comprehensionem vocant: incomprehensibilitatem vero, quod ei contrarium est: item q3 incomprehensibilitas ab ijsdem causa dicitur dissensionis, quæ iu-
C dicari non possit, rursus aũt dissensio incomprehensibilitatis indicium: quæ autem de rebus obscuris contentio est, eam posse iudicari negant, posse autẽ eam, quæ de perspicuis est: in his enim, cum singula, qualia sint, appareant, si vera loquimur, sic esse testificantur: si mentimur, coarguunt. Hęc, similia´que innumera sunt, quibus empirici, rationales´que medici certant, à quibus eadem tamen in ijsdem affectibus adhibetur curatio, ijs quidem, qui in hæresi sint sua legitima exercitati

De Methodicorum secta. CAP. 6.

QVi autem methodici vocantur, sic enim ipsi se nominarunt, quasi rationales ij, de quibus ante retuli, non se methodo dicant artem tractare, ij mihi nõ verbis tenus videntur ab antiquis sectis dissidere, sed ipsa etiam artis opera multa inuertere: cum neq3 locum affectum vtile quippiam ad curationem indicandam dicant habere, neque causam ipsam, neq3 ætatem, nec tempus anni, neq3 regionem, deniq3 nec virtutem ægroti considerandam, aut eiusdem naturã, habitum´ue: ijdem vitę studia, assuetudines´q3 reijciunt, cum se dicant eius, quod cõferat, indicatione contentos, quę ab affectibus solis trahatur: ac ne ab his quidem per species, sed communiter, & generatim: ponant q3, ac nominent morborum communia ipsa hæc, quę vbiq3 in singulis affectibus sunt. Iidem q3 conantur, alij morborum omnium, qui victu curantur, alij omnium absolute cõmu-
D nia in morbis ostendere duo, item q3 tertiũ aliud mistum: illis q3 imposuere nomina adstrictionem profluuium q3: sic morbum oẽm aut adstrictum dicũt, aut fluentem, aut ex vtroq3 mistum: si enim naturales suppressæ sint corporum excretiones, adstrictum vocant: sin magis ferantur, fluentem: sin autem & suppressæ illæ sint, & ferantur, ea de re mistionem oriri: quale est, si oculum inflammatio simul fluor q3 occupet: nam ab inflammatione, quę adstricta affectio est, cum nõ sola nunc, sed cum fluore in vno eodem q3 loco orta sit, totũ ipsum affectũ mistum effici. At vero indicationem eius, quod conferat, laxitatẽ in adstrictis esse: in fluentibus vero compressionẽ: nam, si genu, verbi gratia, inflãmatione laboret, relaxare aiunt oportere: si fluat aluus cohibere, atq3 comprimere: in mistis autem cõtra id instare, quod maxime vrgeat: etenim, quod magis turbet, periculumq3 inferat, hoc idẽ est, quod illi magis occurrere vehemẽtiori malo oportere, q9 alteri, dicunt. Cur igit̃ non ipsi se rationales vocarunt, cum prę̃sidia per indicationẽ comparent? qm̃ inquiunt, rationales obscura scrutantur, nos autem in rebus versamur euidẽtibus. Totam´q3 deniq3 sectam suam ita definiunt, vt eorum cognitio sit, quæ communia euidentia sunt: quæ ne cæteris omnibus artibus videatur communis definitio (nam illas quoq9 eorum, quę communia euidentia sunt, notitias esse putant) addunt, vt ea sint, quæ finem medicinæ sequantur: Eorum´q3 aliqui, non quæ sequantur, sed quæ eiusdem fini consentanea sint, adiunxerunt: pars aũt maxima, hęc ambo componens, me-

thodum, inquit, notitiam eorum esse quæ cõia euidentia sunt, ea q̃ medicinę fini consentanea, con E
sequentia q̃: quidam aũt, vt Thessalus est, sic, vt eadem proxima ac necessaria sint ad sanitatem. Ita neq̃ rationales se nominari, non enim se rebus obscuris egere, vt illi, neq; empiricos volunt, & si maxime in euidẽtia versantur, ab illis enim per indicationem esse remotos: ac ne modum quidem ipsum, quo in euidentibus rebus versantur, cõem esse sibi cum empiricis dicunt: illos enim recedere à rebus obscuris, quia cognosci non possint, ipsos autẽ quanquam hoc idem, sed tñ facere, quia inutiles sint: item q̃ è rebus euidẽtibus empiricos obseruationem, ipsos indicationem habere. His rebus igitur ab vtriscp dicunt se differre: maxime q̃ cp anni tempora, ætates q̃, ac regiones, quæ q̃ omnia similia sunt, abscindunt, quæ manifeste quidem inutilia sunt, vt illi putant, sed gloriæ gratia apud priores medicos celebrata: eam q̃ maximam esse dicunt methodicę sectæ virtutẽ, glorian
cõm. 1. Aph. 1. Ex. or. fo. 2. b turq̃ ea de re, se q̃ admirabiles putãt: atq; eum, ‖ qui vitam breuem dixit, artẽ lõgam, reprehẽdunt: rem. n. ipsam contra ex omni parte se habere, vt breuis illa sit, vita longa: demptis enim oĩbus ijs, quibus ars iuuari falso putatur, nobis q̃ ea, quæ morborum cõia sunt, sola intuentibus, neq; longã medicinam esse, neq; difficilem, sed facillimam, atq; apertam, quæ q̃ sex mẽsibus disci omnis, celerrime q̃ possit: ita enim in morbis ijs, qui victu curãtur, rem oẽm in angustum valde esse deductã, eadem q̃ ratione in ijs, qui manu, qui q̃ medicamentis curantur: in quibus ẽt generatim cõia quæ F
dam inuenire conantur, scopos q̃ remediorum paucos subijciunt. Quare, vt mihi videtur, nõ vulgato illo semestri spatio discere, sed longe celerius totam eorum artem liceret: his itaq;, ni mẽtiuntur, gratiæ doctrinæ breuioris agendæ sunt: iin autem mentiuntur, negligentia sunt accusandi.

Quibus rationibus Methodici suam sectam defendant. CAP. 7.

QVo autem potissimum modo hi mihi videantur iure iudicandi, cæcutiant' ne in re vtili, an, quod superuacuum est, recte ipsi soli effugiant, nunc dicam: non enim exigua mihi videtur huius rei consideratio, neq; huiusmodi, vt verbotenus tantummodo inter se procedat, vt quæ de empiricis rationalibus q̃ est, qui, quicqd de inueniendis auxilijs primum contẽdunt, deinde de vsu eorundem consentiunt: sed aut magnopere lædantur à methodica secta artis opera, aut eadem magnopere iuuentur, necesse est. Cum aũt in rebus duo sint genera iudicij, alterum, quod à sola ratione procedit, alterum à rebus ijs, quæ euidenter apparent, quod à sola ratione procedit, maius est, q̃p pro modo eorum, qui introducuntur: ideo q̃ nunc importunum: quod autem ab euidentia sola deducitur, id cõmune omnibus est. Quid igitur prohibet hoc esse, quo primo vtamur, cum sit & ijs, qui introducũtur apertũ, & apud ipsos methodicos honoratum? à quibus nil aliud, q̃ euidentia, celebratur assidue, ea' que rebus omnibus anteponitur, quæ autem abdita sunt, omnia, G
inutilia esse dicuntur. Age igitur primum de causis, quæ dicuntur euidentes, cõsideremus, sic euidentia posita, vt iudicij regula sit: primus q̃ accedat ipse methodicus, fere q̃ in hunc modũ dicat: Cur de frigoribus, ęstu q̃, cur de ebrietatibus, de cruditatibus, de satietate, fame q̃, cur de lassitudine, de q̃ actiõnibus, cibi generibus, mutatisq̃ assuetudinibus o' rationales, empiriciq̃ curiosi estis? an omissis ijs affectibus, qui in corpore sunt, hæc illa sint, quibus vos mederi debetis? quorum nes Aldus legit ἐνεργείας, id ẽ actionib⁹, anti qui cod. habẽt ἀργείας, id est ocio. & ita vetus interpres. vllum quidem est, quod adhuc adsit, sed ipsa quidem recedunt? quod autem ab ijsdem genitum est, in corpore manet, ei q̃ mederi oportet: id enim affectio est: hoc ipsum igit' considerandum est, quale' nam sit: si enim adstrictũ est, relaxandum: si fluens, continendũ quęcunq; ea causa sit, à qua genitum alterutrum est: quid igitur est, ad quod causa conferat, cum neq; fluens, vnq̃ laxari possit, neq; adstrictum contineri? an sit omnino nihil, vt profecto res ipsa ostendit? Simili q̃ ratione ijdẽ methodici de obuscuris causis, & morbos continẽtibus loquuntur: nã eas quoq; superuacuas esse dicunt, cũ ab affectu propria indicetur curatio, eius etiam causæ, à qua is ortus sit, cognitione remota. Eundem sermonis modum habentes ad tempora anni, ad ętates, loca q̃ transeunt: in quibus etiam admirãtur, cur ab antiquis medicis res tam euidẽs intellecta non sit: non enim inflãmatio, quæ adstricta affectio est, vt aiunt, æstate quidem laxãtia præsidia, hyeme autẽ ab his diuersa postulat, sed eadem in vtroq; tempore: neq; in puerili ætate, quæ laxant, in senili vero, quæ continẽt: neque in Ægypto laxantibus, Athenis aũt cohibentibus eget: item q̃, si inflammationi contraria, fluens q̃ affectio sit, nunquam laxantibus, sed semper continentibus opus est, siue sit hyems, siue æstas, siue ver, siue autũnus, nec non si puer ægrotat, si cui consistens est ætas, si senex, aut si quempiam in Thracia accidat, aut in Scythia, aut in Æthiopia ægrotare: nullã igitur alicuius ex his vtilitatem esse dicunt, sed omnia vana curiositate tractari. Quid partium corporis consideratio? an nõ inanes hæ sunt ad indicandam curationem? an quispiam sit, qui dicere audeat inflammationem in parte neruosa, relaxandam esse? eandem vero in arteriosa, venosa' ue, aut carnosa comprimendam? aut omnino, siquid adstrictum in aliqua parte corporis eueniat, sit, qui audeat dicere, non id esse laxandum, aut, quod fluens sit, non continendum? Igitur, si partis natura nihil rationem curationis euariat, sed pro genere affectus remedij inuentio est, manifeste inutilis est adhibita partis consideratio: talis igitur in vniuersum methodicus est.

Empiricorum rationes aduersus Methodicos. CAP. 8.

POst quem secundo loco prodeat empiricus, ea q̃ ferè proponat: Nihil est, quod ego vltra euidentiam intuear, neq; sapientius quicquã profitear, q̃ ea, quæ mihi sæpe conspecta sunt: tu si

euidentiam

A euidentiam vituperas,vt ex ſophiſta quodam ſuperioribus diebus audiuiſſe mihi videor,oportunum mihi eſt ad eos me diuertere,à quibus honos euidentiæ habetur: tu autem viceris iam victoriam cadmiam: ſi autem,vt inter initia ex te audiui,id omne, quod abditũ ſit,inutile dicis, te ſequi vero,quod euidens ſit,confiteris,fortaſſe erit,vt tibi,quod prætermittitur,oſtendã, ſi, quod euidẽs eſt,id ego cõmemorem. Duo fuere,qui à cane rabioſo morſi, ad eos medicos, quibuſcum conſuetudo intercederet, cõfugere,medicinam petentes: erat q̃ vlcus vtriq; exiguum,vt ne tota quidem eſſet diſciſſa cutis. E medicis aũt vnus vlceri tantũmodo curationem adhibuit, nulla alia ſolicitus de re,paucis q̃ diebus ſanam partẽ oſtendit. Alter vero,qui canem rabioſum eſſe nouiſſet,tm̃ non feſtinauit,vt vlcus ad cicatricẽ perduceret,vt contra etiam id magis amplum, magis q̃ ſemper efficeret,validis vtens,acribus q̃ ad multum tp̃s medicamentis: item q̃ ægrotum interea cogeret medicamenta bibere,quæ vt ille dicebat,rabiei remedia eſſent: acita quidẽ res ceſſit vtriq;,vt,qui medicamenta bibiſſet,is ſeruaretur,in ſanitatẽ reſtitutus: alter,qui nil ſibi mali ineſſe putaret, repente & aquã formidauit,& conuulſus interijt. An hic tibi fruſtra euidẽs cauſa quæri videtur? an alia de cauſa mortuus homo eſt,q̃ medici negligentia,qui neq; de cauſa quidpiam ſciſcitaretur, neq; curationem poſt hanc obſeruatã aſſumeret? mihi quidẽ nullam, præter hanc ob rem interijſſe videtur:

B qui,qm̃ euidentiã ſequor, nullam huiuſmodi cauſam poſſum prætermittere: ita nec ætatẽ poſſum præterire,ſpernere ue: etenim huic quoq; credere ab euidentia cogor: cum ijdem ex omni parte affectus non omnino tm̃ eandem curationem habeãt,ſed adeo q̃q; diuerſam in diuerſis ætatibus,vt non ſola medicinæ menſura modo ue,ſed ẽt genere toto euarient: nam pleriſq; pleureticis in conſiſtenti ætate conſtitutis,valentibus q̃ vidi ego ſæpe à vobis ẽt ipſis ſanguinem mitti: ſed neq; vos aut in vltima ſenectute cuiq̃, aut puero natu admodum paruo, neq; quiſpiam alter vnq̃ mittere

« eſt auſus. Quid Hippocrates,cũ ſcribit,‖ Sub cane,& ante canẽ purgationes eſſe difficiles? qd rur 4. Aph. 5. Ext. ord. 28. a

« ſus cum inquit,‖ Æſtate ventrẽ ſuperiorem purgare,hyeme inferiorẽ? vtrum vera dicere,an mẽtiri vobis videt? difficilem vobis in vtroq; reſponſionem eſſe arbitror: ſi.n. mẽtiri dicatis,ipſam euidentiã ſpernitis,quã à vobis plurimi fieri ſimulabatis: ita enim verũ eſſe euidẽs eſt,vt ab Hippocrate ſcribitur: ſin eundẽ vera dicere reſpõdetis,fit,vt anni tẽpora admittatis,quę à vobis inutilia pronunciata ſunt. Quin etiam exiſtimo vos neq; peregre vſquam procul à patria veſtra fuiſſe,neq; locorum differentias experimẽtis percepiſſe: omnino enim neſcij nõ eſſetis ſeptẽtrionis incolas ſanguinis effuſiones nõ pati eas, quæ aſſatim fiunt: ſic nec eos,qui Ægyptum,aut omnino meridiem incolunt: qui autẽ inter hos medij ſunt, ab ijs ſæpe euidens ex ſanguine miſſo commodum accipi. Ibidẽ. Apho. 4. fol. 27. h

C Illud vero,q; partes non ſpectent corporis,eſt, in quo vos ego valde demiror, & quod mihi turpe grauiter videatur,quod non veritati ſolum,ſed ijs ẽt,quæ veſtrę operæ ſunt,contrarium eſt. O per Deos immortales,quacunq; in parte orta ſit inflammatio,eandem curationem poſtulat, ſiue id in crure accidat,ſiue in aure,ſiue in ore,ſiue in oculo? Cur igitur ego ſæpe à vobis crurum inflammationes & ſcalpello conciſas,& oleo irrigatas inſpexi, oculos aũt nec vnq̃ quidem? cur his ipſis oculis,cũ inflammati ſunt,medelam per adſtringentia medicamenta adhibetis,crura aũt non ẽt ijſdem inungitis? cur non aures quoq;,cũ inflammatę ſunt,ijſdẽ,quibus oculos,remedijs medemini? cur non oculos ijſdẽ,quibus aures, ſed inflãmatis aliud auribus,aliud oculis medicamentũ eſt? etenim cum roſaceo acetum,bonum eſt inflãmatis auribus medicamentum: ſed neminẽ exiſtimo tam audacem eſſe,vt idem inflãmatis oculis infundat: quod ſiquis tm̃ audeat,hũc futurum ſatis intelligo, vt audaciã non exiguo cũ detrimento experiatur: iam,cum inflammatio vuam occupat, ei ſpinæ Ægyptiæ fructus vtile medicamentũ eſt, vtile quoq; ſciſſile alumen: vtrum aũt eadem hæc inflammatis oculis, auribus q̃ conueniant, an contra oĩno ſe res habet, vt ad ſummũę ldant? Quæ oĩa dico,eo vobis conceſſo,quod primũ poſitũ eſt,inflãmationem,ſi in cruribus ſit,& in manibus, laxari oportere,non autem, quæ in oculis, aut in vua, aut in auribus eſt: q̃ ſi eam quoq;, quæ in crure aut

D manibus infeſtat non cuiuſcunq; modi ſit,laxandã eſſe cõmemorem,fortaſſe cognoſcetis,ſi reſipiſcitis,in quãto errore verſamini: erit q̃,quod ego nunc etiã dicam,commemoratio eius, quod euidentia patet: quibus enim in aliqua parte corporis inflãmatio non ex ictu, ſed ſpõte ſuborta ſit ex affectu plethorico à Græcis vocato,nulli laxitate partis ante egent,q̃ de toto corpore detracta materia ſit: id enim ſi feceris,non modo nihil imminues,ſed etiam augebis,quæ orta inflammatio eſt: quapropter per id temporis adſtringentia,refrigerantia q̃ parti admouemus: mox autem ex toto corpore detractione iam facta,tum pars,quæ inflammatione laborat,laxãtia patitur. Quod ſi,dum hæc ipſa propono,non vobis perſuadeo tamen (id quod etiam inter initia ſermonis dixi) tempus eſt ad eos me diuertere, à quibus habetur euidentiæ honor.

Quo pacto rationales medici Methodicorum artem redarguant. CAP. 9.

HIs ab empirico propoſitis,prodeat rationalis,ea q̃ ferè expromat. Fortaſſe tibi,ſi ſapis,ſatis hæc erant,quo minus ætatem,tp̃s anni,regionem,item q̃ cauſam euidentẽ,aut aliquam corporis partẽ inutilem putares: at vero,ſi tibi non adhuc perſuaſum ab empirico eſt, à quo cõmemoratæ res euidentes ſunt, ſed inſuper rõne aliqua eſt opus,eam adijcere videor mihi debere: tuam q̃ ſectam in caduco poſitam eſſe oſtendam: audio enim vos,cũ dicitis cognitionem eorum,quæ cõia in morbis euidentia ſunt: paſſim q̃ interrogãs,qua maxime re cõmunia hęc contineantur,& quo

dignoſcãtur modo, id ne adhuc quidẽ cognoſcere mihi videor poſſe: ea'q; cauſa eſt, qm̃ inter vos E
nominibus tenus conuenit, de rebus diſſidetis, cum è vobis alij per ea, quæ natura excernuntur,
quod adſtrictum, quod fluens eſt, metiãtur: qui ſi ea ſuppreſſa ſint, adſtrictionẽ vitium nominant:
ſi ſine modo excernantur, profluuium alij in ijs affectibus, qui in corporibus reliqui ſunt, vitia po-
ſita dicunt, grauiter'q; eos accuſant, qui, quod educitur, reſpiciunt. Ego autẽ, quo in errore verſari
vtriq; mihi videantur, fortaſſe iam exponam. Primum'q; in eos à me verba fiant, qui per ea, quæ
ſm naturam excernantur, morbos iudicant: miror enim, cur iſti nec ſudoris vnquam, neq; vrinæ,
neq; vomitus, neq; deiectionum plus, q̃ pro modo naturæ, viderunt bene in morbis educi: item'q;
id, quod omnium maxime abſurdũ eſt, cur ne ſanguinis quidem è naribus curſum, in quo criſis eſ
ſet, vnq; inſpexere: at huius vero non menſura ſolum, ſed totum etiam genus præter naturam eſt:
ſudoris autem, vrinæ, & eius, quod per aluum, aut per vomitum ruit, genus quidem non præter na
turam, multitudo tamen non nunq; tam immodica eſt, vt ego quoſdam viderim, quibus tm̃ ſudo-
ris effluxerit, vt plumas ẽt madefacerent: alios, quibus deiecta aluus triginta heminas ſuperaret:
ſed tñ inter hęc nihil mihi viſum eſt eſſe ſedãdum, qm̃ educebantur ea, quæ moleſta erant: quanq;,
ſi quis ijs, quæ excernuntur ſm naturam, regula vſus in omni genere eſſet, huic inhibenda huiuſ-
modi accidentia erant. Quapropter probabilia magis quodam modo ſentire videnť ij, qui eos affe F
ctus, qui in corpore ſunt, morborum cõia ſtatuunt. At in his vero eſt, in quo admirer, cur illa ipſa
auſi ſint euidentia dicere: ſi enim, non quod fluit è ventre, ſed, quæ in corpore affectio eſt, ex qua
ducitur id ipſum, quod fluit, profluuium eſt, eam'q; nulli è ſenſibus patere licet, quo modo erit, vt
illa morborum cõia etiam poſſint euidentia dici, cum in laxiori inteſtino affectio eſſe, in tenuibus
poſſit, in ieiuno, ventriculo'q;, atq; meſaræo, & pluribus alijs partium interiorũ, quarum vlla neq;
ipſa poteſt percipi ſenſu, neq; eius affectus: quo modo igitur illa morborum cõia poſſunt etiã eui
dentia dici, niſi, quod per ſigna dignoſcitur, id euidens quiſpiam velit vocare? Quod ſi ita eſt, non
video, quid iam ab antiquis medicis differãt: ſed quo modo breui ſemeſtri q; tpis ſpatio artem edo
cere profitẽtur? cum non exigua, opinor, opus ſit methodo ad aliquid, quod ſenſum effugiat, per-
cipiendum, ſed, qui recte hoc ipſum præſtet, huic opus ſit & corporum diſſectione, ex qua partes
interiores, quo modo ſingulæ natura ſe habeãt, ediſcat, & phyſica ſpeculatione non exigua, vt ope
rationem cuiuſq; vtilitatem q; conſideret: prius, q̃ enim hæc inuenta ſint, non poteſt vllius in imo
corpore partis affectus dignoſci. Quid illud monuiſſe oportet, huc ẽt magnam à dialectica opem
afferri, vt, ex quibus quid concludaẽ, aperte percipias, neq; ſophiſma vel ex te vel ex altero offen-
das? nã ipſi à nobis interdum ſophiſmate imprudẽtes capimur. At vero libẽter ex iſtis requirerẽ, G
quid profluuiũ ſit, ſi modo diſputare didicerunt: nõ enim id tm̃ modo ſatis eſſe arbitror, quod eo-
rum aliqui dicunt, quendã præter naturã affectũ profluuium eſſe: niſi enim, qui ſit hic affectus, di
dicerimus, nihil erit, quod plus à nobis noſcaẽ, laxitas'ne quędã, an mollities, an raritas ſit: nihil.n.
ab illis audire eſt, quod dilucide dictum ſit, ſed quicquid occurrit, modo hoc, mõ illud, ſæpe vero vt
oĩa ſimul, tanq; inter ſe nihil differentia: ſiquis aũt eos tentet, qd inter illa interſit, docere, et q; ſingu
la propriã ſpeculationẽ poſtulant, eum audire ne ſuſtinent quidẽ: ſed ẽt antiquos reprehendunt,
q; hæc ſimilia q; fruſtra diſtinxerint: adeo illis veri quęſtio intolerabilis eſt. Ac ne illud qũidem la-
xo, quod intentũ eſt, eſſe contrariũ, molli, quod durum, raro, quod denſum, audire patiunť, item q;
præter hæc oĩa aliud eſſe naturalia excremẽta ſupprimi, & fluere, atq; oĩa hæc ab Hippocrate ‖ eſſe
diſtincta. Idem'q; & de his temere rebus pronunciant, inflãmationem q;, (ſic durum, renitentẽ, af
ficientẽ dolore, calidum tumorẽ nominãt,) facile admodũ inconſiderato'q; adſtrictum malum eſſe
proponunt: alias vero rurſus inflammationes miſtas appellãt, quales, quæ in oculis accidunt, vbi
cum fluxione ſunt, quę'q; in tonſillis, in vua, in palato, in gingiuis: deinde foramina ponunt alia ra
ra eſſe facta, alia clauſa, eam'q; ob rem vtroq; vitio affici. Sunt aũt, qui dicere non dubitent in vno
eodem'q; foramine profluuium ſimul & adſtrictionem conſiſtere: quod ne animo quidẽ compre H
hẽdi facile eſt: adeo in oẽm temeritatem feruntur. Quidam autem eorum, ijdem'q; pauci, qui pati
poſſunt, vt aliquanto plus de his rebus oĩbus audiant cõſiderent q;, vt ipſos pœniteat, vix tandem
adducti ad veritatẽ ſe vertunt. His igitur cæteris'q;, qui paulo diligenter diſcere de primis aliquid
cõmunibus q; morbis volunt, liber eſt ſeparatim conſcriptus. Nunc aũt, vt ijs, qui introducunť, res
vtilis ſit, aduerſus eoſdem methodicos æquum eſt pauca dicere, quæ tñ optarim aliquid illis quoq;
prodeſſe: quod fieret, ſi contentione remota id ipſum, quod dicit, ſecũ ipſi exquirerẽt. Id aũt, quod
dicitur, eſt, vt, quæ ab illis ẽt ipſis vocata inflammatio eſt, præter naturã ſit tumor dolore afficiens,
prementibus digitis renitẽs, durus, calidus'q;: eadẽ q; nihilo magis aut raram, aut duram, aut den-
ſam, † q; antea eſſet, propria ratione partem efficiat, ſed fluente materia, & ea quidem ſuperuacua
impleat, ideo q; intenta pars eadem ſit: non tñ, ſiquid intentum eſt, id omnino denſius, q; ante, aut
durius eſt: illud'q; in corijs diſcas loris'q; & nexu aptatis rebus, licet, ſi vndiq; ea diſtendere tentes:
ita partiũ, quę per inflammationẽ repletæ ſunt, medela eſt materiæ detractio: hæc enim repletioni
contraria eſt: cum aũt partes ipſæ exhauriuntur, protinus conſequitur, vt eædem remiſſiores effi-
cianť: itaq;, quæ repleta ſunt, eadẽ vt intenta ſint, neceſſario ſequiť: veluti, quę exhauſta ſunt, vt re-
miſſa ſint: quorũ neutrum tñ vel denſitas vel raritas neceſſario ſequitur, ac ne profluuium quidẽ

ſuppreſſio ue

6. de Mor. vulg. cõ. 2. te. 4. cl. 3ª. 160. h. Et te. 9. 161. d. Et de veter. med. ſinẽ verſus.

† Ant. interpres addit, aut mol lem.

A ſuppreſſio'ue: neq; enim, ſiquid rarũ eſt, ex hoc aliquid fluat oĩno, neceſſe eſt: quid enim, ſi craſſum exiguum q̃ ſit id, quod intus eſt? neq;, ſi ſpiſſum, in eo ſupprimi neceſſe eſt: nã, quod multum & tenue eſt, id etiam per denſa foramina effluit. Satius igitur fuerit illos antiquorum volumina legere, diſcere q̃, quot modis, quicquid prius in parte contentum eſt, idem rurſus excernat: ſi rarefiat, quod continet: ſi, quod contẽtum eſt, attenuetur: idem q̃ ſi incrementum aſſumat, ſi vehemẽtius moueatur, ſi à re aut exteriore trahat, aut interiore pellatur, † ac, veluti ab exterioribus quibuſdam, abſorbeatur. Quibus oĩbus prętermiſſis, ſi quiſpiam raritatem foraminum vnicam educendę materię cauſam exiſtimat, is videbitur ne euidentia quidem cognoſcere: ſiquidem lanã ſpongiam'ue, aut in quibus ſimilis raritas eſt, ſi, quod intus habeant, exiguum ſit, id non deponere, ſed continere manifeſte videmus: ſi multum, effundere. Cur igitur illi non in oculis naribus q̃ & ore, & quæ ſimili raritate ſunt, hoc idem animaduerterũt, licere aliq̃, non q̃ rara foramina ſint, ſed q̃ humor multus in his partibus ſit, iccirco aliquid effluere? Ac fictilia quoq; ſæpe videmus, quæ tam raro corpore ſint, vt etiam aquam transfundant, quæ tñ eadem, ſi mel infuderis, nihil tranſmittant: nã craſſior mellis ſubſtantia eſt, q̃ pro ratione foraminum, quæ in fictili ſunt. Ita nec illud alienũ erat intelligi, ſæpe aliquid ob tenuitatem effluere, quanq̃ corpus ipſum, quod cõtinet, non ſit à natura
B perforatum: item q̃ nec illud plerũq; naturam, à qua gubernatur animal, quicquid ſuperuacuum erat, id per corpus ipſum continens euacuaſſe, tanq̃ exprimentẽ expellentem q̃. Quid igitur difficile erat intelligere eum, qui diligentius in artis operibus verſatus eſſet? plerunq; enim ſic morborum criſes eueniunt: reliquas educendæ materiæ cauſas prætereo: item q̃ eas, quæ eiuſdem continendæ totidem ſunt, illis'que contrariæ: ſiquidem audire talia non ad aures eorum ſpectat. Quod autem mihi fortaſſe aſſequi poſſe videntur, ad id rurſus reuertor, oculum humore fluere interdum poſſe, non q̃ vlla ſit in parte ipſa à modo naturæ facta mutatio, ſed q̃ fluẽs materia vel multa ſit vel tenuis, vel à natura per hanc partem expulſa, ſcilicet'que oportere fluentem materiam, ſi tenuis eſt, craſſam reddere, ſi multa, educere: conatum vero naturæ, ſi opportunus ſit, admittere, nihil'que in ipſum oculi corpus agere, quippe quod nullam fluxionis cauſam continet. Id autem opinari inflammationum aliam adſtrictum eſſe vitium, aliam miſtum, non video, quo modo non deſipientiæ ſit: primum enim quod ab ipſis dictum eſt, eius obliti ſunt, non vel fluentem morbum effluxu iudicari debere, vel adſtrictum ſuppreſſione, ſed ipſos oportere corporum affectus ſpectare. Cum igitur ex parte omni hi ſimiles ſunt, nulla q̃ in re, quæ nunc inflammatio eſt ab ea, quæ antea fuit, differre videtur, niſi q̃ aliquid ab altera defluit, nihil ab altera, quo modo non vehementer abſur-
C dum eſt hanc miſtam, illam adſtrictam putare? deinde vero quo modo nec illud, quod facillimum erat, ipſis in conſiderationem venit, neq; in manu, neq; in cubito, neq; in brachio, neq; in crure, neque in femore, neq; in vlla corporis parte alia viſum vnquam fuiſſe huiuſmodi genus inflammationis, vt aliquid foras efflueret, ſed ijs tantum modo id euenire, quæ os oculos'ue aut nares occupant? An illis morborum communibus omnibus, quæ miſta ſunt, Iuppiter interdixit, ne vllum vnquam eorum vllam aliam corporis partem attingeret, ſed in oculos tantummodo, nares'q̃, & os ſæuiret? Nam inflammatio poteſt partes corporis occupare oẽs, quæ natura ſunt aptæ, vt cauſas illius gignendæ ſuſcipiant: q̃ vero aliæ ſunt rarę natura, aliæ denſæ, eo fit, vt ab illis quicquam effluat lapſæ materiæ, in his autem contineatur. Si enim vtrem alta'ue, quibus ita corpus continẽs ſit, humida re impleas, nihil effunditur: idem ſi in ſpongiam agas, quæq; ita raro corpore ſunt, protinus id omne, quod ſuperuacuum eſt, effunditur. Quid igitur difficultatis erat eos animaduertentes, quãm maior omni reliquæ cuti denſitas ſit, quãm quæ oculis naribus'q; atq; ori ineſt, partium naturę cauſam aſcribere, miſtione longis'q̃ nugis dimiſſis? hoc enim ita eſſe declarant inflammationes eæ, quibus in partibus alijs admiſta exulceratio eſt: ſiquidem ab his id effluit, quod tenue
D eſt, perinde, ac ſi in oculis naribus'q; atq; ore eſſent: dum autem illæſa cutis denſa'q̃ ex omni parte eſt, cur nihil effunditur, hoc ipſum cauſa eſt non inflammationis genus. Rurſus, vt ſiue melle, pice'ue liquida nec id quidem ſine modo, ſpongiam lanam'q̃ madefacias, nihil effunditur, propter humoris craſſitudinem: ſiue idem ex aqua agas, aut quibus ſimilis tenuitas eſt, ſed exiguo adhibito modo: ſic arbitror, non ſemper ab oculis aliquid effluit, id'q̃ aut ob craſſitudinem humoris, aut quia non is ſuperuacuus eſt: vt in ijs, qui ſe habent in ſtatu naturæ. Itaq; licet idem inflammationis genus nulla alia differens re, q̃ craſſitudine influentis materiæ, lippitudinem ſine fluore facere, quam ſapientiſſimi methodici adſtrictam nominant: eam'q; differre putant à miſta, verborũ ſuorum obliti, in quæ maxima neceſſitate adſtricti præcipitant, qui morborum effectus in corporibus conſiſtere, non in humidis volunt. Quo modo igitur, cum eadem in corporibus affectio eſt, nulla re diſſimilis, ſolam autem humidorum naturam, quæ tenuia rara'ue ſint, ſequatur, modo effluere aliquid, modo contineri, diſſimilia morborum communia eſſe putatis? Ita fit, vt iſta veſtra miſtio ne animo quidem concipi poſſit: cætera autem, quæ non ſolum in ijs, qui victu, ſed etiam qui manu, qui'q; medicamentis morbi curantur, particulatim peccatis, aliàs fortaſſe diſcetis, niſi per hæc vobis adhuc perſuaſum eſt: nunc vero, cum ſatis hæc ſint ijs, qui introducuntur, præſentibus finẽ imponam.

† ἢ οἷον ἀναῤῥοιβδουμένου πρός τινος τῶν ἐντός, i. ac veluti eructentur ab aliquo interiori.



GALENI DE OPTIMA SECTA LIBER AD THRASYBVLVM

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

Quale esse debet præceptum cuiuslibet artis: CAP. 1.

SIngula medica præcepta, atq; vniuersim omnia præcepta in primis vera esse debent, secundo vtilia, tertio iactis principijs cõsentientia: ex his enim tribus legitimum præceptum dijudices: nã si vnum ex dictis præcepto desit, statim neq; præceptum id dici merebitur. Cum artes nanq; ex præceptis, & his non quibuslibet constent, sed primum multitudinem quandam comprehensionum esse oporteat, deinde & ad aliquod conducibile pertinere, propterea omne præceptum verum esse & vtile & consecutionem quandã non solum ad præmissa principia, sed etiã ad reliqua præcepta habere necesse est. Quatenus enim sub comprehensionem quodlibet præceptum cadit, ea ratione verum esse opus est, falsi nanq; comprehensio nulla est: quatenus autem ad finem aliquem vitæ commodum pertinet, eò quodq; præceptum vtile esse ac necessarium affirmandum est: comprehensionum autem collectionem ad præceptorũ inter se, & cum subiecto principio consensum quærere opus est. At, qm̃, quemadmodum sub vno principe subditorum multitudo mente concipitur, sic & præceptum ad ante iactum principium refertur, ob id omne præceptum, verum, vtile, consentiens q; esse necessario dicendum. Quare, si tribus ijs omne artificiosum præceptum censetur, liquidum est & medica præcepta ijsdem esse diiudicanda. Igitur, quandoquidem, verum quale nam sit, & quo modo æstimetur, non semper in conspicuo est, neq; vtile, neq; consequens facile deprehendi possunt, notas horum aliquas iudicandi que instrumenta in primis tradere necesse fuerit.

Quo modo Verum æstimetur, & diuersa esse iudicia. CAP. 2.

VErum sanè ex orationis cum rebus concordia æstimabitur. Sed, qm̃ rerum aliquæ euidentes sunt, aliquę latentes: & euidentium aliquę per se innotescunt, vt albus ater q; color: alię non per se, sed ab alijs claritatem adipiscuntur, vt quę signis deprehenduntur: rursum rerum sensui abditarum aliquę intellectui perspicuę & sunt, & dicuntur, vt bis duo quatuor constituunt: aliæ per ostensionem cognoscuntur, vt id, quo bene vti licet, eodẽ, & abuti, & quæ sequuntur, oportet sem per sermonem ac præceptum ad speciem propositæ rei, de qua & sermo est, aut ad quã pertinet præceptum, referre, ac, si de re aliqua euidenti sit, ad illam accõmodare: sin vero de re occulta, considerandum, num alicui occultarum rerum sit consentiens. Iudicia aũt de rebus euidentibus atq; occultis differunt. Quęcunq; enim euidentium rerum per se de se ipsis notitiã pariunt, sensu dijudicantur, vt album, & atrum. Quare medici illi iure sunt deridendi, qui de rebus euidentibus sentẽtiam nõ sensorijs, sed demõstratione aliqua ferre conantur: quemadmodum nimirũ & Asclepiades de mẽbranulis in corde insitis disputans Erasistratum deceptũ esse contendit, Herophilum enim, qui multa corpora inciderit, eas non vidisse: cũ ipsi liceret ad euidentis rei scrutationẽ, vt decebat, accedenti, de re postea ferre sententiã, & non fatuis opinionibus fidẽ habere. Itaq; rerum euidentium, quęcunq; per se deprehẽdi valẽt, iudices sunt, vt supra retuli, ipsa sensoria. Sed euidentium quidẽ, non per se aũt cognitorum iudex est obseruatio, eorum dico, quę per signa percipiuntur. Iterũ abstrusarum rerum, sicut plures sunt differentię, ita & diuersa iudicandi instrumenta: ex abstrusis aũt aliqua intellectui perspicua sunt, vt hoc, fieri non posse, vt idem homo Athenis simul atq; in Ægypto sit: aliqua per ostensionem cognoscuntur: de perspicuis intellectui iudicium ex cõmuni omnium hominum conceptione habetur: at, quæ ostensione percipiuntur, per consensum cum his, quæ ab omnibus concedunt, dijudicantur: rursus concessi dijudicatio in plura diuiditur, aut enim ex consensu cum euidentibus, aut cum perspicuis intellectui, aut cum demonstratis concessum discernitur.

Aſcernitur. Igitur, quo modo verum & ad iudicium veri ducentia iudicari oporteat, explicauimus.

De vtilis præcepti dignotione, & euidentia ſenſui non eſſe artis principia. CAP. 3.

DEinceps de vtili præcepto diſſeremus. Vtile præceptum, cum ad artis finem refertur, digno ſcitur. Oportet autem ipſum primum quidem comprehendi poſſe: ſi hæc enim deſit conditio, vt hippocẽtauri ſel attonitis medetur, quoniam comprehendi nequit, propterea inutile præceptum redditur. Deinde ipſius apprehẽſionem non conuenit cum vulgaribus eſſe communem, ſed artificum propriam: iccirco nanq; eos falſos eſſe nos dicimus, qui euidentia artis initium eſſe opinantur: neq; enim ex euidentibus ars conſtituitur, neque per euidentia fit eius traditio: quando quidem nemo euidentia tradit, ſed ea, quæ ex euidentibus præcepta oriuntur, quæ euidentia non ſunt. Hæc igitur artis principium eſſe non ab re quiſpiam dixerit: præcepta dico, ex euidentibus nata videlicet, quoniam principium tradendæ artis ab euidentibus fit. Quòd ſi quis euidentia principium eſſe artis affirmet, ſe inter artem, imperitiam'que nullum ponere diſcrimen ignorat: etenim, ſi euidentium deprehenſio eadem in artifice, atque imperito fuerit, clarum eſt huiuſce rei cauſa nihil artificem imperito præſtare: quin neque iam artifex erit, ſiquidem artifici atq; inſcio eorundem eadem ineſt cognitio. Quamobrem euidentia præceptorum inuentionis principium
B eſſe iure dicentur, artis vero principium minime: nam quemadmodum leporis veſtigia inuenien di leporis principium non iniuria quiſpiam dixerit, leporis autem eſſe principium nullus mente conſtans affirmauerit, neq; enim lepus ex veſtigijs componitur: ita euidẽtia præceptorum inuentionis principium recte dixeris, quòd ab his profecti artis inuentores ipſam cõſtituunt, artis vero principium non item: principia nanq; in eius qualitatem, cuius ſunt principia, referre conuenit. Itaque & artis principia vulgo ignota eſſe debent: neque enim ars vlla ipſi nota eſt: præterea artium principia traduntur, euidentia vero non traduntur: quo fit, vt nemo rationabiliter euidentia artis eſſe principia contendat.

In quibus præcepta conſiſtant, & quid præceptum ſit. CAP. 4.

PRæcepta nanque aut in euidentibus, aut in his, quę ex alijs percipiunt, aut in his, quæ præoſtenſa fuere, aut in manifeſtis intellectui conſiſtunt, in hunc ſanè modũ: in euidentibus quidem ſic: quidam plures intuitus ſauciato corde morientes, mortis cauſam ſcrutatus eſt: conſiderans igitur inuenit, neq; ob facultatis deliquium, neq; propter materiæ medicinalis penuriam, ſed propter neceſſarium membri illius vſum iſtos interire: quare cognoſcens abſq; mẽbri huius actione, vtilitate'que ab ipſo corpori ſubminiſtrata animal ſupereſſe non poſſe, ratione'que ea, quæ in
C euidentibus inuenit, colligens, hoc præceptum conſtituit: quicunque in corde ſauciatur, morietur. Quod igitur ex euidentium conſenſu ratione inuentum eſt, & vniuerſim prolatum, præceptum dicitur: quin potius in euidentibus præceptum conſiſtit, vt ab euidentibus in phlegmone: ſiquis phlegmone afficitur, ille tumorem habet, renitẽtem, pulſatiuum dolorem inferẽtem. Sunt itaque euidentia præceptorum inuentionis primordia: at præcepta ex euidentium conſenſu reperta conſtituendæ artis ſunt principia, & ab euidentibus ad hunc ſanè modum præceptum conflatur. Ab his autem, quæ ex alijs percipiuntur, hoc modo præceptum colligitur: Si quem hi caſus infeſtant, hic ſanguinis copia laborat: Cui hęc eueniunt, illi iecur, aut renes, aut id genus aliquod afficitur. Ab his autem, quæ præoſtenſa ſunt, hoc modo conficitur: ſi ante probatum fuerit, quid ſit concoctio, &, quæ concoquuntur fundi, & eliquari, atque ita mox diſtribui, & ęgrotantes nõ multo in cõficiendis cibis labore indigere, ab his huiuſmodi præceptum naſcitur: Liquidi cibi omnes febricitantibus bene faciunt. Sed ex manifeſtis ita præceptum oritur: Quicquid eſt multum, naturę aduerſatur: & illud, Non ſaturitas, non fames, neq; aliud quicquam bonum eſt, quod naturę fines egreditur: & illud, Vbi ſaturitas morbos creat, euacuatio medetur. Nam, cum per ſe conſtet in illis quidem, ſi facultatem vincentia, in hoc vero, ſi efficiens cauſa repellatur, quod fiebat,
D non futurum eſſe, dicta præcepta fuere compoſita: omne autem præceptum commune eſt, & firmum. Quamobrem errant illi, qui eo artem coniectricem aiunt, quòd coniecturalibus præceptis continetur: non enim à præceptis coniectrix denominatur, (hęc nanque perpetua ſunt,) ſed ab actione, & medentium opera: hæc enim incertum euentum habens coniectricem artem reddit: nam omnium artium præcepta, æque firma ſunt, & conſtantia: Verum, quoniam non omnium artium finis ſemper attingi poteſt, eo fit, vt ipſarum non nullæ coniectrices appellentur, quę incertum, ancipitem'que, vt dixi, euentum habent. Cęterum, quoniam vtile diiudicandum eſſe dicebamus, ſi ad finem referretur, artis finem proponere neceſſe fuerit, vt eo patefacto perſpicuum fiat, ad quid referentem vtile eſtimare oporteat.

De fine artium per ipſarum diuiſionem. CAP. 5.

ARtium igitur aliquę ea, quę non ſunt, efficiunt, vt nauium ſtructoria: non nullę, quę facta ſunt, conſeruant, vt nauium gubernatoria: non nullę vtrunque præſtant, vt ędificatoria: in facientibus artibus, aut ſeruantibus vnus eſt conſequendi finis modus: propterea in his ſimplex eſt vtilis eſtimatio: ſed in his, quę iuxta faciunt, & conſeruant, non facile eſt diiudicare. Non enim, tanquam inutile, refutandum eſt, quod ad conſeruationem nõ conducit: ſed diligenter perquirendum, num quippiam ad eius, quod non eſt, productionem conferat. Ars itaque medica inter eas

eſt, quæ faciunt, & conſeruant: non iccirco tamen geminum eſſe artis finem credere oportet, & E
quod non eſt, facere, vt pote ſanitatem: & eam, quæ eſt, conſeruare: per eadem enim præcepta, vt
aiunt, ſanitatem creans, eadem'que conſeruans geminum habere finem videatur. Profecto, niſi
euidenter eadem eſſent præcepta ad vtrunque finem ducentia, differentibus etiam finibus diuer-
ſæ vtique eſſent artes, & duæ medicatiuæ: at, quoniam, eadem cum ſint præcepta, propoſita eua-
riant, vna ars differentia habebit propoſita: ſed me hercule ignorant artis vnum eſſe propoſitum,
ſanitatem ſcilicet, finem'que vnum, qui eſt eius conſecutio, modos autem conſecutionis multipli-
ces: non variat igitur propoſitum, neque finis ſecundum varium habendæ ſanitatis modum: ſi-
quidem nobis apta officere cognoſcentes, modo ipſa nocentia ſubmouentes ſanitatem acquiri-
mus, modo ea deuitantes ipſam præſentem conſeruamus: quare vtile in medicina recte æſtimabi-
mus, non nunquam, an ad ſanitatem accerſendam: non nunquam, an ad eam retinendam con-
ferat, nobiſcum reputantes.

De præceptorum conſenſu dignoſcendo. CAP. 6.

COnſenſum autem præceptorum non nulli ex eo, quòd vnâ ſint, quærendum cenſent, multa
ſimul eſſe ignorantes, inter quæ nullus conſenſus eſſe dignoſcitur, quemadmodum & diem
eſſe, & ſimul cum ea ſpirationem fieri dicimus, inter quæ tamen nulla intercedit ſocietas. Non igi F
tur conſenſum ex eo, quòd ſimul ſint, dijudicare oportet, ſed, quo ſublato neceſſario quippiam au
fertur, & poſito ponitur, id ei conſentiens, & conſequens iure putandum eſt: atq; in vniuerſum,
quæ mutuo inter ſe dependentia colligantur, per appellatam epicriſim à græcis, à noſtris adiudica
tio dici poteſt, iudicanda ſunt: in quibus ſanè conſequentem epicriſim facere opus fuerit: ad qua-
rundam vero orationum epicriſim neceſſario quęrẽdus eſt conſenſus, & conſecutio: an vero & ad
medicinalium præceptorum iudicationem ea cõducat, forſan diſquiret aliquis: neq; enim, q̃ medi
cinale præceptum vtile, verum q̃ ſit, cognoſcere ſatis fuerit, ſed nihilo ſecius ipſum cum alijs cohę
rere, conſentire q̃ opus eſt.

Modus tres medicinæ ſectas conſiderandi. CAP. 7.

QVandoquidem igitur omnis oratio, omne q̃ præceptum tribus hiſce perpẽditur, tres vero
in medicina ſectę celebres ſunt, rationalis, empirica, & methodica, age hiſce iudicandi ratio-
nibus vſi & iſtas ſingulas diligentius cõtemplemur, vt veræ ac ſalutari cæteris poſthabi-
tis adhæreamus. In primis autem, quid inter eas conueniat, quid cuiuſq; proprium ſit, exponere
neceſſe eſt: deinde his peractis ſingulas ad examen redigemus. Trium itaq; ſectarum profeſſo-
res in hiſce conſentiunt, quòd euidentia præcepta vtilia ſunt, analogiſmus, obſeruatio, hiſtoria, ad G
ſimile tranſitus, quòd hiſtoria ſine delectu non admittenda inſtrumenta, applicandorum reme-
diorum modus, q̃ ex alijs alia deprehenduntur, q̃ ijſdem præſentibus malis eadem ſunt facienda,
quòd adiectionibus, & ſubtractionibus ſanitas ſeruatur, & morbi fugantur, q̃ ad ſanitatem retinẽ
dam & morbos tollendos nocentium vſus fugiendus eſt, q̃ ad materiæ adhibendę notitiam expe-
rientia potens, atq; vtilis eſt: quę nutriunt enim, & quę non nutriunt, purgantia, & mortifera, ex-
perientia omnia comperta ſunt.

Quibus ſectæ differunt. CAP. 8.

SVb hoc communi empirici ſubſiſtunt, non ſolum facultates, ſed etiam conferentia obſerua-
tione fuiſſe inuenta teſtantes. At vocati methodici vltra id commune dictum, quiddam ab
empiricis diuerſum adijciunt: aiunt enim prę terquam, quod adhibendorum remediorum vires
diſcuntur: nihil aliud vtile ab experientia prouenire, nullum enim conferens ex obſeruatione ac-
cipi poſſe, cum ſimpliciter conferentia ex quibuſdam euidentibus colligantur. Rationales ve-
ro medici inter hos medij ingrediuntur: neque enim omnia vtilia ex obſeruatione aiunt de-
prehendi, quemadmodum declarant empirici: neque rurſum omnia ex indicatione inueniri, vt
volebant methodici: ſed non nulla ex obſeruatione deprehendi, vt mortifera, & venenum mor- H
ſu fundentia: non nulla ex indicatione, ea videlicet, quorum cauſę reperiuntur. Inter metho-
dicos igitur, atque rationales eatenus conuenit, quatenus vtriq; ex indicatione vtile percipi arbi-
trantur: quatenus vero à diuerſis accipiunt, eatenus diſſentiunt: ſiquidem methodici ex euiden-
tibus quibuſdam vtilia putant indicari: at rationales ab huiuſmodi quidem minime, ſed ab oc-
cultis: nam, cum à cauſis indicationes creari cenſeant, cauſæ vero, vt cauſæ ſunt, euidentes non
ſint, iam conſtat apud eos ab euidentibus indicationes non fieri, ſed iſta eſſe præuia, & veluti ma-
nuducere ad eorum, quæ indicare poſſunt, notitiam aſſerunt. Hoc itaque rurſum empiricis ra-
tionales aſſentiunt, à nullo euidenti vtilis indicationem proficiſci. Hoc vero aliud commune
eſt, & ab omnibus medicis conceſſum euidentia videlicet vſui eſſe, vt aiunt empirici, ad ob-
ſeruanda ea, quæ ex ipſis colliguntur, cum obſeruatio in eorum aliquibus ſit: vt rationales vero,
quòd ex ipſis indicare potentia deprehendantur: vt methodici, vt potentia indicare vtilia huiuſ-
modi euidentia ex vſu ſunt. Rurſum hoc loco inter empiricos, methodicos'que conuenit, occul-
tum ex euidentibus agnoſci ex quo conferentium indicatio oriatur: empiricis autem, atque ra-
tionalibus commune eſt, in euidentibus vtilia obſeruare. Inter methodicos autem, & rationa-
les, conſenſus eſt, ex euidentibus vtilia deprehendi: methodici nãque ipſum vtile aiunt ex talibus

elici:

A elici: rationales vero ipſa vtile indicare potentia ex euidentibus, vtile autem nullum erui decernunt. Sed ad eos, qui ex patientibus cauſis vtile quodpiam inueniri putant, vt in palo, exempli cauſa, dicendum eſt, non vt ex perſpicuis, ſed vt ex cauſis in huiuſmodi vtile reperiri: cauſa vero, vt cauſa eſt, non eſt euidens, ſed ex caſibus deprehenditur. Igitur, ſi extremæ cuti arenula, paxillus ve inhærens dolorem non moueat, neq; ſui ſenſum excitet, non percipimus: cauſa enim alicuius non eſt, quodlibet faciens: quicquid enim cauſa eſt non eſt euidens, vt cauſa: nam, quæ ad aliquid ſe habent, vt huiuſmodi ſunt, non ſunt euidentia: ipſa vero, quæ ad aliquid ſe habent, euidentia ſunt, vt pater, ſeruus, frater, & id genus alia: ipſa quidem ſingula euidentia ſunt, ſed ipſorum ad alia relationes non euidentia.

Quòd ex abditis vtilia reperiantur contra methodicos, & empiricos. CAP. 9.

POſtquam igitur dijudicandarum rationum inſtrumenta docuimus, communia q̃, & propria ſectarum perſtrinximus, deinceps neceſſarium fuerit vnamquamque ſectam diligenter excutere, ac dijudicare, atque ita meliorem, quæ viſa fuerit, amplecti. Primũ igitur Empirici, ac methodici rationalibus contradicentes inutilem eſſe aiunt rerum abditarum notitiam, nihil enim ex abditis vtile reperiri. Ad hoc rationales reſpondent ſeparatim vtrique ſectæ: ac primum empiricis dicũt,
B euidentia non ſatis eſſe, vt in ipſis vtilia obſeruatione deprehendantur: nam & occultis opus eſt, ſiquidem ab his conferentium indicationes enaſcuntur: cuius rei teſtimonium eſt, quòd vos ipſi non in omnibus euidentibus obſeruatione vtimini, ſed in quibuſdam, quæ quiddam plus, quàm cætera euidentia, contineant, in quibus obſeruandum eſt, quod non eſt euidens: quod ſi eſt, abdita non inutilia fuerint. Euidentia igitur ſi, vt talia, ad vtilium inuentionem capiantur, omnia ad id conducent, aut non: at omnia ad id conducere ſi dicamus, incredibile fuerit: quòd ſi non omnia conducibilia, neceſſe fuerit plus aliquid, quàm euidentiam continere, quod percipere non ad ſenſum, ſed ad rationabilem potentiam pertinet: ea vero abdita dignoſcit: quare & rationabilis facultas, & res abditæ non incommodæ ſunt: nam, ſi euidentia vt talia ſunt, inter ſe non differunt, patet omnia, quantum in ipſis eſt, æque ad obſeruationem eſſe idonea: quare, & minima quæque tã præterita, quàm præſentia commoda fuerint: id autem fieri non poteſt: quo modo enim in ſtraguIis veſtibus, & cubili, vbi æger cubauerit, atque id genus alijs quippiam aliquis obſeruauerit? Manifeſtum igitur eſt non in euidentibus, quatenus talia ſunt, obſeruationem verſari, æque enim in omnibus verſaretur, ſed in quodam altero, quod non eſt euidens, ſi hoc verum eſt, iam id efficitur, occulta vſui eſſe. Veruntamen vnde inquiunt dignoſci in hiſce euidentibus obſeruationem poſ
C ſe fieri, in illis vero non item? haud enim facile eſt ab iſtis euidẽtibus, quatenus ita euidentia ſunt, iſtud accipere: ita enim omnes vel triuiales dignoſcerent, in quibus nam euidentibus obſeruandum eſſet, atque ita nihil noſtra experientia à vulgi imperitia diſtaret. Quòd ſi non omnibus conſtat, quibus euidentibus obſeruatio ſit adhibenda, ſolis autem id artificibus notum eſt, ſequitur in euidentibus, non, vt euidentia ſunt, conferentia obſeruatione deprehendi: quoniamenim hoc eſt euidens, quod vtile ad obſeruandum eſt, id vero non eſt euidens, ſed occultum, admodum aũt iſtud nouiſſe expedit, ꝓpterea, & occulta ex vſu ſunt. Vltra dicta etiam, q̃quidem dicunt empirici, & in his prẽteritis, & in his p̃ſentibus obſeruandũ eſſe, iccirco, & trãſacta curioſe diſquirũt, infinita vero ſunt etiam præſentia, & in infinitis obſeruatio fieri non poteſt, clare ſequitur, eorum obſeruationẽ ex his eſſe, quæ fieri non poſſunt. In Methodicos autem ſenſui perſpicua conferentium demonſtratiua eſſe putantes, hęc adducunt rationales: euidentia ex ſeipſis percipi poſſunt, & vulgo igitur euidentia erunt: quoniam vero & communitates indicant, ſimul q̃ cum indicantibus indicata ſeſe offerunt, vulgaribus vtique communitates indicabunt: atque ita nihil à vulgaribus ò Methodici differetis. Quòd ab affectibus vero conferentium indicatio non proueniat, per hæc demonſtrare licet: eodem affectu, exempli gratia, phlegmone differentes corporis ſedes occupante, vt oculos,
D aut iecur, aut gulam, non eadem curatione, ſed diuerſa vtendum: oculo nanque inflammato opiũ conuenit: gulæ autem, vel ori ventriculi; & iecori aliud quippiam: at oleum oculo nocet, in alijs vero inflammatis partibus dolorem mitigat. Ex his manifeſte concluditur, ab affectibus conferentia non indicari: idem enim in omnibus eidem affectui remedium admoueretur, ſiquidẽ affectus conferentium eſſet indicatiuus. Hoc pacto etiam methodicorum placitum demoliri poſſumus: eodẽ affectu eundem locum vexante pro cauſarum differentia differente curatione homines indigent, vt in vrinæ ſuppreſſione, ſi ſit calculus, exciſorem adhibebimus: ſi vrinæ copia, fiſtulam demittimus: ſi phlegmone, cataplaſma ſuperdamus. Quòd ſi ab affectibus conferentium indicationes orirentur, vno affectu propoſito vna, & eadem etiam curatio aſſumeretur: ſed vna non ſumitur eiuſdem affectus curatio, non igitur ab affectibus conferentium indicationes accipiuntur.

De indicatione, obſeruatione, analogiſmo. CAP. 10.

HIs itaq; ſummatim in p̃ſentia expoſitis nõ inutile fuerit idicationẽ, qd ſit, circũſcribere, et quo modo ab indicatione vtile capiatur: quid ſit obſeruatio, quo modo q̃ ex obſeruatione vtilia deprehendãtur: qd ſit analogiſmus, & qua ratione ab vtile ſumatur. Quemadmodum igitur euidentium

dentium aliqua per ſe ipſa percipiuntur, vt album,& atrum: non nulla adhibita obſeruatione, vt E
ea,quæ per notas dignoſcuntur,ita & iuuãtia quidem per indicationem pateſiunt: ſimul.n.cum in
dicantibus obuia ſunt, nullius q3 cogitationis ope indigent. Hanc enim ob cauſam & animantia
ratione carentia æſtum,algorem,ſemel q3 omnia nocere valentia,quoad eius fieri poteſt, vitare co
nantur,ſimul videlicet eo,quod iuuat,ſeſe offerẽte. Paxillũ enim,aut aliquid aliud in membrum de
fixũ nullus cogitatione prẽmiſſa reuellit. Quare quod in apertiſſimis,& ſine controuerſia conceſ-
ſis reperitur,(omnibus enim demonſtrationem tranſcendentibus mens noſtra propter euidentiã
aſſentitur) id nimirum,& in perceptis ex indicatione contigerit. Quædam igitur proportio indi-
cationi cum euidentibus, & manifeſtis intercedit: quando enim cum nocentibus iuuantia pariter
occurunt, tunc neque obſeruatione, neque cogitatione vtendum,quandoquidem ipſa nocentia,
quid expediat, manifeſtent. At obſeruatio proportione ad ea reſpondet,quæ per notas compre-
henduntur: ſicut enim ea per coobſeruationem comprehendi affirmamus,ita & hic iuuantis ob-
ſeruatio fieri dicitur. In quibuſdam enim plerunque eodem modo occurrentibus abſque agentiũ
cauſarum cognitione iuuantis obſeruatio efficitur : vt eſt in dentium ſtupore portulaca : neque
enim contentiua cauſa hic quicquam demonſtrat, neq3 aliqua cogitatione auxilium reperitur. In
his,qui altercum epoti ſunt,aut quippiam id genus mortiferum aſſumpſerunt,inter initia ſanè cu- F
ratio à cauſa, & loco accipitur, ſed cauſa ignorata iam deinde obſeruatione perceptis vtimur: vo-
mitum enim ab initio admittimus, cauſa huius electionem indicante, & loco modum electionis
ſuſcipiente: poſtea vero cauſam ignorantes, obſeruatis, vino ſcilicet,& lacte vtimur. Verum ex
analogiſmo iuuans percipitur,quando cauſa quidem deliteſcit,nulla q3 obſeruatio habetur, ſed af-
fectus quàm ſimillimus ex caſibus eſt: in huiuſmodi enim ab indicatione profuturum colligi ne-
quit,cauſa nanque ignoratur,nulla q3 præterea facta obſeruatione,caſuum ſimilitudinem intuen-
tes cogimur ad ſimile tranſgredi. Aliquis nanq3 à ſerpente hæmorrho vocato demorſus fuerit: in-
de ſanguis largius effluat: nos cauſam,quare id patiatur,neſcientes,neque obſeruatione inſtructi,
auxilijs ad ſanguinis ob incilionem profluuia facientibus opitulabimur. Atq3 hac ratione Cnidij
medici pulmones purulentos habentibus ſuccurrere tentabant, tranſitu ad ſimile vtentes: quoniã
enim,quicquid in pulmonibus eſt,per tuſſim extruditur, linguam exerentes, aliquid humoris in
arteriã inſtillabant, quod tuſſim vehementem concitare poſſet,vt ex caſus ſimilitudine pus reiice-
retur. Analogiſmis itaque per tranſitum ad ſimile fit : analogiſmo nanq3 vtẽtes à ſimilibus ad ſimi
lia tranſimus. Empirici vero ſecus,atq3 nos,huiuſmodi tranſitum vſurpant: nam à ſimili trãſitum
ab auxilijs ad auxilia, aut ab affectibus ad affectus fieri affirmabant: ab auxilijs ad auxilia hoc mo- G
do: cum ijdem adſint caſus,qui & in aliàs viſis ægritudinibus aderant, tum à ſimili tranſitum faci-
mus, vt à cotoneo ad meſpilum. Verum aduerſus ipſos dicendum eſt : fieri à vobis non poteſt hu
iuſmodi à ſimili tranſitus: vtrum enim ratiocinatione vtentes à ſimili ad ſimile tranſitis, an obſer-
uatione? ſi obſeruatione,obſeruatio eſt eius,quod fit,& quod cognoſcitur,& non ad ſimile tranſi-
tus: ſin ratiocinatione,ab ipſis ſciſcitabimur,num omnium caſuum ſimilitudinem ſpectantes,tran
ſitum à ſimili ad ſimile faciant,an aliquorum. Si omnium,reſponderint, nihil vnquam alicuius ſe-
cundum omnia ſimile reperietur: quę enim inter ſe aliqua ex parte non differunt,hæc non ſimilia,
ſed eadem planè ſunt. Sin aliquorum caſuum ſimilitudine ſe contentos affirment,iterum ſciſcita-
bor: num ſimilitudinẽ in figura,aut in colore petitis,an in duritia et mollitudine, an potius ſecun-
dum guſtatum,olfactum q3 ſimilitudinem æſtimatis? quòd ſi ſecundum guſtatum dixerint, aut
aliud quippiam,clariſſime fatebuntur iuuantia, quatenus iuuant,ſe deprehendere: ex quo effici-
tur,vt ipſos etiam confiteri neceſſe ſit ſe nocentia,vt nocent,dignoſcere: quo enim iuuantia noce n
tibus aduerſantur, eo iuuare dicuntur. Si meſpilum igitur,quoniam guſtatilem qualitatem coto-
nei ſaporis ſimilem habeat,torminoſis adhibetur, ſcire oportet ipſum guſtatili qualitate prodeſſe:
cum q3 ipſam adſtringere in confeſſo ſit,ſimul etiam contrariæ qualitatis,facultatis ve eſſe nocentia H
cum huius perceptione ſuccurrit. Quòd ſi comprehenſibili cauſæ remedia contraria ſunt, manife-
ſte concluditur,occulta poſſe deprehendi,& ad vſum idonea cognoſci.

Deſcriptio indicationis,experientiæ,& analogiſmi,& ad ſingulas ſectas, Empiricam videlicet, & Methodicam impugnandas tranſitus. CAP. II.

QVo modo itaq3 ex indicatione vtile percipiatur,ſupra poſitũ eſt. In præſentia vero dictorum
cuiuſq3 deſcriptionem explicabimus. Eſt igitur indicatio iuuantis comprehenſio ſimul cum
comprehenſione nocentis aduenientis, ſine obſeruatione,aut ratiocinio: Experiẽtia vero
eſt eius,quod frequenter,& eodem modo viſum eſt,cõprehẽſio,atq3 memoria: aut ſic etiam deſcri-
bere potes: Indicatio eſt,quando rebus percipiendis ſimul,& quod confert,percipitur,abſq3 oſten
ſione,& obſeruatione: at Experiẽtia eſt eius,quod ſæpius,& eodẽ modo viſum eſt, obſeruatio,atq3
memoria: idẽ eſt vero obſeruatio,& experientia. Analogiſmus autem eſt comparatio,& perceptio
cauſarũ iuuantiũ p ſimilitudines. At deinceps propria cuiuſq3 ſectæ cum expoſuerimus, aduerſus
ſingulas,empiricã dico,et methodicã,rationes inducemus: ſunt vero hęc empiricorũ ,ppria: iuuan
tiũ in cõcurſibus obſeruatio,hiſtoria, à ſimili trãſitus,quemadmodũ ipſi faciendũ p̃cipiunt: alio.n.
modo rationales medici à ſimili tranſitum vſui accõmodant,vt poſterius differentiã oſtendemus.

Quòd

A *Quòd Empiricorum obſeruatio ſine ratione præſtari non poſſit.* CAP. 12.

VErum empiricis contradicentem duobus modis pro concurſibus obſeruationem accipere opus eſt: nam facultatum obſeruatio communis eſt, accidentium vero illorum propria: aut enim ipſam prorſus tollere, tanquam eſſe non poſſit, opus eſt: aut eſſe quidem poſſe concedere, ſed abſque ratione explicari non poſſe. Primum igitur, q̃ & abſque ratione obſeruatio explicari nequeat, per hęc quiſpiam oſtenderit: confitentur empirici ſe non omnes euidentes caſus obſeruare: neq; enim ſe flauitiem, exempli cauſa, aut albedinem, aut limitatẽ aduncitatem'ue obſeruare affirmant, quamuis & in coloribus diſcrimen aliquod animaduertant, vt in auriginoſis: & in figura, vt in fracturis luxationibus q̃, ſed & pro antedictis minime. Quemadmodum enim, inquiunt, ab indicatione conferentia ſumi profitẽtes, non omnia tñ indicare teſtantur, methodici nanq; euidentiũ aliqua indicare affirmant, non omnia, rationales vero abditorum aliqua, & non omnia, ita & empirici pro quibuſdam caſibus, non pro omnibus obſeruationem ponunt: neq; enim præterita omnia, neq; præſentia vtilia ad obſeruationem eſſe arbitrantur: vt, exempli cauſa, quiſpiam à rabiente cane demorſus eſt: accedens empiricus id tantum ſatagit, à rabiente'ne demorſus fuerit: aliorũ antegreſſorum nihil explorat: pariter & circa præſentia nihil laborat: neq; enim, vt ante diximus, ca-
B pillos rectos criſpos'ue conſiderat. Quocirca ab ipſis cauſa iure petenda eſt, quamobrem non in omnibus caſibus, ſed certis quibuſdam conferentia obſeruent, quandoquidẽ caſus, quatenus euidentes ſunt, tam illi, pro quibus fit obſeruatio, quàm cæteri inutiles nulla ex parte diſſideant. Dicunto igitur, quid'nam vtiles caſus monſtrat euidens'ne, aut occultum? ſi euidens eſſe dixerint, quo vtiles caſus produntur, & pro quibus obſeruandum eſt: inferemus iterum, hoc euidẽs quatenus euidens nihil ab inutilibus caſibus diſtare. Quòd ſi rurſum occultum eſſe vtile caſuũ indicans affirmẽt, occulta ad conferentiũ obſeruationem cõducere fateantur, neceſſe eſt: at occulta nulla vi alia, q̃ ratione, comprehendi queunt: quare, ſi vtilis pro concurſibus occultorum eſt obſeruatio: & ſi nihil aliud ea, quàm ratio, comprehendit, apertum iam eſt, abſq; ratione obſeruationem fieri nõ poſſe. Hæc ſanè argumentatio eos fateri cogit rationem in obſeruando eſſe percommodam. Verum empirici nobis refragantes inquiunt, & vtiles caſus experientia poſſe deprehendi, & pro aliquibus caſibus obſeruandum eſſe, pro aliquibus vero non: id quoq; ſe obſeruatione cognouiſſe. Ad hoc præſtò reſpõſio eſt: cum infinita ſit caſuum multitudo, pro quibus non ſit obſeruandum, pro omnibus id ipſum obſeruari non poteſt, pro ipſis ſcilicet obſeruationem non eſſe faciendam: infinitum enim obſeruari, cuſtodiri q̃ non poteſt. Vltimum itaq; ipſis vndiq; oppreſſis confugiũ
C relinquitur, vt forte eueniſſe dicant pro hiſce caſibus obſeruationem factã eſſe: pro illis vero minime: quo quid magis ridiculum fuerit? hic quidem ſermo iſte finiatur.

Obſeruationem pro concurſibus, empiricorum more dari non poſſe. CAP. 13.

QVòd autem pro concurſibus obſeruatio colligi nequeat, per hæc argumẽta declarabo. Sic enim aiunt empirici. Obſeruatio non pro vno duobus'ue, ſed pro plurimis frequenter conſpectis, & eodem ſe modo habẽtibus fit: interrogati igitur num pro ijſdem caſuum generibus vtilia obſeruent, neceſſario pro ijſdẽ ſe generibus obſeruare affirmabunt. nam, ſi in hoc, exempli cauſa, febris ſit, et phlegmone, in hoc biliоſa per vomitum aut ſedem fiat excretio, nequit eadem eſſe obſeruatio. Eoſdem igitur genere caſus eſſe ſatis fore neutiquam dixerint, ſed etiam numero æquales eſſe oportet: nam, ſi ijdem genere caſus fuerint, non omnes autem, aut plures adſint, concurſus euariat, atq; aliam obſeruationem exigit: opus eſt enim pro ijſdem generibus & æquis numeris obſeruationem fieri. Quo modo autem omnis curatio penes exceſſum defectum q̃ caſuum commutabitur, hinc iam conſiderandum eſt. Eſt igitur quædam in phlegmone obſeruata curatio, quòd ſi aliquis à phlegmone caſus abfuerit, vtpote ſenſus, & curatio mutanda eſt: nam phlegmone iam in ſcirrhum euaſit, neq; eadem curãdi ratio conuenit: atq; ita penes caſus abſentiam cu-
D ratio diuerſa eſt: penes vero abundantiam ad hunc modum. Si phlegmonæ febris aut ſyncopa adiungitur, ob caſuum abundantiam concurſus differens factus eſt: quare, & differens adhibetur curatio. Neque ſolum genere ijdem, & numero æquales caſus eſſe debent, verum etiam, & magnitudine neque excellere, neque deficere conuenit: quandoquidem, & penes caſuum magnitudinem permutatur curatio: neque enim ſuperficie tenus factas diuiſuras ſuimus, neq; etiam ieiunio quiſpiam vtetur: at, ſi profundior ſit inciſio, ieiunium imperamus, venã ſoluimus, fibulas adhibemus, & huiuſmodi. Neq; ſatis eſt caſus genere conuenire, numero æquales eſſe, & magnitudine ſimiles, verum etiam tempus oportet obſeruatione complecti: alia nanque incipientibus morbis auxilia adhibentur, alia vigentibus: ‖ incipientibus enim ſiquid videtur mouendum, moue, vigẽtibus quietem agas, præcipit Hippocrates: & phlegmonæ incipienti quidem reprimentia adhibemus, poſt id autem cataplaſmata, & illapſam materiam diſſipare valentia. Præterea & ordinem dictis omnibus in obſeruatione adiungere opus eſt: variante enim ordine & concurſus euariat, iccirco & medendi ratione variare neceſſe eſt: aliter enim prius furentes, deinde febricitantes curamus: & aliter febricitantes prius, deinde furentes, ſiquidem mortiferi, & non mortiferi, prout habet caſuum ordo, affectus euadunt: quemadmodum euentus oſtendunt: à neruorum quidem conuulſione febris non ſolum periculo vacat, verum, & morbum propulſat: ſed à febre conuulſio mor-

2ª. Aphor. 29. extr. ord. 16. f

tifera

tifera est: permutato vero penes casuum ordinem concursu, necessario conceditur (vt ex euenti- E
bus patet) & medicationem permutari. Quamobrem, cum prorsus oporteat casus non modo genere eosdem, numero æquales, magnitudine similes adesse, sed etiam idem tempus, eundem'que ordinem seruari necesse est, si debeat integra obseruatio fieri, cum'que in omni vita ne duobus quidem ægrotis, nedum pluribus omnes supra enumerati casus accidere similiter queant, clarum est huiusmodi obseruationem pro istis concursibus fieri non posse. Non posse autem prædicta omnia pro omnibus aut pluribus reperiri, ita quispiam demonstrauerit. Quoniam causis, passis locis, ætate, consuetudine, symptomatum acerbitate, laborantis natura, anni temporibus, regionibus'q; dissidentia vitia gignuntur, duobus hominibus prorsum contingere non potest, vt similiter in omnibus sese habeant: hanc ob causam pro concursibus obseruatio fieri nequaquam potest: quòd si duo etiam nulla pro re differentes inuenti fuerint, neque tamen propterea obseruatio concedenda est, quandoquidem ipsam in pluribus fieri opus sit. Cæterũ quo modo vos (illi inquiunt) vestrũ ipsorum placitum cõfirmatis? videmur enim ipsis pro symptomatis, & facultatibus obseruare nõ posse: veratrum enim purgare, aliqua animalia venenum ictu infundere obseruatione compertum est: & pro dentium stupore causa quidem comprehensa non est, sed portulaca ipsum dissolui obseruatum fuit. Sic vero ipsis respondendum est: Nos quidem vtilia symptomata circunscriben F
tes eo, quòd ad proposita referamus, ex vsu vtile iudicamus: cũ igitur & à causis illata omnia symptomata comprehenderimus vt grauitatem: & à locis, vt ægre spirare: & à facultate, vt animam deficere, inuenimus hæc esse vtilia, reliqua vero inutilia. Quoniam igitur vtilia symptomata per relationem ad proposita circumscripsimus, quæcunque causæ, loci, facultatis've sunt symptomata, ea vtilia reputamus, quæ non huiusmodi sunt, inutilia. Igitur, tametsi neque morbiferas causas, neque perpessos locos cognouimus, cum facultatem, vt dixi, habeamus vtilia symptomata ab inutilibus distinguentẽ, neq; pro agentibus causis, affectis vel locis obseruare, possimus, vt sanguine infestante, non dignoscentes sanguinem esse morbi causam, à grauitate, quæ symptoma est subsequens, causam esse rimati, à grauitate veluti manuducti pro ipsis obseruationem facere possumus. Sic & pro spiritus difficultate, id ventriculi, aut pulmonis, aut iecoris, aut transuersi septi, aut alius cuiuspiam affecti loci symptoma esse ignorantes, solum id locum affectum esse scientes, perinde pro ipsis, atque pro ipso affecto loco, obseruare poterimus: quæ autem neque loci, neque causæ, neque facultatis symptomata sunt, ea tanquam abundantia reijcimus. Vtile igitur atque inutile pro quibus propositis obseruemus, empiricis dicendum, nos scilicet pro solis symptomatum generibus obseruare, in quibus neque potentia, neque tempore, neque magnitudine, neque ordine, ne G
que alio quopiam opus est, vt pro dentium stupore portulacam. Quid igitur prohibet, fortasse dicent, & nos ad hunc modum obseruare: si in istis, respondebimus, symptomatum generibus obseruatis, quemadmodum & nos modo diximus reliquis, vbi tempus magnitudo, & potentia requiritur prætermissis, iam inter nos conuenit: Cæterum, si dicant, morsum hæmorrhi plura symptomata comitantur, & vos nihil in his obseruatis: nos contra respondebimus non pro illis symptomatis, sed pro antegressa causa nos obseruationem facere: symptomata vero antegressarum causarum cognitionem, pro quibus obseruationem statuimus, exploramus: causa nanque ignorata, & facultate curandi ex indicatione carentes, obseruationem pro antecedentibus causis præstamus: obseruamus autem non solum pro causis, sed etiam pro loco vno: pro iecoris itaque atque pro lienis affectu quædam obseruauimus. Si vero dixerint ista singula vnum symptoma comitari, dicemus nos, interdum non vnum, sed plura: multa vero curiose persequimur, non vt pro ipsis obseruationem conficiamus, sed vt id, pro quo fit obseruatio, consequamur, in iecinoris affectum esse iecur, pro quo obseruatio statuitur, & in alijs ad hunc modum. Cæterum plerunque pro prægressa causa fit obseruatio: non enim pro dentium stupore portulaca obseruatur, sed pro affectu ab acidis acerbis've creato. Igitur, cum ex fluctione aut vomitu aut secantis serrę stridore dentes obtor H
puerunt, nihil in portulaca præsidij est: prius itaque causam rimati, ob quam dentes stupor obsedit, deinde sic ea vtamur: quæ in his vero accipiuntur, antegressis causis minime aduersantur: neque enim alia continentibus causis adhibentur. Hæc sanè aduersus obseruationem in concursibus facientes afferri possunt. Interrogandi præterea sunt empirici, quo modo administrandorum auxiliorum mensura aut tempora sint obseruanda, aut quo modo ciborum tempora, & mensura.

Empiricorum historiam inanem esse. CAP. 14.

VErum enimuero ipsorum historiam inanem esse, neq; confici posse in præsentia patefaciam. Vtuntur sanè Empirici historia eam ob causam: frequenter morbi quidam exoriuntur, ad quos nullum auxilium ab ipsis obseruatum est: vt igitur & hac in difficultate aliquibus remedijs abundare possint, neq; fortuitum euentum expectent, historia vsi sunt: neq; hac tantum de causa, verum etiam vt breuior esset traditio: non potest enim nouus medicinæ discipulus omnibus symptomatis obuiam fieri, atq; in omnibus obseruationem facere. Nequis igitur omne vitæ curriculum discendo consumat, sed aliquando & arte vtatur, iccirco ad medicandum vtilem historiam esse asseruerunt: conficitur autem aut præsentium historia, vt illud carmen,

Ferro

A Ferro homines cædunt, ígnis late omnia vaſtat,
aut præteritorum, vt illud,
Curetes pugnam ſimul, Ætoli q3 ciebant:
ſed futurorum neutiquam: illud enim,
Illa dies aderit, qua procidet Ilios alta.
non hiſtoria, ſed potius diuinatio dicenda eſt. Empirici præteritorum hiſtoria frequentius vſi ſunt: ſic enim eam definiunt. Hiſtoria eſt rerum ſæpius circa eadem probatarum narratio. Sed contra ipſos ita dicendum: Si omnia in hiſtoria narrata vera eſſe affirmant, aliquem profecto iudicem habere debuerunt, qui recte hiſtoriam inſtitutam eſſe iudicaret: verum, cum non ita res habeat, alí quod dijudicandæ hiſtoriæ inſtrumentum reperiendum eſt, quo vera à falſis diſcreturi ſimus: etenim circa idem non ſolũ medici diſſident, immo & contraria opinantur: febricitantes enim adeo non nulli inedia macerabant, vt ne aquam quidem cõcederent: non nulli ab initio cremorem hordei propinabãt, non nulli ſummopere cauebant, ne vnquam hordeaceo victu laborans vteretur: Petronàs autem, & ſuillas carnes aſſas exhibens, & vinum nigrum meracius, ad vomitum compellebat, & frigidam ad laborantis arbitrium potui dabat. Apollonius vero atq3 Dexippus Hip-
B pocratis auditores neq3 aquam propinabant, nedum vinum: præparauerant enim cyathos quoſdam cereos numero duodecim, vt eſſent ſinguli heminæ ſexta pars, ex his duos tres've alternatim ægrotantibus dabant. Tanta igitur cum ſit inter medicos controuerſia, cur dijudicandæ hiſtoriæ inſtrumentum aliquod comparari non debuit? quare, cum ipſos fateri coegerimus neque inutile eſſe hiſtoriam admittere (ſic enim ſuperuacuam eſſe hiſtoriam declarabimus) percunctabimur experientia'ne, an ratione hiſtoriam iudicent: ratione quidem nequeunt, cum ipſam exterminent, & alioqui, quo percipiuntur hæc ſingula, eo & iudicantur: at experientia, quæ iuuant, deprehenſa fuiſſe prædicant: experientia igitur etiam iudicari neceſſe eſt: quemadmodũ enim in alijs, ita & hoc loco res ſeſe habet. Quidam in hiſtoria niuem refrigerare tradidit, ſi de hiſtoria ſententia ferenda eſt, eodem inſtrumento vtendum eſt, quo ſcriptor ille rem hanc deprehendit. Rationalis ſanè medicus per cauſam dijudicare hiſtoriam poterit: quodam enim in hiſtoria ſcribẽte hominem diſtenta vaſa & oppreſſa grauitate habentem, ſanguinis profluuium ſuperueniens ab inſtante noxa liberat, & grauitatem hanc examinat, num vera ſit, in cauſam ſymptomata inferentem reſpiciens, conſiderans'q3, num ſanguinis profuſio potens ſit cauſæ reſiſtere: inueniens ergo grauitatem diſtentio
nem'que à plenitudine prouenire, & ſanguinis effuſione plenitudinem inaniri, hiſtoriam veram
C eſſe cognouit, nulla'que re alia ad hanc dijudicationem indiguit: vbi vero cauſam nanciſci non poſſumus, hiſtoriæ iudicium experientiæ committimus: ſiquis enim hiſtoriæ tradidiſſe viſus fuerit portulacam dentium ſtuporem diſcutere, huic rei iudicandæ experientiam adhibebit. Ad hunc itaque modum empiricum neceſſe fuerit de hiſtoria per experientiam iudicium facere: quòd ſi experientia hiſtoriam iudicat, efficitur, ſuperuacuam atq3 inutilem eſſe hiſtoriam. Cæterum non nulli empiricorum dicũt, nos auctoritati ſcribentium fidem habentes hiſtoriam iudicamus: Nobis vero interrogantibus, quo modo ipſorum auctoritatem æſtimatis, cum ipſorum alij in alijs fallantur, & recte dicant, reſpondent, Cum ſcriptor aliquis non ob inanem gloriam, neque decretorum amore compulſus, neque altercandi ſtudio irritatus quicquam ſcribit, tunc vera ipſum ſcriptis mandare cenſemus. Hoc eorum dictum in primis facile refelli poteſt: contingit enim ob nullam ex antedictis cauſis, ſed proprio errore ductum ſcriptorem quempiam hiſtoriam condere: num igitur, quia neque gloriæ cupiditate, neq3 ſectæ ſuæ placitis fauens, neq3 contradicendi gratia ſcripſit, propterea quidquid eius ſcriptis continetur, verum eſſe dicendum eſt? Secundo, cum hiſtoriæ auctorem ſapientem medicum eſſe autumant, à iudicãda hiſtoria diſcedentes virum ſapientem iudicant: ſed huiuſmodi iudicium ad philoſophos non ad medicos pertinet. Præterea vnde
D iudicium illud accipi poteſt, eum neque gloriæ comparandæ, neque ſectæ ſuæ tuendæ, neque rixandi cauſa ſcribendi prouinciam ſuſcepiſſe? Vlterius dum conantur, quo agnoſcenda ſit ſcriptoris auctoritas, declarare, inſtrumento ab ſe ipſis repudiato vtuntur: dicentes enim eum non gloriæ, non concertandi cauſa ſcribere, cauſas exponunt, ob quas ſcriptori fides habenda ſit. Quare, ſi non ob aliud quicquam, ob id ſaltem cauſarum veſtigatio perutilis fuerit, nos q3 etiam nihil plus quærimus, ſed quæque res propter quid facta ſit, curioſe explorandum eſſe contendimus: quod ſanè & ipſi in hiſtoria dijudicanda facere videntur: nos vero propter quid quodque ſit, veſtigare conſueuimus, atq3 in totum cauſa ad rem quæ dicitur dijudicandã vtimur, empirici autem ad mores ſcribentis dignoſcẽdos: mores autẽ æſtimare non medicorũ, ſed philoſophorũ officiũ propriũ eſt. Amplius, & hoc aiunt empirici ad ſuadendũ non opus eſſe hiſtoriã experiẽtia iudicare, id q3 ita probant: quemadmodũ vos Cretã inſulam eſſe quibuſdã ſcribentibus, Cretam eſſe inſulã cognouiſtis, quamuis proprijs oculis ipſam nunquam aſpexiſtis, ita & nos multis de eodem eadem ſentientibus experientia ad hiſtoriã iudicandam non egemus, ſed multorum opinioni accedimus. At nos iſtorum rationi occurremus dicentes: Cretam eſſe his verſimilibus argumentis moti credidimus, quoniam inde huc aliquis, iterum q3 hinc illuc nauigat, quoniam q3 non nulli Cretenſes iſthic noſtri amici ſunt, ad quos etiam literas damus, & à quibus accipimus: præterea, quo-

niam

naim omnes homines de ipsa, licet inimicissimi, idem referunt: de medicinalibus autem rebus ni- E
hil ferè inter medicos conuenit: cum præsertim inter omnes homines exiguus sit medicorum nu
merus: neq; solum dissentiunt, sed & pugnantissima, vt paulo ante monstrauimus, opinātur: quo
circa aliquo instrumento opus est ad dijudicandum medicinalem historiam. Cęterum, cum dicant
empirici, quæ comprehenduntur, aliqua sensu comprehendi, vt ruborem, alia per admonitionem,
vt ea, quæ notis quibusdam, ac signis in memoriam reuocantur, per indicationem autem nihil di-
gnosci, ac neutro ab ipsis probato modo. Cretam esse insulam comprehendunt: nihil dubium est,
aut ipsos, Cretam esse insulam, non comprehendisse, aut, si comprehenderunt, tertium quendam
alium cumprehensionis modum reperiri: hæc dixisse ad ostendendum adeo ab ipsis concelebra-
tam historiam superuacuam esse, abunde sit.

Quòd nihil vtile ab historia Empiricorum haberi possit. CAP. 15.

CÆterum nullius iuuantis notitiam ex historia haberi posse non magno quis negocio proba-
uerit: quandoquidem obseruatio, vt supetius tradidi, non solum pro symptomatum genere,
& numero facienda est, sed etiam pro magnitudine, & tempore, & ordine: hæc autem describi sine
ptopositis nequeunt: manifestè sequitur historiam dari non posse: penes magnitudines autem, & F
tempora, & ordines medendi conditionem differre probatum est. Verū, per quę concluſimus pro
concursibus obseruationem fieri non posse, per eadem efficitur, neq; historiam posse condi: neq;
enim obseruationem fieri non posse, posse vero non obseruata describi, quispiam dixerit.

De transitu ad simile secundum Empiricos. CAP. 16.

DEinceps de transitu ad simile disputandum est. Indiguerunt autē transitu ad simile empirici
hac de causa: cum plurima, & penè infinita essent, pro quibus obseruationes erant faciendę,
& opem ferentia essent quoq; infinita, ac nemo posset pro omnibus, aut plurimis aliqua notare, id
fuit in causa, vt historia, transituq; ad simile egerent empirici: adhuc, quoniam rationales medici ip
sis obijcientes aiunt, nihil æque artifices, ac facilitatem in artibus, copiam q; præstare discupiunt: at
vos vnū in vno obseruantes infiniti in curationibus eritis, aut plura in eodē obseruare coacti, nun
quam arte vtemini, sed aliqua semper notabitis. Hanc ipsi obiectionē ita diluunt: Nos transitu ad
simile vtemur, ex quo nobis facultas, copia q; suppetit: vertiginoso.n. in humum procidente, san-
guine q; ob casum effuso, atq; ita morbo eo liberato, nos id notantes in altero venā secabimus. Sed
primum eos quispiam scisitabitur, vnde ipsi certiores facti sunt ex sanguinis profusione, & nō ex
ipso casu vertiginosum fuisse sanatum. Sed nondum aduersus eos quippiam afferre tempus est
prius, quàm, quot modis transitu ad simile vtantur, ostendero. Dicunt itaq; se transitu ad simile vti, G
non nunquam ab auxilijs ad auxilia, non nunquam à locis ad locos, nō nunquam à vitijs ad vitia:
ab auxilijs quidem ad auxilia, vt quando mespilum vice cotonei torminosis adhibent: à locis autē
ad locos, vt quando ea, quæ in musculosis, aut neruosis membris obseruarunt, talibus etiam appli-
cuerunt, quemadmodum, exempli causa, à femore ad humerum transferimus: à vitijs vero ad vi-
tia ita transeunt, veluti cum remedia ad sanguinis effluuium probata ad Hæmorrhi morsum acci-
pimus: tot sanè modis transitu ad simile vtuntur empirici.

Transitus ad simile Empiricorum impugnatio. CAP. 17.

VErum ipsos libenter interrogem primum de auxilijs, quo modo ipsis vtantur, num faculta-
tis, aut symptomatū inhærentium similitudinem attendētes: veluti cū mespilū pro coroneo
assumunt, num astrictione similia esse putantes accipiunt, an quia rotunda ambo, colore, tactu q;
similia conspciunt? Si facultatem (astrictionem dico) attendentes se transitū facere asserent, se cau
sas adstrictionis, per quas iuuantia prosunt, explorare fatebuntur, simul autem cum iuuantium fa-
cultate & nocētium facultas addiscitur. Quin etiam & plus quiddam eos perscrutari oportet, non
solum, q mespilum adstringat: complura enim eadem vi prædita sunt, quæ propterea non idem
præstant, vt æris squamma adstringens, & membta repurgat: nam, si piper calefaciendo iuuare co- H
gnitum sit, iam pro certo habetur, quod in præsentia nocet, frigiditate officere: sin autem sympto
matum similitudinem spectātes similia se deligere profiteantur, vtrū dicemus, si omnes qualitates
similes sint, ita similitudo attenditur? at id prorsus esse nō pōt, vt aliquorū omnes qualitates simi-
les sint: sic.n. eadem essent, non similia. Certum igitur est eos aliquorum symptomatum similitudi
ne inspecta trāsitum se facere dicturos: aut igitur plura (dicemus nos) aut totidē, aut pauciora sym
ptomata spectantes trāsibitis: si pauciora, fermè omnia similia fuerint: in aliquo enim omnia con-
cordant: q si totidem, aut plura, cur in sanguinis effluuio (dicemus) quemadmodum porri coma
vsi estis, non item & allij, & cępæ comam adhibuistis? hæc enim in plurimis similia sunt: & in per
nionibus pariter, Quare quemadmodū rapa, nō item & raphano ei malo succurritis? præterea &
stomacho imbecillis, quare absinthio carentes, nō cētaurij, & marrubij succo medemini? ferè enim
hę herbæ non differunt: itē aqua suffusis quā ob causam plerunq; vice raphani rapam nō exhibēt?
Atq; in vniuersum considerandū est aliquod obseruatis simile, contrarias tn vires habere: ipsos q;
percōtari opus est, propter similitudinē ne ijsdem morbis hæc remedia cōducant, similitudo vero
sit sentibus (vt ipsi reputant) iudicanda: hoc idē argumentū aliquis in reliqua ipsorū decreta con-
torquere poterit: nā protinus ipsis ostendendū est neq; à symptomatis ad symptomata, neq; ab af-

fectibus

A fectibus ad affectus eos tranſire poſſe: nunquid enim ſymptomatum ſimilitudinem in facultate attenditis? hoc vero negabunt, non enim facultatem ſymptomatum, ſed ſenſui manifeſtam ſimilitudinem explorant: vtrum igitur plurium ſymptomatum, an totidē ſimilitudinem? at phlegmone, & ſcirrhus in plurimis ſunt perſimiles, ſed nihilo minus fermè contrariam, nihil q̄ conſentientem curationem poſtulant: ſic etiam œdema, & ramex, ſtruma, & meliceris magna ſimilitudine inter ſe conueniunt, ſed medendi ratio maxime diſtat: præterea ex venæ fractura ſanguinem reiicientes omnia fermè ſymptomata illis quàm ſimillima habent, quæ ſanguinem ob eroſionem, aut apertionem ſpuentibus inſunt: non tamen iccirco eadem medicatio omnibus idonea eſt. Atq; ea ferè, quibus empiricorum ad ſimile tranſitus confutatur, perſecuti ſumus.

De tranſitu ad ſimile ſecundum rationales. CAP. 18.

DEinceps vero declarandū ſupereſt, quo modo rationales tranſitū ad ſimile vſurpare valeant, quod alij non ad ſimile tranſitum, ſed analogiſmum nominare conſueuerunt: nam ad ſimile tranſitum pertinere ad empiricos aſſerunt, modum autem illi proximum analogiſmum vocant, quem rationalibus familiarem eſſe teſtantur. Verum nos aduerſus noīa mutantes minime pugnamus, ſed rem ipſam proponemus, cui quiſq; ſuo iure nomen imponat. Itaq; ſymptomatum aliqua
B cauſas, aliqua paſſos locos, aliqua facultates, aliqua ęgrotantes ipſos ſubſequi ſtatuimus: hæc rationalis omnia diſtinguit, noſcit q̄, vbi obſeruandum ſit nec ne: q̄ alia vero adſint, aut abſint, non laborat, cum nihil ad medelam conferant: cum q̄ concurſus in aliquo inutili ſymptomate variare videatur, haud ſecius ijſdem vtetur, ac ſi penitus aſſimilis concurſus eſſet. At empiricus, quia confuſum, ex omnibus q̄ aceruatū concurſum obſeruat, facultate diſcernendi ſymptomata carens, quocunq; ex illis deficiente, abundante ve, perinde atq; concurſu euariante, diuerſa quoq; curandi ratione vti debet, ignorans in non nullis ſymptomatum, defectu, affluxu ve concurſum re vera permutari, vt in phlegmone, ſcirrho, œdemate, atq; ramice: in nō nullis autem minime: nam in ijs, qui à priore parte conuelluntur, & in ijs, qui à poſteriore, quos Græci emproſthotonicos, & opiſthotonicos vocant, differre quidem concurſus videtur, ſed, quoniam patientis ſymptoma eſt, non cauſę, non loci, non facultatis, ideo non fit diuerſa curatio. Id quoq; ignorat empiricus, non nunquam ſimilem eſſe concurſum, non tamen iccirco eadem curatione eſſe vtendum. Ecce enim totidem, ſimilia q̄ ſymptomata in ſanguinem reiectante ex fractura, ex apertione, & ex eroſione reperiantur, eſto etiam tuſſis in omnibus iſtis eadem, & proiecti ſanguinis copia ſit ęqualis, alia q̄ etiam ſint conſimilia, nihilo minus tamen differens curatio adhibebitur. Quamobrem rationalis medicus
C vtilia ſymptomata ab inutilibus diſtinguens, ſæpius diſſimili apud multos apparente concurſu eadem medicamenta ſectatur, veluti quidam emproſthotonici, id eſt, in priorem partem diſtenti, & opiſthotonici i. in dorſum diſtenti, & tetanici, id eſt, æqualiter in vtranque partem conuulſi, iſti diuerſum concurſum habere videntur. At rationalis intelligens ſanguinis (ſi ita forte euenerit) copiam in cauſa eſſe, muſculorum q̄ eſſe vitium, & eundem eſſe morbum (phlegmonē enim) eadem medendi via incedet: ſola enim prędicta ſymptomata notat, ſed patiētis ſymptoma tanq̄ inutile repudiat. Nam in priorem, aut poſteriorem, aut æquabiliter in vtranq; partē conuelli patientis ſymptoma eſt, quod obſeruatum nihil in curando vtilitatis affert, quemadmodum neque lachrymari. Contra non nunquam ſimili apparente concurſu, iſte vero penes diuerſam cauſam differenti curatione vtitur, vt in illis, qui ob eroſionē, aut fracturā cruenta ore profundunt partiens enim ſymptomata rationalis, ad vtile indicantia reſpiciens, atq; vtilia tantū ſymptomata deligens, auxilijs q̄ aduerſus ea pugnare valentibus vtens, plerunque diuerſo apparente concurſu, eodem ipſe modo curabit: aut contra, ſimili apparēte, diuerſam curationem adhibebit: curatio nanq;, & admotio remediorū cauſis ſymptomata generantibus aduerſari valentium. Rationalis itaq; vnūquodq; auxiliū morbiferis cauſis aduerſarium comprehendit, & cui ſymptomati reſiſtere valeat, non ignorat, quo
D niam concurſum, vt iam diximus, partitus eſt. At empiricus in confuſo, aceruato q̄ cōcurſu iuuantia obſeruans, quid cui reſiſtere aptum ſit, diſcernere nequit: id ignorans vero, tranſitu ad ſimile vti non poteſt: per quid enim iuuans proſit, & ipſe ſe ignorare fatetur.

Quo modo rationalis Vtilia ſymptomata ab inutilibus ſeparet, tranſitumq; ad ſimile faciat. CAP. 19.

CÆterum quo modo (dicet aliquis) vtilia ſymptomata à vanis diſtinguit rationalis? ad indicantia propoſita referendo, reſpondeas: cum enim quædam ſymptomata propoſitum vtile indicans manifeſtantia, quædam vero id non præſtantia cognouerit, vtilia ſanè adnotat, alia dimittit: ex huiuſmodi vero vtilium ſymptomatum perceptione tranſitus ad ſimile facultas exoritur: quandoque autem non integram curationem, ſed aliquam eius particulam tranſponit: quemadmodum enim concurſus, ita & curandi rationem diſtinguit: atque in primis perſpicuum habet, quæ nam curationis auxilia ſymptomatis à cauſis illatis aduerſantur, quæ ſymptomatis à loco, facultate ve productis: ſciens nanque hoc ſymptoma à cauſis enaſci, iſtud à locis, id vero à facultate, à cauſa præterea auxilij genus indicari, à loco vtendi modum, à facultate tunc temporis ſignificari menſuram, ſi quidem eadem cauſa ſit, & cauſam prodentia ſigna appareant, ſed neque locus idem ſit, neque facultas eadem, idem vtiq; remedij genus accipietur, ſed vtendi ratio, & menſura mutabitur: contra, ſi cauſa planè diuerſa fuerit, ſed locus, & facultas ſint ijdem, non idem

auxilij

auxilij genus, sed vtendi ratio & mensura eadē seruabitur. Posti̅ igitur rationalis medicus & con- E
† *Al. partiri.* cursus & curationes † metiri est idoneus, potest secundum cōcursuum similitudines aliquas curationis partes, prout ipsi videbitur, commutare. At Empiricus neq; causam, neq; causarū, aut loci, aut facultatis proditoria symptomata rimatus id neutiq; facere poterit: quocirca neq; transitum ad simile in curando rite vsurpauerit, quandoquidem, quo modo inter se concursus sint similes, ignorat: ideo neq; medicationem partiri valet, neque remedium præsenti symptomati occurrere potēs adhibere: quòd si id se posse facere affirmat, vt scilicet & concursuum symptomata, & curationem partiatur, quid vnumquodq; prodest atq; officit dignoscens, se abditarum causarum contemplatorem esse fatebitur: quòd si hoc, & ab indicatione se remedia posse capere confirmabit.

Summa dictorum contra Empiricos. CAP. 20.

QVamobrem, cum ea, quibus Empiricorum secta insignitur, atque informatur, frustratoria sint, atq; esse non possint, obseruatio scilicet, historia, & ad simile transitus, obseruationem quidem ratione carētem inutilem prorsus, & subsistere nequeuntem per se ostendimus: inutilem, quia rationis vsus exigitur, quibus symptomatis curatio sit adhibenda, declarantis, neq; enim pro omnibus aut iam præteritis, aut ægrum in præsentia vexantibus obseruationem faciendam autumant: subsistere autem nequeuntē quia plura cū sint, omnia non prorsus adesse possunt, F quò idem concursus emergat, genus inquā symptomatum, & numerū eundem, & magnitudinē, & ordinem, & temporis opportunitatem, & id genus alia. Historiam vero per hæc abundare probauimus, & experientia, quæ scribit, dijudicat: impotentem vero esse: magnitudines enim symptomatum, atque tempora ascribere nequit, sine quibus prosperi medicamenti nulla est comprehēsio. Ad simile autem transitum eo argumento sustulimus, quòd ipsum necessario in salutarium, pernicioſarum q; facultatum inquisitionem dirigere oporteat.

Aduersus methodicos disputatio, & primum in quo dissentiant, & in quo concordent sectæ. CAP. 21.

CÆterum, posti̅ hactenus Empiricorū decreta, veluti per summam, refutauimus, modo superest vltima acies cum methodicis depugnanda. Verum aduersus eos pugnaturus, omnium sectarum cōes sententias cōcedat, necesse est, quod autem illis cum cæteris controuersum est, conuellat. Empirici igitur ab indicatione remedia sumi non posse aduersus methodicos astruere conabuntur: Nos vero ab indicatione remedia sumi posse dicere concedemus, sed ab euidentibus indicationē enasci non itidē ipsis condonabimus: adhuc illud methodicis assentimus, neq; ab vno symptomate, neq; à pluribus indicationem produci: rursus vero illud negabimus, inutilia in totū esse symptomata: nobis enim symptomata plerunque ea significare videntur, quæ salutare auxilium G patefacere valeant, sed ad docendam indicationem penitus superuacua symptomata arbitramur. Huiusmodi vero sunt methodicorum instituta: cum eadem symptomata sunt, affectus autem, quibus hæc inhæreant, differunt, non eadem medendi ratione vtendum est: exemplum de phrenitide afferunt, & ea, quæ sub astricto, & ea, quæ sub fluxo genere collocatur: item, si ꝯdem sint affectus, symptomata differant, eadem, inquiunt, curatione vtemur, vt in cōstarum cerebri q; phlegmone, si vtraq; sub astrictionis genere vitia sunt. Quandoquidem igitur eadem symptomata cum sint, dissidente tamen ratione in medendo vtimur, cum q; illa differunt, eodem non nunquam modo curamus, ideo prorsus inutilia ad curandum symptomata esse aiebant: sublatis enim affectibus simul, & symptomata pereunt: positis & ipsa perdurant: hac de causa vtiles esse affectus aiunt, qui hæc exorientes producunt, euanescentes interimūt: at symptomata inepta, quæ in se ipsis nulla vi prædita sunt: quòd si quicquam symptomata indicare dicant, vtile nihil, sed potius noxium: quemadmodum febris refrigerationem indicat, aut medius fidius potionem dandam, vel vini cupiditas aut balnei, vinum exhibendum, & in balneum ducendum esse declarant: quapropter, cum symptomata nihil, aut saltem nihil vtile, sed potius detrimentosum ostendant, iccirco symptomata reijcimus, inquiunt, morbos autem, vtpote vtile indicare valentes, admittimus. Interrogant præterea huiusH modi quasdam ratiunculas, vt à iuuantium numero symptomata excludenda esse confirment. Si idem contraria non indicat, qui vero astrictione fluxu q; afflictantur, contraria ope indigent, profecto afflictatio conferentium indicationem non generat. Sed in ipsos hæc ratio facile reflectitur, per quam neque morbus quicquam indicare probabitur in hunc sanè modum: Si corpus frigore corruptione q; astrictum diuersa medicamenta requirit, idem vero diuersorum esse indicatiuum nequit, igitur astrictio conferens non ostendit. Alia etiam via methodici interrogant: Si differentia idem non indicant, febricitantes vero actusientes idem aliquando indicāt, à febre igitur actussi conferentis non fit indicatio. At nos hanc etiam ipsorum rationem in ipsos ita retorquemus: Si bile astricti & laxati eadem remedia postulant, ac diuersa idem non indicant, efficitur astrictionem ac fluxum conducibile non indicare. Hæc ferè sunt, quæ à methodicis afferantur, vt inutilia symptomata demonstrent.

Aduersus methodicos symptomata vtilia esse probat. CAP. 22.

VErum enimuero à nobis primū est, methodicos per ea, quæ faciunt non ex toto inutilia esse symptomata, fateri: vsum vero, quem symptomata præstant, cum rationalem sectam exponemus in primis declarabimus. Methodicos itaque symptomata in curatione conducibilia putare

hinc

A hinc maxime patebit. Homines enim vtcunq; insanientes tenebricoso loco continendos esse autumant, siue ob effluxum, siue ob astrictionē insaniant: lucem nanq; in insaniam addere arbitrantur: at veternosos loco splendido detinendos, siue astrictione, siue fluxu laborent: tenebris enim veternum augescere putant. Quo modo igitur, si nihil symptomata indicāt, astrictione delirantes in tenebris versabūtur, tenebris astrictionē augentibus, aut contra fluxu veternosi in luce fluxum intēdente remanebunt? in his enim mihi affectus prorsum negligere videnī, sola q; symptomata intueri. Igiī qui inutilia fuerint ea, quæ tantā vim habent, vt proposita ipsa posthabere, neq; tantū posthabere, sed etiā contrariū, ac ipsa indicent, facere cogant? astrictio nanq;, vt laxetur, nunciat, isti vero in tenebris deliros concludentes non laxant: quin è contrario astringunt: fluxu etiā cohibitionē indicante isti ex fluxu veternosos in lucē producūt, atque ita fluxui incrementū adiiciūt. Ad hęc sanè respondent methodici, non quia symptomata indicent, ideo se illa accipere, sed quia cōtra indicent, illud q; efficere, quod propositū imperet, prohibeāt: id enim cōtra indicans appellant, quod vtile quidē non indicat, id vero fieri, quod affectus postulat, nō permittit. At hęc nos ita refellimus: Si cōtra indicantia inutilia censenī, facultas etiā à proposito indicatū plerunq; accipi non permittens, inutilis putāda erit: sed facultatē nobis aliquid ad medelā conducibile suggeB rentem, tametsi & ipsa contra indicet, contēplari oportet. Quemadmodū itaque facultatē contra indicantē ex vsu esse statuitis, vobis pariter & symptomata vtilia confiteri necesse est: præterea ridicule admodū phreniticis tenebras cōferre aiunt: nā, si tenebræ astrictionē augēt, aucta vero astrictio deliriū maius facit, (crescūt enim symptomata minuūtur q; cū affectibus) contra, cq; oporteat, faciūt, quę enī affectū, eadē & deliriū exacerbāt. & de symptomatis sermonē satis abūde fecimus.

Ab affectibus vtilis indicationem non sumi. CAP. 23.

MOdo neq; affectus conferens indicare (vt opinantur methodici) iisdem illis rationibus, quibus ipsi inutilia esse symptomata probare nitebantur, cōmonstrare decreuimus. Ita nanque asserimus: si iidem affectus sint, causæ vero differant, non eandem curationem admittimus. Vrinæ nanque suppressio vnus quidam affectus est, verum si calculus sit in causa, excindimus: si phlegmone, cataplasmata illinimus: si vesicæ supra modum distentio, fistulam, quē cathetera nominant, imponimus, siue, vt inquit Erasistratus, ægrum in genua statuentes, atq; aphronitro extremum vrinariæ fistulæ illinentes, & alia, quæ deinceps sequuntur. Sin autē ab affectibus conducibilium indicationes fierent, vnus cum est affectus, eiusdem quoq; conducibilis eędem forent indicationes: non sunt autē: non igitur affectus indicant. item si ab affectibus indicationes oriren C tur, non vtiq; diuersi affectus idem indicarent. At, vna cū est causa, licet affectus dissideant, idem curandi genus admittimus: cholerā nanq; & arquatum morbos dissimiles esse vel ipsi fermè cōfitentur, etenim astrictus hic, ille vero fluxilis morbus est: in vtroq; tamen fit inanitio. Quapropter, qm̄ sublatæ causæ affectus auferunt, positæ constituunt, ac præterea diuersæ causæ, quamuis iidem sint affectus, diuersam, eędem, licet affectus euarient, eandem tn̄ curationem postulant, nō iniuria nos & causas & affectus & passos locos exploramus. Possumus vero & hisce rōnibus idē comprobare, à discordibus scilicet causis eundem affectū procreari, exempli causa, astrictū: ignis nanq; in corpus incidens superficiem densat, id pariter frigus efficit, nihilominus hunc, qui idem affectus est, differenter curamus propter causarum differentiam: illum enim, qui ab igne est, perfusionibus, & cataplasmatis crustas separare valentibus sanitati restituimus: eum vero, qui à frigore fomentis raparū decoctis & id genus aliis sanare studemus. Quòd si laxatorio vtrunque curandi genere sanari contēdant, ita occurremus. Si idem est curādi genus, id si permutemus, nihil errabimus, vt si ab igne, ægrotantē iisdem fouebimus, & frigore affecto eadem cataplasmata superdabimus, & medicamina ad crustas faciētia adhibebimus: sed nequaquā ista facimus: grauiter enim lęduntur: haud igitur eandem esse curationem dicendum est. Amplius, eadē causa diuersos mor D bos generat: plenitudo enim aliàs phlegmonen excitat, hęc vero astrictio est: interdum sanguinem profundit, at sanguinis profusio fluxus vocatur, neque tamen ob id, licet morbi differant, est diuersa curatio: siquidem in vtroque euacuatio sanat, morbo contraria: quandoquidem non ab effectis, sed ab efficientibus, quēadmodum & ipsi profitentur, indicationes accipiendæ sunt: affectus vero causarum loco methodici habent, cp symptomatum effectiui sunt: sed non qua causæ sunt, inquiunt, sed qua communitates, vim habent indicandi, nihil q; vetare idem & pro causa & pro communitate & pro alio quopiam accipi, vt malum gustabile, olfactile, visile, tactile' que est: cum q; ipsum dulce esse dicimus, non quatenus sub tactum uenit, dulce dicimus: haud secius affectus ab aliis enatos alia quædam producere quid impedit? quando uero ipsos indicare, inquiunt, asserimus, non quatenus effectus, aut aliorum effectiui, sed quatenus communitates sunt, ipsos indicare censemus. Quemadmodum igitur symptomata methodici, quoniam à diuersis eadem, & ab iisdem diuersa proueniunt, nihil indicare cōmodi testantur, itidem & nos à diuersis causis eosdem, & ab iisdem diuersos gigni affectus intuentes, eos ad utilium indicationem incommodos esse dicimus: neq; enim unum idem semper indicat, alioqui urinæ suppressionem eadem semper uia tolleremus. Vt igitur illi ruborem non indicare aiunt, cp effecti speciem ipsum reputent, sic & nos affectus ad indicationem non nunquam causarum, nō nunquam effectorum inutiles esse

ſtatuimus. Quiſpiam vero ita illis obiiciat: Quid ruborem ipſius alterationē indicare negatis, E
quandoquidem & cōmunitatem in ipſo ſpectatis? in pluribus enim differentibus cernitis: quid
aliud vero eſt cōmunitas, q̄ res in pluribus eadem? igitur, ſi indicat, & pluribus cōmunis eſt, cur
nō ab ipſo, aliis q̄ id genus ſymptomatis euidenter apparētibus indicationes accipitis, ſed potius
ab affectibus, aſtrictione ſcilicet, & fluxu, nequaq̄ euidentibus? Quod ſi affectus indicat, omniū
maxime ridiculū fuerit, affectum ſenſu cōprehenſibilem eſſe inficiari: ſi fluxus itaque, & aſtrictio
ſolæ cōmunitates forent, vero proximū quis diceret, eas ſolas indicare dicens: verum, cum & ſym
ptomata pluribus cōmunia reperiantur, quare & ab ipſis iuuantium indicatio nō oritur? Sin aūt
reſpondeant, iccirco ſymptomata repudiamus, quia proximę, & neceſſarię medentibus cōmuni-
tates non ſunt: nam eoſdem affectus diuerſis ſymptomatis eodē modo curamus, & diuerſos affe-
ctus, etiamſi eadē ſymptomata fuerint, diuerſa tn̄, vt ſupra declarauimus, ratione diſcutimus. His
de cauſis & nos dicemus, idem in affectibus euenire cernentes, quod vos in ſymptomatis obſer-
uaſtis, veluti incōmodos & ſuperuacaneos ipſos reiicimus: iſtud enim probare, affectuū videlicet
cōprehenſionē eſſe inutilem, abundans eſt, & fruſtratoriū: ad curationē enim ſatis eſt cauſæ perce
ptio, loci vexati dignotio, & facultatis menſura: ſitne fluxus, an aſtrictio, ſuperuacuum puto co-
gnoſcere, ſed huiuſmodi ratio poſterius agitabitur, cum de vſu affectuum perceptionis diſſeretur. F

Quid morbus indicet, & quid artifices requirant. CAP. 24.

ILlud aūt aduerſus methodicos dicendū eſt, Affectus, nō quid agendū ſit, ſed ſuam ipſorū ſubla
tionē, deſtructionem q̄ indicare: quod ſanè & quis votis expetere poſſit: id vero nec vulgus,
neque brutæ animantes ignorant, morbos ſublationē, ſanitatem conſeruationem indicare. Arti-
fices ſanè huiuſmodi indicatione non egent, ſed illa ſcire exoptant, per quæ languores pelluntur,
& ſanitas conſeruatur: propterea illis opus habent, quæ particulatim remedia indicant, quibus ac
cerſitur ſanitas, ac retinetur. Atqui per id artifices vulgo præcellunt, q̄ ea percipiunt, quibus parti
culatim remedia patefiunt: quandoquidem, ſi morbi ſua ipſorum remedia edocerent, laborantes
ipſi, per quæ ad ſanitatem redirent, intelligerent: at iſtud ignorant: quid vero morbus indicet, cer
tum habent, ſublationem ſcilicet: quare morbos pellere potentes medicos acciri iubent.

Non morbos, ſed cauſas medelam indicare. CAP. 25.

QVin & ex adhibitis auxiliis non morbos, ſed cauſas medelam indicare agnoſcendi facultas
dabitur: auxilia nanque non affectis, ſed facientibus aduerſantur, vt euacuatio multitudini
contraria eſt, morbo vero nulli, vt phlegmonę aut febri: multitudine igitur euacuatione
ſubtracta ſimul & genitus per eam morbus tollitur. Sed non propterea, q̄ ſimul cum efficiente G
cauſa morbus recedit, auxilium morbo aduerſari dicendum eſt. Poſſumus enim & ex ſymptoma-
tum à multitudine atq; euacuatione orientiū collatione, cui opponatur auxiliū dignoſcere: ſiqui-
dem multitudo redundantia grauat, euacuatio redundantiā ſubdućēs grauitatē tollit: deinde mul
titudo cōceptacula diſtendit, euacuatio, vt ſubſidant, efficit, & collabātur: alia quoq; remedia cau-
ſis ſemper reſiſtere inuenies, morbo vero minime. Amplius ex hoc quiſpiā didicerit, ſi neq; aſtri-
ctio, neq; fluxus auxiliū aliquod, ſed potius affectū quendā indicent, & aſtrictioni contrarius flu-
xus eſt, nō inanitionē, ſed fluxū indicabit aſtrictio, & fluxus aſtrictionē: quod igitur admittimus
idem à morbo indicatur: at lędentes cauſæ ſibi contraria demonſtrant, quod q̄ ab ipſis indicatur,
admittimus: quo circa nō morbi, ſed cauſę, quod cōducit, aperiūt: itaq; nō prorſus incōmoda eſſe
ſymptomata, neq; à morbis conducibile, ſed à cauſis indicari ſatis ample, dilucide q̄ oſtēſum eſt.

An communitates methodicorum ſint euidentes, atque indicent. CAP. 26.

DEinceps conſiderandum ſupereſt, cōmunitates, quas ſupponunt methodici, euidentes ſint
nec'ne, atq; vtrum à cōmunitatibus indicationes accipi poſſint. Medicam igitur facultatē
iuxta ipſorū ſententiam definiemus, euidentiū communitatū cognitionē eſſe: euidens autē, non
quod ſenſu percipitur, appellant, ſiquidem nullus affectus ſenſu comprehenditur, ſed euidens illi H
nominant, quod per ſe ipſum, licet ſenſui nū ſubiaceat, cōprehendi poſſit: nam ferè manifeſtū illi
euidens vocant. Quapropter contradicens illud quoq; oſtendat, oportet, eos neque grę cis nomi-
nibus ſcire vti. Cęterū ne dictiones vitio dare videamur, ipſis cōcedentes euidens vt lubet accipe-
re, communitates non ex ſe comprehenſiles eſſe declaremus, in primis q̄ eorum ſectæ principem
Theſſalum, cōmunitatū, vt non ex ſe perceptibiliū, ſigna tradentē adducamus. In laborante enim
aſtrictio, inquit, ex corpore ęgre difflabili agnoſcit, pariter & fluxus nō nullas notas exponit. Sed
forte reſponderint: aduerſus hominē, non aduerſus ſectam noſtrā obiicitis. Theſſalum itaque di-
mittentes ad propoſitū oſtendendū reuertemur. Primū igitur cōe quoddā argumentū in vtraque
affectione ſumemus, ipſas neque euidētes neq; ex ſe perceptibiles eſſe declarās: deinde ſeparatim
ipſas ſingulis neutiq̄ ex ſe cōprehendi poſſe cōfirmabimus. Fatentī itaque & ipſi nō omnē corpo-
ris denſitatem, aut excretionis ſuppreſſionē aſtrictionem eſſe: nam ruſtici concretione laborant,
non tamen aſtrictione: neque omnis ſoliti excrementi cohibitio aſtrictio eſt: nā & muliebre pur
gamentū cum ab prægnatione ſupprimitur, ſoliti ſanè excremēti retentio eſt, neque tn̄ ob id aſtri
ctio vocanda: itē non omnis corporis laxitas, & excretio fluxus eſt: pueri nanque, & mulierculæ,
viri q̄ nō nulli ſub vmbra victu delicatiore vſi, natura ſunt rariores, & quædā inutilis materię ex-

pulſio

A pulſio fluxus nõ eſt: prẽterea, quorum per aluí deiectionem, aut lotium, aut ſudorem, aut ſanguinis profluuium iudicatio fit, neq; ipſos fluxu laborare dixerint, alioqui ſupprimenda eſſet excretio. Qm̃ ergo non omnis denſitas, & retentio aſtrictio eſt, neq; omnis raritas, aut excretio fluxus, clariſſime conſtat ſola ipſa ſymptomata reſpicientẽ, fluxum, aut aſtrictionem deprehendere non poſſe, ſed ex aliis quoq; diiudicandi ſunt: quemadmodum enim & alia ſymptomata, naturalia'ne ſint, an præter naturam, non ex ſe ipſis, ſed ex aliis percipiuntur, ad eũ ſanè modum & aſtrictio, & fluxus dignoſcendi ſunt: per hęc autẽ huiuſmodi ſententia manifeſtabitur: naturalia ſymptomata, & præter naturã magna ſimilitudine inter ſe conueniunt: eadem nanq; his naturalia, illis præter naturam ſunt, vt ater color præter naturam ſimilis eſt atro colori, quí naturalis ſit, nobis quidẽ præter naturam, ſed Indorum genti naturalis. Figuræ quoq; non naturales naturalibus ſunt perſimiles: non nulli nanque magis, quàm alij, extortos habent artus: acuminatæ nares, & oculi caui quibuſdã mortifera ſigna ſunt, aliis vero hæc eadem congenita. Motus vero, ac eius carentia ſi voluntatis imperiũ ſequentur, naturales dicito: ſi inuoluntarie in corpore fiant, pręter naturam. Per hæc manifeſtum eſt ipſa tantum ſymptomata attendentes non poſſe ingenitum ab extraneo dignoſcere, ſed in non nullis agentem cauſam explorare opus eſt, quemadmodum de motu, vtrum
B voluntarie, an inuoluntarie prodeat: ſic etiam de colore: cum enim color ab humoribus oriatur, & ex colore ſanguis appareat, conſiderandum eſt, num ſanguis naturaliter affectus ſit: id vero ex vſu cognoueris: cum enim reliquum omnẽ vſum ſanguis minime impeditum prębet, neq; grauat, neq; diſtendit naturalẽ eſſe ſanguinẽ dixeris. Verum figura num ſalubriter, & ſecundũ naturam ſeſe habeat, ex membri ipſius vtilitate percipies, vt in extortos artus habentibus. Non nulla ſanè & ex loco, in quo fiunt, an naturaliter habeant, dignoſcitur. Denſitas, & raritas iſtius generis ſunt, vt non nullis ingenitæ, aliis præter eorum naturam ſint: nam ſenum denſitas ipſis quidẽ ingenita eſt, ſed pueris extranea: contra pueris raritas naturalis eſt, ſenibus autem violenta: nõ nul-
* lis præterea ex vitæ ratione ſpiſſeſcit cutis, vt ruſticis, ob cœli ſtatum, aut curas vrgentes: aliis, qui nihilominus naturaliter habent: quo circa fieri nequit, vt ſolam corporũ denſitatẽ, fluxum q; ſpectantes eorũ affectiones comprehendere poſſimus. Oportet igitur in aliud quippiã hæc referentes ita, ſecundum naturam'ne ſint, an vitioſa, diiudicare: ipſi enim ita dicere ſolent: moderatione, exceſſu q; naturalia accidẽtia ab extraneis diſtinguimus: quãdo enim corpus moderate denſum, rarum q; fuerit, recte valet animal: cum vero iſtorum alterutrum increſcens modum ſuperat, morbo vexarí neceſſe eſt. Aduerſus quæ ita reſpondendum eſt, Moderatũ, modo q; carens diuerſum
C ab affectibus eſſe, q; ſi ab immodico vitia iudicentur, non ex ſe comprehenſibilia eſſe conſtabit. Deinde ſic etiam eorum ratio confutatur: Moderatum, atque immodicum nõ eſt euidens, ſed ab effectis agnoſcitur: ſi iuuat, moderatum eſt: ſi nocet, immodicum: quí fiat autem, vt moderatum atq; immodicum non euidens ſit, ab ipſo vero comprehenſa ſint euidentia? Verum, ſi & ex facultate moderatũ, immodicum q; cenſetur, neq; ſic tñ immodicum perſpicuum fuerit: facultas enim conſpicua nõ eſt: immodico aũt non euidente, iam proculdubio neq; cõmunitates apparebunt, quandoquidem & ipſæ immodica quædam ſint. Amplius in iſtos dicẽdum eſt: Nihil ſecundum naturam, aut præter naturã exiſtẽs, quod ſecundum naturam, aut præter naturam ſit, eſt euidens. dolor nanq; & id genus alia præter naturam euidentia quidem ſunt: at medici, non quæ ſint, ſed q; præter naturã ſint, cognoſcere volunt: ſiquidem acutus naſus, & caui oculi cunctis hominibus perſpicue apparent, ſecundum naturam vero, an præter naturam ſint, ſolis id medicis patet: hoc enim vulgo medici præſtant, q; ex euidentibus occultum quiddam eliciunt, quod vulgo negatũ eſt. Amplius: Quod præter naturam eſt, euidens non eſt, quare communitates, cum præter naturam ſint, euidentes non erunt. Illud etiam cõſiderandum eſt, num quiſpiam vnquã medicũ accerſierit, quia ſpiſſitate, raritate'ue immodica vexatus ſit: q; ſi nemo vnquã cõmunitates ſenſu per-
D cepit, quo modo rationi fuerit conſentaneum eas eſſe euidentes aſſererẽ? communitatibus itaq; non apparentibus, quare ipſi artem euidentium communitatum notitiam eſſe definiunt?

Quòd aſtrictio Methodicorum non ſit euidens. CAP. 27.

AT vero in præſentia ſeparatim contra ambas affectiones diſputabímus: atque in primis de aſtrictione loquemur. Hanc igitur denſitatem, & neceſſariorum excrementorum ſuppreſſionem eſſe decernunt. Cęterum, quæ ſupprimuntur, aut noxia ſunt, aut vtilia, aut neutra: ſi ſint vtilia, ea excernere abſurdum eſt: ſi neutra, conſtat iam neque morbum eſſe. Dicendum igitur ſupereſt, cum retenta nocent, adſtrictionem eſſe: quæ lędunt vero, cauſæ ſunt: inde fit, vt ex cauſarũ anticipata notitia aſtrictio comprehẽdatur: nam, vt aſtrictionem adeſſe cognoſcamus, ſuppreſſa nocere præſciendum eſt, ſed cum nocentium notitia ſimul & cauſarum concurrit agnitio: quin immo nocentium cognitio cauſarum eſt comprehenſio, item'que ipſa nocentia, quæ vtique cauſæ ſunt, non ex ſe ipſis in notitiã veniunt: quare non ſolum aſtrictio ipſa nõ eſt euidens, ſed neque illa etiam, ex quibus aſtrictio dignoſcitur.

Fluxum Methodicorum non eſſe per ſe notum. CAP. 28.

FLuxum autem definientes, corporis immodicam rarefactionem, & eorum, quæ manere debuerant, excretionẽ eſſe teſtantur: at immodicam rarefactionẽ non ex ſe poſſe comprehendi

declaratum est: quæ excernuntur autem, retineri debeant nec ne, vnde percipiunt? non enim ex E
se ipsis perceptibilia sunt. Atque sic efficitur, neq; fluxum, quantum in se est, comprehendi posse,
siquidem, vt fluxum dignoscamus, ante familiare conueniens q; sciamus, oportet: familiare autē
ex vsu percipitur, vsus ex multis successibus, hi tandem ex seipsis. Quamobrem non ex se com-
prehensus fluxus quo modo recte euidens dici possit? quod q; rationales cognitu obscurissimū
esse affirmant, id ferè methodici (si diis placet) clarum patens q; esse contendunt: quādoquidem
ab his vocatus fluxus ab appellata apud priscos colliquatione, nisi nomine, nō differat. Colliqua-
tionem vero atq; excretionem difficulter adeo prisci illi distingui posse censebant, vt Erasistratus
palàm difficillimū id esse iudiciū fateatur: atq; hæc verba pronunciet: Sanè perdifficile est excre- »
tionem colliquationem q; discernere: sed Hippocrates laboranti, ægre, aut leuiter ferenti, iudiciū »
Cō. 1. Apho. 2. Ex. or. f. 3. b cōmittit, hæc inquiens. ‖ Si qualia purganda sunt, purgētur, iuuat, & leuiter ferunt. Quapropter, »
cum duo veteres medici inter se de principatu certantes hac in opinione consentiant, excretionē
videlicet ab eliquatione vix posse distingui, ex ipsis q; vnus neq; signū vllum excretionis posue-
rit, sed solam rei difficultatem ostenderit, alter ad regulam fermè imperceptilem iudicium transtu
lerit, quo modo id methodici perspicuum euidens q; putabunt? Præterea qua se ratione fluxum
in his, quorū corpora ob insensilem perspirationem dissipantur, percipere dicent? non enim ex F
corporis cōpressione id assequi valent: siquidem non solum profluuio inanita corpora, verū etiā
suppressis mensibus adstricta cōprimantur: tumefactio etenim nō adstrictione solū illis retentis,
quæ excerni debuerant, sed etiam fluxu fusis humoribus, & corpora distendentibus efficitur: nō
idem autē esse compressionē sensilem, & fluxū, hoc sanè modo patere poterit: si cōpressio sensilis
est, cōpressioni vero contraria est tumefactio, atq; vnum vni tantū aduersatur, fluxui non tumefa
ctio, sed adstrictio cōtraria fuerit: at, si adstrictionē tumefactionem q; idem esse affirment, ipsos de
finitionum contrarietatē declarare opus est: aiunt enim adstrictionē, inculcationē, arctationē q;
corporū esse: est igitur arctatio cōculcatio q; corporum, adstrictio: at tumefactio eorundem fusio
atque distentio: distenduntur autē multitudine aut fusione corpora: constat igitur, q; diuersæ sint
tumefactio atq; adstrictio. Si fatentur autem cōpressiones à fluxu distare, & tumefactionē ab ad-
strictione, morborum communia non ex his deprehendi fatentur, affectionum q; notitiā ab aliis
non ex se ipsis emergere: cum ex cōpressione tumore q;, quæ ab affectionibus differunt, oriatur.

Falsa quorundam opinio de modo dignoscendi fluxum impugnatur. CAP. 29.

NOn nulli dicunt in hisce corporibus, quæ insensili perspiratione dissoluuntur, fluxū ea con
iectura dignosci, quòd mollia sint corpora fragilia atq; effœminata. Quorum opinio ita G
refutanda est: Si corpora durata fuerint, & circuntenta, fluxum adesse negabunt, quem tamen ip
1. Progn. tex. 7. cl. 4. f. 191. c sos fateri necesse est: nam, si tales forte ægroti fuerint, quales narrauit Hippocrates ‖ per summam
indigentiam ad hoc deducti, vt dura sit cutis & circuntenta, alia q; adsint, qualia his, qui discu-
tiuntur, dissipantur q; que, euenire solent, vtemur ne victus ratione dissipatis corporibus cōuenien
te? id vtique cōcedant, necesse est: quo modo igitur ex raritate fluxus percipitur? nam tentione
duritia q; præsente nihilo secius effluuium aderit.

Quòd communia nihil indicent, etiam si euidentia sunt. CAP. 30.

DEinceps vero demonstrare quispiam poterit communitates, etiam si euidentes sint, nihil ta
men vtile demonstrare: id q; ita sanè probauerit, diuersa esse dicens, ipsa communia indi-
care, aut indicare valentia ex communibus deprehendi. Methodici sanè ipsa communia indicare
affirmant: nos verò communium notitiam ad ea percipienda, quæ particulatim indicare valent,
conducere asserimus: atque præcepta, quodam modo communia cum sint, particularium cogni-
tionem ostendunt: in eo nanque præcepto, Spontinæ lassitudines morbos nunciant, relationem
particularis spontinæ lassitudinis ad multitudinē comprehendimus: illam enim dictionem /mor
bos/ prout præsens sensus exigit, in hanc /multitudinem/ scilicet conuertere opus est: Vniuersi H
igitur cognitio particularis vtile indicare valentis notitiam subministrat.

Quid artis præcepta declarent. CAP. 31.

NE putet autem quispiam nos eius esse sententiæ, vt ex pręceptis palàm vtilium demonstra-
tiua percipiant: neq; enim ex pręceptis occulta produnt, quorū vsu ad curationem, tanquā
indicantiū, indigemus, sed occultorū ad euidentia relationē manifestant: ita vero diligentius pre-
2. Apho. 5. Ext. or. 11. f ceptorū vsum ex hoc ipso discemus, ‖ lassitudines temere orietes nunciāt morbos, talē instituētes
rationē: lassitudinē igitur temere euenientē manifestā esse vel rudes etiā homines sciunt, per hu-
iusmodi aūt lassitudinē humoris copiā significari imperitos quidē latet: abditū enim est, sed noue
runt artē callentes, spontinæ lassitudinis cū plenitudine cohęrentiā intelligentes: ab ipsius nanq;
spontinæ lassitudinis cum plenitudine cognatione permotus præcepti illius conditor, plenitudi
nis q; effectū esse spontinā lassitudinē cognoscens, ipsum literis cōmendauit: causarū enim dupli
cem cōmunissimam differentiā cū sciret, ipsarū aliquas videlicet in nostro corpore contineri, ali-
quas exterius accedere, necessariū putauit, cū aliqua externa causa infestāt, nos lędi aliter minime
posse, nisi intestina aliqua causa deliteſcat. Qm vero, quæ in corpore sunt grauātia, materiæ copia
grauāt, mediocris enī materia neq; grauat, neq; vllo pacto diuexat, in vnā ratiocinationē hæc oīa

redigens

A redigens huiuſmodi præceptũ conſtituit, Laſſitudines ſponte nunciant morbos: quibus enim rationibus impulſus præcepti huius auctor ipſum tradidit, iiſdem etiam motum præcepti vtilitatem indicare opus eſt. Hoc igitur commune præceptum illud ſignificat, ꝙ vbi ſpontina laſſitudo eſt, ibi prorſus eſt multitudo, non tamen iccirco ex præcepto quiſpiam multitudinem, ſed laſſitudinis, multitudinis q́ue cohærentiam, & ex cohęrentia multitudinem cognouit: quodam modo igitur etiam ex laſſitudine multitudinem percepit: quo̊d autem ita perceperit, præceptum fuit in cauſa, & aliorum ſanè præceptorum eundem vſum conſiderantes inueniemus: ad hunc itaq; modum vniuerſalem, & veluti communem comprehenſionem ex vſu eſſe arbitramur.

Communia quid indicent apud Methodicos, & eorum confutatio. CAP. 32.

CÆterum methodici ab ipſis communibus vtilia indicari autumant: ſtrictam nanque affectionem laxamenti neceſſitatem indicare aiunt, fluentem vero ſuppreſſoriam curationem requirere, atque alia communia euidenter diuerſa indicare contendunt. De quibus dicetur poſterius. Verum communia non indicare per hæc nos confirmabimus: Quibus ſublatis ægri ſaneſcunt, ab auxiliis iſta delentur, ab his vero vtilium indicatio ſumitur, quæ ab auxiliis præcipue deſtruuntur: at particulares cauſas, aut morbos ſaltem remedia principaliter deſtruunt: particulares
B igitur cauſæ aut morbi ſaltem, non autem communitates, quatenus communitates ſunt, vtile indicabunt: quo̊d ſi communia vtile indicent, adhibita q́ue auxilia indicantia deſtruunt, à particularibus auxiliis communia deſtruentur: communi autem deleto omnes eo tempore ſub eo communi ęgrotantes ſaneſcent, nulla penitus re in ipſis ſublata: quamobrem, ſi, quod indicat, id deſtruitur, communia vero indicant, iam ſatis cõſtat, deſtructum iri communia. Hanc rationem ita methodici diluunt: Nos, inquiunt, communitatem eandem & vnam aſſerimus, non quo̊d vnum quoddam ſit corpus ipſum ſibi ipſi continuum, ſiquis in pluribus cõtemplatur, ſed quatenus eadem ſpecies eſt: nam, quemadmodum & humanitas communitas quædam eſſe dicitur, non autẽ corpus quoddam vnum, ſiquis in omnes homines reſpiciat, ſed quædam in pluribus ſimilitudo, itidem & de communitate ſentiendum eſſe dicunt: quemadmodum igitur ſublato aliquo homine non ſimul aufertur, quam in omnibus cernimus, humanitas, ſed vnius cuiuſdam planè humanitas, ita & ſingulari communitate ſublata, non ea, quæ in omnibus reperitur, ſed ſingularis tantum communitas deletur. Iſtis autem ita reſpondendum fuerit: Si communitates, quatenus communitates ſunt, vtile indicant, & humanitas, communitas cum ſit, vtile indicabit: at nihil humanitas indicat: quare neq; alia quæpiam communitas vtilitatis indicatiua fuerit. Prętera: Si quidẽ
C communitas in pluribus identitas eſt, & communitates, quatenus communitates ſunt, indicant, anxietas, & rubor in pluribus affectibus conſiderati aliquid vtique commodi indicarẽt: ſed nihil indicant: neque reliquæ igitur communitates indicandi naturam habent. Ab illis etiam id ſciſcitari conuenit, communitates affectus ſint, neć ne: ſi ſint affectus, quo modo nullus adhuc earum ſenſum habuit? ſed febrem phlegmonen, grauitatem, diſtentionem q́ue homines percipiunt, medicos q́ue harum cauſa accerſunt, aſtrictionem autem, fluorem q́ue nullus vnquã percepit: neq; me hercule quiſpiam vnquam medicum accerſiuit, ꝙ immodica aſtrictione, aut raritate vexaret. Quo̊d ſi affectus non ſunt, quo modo ab affectibus indicationes fieri teſtantur, quandoquidem aſtrictio, fluor q́ue affectus non ſunt? Illud amplius adiiciẽdum eſt, Si communitates profecto indicatiuæ forent, omnium maxime communitatũ communitas indicaret: aſtrictionis enim, fluxus q́ue ſimilitudo quædam eſt, quatenus vtraq; communitas eſt: hæc autem nihil indicat: igitur neque etiam reliquæ: non ſolum autem duas communitates, ſed plures etiam ſtatuunt, alias q́ue in victus ratione, alias in manuum effectione collocant: in victus quidem ratione aſtrictum, & fluens, adiunctam q́ue magnitudinem, morbi tempora quatuor, initium, crementum, ſummum impetum, & decrementum, celeritatem & longinquitatem, acceſſionem, & intermiſſionem: in
D manuum vero effectione, quod à natura alienum eſt, ponebant, loco, tempore, & pluribus aliis: neque enim in præſentia omnia propoſita ad manuum actiones pertinentia diligentius exequi mens eſt: ſatis enim modo fuerit propoſita in ratione victus ab ipſis poſita explicare.

Cur Methodici communitates inuenerunt. CAP. 33.

PRædictas nanque communitates, quid in ſingulis rebus ſequerentur, non habentes, introduxerunt: qm̃ enim ex eorũ dictis efficiebatur, vt in omni fluore, quolibet ſuppreſſorio remedio vtendum eſſet, contra quolibet, in omni aſtrictione, laxante, cum nihil, quod auxiliorum differentias indicaret, reperirent, antedictas communitates innouarunt, vt iuxta ipſarum diuerſitatẽ diuerſa curatio reperiretur: itaque remediorum differentiam ab communitatibus demõſtrari contendunt, ſiquidem penes aliquarum ex his collectionem varians curatio reperitur.

A communitatum magnitudine remediorum magnitudinem non indicari. CAP. 34.

VErum enimuero nihil eorum, quæ dicta ſunt, remedia poſſe indicare monſtrabimus, & primum ꝙ cõmunitatum magnitudo remediorũ magnitudinẽ nõ indicet, ex his aliquis diſcere poterit: in curãdis morbis nõ ſimpliciter auxiliorũ magnitudine egemus, (oĩa enim auxilia cũ magnitudine quadã ſunt) ſed huiuſmodi certa magnitudine: at cõmunitatũ magnitudo nõ hanc huiuce auxilij magnitudinẽ, ſed ſimpliciter magnitudinẽ indicabit: opus eſt autem, vt diximus,

non ſimpliciter auxiliorum magnitudinem, ſed qualem quãdam magnitudinem accipere: nam, E
ſi abſolute magnitudinem accipiamus, cum remedia omnia cum magnitudine intelligantur, om
nia vtique remedia abſque vllo diſcrimine accipientur, quod à ratione alieniſſimũ eſt. At ſi com-
munitatum magnitudine auxilij magnitudinem ſimpliciter indicante ipſi hanc quampiam ma-
gnitudinem accipiant, non id, quod propoſitum indicat, aſſument: propoſitum nanque magni-
tudinem in vniuerſum indicat, ipſi vero hanc certam magnitudinem accipiunt. Reſpondebunt
forte, ꝙ non quatenus particularis eſt magnitudo, ſed quatenus communitas eſt, adhibetur: idem
autem & commune eſſe & particulare contingit. Id vero nos ita refellimus: Si communitas indi-
cat, &, quod indicat, non particulare eſt, diſcrimine carere debet, quoniam magnitudo omni auxi
lio ineſt: hanc eandem autem rationem & ad alias communitates transferre oportet.

Quòd morbi tempora non indicent vtile. CAP. 35.

DEinceps neque morbi tempora vtile indicare declarabimus, ſed ante, quàm hunc ſermonẽ
aggrediamur, aliqua de temporum differentia tractanda ſunt. Duæ igitur temporum diffe-
rentię apud medicos celebrantur: aliqua enim morborum, aliqua auxiliorum tempora dicuntur,
atq; hinc iam manifeſta curatio fiet, cauſarũ autem motiones morbi tempora eſſe dicunt: motio-
nis autẽ differentiæ quatuor ſunt, initium, crementum, ſummũ, & declinatio: hæc eadem ſunt & F
temporum nomina: auxiliorũ planè tempora ea, quæ ad ipſorum adhibitionẽ idonea ſunt, prędi
cant: ea ſunt autem idonea, quando remedium poſtulantia adſunt, prohibens vero nullum.

Tempora morbi & auxiliorum eadem eſſe ſecundum methodicos. CAP. 36.

PLeriq; autẽ auxiliorum morborũ q; tempora non re ipſa, ſed cogitatione tm̃ differre credide
runt: aiunt enim auxilij morbi q; tempus ſimul incidere: nã in quodam tpe cum ſit morbus,
auxilio tempus idoneũ reperitur, ſed idem, inquiunt, ad diuerſa relatũ differenter nuncupari con
tingit: quẽadmodum enim aſcenſus atq; deſcenſus, vna eadem q; via cũ ſit, ſecũdum aſcendentiũ
deſcendentium q; rationẽ non nunq̃ aſcenſus, aliàs deſcenſus appellatur, ad hunc ſanè modum &
in tẽporibus habet: vnũ enim atq; idem eſt morbi auxilij q; tempus: alias enim ad cauſæ motionẽ
referens morbi, aliàs ad applicandi auxilij occaſionẽ reſpiciens, auxilij tps nominabit: euenire q;
affirmant, vt vtraq; tempora ſimul ſint, neq; auxilij tempus abſque morbi tpe poſſe deprehendi.

Alia eſſe probat Galenus. CAP. 37.

COntra quas rationes ita pugnandũ eſt: Si eadem auxiliorũ morborum q; tẽpora forẽt, neq;
re ipſa diſtarent, quocunq; morbi tpe & auxilij adeſſe tempus oporteret: at non quocunque
2. Apho. 29. Ex. ord. 16. f morbi tpe auxilia adhibemus, ‖ Incipientibus enim (inquit Hippocrates) morbis, ſiquid videtur G
mouẽdum, moue, in morborum impetu quietẽ agere melius eſt. nõ igitur eadem morborum au
xiliorum q; tempora ſunt: plerũq; etiam remedia, vt purgationẽ, & ſanguinis miſſionem adhibe
mus, cũ morbus quidẽ non adeſt, ſed futurus timeatur: vt, exẽpli cauſa, chirurgi in his, quibus ra-
mex exectus eſt, facere cõſueuerunt, cũ eos valde humorũ plenos vident, venã ſoluunt: hortatur
etiã Hippocrates, vt exquiſite bonus habitus nõ tarde ſoluat, ſolutio aũt per remedia fit. Quo'd ſi
in morborũ impetu auxiliorũ tempora non adſunt, & adhuc non præſentibus morbis auxiliorũ
tẽpora ſunt, iam patet nõ ſola cogitatione, ſed re ipſa etiã huiuſmodi tpa differre. Vno præterea
morbi tpe plura quis auxiliorũ tẽpora accipit: age enim in morbi decremento clyſter, inunctio,
cataplaſma, cibus q; adhibetur, & iſtorũ cuiuſq; proprium tempus eſt, in pluribus aũt morbi tem
poribus idem non nunq̃ auxilium fertur: initio nanq; morbi atq; incremẽto ſanguis mittitur, ex
his iã efficitur re ipſa quandam eſſe iſtorũ temporum differentiam. Vltra dicta etiã illud ſciendũ
eſt, morborũ quatuor tempora eſſe, initium, crementũ, ſummum impetum, & declinationem: ſed
auxiliorum iſta tempora non ſunt: neq; enim initiũ, aut crementum, aut ſummus impetus, aut re
miſſio ſunt auxilij tẽpora. Præterea morborum tempora aliqua generalia, aliqua particularia de-
ſcribuntur: at remediorũ tempora generalia quidem ſcribi poſſunt, particularia vero nequaquã: H
huiuſce rei id in cauſa eſt, ꝙ morborũ tam generalia, cꝫ particularia tempora vno eodem q; inſtru
mento iudicantur, inſtrumentum autẽ illud ſcribi poteſt, ſed auxiliorũ tempora neq; eodẽ inſtru
mento iudicantur, neq; particulariũ temporũ iudicatoria inſtrumenta ſcribi queunt: quo autẽ id
modo ſit, iã oſtendemus. Morbi tẽpora ex quali quadam cauſę motione cenſentur, eſt q; initium,
aſcenſus, ſumma vehementia, atq; remiſſio, quæ morborũ tẽpora vocamus, cũ ſint certæ cuiuſdã
motionis cauſæ nomina. Nã ſi motio, quę prius nõ erat, nobis ineſſe incipit, atq; ita diuexat, huiuſ
modi motũ initium morbi appellamus: ſi vlterius motus procedat, crementũ: ſi crementum con
ſiſtat, ſummus morbi impetus dicitur: cum motus imbecillior redditur atq; decreſcit, remiſſio no
minatur: ergo, cum generaliũ morbi, particularium q; exacerbationis temporum eadem nomina
ſint, eadem quoq; iudicandi inſtrumenta erunt: ex certa enim quadã cauſæ motione iudicantur:
Quocirca iã in confeſſo eſt poſſe vtraq; tẽpora deſcribi: ſic enim deſcribi ſingula dicimus, vt cau-
ſas, locos paſſos, id genus q; alia, quãdo propoſita, ex quibus ſingula percipiunt̃, ſcriptis mandari
queunt. Ad morborum ſpatia tempora non ſunt, neq; ex ſpatiis tempora ſumuntur, neq; in mor
bis vniuerſis, neque in particularibus exacerbationibus, eo ꝙ non in omnibus temporibus eadẽ
ſpatia ſunt: eandem autem rem tempora vocari, nemo eſt, qui neſciat: præterea ꝙ vniuerſi morbi

tempora

A tempora à particularis acceſſionis temporibus differant, ex eo facile patebit, q̃ vnum morbi vniuerſi tempus plura ſingularum acceſſionum tempora concludat: initio nanque inuadentis morbi particularis acceſſio & incipit, & increſcit, in ſummo impetu conſiſtit, atque declinat: cum´que vniuerſus in ſua vehementia morbus eſt, particularis aliqua acceſſio incipiet: atque ita, quo modo vtraque morborum tempora conſcribi poſſunt, expoſuimus.

Auxiliorum tempora ſcribi non poſſe. CAP. 38.

SEd remediorum vtraq; tempora calamo ſcribi nõ poſſe modo ſubiiciemus. Remediorũ ad plicandorũ tempora non ex cauſæ motione atq; eſſentia capiũtur: idem enim ſemp̃ remediũ
« accipitur, vt quocunq; morbi initio ſanguinis detractio: cum q; dixerit Hippocrates, ‖ Inchoantibus morbis ſiquid videtur mouẽdum, moue, in ſumma autẽ vehementia quietẽ agere preſtat, nõ à morbi tpe impulſus auxilia interdicit: nouerat enim morborum initiis facultatẽ valentem eſſe, propterea q; remediorum applicationi non obſtare, ſed in morborũ vehementia iam flacceſcens remediorũ agitationem non ſuſtinet. Itaq; nõ ratione tẽporis Hippocrates, ſed virium, auxiliorum adhibitionẽ denegat: neq; etiã ex morbi temporum ſpatio, vt non nullis placuit, auxilij occaſio reperitur: longe enim inter ſe diſtantibus ſpatiis, quales´ nam res ſpatio nũciari quis aſſerat, exB plicari non poteſt: quamobrem auxiliis in vniuerſum opportuna tẽpora & ex remedia poſtulantium preſentia deprehenduntur, hęc aũt cauſæ ſunt, & ex potentis impedire abſentia, id vero eſt virium imbecillitas: at particulariũ auxiliorũ occaſiones nõ ex his modo, verũetiã ex aliis, quę mínime ſcribi poſſunt, reperiũtur: qñquidem in remiſſionibus potiſſimũ remedia adhibent´: tunc enĩ & poſtulãs adeſt, & vires ferũt: non idem aũt remiſſionis ſpatiũ in omnibus eſt: ſed eſto, exempli cauſa, ſex horarũ remiſſionis ſpatium, quã igitur iſtarum idoneũ particulari auxilio tẽpus ſtatuemus, cũ non ad eundem oẽs modum habeant? requirat enim tunc cõditio venę ſectionẽ, neq; facultas refrageť: quantũ ad id pertinet, venã ſecare opus eſt, atq; illico poſt cibus dandus, q̃ inediã non ferat ęgrotans: alteri aũt inedia conducet: alij ſomno ante miſſionẽ ſanguinis egent: alij alio ſeſe habent modo, quę oĩa literis mandari nõ poſſunt. In tãta igitur varietate, quã quis horæ partẽ idoneũ cuiq; auxilio tẽpus cõſtituat, aut quod quis propoſitũ deſcribat, ex quo particulare tẽpus accipiat, tradi nõ poteſt: alia enim alijs eueniunt. Quocirca, cũ & remiſſionũ ſpatia, quibus adhibent´ remedia, nõ ęqualia oĩum ſunt, & cõditiones abſimiles, & ſymptomata diſſidentia, atq; hæc ſingula particularis auxilij tps conuariant, nõ poſſe propoſitum quodpiã, ex quo percipiatur, deſcribi, euidẽter conſtat: preſens aũt medicus ex preſentibus & auxilia requirẽtibus permotus, &
C ex potentiũ impedire abſentia, & ex remediorũ poſtea ſumi debentiũ cõſideratione, ſingularium opitulandi temporũ coniecturã capiet. Verũ, propoſita vtrũ re ipſa inter ſe differant, conſiderandum eſt: quandoquidẽ igiť propoſita, ex quibus vniuerſalia remediorũ tempora colligunť, ſcribi poſſunt, ex quibus aũt particularia, neutiq̃, propterea haud iniuria vniuerſaliũ remediorũ tempora deſcribi, particulariũ vero mínime, teſtanť: atq; hoc iam conſtante, morborũ auxiliorũ q; tempora, quo differãt, patefactũ eſt: niſi enim re vera differrẽt, perinde auxiliorũ vtraq; tempora, atq; morborum, monumentis literarũ tradi valerent. longe autẽ differentibus propoſitis, vnde tempora dignoſcuntur, longe etiam tempora differre conſentaneum eſt: vt enim in morbis, temporum propoſita, à temporum quæ ad auxilia ſpectant propoſitis, eſſentia aliena ſunt, ita & ipſamet tempora eſſentia differre veriſimile eſt: atque hæc ſatis de temporibus præſcienda narrauimus.

Cur Methodici tempora indicare crediderint. CAP. 39.

TEmpora ſanè indicare Methodici hac ratione impulſi crediderunt, quòd tempora non omnia ad cibi medicínę´ue aſſumptionem apta cernebant: cum´que temporibus non nullis hęc vtiliter exhiberi, non nullis vero noxie, ſpectarent, id ob temporum diſcrimina incidere arbitrabantur: quare ex eodem fonte & cibi propoſita & remediorũ tempora manare putauerunt. Thef
«D ſalum´que fefellit Hippocrates inquiens, ‖ Cum morbus in ſummo eſt, tunc & tenuiſſimo victu neceſſario vtendum eſt, ſuſpicatus eſt enim ipſum natura temporis ductum alimenti qualitatem præſcripſiſſe, modum ſcribendi huiuſce viri non intelligens: non enim tempus propoſitũ faciẽs Hippocrates hanc victus rationem inſtituit, verum à tempore facultatem menſus eſt, à facultatis menſura cibi qualitateñ accepit: id vero ex iis, quę ſubiunxit, declarauit: coniectãdum enim, inquit, an ęger duraturus ſit: plerunque enim tempora, quod à facultate requiritur, interuertũt, &, ne accipiatur, impediunt, nunquam autem, quid faciendum ſit, edocent. 1. Apho. 8. Ex. ord. fo. 4. f

Quòd tempora non indicent. CAP. 40.

* QVamobrem id, quod aliquid poſtulat, quoniam eius, quod poſtulatur, propoſitũ eſt, quod nos poſtulatum ſumere impedit, propoſitũ non erit: iccirco & morbi tempora nos interdum poſtulatum accipere impedientia propoſita nõ fuerint: nam, ſiquis omnia prohibent´ a propoſita faciat, vires quoq; ęgrotantis euacuationis propoſitum dicere cogetur, eiuſdem etiam timiditatem, & patrem, & dominum: hæc enim plerunque multitudine in corpore exuberante euacuationem facere prohibent, & vires ſubtractionem non ferentes, & præ timore ægrotans non permittens, & pater, & frater, aut dominus prohibens. Quemadmodum igitur iſtorum nullum quiſpiam recte ſentiens propoſitum vocauerit, ita neque tempora, eo, q̃ nos auxiliis, aut

cibis vti plerunque impediant, proposita esse affirmabimus. Male igitur (quispiam subiiciet) in E
1. Aph. 19. Ex. or. 16. f quit Hippocrates, ‖ Inter morborum initia siquid videtur mouendum, moueto, vigentibus autē »
quiescere melius est: nos vero ipsum non male dixisse contendimus: non enim morbi initiū pro- »
positum sibi faciens tunc admouenda remedia præcepit, sed ab initio nō dum vires infirmas esse significatur, posse'que eas inanitionem ferre coniicitur: at morbi summus impetus facultatis imbecillitatem manifestat, tunc enim causæ valentes sunt, facultas vero languida, atque ideo quiesce re iubet: maxime quidem rationabile esse videtur in morbi vehementia, cum multo valentissimę causæ sunt, illas cōuellere atque prosternere: verum, si innoxie omnino adhiberi posset remediū, id planè fieret, sed non ita habet: siquidem remedia, cum in primis omnia præter naturam sint, ne »
cessario & facultatem adhibita vexant: secundo, cum naturalia morbosis causis permista sint, in re »
cidendis causis nihilominus bonorum, quàm vitiosorum detractio fit.

De remediorum, & naturæ vi. CAP. 41.

AT prius auxiliorum naturam, quàm quæ ex vsu sint, non ignorare opus est: ipsa nanque per se auxilia causas extirpare nequeunt, sed naturæ adminiculum requirūt, & fermè solum impetum, motus'que initium naturæ iniiciūt, reliqua per se natura administrat, ac perficit. Igitur valida cum est, remediorum violentiam perfert, & bonæ, ingenitæ'que substantiæ detractionem F
facile sustinet, atque ipsam diuexantia excutere potest: sed in morbi vehementia, quod vsu eueni re solet, valde laborans adhuc remediis adhibitis magis opprimitur, & propriis opibus direptis in firmior redditur, & lędentibus causis magis succumbit, morbi'que auctores nullatenus potest ex- pellere: cum vero natura conata sibi infesta discutere non valuit, magnopere ex ipso conatu imbe cilla efficitur. Hæ itaque causæ sunt, cur morbi initio, siquid videtur mouendum, moueri iussit Hippocrates, cum ad summum increuit, quiescendum.

Facultatem remedia non indicare, sed cibum. CAP. 42.

CÆterum ob id fortassis quispiā facultatē conferens nunciare crediderit, sed ex his nullum re mediū à facultate indicari cognoscat: nam, si constans vis remediū indicat, in sanis quoque, qm̄ constat, remedium indicabit: sed in sanis remediū non indicat: ergo neque etiam in ęgris mo dum seruans facultas indicabit remediū. Quamobrē, si, vbi facultas indicat, quia nō adest id, quod postulat, auxilium non admittimus, ideo iam in confesso est nihil opem ferens à facultate demon strari: opus est enim propositum demonstrare præsentia. At quoniam, quod requiritur, prohibe re, ne accipiatur, vt supra posui, facultas valet, ob id remedij propositum nequaquam est.

Officium temporum, facultatis, remediorum. CAP. 43. G

QVam vicem autē in exhibendis remediis facultas gerit, eandem in dandis cibis morbi tem pora: Item, vt ad remedia se habent eorū appetentes causæ, ita & ad alimenta facultas: facul tatem vero exiguam escam postulare non morbi tēpus, incremētum declarat, ex eo, qp ex ęgritudine cōualescentibus modicū cibū prębemus, quē facultas requirit: si vero incremētum modicū cibum ostendit, istos ad saturitatē impleri permittere oporteret: absente enim paucū cibū indicante proposito, deridendus sit ille, qui id, quod non postulatur, accipiat. At principiū, aiunt, subtractionem esse faciendam indicat: in omnibus igitur morbis inter initia haud dubiè subtra- hendum erit, & in vitiligine, aut alpho laborātibus vsque ad incrementum: diutius autem duran te principio satis constat, qp huiusmodi victus ratione vtens contabesceret. Fortassis autem ita no- bis obiicient: Quare vos in pulmonum phlegmone, atque id genus aliis acutis morbis ab initio cibum interdicitis, cum tamen ab initio sint robustæ vires? Respōdebimus, quoniā tempus nos exhibere prohibet facultate id requirente: non igitur subtrahere indicat, sed, quod appetit facul- tas, sumi impediens contrarij indicatiuum haud iure quis appellet: perinde & alia tempora requi sitis vti aut impediunt, aut permittunt, prout magis, aut minus in ipsis facultas mutata est, ipsa ve ro nihil vnquam conferens demonstrat. Cum dicunt autem morbi summum paucas escas requi- H
rere, declinationem vero varias, illos percunctari oportet, quo'nam modo propositis vtentur, si duo laborantes fuerint, vnus pulmonum phlegmone, & iam se morbus remittat, alter lippitudi- ne, quæ adhuc in summo sit: nunquid primo plura, magis'que varia nutrimenta dare audebunt, cp̄ lippitudine laboranti? at non ausint, credo, largiores escas concedere. Quare, si hoc verum est, iam euidenter constat non à morbi temporibus, sed ex facultatis mensura multitudinem, paucita tem'que alimentorum deprehendi.

Dubia circa dicta Methodicorum. CAP. 44.

ALicui vero fortassis orietur dubitatio, quo'nam pacto morbi tēpus non nunquā cibi quan- titatē, aliàs qualitatem indicare arbitrētur: quatenus videlicet methodici censent interdum morbi tēpora auxiliorū diuersitatē appetere. Quādo enim asserunt morbi incrementū exiguum cibū requirere, principium ampliorē, remissionem vero magis variū, qualitatē alimenti, & quan titatē à morbi tēporibus indicari affirmant: at, cū dicunt, morbi principū prohibitionē incremēti ostēdit, eiusdē adauctio haud ita curiose subtrahere & remittere, summus impetus ad mitius incli nare, decrementū morbi solutioni suffragari admonet, remediorū differentiā à morbi tpibus po- stulari fatent. Quî igit nō absurdū dictu sit, idē nullū discrimen accipiēs diuersa indicare? Ad hāc

sanè

A sanè interrogationem ipsi fortasse respondeant,& apud rationales etiam medicos idem indicare differentia: bilis nanque redundans in corpore,sui nocens ablationem indicat: sed illos ita refelli mus,sui quidem sublationem tantum bilem indicare, plures autem sublationis esse modos, aut enim detrahimus,aut contemperamus: præterea bilis quidem,dicemus nos, secundum aliud, diuersorũ videl esse indicatiua: quatenus enim grauat,expulsionẽ,quatenus vero mordet,vt tempe retur,ostẽdit: at tẽpora ipsa nullã hmõi dr̃iam habẽtia quo mõ res diuersas postulent, dici nequit.

Nullo modo cibos à temporibus indicari. CAP. 45.

NOn indicari autem alimenti qualitatem, quantitatem ́ve à tempore,hinc maxime patescit: quod genus indicat, id & quantitatẽ indicare necesse est: nam sine differentia vnũquodq; indicans rei postulatę genus indicat,sed differentiam accipiens ipso genere differẽs indicat: quan doquidem igitur alimenti genus facultas indicat,illius etiam qualitatem, & quantitatem indica bit.nam sine differentia alimenti genus indicat,differentiam vero accipiens,& discrimen in gene re demonstrabit. Hippocrates sanè & ipse ciborum quantitatis propositum facultatem statuisse
« videtur, ‖ Augescentia,inquiens,plurimum habent insitum calidũ,plurimo igitur alimẽto egẽt, 1.Apho.14.ex. ord.t.7.a
« sin minus,corpus extabescit. Item qualitatem pro facultatis differentia manifeste accipit, vbi in-
B quit, Cibus iuuenibus quidem in summo ætatis flore non mutatus,senibus autem exquisite per- lib.de Alimẽt. circa finem.
mutatus.Ex his nanq; verbis clarissimum est facultatem sine differentia escarum genus appete re.differentia vero addita qualitatem: at tempus neq; ciborum qualitatem,neq; quantitatem de monstrat. Præterea,siquidem morborum tempora ciborum qualitatem,& quantitatem edocent, aut in sui conseruationem,aut in sui abolitionem edocebu nt: quodlibet enim indicans aut sui cu stodiam,aut sublationem indicat: igitur,si quanti,& qualis cibi indicationem, vt ipsa permaneãt, tempora faciunt,nihil me hercule magis ridiculũ,q̃ propterea tantum,talem q̃; cibum assumere, vt morborum tempora conseruentur: q̃ si in sui interitum tempora indicant,talem,tantumq̃; ci bum aliqua aduersus tempora contrarietate præditum esse videri oportet: à solis nanq; contrarijs contraria tolluntur: at temporibus neq; tale,neq; tantum alimentum aduersatur,neq; initio,neq; incremento,neq; consistentiæ,neq; remissioni: pluribus enim eadem causa non aduersatu r,nam vnum vni tm̃ aduersari natura institutum est. Hac eadem ratione efficitur, vt ne remediorũ diffe-
C rentiam morborum tempora indicent: nam,si neq; in sui durationem, neq; vt aboleantur,tempo ra indicant,qm̃ pluribus vnum esse contrarium nequit, alius q̃; indicandi modus non relinqui- tur,iam absq; cõtrouersia sequitur nihil,quod expediat,à temporibus indicari. Quin etiam,si cõ trariorum naturam qs rite considerat,neq; contraria hæc esse cognouerit: nam,quæ in eodem ge nere plurimum inter se distant,contraria sunt: cibi autem qualitatis,aut quantitatis tempus non sub eodem cum illis genere collocatur: igitur neq; ciborum qualitatem,neq; quantitatem, neq; differentias remediorum à temporibus demonstrari abunde à nobis disputatum est.

Morbi principium incrementum prohibens, vt Methodici credunt, minime indicare. CAP. 46.

AT in præsentia principium non indicare augeri prohibẽs declarabimus,qd̃ ab ipso indicari Methodici censuerunt: multis enim morbis simul,atq; incipiunt,in summo cõsistentibus, vt apoplexia,& acutis ægritudinibus,qd in hisce quispiam principiũ indicare dixerit: neq; enim ipsum incrementum prohibiturum indicare: statim nanq; ab initio summam magnitudinẽ acce- pisse morbum dicit: aut nihil igitur in hisce morbis indicare principium dicet,aut quippiã aliud, q̃ incrementũ prohibere: at agnitũ ꝓpositum nihil indicare,dictu perridiculum est: q̃ si quippiã aliud,q̃ ipsi putent,indicabit,inepte ab initio dixerant,principiũ crementi ꝓhibitionem reqrere.

Non omnes morbos quatuor temporibus terminari. CAP. 47.

D HVius ce autem erroris origo ipsis ex altera falsa opinione manauit: credentes enim quemli bet morbum per quatuor tempora transire, id q̃; tanquam verum sibijpsis persuadentes, ei cõsonum esse oportere arbitrati sunt,vt morborum initia incrementi suppressionem postularẽt. Id igitur eos latuit,non omnem morbum incipere,augeri,in summo consistere, atq; remitti: acu ti nanq; morbi,qualis apoplexia est,simul,atq; inuaserunt, ad extremam ascendunt magnitudi- nem,&,qui iudicantur morbi, vno tempore, remissione.s.mutilantur, siquidem iudicationes in sua vehementia morbos adhuc etiam augescentes discutiunt: potest prẽterea inter initia remedijs adhibitis morbus deleri,atq; ita cętera morbi tempora præuerti,atq; succidi continget.

AP. 48. Itaq;,si ab initio euacuatio per auxilia fieri potest,morbusq̃; dissolui,qd nã isti potius initiũ cre- menti prohibitionem indicare,q̃ minutionem,aut sublationẽ statuerunt: si dixerint autem remis sionem,sublationem q̃; morborum non à principio,sed ab affectu demõstrari, propter quid igit̃, ipsis respondebimus,non quod ab affectu,sed qd̃ à principio demonstratur,accipitis: nã propter id,quod ab affectu requiritur,illud quoq;,qd̃ à principio indicatur,exoritur: morbum enim retũ- dens,aut destruens,crementum quoq;,ne fiat,præoccupat. Sed fortassis ipsi se tuentes dixerint ꝓpinquiorem principij cõmunitatem nos ad accipiendũ,quod ipsa indicat, cogere,cum ꝓxime, quid faciendum sit,nobis suggerat: affectus vero oportere quidem morbos tolli postulans, qui- bus id fieri debeat,non manifestat. Contra nos dicimus,ꝓ quæ particulatim remedia crementum

impediendum

impediendum sit, principium non declarat, sed tm̃ esse, phibendum: quibus vero id auxilijs præ- E
stari debeat, ab alijs petendum. Hac eadem quoq; ratione & affectus solam morborum expulsio-
nem nunciat: quibus expellendi sint, ab alio, vt par est, petere cõuenit: atq; iccirco satius fuerit nõ
principiũ, sed affectum in propositum ascíscere. Deinde illud etiam in ipsos dicendum est, ꝙ ex
nostra sententia omne principium nexus quidam esse videtur: duæ nanq; communitates, princi-
pium videlicet, atq; affectus in idem coiuerunt: quarum vtraq; diuersum quiddam indicant: pro
pinquior autem, magis q; necessaria cõitas, qm̃ hanc consideratis, principium vobis esse vr̃. Ex di
ctis itaq; palàm est affectus omnes cõitatum plexus quosdã esse, qñquidem affectus quilibet in ali
quo tpe gignit: quare nõ tempus modo, verum etiam affectus communitas est: male igitur faci-
tis vnum esse affectuum connexum arbitrantes, & non omnes affectus connexus esse asserentes.

Alius Methodicorum error de adstringentibus principio adhibendis. CAP. 49.

ID prẽterea methodicorum decretum fatuum est, ꝙ iter morborum initia adstringentibus sem
per vtendum sit. Causam vero inde placitum illud accedit, ꝙ multę phlegmonę p̃ adstringen-
tia, reprimentia q; inter initia desinunt: & quẽlibet secũdum ipsos phlegmone adstrictio est. Ab-
surdum igitur videbatur adstrictos affectus per condensantia tolli, nobis q; dicẽtibus propter ve- F
xantium repulsam apparentium sublationem fieri, id respicere nequeuntes principio in totum
adstringentia adhibenda esse contendunt, non vt causæ reprimantur, sed vt corpora firmiora, mi-
nus q; patibilia reddantur: compressio nanq; corporum, atq; constrictio, aiunt, corpora solidiora
efficiens, ipsa à morbis tentari prohibet: neq; enim per morborum imminutionem tantũ incre-
mento, dicunt, resistitur, sed etiam per corporum firmitatẽ, soliditatemq; id prẽstatur. Quibus ita
respondsum velim, minime fieri posse, vt nocentibus causis simul auctis corpora ẽgre patibilia red
dantur, cum alioqui corporibus, ante, quàm langueãt, firmitas, ac vires comparandæ sint. nam, vt
morbus non inuadat, vi ac resistentia indigemus, affectis autem corporibus propellenda sunt af-
ficientia. Verum, qm̃ adstrictus affectus densitas est, ac difficilis corporum exhalatio, stringentia
vero superficiem densant, ægre q; difflabilem reddunt, planè liquet stringẽtia dẽsatis corporibus
obfutura magis, quàm profutura, & quam magnitudinem affectus propríjs temporibus acceptu
rus erat, ad eam statim ab initio remedijs accelerãtibus perueniet. Videntur prẽterea contrarium,
ac principium postulet, adhibere: principium enim incrementi prohibitionem significat, sed ap
plicatorum qualitas incremento fauere videtur. Quare duorum alterum, aut principium, vt per
peram indicans, accusandum est, aut remediorum qualitas non rite adhibetur.

Cur inchoantibus phlegmonis reprimentia apponamus. CAP. 50. G

CÆterum, ꝙ inchoantibus phlegmonis vtiliter stringentia admoueãtur, nemo non fateatur,
sed ab ipsis huius facti causam quærere dignum est: nam firmitatem corpori ab adstringenti
bus comparari ridiculum, vt modo exposuimus, dictũ est. At à nobis discũto noxiorũ repercussu
& in alios salubres locos traductione adstringentia remedia minuere morbos, atque discutere. Il-
lud etiam addidero, vt principium vetantia incrementum remedia non indicare euidentius pa-
teat: hæc autem secundum ipsos erant adstringentia. Morborum principia aut qualitate aliqua,
aut nulla prorsus prædita sunt: ipsa quidem omni qualitate carere, risum, qui dixerit, mereatur:
neq; enim sub sensum venirent omni qualitate carẽtia. Aut igitur principiorum qualitas à singu
lis affectibus diuersa est, aut singulorum principiorum qualitas ab eo, cuius sunt, affectu, non est
differens. Si diuersa itaq; est principiorum qualitas, emerget hæc quædam ab affectu diuersa com
munitas, quam illi prætermiserant: sin autem eadem sit vtraq; principij videlicet, & secundum id
affectus qualitas, cur non in morborum principijs ad constrictionem laxantem victum, ad fluxũ
vero adstringentem adhibebimus? haud enim rationabile est principio nos aliter obsistere, tan-
quam non eadem qualitate prædito, qua & ipse affectus, cuius est principium.

Non densitate, ac duritia reddi corpora firmiora. CAP. 51. H

QVod prẽterea illa sit deridenda sententia, quæ ex adstrictoria ratione firmitatem corpori-
bus conciliari autumat, per quam densantur, adstringunturq; corpora, hinc vel maxime in-
telligi poterit. Si densitas, contractio, duritiaq;, corporũ firmitatis roborisq; causę forent,
phlegmone, scirrho'q; affecti, & cutem rigidam, ac distentam præ summa egestate habẽtes valen
tiores bene sanis existerent: nã, qui secunda valetudine vtuntur, molliora corpora, rariora'q; pos-
sident, tãto'q; id magis, quãto melius valent: itẽ, si duritia firmitas æstimetr̃, senũ corpora, pueríli-
bus cũ sint duriora, firmiora ẽt, salubriora'q; dicenr̃: etenim cũ eã, quã methodici arte creari prẽdi
cant, firmitatẽ beneficio naturæ possideant, cur nõ iure ẽt adolescentibus robustiores censeantur?

Quo modo corporis robur noscendum sit, atq; comparandum. CAP. 52.

ATignorant methodici, quo'nam pacto hominis firmitatem, ac robur dijudicare oporteat.
quo circa neq; etiam eam præstare poterunt: neque enim, vt in lapide, ferro, ac ligno, id ge-
nus q; alijs duritie, ac mollitudine, hominum firmitas æstimanda est, sed eo, quòd corpora sua ip-
sorum munia expedite obire valeant. Itaq;, qui ipsis firmitatem comparare voluerit, minime, qui
durum corpus reddatur, cogitet, opus est, sed qua ratione membrorum vires augescant, & ipsa li-
bere, ac sine impedimento proprios vsus exhibeant.

Galeni

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE LIBER.

Erasmo Roterodamo interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Aduersus Fauorinum, & reliquos, qui iudicium veritatis è rerum natura sustulerunt.

B EAuorinus censet optimum doctrinę genus, per quod vtranq; in partē prę-
paramur: sic enim appellabant Academici, propter aduersam partē, quam
asseuerabant. Itaq; vetustiores existimabant hanc doctrinam desinere in E-
pochē. Epochen aūt appellabant, quasi dicas suspensam sententiam, nihilq; de-
finientem, quod est, nulla de re pronunciare, nec asseuerare certo. Recen-
tiores aūt (non enim solus fecit hoc Fauorinus) non nunq̄ eò ꝓferunt Epo
chen, vt negent vel illud intellectu posse comprehendi, Solem esse. Rursus
alias eò ꝓferunt cognitionem, vt discipulis suis illam ꝓmittant ante, q̄ didi-
cerint † scienter iudicare. Nec. n. aliud est, quod dixit Fauorinus libro de affectione Academica, cui titulus inditus est Plutarchus. Dicit aūt idem in libro ad Epictetum, in quo inducitur Onesi-
mus Plutarchi seruus, cū Epicteto disputās. Quin & in libro, quē postea scripsit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas sibi pugnantes, & contrarias differebant, cæte
rum discipulis ꝓmittebant, vt, quod verius videretur, eligerēt. In hoc sanè ait libro sibi videri pro-
babile, nihil certo sciri posse. Contra in Plutarcho concedere videt esse certam alicuius rei cogni-
tionē. Præstat aūt sic appellari γνωστὸν. i. cognoscibile, quod alijs dicitur καταληπτὸν. i. cōphensibi
C le, relicto vocabulo Stoico. Ego sanè mirabar, ita me Dij bene amēt, quòd Fauorinus, qui consue
uit omnia nomina ad Atticā linguā vsurpare, nō desinat vti his vocibus, Cōphēsibile, Cōprehē
sio, Comphensiua imaginatio: vel his contrarijs, veluti quæ ꝓ priuationem dicūtur, vt incompræ
hensiua imaginatio, aut ipsa incomphensibilitas: adeo vt, cū libros tres scripserit, primū ad Adria
nū, alterū ad [a] Dysonem, tertium ad Aristarchū, oībus titulū indiderit, De cōprehensiua imagina
tione: ac ꝓ oēs hos libros strenue contendit, dū conat demonstrare nullā esse posse cōprehensiuā
imaginationē. Ego vero nihil aliud arbitror sonare cōprehēsibile, q̄ [b] cognoscibile: nec aliud
CAP. 2. cōprehēdere, q̄ certo cognoscere: cæterū [c] {inter se} rndere cōprehēsionē, & cōprehensiuā imagi
nationē. Qm. n. nō nulla videmur nobis videre, audire, aut alioqui sensu ꝓcipere, quod accidit
in somnis, aut ꝓ insaniam: non nulla vero non tm putamus nos videre, sed re vera videmus, aut
alioqui sensu ꝓcipimus, hæc quidē posteriora oēs homines, exceptis Academicis, & Pyrrhonijs,
ad certā cognitionē ꝓtingere credunt, cęterū, quæ ꝓ somniū, aut mētis errorē apparent aīo, ea fal-
sa esse. Quod si porrò cōcedunt hoc ita se habere, deleant è libris suis, quod inibi scriptū est, in re-
rū [d] iudicio nec sano eē fidē habēdā magis, q̄ insano, neq; recte valenti magis, q̄ ægroto, neq; vigi
lāti magis, q̄ dormiēti. Sin istis nihil magis, q̄ ijs, qui sunt diuerso mō affecti est cognoscibile, ni-
D mirū confusa sunt veritatis [e] iudicia: nec ipse ꝓceptor Academicus, nec discipulus poterit iudica-
re rationes, quæ in ambas partes inter se pugnātes differunt. Immo ne opus quidem oīno fuerit ta
libus doctoribus, cū possimus ipsi, quæ à sectarum auctoribus hinc atq; hinc disserta sunt, legere,
nihilo q; minus, q̄ Academici, scire, & siquid apud hos fuerit obscurum, quod erit apud Chry-
sippū, Stoici magistri possunt appellare certius: quod apud Theophrastum & Aristotelem, Peri
patetici: item q; de cęteris, vt iā nihil oīno reliquum sit, quod doceant Academici, iuxta Fauorini
quidē disputationē. Siquidē hoc sanè docuerūt illi veteres, nullū esse datū homini [f] iudicium à na
tura, quo collatis inter se rebus oībus, exacte possit dignoscere. Eoq; nulla de re ꝓnūciādū esse cē
sebant, sed semper de oībus suspendendā esse sententiā. Verum, si nobis concedāt, vt oportet, sen
sum naturalibus [g] sensorijs, iam nihil opus habebimus in vtranq; partem exerceri, sed alia quadā
re fuerit opus, videlicet [h] repetitione: vt artifices nō statim artē ꝓbēt discipulis, sed aliud exigūt, ni-
mirū. Cōsiderationē eorum, q̄ tradita sunt, quod à pleriſq; dr ad calculum vocare: hoc aūt est ista-
re ei, qui exercet, & in hoc aīaduertere, in quibus labat, ea q; sola corrigere. Consimili mō, qui pue
ros exercēt ad palæstrā, corrigunt luctantium errata. Sic & grāmaticus, & rhetor, & geometres,
& musicus docēt, non labefactātes neq; conuellentes in discipulis fidem, quam habēt naturalibus
[i] iudicatorijs, sed instantes ijs, quos exercent, donec in singulis actionibus eò ꝓcexerint, vt iam

non

† ἐπιστημονικὸν κριτήριον.

A Al. Dryfonem.

B † Calaber habet certe cognoscibile: ac videtur legisse βεβαιωτὸν ὡς γνωστόν.

C* αὐτοῖς, i. ipsis.

D* cognitione.

E* κριτήρια.

F* κριτήριον.

G* κριτηρίοις.

H* ἀπαιτήσεως est impressis vt vertit interpres aliqui tamē habēt ἀπαντήσεως. i. obuiatione. aliqui ἀπατήσεως, i. deceptione. Antiquus autem interpres totum hunc locum ita vertit. Sed aliquid aliud petemus ab artificibus præberi discipulis: quod non est aliud, nisi ratiocinari, quod dicitur à multis discutere, hoc autem est &c.

I* κριτηρίοις.

non errẽt, tm̃ abeſt, vt inducant ſententiæ ſuſpenſionẽ. Perinde.n. faciunt, qui ſuſpendunt ſententiam, ne credant euidẽtiæ rerum vnà cum ſenſibus, atq; qui contemnũt ea, quæ certo ab aliquo cognoſcuntur. Itaq; Carneades ne illud quidẽ, quod eſt omniũ euidentiſſimũ, cõcedit eſſe credẽdũ, q̃ magnitudines vni cuipiam æquales, ſint ẽt inter ſeſe æquales. Rationes igitur, quibus conatur deſtruere & hæc, & alia permulta, q̃ tibi euidenter apparent, creduntur q̃ eſſe vera, adhuc in hunc vſq; diem ſeruatas habemus, proditas ſcriptis, ab illius diſcipulis collectas, Solutiones autem nec ab illis, nec ab alio quopiam Academicorum, qui poſt Carneadẽ fuerunt, datæ ſunt. Ea res ſola declarat iſtius rationes oẽs eſſe ſophiſmata. Nobis q̃ quęrendæ ſunt ò diſcipuli iſtarũ ſolutiones. Improbum eſt.n. hoc, attamen nihilominus improbum fecerunt illi, qui ſcripſerunt qdem has, cęterũ vobis nõ indicarũt, quales eſſent. Lubens aũt pconter, ſi vel Fauorinus adeſſet, vtrum me iubeat credere oĩbus iſtis rationibus, aũt cõſiderare, veræne ſint, an falſæ. Vnũ hoc ſanè cõceſſit, conſiderare. Rogarẽ aũt poſt hæc in vniuerſum, nũ homini natura vis inſit iudicandi, quæ ſermones vero diſcernat à falſis, an potius ars quædã, & ratio ſit vtrunq; cognoſcẽdi. Si natura, quî fit, vt non oẽs inter nos cõſentiamus, neq; ſimiliter ijſdẽ de rebus pronũciemus? Sin ars eſt, ac ratio, hęc oĩum primum erat diſcenda: deinde conueniebat doctores ludo præfectos varijs modis exercere diſcipulos, multis ppoſitis exẽplis, quẽadmodum inſtituunt, q̃ diſcunt artẽ luctandi, aut coriariã, aut fabricãdi domos, naues ue, aut rhetorice dicẽdi, aut legẽdi, aut ſcribẽdi, aut, vt ſummatim dicã, qdlibet aliud operari iuxta artẽ. [a]† Proinde, ſiqs Academicorũ ſcripſit, q̃ tãdẽ res ſit demõſtratio, quod ſophiſma, & quo mõ oporteat alterum horum ab altero diſcernere, & quẽadmodum Fauorinus admittit iudiciũ diſcipulorũ, in vtranq; partẽ exercitatorum, niſi quod ſuperuacaneũ eſt, nimirum docuit Academicus oĩa, quæ dicta ſunt, habemus q̃ nos pręceptores, q̃ ppria decreta doceant. Quòd ſi nullus iſtorũ ſcripſit, quo modo iſta differãt, nec exercuit quẽq;, perinde facere videntur, ac ſi faber pcipiat diſcipulo, vt & metiatur, vt æquet, vt dirigat, & circulũ deſcribat, nec interim det illi cubitũ, (quo metiaĩ,) nec xyſton, (quo poliat,) neq; regulã, (ad quam dirigat), neq; circinũ, (quẽ circũducat.) Atq; forſitã dicet tale nihil eſſe in philoſophia, ac dogmatibus. Ne igit poſthac aſſimules te aliquid ſcire, neq; pnuncia, neq; deſciſce à veterũ Academicorũ decreto, qui pdiderũt ſuſpẽdendã eſſe ſentẽtiã: neq; te iacta, dũ facis, quod ſolet grãmaticus, q̃ ſemetĩ his exercuit, quæ dicta ſunt à prioribus. Proinde nihil apud illos eſſe præclari perſpicuum eſt conſiderãti. Neq; n. hoc eſt eius, qui docendi munus, phitẽ, ſed nugacitas potius q̃dam eſt, & ineptia. Vnde igitur cognoſcẽdi veri ſpes reliqua eſt? Etenim, cui non adeſt [b] iudiciũ veri ac falſi, huic nulla ſpes eſt cognitionis. [c]† Tm̃ hoc ſtude, vt Sophiſtas doceas, nullã nobis à natura inſitã vim iudicandi. Deinde fortaſſis impudẽter nobis, inqt, & ſenſum, & intellectum, qbus euidenter iudicamus de vero, cõcedet aliqs, cupiens nos in logicis fruſtranea ſpe volutari. Quicunq; vero ſuſtulerũt totam ſpẽ, qd fecit ille, fruſtra nugant. Perſpicuũ igitur eſt, quod Fauorinus pudore ſubuertit oĩa, & qd inde fateatur nihil ſciri: vnde veteres Academici, Pyrrhonijq; dicebãt: cæterũ fictè diſcipulis permittere iudicium, quod priores ne ſibi quidẽ ipſis pmittebãt. Ergo quod eiuſmodi doctrina, & inſtitutio diſcipulorũ artẽ quãcũq; diſcentiũ, qualẽ ſentit Fauorinus, nõ ſolum cęteris pręſtantior nõ ſit, verũ ne doctrina qdẽ oĩno dicenda ſit, opinor à nobis dilucide demonſtratũ. Iã de reliquis, q̃ doctrinę qdẽ ſunt oẽs, an optimę ſint, cõſideremus, rurſus ab ijſdẽ ordiẽtes. [d]† Apparet. n. hoc nobis euidenter, qd Sophiſtę maxime ſtudent ſibi reddere incredibile, nullũ eſſe iudiciũ naturæ. Etenim circinus pingit circulũ, cubitus aũt diſcernit longitudinem, quemadmodũ lances grauitatẽ. Hęc aũt ipſę fabricatus eſt hõ, ex naturę inſtrumentis, ac [e] iudicio impulſus, qbus nullũ vltra iudicium nec antiquius habemus, neq; pclarius. [f]† Hinc igit incipiendum eſt. Dicit. n. rurſus ipſa mens, qd poſſibile nobis eſt naturali iudicio credere, ſiue non credere: ipſum autem iudicium per aliud aliqd iudicare, poſſibile non eſt Quî fiet. n. vt id, quo iudicant reliqua oĩa, ab alio quopiam iudicet? Credere vis oculis clare cernẽtibus, & linguę guſtanti, hoc quidẽ eſſe malũ, hoc vero ficũ, an nõ credere? Cõcedam, quod voles facere in nobis, ſi qdem ſtudes mecum diſputare. Quòd ſi nõ credis, diſcedã abs te, velut ab eo, qui pter naturã affectus eſt. Ponamus primum te nõ credere, neq; ſperare futurũ, vt quicq̃ ex me diſcas. Hoc. n. mõ cœperã dicere. Ponamus rurſus te credere, ac ſpem eſſe, futurũ, vt ex me diſcas iudicare. Cęterũ ego ſentio, iudicare, ſenſibilia quidem ex ijs, q̃ euidenter apparent, ſenſibus: intelligibilia vero ex ijs, q̃ dilucide intelligunt. Qm̃ autem ex naturæ [g] iudicio artes oẽs parãt, & inſtrumenta, & iudicãdi fm artem organa, p q̃ alia quidem ipſi ſibi cõponunt, alia rurſus ab aliis cõpoſita iudicant, & ego docebo in vniuerſum & inſtra, & iudicia, tum ea, p q̃ tibi parabis veros ſermones, tum ea, p q̃ iudicabis ab aliis dictos. Sic. n. habes totũ. Etenim, ſiquid ex ſeſe euidenter apparet ſenſibus, aut intellectui, ad id nihil opus eſt inquiſitione. Quod ſi nihil eſt tale, neceſſe eſt, vt accedat cognitio, q̃ aliunde paraĩ. At ego polliceor me traditurum tibi q̃dam, q̃ rideant inſtrĩs, q̃ fiunt ab arte, ex quibus inuenies, quod q̃ris: alia vero rĩdentia iudicijs, ex quibus iudicabis, an vere tibi videaris inueniſſe. Hæc autem vbi didiceris, multis exemplis exercebo te, vt & celeriter, & exacte inuenias, iudices q̃, quod quæris, vt poſthac nec vllo libro futurum ſit opus ad inuentionem veri, nec alia doctrina. [h]† Mox & aliis dicentibus aliqd eorum, quæ cupis inuenire, facile poteris cognoſcere. Etenim, qui cognouit rectã viã [i] rectã eſſe,

non eget

A† Locus in græco obſcurus & aſteriſco notatus. Antiqui interptes verſio ita habet. Si igitur ſcripſiſſet aliqs academicorũ, q̃ reſt demõratio, q̃ aũt ſophiſma, & q̃liter oportet dignoſcere ea, & qualiter in eis exercitari, habere mus proprios dogmatum doctores. Si vero neq; Fauorinus, neq; alius aliquis ſcripſit. &c.

*B * κριτήριον.*

C† Ant. interp. Sed oportebat te docere ſolũ mõ ſophiſtas, quod nullum nobis eſt iudicatorium innatũ: hoc enim auſus fuiſti dicere nobis, cum fortaſſis ſenſum, et intellectũ concedet eſſe iudicatorium veritatis, quicunque eſt in logicis eruditus. Quicunque vero interimunt totam ſpem, delirant: ſicuti & Fauorinus, qui euertit omnia, et dicit neſcire ea eſſe: & poſtea committit diſcipulis ſuis, iudicium, quod neque qui ante ipſum, commiſerunt ei.

D† Ant. interp. Apparet. n. nobis euidenter, id quod quammaxime ſophiſtæ incredibile conantur facere, dicentes quòd nullus iudicatorium eſt natura.

E κριτηρίων.*

F† Ant. interp. Si igitur non ab hoc oportet incipere, vt dicit, quæ rurſus intelligemus? quoniam poſſibile quidem. & c.

*G * κοὐ κριτήριά τεχνικά.*

H† Ant. interp. Mox autem, & eos, qui aliud dicunt, peccare cognoſces.

*I * μίαν, eſt in antiquis. i. vnam, & ita Ant. interpres.*

A non eget alia doctrina ad redarguendum eos, qui aberrant. Ita, qui rectam demonstrationis viam perdidicerit, protinus cum hac nouit vias erroneas. Fauorinus aũt mihi videtur simile quiddã facere, quasi siquis dicat te cæcum esse, nihilo minus tñ iudicare posse, vter nostrũ sit sordidior, aut candidior, haud reputans secũ, ꝙ ei, qui talia sit iudicaturus, opus est adesse visum. Atqui nihil refert, quod ad iudicandũ attinet, vtrũ omnino visu careas, an, cũ habeas, illi non credas. Ad eundẽ aũt modũ, quòd id, quo iudicamus, est tale quiddam, quod q́ꝫ, quæ huic paria sunt, sunt & inter se paria, quemadmoũ asinis nemo ꝑmitteret iudicare, qm̃ oĩno mente carent, ita nec hoĩbus, si ne hi quidem mentem habeant, cui credi possit. Nihil.n. interest, quod attinet ad incertitudinem eorum, quæ iudicanda sunt, an omnino nullum habeas iudicium, an non credas illi. Ridiculus est igitur Fauorinus, permittens iudiciũ discipulis, cum [a] organis iudicandi detrahat fidem. Etenim, si nihil est euidens intellectui, aut certum ex sese [b] † perijt omne rerum iudicium. Contra, si est quidem, velut oculus in corpore, sic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, consentaneum est, vt, quemadmodum, qui cernit acutius, adducit ad id, quod videtur, eum, cui visus est hebetior, ita, quibus cõtigit in rebus intelligibilibus perspicere clare, quod offertur intellectui, adducant ad contemplationem eandem, [c] † maxime cæcutientem. Atqꝫ hoc est præceptoris officiũ, B vt inquit Plato, & ego assentior. Et his de rebus scripsimus copiosius in tractatione demõstrõnis, ꝙ doctrina talis quędam sit euidens ad intelligentiam. Scripsimus aũt & illud, quo modo quis exorsus in vno quoqꝫ ab elementis, ac principijs maxime demõstrare possit, quicquid est demonstrabile: non quemadmodũ admirandus ille Fauorinus: qui, cũ fecerit totũ librum, in quo demonstrat ne id q̃dem cõprehendi posse, Solem esse, alibi tanq̃ nobis obliuiosis in vtrãqꝫ disputat partẽ, cõcedit q́ꝫ esse aliq̃d, quod certo cognosci possit, cuius iudiciũ, & electionem permittit discipulis.

CAP. 5.

A * απιστόν.

B † An. ĩterp. corruptum est penitus iudiciũ. videtur.n. legisse nõ πάντων sed παντῶς.

C † Ant. ĩterp. clarius, eũ qui obtusius uidet.

D † ὁδιδάσκαλος, i. doctor.



GALENI DE SVBFIGVRATIONE EMPIRICA

Incerto interprete

De Empiricorum nomenclatura. CAP. 1.

D OMnes empiricæ sectę cultores cognomen ab Hippocrate ductum renuentes se ab aĩ affectu denoĩari maluerũt, quẽadmodũ & philosophi, quos, ꝙ in singulis hæreant, scepticos gręco noĩe appellant. Ergo non sicut cæteri medici Hippocratici, aut ẽt Asclepiadei, Praxagorei, Erasistratei, ita & ipsi Acronei ab Acrone prĩo empiricæ disciplinæ scriptore, vel à Critone, Philistiõe, Serapiõe cognomẽta traxere, q̃ Acrone q̃dẽ iuniores, reliq̃s aũt Empiricis vetustiores habentur. Atqꝫ hæc quidem quantum ad cognomen attinet, dicta sint. In Empiricorum vero doctrina summa cautio est, nequis vllo pacto ab indicatione quidpiã inueniri opinetur: neqꝫ enim, veluti Rationales medicam artem indicatione simul, & experimento constare putant, sed experientiæ totam inniti, quam ex eorum obseruatione, quæ sæpe simili modo obtigere, conflari affirmant. Hanc ego tibi empiricæ sectæ disciplinam, quę qualis ve sit, si modo mentem adhibueris, sub compendio clarissime colligam. Tu vero, quæ deinceps dicturus sum, tanquam ab Empirico dicta suscipies.

Quotuplici experientia Empirici medici nitantur. CAP. 2.

MEdicam artẽ non ab indicatione, sed ab experientia tm̃ constitutã asserimus. Experientiã vero appellamus, quã à se quispiã intuitu ipso deprehẽderit, sicut indicationẽ, quam rationis discursu assecutus fuerit: vt.n. nos sensus ad experientiã, ita ratio ad indicationem dogmaticos ducit. At cognitio, quæ ex intuitu habet̃, vel fortuita est, vel cõsulta. Fortuita appello, quæ sine humano consilio, vel casu, vel natura eueniunt: casu, vt siquis, cui occipitium dolore afficiat̃, deciderit, atqꝫ inde vena recta frontis incisa, sanguine q́ꝫ effuso iuuetur. Natura, vt si febricitanti sanguis per nares effluxerit, statimq́ꝫ desinat febris. Cõsulta ab intuitu cognitio est, vt siquis in febre perdite

dite sitiens, ad bibendam aquam, vel mala granata edenda coactus, febrem euaserit: vel in monte E
aliquis à serpente ictus, herbā quæcūq; sibi fuerit oblata, vulneri adhibere placuerit, sanitatē q; in-
de recuperauerit. Sed imitatione experientia cōparatur, vbi quispiā imitatur, quod semel, aut bis,
aut ēt frequenter effectum cōspexerit, non ita tñ frequēter vt iam semper ex alio cōsequatur: suffi
cit. n. vel plerūq; vel vtrouis modo, vel raro cōtingere. Est alia quoq; τριβικὴ quasi iam trita expe-
rientia, quam ab experimētali disciplina ductā soli artifices vsu exercent. Experimētalē vero disci
plinam vocamus eorū habitum, quæ ita frequenter apparuerūt, vt iam inde theoremata sint cōpa
rata, pceperimus q;, nūqd illa semper, aut plerūq;, aut vtrouis mō, aut raro euenire soleāt: tot. n. id
est quatuor, sunt theorematū drię: ꝓpterea & theorema vocamus habitum rei, quam sæpe videri-
mus cū euentus oppositi distinctione, vt, si sit aliqd, quod semp contingit, sciamus eius oppositū
nunquā euenire, quod vero plerūq; accidit, illius oppositū, aliqn qdē, sed raro cōtingere: At eius
quod vtrouis modo est, æqualē esse oppositi euentum, sicut illius, quod raro accidit, cōtrariū ple-
rūq; apparere: Quę vero hmōi distinctionibus pspecta nō habuerimus, eorum notitiā confusam
imspectā q; haberi, q̄ nullo pacto experimentalis disciplinæ pars appellāda sit. Atq; hanc Meno-
dotus experiētiam particularē vocauit, tanq; ex alijs experientijs singularibus nō conflatam, ꝓpea
primam & simplicissimam esse. Nā sicut ex plurimis experimētis tota cōflat ars, ita singula expe F
rimēta ex multis experiētijs conficiūtur: quas quot esse oporteat, velle determinare, incidere ē in
ambiguā rōnem, quā qdā Soriticā vocāt: de qua in libro de medicinali experientia copiose tracta
uimus, cū superius experiētiā ex αὐτοψία. i. proprio intuitu fieri dixerimus. Quantū ad nomē attí-
net, apud antiquos αὐτόπτην quidē sępe legimus αὐτοψίαν vero nequaq;. Sed & hic, sicut in alijs
multis nomē vsurpantes dicimus intuitorē proprio intuitu magis operari, q̄ cognitionē acquire
re: quia tñ ex hac intuitionis operatione cognitio quoq; cōsequitur, placuit Empiricis proprium
intuitum cognitionē appellare: immo nō cognitionē tm, sed experiētiā quoq; nūcupauere: quos
ego nunc imitatus simili mō propriū rei euidentis intuitum, & cognitionē, & experiētiā ex mul-
tis intuitionibus cōparatā vocabo. Cur vero Empirici obseruationis nomē cum cognitiōe, et me
moria cōfuderint, nō satis cōpertum habeo. Nam Theutas, cū prius dixisset partes medicæ artis,
ob quas plerūq; finē adipiscimur, per experientiam cōparari, quæ ex proprio intuitu, ex historia
& cōgruo de re simili ad simile transitu generatur, postea experientiā diffiniens, q̄ à ꝓpria intui-
tione nihil differt, ita subiūgit: Experiētia igit tota rei euidētis obseruatio appellat, ꝓ memoria sci
licet, & cognitiōe obseruatiōis noīe abusus, quā & cōseruationē vocamus, quæ est actus conserua
toris: neutra vero appellatio fm rectā loquēdi cōsuetudinē ad memoriā & cognitionē accōmoda G
ri pōt. At τριβὴν. i. exercitationē nō male actionē ab ipsa experiētia ductā noīarunt, & τρίβωνα. i.
exercitatū, qui hmōi actionē frequētat, sicut & ἔμπειρον. i. expertum, qui ἐμπειρίας. i. experientiæ
particeps est. Empirici vero nomē ad artis sectæ q; suę inuentores transferre maluerunt. nam &
Empirian nō solū vnius theorematis cognitionē, sed totā quoq; medicā artē nūcupauerunt: quā
ex αὐτοψία. i. propria intuitiōe, ex historia, & congruo de re simili ad similē transitu cōstare asse-
ruimus, historiam quidē ꝓpriæ intuitionis enarrationē vocātes, trāsitū vero de re simili ad similē
iter ad exercitationem, sumpta. s. similitudine ab ijs, quæ iam per experientiam comperta sunt.

An rei similis ad similem transitus, artis medicæ pars dicatur. CAP. 3.

QVærit aūt, nūquid, quēadmodū existimauit Serapion, tertia pars medicæ artis sit de re simi
li ad similē trālitus, quod aperte negauit Menodotus, sed vsui tm accōmodari voluit: con-
stat aūt nō idem esse vti, & vt parte vti. Cassius Pyrrhonius illū ab vsu quoq; abdicauit,
integrū q; de hac ipsa volumē cōscripsit. Optime vero oīum Theutas de re simili ad similē transi-
tum iter ad exercitationē esse iudicauit. Sicut alij instri potius rōnem habere voluerunt. Nec pe-
ius fortasse historiā & obseruationē instra magis, q̄ medicinæ partes vocabimus: ideo recte, vt mi
hi vr, Theutas ita de illis prodidit. Partes medicinæ, ob quas finē adipiscimur, ꝓ expiētiā nobis ac H »
cedūt: fit aūt experiētia ex ꝓpria intuitione, historia, & cōgruo de re simili ad similē trālitu: ab ex »
perientia. n. medicinæ partes deriuari affirmat: quæ cū oēs inter se differant, in hoc vno tñ conue- »
niunt, ꝙ oēs cōi noīe memoriæ appellant: ꝓpterea rectius aliqs experientiā dicet eē memoriā eo-
rū, q̄ sæpe & eodē mō perspecta sunt. Quōd siquis pro memoria obseruationē posuerit, erit expe-
riētia obseruatio eorū, quæ sæpe eodē mō perspecta sunt. At, si obseruatio operationē significet,
vt loquendi vsus obtinuisse videtur, memoria vero sit impressio in anima quiescēs, possumus am
bas comprehendendo dicere, experientiam esse obseruationem & memoriam eorum, quæ sæpe
eodem modo perspecta sunt: forteq; prestiterit solam ponere memoriā, cū sub illa obseruatio cōti
neat: neq; n. memorari possumus ea, q̄ sępe eodem mō perspecta sunt, nisi prius obseruauerimus.

De communibus partibus medicinæ. CAP. 4.

HActenus, quantum compendio licet, de experientiæ diffinitione tractauimus. Theutas aūt
totam medicinam in tres partes diuisit, indicatoriam, curatoriam, & salubrē: has vero vni-
uersas acquiri per propriā intuitionē, historiam, & cōgruum de re simili ad similē transitum. pro-
pterea, qui hæc tria proxima medicinæ partes esse voluerunt, nō absolute partes, sed cū additione
partes cōstitutiuas appellauere, vt priora illa partes finales, partium .s. genus in duas primas: dif-

ferentias

A ferentias dissecando finales, & cõstitutiuas: siquis tñ noibus abuti noluerit, non has constitutiuas appellabit partes, sed quasdam medicorum operatiões: ille vero animi habitus, quo medicus vel indicare, vel curare, vel sanitatem custodire potest, merito pars medicinæ vocabit. Abutant igit noibus, qui voluerint: nos in partes tres medicinam secabimus, indicatiuã, curatiuã, salubrẽ. Porrò indicatiuã in dignotionẽ prẽsentium, & futurorum prænotionẽ, sicut curatiuã in chirurgiam, victus rõnem, & pharmaciã. Salubrẽ vero qdã indiuisam seruarũt: qdã in spẽm generi cognominẽ, in salubrẽ, inquã, & in euecticam. i. boni habitus effectricẽ: alij addiderũt pseruatiuam, resumptiuã, & gerocomicã. i. senũ custoditricẽ. Sunt, qui ex rationis diuisione partes medicinæ venati sint. cum. n. sicut Herophilus voluit, medicina sit scientia sanorũ, ægrorum, & neutrorum, tria ex cogitauerunt, qbus singula istorũ cõueniũt, corpora. s. signa, & causas. nã, sicuti corpora, ita signa, & causas congrue sana, ægra, & neutra nuncupamus. Licebit igitur ẽm hanc rõnis sectionẽ, empiricam quoq; disciplinã in suas partes diuidere: nõ prohibeo, tñ, siqs & aliter diuidendam putarit, dummõ nullum artis mẽbrum omittat: ꝓpterea & Theutas in principio libri de partibus, nihil
« obstat, inquit, si medicinæ partes in indicatiuã, curatiuam, & salubrem sectæ, in alia quoq; mem-
« bra secentur: quo fit, vt minime mirum sit, si empiricæ artis alij duas partes, alij tres, quidam qua-
B tuor, non nulli quinq; posuerint: fortasse. n. eandẽ oẽs rei rõnem intuentur, sed, vt diuersa concipiunt, ita & diuersa explicare necesse est: quæ vero sit rõnis diuisio, paulo inferius declarabitur.

De constitutione artis Empiricorum. CAP. 5.

COnstitutiuæ igitur medicinæ partes, quę oĩum vtilissimæ sunt, clarius ita pernoscẽtur. Medicus, qui ab obseruatione artẽ effecit, seipsum Empiricum, suam facultatẽ Empiricã nuncupauit: primis q; tẽporibus, vt credi par est, noxia pariter, & innoxia: similiq; modo vtilia, & superuacua obseruare cœperunt: post longo rerũ vsu multis multa obseruãtibus cõpertũ est plurima inutiliter fuisse obseruata: propterea, sicut in principio ꝓpria rerũ intuitio, ita nũc historica cõmodissima est. Nos. n. historia docet iam deprehẽsum esse colores in multis qdẽ morbis superuacaneos, in quibusdã vero non parum interesse: nã lippientibus cœruleus, viridis, niger q; color cõfert, albus, & splẽdidus summe aduersatur, reliq inter vtrunq; ambigũt. Eodem mõ rubeus color sanguinẽ expuentibus nocet, & ad cæteros morbos superfluus oĩno compertus est: sicut & mensa eburnea ne sit, an lignea, seu phiala aurea ne, vel argentea, vel vitrea: nihil. n. horũ salubre magis, q̃ insalubre appellatur, sed penitus superuacuum: nõ ita tñ odorẽ neutro mõ se habere ad sanitatem, vel ægritudinẽ dixeris: neq;. n. parum refert appetitiuę, digestiuæ q; facultati, fœtida ne, an bene olen
C tia offerãtur: oĩno q; capiti nocẽt, quęcũq; odoratiora sunt, veluti cupressus, populus, buxus, nux, præcipue, quæ adhuc virent: ideo nec lectos, aut fores, aut vasa ex his fieri probamus: fugiendi. n. oẽs odores sunt, qui vel caput repleant, vel appetitum euertant: cum natura nos doceat vtilia eligenda esse, noxia vero euitanda. Ergo his ita se habentibus necesse est, vt medicus salubria, insalubria, neutraq; ꝓnoscat, nec causas tñ tales esse, sed & corpora, & signa. Nihil aũt refert, seu pernoscere, seu scire dicamus: sicut neq; artificẽ, aut doctorem artem, vel doctrinã addiscere: parum ẽt interest, si inflammationem, exempli gratia, ęgritudinẽ, vel affectum appellaueris. Symptoma tñ ab ęgritudine distinguendum est, nam symptoma simplex affectus est, & non ex alijs conflata congeries. sic. n. lateris dolor symptoma vocatur, tussis q; eodem modo, & sputum seu flauum, seu liuidum, siue cruentum fuerit, item difficultas anhelitus, & calor præter naturam: quod vero ex omnibus his conficitur ægritudo appellatur, quę affectus, quoq;, & valetudo, & morbus, si libet, vocari potest: nominibus tamen vtemur, quoad eius fieri poterit, apud Latinos quàm maxime consuetis, sin minus, his saltem, de quibus inter nos inuicem conueniat.

De Symptomatum concursu. CAP. 6.

DQVantũ igitur ad præsentẽ institutionẽ attinet, symptoma satis idonee nũcupabimus simplex aliquod incõmodum, quod humano corpori prẽter naturam accesserit, sicut calorem, tumorem, inflãmationem, difficultatem anhelitus, pulsus asperitatem, dolorẽ, tussim: affectum vero, vel ægritudinem cõcursum, q ex his simul conficitur. Periti. n. Empirici nõ quemcunq; symptomatum aceruũ morbum noiauere, sed cõcursum tñ eorum, quæ ex longa obseruatione ita simul cõuenire cõperta sunt, vt pariter incipiant, augeantur, vigeant, declinent, & recedant: quem cõcursum cõpendij, & luciditatis gratia vno tñ noie explicuere, qñq; ab affecto loco nũcupationem ducentes, vt pleuritim, peripneumoniam: qñq; ab aliquo symptomate, vt inflammationẽ, furorem: nõ nunquam à similitudine, vt elephantem, cancrũ: quandoq; ab ipsomet cõcursu, vt œdema, scyrrhum. Symptomatum igitur, quæ simul incipiunt, augentur, vigent, & desinunt, cognata vocari possunt: quæ vero plerũq; cõsequuntur, affinia. Quòd si eadem in cõcursu, tanq̃ signa, considerentur, quędã eorũ diagnostica, quasi præsentium declaratoria, vocantur: quędam, ꝙ futura pnuncient, Prognostica nũcupantur: quædam, ꝙ curationem indicent, nõ male indicatoria dicent. Omnes autem cõcursus ab obseruatione prodiere: obseruatio enim memoriam, memoria experientiam peperit: à qua proxime ars emanat, dum meminimus, quid cum quo, qd ante quod, quid post quod obseruauimus: atq; id quidem vel semp, vel plerunq;, vel vtrouis modo, vel raro: semper, vt vulnerato corde mortem sequi: plerũq;, vt scammonia ventrem purgari:

vtrouis

vtrouis modo,vt percussa superiori cerebri membrana interire hoiem: raro,vt vulnerata cerebri E
substantia salutem cõparari. Atq; ita ex obseruatione, & memoria constituta arte necessarium est
proprũ à cõi distinguere: quam nimis ambitiose quidam Empiricorũ distinctionẽ, quidam de
terminationẽ appellandam esse cõtẽdunt: ego enim, siue hoc, siue illo mõ dixeris, parũ interesse
arbitror, dummodo per euidẽtes notiones proprium á cõi separetur: quidã tñ ita rem præscribũt,
vt distinctionis vocabulum ad noium drias, determinationẽ aũt ad res ipsas magis cõuenire opi-
nentur: sed noia, vt recte Plato cõsulebat, spernenda sunt, rõnum vero soliditas inqrẽda. Propriũ
igitur à cõmuni ita distinguetur. In affectuum quidem dignotione, vt si cũ febri acuta difficultas
anhelitus, tussis, & coloratum sputum apparet, & percunctetur à nobis aliquis, cuius nã morbi sit
iste cõcursus, rñdebimus pleuritidis quidẽ, & peripneumoniæ cõem esse, neutrius tñ proprium.
Quòd si addatur dolor lateris pũgitiuus, pulsus q; asperitas cũ tẽsione, hunc morbum planè pleu
ritidẽ esse affirmabimus: at, si nõ dolẽte latere, nec pulsu duro existẽte, impotentia spirandi adsit,
nisi cerúix erigatur, sit q; oino tãta anhelãdi angustia, vt prope suffocationem accedat, talis cõcur-
sus peripneumonia vocabitur: ita ergo in affectuũ dignotione cõe à proprio distinguetur. In præ
notione vero hoc modo: Sint nares acutæ, cauí oculi, collapsa tpa, atq; interroget aliquis, quid nã
cõcursus portendat: dicemus in processu quidẽ ęgritudinis mediocre malum portendere, in prin F
cipio vero letũ minarí. Atq; ista quidem à tpe ægritudinũ prima distinctio est: ab ijs aũ t, quæ præ
cessere cõsideratur, an ęger ventris fluxu laborauerit, vel medicamento purgatus fuerit, siue vigi-
lijs, fame, aut alio euacuationis genere attritus. In signis vero ad curationẽ attinentibus cõmune
à proprio separatur. Si quæratur, an pleuritico vena secanda sit: respõdetur. n. nõ cuicunq; secãdã
esse, sed illi, cui plethoricus cõcursus acciderit, vel q sine hoc concursu robustus sit adolescens, atq;
ne hos quidẽ oẽs: neq;. n. si pleuriticus cõcursus in sene, aut infante fuerit, vena secanda est, aut in
Scythia degat æger instante hyeme frigidissima, vel sub ardẽtissimo cœlo in summo ęstatis feruo
re, aut certe syncopam pati assueuerit: nam nemini istorum venam secandam ducimus: non hæc
tamen sufficiũt: sunt. n. aliæ quoq; determinationes, vt ‖, si ad clauim dolor incubuerit, potius ve
de ratione vic. in morb. acut. com. 2. tex. 10. & 11. cl. 7ª. 117. c. & h nam secamus: si ad hypochondrium declinauerit, ventrem purgandum eligimus.

Quid differant Empiricorum, & Dogmaticorum rationes CAP. 7.

TAlis igitur rei determinatio est, quam describentes dicunt esse orationem propria à cõibus
distinguentẽ. Quidam tñ, vt prediximus, non determinationẽ, sed distinctionem appellare
maluerũt: nos aũt siue determinatio, siue distinctio vocetur, nihil interesse dicemus, dũmodo cõ-
cursuum dogmaticorũ, & empiricorũ differentia seruetur. Empirici enim euidẽtibus, dogmatici G
vero ratione magis nituntur. Parí modo dogmatica ratio hoc ab empirica differt, quòd hæc eui-
dentium rerum, illa occultarum est: quæ, vt nomine quoq; distinguerentur, rationem quidem em
piricam epilogismum, dogmaticam vero analogismum vocitauere. Quin & breuissimas rerum
declarationes, non diffinitiones, sed descriptiones empirici appellauerunt: cum tamen nihil pro-
hiberet rei rationem, quæ ex euidentibus consistit, ita diffinitionem vocari, sicut & dogmatici vo
cant eam, quæ ex occultis colligitur. Atq; hæc quidem est inter vtrosq; de nominibus discrepan-
tia, quam & modeste, & arroganter tractari licet: arrogantia tamen plerunq; vtuntur empirici.

Quibus Empirici, quibus Dogmatici fidem habent. CAP. 8.

IN rebus aũt dogmatici, & empirici differunt, quẽ admodũ in principio quoq; declarauimus, q
empirici ijs tm credant, quæ vel sensui pateant, vel memoriæ p sensum mãdata sint. Dogmati-
ci vero præter hæc, illis quoq;, quæ ex naturali rerum consecutione per rationem acquiri solent.

De Empiricorum demonstratione. CAP. 9.

SEd & empiricus præter descriptiones, & determinationes, quæ à sensibus sumuntur, causas
etiã reddit, & demõstrationibus nititur, quas à sensibus mutuauit. Si enim, exempli gratia, in-
terrogetur, quare crus cum vulnere luxatum nõ reparatur: Qm, inquit, conuulsionem inde seq H
obseruatum est: hoc enim maxime cauent, ne quid vnquã ex rationali consecutione, sed ex me-
moria, & euidenti obseruatione semper affirment. Atq; hoc pacto Empiricus artem suam tũ con
ficit, tum docet. In quo maxime à dogmatico differt, tum quia plurima indeterminate agit, tũ qa
plus æquo confidit historię. Quam ego nõ vitupero: cum enim vnius hominis vita ad omnium
inuentionem sufficere nequeat, longi tpis obseruationes historia colligit, vt eius beneficio tanq;
ex multis tot seculorum hoibus vnus efficiatur eruditissimus. Si igitur ita singula quæq; memo-
riæ mandata forent, vt cum suis distinctiõibus clare ab Empirico percipi possent, nihil vltra quæ
rendum esset, quod ad veritatem artis referret. Sed, qm, qui scripserunt partim cõfuso experimen
to nimis propense crediderunt, partim ẽt non perspexere, quæ docuerunt, partim dũ in rationa-
les demonstrationes incidere vererentur, rudes & procul à veritate aberrantes deprehensi sunt,
ideo cogimur non ita facile cuilibet historiæ fidem adhibere, nisi prius experimento probetur,
postea ad vsum accommodeẽ: quod quidẽ dogmaticis non contingit, quos Menodotus per con
temptum Tribonicos vocat. Antiquí enim Tribonem appellauere, qui in aliqua facultate longo
se vsu exercuerit, vt in ea iã perfectus videri possit. Menodotus igitur deridens, Tribonicos ap-
pellat Dogmaticos, quasi qui Tribones appellari non mereantur, cum experientiæ non credant,

sed rebus

A sed rebus occultis, ignotis q3 studeant, & historiam contemnāt, quam ne legerint quidem. Quoniā vero & hic de historia longæ ambages perferuntur, nos de illa quoq3 summatim tractabimus.

De iudicanda, & comprobanda historia. CAP. 10.

HIstoriam igitur quidam esse voluerunt enunciationem eorum, quæ visu percepta sunt: alij enunciationem eorum, quæ euidenter appareant: alij enunciationem propriæ intuitionis: cæterū omnes istæ orationes verbo tenus inter se discrepant, re prorsus nihil differentes, quas dialectici æquipollētes appellant, vbi sub diuersis dictionibus idē videlicet profertur. Illas vero orationes ab his differre dicemus, in quibus aliquid adijcitur, quod sensum immutet, qualis exempli gratia huiusmodi est: Historia est oratio eorū, quæ visu perspecta sunt, aut sicut perspecta. Ex additione efficitur, vt quædam historia possit esse falsa, cum ex nulla priorum descriptionum quicquam tale sequatur: atque ex eadem additione illud quoq3 continget, vt historię duplex iudicium futurum sit, alterum, quo perpenditur, an quædam vere appellāda sit historia: alterum (si vere ita esse concesserimus) an etiam vera debeat appellari. Hoc tamen nomen accipiat vnusquisq3, quemadmodum sibi libuerit: nos potius doceamus, quo modo historia sit iudicanda, vt postea recte ad vsum deduci possit: quod idem est, ac si dixerimus, quo modo veritatem & falsitatem eorum, quę
B scripta sunt, distinguere oporteat, & quo modo discernendum, fieri ne an non fieri potuerint: est enim hæc quoq3 non inutilis differētia, sicut Menodotus asserit. Huic igitur rei toto animo aduertas obsecro, sinens, quicquid libris mandatum est, historiam appellari: id enim ab omnibus ferè medicis vsurpatur. Primum veræ historiæ iudicatorium secūdum plerosq3 Empiricos est propria intuitio iudicantis: nam, cum in aliquo libro scriptum quidpiam inuenerimus, quod nos alias ita esse proprio intuitu perspeximus, veram esse fatemur historiam. Hoc tamen iudicatorium discipli næ inutile est: neq3 enim ea nos ex libro discere oportet, quæ antea proprio intuitu cognouerimus. Sed concordantia optimū est historiæ iudicatorium: finge enim à me macerem nunq3 expertum esse, qui quidem arboris cortex est ab Arabia delatus: hunc oēs, quicunque de medica materia scripserunt, aluum constipare affirmāt: nunquid illis credendum erit, vel non credendum? ego quidem credendum affero, cum oēs ita esse conueniant: talis.n. conuenientia in sensibilibus omo admittenda est, nam conuenientiæ, quæ de occultis sunt, raro tantam habent certitudinem, vt de illis idem omnes prorsus consentiant. Quod si etiam concesserimus id non nunq3 fieri posse, talem tamen conuenientiam non admittet Empiricus. Concordiæ igitur de rebus sensibilibus certæ, &
C fideles in vita sunt. Nos enim, licet nunq3 in Cretam, Siciliam, aut Sardiniā nauigauerimus, eas tñ esse insulas credimus, qm̃ omnes, qui eas proprio intuitu conspexere, ita esse inter se conueniunt. Ergo, cum pro comperto habeamus de ijs, quæ sensu deprehendi possunt, vbi vera sint, cōuenire omnes, quicunq3 res historię commendarunt, propterea credimus à macere ventrem sisti. Eodem pacto licet nos rha pontici vires proprio intuitu nunquam experti simus, historiæ tamen de eo traditæ, q3 electionibus sanguinis conferat, fidem adhibemus. Est alia quoq3 propositio huic valde cognata, non quidem epilogistica, sed analogistica potius, & dogmatica, an credendum scribentium concordiæ sit, vbi omnes conueniunt, non q3 ipsi proprio intuitu rem conspexerint, sed q3 singulis eorum probabilis admodum visa fuerit. Sunt enim aliqui non dogmatici tantum, sed empirici quoq3, qui credēdum esse affirmauerint: nam sine vlla ambiguitate concordia manifestū signum est veritatis: cæterum id à sequacibus epilogismi, qui est ratio eorum, quæ sensui patent, non ita facile admittitur. Conuenientiam enim historiæ de his tantum esse volunt, quæ euidenter apparēt. Ergo Empiricum verę historiæ iudicatorium est conuenientia inter eos, qui singula quęque proprio intuitu obseruauere. At cōcordia, quę à rei natura producitur, dogmatica est. Sed pręter hæc habetur aliud quoq3 veræ historiæ iudicatorium: mores, inquam, & eruditio auctoris, quæ ab alijs eius monumentis colligi potest. Nam, si, exempli gratia, Hippocratem, Andream q3 recenseas, illū
D peritissimum studiosissimum q3 veritatis inuenies, hunc rudem, temerarium, prorsus q3 ab Hippocratis grauitate alienum. Deniq3 alio quoq3 instrumento historia iudicatur, vbi, quę traduntur, his fuerint similia, quæ prius proprio intuitu cognouerimus: nanq3, vbi, exēpli gratia, sciuerimus macerem, & rha ponticum adstringendi vires habere, si alia simili modo tradantur, adstringentia, facile credemus ventrem compescere, & sanguinis fluxum sistere.

Quot modis rei similis ad similem transitus fiat. CAP. 11.

MEnodotus tamen negauit transitum de re simili ad similem esse historiæ iudicatorium, sed eius, quod fieri potest, si vero secum τετριβὴν, id est vsum, & exercitationem assumpserit, tum demum historiam quoque iudicare. Sed de his paulo inferius agetur. Transitus igitur de re simili ad similem si in se ipso consideretur, est iter ad experimentum. Iudicatorium vero possibilitatis ad historiam attinentis, sicut & historia, duplex est. Porrò rationalis transitus ab Empirico differt, quòd rationalis ab indicantis rei natura innotescat: Empiricus vero ea potius imitatur, quæ sensu pręcognita fuerint, non quidem quòd probabile videatur simile à simili generari, aut agere, aut pati: neq3 enim cuiuspiam istorum gratia trāsitum faciunt, sed q3 experimento cognouerint ita se inuicem habere, quæ sunt similia. De simili autem ad simile transitur, vel in membris, vt de lacerto ad femur, de vlna ad tibiam, de manu ad pedem: vel in morbis, vt de fluore alui ad intestino-

rum difficultatem: vel in remedijs, vt de citonio ad meſpilum: quæ omnia priùs experimento fir- E
manda ſunt, q̃; doctrinæ certitudinem faciant. Eſt quoq; empiricæ artis quandoq; non incongrue de oppoſito tranſire ad oppoſitum, vbi, ſ. ſimilia vniuerſa in vanum tentata fuerint: quod quidē a dogmatico omnino alienum eſt. Trāſitus ergo de ſimili ad ſimile, ſiue trahatur, ſiue non trahatur ab hiſtoria, τειβικὴν, id eſt exercitatam experientiam perficit, neq; propterea pollicetur, quod exquiſitiſſime verum eſt, ſed, quatenus fieri poteſt, inuenire profitetur, quod probatorum hominū hiſtorię maxime congruat: cui quidem etiam ante experientiam credimus, non tamen tranſitioni de ſimili ad ſimile, niſi priùs experimento, & vſu cōperta fuerit: non parum aūt intereſt, quo modo magis, aut minus aliquid futurum ſperemus, ſingula enim ex ipſa ſimilitudine perpendimus, quæ in rebus longe diuerſa obſeruatur. Nam, quod figura, colore, mollitie, duritie ſimile eſt, non propterea ſimiles exercet actiones: at, quę odore, guſtu ue aſſimilantur, in his iam non nihil habemus, à quo ſimiles functiones non deſperemus, præſertim vbi ſimul odor, & guſtus conuenerint. Quod ſi poſtea ſubſtantia quoq;, figura, & color acceſſerit, ſpes proſperi euentus adhuc magis augebitur. Porrò, quę guſtu ſimilia iudicamus, non ſtatim ab vno tantum ſapore ſimilitudo eſtimanda eſt, ſicut ab acore, adſtrictione, amaritudine, dulcedine, auſteritate, acerbitate, ſalſedine, ſed omnem ſingulorum vim exacte ſpectare oportet. Aloe enim & æris ſquama vtraque adſtringit quidem, F
ſed abſonum medicamento ſum q̃; reddit ſaporem, ideo neutra malo citonio ſimilis, propterea, neq; edendo eſt. Non eſt igitur à malo citonio, vel meſpilo ad illa tranſeundum, neq; in vrinę, inteſtinorum q̃; difficultatibus talia exhibere oportet: vbi vero vlcus ad cicatricem ducendum ſit, tunc ad omnia, quæ adſtringendi vim habent, etiam ſi viroſa fuerint, tuto tranſire poſſumus. Experimento enim compertum eſt multa huiuſcemodi vniendis vlceribus recte accommodari. In difficultatibus autem inteſtinorū meliùs ab edulijs ad edulia tranſimus: deinde, ſi ad ea, quæ edendo non ſunt, tranſituri ſimus, eligere oportet, quę cum adſtrictione nullam aliam validiorem qualitatem annexam habeant, præſertim amaritudinem, vel acorem. Huiuſmodi enim qualitates omnia vlcera irritare obſeruata ſunt, etiam ſi cum adſtringendi facultate iungantur. At, quoniam adſtrictionis veluti differētię quædam ſunt auſteritas, & acerbitas (adſtrictior enim qualitas in acerbis intenditur, ſicut in auſteris remittitur,) ideo, ſi de hac qualitate ad illam tranſitum facies, maiorem inde futuri euentus ſpem recte concipies: nam, ſi idem exquiſite fuerit affectus, in quo obſeruatum ſit citonium, vel aliquid ita adſtringentium profuiſſe, ad id, quod moderate adſtringit, quale auſterum eſt, tuto tranſitur. Si vero acerba fœlicius expertus fueris, rectius ad acerba permutaberis. Patet igitur, quo modo euentus rei, quæ fieri poteſt, in ſimilium tranſitu ſpes æqualis non G
ſit, ſed ea regula ſpes menſuranda eſt, qua ſimilitudo maior, vel minor cognoſcitur. Quod vero à probatiſſimo viro ad aluī fluorem, exempli gratia, laudabitur, id eis perquā ſimile videri poterit, quę experimento deprehenſa ſunt, vt & ante exercitatam experientiam aliquis illi fortaſſe tuto cō fidat. At, quod neque hiſtoria, neque ſimilitudo probauerit, illi merito diffidendum eſt. Quod autem de medicamentis diximus, idem omnino & de affectibus, & de membris iudicare oportebit. In tranſitu enim de affectu ad affectum, vel de membro ad membrum, eodem modo ſpes augenda, vel minuenda eſt, prout ſimilitudo alterius ad alterum maior, vel minor erit.

Quibus hiſtorijs maior fides adhibenda, ac de quinque hiſtorijs, quibus viperas Elephantiaſi oppreſſis ſuccurrere creditum eſt. CAP. 12.

QVantum vero ad hiſtorię iudicium attinet, maioris & minoris ratio tanti refert, vt huic quidem planè iam fides adhibenda ſit, illud vix tanquam probabile admittendum. Quod enim à quamplurimis probatiſſimis viris conſone proditum fuerit, poſtea nō raro à nobis ita eſſe, compertū, ac præterea veriſimile ſit, neq; diſcrepans ab ijs, quæ experimento cognouerimus, id profecto eſt, cui proculdubio credere non minus, ac experimēto, debeamus. At illud minus forę ſperabimus, quod probatiſſimi quidem viri quamplurimi affirmauerunt, nunquam tñ à nobis H
viſum, neq; adeo veriſimile fuerit. Multo vero adhuc minus illi credendum, quod pauci admodū aſſeruerint, quod q̃; vix ſemel, aut iterum viſum fuerit. Sanè illud cōmodiſſimum exemplum eſt, quod nunc mihi dicendum ſuccurrit. Erat apud nos in Aſia in pago quodam elephantiaſi vir laborans, qui primo quidē reliquis cōuiuebat, ac cum familiaribus verſabatur: vbi vero nō nulli ex conſuetudine contagio maculari cœperunt, ipſe que iam fœtore, & horribili ſpecie deteſtandus eſſet, in edito loco prope pagum iuxta aquæ riuulum Pagani tabernaculum ægro habitandum ſtruxere, cui deinceps diarium alimentum ſubminiſtrarent. Proxima æſtate circa Canis ortum colonis vicinam metentibus ſegetem miniſter odorati vini lagenam, quam attulerat, prope agri marginem dimittens abijt. Coloni labore functi cum ad pocula acceſſiſſent, ac quidam eorum adoleſcens vinum in craterem funderet, ecce exanimata vipera ſimul collapſa bibituros non minus abominatione, quàm metu conſternauit: ac ipſi quidem aquam potantes, vinum ægrotanti attulerūt, humane ſe acturos, exiſtimantes, ſi tantam viri calamitatem morte redimerent, quam ex eo veneni hauſtu planè futuram arbitrabantur: at ille nouo quodam, prorſus que admirando euentu, ab hoc ipſo potu ſanatus eſt: excidit enim tota cutis dura, & veluti lapidoſa, non ſecus, ac ſi cancris, locuſtis ue, aut cæteris huiuſmodi cruſtaceis animalibus teſtam, qua conteguntur, abſcideris. Nec

diſſimile

A dissimile in Mysia Asiæ non procul à nostro municipio contigit. Vir erat prædives elephãtiacus, hic ancillam suam formosam deperibat: contra: illa fœdum hominem odio habebat, alijs q3 amantibus clandestine miscebatur: cuius doli conscijs duabus ancillis contubernalibus vtebatur, altera penui præerat, altera cellæ vinariæ. Accesserat æger inde sibi promissa salutis spe ad quosdam calidarum aquarum fontes, vbi multa viperarum vis ob squallorẽ ariditatem q3 loci scatebat. In vini igitur lagenam parum diligenter seruatam vipera irreplit, quam cum suffocatam deprehendisset ancilla, rata fore, vt odiosus dominus eo veneno facile interiret, cœnanti alacriter obtulit, euenere q3 omnino eadem, quæ paulo supra de pagano retulimus. Atq3 hæc quidem duo sunt experientiæ monumenta, quæ casus attulit: nunc vero tertium adiũgam, quod imitatio effecit. Philosopho cuidam multos antea annos hac ipsa ægritudine afflictim laboranti, vt iam illi mors vitæ præferenda videretur, geminos hosce euentus cum forte recitauissem, idem ipse etiam experiri cogitauit, ad quod obeundum augurio quoq3 confirmatus (erat enim augurandi peritus) protinus vinũ ita medicatum, quod parari iusserat, intrepide hausit: nec multo inde postea ex elephantiasi ad lepram deuenit. Quartus etiam prẽter hos omnes viperarũ venator, dum primis adhuc huius morbi incommodis teneretur, me pro salute consuluit, quem ego admonui, viperas, quas venaretur,
B frustatim incisas, & anguillarum more decoctas esitaret: atq3 ita per halitum ęgritudo discussa est. Alium prẽterea diuitem virum nõ nostratem, sed è media Thracia Pergamum, somnio ita iubente, profectum Æsculapius admonuit, vt medicamentum è viperis quotidie potaret, atq3 exterius, corpus illineret: ac non multo postea trãsiuit in lepram, deinde hac medicina, quã Deus docuerat, exquisite sanatus est. Tot igitur experimentis commoti, tãdem Dei quoq3 admonitu confirmati, certam spem concepimus sanandi elephantiasim medicina è viperis cõfecta, quam theriacam appellant, nec minus sale theriaco, quod iam vulgo confici cœpit viuis viperis cum quibusdam alijs medicamentis in fictili nouo combustis: Sed & viperas edendas præcipimus, capitibus, caudis q3 earum primo abscissis, deinde in pastillos confectas. non tñ confestim ad hæc remedia proficiscimur, sed prius corpus exquisite purgamus: nec raro venã secamus, si robur & ætas tulerint: vere autem id potissime fieri ad plerosq3 diuturnos affectus commune est. Tot igitur à nobis enarrata sunt, vt ostenderemus multa casu inueniri, & imitatione confirmari: obtulit enim fortuna, vt non incommoda tantum, sed commoda quoq3, ex quibus ars confici posset, conspicaremur.

Quis deberet esse Verus Empiricus, ac quid differant Serapion, Menodotus, Heraclides, & Theutas Empirici. CAP. 13.

C NEc longiori sermone opus habemus ad empiricæ disciplinæ formulam exprimendam, licet longe plura addiderint ij, qui huiusce sectę principatum vsurpauere, atq3 ita se habere manifestissime declarabo. Proponatur, vt passim proponi solet, quis nam medicinæ sit finis, aio empiricum, qui propriæ disciplinæ modum exquisite seruauerit, ita responsurum: intelligo, quæcunq3 præter naturam corpori humano acciderint, velle curare, quod q3 intelligo, non verbis, sed actionibus comprobare: an vero, quod acquirere studeo, integritas vel sanitas appellari debeat, vel acquisitio sanitatis, vel integritatis, vel sanari, vel integritatem adipisci, siue quod secundũ naturam est regere & custodire, nihil apud me refert, dummodo, quod polliceor, opere ipso confirmem: cætera sophistis facile permitto: neq3 enim mihi in muneribus artis occupatissimo tantum ocij super est, vt nugis superuacuis, fabulis q3 differendis bonas horas amittam. Talem ego responsionem à vero empirico fore sperauerim: nam, si de fine medicinæ dissensiones conciliare tentauerit, dialecticis speculationibus impingetur, quas euitari oportere affirmat: id autem in eo libello diffusius explicauimus, qui de fine medicinę inscribitur. Sed nec idem causas vllas indagabit, quod Serapio & Menodotus fecere: artem enim suam nõ rationibus, sed operibus comprobabit, omnino q3 dialecticam euitabit, sine qua neq3 causæ conclusionem, neq3 syllogisticæ orationes intelligi possunt:
D immo & scire dissimulabit, an aliquæ sint dissensiones: spernet etiã rationes diluere, quæ euidentia impugnare videntur, haud ignarus sophisticas apparẽtias ab ipsis quoq3 dialecticis non tam facile solui: præterea sermonis multitudinem longitudinem que aspernabitur, sed pauca & raro loquetur, quemadmodum Pyrrhon Scepticus facere solebat: hic enim desperata veritatis inuentione, quam diu frustra quæsierat, in singulis hæsitabat, nec amplius agendorum rationem quærebat, sed euidentia sectabatur, vt, qualis in omnibus vitę muneribus scepticus, talis in medicina empiricus sit, minime superbus, aut ambitiosus, neq3 glorię inhians, non composite ambulans, neq3 fucatis gestibus, sed interius exterius q3 totus integer, qualem Timon ait fuisse Pyrrhonem. Non minus autem hunc admirabuntur homines, cẽ Hippocratem, si operibus magnum se in arte præstabit, melius, quàm reliqui faciant, luxata emendans, & quæ luxationi parata sunt, in validiorem statum permutans, vulnera & fracturas & hulcera, & quæ alij curare non poterant, ipse facile sanans, nec minus, quæ ægro euentura sunt, ante euentum præfatus, & quæ iam euenerint, adsunt ue, ita euenisse vel adesse sine præconclatione, aut relatione coram astantibus explicet. His enim officijs Hippocrates omnium posteriorum iudicio Æsculapij gloriam adeptus est, non quidem triplicis sermonis ambages explicans, sicut Serapion, neq3 tripodem iactans, veluti Glaucias, aut decem mille versuum libros astruens, qui deinde in alios libros dissecarentur: non ille canina iracundia

medicos improbe inceſſit, modo δειμυλέοντας, quaſi leones acres, mõ δειμυμώρους, quaſi acres E
fatuos appellando, tum medicos, tum philoſophos omnes, qui ratione niterentur, quod impuden
tiſſime fecit Menodotus. Verum, quòd in empirica diſciplina Menodotus reprehenſione non
caruerit, quod'que in his, quæ aduerſus dogmaticos oblatrauit, furioſæ temeritatis ſit accuſandus,
licet tibi ex commentario intelligere, quod contra eius deliramenta in Seuerum conſcripſi: nec
minus eiuſdem furor apparet, vbi Aſclepiadi contradicit, aſſerens ſe exquiſitiſſime ſcire omnia
Aſclepiadis documenta eſſe falſa, quamuis in eiſdem ſuis commentarijs ſexcenties affirmauerit ſe
obſcura minime reprehenſurum, veluti, quæ tam vera, q̃ falſa eſſe poſſint: putat ſe tamen Aſcle-
piadem prorſus confeciſſe, neceſſitatem'que ſuis aſſertionibus inculcat, vbi plurima ſunt contin-
gentia. At Pyrron, quem ipſe probat, non erat huiuſmodi, ſed humanus admodum, pacatiſſi-
mo'que animo ſibi conſtans, nihil interim loquens, niſi vbi occaſio poſtularet: quod olim mode-
ſtum quendam empiricum feciſſe noui, qui operibus, & non vano verborum ambitu gloriam ſi-
bi comparabat. Erat hic quandoq; pollicitus ſe magnam quandam ægritudinem tum chirurgia,
tum medicamentis curaturum: cum q̃ iam ad ſecandum pararetur, interuenit alius furens medi-
cus, qui multa rationum mole oſtendere nitebatur hominem ſecari non oportere: tum ille ſe vni-
co verbo à ſophiſtæ moleſtijs explicaturus, Ego interim, inquit, recedo, dum vos deliberatis, vtri F
magis credere oporteat, mihi'ne, quem dudum in artis operibus experiendo cognouiſtis, an huic,
qui vos nuper tot verbis aggreſſus eſt: erit enim vobis libera optio eligendi, qui magis placuerit:
ac cum dicto receſſit, nec multo poſtea ſophiſta ſubſecutus eſt: illius enim neglectis deliramen-
tis, neceſſarij priorem reuocauerunt, qui operibus artem oſtendebat. Nedum enim ſophiſta ille,
ſed nec Demoſthenes quidem omnium facundiſſimus perſuadere poſſet vnquam hominibus, vt
corporis ſui curam non illis potius committerent, quorum peritiam ex operibus cognouiſſent.
Attamen aduerſus maximum huius artis exornatorem Hippocratem temerarius Serapion tan-
quam nouus Æſculapius oblatrare auſus eſt tanta impudentia, vt ſuos commentarios paſſim vi-
deas proprijs laudibus refertiſſimos: antiquos autem viros probatiſſimos, quorum monumen-
ta totam artem illuſtrauere, præterit omnes, nec dignos putat, qui vel minima quidem laude ex-
ornandi ſint. Ego vero tantum abſum, vt credam contradictiones, & rationes iſtas, quibus ambi-
guitates ſoluuntur empiricæ ſectæ conuenire, vt arbitrer ſumma reprehenſione dignos eſſe, qui
talia conſectati ſunt: neque enim, ſi ſibi in ea ſecta conſtare voluerint, ad artium conſtitutionem
putabunt aliud eſſe neceſſarium, quàm ſenſum rerum euidentium, & memoriam: nihilo minus
recte admittunt vim quandam in nobis eſſe, qua eorum, quæ apprehendimus, conſonantiam, & G
repugnantiam diſcernamus. Sed nõ propterea Heraclides Tarentinus recte putauit hanc prius
exercendam, atq; arte acuendam: ſufficiunt enim primordia illa, & veluti lumina, quibus huma-
num ingenium à primo ſtatim ortu natura illuſtrauit. Videtur enim Heraclides in ea dudũ exer-
citatus, in operibus tamen artis Hippocrate fuiſſe longe deterior: ſicut etiam Menodotus fuit:
qui præter ſenſum, & memoriam aliud tertium introducit, quod epilogiſmum vocauit: atque in-
terdum omiſſo ſenſu memoriam tantum poſuit, & epilogiſmum: quemadmodum ego in exami-
natione eorum, quæ contra Seuerum ſcripſit, diffuſius explicaui. Quæ vero profitetur ipſe argu-
menta ad alios redarguendos empiricos non inepti tantum hominis ſunt, ſed etiam rudis: neque
enim empiricis attinet ſophiſmata ſoluere, ſed Ariſtoteli, & Chryſippo, reliquis q̃, qui in differen
di arte verſati fuerint. At, q̃ principio illi nobis inſito conſonantiam rerum, & diſcrepantiam, iu-
dicandi experientiam conuenire oporteat, Theutas ita minutim oſtẽdit, vt in quibuſdam ſit etiam
ſuperuacuus: quemadmodum ego in commentarijs ſuper eius introductorio exquiſite declaraui.
Hic igitur à me libellus nunc propterea ſcriptus eſt, vt oſtenderem poſſe aliquem empirice me-
dendi artem conſtituere dimiſſa omnino inquiſitione de rei ſubſtantia: Aſclepiadi vero, qui falſo
probare nititur Empiricam ſectam nullo ſtatu firmari poſſe, aliàs longa oratione occurri. Quan- H
tum autem vnicuiq; arti conſtituendæ conferat, ſi experientia rationi adiungatur, oſtenſum eſt à
me in libris therapeuticæ methodi: in libro etiam, quem de ratione communi inſcripſi, declaraui
vnam eſſe rationem, quæ vniuerſis hominibus inſita ſit: vbi oſtendi omnia, quę cognoſcimus, vel
ſenſu deprehenſa eſſe, vel ratione quadam, quæ nobis ingenita eſt, iudicandi conuenientiam re-
rum, & repugnantiam, talem q̃ eſſe conuenientiæ notionem, vt quædam ſit neceſſaria, quam om-
nes euidentiſſime intelligunt, qui natura ingenioſi ſint, & prudentes: quędam cõtingens tantum,
& nulli neceſſitati obnoxia: errare q̃ hoc loco plurimos homines, qui diſtinguere neſciant cõtin-
gens à neceſſario, vnde etiam dogmaticorum diſcrepantia emerſit. Hunc errorem ſi nos legitime
cauerimus, plura quidem erunt, quæ ignorabimus propter immenſam difficultatem: in mul
tis tamen, quæ modeſte profitebimur, ita ſimul conueniemus, ſicut geometræ, &
arithmetici faciunt. Neq; enim ob alium, quàm hunc ipſum errorem
etiam Empirici medici maxime inter ſe diſcrepant, vt in
commentarijs oſtendi, quæ de illorum
edidi diſcrepantia.

Galeni



FRAGMENTVM QVODDAM EXIGVVM AC MENDOSVM GALENO ASCRIPTVM GRÆCE ADHVC NON impreſſum, ex eis fortaſſe libris ſuperſtans, quos ipſe ad Empiricos ſpectantes conſcripſerat: cuius titulus eſt,

SERMO ADVERSVS EMPIRICOS MEDICOS.

Auguſtino Gadaldino Mutinenſi Medico interprete.

* ſeptimum adhuc inſpicere deſideras & octauum, ac omnino quamplura deinceps. Quid igitur adhuc calumniaberis, & inconſiſtentem eſſe experientiam affirmabis, & id, quod ſæpiſſime fit, interminatum ac ſuſpectum pronunciabis? Quibus inſiſtet dicens. Haud inuenire potes, vt nos magis, quàm teipſum deijcias: quin mihi videris, vt teipſum magis. Nam, cum duo ſint, alter, qui per ſolam obſeruationem aliquid inueniri dicat, quod & ego ſanè volo, ac vos, inuiti licet, confitemi-
C ni tamen: alter, qui quomodo, quod equidem nec poſſibile nec vtile eſſe aſſero, tuum profecto reliquum eſſet munus, id inuenire. Et, quia dubium eſſe id affirmas, ſophiſmate teipſum deijcies: nos vero nequaquam iniuria afficies. Non enim, quomodo vnumquodque artificioſum fiat, certamen nobis eſt, ſed, quo'd fiat ſolummodo: quod ſanè euidenter conceſſum habemus. Tu vero, qui cauſas curioſe inquiris, debes & illud /quomodo/ docere. Sed contra, quàm deceat, procedere videris, nec ſecus facere, ac illi, qui, quoniam, quomodo videant, ignorant, nequaquam videre fatentur: &, quia etiam, quo'nam pacto generentur, quę generantur & corrumpantur, quę corrumpuntur, & moueantur, quæ mouentur, ignorant, iccirco nec generationem nec corruptionem nec motum relinquunt. At, ꝙ maxima vniuerſæ rationis vituperatio ſit, aduerſus euidentia pugnare, quis eſt, qui neſciat? Nam, qui incipere non poteſt ſine euidentia, quo modo is fidelis ſit,
« cum aduerſus id, à quo principia ſumpſit, ſit audax? Hoc etiam cum vidiſſet Democritus, quando
« apparentia vituperabat, vbi dixiſſet, Lege color, lege dulce, lege amarum: vera autẽ (hoc eſt ἐτεῇ)
« atomus & vacuum: finxit ſenſus aduerſus cogitationem in hunc modum loqui. Miſera mẽs, quæ
« cum à nobis fidem aſſumpſeris, nos deijcis. At, cum nos deijcis, tu ipſa cadis. Cum igitur deceret rationem infidelitate condemnare, nimirum, quæ adeo praua ſit, vt etiam, quæ inter ipſas eſt pro-
D babiliſſima, cum apparentibus, à quibus incepit, pugnet, vos contrarium agitis: quippe ea damnatis, quæ rationem quidem habent, vt fiant, ſed vt ratio vult, non fiunt. Mihi vero hoc ipſum maxima rationis redargutio eſſe videtur. Quis enim ſanę mentis de rebus obſcuris illi credat, quæ adeo praua eſt, vt euidentibus contraria ſtatuat? Multis certe adhuc indigent empirici, vt id, quod volunt, aſſequantur, etiam ſi hoc ipſis conceſſerimus. Niſi enim, quæ adhuc ſuperſunt abſurda, memoratis paria oſtendero, nullum etiam profecto iſtorum mihi commodum vtilitatem'ue eſſe volo. Tu igitur, certo ſcio, demiratus es non mehercle noſtram, ſed empiricorum fatuitatem, ſi, cum in tot rebus tot conceſſa aſſumpſerint, nihil tamen plus habent: ſed alter error haud minor prioribus ipſos excipit, exquiſita nimirum ignorantia, ac excellens quędam impudentia, ac ſtupiditas ipſam ferè pecudum ſtoliditatem ſuperans. Qui, cum neq; à quo incipiant, habeant, nec, ſi hoc ipſis detur, ſæpiſſime ſimili modo aliquid videre poſſint, nec tot etiam myriadas, ipſas nimirum ægrotantium diuerſitates videre, vel recordari, vel ſcribere poſſint, (Nam, quæ bibliotheca tantã hiſtoriam caperet? quæ anima tot rerum memoriam exciperet?) ipſi tamen nec ita ſentiunt, ꝙ ſe ipſos deludendo hæc concedunt, ſed, tanquam hæc firma ac certa eſſent, adhuc de ſequentibus contendunt. Ego igitur non ob illos, quippe ſuperuacaneum eſt cum lapidibus diſſerere, ſed vt ſermonẽ finiam, euidenter monſtrabo, ꝙ, quamuis etiam ſæpiſſime ſimili modo aliquid conſpici concedat,

nullum tamen ex hoc theorema artificiosum constituent. Et certe nequaquam opineris me Platonis ratione vti, ꝙ siquod studium (id est ἐπιτήδευσις) naturam materiæ, circa quam versatur, cognoscit, id sanè ars est: si non cognoscit, τριβὴ, id est exercitatio quædam est, & experientia: ars autem nequaquam: Ego enim (inquit ipse) artem haud voco, rem, quæ sine ratione est: Hac nanq; Platonis ratione non vtor, non, quia vera non sit, insanirem enim si hæc dicerem, sed, quia empiricorum inuerecundia etiam hoc admittit: nec sibi ipsis curæ esse dicunt, si huius rei gratia suum ipsorum studium, non artem, sed aliud quid appellem. Quæ'nam igitur erunt meæ rationes? Primum ergo ab illis ipsis quoque sumptiones sunt concessæ. Si enim obseruatio eorum, quæ sæpissime simili modo visa fuere, ab ipsis, arbitror, empiria, hoc est experientia, appellatur, componitur autem ex multis singularibus, ipsum autem singulare inartificiosum esse dicunt, fuerit sanè, quod sæpissime fit, ex multis inartificiosis compositum. Et ita oratio interrogabitur. Si singulare est inartificiosum, id vero, quod sæpissime fit, ex multis singularibus est compositum, igitur id, quod sæpissime fit, est inartificiosum: atqui singulare est inartificiosum: ergo & id, quod sæpissime fit. At forte nec, quod dicimus, se scire dicent: quippe se tum alias disciplinas, tum dialecticen fugere concedunt. Si placet, hanc à nobis ipsis dictam rationem omittamus: aliam vero quampiam eiuscemodi eos interrogemus. Nunquid ò Empirici id, quod sæpissime fit, quoties'nam sit, nobis dicere potestis? volumus enim & nos per obseruationem, sicuti & vos ipsi, scire. Vt igitur ne aberremus, mensura eius, quod decens est, non seruata, putantes vel ante sufficientem ipsius inspectionem ad finem venire, vel vltra, quàm conueniat, extendi ob mensuræ ignorationem, vobis egemus: nobis mensuram ostendite, vt & ipsi aliquid ex obseruatione discamus. O stulte, inquit ridens, non est in ipsis vna omnium mensura, sed in vnoquoq; alia. Tu vero non secus interrogasti, ac siquis vellet, vt sutor, quod'nam illud sit calapodium, quo omnes calceat, doceret. Neque enim pedum vna est mensura: inæquales nanq; sunt. Nec hîc etiam sanè vna rerum est mensura: differentes enim sunt. Ego porrò respõsionem lubens accipio, atque approbo, multo'que magis ei acquiesco, quàm si vnam esse omnium mensuram promisisset dicere: tunc enim quoque suspicarer, si, cum res multum inter se differant, vnam ipsis mensuram inducere pollicitaretur. Nunc autem, si in vnaquaque re proprium quid, ac peculiare ostenderit, eum veritatem valde assecuturum sperauerim. Quocirca à simplicioribus incipiens interrogabo. Si videro aliquem, cui cerebri inuolucrum sit vulneratum, quoties'nam exquisite scire potero, vtrum ipse semper, aut plerunq;, aut raro, aut ambigue moriturus sit? At nullus ipsorum nec ore respondens nobis, nec scriptis, mandãs, mensuram docuit. Num ergo non habent aliquid in vnoquoq; terminatum? Quòd igitur iam eorum res pessum eunt, omnibus est compertum. Sed consequens deinceps fuerit, quemadmodum à principio cum ipsis disputauimus, æquo'que animo congressi fuimus, adhuc etiam nunc singulatim nos considerare, vtrum ab illis ignoretur mensura eius, quod sæpissime fit, ipsa vero in rerum natura sit: an nequaquam constitui possit, vt aliqua sit mensura in eo, quod sępissime fit: an ipsa factura sit id nunc artificiosum esse, cum prius minime esset artificiosum. Ego igitur sæpe hoc consideraui, nec certe ex tempore. *

Galeni



GALENI DE CONSTITVTIONE ARTIS MEDICAE AD PATROPHILVM

Victore Trincauelio interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicinæ omnes partes conſtituit ex finis præcognitione.

Quæ cauſa componendi huius libri. CAP. 1.

QVoniam mihi quidē, Patrophile, diuino quodam videris affectu præditus, dum omnia nō ſine demōſtratione, et methodo cupis addiſcere: decreui tuę huic animi prōptitudini morē gerere, ſermones q̄; illos qui te audiente his de rebus habiti ſunt, quæ non leuem tibi dubitationem afferebant, in cōmentarios redigere. Nam cur in hoc non deſcendā certamen: quum te videam viæ ad veritatem ducentis aliquod iā eſſe aſſecutum principium: quam tū præ illius tum ſublimitate, et lōgitudine, tum etiā aſperitate ſolus conſequi nō poſſis. Siquidem quāplurimos quotidie animaduerto quātumlibet inuitatos, non modo eo ſe conferre nolle: ſed pigritia potius torpentes ab illa auerti. Te autem contra C ac illi affectum eſſe video: qui, quum alij in hunc vſq; diem ferè oēs ab ea diuertentes ad alias vias ſe conuertant, quaſi veritatē ex ſublimi quadā ſpecula perſpexeris, pulchritudinis illius ardenti ſtatim amore captus, nec iter detractes, nec ſoli eam prouinciā tibi cōmittere audeas. Atqui, ſi in præſentia verā artis medicę conſtitutionem inuenire affectans animo diſcruciaris: mox (vt ego quidē arbitror) quum reſplendens veritatis lumen fueris intuitus, maiori longe afficieris deliderio, nullā aliam viā hac, quam tu inueſtigas, præſtātiorem inueniens: te, ſiquidē ad veritatē inueniēndā, quocunq; te verteris, diuinitus eſſe affectum inſpicio. Itaq;, quum aures medicę artis addiſcendæ cauſa quāplurimis adhibuiſſe affirmares, nūquā tū, vnde ſit opus demōſtratione, methodo q; exordiri, ex aliquo accepiſſe, atq; multo ēt minus quēquam inueniſſe, qui viā à principio in finem vſq; perducentem monſtrauerit: ego, id quod cuperes, oſtenſurum pollicitus ſum: ſi modo tantiſper ſuſtinere velles, donec hanc rōnem in alijs etiam artibus prius exerceā. Tu vero nec ab ea inuitatione te alienū oſtendebas, nec alioquin tergiuerſari præteferebas, immo tibi gratius fore hoc, q; alio modo ad iſtud inſtitutum progredi affirmabas, ſi tū me hoc etiam oſtenſurum profiterer, oīum inquā eandem eſſe methodum. Quod quū non modo aſſererem, verum & continuo in prima propoſita contemplatione monſtrarem: te præ illius veritate quaſi geſtientem conſpexi. Et quum multæ D pterea aliæ, præſertim vero illæ, q̄ ex effectiuarū numero ſunt (eiuſce enim generis eſt & hæc quę circa ſanitatē verſatur) eadem ratione pertractarētur, ſtatim te ad hāc, quam ab initio aggreſſus fueras, cōtuliſti. Ac, vbi hic quoq; animaduertiſti eandē methodum locum habere: ne hęc, quę à nobis expoſita fuerāt è memoria laberent, referri in cōmentariū efflagitaſti. Ego vero tuo hoc veritatis ſtudio allectus, duos confeci cōmentarios: alterum, in quo ſe prius exercuiſſe operępretiū fuerit illum, qui artē aliquam aſſequi inſtituerit, id enim ibi mōſtratur, in quo oēs antiqui philoſophi cō ſentiunt, quālibet nimirum artē à finis notione ſuam habere conſtitutionē, qui ob magnitudinē in duos libros diſtinctus eſt: alterū vero, quē in præſenti in manibus habemus: vbi oſtēdimus methodum eandem, quę oēs alias artes, ipſam quoq; conſtituiſſe medicinā. Sed nobis iā exordiendum eſt.

Quotuplices ſint artes, quod q; ex finium varietate conſtituantur. CAP. 2.

QVum artium aliæ quidē in ſola naturæ rerum earum contēplatione ſuum habent finē cōſtitutum, quas ſibi conſiderādas propoſuere, ſicut arithmetica, aſtrologia, ac etiā naturalis ſciētia: aliæ edant præterea actiones non nullas, vt tū nullum deinde habeant opificiū oſtendere, quod, poſtquā agere deſierint, aliquo tpe maneat, vt ſaltatoria, & præconū ars: aliæ vero iſtis ē cōtrario opificium inſup aliquod habēt, quod oſtēdant, quēadmodum ædificatoria, & ars fabrilis: non nullę nihil ipſæ quidē conficiūt, nauant tū operam, ſtudent q;, vt aliquid capiant & acqui-

rāt, veluti piſcatoria & q̄ canibus feras inſectaſ, & oēs tandē venatorię: & quū tu medicā artē me- E
thodo cōſtituere inſtitueris: id primū conſiderandū occurrit, in quo nam illa ſit artiū ordine, num
è contemplatiuarū numero, an actiua potius, vel factiua, vel acquiſitiua: nec id ipſum difficilē aut
inquiſitionē aut inuentionē habet. Opus quippe eſt reuocare in memoriā quā ob rem huiuſcemo
di artem aſſequi concupieris: & illud erat quod, quum hoc negocium aggrederemur, oīum primū
ex te ſciſcitabar: mihi q̄ reſpondiſti, velle te hoīes, in primis qui corpore ſunt præter naturam affe
cto oēs (ſi tn̄ fieri poſſit) in naturalem ſtatum reſtituere: ſin minus, ſaltem cognitionē aliq̄ cōpara
re, qua diſcerni poſſint illi q ſanari poſſint ab ijs q ſecus. Vnde dato à te nr̄o huic ſermoni hoc pri-
cipio, affirmaui ſtatim, his indicari, eā artem quā cōſtituere affectas, ex effectiuarū eſſe numero: hēt
enim opificiū aliquod, qđ finita actione poſſis oſtēdere. Sunt nēpe & aliæ præterea artes q̄; pluri-
mæ effectrices, vt ęraria, ſutoria, ars conſtruendarū nauium, fabrilis, figulina, pictoria, & tātus artiū
factiuarū inter mortales numerus, quantus nullius ferè alterius generis inuenitur. Quare iā operę
pretium fuerit vt eā methodū, quā in iſtius modi artibus priori cōmentario didiciſti: ad illā in præ
ſenti transferas quā conſtituere feſtinas: poſito hic quoq; eodē principio quod in alijs ſtatutū eſt,
finis inquam notione: quæ vnde petēda ſit, non erit forſitan ab re in præſenti oratione proſequi.

Quis medicinæ finis, & quo in genere artium ipſa ſit. CAP. 3. F

ITaq; prima q̄ in nobis ſuboritur cognitio, tū noſtrū ipſorū eſt, tum aliorū hoīum, dum bene va
lēt. Altera ab illa, eorundē quū morbis impliciti ſunt, vnde mox in nobis bn̄ valēdi deſideriū aſ-
ſurgit, et inſup artē aliq̄ ſanitatis procuratricē cōſtituēdi. Vt aūt bonā valetudinem efficere ꝓponi
mus: ita ex factiuarū numero ea ars futura eſt, q̄ à nobis eſt cōſtituēda. Deinde vero quū duplices
ſint, vt mōſtrauimus, factiuæ artes: hæc quā inueſtigamus, in eis potius erit, q̄ rē factā corrigūt, q̄ q̄
aliqd quod prius nō eſſet cōficiāt. Sunt.n. artes nō nullæ q̄ res ipſas conficiūt, ſicut ſutoria & texto
ria: aliæ labefactatas vitiatas ue reſarciūt, vt illę, quæ veſtes corroſas aut dilaceratos calceos cōſuūt.
Nos vero ia oſtēdimus fabricādarū quoq; ędiū artē eodē ſe hēre mō: ꝗppe quū nihilo minus in illa
duo hæc reperiant munia: etenim & ędes q̄ nunq̄ prius fuerint, erigit: & vitia earū q̄ labefactatæ
ſint, reſarcit. Oſtēdimus p̄terea, neceſſariū fore artifici ad hęc vtraq; ꝓagēda munera, ædiū particu-
las oēs nouiſſe, qua ſuba cōſtēt, qua figura, qua magnitudine, quo numero, atq; ēt quā inuicē cōpo
ſitionē hēant. Quare illi qdē q artē circa humanū corpus verſantē cōſtituturus eſt (ſed eos primū
q de noībus quotidie rixant rogatos velim, vt illā mihi medicinā in p̄ſenti appellare ꝓmittāt) ſanè
neceſſariū erit illius partes oēs ſigillatim cognoſcer, quali (īquā) ſuba, qua magnitudine, quali figu
ra, quo numero p̄ditę ſint, quā q̄; inter ſeſe cōpoſitionē habeāt. Atq; veluti q extructas iā ædes ſibi G
exacte quales nā ſint cognoſcēdas ꝓponit, nūq̄ earū cognitionē niſi ex diſſolutiōe, reſolutione ue
aſſeq poterit: ita nos corpis humani notitiā ex illius diſſectiōe cōſeqmur. Deus nāq; & ipſa natura
inſtar illius, q ędes primū fabricatus eſt, partes p̄norūt earū officijs ꝓ exēplari vſi: nos vero illū qui
extructam domum contemplaſ imitamur. Cæterum niſi nos quoq; aliquam diuinæ illi ſimilem
(quoad tamen eius fieri poſſit) cognitionem attentauerimus: nūquam profectò diſcernemus, nū
omnia ad aliquem vſum ſint procreata, an etiam non nulla fruſtra (etenim vtrunque in opinionē
cadere poteſt) & præterea quòd aliqua potius malo ſint. Immo ex illo capite ea prodit cognitio,
quam nobis de optime conſtitutis corporibus comparamus. Sed de his poſtea.

Quotuplices ſint partes, & actiones, quarum dignatio eſt medico neceſſaria. CAP. 4.

NImirum quum corpora quæ ſimilaria appellantur, ex diſſectione apprehenderimus qua in-
quam formata ſint ratione, quanta magnitudine prædita, quotq; ea oīa ſint, & quo modo
coagmentata: compoſitorū pariter membrorum, quæ inſtrumentaria non nunquam noīare ſole-
mus, ſciētiam aſſequemur: eiuſmodi crus eſt, eiuſmodi etiam manus, digitus, oculus, lingua, pulmo
nes, iecur cætera q̄; oīa generis iſtius. Quo fit deinde vt duplices partium actiones reperiant: nam
aliæ ſimplicium ſimilarium q̄; ſunt, aliæ compoſitarum & inſtrumētariarū: quippe quum & crus H
vniuerſum moueri videamus & ſigillatim omnes muſculos, ac ēt q̄ muſculo quocunq; per tranſ-
uerſum reſecto: neceſſe ſit motū aliquē cruris illius inde deperire. Sed qui præterea illa q̄ corpori
quotidie eueniunt obſeruauerit: videbit facile ſi neruus q in aliquem muſculum inſeriſ, vulneref,
primum quidē, expertem ſenſus motus q̄; muſculum reddi, mox vero & articulū qui inde moue-
batur. Quare nobis quoq; artem hanc conſtituturis, neceſſarium fore arbitror, non modo partes
& earū cōpoſitionem: verum et actiones cognoſcere: qua ſanè parte ab ędificatoribus differimus.
Illi.n. ſolas partes vnà cum earū compoſitione norunt: quū illæ omni actione vacuę ſint: domus
etenim aīal non eſt: verū ad nos pertinet ipſas ēt actiones inueſtigare. Proinde duplex quoq; hic
habemus exquirendi principiū, actionis inquā ac particulæ: cognitionem actionis quidē, vtpote
ratiocinari, meminiſſe, elīgere: particulę vero, vt cerebri, medullæ ſpinę, cordis. Quā ob rē actionū
oīum quas nouimus, particulas, & particularum oīum actiones inueſtigabimus: quæ inueſtigatio
ſua nec ipſa methodo carebit, de hac tn̄ poſterius diſquiremus. At impræſentia id exactius expona
mus quod nuper à nobis dictum eſt: duplicē eſſe vt particularum, ita ēt actionū naturam. Totius
quidē cruris actio inceſſus eſt, qui fit dum articuli illius viciſſim nūc extēdunt, nunc inflectunt: vt
in ipſo ſtatim genu muſculi priores, q patellā ſuis tēdinibus ſupergreſſi oſſi tibię inſerunt: ſimul
atq; tibiā attraxerint, crus extendunt, quod mox inflectaſ, quum interiores idipſum etiam egerint:

eodem

A eodem pariter modo motus eduntur inflexis coxæ, pedis ve articulis, ac deinde distensis. Itaq; quũ musculũ quotiescunq; cute circumpolita nudatur, aperte videamus ad suũ quasi caput, & originẽ contrahi, adduci q;, quãdo tñ neruus ad ipsum descendens ne moueri quidẽ sensili quopiam motu videtur: erit profectò neruus veluti via facultatis à cerebro prodeuntis. Cerebrũ vero esse neruis omnibus huiuscemodi facultatis originẽ, principium ve, inde perdiscas: q; sectio quocunq; neruo in supremis partibus, quæ cerebro continentes sunt, actiones integræ seruantur, quum tamen omnes in inferioribus depereant. Verum non æque deinde manifestum est, an sit quæpiam pars alia, quę ita illi, vt ipsum neruis, vires impertiatur: an potius ipsum vti fons earum sit: & enim hæc disquisitio ad animi pertinet principatum.

Instrumentalium, & similarium partium actiones, cruris, ac partium ad ipsum attinentium exemplo. CAP. 5.

SEd reuertamur vnde diuertimus. Igit̃ incessus actio est totius cruris, cui tñ ex partibus oĩbus, è quibus crus cõstat, musculorũ præest genus: ossa nanq;, & cartilagines, adeps, glãdulæ, arterię, cutis, venæ, membranæ, & ligamenta, hñt à musculis motus initiũ: primũ enim ab ipsis ossa mouẽtur, mox cætera (quũ hæc ossibus in orbẽ adhæreant) vnà etiã cũ ipsis mouentur. Quare motio pedis, actio est ad musculũ attinens: verum totius cruris actio non ita illius est: vt sit etiã partium om
B nium, & ob id diximus duplex esse actionũ genus: alterũ primũ, ac maxime proprium, quũ pariter oẽs simplices partes agunt: alterũ vero ex accidenti, aut secundario, vel non primo, aut quomodocunq; appellare libeat, totius est instrumẽti. Vt autẽ hoc à nobis ita constitutũ est: reliquũ erit deinde inquirere, quibus nã simpliciũ, quibus & instrumentariarũ partiũ actio conficiatur, sumpto tñ ab instrumentarijs, postea q̃ et ã cruris meminimus, nostri sermonis initio. Nempe nisi ossa tot tanta q; essent, & ea p̃terea figura, eoq; ordine cõpolita: nihil, me hercule, musculorũ motus posset pficere: siquidẽ sit opus, vt alterũ os recipiat, alterũ subingrediatur, & vt ligamẽta sint circũ circa apposita, q̃ eorũ connexũ, ne delabantur, cõtineant. Ea vero nec ita dura sint, & intenta, vt motionibus ꝓpterea reluctentur, nec adeo etiã laxa, vt articulos vacillare sinãt. Quo deinde fit, vt sit necesse ipsa quoq; ligamẽta sua cõstare magnitudine, figura, numero, & cõpositione: qa, si maiora, aut minora fuerint, si plura, vel pauciora, q̃ sit opportunũ, si in aliã figurã formata, si alĩ cuipiã loco inserta: nõ erit amplius integra articulorũ motio. Operæpretiũ aũt erit in alijs ẽt oĩbus, nõ secus, ac nos in ossibus, & ligamẽtis fecimus, de actione, vsu q; differere: quippe qa, si nulla reperiatur pars, q̃ otiosa ab omni prorsus tũ actione tũ vsu vacet: illa quidẽ, si fuerit p̃ tantissime cõstructa, quantũ ad substãtiã, quãtitatẽ, figurã q;, & ordinẽ spectat: erit, vt est, seruãda. Si vero vitiũ aliq̃d cõtraxerit: in statũ me
C liorem ducenda. At hoc nequaquã feceris, nisi vniuscuiusq; particulæ prius, vt actionem & vsum, ita constructionem noueris. Minime igitur nos, qui corporis morbosi, salubris q; scientiam consequi instituerimus, hæc pigeat exquirere.

Quatuor genera, quibus composita corpora constant, & labefactantur: ac de differentijs solutæ vnitatis. CAP. 6.

SEd posteaq̃ in hũc locũ deducta est oratio: opus erit huiuscemodi methodi facultatẽ memoria repetere. Nemo porrò rei cuiuspiã structurã, vtpote domus, vl nauis, vl scãni vnq̃ an vitiosa sit, an omni prorsus vitio careat, ꝓpendere poterit: nisi partes oẽs, ex qbus cõstat, optime scrutatus fuerit, animaduerterit q;, quo numero, q̃ magna, qua figura sint, & quẽ situ teneãt. In his. n. omnium coagmẽtatorũ corporũ tũ vitiũ, tũ integritas posita est: in qbus ostẽsum est oẽs quoq; domus, nauis q; affectus cõsistere, siquidẽ, & vitiũ in eisdẽ, & integritas in magnitudine, inq̃, & forma, partiũ numero, & situ: at vero lecti nõ in istis: vestimentorũ autẽ in alijs quibusdã, & calciamentorũ nõ in ijsdẽ. Itaq; vitiũ, atq; integritas affectus q; oĩum instrumentariorũ corporũ, quorũ essentia est ex cõpositione, quatuor his generibus cõtinetur. Verũ enimuero, si partes vnionis quoq; ex natura participes sint, quintũ hoc ẽt genus his erit addendũ corporibus: ita vt, quod in his se p̃stantissime
D habuerit, sit etiã optimas habiturũ actiones: qd' vero deterrime, eas pessimas habebit: q; si vnio p̃terea alicũde dissoluatur: nõ modo ea affectio culpa nõ carebit, sed statim erit morbus cẽsendus. Genus autẽ istud nos, clarioris doctrinæ gratia, vnitatis dissolutionẽ appellemus: vt tñ nullã ꝓpterea differentiã ponamus: siquis cõtinui solutionẽ voluerit appellare. Sed hoc nõ est p̃termittendũ, huiusce generis affectus similares etiã partes esse participes: quũ in osse, & neruo, carneq;, & arteria, et vena cõtinuũ vitietur, quotiescunq; punguntur, vel roduntur, vel secantur, vel lacerantur, vel scinduntur: quanquã in osse quidẽ is affectus κάταγμα, hoc ẽ fractura dicet: in carnea vero musculorũ parte, si illis nimiũ distẽtis accidat, ῥῆγμα, quasi scissurã dixeris, appellat: quemadmodũ, quũ ita distendunt filamẽta vt disrũpant, ἄῤῥαγμα. Sed cõtinui solutio in carne vulnus ẽ, sicuti in neruo scissio, nisi q; hoc nõ à distẽtione fit, sed à sectione: tñ si ab acuta, ac tenui re infligat vulnus: pũctio, vel pũctura appellat: si à graui, cõtusio: q; si ex corrosione habeat ortũ, vt in osse τερηδὼν id est caries, ita vlcus in alijs dicit, nõ sic autẽ, vt nõ liceat alio etiã mõ noiare. Tot ergo, tales q; in hoc quinto morborũ gñe, quũ simplices particulas occupat, differentiæ erũt: instrumẽtarijs autẽ, vt diximus, qua maxime parte corpora gñe diuersa cõmittuntur, & coalescũt, sæpe accidũt: verũ oẽs ἀποῤῥάγματα, quasi diuulsiones dicas, appellãdæ sunt. Sed, si similaris quępiã particula in totũ dissecet, affectio illa partim illius q̃ secta est dicet, partim totius instrumẽti: quamuis nõ nunquã huius nõ nisi ex accidẽti dicenda sit, vt quum vel musculus, vel aliqua alia eiusmodi particula pautur: quandoq;

tamen

tñ etiam primum, vtpote quum ligamentum. Porrò vt nos in vno hoc morborũ genere, quo par- E
tiũ cõtinuitas vitiatur, in præsenti differẽtias persecuti sumus: ita tu simili experiare ratione cętera quatuor genera disquirere: alioquin. n. me superuacaneę facturũ crediderim, si eorũ quæ exacte in libro de morborũ differentijs pertractata sunt, iterum in hoc commentario meminisse voluero.

Quæ partes quarum loco restituantur, ac de septem conditionibus bono iudici, ac inuentori necessarijs. CAP. 7.

AT interim nõ pigebit quod iam antea ostẽsum ẽ, nobis in memoriã reuocare: oium inq̃ rerũ quarũ substãtię species cõpositione cõstat, quatuor hæc vniuersa gña, totius substãtiæ causas esse, & vitiatæ p̃terea integræ ve ipsarũ figuræ. Deinde vero necesse esse, illũ, qui idoneus futurus est tã ad earũ virtutes cognoscẽdas, q̃ earundẽ vitia emẽdanda, naturę cuiuslibet simplicis particulę prius esse peritũ. Iam. n. sicut ad artificẽ, quũ domus alicuius lateres vel tegulæ, siue crudę mõ sint, siue coctæ, aliqd passæ sunt incõmodi: callere pertinet quo mõ aliæ illis similes cõficiẽdæ sint, atq; ẽt quo illę q̃ vitiũ cõtraxerunt, inde sint eximendæ, integræ q; in priorũ locũ restituẽdæ: Ita necessum hẽt is q artẽ cõstituturus est, q̃ curã gerat humani corporis, p̃terea nosse: possit ne pars quępiã in alterius locũ restitui, vel secus. Quandoquidẽ si male affectã carnẽ resecueris: facile aliã poteris reficere: secus autẽ si neruus vel ligamentũ excidat: neq;. n. alia resarcies qualia erant priora: quũ illa ex sanguine, hęc vero ex semine ortũ habeant. Et os quoq; in his est, q̃ per primã efformationẽ cõ- F
structa sunt: aliqd tñ hẽt similis cuiusdã naturę qd' in eius locũ suffici possit. Sed hęc equidẽ hoc in loco obiter & exẽpli potius gratia deprõpsimus: q̃ tñ esse ab artis cõstitutore diligẽter exquirẽda, ipsamet rõ p̃cipit, & nos iã inuentionis eorũ principia descripsimus: quippe qui hæc ad primã animantis generationẽ remiserimus, ac etiã cõsuluerimus inuestigandũ esse quę nã suũ ex semine ortũ habeãt, & q̃ ab alimentis continẽter gignant. Atq; adeo longe etiã magis methodus nõ mõ nos exhortat, sed cogit ad inquirẽdũ, vtrũ vnaquæq; pars, ex his inquã q̃ simplices similares q; videnť, vnũ sit, an potius ex pluribus cõstituta, & p̃terea quis sit earũ cõpositionis modus. Nã & hę omni dubio, pcul eadẽ rõne qua & instrumẽtariæ appellatæ, pro magnitudine, figura, numero & situ eorũ ex gbus cõstitutæ sunt, suã sortientur integritatẽ, & vitiũ, si similẽ quidẽ ẽt habeãt generationis modũ. Quòd si res nõ ita se habeat, sed magis instar illius medicamẽti, qd' tetrapharmacũ dicit, totis illis p tota mixtis sint cõfectæ: alia tibi via erit ad inuentionẽ integritatis, vitiq; & earũ etiã morbi. Sicuti (vt ego quidẽ arbitror) si ex exquisita partiũ iuxta se inuicẽ appositione potius, q̃ ex earũ dẽ tẽperatura p̃inde ac medicamentũ illud aridũ, cephalicũ, quasi capitale dixeris, appellatũ sua sit ipsis vnitas: p hac etiã rõne cum integritas, et vitiũ, tũ morbi inquirendi erunt, qui gñationi ipsius rei sint cõgruentes. At si ex pluribus quidẽ, illis tñ nequaquã specie dissidentibus, sed magis vni- G
uersis similibus essent cõstitutæ, quẽadmodũ si ædes q̃piam forte ex solis forent aut lapidibus aut lateribus constructæ: tunc in sola similariũ partium structura, integritatem vitia q; & morbos præterea gñoni istarũ rerũ peculiares inuenias. Verũ, vt rõ ipa nos docet, ex necessitate alterũ ex his q̃ ꝓposita sunt in similaribus istis corporibus reperiri: ita quod' nã ex his verius sit, diligentẽ exigit disquisitionẽ. Etenim videmus, & ipsos philosophos sicuti ex medicis nõ nullos, q in hãc quęstionẽ inciderũt, inter sese magis eẽ dissidẽtes, q̃ medicos, & inde (vt mihi qdẽ vr̃) factũ est, q medicorũ cõ plures ab ea se cõtinuerint: partim. n. q inuenire se posse qd' q̃rerẽt diffidãt, partim q nõ mõ inueniri nõ posse credãt, verũ ẽt q esse inutilẽ arbitrent: illã omittũt. Ego vero q ea minime sit illi inutilis, q artẽ methodo potiusq̃ experiẽtia velit cõstituere: iã satis cõstare puto: sed q p̃terea sit ẽt possibilis mox disseremus, quũ aliqua, inter nos prius discusserimus. Nẽpe si mihi fidẽ aliquã p̃stas, vt tanẽ p̃stas, q me nihil vnquã ad hoium gloriã, sed ad veritatẽ oia sp fecisse inspexeris: nihilẽ q philophorũ aut medicorũ multitudine inter se dissidentiũ deterrearis. Qm̃ si illi ea oia vñ veritatis cognitio petẽda est, pbe tenuissent, nec tñ ab ipsis eẽt p̃terea reperta: merito vtiq; esset de eius inuentiõe fortasis desperandũ. At quũ illos quidẽ aliqbus caruisse, vt ipsi quoq; fatenť, satis cõstet, reliqua an habuerint in dubio sit: nos vero q ea oia tenere nobis ipsis sumus conscij, audacter à nobis adeun- H
da ẽ hæc qõ. Sed quot' nã ea sunt q̃ cõuenire opus est, vt quodcũq; quis inqsierit, quod q; verũ sit, inueniat, vel si minus, saltẽ nõ oino de inuẽtione desperet? nimirũ septẽ. Primũ, natura perspicax, vt edoctus, facile quancunq; rõnalẽ disciplinã cõsequatur. Alterũ, educatio exercitatio q; à teneris annis in primis disciplinis: i primis vero operæpretiũ fecerit, si iuxta Platonis p̃ceptũ, se in geometria, & arithmetica exercuerit. Ad hæc tertiũ, quibus q; optimis sua tempestate habitis præceptoribus se auditorẽ præstitisse. Quartũ, laboris eo esse patientissimũ: vt diu noctu q; nihil cõmentetur aliud q̃ quę ad disciplinas spectãt. Quintum, qd paucissimis datũ est, veritatis amore esse captũ: solo q; illius studio, toto vitæ curriculo teneri, cęteris oibus neglectis q̃ à q̃ plurimis aliorũ multifieri solent. Sextũ, aliq̃ præterea methodũ, qua verũ à falso discernatur, didicisse. Neq;. n. ad eorũ inuentionẽ q̃ inquirẽda nobis ꝓposita sunt, satis fuerit veritatis desiderio affici: nisi ẽt viã aliq̃ eã inueniẽdi expeditã habeat. Septimũ insup, eã methodũ ita iugi exercitio tritã hẽre: vt non modo norit, sed vti etiã valeat: Porrò si oratores qui in arte longe minori versanť, nõ sibi satis esse methodũ nouisse putant, nisi illã assidua exercitatione per totã coluerint ætatẽ: quanto minus ijs qui magna adeo sectantur, methodum didicisse sufficiet. Itaq; si vel vnũ horum q̃ recensuimus in illo desideretur, q ad viam veritatis introducendus est, nõ erit admodum sperandũ illũ posse sui voti fieri compotẽ. Si vero omnia cumulata adsint, quid deinde vetat quò minus veritatẽ bona etiã spe exquiramus?

Hipp. de loc. circa medium.

Quòd

A *Quòd plura vno ſint elementa, & quòd non vacent alteratione.* CAP. 8.

PRoposueramus igitur, & hoc ipsum mox inuestigare, si quẽ ad modũ vniuersas corporis partes ad eas vsq; q̃ sensuũ iudicio simplicissimæ sunt, ex dissectione cognouimus: ita etiam illas, quæ natura primæ, simplicissimæ q; sunt, quales vtiq; sint inuenire possimus: vt tamen non omnes sigillatim, sed vnam tm̃ in aliorum exemplum oratione ꝓsequamur. Proposita ergo carne, primũ qdem hoc disquiramus, an spẽ vnũ sit id elementũ, ex quo ipsa procreata est: nã neq; malũ fore putarim, si primã, simplicissimã q; in ea particulã hoc noĩe appellauerim. Deinde vero si secus videatur, an multa: mox quot ea sint, & q̃, & quẽ habeãt cõpositionis modũ. Profectò, si caro, quũ vel secatur, vel nimis calefit, dolet: fieri nequit, vt vnũ specie elementũ habeat, vt Epicurus atomũ, hoc est, indiuiduũ corpusculũ putauit. Nam vel ex hoc capite maxime põt liquere, id quod vnũ spẽ est, nõ posse tale elementũ esse: siquidẽ nulla atomus ipsa per se natura calida est vel frigida, atq; longe etiã minus alba vel nigra. Sed cur in his nimis immoror, sermonẽ q; dũ minutissima quęque perse quor, in longũ ꝓtraho? nulla.n. penitus qualitate istæ atomi (vt sui quoq; autores testantur) p̃ditę: de his loquor qualitatibus, q̃ per tota corpora vidẽtur permeare: qm̃ ea quidẽ qualitas, q̃ ex figura est, illis oĩbus nõ deest, & p̃terea renitentia, pondus q; . Sed nihil, quantũ ad nostrũ quidẽ attinet in
B stitutũ, referre puto, si hæ vel qualitates, vel alio quopiã nomine appellãtur: quũ illis hæc oĩa, q̃ dicta sunt, insint, nec spẽ illa differãt, sicut et similaritates, omœomerias gręci dicũt, apud eos, q ipsas posuere, vel quatuor elemẽta apud eorũ authores. Inqt ergo Hippocrates. ‖ Ego vero statuo, qd̃ si vnũ sit homo: neutiquã dolebit. Et sanè rectissime ait, qppe quia in alterũ nequit mutari, si vnum est: quũ nihil p̃terea relinquatur in qd̃ mutari possit. Quòd si est mutationis: erit quoq; alteratiõis expers, atq; ẽt impatibile: sed, quod impatibile est, nulli est dolori expositũ. Porrò ex p̃dictis ꝓnunciatis hæc colligitur cõclusio, vnũ eẽ impatibile. Mox vero aliã interrogabimus rationẽ in hunc modũ. Si elementũ esset spẽ vnũ: nihil vnquã in rerũ vniuersitate doleret: at dolet, igit̃ elemẽtũ nõ ẽ vnũ. Sed, qm̃ de carne ꝓposueramus sermonẽ hẽre, de ea rationẽ instituamus. Si carnis elementũ esset spẽ vnũ: nunquã illa doleret: dolet aũt: igit̃ elementũ carnis nõ est spẽ vnũ. Poterimus tm̃ hãc rationẽ alio ẽt interrogare mõ. Si impatibile esset elementũ carnis: nõ doleret: sed dolet: ergo nõ est impatibile. Nihilo ẽt minus rõ hæc, si quis plura posuerit elementa, q̃ alterationis expertia sint, ad ea pariter adaptari poterit. Si impatibilia sint carnis elemẽta: minime dolebit: quũ aũt doleat: nõ sunt ergo impatibilia elementa carnis. Quare prior quidẽ ratio eorũ decretũ subuertit, qui aut atomos, aut incompactilia, aut minima quædã subijciunt elementa. Altera vero tum eorũ, qui simi
C laritates (vt ita dicã) introducunt, tum ipsius Empedoclis, sniam tollit: qui & ipse ex quatuor elementis, q̃ tm̃ mutuo inter se nequeant trãsmutari, corpora cõstituit. Iã ergo, si huic rõni aĩum adhibuisti: pars vel maxima eorũ, q̃ quærebãtur, citius etiã, q̃ sperares inuẽta est: &.n. est monstratũ carnis elementa oportere nõ esse impatibilia: ꝓinde nõ amplius illi, qui in illa impatibiliũ corporũ cõpositione, q̃ ipsi naturæ rerũ oĩum esse elementa statuũt, dolorẽ exoriri posse autumant: ex rõne institutũ suũ defendere poterunt: quũ nec intelligentia capiat, nec vlla sensilia cõsentiant, ꝙ impatibile doleat. Nimirũ si duos digitos simul cõmittas, mox q; iterũ eos disiũgas, nec illorũ cõuentus, neq; diductio aliquẽ excitabit dolorẽ: vt.n. aliquid dolet: ita & patitur: quod vero contiguũ tantũ modo est, nõ patitur: siquidẽ pati ab his duobus ꝓdit, ab alteratione per tota, & ex cõtinui dissolutione. Itaq; qm̃ nec cõuentus, nec separatio corporibus vel manifesto patibilibus vllũ affert dolorẽ: minus profectò afferet impatibilibus. Sed nec incõpactile illud Asclepiadis, quod ἄναρμον grẽce appellat, frangẽdo dolebit, si mõ fragile sit: vtpote qa sensu caret. Proinde nihil hoc ex eo, ꝙ patiatur, magis hẽt, vt sentiat, q̃ os, cartilago, assungia, vel capilli: oĩa enim hæc quamuis patiantur, minime tm̃ dolent, quia sensu vacua sunt. Igitur quodcunq; in dolore futurũ est, necesse habetur cũ pa
D tiendi, tũ sentiendi facultate pręditũ sit: nulla tm̃ ꝓpterea necessitas cogit, illud, quod sentit, ex illis cõstare primis, q̃ ipsa etiã vim habeant sentiẽdi: nã satis erit, si ex patibilibus sit: dum.n. patiẽtur, & alterabuntur, poterit aliquã vim sentiendi assequi: quũ innumeræ esse possint elementorũ alterationes, & tẽperaturæ, vnde mox innumeræ particulariũ corporũ poterunt oriri ꝓprietates, vt nullum deinde videatur absurdum, si qua euadant sensus expertia, alia vero illius capacia, atq; horum nõ nulla id magis cõsequuntur, non nulla minus. Iã ergo elementa esse plura vno, & ea cõstare natura, vt alterari possint, satis lucide monstratũ est illis nimirũ, qui (vt nuper diximus) ea oĩa in prõptu hñt, q̃ hominem idoneũ ad quampiam rem scientia cõprehendẽdam reddunt. Nam alios, qui ad id stupiditatis deuenere, vt nunquam vel ipsi inquirere, si qua sit demonstrandi methodus, vel ab alijs addiscere, & minus etiã in ea se exercere voluerint, ne admittendos quidẽ ad hos sermones censeo. Hęc.n. à nobis inueniẽdæ potius veritatis studio instituta est disputatio, q̃ vt cũ aliquo aut cõtenderemus, aut vinceremus. Quòd si quis cuperet p̃terea rudes istorũ opiniones redarguere, librũ ad hæc habebit à nobis editum, vbi de elementis iuxta sententiã Hippocratis disputauimus.

Quatuor esse primas qualitates, & primã corporum elementa. CAP. 9.

SEd rursum ad institutum nostrũ reuertamur, vt illi tandẽ finẽ imponamus. Posteaq; elementũ alterationis per totũ capax est: mox disquirendũ est, quot sint elementa, vt tm̃ hic quoq; nostro sermoni principiũ à rebus euidẽtibus cõstituamus. Porrò necesse est, vt illa, q̃ rem quampiã alterãt, primum quidẽ illud contingãt, quod ab eis alterandũ est, ac ita mox illud tandẽ immutẽt. Hoc sen-

sus

de Nat. hum. com. 1. t. 5. cl. 1ª. 28. c

ſus ipſe docet: hoc ipſa rerũ natura monſtrat. Neq; n. animo capi poteſt ab hac in hoc loco accenſa E
flãma poſſe ea, quæ in Ægypto ſunt, alterari, ſed ſi id, quod trãſmutat aliquid, illud tangẽdo alterat:
neceſſe ẽt hẽt, vt per aliquas tactiles qualitates hoc agat. At quid eſt deinde, quod vetat, qn eas oẽs
examinemus? Sanè acutũ ſecat id, cui occurrit, nequaquã tñ ipſius ſubſtantiã alterat, quẽadmodũ,
& graue, qd & ipm contundit, vt nullã tñ in vniuerſam rei patiẽtis ſubſtantiã inducat trãſmutatio-
nẽ, neq; durities eã vim hẽt, vt poſſit rẽ vicinã in aliã mutare ſpẽm. Calor aũt, & frigus totã ꝓximæ
rei ſubſtantiã alterare pñt: ſimili ẽt mõ humiditas, & ſiccitas, q̃uis hę nõ ęque cito, ac priores, attñ et
ipſæ tandẽ ſubiecta tranſmutant. An ne igit, & aliã quampiã p̃terea qualitatẽ habemus, q̃ alterandi
vim cõtineat? an potius earũ vniuerſa multitudo his ipſis cõprehenditur, ita vt ſolæ iſtęiã dict̨e, et
haberi mereantur, & dici actiuæ qualitates, & ex eis quã maxime prima oppoſitio? in hac vero, in
primis calor: hẽt. n. præ cæteris oĩbus qualitatibus vim in agendo maximã: mox aũt frigus: dein-
de humiditas, & ſiccitas: p̃ter has nulla alia reperitur qualitas, q̃ res, quibus occurrit, per totũ poſſit
alterare. Nã, ſi quid rẽ aliquã aut diuellat, aut tũdat, aut pungat, aut ſecet: id ſanè aliqd facit, tñ illa
eius alteratio non ita per totã rei ſubſtantiã permeat: vt in aliã ſubſtãtiæ ſpẽm rẽ immutare poſſit, ſi
cut illã põt in plura partiri. Vnde ſi niuẽ ad miníma vſq; ſecueris, nix quidẽ ſeruabitur: ſed ſimulac
calefiet ſtatim deſinet amplius nix eẽ, vtpote q̃ ex aqua refrigerata, nõ ex ea in vnũ coacta, ortũ ha- F
buerit: hoc. n. magis ad ſubſtãtiæ accrementũ attinet, illud vero ad generationẽ. Etenim diuiſio cõ
trariorũ in particulas paruas, ſubſtãtiæ eſt imminutio: calefactio, alterius eſt ſubſtãtię gñatio, priori
forma mutata. Quapropter q̃cunq; corpora has ſibi qualitates primũ vendicauerint, erũt ẽt cũ alio
rũ corporũ oĩum, tũ carnis elementa. Sunt aũt hæc terra, & aqua, & aer, & ignis. Atq; oẽs philo-
ſophi quicunq; demonſtrationẽ non tergiuerſantur, hęc eſſe eorũ omniũ, q̃ generẽtur, & intereãt,
elementa autumant: nec non & ea ſeſe mutuo trãſmutare, & habere quoq; ſubiectũ quoddam ho-
rũ omniũ cõmune. Verũ non eſt de his à nobis nunc inſtitutus ſermo: ſed de eo potius, ꝙ non ſit
opus, vt quiſq; eorũ, multitudine deterreatur, qui à veritate aberrant, & ꝙ potius illi fides præſtãda
ſit, qui demonſtrationẽ tenet, & p̃terea, vt illi, qui ne nouerunt quidẽ demõſtrationis eſſentiã, ſicuti
de ſeipſis nõ nulli eorũ, qui ſe philoſophos appellãt, fatentur, nihil decernere audeãt: quũ hoc abſi
mile nõ ſit, ac ſi qs vellet addiſcere qua rõne oporteat defectus ſolis p̃uidere, anteaq̃ circa numeros,
& lineas ſe exerceat. Profectò huiuſcemodi hoies, perinde ac voragines, fugiẽdi ſunt: qppe qui eos
quibus cũ verſantur, aut ſecũ rapiãt, aut ſaltẽ cõtamínent, pr̨eterq̃ eos, qui in logica diſciplina, quan
tũ ſatis ſit, exercitati ſunt: ꝓinde q̃, ſi cuipiã alteri, huic quã maxime diſciplinæ nauanda eſt opera.

Similaria corpora, eorum q; temperamenta, item q; ſanitatem, & ægritudinem ex G
quatuor elementis exoriri. CAP. 10.

SEd hoc equidem ſcio extra propoſitum: ad rem autem redeamus. Nimirum ex quatuor ele-
mentis ſimul contemperatis corpus vnum ſimilare gignitur, quod pro varia temperamenti
ratione, aut particeps ſenſus, aut illius expers euadit: & pariter in vtroque iſtorũ genere differen-
tiæ omnes particulatim differentiam temperamenti ſequuntur. Ex ipſius itaque proprietate hoc
quidem os efficitur, illud caro, alterum arteria, alterum neruus. Sed & ſigillatim vniuſcuiuſque
proprietas ſuum ex tẽperamenti proprietate hẽt eſſe: ſiccior. n. & calidior eſt leonis caro: ouis hu-
midior, & frigidior: inter vtranq; aũt humana media eſt, ſed in hoĩbus quoq; Dionis (exẽpli gr̃a)
calidior, & humidior eſt, q̃ Philonis. Vnde corporũ ſimilariũ differẽtiæ, q̃ ſimplices quidẽ ſint, tot
ſunt quot elementa: calidiores qppe, & frigidiores, & humidiores, & ſicciores: totidẽ vero cõpoſi-
tæ, vt q̃ ſimul frigidiores, & humidiores ſunt, quę q̃; calidiores, & humidiores, & p̃ter has alia tertia
ſiccior, & calidior: & quarto deinde loco q̃ ſiccior, & frigidior, vt tñ præterea ſit etiam illa, q̃ tẽpera-
tiſſima eſt, & harũ omniũ prima. Sed de his abunde in libris de tẽperaturis pertractauimus. Reli-
quũ autẽ erit, poſteaquã inuentũ eſt, ſimilariũ integritatẽ, & vitiũ ex elementorũ eſſe tum modera-
tione, tũ immoderatione: vt inquiramus, quo mõ ab eorũ vitio morbus ſit diſtinguendus. Hæc ve H
ro diſtinctio ſuũ à rei vtriuſq; notione, iuxta ea, q̃ in libro de demonſtratione oſtẽſa ſunt, exordium
habitura ẽ. Sed q̃ tandẽ eſt ſalubris, q̃ ẽt morboſæ corporis cõſtitutionis notio? Porrò ſalubris cõ-
ſtitutio corporis actiões ſibi ex natura debitas inoffenſas hẽt: morboſa, offẽſas: & ꝓinde, ſi qs ſanus
quidẽ ſit, altero tñ, q itidẽ ꝓſpera fruat valetudine, actiones hẽat imbecilliores, nondũ tñ læſas: erit
ſanè is illo intẽperãtior, nec dũ tñ ægrotat. Itaq; inter ſalubres vniuerſos habitus vnus erit tẽperatiſ
ſimus, octo vero intẽperati: at iter morbos, nullũ inuenias tẽperatũ, qa oẽs intẽperati ſunt: eundẽ
tñ numerũ cõplent, quẽ ſalubris, intẽperaturæ. Quòd ſi quis accedat, q aſſentiri nolit aliquos tẽ-
patos, aliquos ẽt intẽperatos ĩ ſanis ponẽdos eẽ: cogeẽ ille è duobus decretis alterũ ſtatuere, aut oẽs
vſquequaq; ægrotare, aut oĩum eandẽ eẽ tẽperiẽ, virorũ, mulierũ puerorũ, vigentiũ, ſenũ, pugilũ,
priuatorũ, operariorũ, otioſorũ, valentiũ, imbecilliũ: vtrunq; vero abſurdũ eſt. Quare tertio loco
neceſſariũ erit, ſanitatẽ eã hẽre latitudinẽ: vt poſſit q̃plures ſalubriũ corporũ differẽtias, pro pluris
minoris ve rõne, cõplecti. Quod nõ mõ hic, ſed in alijs ẽt oĩbus facile reperies. Domus qppe & na
uis, lectus, & arca, & veſtis, atq; calceus, currusq; nũc melius nũc deterius, quãtũ ad ſtructurã ptinet,
ſe hñt, priusq̃ ægrotẽt: vt nobis tãdẽ ſit ſubijciẽdũ tres ĩ oĩbus rebus repiri corporũ ſtatus, optimũ,
deprauatũ, & morboſum. Optimus vnicus eſt, abſolutiſſimũ. n. nihil deterioris in ſe admittit: reli-
quorũ duorũ multitudo nullo põt numero definiri: ſed eorũ differẽtię à pluri, minorí ve ortũ hñt.

Epilogus

A *Epilogus eorum, quæ de medicinæ constitutione hactenus ostensa sunt.* CAP. II.

POsteaq̃ autẽ hac nostra oratione hucusq; peruentũ est, hic illã interpungamus, atq; ea, quæ hactenus dicta sunt, per capita resumamus. Sic.n. facile, quid ex ppolita quæstione repertum sit, quid'ue præterea reperiẽdum supersit, agnoscemus. Propositum erat artẽ sanitatis effectricẽ cõstituere, quæ tñ nõ ita se habet vt ars ædificatoria, quę domũ extruit, sed vt ea, quę aliquã illius partẽ labefactatã instaurat: q̃uis neq; in hoc ẽt sint vsquequaq; similes. Immo hoc ipsum erat, qd̃ quærebamus inuenire, quatenus inq̃, possit is, qui artẽ sanitatis effectricẽ tractat, in corrigendis corporũ vitijs, esse ædificatori assimilis. Quũ autẽ ad oĩa hæc sit apprime necessariũ illius corporis naturã prę nouisse, cuius vitijs ars mederi studet: ideo nos idipsum in q̃stionem vocauimus. Sed, vbi inueneri mus, q̃ actiones, & cõstitutiones, quę ex natura ipsis attribuuntur particulis, sint illæ, q̃bus, simulac male afficiũtur, oĩs debetur rõ tã custodiæ q̃ curationis: quæremus deinde, quot cõpleatur id, quod fm naturã est. Sed mox reperto, q̃ instrumentariarũ quidẽ partiũ substantia ex simpliciũ, q̃ in illis sunt: simpliciũ vero, ex quatuor elementorum cõpositione cõstat: de vtrorum q̃ morbis disquisitionẽ instituimus, vt iã oratio nostra salubriũ corporũ, atq; ẽt morbosorũ notitiã ferè pepererit, nõ tñ eã vniuersam: sed magis aliquã illius spẽm, & veluti exemplũ quoddã. Totã vero tã salubrium,
B q̃ morbosorũ corporũ scientiæ substantiã assequemur, quum ipsas species ad materias adaptauerimus. Nã neq; medico satis est nosse vnãquãq; particulã gigni ex calido, frigido, humido, & sicco simul temperatis: nisi ẽt speciatim, quod nã sit ossium temperamentum, quale carnis, aut nerui, aut venæ, aut arteriæ, & aliorũ tandẽ quaruncunq; partiũ simpliciũ fuerit pscrutatus, & pariter quoq; quę nam sit partiũ instrumentariarũ cõpositio, vtpote, manus, cruris, iecinoris, thoracis, pulmonũ, cordis, & cerebri. Vbi pari passu haud sufficiet morborũ gña, differẽtiasq; callere: nisi norit ẽt, qua ratione singulis illa partibus accidãt. Quod vt fecerimus, nõ ex spẽ aliqua, sed ex ipsa vniuersa rei substãtia, quã ex his vtrisq; confici mõstrauimus, spẽ inq̃, & illius susceptrice materia, scientiã cõparatã habebimus. Iã autẽ supereſt, vt quomõ qs morbos curet, quo ẽt sanitatẽ tueatur, exquiramus. Verũ, qa hæc sunt a nobis affatim in duobus libris pertractata, curandi nimirũ methodo, & salubriũ libro: satis erit eorũ eatenus solum meminisse, quatenus possint ipsam methodum aperire.

Quibus præceptis curatrix methodus constituatur. CAP. IIII.

ITaque medendi methodus ex ipso cũ sanorũ, tum ęgrorum corporum affectu suũ habet principium. Quum.n. id, quod excellenter sanum est, siue illud similare, siue instrumentariũ sit, omni ex parte moderatũ existat, ægrum vero immoderatum, siquidẽ morbus immoderatio quædã est:
C aduertendũ est in primis, quę nam ea sit illius immoderatio: quippe necessariũ est aliã inueniri immoderationẽ huic contrariã, quæ in similariũ, simplicium q̃ corporũ habitu qualitas est: in instrumentariorum vero, si morbosa quidem immoderatio circa magnitudinẽ cõstiterit, erit altera huic contraria magnitudo: si vero in figura, figura isti contraria, & eodẽ mõ numerus se habebit, & situs. Vnde reditus ex immoderatione ad temperiẽ in oĩbus erit ab immoderatione contraria: vt tãdem sit necesse id, quod præter naturã affectũ est, dum ad naturalẽ statum redit, illam eandẽ quasi viam incedere, quam prius cõfecerat, præterquam q̃ ordine contrario. Sed si contrario ordine, per cõtraria igitur pręsenti affectui erit illi reditus. Et proinde is erit omniũ curandorum morborũ cõmuniſſimus, generalisſimus q̃ scopus, contrariũ inquam: quemadmodũ, & ab Hippocrate suo loco traditum est, ‖ Contraria contrarijs remedio esse, & particularibus, particularia contraria. Calido.n. morbo, frigidũ, & frigido calidum: ita etiã sicco quod humectat, humido quod exiccat. Et in similaribus quidẽ res se habet hoc modo: in instrumentarijs autẽ, oportet in vnoquoq; prędictorũ quatuor generũ morbosæ immoderationi eousq; contrariam adhibere, donec ad moderationẽ, naturalem q̃ statũ fuerit peruentũ: vt si caro præterq̃ naturę ratio expostcat vlceri accreuerit, non id, quod carnẽ generet, aut alat, sed quod detrahat, imminuat, erodat, corrumpat q̃, administrare ex-
D pedit: sicut ea, q̃ carnem gignant, quotiescunq; cauum vlcus parti cuipiam acciderit: vtroq; tñ tantisper vtendum, vt, quũ primũ fuerit ad moderatum deuentum, statim desistamus, priusq̃ in contrarium transitus fiat. Nam, dum super excrescentẽ carnẽ detrahis, nisi simulac mediocritatem attigeris, perstiteris, partem illam cauã reddes: vt etiã, dum cauũ reficis, nisi in mediocritate te cõtineas, caro nimis excrescet. Nempe hoc morborũ genus, quo partes in maioris, minoris ve excessum vertuntur, per contraria, vt diximus, emẽdatur: in altero vero genere, in quo naturalis formæ modus exceditur, quũ id plures pro partium ratione habeat differentias, earũ vnicuiq; suũ erit contrarium sigillatim inueniendum: quemadmodũ si pars quępiã magis q̃ sibi debeatur, curua fuerit, in contrariũ impellendo, premendo q̃, reducenda erit. Quòd si intro cõpressa sit, & facta veluti sima, extrorsum, vt nasum solemus, reflectenda est. Item quæ lenia facta sunt, quũ tamen aspera esse debe rent, exasperanda, sicut aspera læuiganda. Sed & illa, quæ cõcauitates, vel meatus, vel oĩno foramina, aut maiora, q̃ par sit, aut minora, aut exinanita plus æquo, aut pleniora, aut lẽtis, crassis q̃ succis obstructa habuerint oĩa: hęc pariter ad contraria, quoad mediocritatem attigerint, deducere expedit. Quippe ea etiam, quæ in situ extra naturalem statum exierint, è contrario in pristinũ, & naturalem modum reuertentur: ita vt quæ in anteriorẽ partẽ prominent, retrorsum: & quod in posteriorẽ, ad anteriora repellatur: atq; eodẽ modo in reliquis duabus oppositionibus, dextrũ inq̃, & sinistrum,

lib. de Flatib. nõ lõge à principio.

niſtrum, ſurſum, & deorſum. Quum autem, corrupto numero ex natura partíbus debito, vní- E
uerſum inſtrumentum in morbum illabitur, nouiſſe oportet idipſum vel exceſſum in quanto importare, vel defectum, ſicut nuper in magnitudinis permutatione diximus: proinde illius curatio, vt etiã in illa, aut per ablationem fit, aut per additionẽ: tamen eo differunt, ꝙ in hoc morbi genere particula non nunquam integra, in illo vero portio quæpiam alicuius particulæ aut amputãda eſt, aut adijcienda. Cæterum conſiderandũ eſt præterea, non mõ in hoc, ſed in alijs quoq; oĩbus generibus: num habeamus facultatẽ ea, quę ex indicatione ſe offerunt, perficiẽdi: ſi quidẽ forma, morbi, curationis dũtaxat modum indicat: id autẽ fieri poſſit nec ne, alioquin nõ indicat: quũ hoc in omnibus factiuis artibus non ex rei faciendæ notione depromatur, ſed potius ex potentia, vel impotẽtia cauſæ effectricis, item q; ex copia, aut indigentia materiæ. Nimirum eędem res à non nullis pñt, ab alijs nequeunt confici: atq; etiã poſſunt non nunq̃, & non nunquam nequeunt: etenim eorum omniũ, quæ corpori proſunt, in cauſa tum ipſa eſt natura, tum medicus: quædam tamen medicus, quædã etiã natura pſtare nequit. Os nimirũ ita perfractũ, vt de ſuo loco partes decedant, mẽbrumq; diſtortum reddatur: haud poteſt natura corrigere, & conformare, ſicut poteſt medicus: qui itẽ põt luxatum reponere, quod pariter naturæ negatum eſt. Sed natura vlcus cauum põt carne implere: medicus vero nequaquam, quemadmodum quę ſemicocta ſunt, aut etiam cruda concoquere: attñ F
medici miniſterium naturæ põt ex vſu eſſe ad hæc per agenda, ſi quidem illi eſt auxilio, dum adhibitis, purgantibus medicamẽtis, vlcus purũ reddit: & illis, quæ egent concoctione, ea offert, quæ moderate calefaciant. Verum enímuero & ipſa natura non nulla à ſe primum confecta, denuo nõ valet reficere, vtpote venam, arteriam, ligamentum, neruum, & alia, quæ in eodem ſunt ordine.

Qua ratione quædam à natura, quædam à medico reſtituantur. CAP. 13.

ITaq; primũ ad medẽdi methodum pertinet, reperire (vt à nobis dictum eſt) cõmunẽ oĩum ſcopum, cõtraria cõtrarijs eſſe remedio: mox ſua ad vnumquodq; genus aptare cõtraria: tertio conſiderare, qñ tum nos, tum natura, ſcopo, quẽ indicatio inſinuat, poſſit ſatisfacere: item qñ aut omnino, aut aliquo tẽpore, aut ex aliqua parte id fieri nequeat. Nec erit hæc inter minimas naturalis contemplationis partes recenſenda: immo opus erit illũ, qui ſibi in illis, q̃ faciẽda ſunt, qd queat, qd' ve nequeat inuenire, propoſuerat, in ea eſſe probe exercitatũ. Nos vero ad hanc rẽ explicandã duos dicauimus libros: alterũ de animãtis generatione, in quo vt ex ſemine, & menſtruo ſanguine fœtus ſuũ habeat ortũ, diſſeruimus: alterũ de naturalibus facultatibus. Nẽpe, ſi ſeminis naturã cõtẽplatus fueris, ita tñ, vt tuã contẽplationẽ methodo demõſtratiuę ſubijcias, eadẽ tibi videbuntur, q̃ à nobis mõſtrata ſunt, quãplures nimirũ partes in fœtu, à formatrice facultate, ſeminis ſubſtantia pro mate G
ria vſa, effici: quod vbi conſecutus fueris: nõ miraberis amplius, ꝙ natura iterũ hęc ipſa nõ valeat mox reficere. Quum vero in libro de facultatibus naturalibus, eorum, q̃ ꝓcreata ſunt, diſpenſationẽ fueris intuitus, inuenias facile, quæ natura vel per ſe poſſit, vel etiam ope medici, quæ præter ea neq̃at, ea maxime parte vbi de facultate cauſarum, quæ opifices ſunt, egimus, ac etiam de eorum ſubſtantia, quæ ab illis eduntur. Ibi enim quicquid poſſit fieri, quid' ve non poſſit, inuenies: vtpote ſi deperdatur cartilago, poſſit ne rurſus in locum illius alia reficí cartilago, vel potius quippiam aliud illi ferè cõſimile: nec nõ et os an eã habeat facultatẽ, vt poſt primũ ortũ iterũ, quũ deperditur, reſtituat, an vero aliqd aliud reſtituendũ ſit, qd ſit illi aſſimile. Itẽ ſi pars neruoſa trãſuerſi ſepti põt iterũ coaleſcere, aut cor ipm, aut iecur, aut alia q̃libet pars: neq;.n. mihi ad oĩa cõnumeranda tẽpus ſuppetit: quũ nec vniuerſa medicina in hoc vnico libro ſit diſponẽda, nec idipſum inter initia noſtri ſermonis inſtituerimus: ſed methodos explicare, mõſtrareq; ex qbus, & quot principijs, et qbus vijs ſit cõſtitutio artis peragẽda. Itaq; hic finẽ huic ſermoni faciã, ſi tñ illũ in caput vnũ redactũ, parti iã cõſtitutę addidero. Perinde.n. vt in illa, repta ſemel ſalubriũ, morboſorũq; corporũ ſpẽ, mox cẽ ſebã particulatim in oĩbus materijs illã eſſe ſpectandã: ita quoq; hoc loco, ſcopis à methodo medendi reptis, eos in particulares materias inducere exhortamur, vt deinde cõprehẽdant, q̃ aut oĩno, aut H
ex parte aliqua, aut aliquo etiã tpe ẽm eã fieri poſſint, quæ q; ſecus. Verum hic ẽt iſta ſunt cum alijs artibus cõparanda. Quia, ſi quis domum ex coctis extructam lateribus, moxq; ex parte aliqua labefactatã, velit ea parte, male affectis lateribus remotis, alijs q; integris in illorum locũ reſtitutis, illam reſarcirí, ſtatim ad opificem pertinebit, lateres illis ſimiles, qui vitium contraxerant, primum confi cere: ꝙ ſi domino materia non ſuppetat q̃ huic ſit negocio idonea, ille inſtaurationẽ fore impoſſibilẽ aſſeuerabit. Parí ẽt paſſu res in hac ꝓpoſita diſceptatione ſe hẽt: ex inopia materiæ, nullũ eorũ natura amplius reficere valet, quæ à primordijs generationis animantis, ex ſemine cõſtituta ſunt.

De auxiliorum materia deligenda. CAP. 14.

SEd, quoniam abunde iam de his actum eſt, reliquũ eſt, vt ea huic ſermoni addamus, quæ dum remedia inuenire doceremus, à nobis dicta ſunt. Nempe nos generales quaſdam quaſi eorum formas expoſuimus: oportere inq̃, alia qdem refrigerare, alia calfacere, humectare nõ nulla, quædã vero exiccare: hi enim ſunt ſcopi, qui ad partes ſimilares attinent, ſicuti in vitiata magnitudine, auferre, aut reficere, in numero, aut totũ eximere, aut gignere: vbi vero peccatũ ſit in figura, ad naturalẽ figurã reducere, & præterea repleta vacuare vacua replere, obſtructiones aperire, aperta cõtinere, cõniuentia, ac denſata in contrarium conuertere: hęc quidẽ rarefaciendo, illa vero aperiendo.

Ita

A Ita ſanè in morbis compoſitionis, ſcopus erit in id quod eſt ex naturà reducere, quemadmodum quum diſſolutum eſt continuum, diductas partes iungere, & conglutinare. Nimirum non eſt exigua huius artis portio, remediorum his omnibus cõuenientium materias reperire, exempli gratia, ſi articuli de ſua dimouentur ſede. Porrò, quum non modo in anteriora, vel poſteriora, in dextra, aut in ſiniſtra prolabi contingat, verum & in ſuperiorem locum præ muſculorum contentione reuellantur: duplex motio ei erit ex vſu, qui illos repoſiturus eſt, prima quidem deorſum, altera vero in priſtinam ſedem, & proinde id fieri ſine tenſione in contrariam partem, nunquã poterit. Iam q̃ cuilibet equidem poteſt apertum eſſe, quàm vſui veniãt ad eam in oppoſitam partẽ tenſionẽ, tum validæ apprehẽſiones, tum etiam diſtenſiones. Vnde factum eſt, vt, quum non nunquã illa manibus noſtris complere nequeamus, varia ad hoc munus peragendum fuerint inſtrumenta excogitata, quæ pleraq; reponendis luxatis membris deſeruiunt. Non ſecus autem hæc inſtrumenta ad materiam remediorũ pertinẽt, ac reliqua cõgrua auxilia, vtpote medicamẽta, cibi, potus, & quæcunq; tandẽ corpori adminiſtrata, vim habent affectus prænarratos ad naturalẽ ſtatum reuocãdi. Quare ſpectabit ad medicũ, in his quoq; iſtorũ auxiliorum materijs verſari, prędictosq; ſcopos illis ex vſu accõmodare: ne deinde in eum illabatur errorẽ, in quem ij, qui putant frigidã aquam in omnibus,
B quæ refrigeratione egent, cõuenire, & calidã in his, quæ calfactione: ignari ex accidente fieri ſæpe, vt frigida calfaciant, calida vero refrigerent. Sed in libris de medicamentis plurima de oĩum iſtorũ methodo dicta ſunt: addemus tamen & hoc ſermoni huic, vniuerſum hoc materiæ remediorum genus, in offerendis, efficiẽdis, euacuandis, & his prẽterea, quæ extrinſecus incidunt, cõſiſtere. Quæ omnia vbi artis conſtitutor fuerit perſecutus, inſuperq; vniuerſæ materiæ ſcientiã particulatim cõſecutus, nõ ita tamen vt ſola ſit facultate cõtentus, immo et vſum adhibuerit: iã cauſas oẽs ſalubres, vt nihil illi præterea ad medendi artẽ cõſtituendã deſit, abſoluiſſe putandus eſt, his oĩbus in duo capita redactis, corporũ nẽpe cognitionẽ, q̃bus remedia ſunt offerẽda, atq; ipſam remediorũ naturã.

De arte conſtituenda, quæ diſpoſitiones præter naturam dignoſcit, doloris lateris exemplo. CAP. 15.

VErum enimuero hoc quoq; illi, qui ſe in hac arte voluerit exercere, mox ſupererit, vt ſibi aliquam affectuum omniũ dignoſcendorum facultatem comparet, in primis vero eorum, qui partes in corporis profundo ſitas occupant: quippe quum hac etiã parte nõ cuiuſcunq; ſit, morbo ſum particulæ cuiuſuis tum inſtrumentariæ, tum ſimplicis, ſi in alto ſedem habeat, affectum excogitare: ſed hic ẽt oportet aliquã methodũ ad partẽ affectã vnà cum ipſo affectu inueſtigandã adhi-
C bere, de qua pluribus alia's tractauimus. At erit nunc etiã neceſſariũ, ſicuti aliorũ methodorũ capita quædam hoc libro cõplexi ſumus: ita de his aliquẽ habere ſermonẽ. Primum ex quo genere earũ rerũ, quæ præter naturã ſunt, nos ſperare habeamus in horum notitiam venire poſſe. Nam tria ſunt genera rerum præter naturã, primum affectiones, quæ actionibus officiant: alterũ cauſæ harũ: tertium ſymptomata. Sed cauſæ, hoc in primis nomine appellãtur, quũ agunt, quãuis ita nõ nunquã dicantur, etſi nõ agant, q̃ vim habeant agendi, exempli gratia, inter morborũ cauſas cruditas cenſetur, quum nullũ adhuc morbum inuexit. Cruditatẽ appello non modo errorem concoctionis, quę in ventriculo fit: verum, & in iecinore, in venis, & tandẽ in vniuerſa corporis mole. Symptomatũ vero genus in tres diſpertitum eſt differẽtias, in actionum offenſam, in ea quę corpori accidunt, et excrementorum immoderationem. Cæterum ipſa corporis affectio, quam vel morbum quis appellet, vel affectũ nihil intererit, eſt horum oĩum cauſa: q̃ merito quoq; ex ſymptomatibus agnoſcitur, quippe quũ eorũ reſpectu rationẽ cauſæ teneat. Porrò ex his nõ nulla affectiones ipſas neceſſario cõcomitãtur: alia nõ ex neceſſitate, ſed aut ſępius, aut raro, aut ęqualiter. Sicuti rurſus inter ſymptomata, q̃dam neceſſario affectionũ differentias conſequuntur, quædam ſæpe, alia autem raro, aliqua vero in ancipiti ſunt. Ea itaq; ſymptomata, quæ morbos ex neceſſitate ſequuntur, q̃ affectuũ
D cognitionẽ afferant, græce pathognomonica dicuntur, & ea ipſa pro certis morborum notis habẽda ſunt. Quæ vero nõ neceſſario: vel morbi differentiã, vel illius morẽ, vel magnitudinẽ inſinuant. Et equidem vno eodemq; exemplo vtrorumq; horum vim aperiã, vt hinc exorſus, eadem in omnibus alijs methodo te exercere, poſſis. Ponamus igitur membranã coſtas velantem inflammatione teneri, porrò is affectus phlegmone erit, quæ hæc ſecum habeat ſymptomata neceſſe eſt, tumorem præter naturam, ruborem, dolorem: quorum duo hic ſenſum effugiunt, vt tantummodo reliquus ſit dolor, qui coſtis incumbens veluti pungens eſt. Dolet igitur homo, propterea quia phlegmone eſt affectio illa: at doloris ſpecies eſt pungenti ſimilis: quoniam ſubſtantia affectæ partis eſt membranea. Coſtis præterea eſt affixus, id enim quod affectum eſt, coſtis adhæret. Sed & ob id late permeat, q̃ ea ipſa membrana late diffunditur: febrim quoq; tum ex ipſo affectu, tũ ex ſitu affectæ partis ſequi neceſſarium eſt: quorũ ſi vel alterum deſit, iam nõ ex neceſſitate febris aderit. Nam, ſi digitus inflãmatione laborauerit, nõ continuo febris adorietur, quũ is procul à corde ſedẽ habeat: nec ſi ea quidem membrana, q̃ coſtas contegit, tumore tñ duro, œdemate' ve. Spirãdi prætereà difficultas in his eſt, quæ affecto loco ex neceſſitate præſto ſunt: quippe quum ſit pars reſpiratorij cuiuſdam inſtrumẽti. Attamen huiuſce difficultatis ſpecies ab ipſo affectu potius, q̃ ab ipſa parte, cauſam habet: dolor.n. dilatari reſpirandi inſtrumẽta non ſinit: vtpote quia reſpirationis operã, eius vſu non

dum

dum expleto, dissoluant, vt mox, necesse sit alteram celerius illi succedere actionem, tanta non in- E
terposita quiete, quanta dum naturaliter se haberet: inde q3 spiritus frequens redditur, & paruus.
Nec id modo huiusce inflammatio membranæ necessario secum affert: verum pulsuum quoq3 alte
rationem, cum eam, quæ à febre seiungi non potest, tum vero illam, quæ est ex forma affectæ par
tis. Arteriæ siquidem maiorem, celeriorem q3, & frequentiorem ea ratione, quòd febris adsit, pul-
sum edunt: duritiem vero, ac contentionem iunctam habet, quia pars ea, quæ phlegmone tenetur,
neruosa est. Igitur tum hæc symptoma membranam subcingentem inflammatam, tum & vnum
præterea aliud necessario concomitantur, decubitus nimirum, qui vel in affecto, vel in opposito lo
co leuior est, vel in vtroq; par. Quum enim duplex sit ea membrana, quæ costas velat, si ea pars, quę
exterius ossibus hæret, valide laboret, facilius in latere decumbunt opposito: nam, si in morbosum
decumbunt, compressio molestiam affert. At si interior (quod etiam euenit frequentius) vehemen
tius dolent, si in oppositum latus reclinent, quippe quum pensilis reddatur inflammata particula:
in morbosum vero minus, quum nec ab ossibus prematur, nec etiam quasi suspensa pendeat, sed
potius sit ab vtroq3 incommodo immunis. Quod si vtrinq3 ea membrana afficiatur, par in vtroq3
latere decubitus est. Sed, quòd dolor nõ nullis ad clauiculam perueniat, aliis autem ad præcordia,
partim ex affecta parte suam habet causam, partim etiam hoc est inflammationis symptoma, dolo- F
rẽ inquam diffundi: ea quippe mẽbrana & ad iugulũ vsq; ascẽdit, & præterea vniuersum occupat
septũ trãsuersum: vnde si inflammatio, in supremis illius partibus excitetur, deorsum cõuelli clau
cula videtur: si in infernis, dolor pręcordia pertingit. Et proinde exigua erit inflãmatio, & ꝑm par
tes costarum medias, si in neutram deueniat partem: alioquin enim, quum maior fuerit, necesse erit
in partem vtranq3 cõcedere. Quòd vero tenuis quid, & purulẽti ex inflammata particula resudet,
& effundatur: tum ex ipso morbo prodit, tum ex ipsa parte: sicuti omnibus ꝑm os inflammatione
laborantibus accidit, atq; etiam ꝑm oculos. Suboritur enim inflammatio ex humorum influxu, &
partes hæ nõ perinde ac cutis densę cõpactæq3 sunt, sed raræ potius. Vnde, quum multus tenuisq3
fuerit is humor, qui in partem inflammatam irruit, rarior vero particula, plurimũ est, quod effluit: è
contrario vero, quum exigua, & crassa fuerit fluxio, corpus q3 præterea densum, minimum erit: at
minimum id tussim quidem incitabit, vt tamen nihil inde expuatur: quemadmodũ, si copiosum
fuerit, tussiunt plurimum, nec parũ etiam expuũt. Porrò vt est ab hoc affectu tussis inseparabilis:
ita screatus à tussi illũ plurimum consequitur, non tñ sic, vt etiã seiungi nõ possit. Quod sputo rei-
citur, necesse est aliquo semper esse infectũ colore: attamen nõ semper eodẽ, quippe quũ nec excre
mentũ in inflãmata parte conclusum semper eiusdẽ sit naturæ. Etenim quũ sanguinolentũ fuerit, G
aut bilioſum, cuiusmodi semper ferè ea fluxio est, quæ pleuriticis phlegmones fomentum prẽstat,
à succo detento in inflammata particula, sputum colore inficitur: rubro quidem, si sanguineum id
fuerit quod in membranam influit: flauo autem, si bilioſum. Cæterum, si pituitosus primum sit is
succus, qui et cõclusus demũ putrescat, atq; sit deinde in causa fluxionis phlegmonẽ gignentis: tũc
spumosa excreãt. Sed quandoq; vel niger erit screatus: quũ bilioſa, inquã, sanguinolẽta ve fluxio
assatur. Quare oĩa hęc cũ partis affectę, & ipsius affectus dignotiõe, ẽt fluxionis indicãt differentiã.

De reliquis capitibus, quibus morbos, & affectas partes dignoscimus. CAP. 16.

EX his ergo, quæ dicta sunt, perquàm manifestum est, necessarium fore ad affectus, locíq3 affecti
inuentionem, tum vniuscuiusq3 affectæ partis substantiam, tum eiusdem etiam cum aliis vici-
nis nouisse communionem. Nec minus præterea constare arbitror, si etiam nunquam de hoc men
tionem habuissem: nihil referre si positum dicamus, aut compositionem, aut cum vicinis socie-
tatem. Ad hæc quoq3, ex illis quæ diximus liquere potest, esse necesse omnem cuiuscunq3 particu
læ actionẽ functionem q3 callere, & insuper morborum, ac symptomatũ genituras, proinde q3 &
morborũ effectrices causas. Nimirum videntur hęc oĩa ad notitiã affectarum partium vnà cum ip H
sis illarũ partiũ affectibus, ac etiã ad morborũ illarum differentias pernoscendas, summe esse neces-
saria. Atqui & magnitudo, & mores morbi cuiuscunq3 ex his ijsdẽ cõprehenduntur: magnitudo
quippe ex affectionis, quæ in illis est, & symptomatũ præterea illã cõsequentiũ magnitudine: mos
à morbi differentia symptomatibus q3 insequentibus. Vt statim in exẽplo proposito, pernicioſissi
mus succus est atra bilis, quũ aliis prẽualuerit, vtpote q̃ præ cęteris, & corrodat & maligna admodũ
sit, concoctu q3 difficillima, & ad purgationẽ ineptissima, atq; etiã plurimũ indicet calorẽ, à quo sit
per assationẽ genita. Omniũ mitissimus sanguis, qui & dulcissimus sit, & ad concoctionẽ facilis:
mediũ in simplicitate, & malignitate reliq duo locũ obtinẽt. Ex symptomatibus, vt nihil oĩno ex-
puere ꝓnitiosum est, partim ꝙ significet fluxionẽ in phlegmone quasi deuinctã teneri, partim ꝩ ve-
ro ꝙa ea vniuersa interius cõtenta corrũpetur: ita screatus facilis, & ꝓcul à labore, saluberrimus ẽ, et
lõge ẽt magis si cõcocta expuanť. Aliogn & pulsuũ symptomata morborũ mores ostẽdunt, et ꝓte
rea q̃cunq3 alia ex cõsensu solẽt cõseq, sicut deliria, somni immoderati, fastidia, lotia, & alui deiectio
nes hoc aut alio modo factæ. Erit igit his oĩbus, q̃ recensuimus exercitatio adhibenda, si eã facultatẽ
asseq voluerimus, qua facile possimus affectas partes, morbosq3, ac eorũ mores magnitudinẽ, et dif
ferentias cõprehendere. Ab illis eisdẽ aũt locis erit & ratio prẽsagiendi euentus morbi petenda,

& insuper

A & insuper commodi vsus remediorum. Præsagia etenim & medicum ab omni mortis culpa immunem reddunt, & ægros ad obtemperandum faciles, occasionem'que remediorum præmonstrant. At vero ꝙ aptus remediorũ vsus id sit, quod in arte præcipuum est, & propter quod is sermo vel vniuersus institutus sit: omnibus iam satis constat. Et nos nõ multo post docebimus, quo sit ex his, quæ nuper recensuimus, comparandus modo: nunc enim his, quæ exposuimus, finẽ imponere constituí. Nempe exemplo vnico, tum morborum ipsorum, tum vero earum etiam, quæ ab ipsis detinentur, partium dignotionem explicauimus. Sed, si & alterum quid nõ dissimile addiderimus, nihilo se res deterius fortassis est habitura. Excrementorum enim species multorũ notitiam affert, quæ tamen & corpus secum cõnexum habet, è quo illa excerni videmus ita, vt ex his ambobus simul coeuntibus vna stabilis euadat indicatio. Quippe quia si membraneũ, verbi gratia, corpus excernatur, ꝙ quidem ad id spectat, quod cernitur, insinuat partem quampiam exulcerari, quæ in superficie naturam habeat membranæ, quæ tamen ea sit, definite distinguere nequit. Locus autem per quem fit excretio, poterit nos ad affectam partem conducere: vtpotè quia, si per inferiorẽ aluum deiiciatur, vlcus in intestinis indicabit: si per superiora vomatur: in ventriculo: si per tussim excreetur: membranas, quæ asperas velant arterias, abradi monstrat: sicuti si minga-
B tur: vel vesicam, vel pudendi meatum. Sed non parum præterea ad rem faciet ea, quæ primario affectu ab his, quæ per consensum laborant, distinguere: antecessione, inquam, & cõsecutione, magnitudine, & paruitate, insuper'que causarum accessione, quæ vtriq; solent officere. Vnde multi male se habente ventriculo, cerebrum in consensum adducto, in eorum symptomata illapsi sunt qui atra bile vexantur, aut, si cõsentiant oculi: eorũ, qui suffusione. In his tamen, si diligenter quis obseruauerit, has affectiones tum cruditates, tum vero excrementa in ore ventriculi collecta consequi inueniet: & proinde eas ex his, quæ vẽtriculum lędunt excrescere: ex illis vero, quæ illi conducunt sedari. Cętcrum non est in præsenti à nobis institutum vniuersam affectarum partium rationem exacte explicare, quemadmodum nec cuiuspiam partis alterius huiusce artis, sed solum inueniendi methodum insinuare, & quam cum fine istius artis cõnexionem habeat. Etenim erit deinde necesse, vt quisque perlectis nostris commentariis, in eis sententiis, quas in illis omnibus complexi sumus, multifariam se exerceat. Itaque ad prædictas methodos iam accedam, addito tamen eo, quod præsenti negotio necessariũ est. Arbitrere hoc etiam loco formam rei reperiri, quã deinde vt materiis accommodaueris, totã habebis substantiam. Porrò, quum particulatim omnia fuero persecutus, sicuti nũc paucis quibusdã exẽplis actũ est: erit tibi & hęc pars integre cõstituta.

C *De eligendis remediis, ipsorum que vsu, ex substantia, formatione, & situ partium laborantium.* CAP. 17.

RElíquum autem est vt monstremus, ꝗ sit necessarium ad commodum remediorum vsum, partis, quam curaturi sumus, substantiã exacte cognoscere, figuram q̃, & positum. Substantia enim affectus primos, qui intemperie consistunt, quantum à naturali statu aberrarint, ostẽdit: quantum q̃ calefacere, refrigerare'ue, humectare, aut exiccare oporteat. Figura vero morbos, qui ad ipsam spectant, de quibus sermo in superioribus habitus est, simul q̃ & eorum indicat magnitudinem, quippe quum eo maiores censendi sint, quo à naturali modo magis recesserint: & insuper ex ea cõprehenditur, quousq; sit opus ad ea, quæ ex natura sunt, per cõtraria reducere. Sed hęc ex proportione morbis in intẽperie respõdent: obstructiones aũt, & inculcationes ad hoc genus pertinent: quod vero præcipue, ac peculiariter indicat, est euacuationis modus, quę fit per oscula, & figuras, quas membrũ id affecutũ est, quod nobis curãdum offertur: aliquam tamen habet hac parte communionẽ cum illis indicationibus, quæ à positu prodeunt: de quibus iã agemus. Vt autem superuacaneũ videtur ea nunc explicare, quę in istis eandẽ videntur ad cognoscendã vel magnitudinẽ, vel quãtitatem vsus auxiliorum proportionẽ seruare: ita illa, quæ eximia, peculiaria q̃
D sunt, exponenda sunt, posteaq̃ ea ad curationes indicationibus, quæ à forma prodeunt, mista magno sunt vsui. Sed hac etiam parte paucis quibusdam exemplis, vt tantũmodo methodum monstremus, sermonem expediemus. Obstructio sanè affectus quidã est partium instrumentariarum, qui in primis iecori ob eius tum structurã, tum vero actionẽ solet esse molestus. Nam venę, quę à portis deriuantur per vniuersam huius visceris partẽ cauam dispertitæ: tandẽ illis, quæ in gibba sunt, per quædam oscula sensum effugientia committuntur. Vniuersum vero alimentũ ex ventriculo in hunc vnum locum, qui ob id ipsum, quod nuper diximus, portæ appellatus est: refertur. Quemadmodum enim in vrbes nihil nisi per portas inuehi potest: ita nihil potest in iecur deferri, nisi prius in hunc feratur locũ: vnde in totam iecoris partem cauam subinde distribuitur, inde vero per eos, quos diximus, terminos in gibbã. Quare nil mirũ deinde fuerit, si viscus hoc & ob viarũ angustiam, & ob copiam pertranseuntis substantiæ, assidue obstructionibus arripiatur. Ei igitur curatio erit adhibenda, priusquã eæ nimis excrescant, febris q̃ accendatur, tum cibis, tũ medicamentis attenuantibus administratis: quia, quum multæ factę fuerint: non modo hæc nõ satis erunt: verũ & vacuatione erit opus: quæ deinde quo loco facienda sit: membri figura & eiusdem situs indicabit. Vnde ab his promoti, si quid in iecoris cauo cõprehensum sit, per intestina detrahimus: si in gibbo: vrinã cientibus vacuamus. Eodem etiã modo à mẽbri figura, situ q̃ docti, ea

quæ in pulmone, & pectore collecta vacuatione egent, per tusses purgamus: ad nares autē dedu E cimus, quæ in cerebro. Sed non minus à membri figura, & situ desumpta est ratio sanādi partes à phlegmone detentas: siquidem horum quoq; primus scopus est euacuatio succi, qui in inflamma tum locum decubuerit. At, quo illum modo euacuare expediat, ipsa illarum partiū, quę detinent, natura indicat: & hinc adducti, fluxiones, quæ in coxā decubuere, sectis venis in poplite, aut talo euacuabimus, & eas pariter, quæ in vtero cōprehensæ sunt: quæ in thorace, aut pulmone: per venam cubiti interiorē: sicut eas, quæ in capite, & collo: per humeralem. Ea quippe euacuatio facilli me, & optime fit, quę p venas vicinas, & affines parti affectę fiat. Porrò & suā ex morbo habet indicationē, in halitum dissflandum esse, quod in inflammatū locum defluxit: situs tñ ipsius affectæ partis variū deinde insinuat particularium auxiliorū vsum. Etenim quęcunq; in summa cute ortum habent, tale exposcunt dissflatoriū medicamētum, quale ipsa indicat inflammationis species. Sed, quę in profundo, eò egent acrioribus medicamentis: quo magis ab exterioribus recessere, vt qñq; cucurbitulis vtendum sit, si sedē plurimum profundam habeāt, quod tñ inflammationibus in summa cute quā maxime aduersariū est. Nec minus etiam situs loci id exquirentis animaduer tendus est, qñ astringente medicamento fuerit opus. Quia, si medicamentū astringens ipsum po test eò peruenire: nil vetat, quin id administremus: sin minus, cauendū tunc, ne humorē in locū F affectū ex vicinis partibus impellamus. Quare vel aliquid immiscendū est astringēti medicinę, q eò vim illius pducat, vel ab illius vsu erit abstinendū: & proinde non parū quosdā offeciſſe noui, qui sanguinē è pulmone excreantibus vniuerso in orbē thoraci astringētia medicamēta adhibue re: pręter id enim, q vis astringētis medicinę nequit pulmonē attingere: sanguinē insuper, qui in thorace est, ad hoc ipsum viscus propellūt. Nēpe ista, quę hactenus dicta sunt, quātū ad p̄sens quidem negotiū pertinet, satis esse existimo: quare, vt hoc vnū illis addidero, hanc, inquā, methodū formā tantū huius negotij cōtinere, ad alia trāsibo. Scientiā etenim, & disquisitionē, quę sigillatim de vnaquaq; pte habēda est, & ē veluti vniuersa huiusce rei substātia, in aliis libris trāsegimus.

De prænoscendi, ac diuinandi arte. CAP. 18.

MOx itaq; de pręsagio sermonē instituemus, vtpote q nō modo ad alia quędā, verū & ad cu rationē q; maxime videat vtile. Nimirū quisquis pręsagiendi artē primū constituere proposuerit: is necesse habet antea examinasse, an sicuti cuilibet rei animatę propriū vitę spaciū ex na tura constitutū est: ita morbis ēt omnibus, vt nullo deinde pacto, si sit alicui illorū à natura tēpus duorū mensiū prescriptū: possit is quatuor diebus absolui: an vero & in longū protrahi, & celer rime finiri possit. Verū, quia iā plures ex medicis, eorū, quę euentura sunt pręsagitores euasere: ab G ipsis ēt vulgaribus nō amplius in quęstionē vertitur, possint ne vētura prænosci, an secus. Sed po tius perinde, ac si hoc iā sit constitutū à medico sciscitant, quo tpis spatio morbus soluēdus sit. At fortasse res nostra nō est deterius habitura, si supponamus, nos nūc primū pręsagitricē artē consti tuere: nā & alia oia hoc p tractauimus modo. Profectò hoc vnū si quępiā pręsagitio futura sit: in primis necessariū est esse nō nulla, q̄ certo sint futuro tpe vētura. Sed deinde querendū est, quę nā ea sint, & quot: quia nō oia, quę ęgrotāti sunt euentura, necessariā habēt generationē. Tumultus enim noctu excitatus, latratus canū, molesta nuntia, sępe insomnes reddunt ęgrotātes: tñ nullum horū, aut necessario fit, aut certo p̄sagiri potest. Nūquid igit ea saltē, quę ex ipsa illius morbi rōne proficiscunt, habent vt & necessario fiant, & certo prænosci possint: vel nec ea quidem oia, quum repēte possit superfluens quispiā succus in corpore, interius in partē aliquā vitę necessariā defluere: possit ēt cōtra ab aliqua principe parte, ad ignobiliorē impelli: & subinde erit necesse, vt is, qui in principē partē fertur, extremū periculū, qui vero ab ea repellit, repentinā, inopinatāq; ęgrotāti salutē prestet. Vnde in hisce statibus hoc tm prænosse datur, quod dubij, fallaces q; sint: quo tñ ter minaturi sint, exquisite definiri nequit. Verūtñ, quum excremēta in locū aliquē decubuerint, nec defluant amplius, sed potius ibi detineant: aliquis in his dabit nobis pręsagiendi locus, quū probe H nouerimus plures esse facultates, quibus natura animal gubernat: atq; etiā quę nā ipsarū sit differentia, pręterea q; excrementa oia, quę in vniuerso animāte cū sanguine deferuntur, nisi immo derata nimis copia cōstent, definitū & ipsa sigillatim tēpus habent, quo concoquant. Vnde, si cu iuscunq; humoris naturā exquisiuerimus, iā artificiali quadā cōiectura cōcoctionis rationē com prehendemus, si tñ cętera oia circa ęgrotantē recte tractentur. Qm quicquid in his erroris cōmissum fuerit: erit deinde in causa, vt vel serius morbus soluat, vel mors celerius aduentet. Et huiusce rei memoria in hoc vniuerso sermone prę omnibus aliis seruanda est: q; solę nimirum pręsagitio nes euenturę sunt, vbi & qui curat medicus fuerit prestātissimus, & qui recte curet, ęger q; in nul lo delinquat. Alioqui enim ridiculus esset, qui arbitrarē, tale esse medicorū præsagiū, quale profitentur vates: hi enim hominem (ita dicā) nono die liberandum autumant, nec adiiciunt, si oia recte agant: immo & idipsum se pręsagire pollicent, nimirū futurū ne sit, vt oia recte, an perperā circa ægrotantes peragantur. At medicus non eo prędicit modo, quæ futura sint: sed nouit ipse, q; si oia, vt par est, expediantur, morbum septimo, verbi gratia, die solutum iri: q; si error quispiam accedat, & is exiguus: excidet id ex septimo in nonum: si vero maior, in vndecimum: si adhuc maior, in quartumdecimū: & poterit etiā ita maior fieri, vt pro certa salute periculū mox afferat.

Medicus

A Medicus quippe his duobus, morbo inquam, & naturę quasi colluctātibus animum, semper intendit: atq; dum discernit, quod nam horum robustius sit, primum quidem suum de salute homi nis, aut interitu pręsagium depromit: deinde vero, quo alterū altero fortius esse nouit, eo & illius prędinitum tempus agnoscit. Nec mirari quisquā debet, si quis robur vtriusq; recte perpendens, victurum tandem deprehendat: quum videamus quā plures gymnastas ex primis statim motionibus, quibus contra se inuicem luctantes feruntur, victurum prænuntiare, & sępe ante partā victoriā, quod q̄ celerrime aduersarius succumbet. *hoc autem agunt quum alterum altero nō parum: viderint validiorem: Quare ex alia nulla exercitatione salutem aut interitum prænoscet, prę terq̄ ex exacta virium, tum morbi, tum naturę notitia: ex qua etiā vtriusq; prędinitum tempus exquirit. Vt enim celerrime soluendus morbus est, quum validiores vires fuerint: ita cito mors aduentabit, si hæ imbecilles sint, morbus vero fortior. Sed magnitudo excessus horum tempus indicat, quo hęc futura sunt. Ab his igitur scopis habet medicus, vt futurorum sit prędagus. Qua vero exercitatione ipse hos pernoscat scopos, in libris nostris de iudiciis abunde actū est: tamen in his quoq; in prędentia vniuersalem methodum, vt in aliis omnibus factitatum est, explicabimus. Naturę robur ex propriis illius actionibus comprehendes, in primis autem ex pulsu, siquidem is est

B vitalis facultatis opus: morbi vero magnitudinem, ex suis symptomatibus. At quatenus alterum altero præualeat: concoctio, cruditas ue monstrat, quas subinde ex propriis agnosces excremētis: quę enim in ventriculo conficiuntur, deiectiones monstrant: quæ in vasis, lotia: quæ in toto corpore, sudores: quo etiā modo reliquæ omnes se habent, quæ in vna quapiā, vel pluribus particulis eduntur: nam, quæ in thorace, aut pulmone, ex his, quæ tussi reiiciuntur: quæ in uelica, aut renibus, ex his, quæ cum vrina deferuntur. Cęterum ea, quæ deiiciuntur, vires quoq; partis cauę ie coris, & mesenterij, quomodo se habeant, ostendunt: ita & reiecta per vomitum, ventris superioris, stomachi q̄: & quæ per palatum, nares ue, aut aures, quo cerebrum modo sit affectū, insinuāt. Quibus omnibus hoc commune est, nunquam morbum solui posse, nisi prius in excrementis cō coctionis signa conspiciantur. Vnde siue aures male habeant, siue oculi, siue fauces, &, vt summatim omnia dicam, concoctiones omnes celerem crisim, salutis q̄ securitatem indicāt: cruda vero inconcocta q̄, & ea præterea, quæ in prauos vertuntur abscessus, vel nullā crisim, vel labores, vel prolixum tempus, vel mortes, vel recidiuas nuntiant. Hæc vero quantum ad negotiū præsens spectat, sufficiant: nam particulatim oia sunt pertractata in libris propriis, nec illis quidem exiguis, vtpote, qui vniuersa ferè complexi sint theoremata: in quibus sunt, qui de pulsibus, quiq; de iudi-

C ciis, decretoriis q̄ diebus sunt inscripti: in his enim tribus cōmentariis ea explicant, vnde quisque in primis prędagire potest. Iam igit mihi videt vniuersam curandi methodū ad finem peruenisse.

De arte præcauendi morbos, & valetudinis tuendæ. CAP. 19.

VErum quoniam operæpretiū insuper est eos procurare, qui à morbis euasere, vt vires recuperent: & præterea, vt hi, qui in morbos procliues sunt, custodiātur, atq; vt ij, qui prospera & inculpata fruuntur valetudine, conseruentur: reliquum est, vt de his quoq; tribus huius artis partibus, quæ supersunt, constituendis, sermonem q̄ breuissimum tamen habeamus. Itaq; quum sit à nobis dictum superius tria esse eorum vniuersa genera, quæ præter naturam sunt, causas, affectus, & symptomata: pars, quæ valetudinem tuetur, eam græci prophylacticen appellāt, si modo illa sit pars artis huius, circa primum versatur genus. Etenim, si humorum, vel copia, vel prauitas, si obstructio, si vis aliqua corrumpens in corpore suboriatur, homini periculum affert, ne q̄ primum in morbum illabatur, qñq; vero ne extreme periclitetur. Verū sępe hæ causæ sunt cognitu difficiles, quum nullam ferè homini molestiā præstent: statim enim morsus canis rabidi nullum peculiare signum, antequā propè instet rabies, in corpore reliquum est, adeo vt medico necesse sit has ex ægrotantibus causas scisciari, & quid cuiq; euenerit: quum tamē humorum copia, aut eo-

D rundem prauitas, aut aliquem excitet in corpore tumorem, aut quodpiam viscus oppilet: potest id ex symptomatibus quibusdam intelligi, quæ medium inter ea, quæ in sanis reperiuntur, & ea, quæ ægris eueniunt, locum seruant: quippe, quum ea, quæ sanis insunt, ex natura sint omnia, & omni culpa vacent: quæ ægris, vt præter naturam sunt: ita etiam culpanda: quæ vero media sunt, ad genus quidem eorum, quæ morbis eueniunt, attinent: verum adeo sunt magnitudine exigua, & viribus imbecillia, vt nō dum * solitas vniuscuiusq; actiones lędere queant. Neq; enim, si dolor quispiam aliquem, vel secundum caput, vel secundum aliam quampiā partem infestet, statim tantus est, vt hominem lecto decūbere cogat. Neq;, si grauedo præterea caput, aut præcordia, aut alias partes, vel alia viscera detineat, tanta etiam erit, vt à consuetis functionibus desistere faciat. Corporis etiam tumor, aut gracilitas, decoloratio, pigritia in motu, procliuitas in somnum, vigilia, non sufficiunt, vt ab actionibus, quibus ad vitæ munera peragenda egemus, detrahant, nec cibi appetētia, vel nimis adaucta, aut omnino ablata: nam & hæc ambo ad corpus pertinent nō integre sanum: sicut nimia siti torqueri, vel eius esse nimis expertem. Secundum stomachum etiā, vel ventrem morderi, aut se lassum sentire: quippe hæc est ferè eorū formula, quæ illis contingūt, qui procliues sunt in morbos. Affectiones vero, quæ ea pariunt, per contraria (vt iam à nobis dictum est) sunt corrigendæ, si tamen hæc res ita summatim tractanda est, sed si particulatim transi-

* hæc oĩa, quæ sequūtur, vsq; ad alterū asterisci desiderant in græ. cod. Aldino.

genda: omne exuberans vacuandum est, vt tamen prius distinguenda sit exuberandi ratio: quan E
titate ne, an qualitate, aut etiam vtraq; ratione exuberet: &, quod deinde potest iterum ad naturalem statum redire, per cõtraria alteretur: vt, quod crassum lentum q; est, attenuetur: quod tenue, crassius reddatur: ambo vero pariter concoquantur: obstructiones præterea aperiantur, quæ toto sui genere sunt præter naturam, qualia venena, virus q; animalium, tum alterent, tum euacuent. Alteratio autem per contraria fiat, quę vel tota substantia aduersantur, vel altera, vel vtraque qualitate: sed euacuatio, per ea, quæ vim attrahendi habeant. Cęterum hæc omnia, quibus sint peragẽda remediis, ab ipsis affectibus petẽdum est. Quia, si omnes pariter humores accreuerint, maxima atque præcipua eorum euacuatio erit per sectam venam: deinde vero per frictiones, per exercitationes, per balneas, per inediam: nec alia etiam erit euacuandi ratio, quum solus sanguis modum excesserit: ubi autem flauæ, vel atrę bilis succus, vel serosus humor, opus quidem est euacuatione, non tamen eodem modo, etenim si ea excremẽta in primis venis contineantur, purgãda sunt his quæ aluum cient. Si in aliis, & tenuia, aquosa q; fuerint, per vrinam: si bilioſiora, per purgatoria. Veruntamen possunt & tenuia alui deiectione purgari. Sed quæ totum corporis habitum occupauerint, quum tenuia fuerint, aut sudore, aut medicamentis, quæ cuti applicita vim exiccandi habent: quum vero biliosa, primum quidem purgatione egent, mox & euacuatione per cutim. F
At, quum pituitosus humor exuberauerit, si salsus sit, purgãdus est: si acris, experiundum, an possimus, naturæ ad illum concoquendum opem ferẽtes, alterare: & longe etiam magis, si dulcis sit: erit enim concoctu facilior. Porrò ad concoctionem conducit quies, moderata calefactio, cibi parcus vsus, boni tamen succi, potus vini parum calfacientis, exiguum vero calorem & moderata frictio inducere valet, & vsus præterea moderatus aquarum calidarũ, insuper q; cibi, ac medicamenta temperate calefacientia. Obstructiones remouent quæcunq; vel esculenta, vel poculẽta, vel medicamenta attenuant. Verum, qua deinde ratione sint harum materię reperiendæ, aut iudicandę, exposuimus nos in eo libro, quem de facultatibus simplicium medicamentorum, & in illo etiam quem de attenuante victu inscripsimus.

De arte, quæ reficit conualescentes ex morbis. CAP. 20.

IAm igitur tẽpus erit, vt ad illos, qui à morbis reficiũtur, transeamus: in quibus nulla causa, nullus q; affectus præter naturam, sed sola est gracilitas, simul q; & virium imbecillitas. Et proinde, qui se hoc habent modo, in naturalem habitum reducentur, si moderatis cibis & motionibus reficiantur & corroborentur. Et nos in libris de tuenda sanitate, materias, quibus hi & alendi & exercendi sint, explicauimus, ne tamen aliquid huic videatur deesse sermoni: non modo partis re G
fectricis, quę analeptice dicta est, sed vniuersi etiam salubris negotij methodus hoc quoque loco repetenda est. Primum q; cuius nam ea sit generis, num ad id pertineat, quod præsentia tuetur, vel eo tantum à parte curatrice differat, q; in minimis quibusdã corrigendis versetur. Si enim corpus suum diutius statum seruaret, nulla esset arte opus, quæ illi præesset: hoc quippe in causa est, cur scientia egeat, cuius curæ demandatum sit, quia vitiatur, nec in eodem semper statu persistit. Nempe si solum hoc illi eueniret, vt in halitus diffluaretur, & subinde inaniretur: cibus potus q; defectum illum reficere posset: at, quia humorum copia, praua q; præterea gignuntur excrementa, exercitationibus egemus: earum enim munus est superfluentem quidem succum euacuare, excrementa vero concoquere & expurgare: si tamen causæ omnes vitentur, quibus vitiari potest sanitas: refrigeratio inquã, æstus, lassitudo, crudítas, ebrietas, vigilia, mœstitia, ira, furor, & alia omnia, quę in eodem cum his ordine sunt. Neque enim ea sigillatim recẽsenda sunt, quum argumentum id, quod à principio est à nobis institutum, iam ferè absolutum sit. Nam instituebamus omnes partes medicinæ non quidem exacte disquirere: sed tantummodo monstrare, medicinam nõ secus ac alias artes, suam à finis notione constitutionem esse sortitam.

Medicina quo nam in genere sit artium effectiuarum. CAP. 21. H

QVod tibi est à nobis confectum: reliquum est, vt vniuersam medicinæ rationem per capita resumamus, illius q; cum cæteris factiuis artibus comparationem. Igitur medicina est è numero artium factiuarum, non tamen vt ædificatoria, vel fabrilis, vel textoria: sed vt ea potius, quæ labefactatas ædes instaurat, vel dilaceratas vestes consuit. Harum vero, vt monstrauimus, duplex est constitutio: nonnunquam enim ipse sibi artifex exemplum confingit, quandoq; autem, quod exterius consistit, contemplatur. Medicinam vero nos ostendimus esse in hoc secundo genere, vtpote, quæ minime sibi vllum confingat exemplum, sed omnia ex corporis dissectione contemplatur, & subinde, si quid vitiatum sit, corrigere conatur. Sed hoc differt ab aliis artibus, quod maxima ex parte se naturæ operanti ministram præstat: tamen medicus vniuersam eam contemplationem, vnde ipse excitatur, vt minister, corrector ue euadat, similem habet cęteris omnibus factiuis artibus: qui & similarium partium substantiam nouit, & modum generationis instrumentariarum, pariter q; affectus inuenit, scopos q; preterea eorum curandorum inuestigat.

Galeni

GALENI ASCRIPTAE FINITIONES MEDICAE

Bartholomęo Syluanio Salonenſi interprete.

Initionum tractationem cum medicis omnibus, tum vel maxime introductitiis iuuenibus longe vtiliſſimam decreui, vt medicorum optime Teuthra cenſuiſti, colligere, ac ſcriptis mandare. Cum enim medica ad vſum vitæ ars conferat, ſitq; ad hominum ſalutem inuenta, ac pulchra nec pauca præcepta contineat, neque eam aſſequi facile eſſe videatur vtiliſſime erunt finitiones: vt quæ multa docere paucioribus poſſunt. Optimum enim in artibus, ſcientiiſq; omnibus genus docendi id eſt, quod non verboſa oratione, atque in infinitum excurrente, ſed paucis contenta perbelle dignoſcitur. Veteres quidem, qui q3 ante Hippocratem fuere, in quorum nos volumina incidimus, nec aliqua finiuerunt, quæ ad artem pertineant, nec libros complures, ſed paucos admodum reliquere. His igitur iure laus debetur, quòd animum applicuerint primi, ac vitæ emolumentum aliquod inuenire ſtuduerint. Poſt hos vero exortus Hippocrates medicinam literis prodidit, finiuitq; eam ‖ in libello de arte: ille nimirum, qui ſemper bonorum auctor ac princeps fuit: cuius apud Græcos omnes memoria in æuum durabit, quãdoquidem publice eſt de omnibus benemeritus. Cęterum, qui ab iis temporibus extitere, finitiones perſcripſerunt, tametſi ne ij quidem omnes. Sedulam autem in ea commentatione operam nauaſſe videntur ſectatores Herophili, & Apollonius Memphites, & præterea Atheneus Attalenſis: verum hi quoque nec decenti vſi ſunt ordine, nec tractatum compoſuerunt, ſed in libris conſcripſere paſſim: nec ea præterea plene deſcripta ſunt, non enim omnia, quæ ad medicinam ſpectant, finiuere. Porrò, quod vera commemoremus, licet dictorum virorum libros euoluentibus diſcere. Nos vero longum ſermonem ingreſſi, finitionesq; à maioribus proditas ad verbum deſcribentes, iuſtum ipſis imponemus ordinem: &, ſi quæ ab antiquioribus dictæ non ſunt, conficientes ipſi, conſtruentesq;, vt tu quoque operæprecium eſſe cenſuiſti, abſoluta collectanea concinnabimus. His ego bone Teuthra mihi perſuadeo nec fuiſſe iuuenibus inſtituendis, nec fore vtiliora: atque hæc hactenus. Primum autem, neceſſe eſt, dicamus, quid ſit vtiliſſimum, ac quid doctrinæ ordini maxime conueniat: & quid ipſa finitio ſit aperiamus: tum finitiones dehinc ſubnotandæ.

Non longe à principio.

D Finitio igitur, ſeu græce ὅρος, ex non nullorum ſententia eſt oratio, quæ, quale ſit illud, de quo ſermo eſt, declarat. Finiri autẽ & hoc modo poteſt. Finitio eſt oratio mentis cõceptionis. Quidã ſic quoq3 finiuerunt, Finitio eſt oratio, quę perfectionem per reſolutionẽ adipiſcitur. Finitio eſt, quę nos breui ſubmonitione in rerũ vocibus ſubiectarum notionẽ ducit: vel, Finitio eſt oratio, quæ ipſum eſſe declarat: vel oratio, quæ nobis intelligẽtiam rei indicat ac palàm facit. Diffinitio vero, quam ſcilicet Græci διορισμὸν vocant, eſt rei, quæ velut vniuerſaliter dicitur, ſed vniuerſalis non eſt, per appoſitionem ad vniuerſale deductio. Deſcriptio eſt oratio, quæ rudius, ac quadam veluti formula ad declarandæ rei notitiã introducit. Alij ſic, Deſcriptio eſt oratio, quæ res per rudem imaginẽ repręſentat. Scientia eſt cõprehenſio certa, & firma, neq3 à ratione decidua: licet, & hoc modo finias: Scientia eſt habitus, qui opinionem præbet ex viſionibus haud ab ratione deerrantem. Ars eſt cõprehenſionum globus commeditatarum ad finẽ aliquem rerum, quę ſunt in vita, perutilem. Vel ſic, Ars eſt cõmeditatarum globus cõprehenſionum ad vnum finem relationem habẽtium. Hippocrates ‖ in libello de arte medicinam ita finiuit, quã primus quoq3 medicinã nominat: eſſe enim inquit à morbis prorſus vindicare laborantes, & morborũ obtundere vehementias, & morbo profligatis manum non admouere, intelligentes compotẽ {non} eſſe horum omnium medicinam: plures hoc pacto finiuere. Medicina eſt ars, quæ præeſt ſanis victus

Ibidem.

ratione regendis, atque ægrotis curandis. Secta, est decretorum multitudinis assensio artificiose E
constructorum, atq; ad vnum finem relationem habentium. aut sic: Secta est decretorum multitudo, quæ tum se mutuo consequuntur, tum consequi apparent, aut putãtur. possit & ita quispiã dicere: Secta, est dogmatum multitudinis consensus, quæ se inuicem, & apparentia consequuntur, aut consequi existimantur: inuenitur & finitio huiusmodi quędã: Secta, est assensio dogmatum multitudinis, quæ tum ad seipsa, tum ad apparentia cõsequentiam habent. vel ita: Secta, est assensio ex dogmatum multitudine, sequelam inter se ad vnum finem habentium. Decretum seu dogma, partim proprie, partim cõmuniter dicitur: cõmuniter, rei consensio in actu: proprie autẽ magis rationalis secta dogmatica vocata est. Medicinæ sectæ duæ sunt primę, Empirica, & Rationalis, & tertia Methodica. Quartam autẽ sectam inuenisse videtur Agathinus Lacedæmonius,

* Nõ nulli græci codices hñt ἐκλεκτικήν, id est electricẽ.

quã græce ἐπισυνθετικήν, quasi supercompositiuam dixeris, nominauit: non nulli vero hẽcticen, id est habitricem, appellarunt. Est Empirica secta earum rerum, quæ sæpissime numero, ac secundum idẽ, atq; eodẽ pacto quodã modo visę sunt. Rationalis aũt secta rerum abditarũ scientia atq; operibus cõstat, quę hanc in medendo cõsequunt. Methodica, est ratio, quę ab apparente progreditur, & incomperti comprehensionẽ facit: vt, si sunt sudores, sunt exigui cutis meatus: apparens enim res sunt sudores: esse autem meatus incompertum est. Syllogismus, est ratio, in qua positis F
quibusdam aliud quidpiam ab iis, quæ posita sunt, quod ante ignorabatur, per necessitatem colligitur. Epilogismus, est ratio, quę id, quod ab intelligentia diuertit, in firmam certam q; notitiam adducit. Speculamen, seu potius græce Theorema, res est vniuersalis, quæ medicinæ fini consequens ponitur: vel proloquium vniuersale medicinæ completiuum. vel Theorema, est id, cuius cõtrarium raro euenit. Opinabile anceps, quod græci ἀμφίδοξον vocant, est id, cuius perinde euenire contrarium potest. Finis, est cuius gratia res medica administratur. aut hoc modo: Finis, est id, ad quod quęcunq; medicę artis sunt, referuntur. sic quoq; finias licet: Finis in medicina, id est, quod si assequuti fuerimus, nihilo præterea egemus. Consummatus medicus est is, qui in speculatione & actione numeros oẽs expleuit. Optimus est, qui omnia in medicina recta agit ratione. Homo, est animal rationale mortale, mentis capax & sciẽtię. Animal, est substãtia animata sensu prędita, quę impetu mouet ac voluntate. Anima, est substantia incorporea, quæ per se, ex Platonis sententia, mouetur. Stoicis vero, corpus tenuium partium, quod ex seipso pro seminis mouetur rationibus. vt autem opinio fert Aristotelis, entelechia seu perfectio instrumentarij corporis physici vitam facultate obtinentis. Corpus est magnitudo triplici dimensione cõstans: quippe cũ longitudinem in seipso, & profunditatem, & latitudinem habeat. vel magnitudo ex spatiis tri- G
bus consistens. Elementũ, est, ex quo primo & simplicissimo progenita omnia sunt, & in quod simplicissimum resoluentur. Athęneus vero Attalensis in tertio volumine ita inquit, Elementa medicinæ, vti nõ nulli arbitrati veterum sunt, calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: ex quibus homo primis apparentibus & simplicissimis minimis q; est constitutus, & in quæ vltima apparentia & simplicissima ac minima resolutionem capit. Elementatio, est eorundem doctrina secundum idem eodem q; modo. alij sic: Elementatio, est fõrma ab elementis ad finem. Constant corpora nostra ex solidis, & humidis, & spiritibus. Solida sunt ossa, chartilagines, nerui, musculi, venæ, arterię, & quę in contectu sunt viscera. Humida, humores, & excrementa. Spiritus vero, natiuus calor est in corde desitus. Anatome, hoc est dissectio consectio ue, abditarum partium speculatio est. Consectionis species duæ sunt, altera, quam de industria aggredimur: altera, quæ casu euenit: per industriam cõstat ea, quam tradunt dogmatici partium occultarum gratia, vel in viuentibus, vel in mortuis: & vel in totis, vel in partibus: casu euenit, ex iis, quę contingunt, vt ex vulnere magno accepto: soli autem hac vtuntur empirici. Chirurgia, est intrepidarum manuum celer motus cũ experientia. vel actio in medicina per manus artificiosa, conuenientis finis compos. Pericrania, membrana est neruosa totam caluariam complexa. Meninges, sunt, quę cerebrũ H
ambiunt corpora neruosa arteriosa que. Cerebrum est album, molle, velut è spuma quadam concretum, humidum & calidum. Cerebellum, secundum locum à cerebro obtinet, similis cum eo naturę, ac coloris. Dorsi medulla cognata cerebro est, cęterũ pinguior, candidior q;. Oculi, sunt, qui ex quatuor constant tunicis, neruosi, sensum obtinentes subiectorum colorum, magnitudinum, ac figurarũ. Aures, neruosæ, & chartilaginosæ, quæ voces earum q; differẽtias sensu diiudicant. Nares, neruosæ, chartilaginosæ q; sunt, odorum perceptrices. Lingua, venosa est, & carnosa, suppinguis, saporum gustatrix, adiutrix deglutiendo alimento. Larynx, chartilaginosus est, per quem spiritum attrahimus, vocí concinnandæ alioqui deseruiens. Pulmo, est arteriosus, ex leuigatis, asperis que constans arteriis, fungosior, respirandi instrumentum. Thorax, est ex venis, & arteriis, & neruis ad respirationem incitandam à natura constitutus. Cor, neruosum, musculosum, venosum q; est, habet q; arterias, coni figura, suppingue, ex quo arteriæ exoriuntur, ac venę, per quas sanguis, ac spiritus immittuntur. Septum transuersum, est neruosum, viscera, quę in thorace ab iis, quę sub thorace sunt, dispescens ac seiparans. Iecur substãtia venosum est, & calidũ, ac sanguine affluens, primam q; generationẽ sanguinis plurimam molitur: ventriculo quoq; ad concoctionem obeundam pręsto est, sua ipsum propinquitate concalefaciens. Lien, venosus est,

* Forte pro ἕδος, i forma legendũ ὁδός, id est via.

arteriosus q;:

A arterioſus q3: qui cum tenuia vaſa, atq3 inter ea cauitates multas obtineat, ob id rarus, laxus q3 eſt. Stomachus, neruoſus eſt, & arterioſus, inſtrumentum appetitus, ac deuorationis: vel etiam meatus humidi, ſicci q3 alimenti. Ventriculus, neruoſus, alimẽti humidi, & ſicci receptaculũ eſt, ad id concoquendũ præparatus. Inteſtina, neruoſa ſunt, alia ad excipiendum, alia ad excernendum recrementũ progenita. Renes, carnoſi ſunt, carne conſtant friabiliore. Iſthmi humidi excremẽti, ac veluti lacunæ à natura conditi. Veſica, eſt neruoſa, humidi recrementi conceptaculũ, eiuſdem q3 excernendi inſtrumentũ. Teſtes, carnoſi, perfragiles q3 ſunt, humidi & calidi, meatibus contenti ſeminis, qui paraſtatæ à Græcis dicunt, concoctioni opitulantes. Paraſtatæ, ſunt (quaſi latine aſtites nominentur) qui ex vena, & arteria conſtant in vnam naturam conſertis, ſemen confouentes. Matrix, id eſt vulua, foris neruoſa ẽ, intus carnoſior, vas fœtus geſtãdi. {hęc à græcis ὑστέρα, quoq3 appellatur, q3 ὑστάτη, id eſt poſtrema ſit partium omnium.} Excretio, eſt delatio excrementorum corporibus adhęrentium. Stercus, eſt expurgamentum alimenti in concoctionis, digeſtionis q3 conſummatione diſcretum. Vrina, eſt ſuperfluitas excolata ſanguinis in magna vena, quæ per renes, & vreteras in veſicã delabitur. {aliter, Vrina, eſt excrementum, quod in iecore gignitur, diſcernitur in renibus, per vreteras in vrinariam veſicam deriuatur, excernitur q3 inde per eius col-

B lum, οὐρήθρας nomine, Græcis appellatum ex eo, q3 per eam vrina deferatur. Efficiẽs cauſa eſt vrinæ, ſanguinis generatio in iecore * ſupprimitur, vel per ſanguinis in grumulos concretionem, vel q3 genitalium meatus concidat ac cohęreſcat, vel ob renum conſenſorium affectum, vel propter vlcerationẽ. Vrinæ ſuppreſſionis appellatio prima, eſt iſchuriaſis, cũ vrina retinetur: ſecunda, dyſuria, in qua vrina quidẽ fertur, ſed cũ difficultate: tertia, ſtranguria, ex eo dicta, q3 vrina στραγγοειδὼς, id eſt guttatim deſtillet.} Humores quatuor ſunt, ex quibus aial conſiſtit, ſanguis, pituita, biles duæ, flaua, atra q3: hæc enim ẽt elemẽta corporis medicorũ filij vocãt: qñquidem ſanguis, calidus, humidus, dulcis q3 eſt: pituita, frigida, humida, falſa, glutinoſa q3: flaua bilis, calida, et ſicca, acris q3, ac mordax: atra vero, ſicca, frigida, acida, atq3 grauiſſima. Sãguis calidus eſt, & humidus, in venis copioſus, in arteriis paucior, ex quo alitur aial. Pituita, frigida eſt, et humida, ad cibo rum deuorationẽ, & articulorũ motum à natura ſubiecta. Bilis flaua, calida eſt, & ſicca, ad ſtomachi robur, ac vẽtris excretiones cõparara: Bilis atra, frigida eſt, & ſicca, vti diximus, et acida, & gra uiſſima: ſedem habet in liene: miſta aũt in ſanguine eſt: itaq3 ab eo ſecernitur, ne craſſus, ignauus, ac digeſtu difficilis reddatur. {Quatuor pręterea melancholici humoris differentię ſunt: primus

C eſt elementarius: dein qui ex ſuperaſſata flaua gignit bile, quẽ bituminoſum quoq3 nominamus, q3 bituminis inſtar ſplẽdeat: & qui ex terrificata, ſeu putrefacta pituita oritur: & qui ex fœculẽto ſanguine conſiſtit. Bilis flauę ſex diſcrimina habent: bilis elementaria, vitellina, glaſtea, porracea, æruginoſa, & pallida. Pituitæ differentiæ, dulcis, falſa, & qualitate carens. Humores itẽ tribus modis in vẽtriculo degunt: nã aut innatãt, aut imbibunt, aut inducuntur.} Mucus, eſt expurgamentum cerebri, quo pars animę princeps leuet. Sudor, eſt tenuis, ac ſeroſę colatura humiditatis ſanguini immiſtę. Vena, eſt vas ſanguinis, & ſanguini cõtemperati ſpiritus natiui, neruoſa, humida & calida, ſenſum obtinens. {habet tñ ſanguinis plus, natiui ſpiritus minus}. Arteria, eſt vas ſanguinis paucioris, purioris q3, & contẽperati ſpiritus genuini copioſioris, ac tenuioris, calidior & ſiccior, ac ſentẽtiior, q3 vena, pulſatili motu prędita. {Aliter, Arteria, eſt corpus cauum, duplici cõ

D ſtans tunica, * ſpiritũ vitalem ſuppeditans: excipit & purum aerem, dum attollitur, & cor, ac naturę calorẽ refrigerat: dum vero contrahitur fuliginoſa, ac fumoſa excernit recremẽta. Vſus igitur pulſus is eſt, vt per aerem refrigeret: aeris quoq3 ipſa ſubſtãtia, q3 ſpiritui noſtro addatur, generatio, additio q3 eſt ſpiritus animalis.} Neruorũ tres differẽtię ſunt: qui enĩ ex cerebro, & dorſi oriuntur medulla, ij proprie nerui: qui ex muſculis, tendones: qui uero ex oſſibus, ligamenta appellantur. Nerui, qui à cerebro, eius q3 membranis cõmunes expullulãt, ſicciores venis, ac minus calidi, & arteriis ſentiẽtiores ſunt, ac voluntarios motus abſoluunt: qui autẽ ex oſſibus prodeunt, articulos, & corporis membra colligant, ac continent. Muſculi, ſunt neruoſa corpora, permiſta iis etiam carne, ad partium corporis motum procreati. Perioſteę membranę, ſunt inuolucra tenuia, fibroſa, uelut indumenta oſſium à natura cõditæ. Pinguedo, eſt affuſio alimenti, circa mẽbranas maxime cõcreſcens, ſenſu carens. Caro, cõcreta ex ſanguine eſt, humida, & calida, mollitudinẽ q3 corpori adhibens. Medulla, in oſſibus eſt, eorum cauitatibus contenta, pinguis, ac ſenſu uacans. Chartilagines, corpora ſunt terroſiora, ac ſenſus expertia. Oſſa, ſunt corpora ſicca, & terreſtria, & frigida, nec ſenſum obtinentia. Dentes, ſunt, qui cibum diuidunt, atq3 conficiunt, non nihil & ad uocis articulationem conferentes. {Vraniſcus, id eſt paruum cœlum, quod latine palatũ dicitur, pars eſt oris ſuperior, à cœli ſimilitudine nomen accipiẽs. Gargareo, ſeu columella, caruncula eſt à faucibus dependens, uocis inſtrumentũ. Præſepiola, ſiue alueoli, ſunt cauitates oſſiũ, in quibus dentes firmant.} Vngues, ſunt neruorũ terminatio, decoris gratia ꝓgeniti, ac quo facilius quicq3 ſit apprehendere digitis. Alij ſic, Vngues, ſunt cutis cõcretio ſicca, & frigida, ac ſenſus impos. Pilus, eſt corpus frigidũ, & ſiccũ, ſine ſenſu, ad tutelam, ornatum q3 genitus: {ornamenti quidẽ gratia, in capite, & mento: in genis autẽ, & ſuperciliis, ad uſum: oriunt in capite plurimi, ob cutis ſic citatem, ac fuliginoſorum copiã excremẽtorum, quæ ſurſum ab infernis partibus ad ea loca mit-

 tuntur.

tuntur. Denſantur porrò his de cauſis in ætate vigentibus, tum q̃ excrementorum copia prædíti E
ſint, tum q̃ cutis meatibus conſtent amplioribus: nec ſit in iis cutis arida nimis vel mollis: contra
vero in pueris, q̃m nec fuliginoſorũ excrementorum ſubeſt multitudo, neq; facti ſunt in iis mea-
tus: magis q; ob anguſtiam id genus meatuum. Cęterum caluescunt hoïes duabus de cauſis, ob
ſiccitatẽ exuperantẽ, ac pilis conuenientis alimenti defectũ.} Cutis, eſt corpus neruoſum, ambi-
tum corporis honeſtamenti gratia totũ operiens, ac noxiis cauſis arcendis procreatum. Semen,
eſt vis in humido conſperſa, rationem huius continens: quę vis, ſi cõgruas nanciſcatur rationes,
atq; materias, in hoïs generationem explicat: vel aliter hoc modo: Semen, eſt humor in vaſis, quę
à teſtibus exoriũtur, cõtentus, calido ſpiritu conſtans, ex quo naſci hoïem licet: vel, Semen, eſt ſpi
ritus calidus in humido, qui ex ſeipſo mouet, ac gignere tale poteſt, quale id, à quo emiſſum eſt.
{vel auulſum materialis aïæ partis cũ ſpiritu humido.} Zeno autẽ Citieus ita finiuit: Semen eſt
hoïs abſtractum, ac maiorum miſtura, quod homo cum aïæ parte humida tranſmittit, vtique tale
exiſtens, quale id, à quo excretum eſt. Natura, eſt ignis artificialis, qui via in generationem tendit.
{mouetur q; ex ſeipſo efficaciter} ſiue, vt Plato inquit, ars diuina, {vel, Natura, eſt vis, quæ ex ſe-
3. Apho. 2. Ex. or. 20. 6. Epid. cõ. 5. tex. 1ª. cl. 3ª. 187. f ipſa mouet, auctor formationis, generationis, perfectionis q;. ‖ Dicitur natura & vniuſcuiuſq; rei
temperamentũ, atq; habitus: motus quoq; per impetum excitus, &, quæ animal moderatur, facul F
tas natura nuncupatur à phyſicis viris, Hippocrate, inquã, & Galeno, vtiq; naturæ, ac medicinæ
Ibid. tex. 2. fol. 188. f. Et li. de alim. poſt me. peritiſſimis.} Natura itẽ, eſt ſpiritus calidus, qui ex ſeſe pro ſeminariis rationibus mouetur, qui q;
in præfinitis certis q; tẽporibus, ac magnitudinibus hoïes generat, perficit, atq; conſeruat. Habi-
tus, eſt ſpiritus cõtinens partes, ac cohibẽs. Appetitus eſt {cibi & potus} deſideriũ, inquiſitio q;.
Deuoratio, eſt ſolidi, & humidi in ventriculũ attractio, quę à ſtomacho fit: vel hoc pacto: Deuo-
ratio, eſt ingeſtio humidi, ſolidi q; alimẽti, quę ex ore per ſtomachũ in ventriculũ fit. Concoctio,
eſt miſtio, & ſuccatio, velut elixatio alimẽti, in vẽtriculo, atq; inteſtinis, in digeſtionẽ per mutatio
nẽ abſoluta. aliter: Cõcoctio, eſt cõfectio alimẽti p̃ mutationẽ in vẽtriculo, & inteſtinis. vel ſic: al-
1. Apho. 15. Ex. ord. fol. 8. a teratio prõpta ad ſanguinis generationẽ, quę à natura fit p̃ caliditatẽ, elixationi ſimilis. ‖ Conco-
ctiones alimẽti fieri putat Hippocrates à calido innato: Eraſiſtratus cõtritione, et molitura, & am
plexu vẽtriculi, & adſcititij ſpiritus proprietate: Empedocles aũt putrefactione: alij, quẽadmodũ
& Aſclepiades Bithynus, ex crudis fieri digeſtiones affirmarunt: idẽ quoq; aïam eſſe qnq; ſenſurũ
exercitationẽ dixit. Sanguificatio, eſt mutatio alimẽti in ſanguinẽ. Digeſtio, eſt cõcocti, et cõfecti,
& in ſanguinem cõuerſi alimenti in corporis particulas oẽs, & partes attractio, quã natiuus calor
moliť: quidã hoc modo: Digeſtio, eſt cõcocti alimenti in totũ corpus attractio, quã naturalis obit G
calor, cũ propria mutatione, cõfectione q;. Auctio, eſt ꝓfectus corporũ in lõgitudinẽ, latitudinẽ,
& ꝓfunditatẽ. Nutricatio eſt additio, quę corporibus in circuitũ, ac latitudinẽ fit. Ætates quatuor
ſunt, prima iuuenũ, ſecunda vigentiũ, tertia mediorũ, quarta ſenum. Iuuenes, tẽperatura, calidi,
& humidi ſunt, ac ſimiles veri: Vigentes, calidi, & ſicci, eãdem cũ ęſtate temperaturã adepti: Me-
dij, frigidi, & ſicci autũno cõſimiles: Senes, frigidi, & humidi, ac ſimiles hyemi. Redũdat ſanguis
iuuenibus: flaua bilis vigẽtibus: mediis atra: pituita ſenibus: q̃m innatus calor eſt iuuenibus mul-
tus: vigens vigentibus: medius mediis: ſenibus pauciſſimus. Iuuẽta, eſt, in qua augeſcit animal,
calore atq; humore in ipſo incrementũ capiente: quo tpe & æqualia alimentis delibamenta ſunt:
aut eo, quod deſit, plus eſt, quod adgigniť. Vigor, eſt ętas, in qua auctum, perfectum q; animal eſt,
abſolutis in eo calore, atq; humore, parem q; iis, quæ dimanant, cum iis, quæ ingeruntˉ, modũ obti
nentibus. Senectus autẽ, eſt ætas, in qua diminuitur animal, ac deficit, decreſcentibus in eo calido
& humido, frigido aũt & ſicco augeſcentibus. Reſpiratio, eſt motus thoracis, & pulmonis: eius
partes ſunt expiratio, & inſpiratio: vel hoc modo: Reſpiratio, eſt attractus aeris per os, & nares in
cerebrum, & in cor per fauces, atq; pulmones: eius vero aeris non nihil & in ventriculũ aduenit:
atq; ex accepto portio quædam exigua in aerem ambientem retribuitur. Perſpiratio, eſt attractio H
aeris præter voluntatem, à naturali calore per cutem ſimul cum demeantibus facta: aliter, Perſpi-
ratio, eſt aeris ex corpore attractus cum naturali appetitu per totum corpus, & rurſus per vias ac
meatus excretio. Pulſus, eſt cordis, & arteriarum naturalis dilatatio, atq; contractio: ſunt autem
partes pulſus dilatatio, & contractio. vel ſic: Pulſus, eſt cordis, & arteriarũ, & cerebri, eius q; mem
branarum naturalis, ac præter voluntatem motus, per dilatationem, cõtractionem q;: potes & ita
finire: Pulſus, eſt caloris, qui in corde, & arteriis continet, naturalis motus, nec à voluntate profi-
ciſcens. {alij ſic: Pulſus, eſt cordis, atq; arteriarum naturalis per dilatationem, ac contractionẽ mo
tus, ad innati caloris refrigerationem, & vitalis incrementũ roboris, & aïalis ſpiritus generationẽ.
vel, Pulſus, eſt verax eorum nuncius, quę in profundo deliteſcunt, & vates obſcurorũ, & incerto-
rum index, motu cõcinno, ac muſica percuſſione diſpoſitionẽ prenuncians inuiſibilẽ. Pulſus aũt
genus, eſt motio, quæ nec ſedari poteſt, nec à voluntate progreditur, in ſempiterni motus diſten-
tione, ac contractione conſiſtens, atq; in corde, & arteriis principiũ obtinens. Arteria vel circu-
riter mouet, vel in rectũ: conſtat in orbem non moueri: q̃ autẽ neq; in rectum agatur, hinc planè
noueris: à loco in locum demigrant, quęcũq; in rectum mouent: finem q; obtinẽt motionis: non
ergo in rectum mouetur: q̃, ſi cum duo ſint motus, neutro cieatur, non igitur mouetur, at enim

mouetur:

A mouetur: atq; místo dicimus motu agitari, circulari, & recto. Porrò, an místa huius motio sit, ratio-
nabilis demonstratio est centrum: centrum appello medium punctum, à quo sese dilatans arteria
foras erumpit, & ad quem rursum se contrahens redit: hac igitur ratione moueri in rectum vide-
tur: ex eo aũt, ꝙ in orbẽ perpetuo agatur, spẽm nobis inuehit circularis motionis. Motio sex mo-
dis cõficitur, per generationẽ, corruptionẽ, augmentũ, decremẽtum, alterationẽ, atq; à loco in lo-
cum translationẽ. Pars princeps animæ, est ea, quæ toti præest animantis gubernationi, in cerebri
penetralibus, ac basi constituta: quidam hoc modo} Pars animæ princeps, ea habetur, quæ parti-
bus animæ præest, ac veluti regina dominatur, atq; imperat, & in cerebri basi sedem obtinet. Pars
aũt famulatrix, principi subdita est, atq; ancillatur, in reliquo corpore collocata. Sẽsus, est affectus
animæ per corpus, nũcius rei, quæ mouere idonea est: est enim sensus agens facultas. Sensorium,
est instrumẽtum, quod sensum aliquem creditum habet. Sẽsibile, quod sub sensum cadit. Sẽsu ve-
ro præditum, est ipsum id, quod sentit: verbi gratia sensus, est visus, gustus, olfactus, ac sensus reli-
qui: sensorium, vel oculus, vel nasus, vel lingua, quæ & sentiendi instrumenta nũcupantur: sensi
le, lignum, vel lapis, vel paries, vel columna, & quæcunq; sensibus succumbunt: sensus aũt cõpos,
Theon, & Dion, & quęcunq; sentiunt animalia. Sensus quinq; sunt, visus, auditus, gustus, odora
B tus, tactus. Ministrant porrò hi, famulanturq; animę, vt Asclepiades Bithynus affirmat, qui pro-
inde animam esse quinq; sensuum exercitationẽ dixit. Visus est, qui fit per oculos, cõtemperato
in ipsis tenui spiritu, pupillæ locum potissimum obtinẽte, p quẽ visoriæ apprehẽsiones fiũt. {vel,
Visus, est facultas aerię subitãtiæ, splẽdoris speciem referens. Cõtuitus aũt, actiuus est.} Auditus
obitur p spiritũ auribus tẽperanter insertũ, ficciorẽ magis, q̃ tenuiorem, quo auditoriæ apprehen-
siones efficiuntur. Olfactus absoluitur spiritu in naribus cõtento vliginoso, halituosioreq;, p quẽ
olfactilium fiũt apprehẽsiones. Gustus est, qui fit spiritu linguę insito magis humidiore. Tactus,
est, qui per spiritum corpus permeantem perficitur, quo apprehensiones fiunt corporeæ. Transi
tiuus motus est animalium, qui per appetitionem fit, parte nimirum animæ principe auctore, spi
ritu vero, qui cum neruis extenditur, transferendis membris subministrante. Vox est, quæ fit per
principis animæ motum, sese ac spiritum simul per fauces vsq; in pulmones, & linguam extẽden
tis, nẽpe ijs vicinum aerem diuerberantibus. Memoria, detentio, conseruatio q; in anima est earũ
rerum, quas antea obseruauimus: non nulli hoc modo: Memoria, est pręteriti cõprehensio, cuius
pręsens fuit ex sensu perceptum. Recordatio est, cum præter cætera spatio multo tẽporis interue
niẽte rursus cogitatio oritur adeo, vt, quæ prius aĩum mouere, ad memoriam, reuocentur. Sõnus
C est remissio animæ ſm naturam à finibus ad principatum: vel Somnus, est animæ delatio ſm na
turã à finibus ad principium. {alij sic: Somnus, est quies, vacatio q; ab animarijs actionibus: con-
ciliat hunc vtilis materia, quę ex stomacho in cerebrum colligitur, quæq; magis humidior ac me-
diocriter calidior est.} Vigilia, ex intensio animę à principio ad corporis partes oẽs, atq; particu-
las. Sanitas est primorũ, quæ ſm naturã, aut humorũ, qui in nobis sunt, proba tẽperies, aut natura
lium virium actio minime impedita: vel, Sanitas est cõmoda quatuor elementorũ tẽperatura: con
stat nãq; animal ex calido, frigido, humido, sicco: quidam hoc pacto: Harmonia, seu concinnitas
constituentium hominem calidorum, frigidorum, humidorum, ac siccorum. Accidunt porrò sa-
nitati pulchritudo, bonus habitus, integritas. Pulchritudo quidem, non qualis comptricis artis p
faciei illinimenta, capillorum q; infecturã, ac similia vendicatur: Bonus habitus, nõ qui à gymna
stica, sed q per sanitatis consequentiã constituitur: Integritas vero, est cunctarũ partium numeris
omnibus absolutarũ roboratio, cõmensuratio q;. Quibus itaq; adest pulchritudo, ijs bonus color,
proportio mẽbrorum, ac cõcinnatas suppetunt: est enim pulchritudo, proportio membrorũ cũ
coloris probitate. Sanitas à bono habitu eo differt, ꝙ sanitas bonus habitus est commoderatus; ha
bitus autem bonus sanitas intensa: bonus vero exercitatorum habitus ne sanitas quidem esse po-
D test. Corporis virtutes, sunt sanitas, robur, pulchritudo, integritas. Animi vero, prudentia, mode-
stia, fortitudo, iustitia. Sanitas porrò modestiæ proportione respondet: est enim sanitas, bona pri-
morum temperatura, constitutio: modestia autem, est purum ab omni affectu animum reddere,
nempe voluptate, metu, tristitia, libidine: quam ob causam animi motus imperturbatos tranquil
los q; exhibet: est q; hęc animæ cõstitutio, ac sanitas. Rursus proportione robur corporis, ani-
mi fortitudini consentit: est enim robur, firmitas, ac vis inexpugnabilis corporis ab ijs rebus, quę
corrumpere corpus censentur. Fortitudo, animi robur, & strenuitas ad ea perferenda, quę mortis,
laboris, ærumnę, ac denique omnium, quę grauia, & terribilia esse videntur, speciem impensius
præseferunt. Similis autem iustitia rursus pulchritudini videtur: pulchritudo nanq; in membro
rum symmetria cum coloris bonitate intelligitur: iustitia autem, in eius commensuratione, quod
in re quaq; exuperat: cuiq; enim pro dignitate tribuit, vt dijs parentibus, cognatis, amicis, familia
ribus, ciuibus. Prudentię vero integritatis confertur: hęc enim corporis membrorum: prudentia
autem, rectarum animi comprehensionum consummatio est. Secundum naturam sanitas est.
Præter naturam morbus. {Quod autem est natura, id nec secundum naturam, nec pręter natu-
ram iam est: vt gracilis admodum, ac siccus: vel crassus iam, & præpinguis: vel qui naso est adun-
co, aut simo: vel cęlijs oculis: vel qui varus, aut vatia est: nam, qui ita se habent} non sunt secundũ

naturam

naturam affecti: nam ſymmetriam euaſere: verum nec præter naturam rurſus, nõ enim impediũ- E
tur functionibus adminiſtrandis. Eſſe autem non natura eiuſmodi eſt, vt neq; ſecundum naturam
neq; præter naturam, neque natura exiſtat: tales ſunt vitiliginoſi, aut acrochordonibus, myrme-
cijs ve, ac ſimilibus prædiți: hæc enim neq; ſm naturam ſunt mala, ſiquidẽ à naturali ſtatu exceſſe
re: neq; vero præter naturam, cum naturales minime impediant actiones: verũ neq; natura ſunt:
non enim ea fuere à principio genita, neq; à prima generatione cõſtitere: non natura ergo vt ſint,
relinquitur. Enimuero, quod conſtat natura, ei, quod ſm naturã: & quod nõ natura, ei, quod præ
ter naturam habet, ratione proximum eſt. Partes itaq; ad viuendum progenitę proprię ſunt cere-
brum, cor, pulmo, iecur, vẽtriculus: offenſis enim ijs animal protinus, aut poſtmodum interit: ad
cõmode aũt viuendum, ac citra moleſtiam, dolorẽ q;, oculi, manus, pedes, & partes corporis reli-
quę, hæ nanq; ſi afficiantur, viuit animans quidẽ, at minus fœliciter viuit. Ægrotatio, quę Græcis
νόσος vocatur, eſt primorum intẽperies, quę ſm naturam cõſiſtũt: vel intẽperies inſitorum nobis
humorum, vel naturalium facultatum prępeditio: vel verſura corporis ex eo, quod ſecundum na
turam eſt, in id, quod præter naturam ſe habet: vel Ægrotatio, eſt primorum intẽperies, in qua ſic
cum, aut frigidum, aut calidum, aut humidum præualet. Ægrotationi opportuniſſimę conſtitu- F
tiones corporum ex partibus conſtant temperatura contrarijs: quemadmodum optimæ corpo-
rum ſtructuræ ſunt quidem ex inſtrumentalium ſymmetria, ſimilarium autem proba temperie
cõſtitutę. Affectus eſt impeditio functionis alicuius naturalis, aliquarum ve. Herophilei hoc mo
do, Affectus eſt, qui non ſemper eodem tempore ſoluitur, ſed in breuiore quandoque, interim &
longiore. Morbus, quod Græci νόσημα appellant, eſt habitus ægritudinarius totius corporis, aut
partis. Morborũ alij acuti ſunt, alij peracuti, alij diuturni, quidam cõtinui, quidam intermittẽtes.
Acuti ſunt phrenitis, lethargus, pleuritis, peripneumonia, {febres ardentes, continentes tertia-
næ.} Peracuti, ſynanche, cynanche, apoplexia, cholera, tetanus, & his ſimiles. {Diuturni, tabes, re
nũ morbus, articulorum, aqua inter cutem, marcor, comitialis morbus, & ſimiles.} Cõtinui, hemi
tritæa, typhodes, i. ſuccenſa, quæ ſic vocaẽ febris, & ardens. Intermittentes vero ſunt, tertiana, quo-
tidiana, quartana, quintana, & quę his ſimiles ſunt. Morborum præterea quidam acuti ſunt, & cõ
tinui: vt ardentes febres, phrenitides, pleuritides: hi.n. acuti, continui q; ſunt. Nõ nulli neque acu
ti, neque continui, quales diuturni. Febrium occaſiones quatuor ſunt: quas etiam tempora nomi
namus, irruptio, auctio, vigor, declinatio. Hippocrates nouẽ morborũ differentias nouit, ‖ acutũ,
de Natu. hum. cõ. 1. t. 6. cl. 1ª. 28. g & lib. 1. de morb. circa principium. peracutum, malignum, diuturnum, medium, exitialem, euaſorium, periculoſum, periculo vacan-
tem. Peracutus affectus, eſt facultate, & ſpecie maior, difficilior q; acuto, qui in ſeptẽ diebus ferme G
iudicatur: hunc etiam acutiſſimum appellare conſueuit. Malignus morbus, magnus, grauisq; eſt
poteſtate, ſpecie vero imbecillis, nec tempora certa habet iudicationis. Diuturnus morbus, eſt, qui
in peius mutatur, ac melius: in menſibus, anniſq; iudicatur, aut etiam cũ homine interit. Medius
morbus, qui inter diuturnum, acutumq; eſt, is quoque in melius, ac deterius commeat: atq; in ſe-
xaginta ferè, aut octoginta diebus iudicatur. Exitialis eſt morbus, qui prorſus exitiũ affert, vel bre
ui, vel in plurimo tpe. Euaſorius eſt morbus is, qui nunquam fit perẽptorius. Periculoſus, qui ad
perniciem, & ſalutem æquale habet momentum: is anceps quoq; dici poteſt. Periculo caret mor-
bus, qui ſemper ad ſalutem, quantum in ipſo eſt, vergit, idem q; poteſtate cum euaſorio eſt. Mor-
bus imaginę magnus, eſt, vt vulnus in carnoſis locis multum ſpacij occupans: magnus autem re,
vel effectu, vt punctura in neruo, vel muſculo, quæ parua viſui apparet, vi autem eſt magna. In-
firmitas quod Græci vocant ἀῤῥώστημα, eſt morbus inueteratus cum multa imbecillitate: vel, In-
firmitas eſt morbus imbecillis vires diminuens. Morbus, id eſt νόσημα, permanens, ſtabilis q; cir-
ca corpora conſtitutio eſt, quę vita participant. Herophilei affectum eum eſſe aiunt, qui facile ſol-
uitur, ac dimouet, eiusq; eſſe in humidis cauſam. Acutus affectus, eſt is, qui facilẽ ſolutionem, vel
internecionem, quantũ in ipſo eſt, habet. Fuſanei morbi, ſunt qui oi tpe, & loco fiũt. Vernaculi, q; H
in quibuſdam locis abundant. Vulgares, qui tpibus quibuſdam plures eodem in loco corripiũt.
Peſtilẽtia, eſt morbus, qui in omnes, aut plurimos graſſatur, ab aeris corruptione proueniẽs, quo
fit, vt quàm plurimi intereãt. Fertur & quędam huiuſmodi finitio, Peſtilẽtia, eſt cõmunis affectus
plurimorum, qui ſub idẽ tẽpus per vrbes, nationesq; acuta pericula, mortes q; inferẽt acutas. Fini-
re & hoc modo poſſumus, Peſtilẽtia, eſt verſura aeris, qua de re nec ordinem propriũ ſeruent an-
ni tempora, ſimul q; plures ab eodẽ morbo intereant. Cauſa, eſt, quę in corpore quidquam facit,
expers q; ipſa eſt corporis. Eſt aũt alia procatarctica, hoc eſt antegreſſa, vel externa, alia contenti-
ua, ſeu coniuncta, quædam antecedens. Antegreſſa, eſt, quæ confecto opere diſceſſit: velut canis
cum momordit, & ſcorpius cum ictum inflixit, & inuſtio à ſole, quę febrem parit. Contẽtiua eſt,
quę cum adeſt, preſentem ſeruat morbum, ſublata tollit: vt calculus in veſica: in oculo aquula,
pterygium, encãthis, aliaq; id genus: quę ponunt medici non in cauſarum duntaxat, ſed in affe-
ctuum quoq; ratione. Athenæus aũt Attaleus ſic inquit. Cauſa, eſt ea, quę facit: hæc autem eſt, pro-
catarctica: aliter. Cauſę ſunt procatarcticę, quæ ante totam operis conſummationem exiſtunt,
quas q; nulla antecedit. Antecedẽs cauſa, eſt, quę ab antegreſſa prorſus, aut partim conſtituit: nõ
nulli ſic, Antecedẽs cauſa, ea eſt, qua pſente adeſt effectus, & aucta augeẽ, & minuta minuitur, &

ſublata

A ſublata tollitur. Per ſe finiens eſt cauſa, quæ ipſa per ſe finem facit. Concauſa, quæ cum alia pares obtinens vires, opus molitur, quod facere ſola per ſe ipſa nō poterat. Adiutrix cauſa eſt, quę opus quidem conficit, ſed ægre: quapropter alij conſociatur, quo rem aſſequatur facilius, quam prompte obire ſeorſum nequit. Cauſæ ſunt manifeſtæ, quęcunq; ex ſeipſis facientes agentesq; ſenſu deprehenduntur. Aliqui hoc modo: Manifeſtę ſunt cauſę, quę & apparēt ipſę, & opus conſentanee ſibi fieri oſtēdunt. Non manifeſtæ, ſunt, q̄ non ex ſeipſis, ſed per ſigna deprehenduntur: quēadmodum Obſcuræ, quę neq; ex ſeipſis noſcuntur, neq; ex alijs. † Protēpore obſcurę, ſunt eæ, quę abſunt aliquādiu, ac rurſus venire ſub ſenſum valēt. Notatio, eſt per notā, vel per notas, ſeu ſigna perceptio: vel Notatio, eſt ſignum, quod rem minus patētem quāpiam declarat. Signum, eſt rei, quæ contingere debet, dignotio. nō nulli hoc pacto: Signum eſt id, quo cognito aliud, quod ignotū nobis erat, deprehendit. Paſſionū ſignificatio, notatio interiorum, exteriorū q̄. Prænotio, eorū, q̄ euenire debēt, ſciētia eſt: aut, Prænotio, eſt p̄ſcire, quæ ſint corpori euētura. Prognoſticū ſignū eſt, ex quo noſcitur futurum. Prędictio, eſt futuri præcognitio prænunciatio q̄. Pathognomonicum ſignum, id eſt, ex quo affectus dignoſcitur. Concurſus, quam Græci vocant ſyndromen, eſt congreſſus ſymptomatum. Symptoma, eſt acceſſorium affectus. Auxiliaria ſigna, ſunt ea, ex quibus

B curationis, quæ in ipſis obſeruata eſt, commonemur. Auxiliū eſt, quod hominibus vtilitatis gratia admouemus, ex quantitate, qualitate, ordine, atq; occaſione cōpoſitum. Curatio eſt ordo auxiliorum conſequentiam habentium: vel opportunitas, & tempus muneris præclare obeundi: vel, temporis commoditas, in qua opem ferimus laborātibus. Indicatiuum ſignum eſt, quod primas ſibi vendicat in minus manifeſti alicuius deprehēſione idem bonum conſequētis. Suggerēs memoriæ ſignum eſt, vt aiunt empirici, res, quæ apparet, atq; ex antegreſſa obſeruatione innoteſcit, vtilis rei, quę cognoſcitur, ad memoriam reuocādæ: præſentium præſentia ſigna ſunt pathognomonica omnia. i. affectuū indicatiua: hæc enim cū fiunt, atq; adſunt, adſunt perinde & affectus: cū ceſſant, morbi quoq; ſoluuntur. Præſentia præteritorum ſunt ſigna, vt facti prius vlceris cicatrix. Præſentia futurorum, vt cadaueroſa facies, mortis. Præterita autem ſunt præteritorum ſigna, vt cum remiſſio à declinatione, deferbuiſſe morbum ſignificat. Præterita præſentium, vt eſſe ab aſpide morſum inter exitialia cēſeri. Sunt, qui hoc modo dicant: Præterita præſentium, vt tenue inteſtinum vulneratum eſſe, pernicioſis adnumerari. Præterita futurorū, vt cōfracto contrito q̄ oſſe toſum contrahendum: ei nanq; oportet toſum obduci, dum ad priſtinum ſtatum redit. non nulli

* C vero ſic: Præterita futurorum, vt de capite dempto oſſe cicatricem ſequuturam. Superuenientia præſentium, vt in ſenibus ſauciatum periclitari ex vulnere. Superuenientia vero ſuccedentium, vt ex vulnere conuulſio: non enim viuit pręterea is, quē cōuulſio excepit, {Febris, eſt innati caloris declinatio ad ſtatum, qui præter naturam ſit, pulſibus quoq; vehemētioribus, ac crebrioribus redditis. vel, febris, eſt cordis arteriarum q̄ caliditas præter naturam, vitalem firmitatem lædens. aliqui & hoc modo:} Febris eſt redundantia caliditatis morboſæ ſeſe efferentis cum pulſuum id genus mutatione vt frequentiores, vehementiores q̄ euadant. quidam autem ſic: Febris, eſt naturalis ſpiritus intemperies ad calidiorem ac ſicciorem ſtatum degenerans. Febris continens, eſt ea, quæ nec noctu nec interdiu intermittit, {neq;} remiſſiones inferēs, neq; acceſſiones. Cauſus. i. ardor, eſt febris, quæ cum feruore multo fit, nullam q̄ requiem corpori præbet, linguam aſſiccat, denigrat, frigidæ deſiderium affert. Pemphigodes febris eſt, quæ per caloris intenſionem puſtulas in ore, quæ Græcis phlyctides dicuntur, generat. Lipyria febris, eſt ea, in qua extrema & ſuperficies refrigerantur, vritur profundum, excretiones detinētur, aſpera ſitientibus lingua eſt, pulſus paruus atq; obſcurus: quaſi calor ſe intro receperit. Fluxuoſa, ſeu fluens eſt febris, quæ cum alui fluore, ſæpe vero & vomitibus refrigerationem infert, ſubitam q̄ virium deiectionem, cum ſiti, & inſomnia, & pulſuum paruitate. Adſtricta febris, contraria eſt fluxuoſæ, excretiones non im-

D portat, pulſus magnos ſeruat, longiore ſpatio temporis corpus emaciat. Icteriodes, hoc eſt aurigino ſa febris, ea eſt, quæ ſimilem galgulo aui, quam Græci icteron vocāt, colorem molitur, iecur in ſublime attollit, linguam aſſiccat, cutem fœdā atq; horribilem reddit. Peſtilens eſt, quæ cū multa caliditate ſitim inextinguilem inuehit {bilis omnis generis vomitus} fœtidas alui excretiones ac virulentas, vt paludium graueolentiæ ſint, quæ excernūtur, ſimilia: vrinas multas, ac tetri odoris, pulſus paruos, obſcuros q̄ inducit. Ignaua eſt febris, quæ cum capitis grauitate prouenit, vel ſanguinis per nares eruptiones, vel excretionis ſuppreſſionem affert, aut corpus euenientibus ne ceſſario ſymptomatis ægre afficiendum comparat. Horrida eſt, quæ habet admiſtam rigori calidi tatem, pulſus adeo infirmos, vt ne ad tactum quidem vſq; perueniant, ſed intro receſſerint: hac dētis venter tumefactus murmurat: lingua humida admodum eſt, quæ quiddam aceſcenti ſimile habet, quo veluti ſaliua circumluitur. Typus eſt, intenſionum remiſſionum q̄ ordine ſuccedēs reddi tio. vel hoc pacto: Typus ē paſſionis tempus, cui & acceſſio & remiſſio ordinata cōtingit. Periodus, ſiue circuitus, eſt tempus in morbis, ex intētione & remiſſione conſiſtēs. Quotidiana febris eſt, quę ſingulis diebus noctibus q̄ eadē hora vt plurimum innoteſcit. Tertiana eſt, quę vno die, vel nocte vna affligit, ſequēte ītermittit, tertio repetit. Quartana eſt, quæ vno die, vel vna nocte inclareſcit, deinde biduum intermittit, aut noctes duas, quarto recrudeſcit. Hemitritęa, id eſt

† Adde ex grę. Ad tempus obſcuræ ſunt, quę detectæ ex ſe ipſæ apparent & adiūctæ corporib⁹ p ſigna cognoſcuntur.

* Al. ſqualidā ac luteam.

Com. 3. tex. 5. cl. 3ª. fol 118. h & com. 2. tex. 25. 110. c. & cõ. 1. 23. 106. b

ſemitertiana, eſt ea, quam nos ex veteris magiſtri ſententia, qui in ‖ primo Epidemiarum acutam R
febrem eam dixit: haud prorſus quidem intermittere, cęterum diem vnũ, aut noctem leuiorem
inferre, alterum grauiorem affirmamus: qui autem à methodo ſibi denominationem vendicant,
paruã hemitritæam duabus conſtare intermiſſionibus putauerunt. Errabundæ febres vocantur,
quæ non præfinitæ, nec recto ordine, ſed incerto ſtatu proueniunt. Diaſtole, eſt elatio, ac velut cõ
ſurrectio cordis, & arteriarum, & cerebri, eiusq; membranarum, in longitudinem, latitudinẽ, pro
funditatemq;, ſenſibilis tactui. Syſtole, eſt contractio, atq; collapſus, qui ſenſum quidem nil mo-
uet, cæterum conſentanea ratione, ac conſequentia deprehenditur. Palpitatio, eſt elatio, & ſubmiſ
ſio cedentis corporis, nec renitentis: quę fit à ſpiritu, nec perpetuo durat, ſed certis cietur tempori
bus. Alij ſic, Palpitatio, eſt elatio, & ſubmiſſio muſculoſorum corporum, quæ à ſpiritu efficiẽ, nec
ſemper fit, ſed ſtatis temporibus. Pulſus magnus, eſt, qui fit arteria multum ſeſe in longitudinem,
& profunditatem, ac latitudinem diducente. Paruus, eſt, qui contra in minimum ſpatiũ longitu-
dinis, profunditatis, latitudinisq; aſſurgente arteria perficitur. Medius, eſt, q his ambobus interia
cet ſm longitudinem, ac circularem dimẽſum, nimirum circũferẽtia quoq; digitis ſeſe ad propor
tionẽ offerente. Plenus pulſus eſt is, qui ſub tactum cadit diſtentus adeo, vt ipſa quidẽ craſſiõr fa-
cta videatur arteriæ tunica, maxime vero, quod inter eam clauditur, humidius vniuerſum, ac cor P
pulẽtius deprehendatur. Inanis eſt pulſus, in quo tum ipſius amplexus arteriæ gracilis omnino,
ampulloſusq; eſt, infuſa quoq; materia vix perceptibilis, atque exilis adeo, vt, ſiquis etiam digitos
imprimat, inanis occurrat apprehenſio. Durus, eſt, in quo neruoſa, vt quiſpiam dixerit, arteria vi-
detur, ac rigida, & tenſus, qui ſubeſt ſpiritus: quo fit, vt ictus vim quandam repercutiendi habeat.
Mollis, duro contrarius, nempe qui arteriam remiſſam, mollemq; obtinet, ac ſpiritum, qui ineſt,
exolutum, ictũ q; leniorem. Humidus, eſt, qui mollis, vt & contenta in eo ſubſtãtia mitis ſit, & hu
miditate quadam tactui occurrat. Siccus pulſus, ita eſt, vt abſumpta ſit humiditas, & ſiccæ atq; ae-
riæ exhalationi permiſta. Vehemẽs eſt, qui & motum ſtrenuum, & ictum ingerit violẽtũ. Obſcu
rus, qui & viribus eſt exoletis, & plagam infirmiorem adigit. Medius eſt, qui proportionem quã
dam inter vtrunq; horum ſeruat. Celer, qui breuẽ, conciſamq; diaſtolen habet ac ſyſtolen. Pulſus
ordo, ẽ reſpectus quidam in magnitudine, vel vehementia, vel rhythmo, vel alio quopiam diſcri-
mine. Ordinis priuatio, eſt ſtatus inſtabilitas in pulſibus diuerſa. Alij hoc modo: Ordine carẽs eſt
pulſus, qui in percuſſionibus quibuſdam modo crebrior eſt, modo rarior. Æqualitas, eſt parilitas
in pulſuũ differẽtijs qbuſdã. Inæqualitas, eſt imparalitas pulſuum in quibuſdã differentijs, q̃ ipſis
pulſibus accidũt. Aliqui vero ita, Inęqualis pulſus eſt, in quo nunc vehemẽtiores fiunt ictus, nũc G
vix ſentiuntur. Rurſus alij ſic, Inęqualis eſt pulſus, qui arterię parte quadam altior ſub tactũ cadit,
idq; perflata ea atq; ampliata, parte vero alia, quaſi anguſtior eadem fiat, pro capedinis quantitate,
vehementia inæqualis exiſtit, tanc̃ parte quadam arteriæ violẽtiorem elationem faciat, quadã ve
ro ſubmiſſam, atq; infirmiorem. Herophilus Bacchius, Rhythmus, inquit, eſt motus in tempori-
bus certum obtinens ordinem. Zeno aũt Herophilius dixit, Rhythmus, eſt ordo eorum tempo
rum, in quibus amplificantur arterię, collatus ad ea, in quibus cõtrahuntur. Rectius hoc modo fi
nias, Rhythmus, partium temporis, ꝓportio eſt, quæ quendam ad pulſus inter ipſos habent reſpe
ctum. Heterorhythmum pulſum vocamus, qui alterius ætatis habet rhythmum. Pararhythmum
vero eum, qui quadantenus ad ętatem, in qua conſideraẽ prope accedit, habet q; rhythmum, ſed
non eum, qui illi. i. ætatis illius peculiari cõueniat. Tremulus pulſus eſt, qui ictũ refert non æqua-
bilem, nec minime vacillantem, ſed perinde quaſi vibretur. Obliquatus eſt, qui nõ cõſtituta in re-
ctum arteria præter ſitum editur. Myurus, eſt à ſitu: nempe quia, cum partes arterię ſuperiores in
arctum coguntur, inferiores contra, ibi quidem dilateſcunt amplius, ſuperius autem contrahun-
tur. Greci complures μυουρίζοντα appellant, cum ab ictu maiore adacto ſequentes ꝑ ſubtractionẽ
iugi decremento minores peraguntur: nominantur & hac ratione myuri, cum efficiũtur pulſus H
ex frequentibus rariores: vocatur & myurus, vbi à celeri in tardiorem demutatur. Dicrotus, ſeu
bis feriens, eſt, cum receſſio, quæ creditur arterię, non perfecta obitur, ſed cunctatur, id q; pro ſub
ductionis, aut inhibiti ſpiritus quantitate, dein repetitio perfecta debitæ fit contractionis. Ara-
chnoides. i. araneæ ſpeciem referens, ſiue aranealis, paruus eſt, ac breuis auræ agitatu mouetur.
Intermittẽs, eſt cum celebrandis contractionibus, diſtentionibus q; pulſus vnius arteria tempus
omittit. Quidam ita: Intermittens eſt pulſus, in quo diſtentionem nõ ad ictum vnum duntaxat,
ſed ad duos, vel tres quoq; arteria facit dimiſſam. Intercidens, eſt, cum inter duos ictus, qui ordi-
ne proprio inferuntur, ictus medius intercurrit. Deficiens pulſus vocatur, in quo nõ ad duos tan
um arteria, ſed ad tres etiam, & ad plures ictus immobilis perſeuerat. Alij hunc in modum, Defi
ciens, eſt, qui à magnitudine incipiens, ac vehementia, magis ac magis ſubinde minuitur: talis q;,
quoad vllam habet magnitudinem, Græcis myurizon nominatur: vbi autem ſeſe ſubmiſerit, ac
minor factus ad minus declinauerit, deficiens nuncupatur. Caprizans eſt pulſus, vbi arteria, cum
ſe diſtendiſſe apparuerit, nec fuerit omnino diſtenta, ad alium percuſſum prius, quàm contractio
nis viſionem præbeat, præcipitantius tranſilijt, ſecunda autem fuit percuſſio facta vehementior.
Recurrens, eſt, qui ad quantum excurrit magnitudinis aut vehementiæ, in alijs rurſus ad tantun-

dem

A dem recurrit. Formicans, eſt paruus, inanis, frequens, obſcurus, omnium ad extremũ deductus, aut hoc modo, Formicans, eſt, in quo circa digitos arterię incumbentes imago veluti formicæ fit ambulantis: quamobrem & paruus is eſt, & obſcurus. Phrenitis eſt mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum collectu: & mẽtis emotio: & huius impeditio pulſuum: & ſapiendi obliuio: vel offenſa præcordiorum breuis cum tremore, & vocis exilitate, & à maligna febre maxima ex parte facta palpitatione. Lethargus, eſt delatio in ſomnum non facile excitabilis, quæ cum coloris vitio, & flatuoſo œdemate, nec ſine ipſarum quoq; ſolidarum partiũ, ac pulſifici ſpiritus languore prouenit, ferè in debili febre, ac maligna: fiũt vero lethargi partim affecto principio, partim ab ſceſſu. Angina ea, quæ ſynãche à Græcis dicitur, eſt affectus colli acutus, difficilis, qui ęgrotum angit prędfocatione. aut ita, Synanche, eſt phlegmone, alijs extra collum, vt partes tumeſcant, alijs intra tonſillas, vt ſimul partes quoq; afficiantur reſpirationis, & ęgra ſpiratio conſequatur. Conuulſio, eſt affectus, qui neruis, ac muſculis accidit, cum modo corpus totum, modo pars eius volũtatis iniuſſu trahitur. Tetanus, eſt extenſio, fixioq; in corpore neruorum omnium, & muſculorũ. vel hunc in modum, Tetanus, eſt conuulſio in rectum, cum collum, ac maxillę trahuntur, dentes cohærent, neq; annuere collum poteſt, neq; renuere. Emproſthotonus, eſt cum trahitur collum
B ac retro flecti non valet. Opiſthotonus, eſt cum retro trahitur, neq; deflecti in partem anteriorem poteſt. Comitialis morbus, eſt oppreſſio mentis ſenſoriorũq;: is, qui affligitur, concidit repente: ei q; inſuper accidit, vt ſpuma per os efferatur. Catochus, eſt, cum ſenſu priuatur anima, corpus q; omne velut gelu obrigeſcit. Catochi tria genera ſunt, ſomniculoſum, lethargo proximum: alterũ vigilans, cui affinis tetanus eſt, & quę pfocatio vuluę appellatur: tertium genus eſt catochi, quod phreniticum non inerudite quis nominauerit: fit enim ex miſtis inter ſe morbis catocho & phrenitide: quemadmodum & Typhónia, quę vel delirus lethargus, vel lethargicum delirium eſt. *typhomania
Apoplexia, eſt detentio mentis cum ereptione ſenſuum, & corporis reſolutione. ⸗item Apoplexia, abolitio eſt in neruis omnibus ſenſus & motus. vel Apoplexia ſenſus motus q; priuatio in toto corpore eſt cum principalium offenſione actionum: conflatur autem à frigido humore prędcipuos cerebri ventriculos confertim opplente.⸗ Apoplexia porrò à Paraplexia, vt à toto pars, differt: apoplectici nanq; prorſus & paraplectici ſunt: paraplectici vero nõ omnino & apoplectici. differunt quoq; eo, quod ſani mente paraplectici, reſoluti parte vna corporis ſunt, aut pluribus: apoplectici & his, & mente, & toto: paraplectici demum dicuntur, quibus dextrę tantum partes, aut ſiniſtrę reſolutione elangueſcunt. Peripneumonia, eſt phlegmone pulmonis cum febre acu-
C ta, & ſpirandi difficultate: rubent autẽ & in ipſis ęgrotantibus malę. Pleuritis, eſt dolor lateris, ac ſuccingentis mẽbranę, vſque ad clauiculam, & ſummum humerum, & ſcapulam pertinens, cum febre acuta, minimeq; intermittente, non ſine dolore confodiente, ſimul & horrore, & ſpirationis difficultate, & tuſſi. Cardiaca diſpoſitio, eſt innati roboris labefactatio, & languor: fit plerũq; conflictante ore ventriculi & ſtomacho, cum ſudorum immmodica vi: ſunt, qui cardia. i. corde phlegmone laborante fieri affectum putauerint, atque ob hãc virium exolutionem, quod euenit malum, cardiacam vel diſpoſitionẽ, vel ſyncopen nominarint. Inflatio, eſt, cum ſpiritus copioſior genitus in ſtomacho detinetur, ipſum q; & cum eo ventriculum diſtendit, quo fit, vt diſperſatio prępediatur alimenti. Cholera, eſt affectus peracutus, ac grauis, quę per vomitus in catarrhum, id eſt defluxum, protinus hominem detulit, aut ex alui profluuio & multa excretiõe in tormina, atq; non multo poſt in id genus febres, quales in inteſtinorum difficultatibus fiunt, atque in malignas ablegauit. aut ſic, Cholera, eſt acutus affectus cũ vomitibus bilioſis multis, aluiq; deiectionibus, ſuris quoq; ſe contrahentibus, ac frigeſcẽtibus extremitatibus: fiunt in his ægris & pulſus minores, obſcuriores q;. Ileus, ſeu voluulus, eſt phlegmone inteſtinorum, quo malo nec flatus infra, nec deiectiones tranſmittuntur, vermina ſequuntur valentia, cruciatus q; intolerabiles. Aurigo,
D ſeu Morbus regius, arquatus ve, eſt bilis reſuſio in cutem, quo fit, vt ſuperficies tingatur, lutea q; fiat, & vitietur cutis: albę quoq; in ventre deiectiones fiunt eo morbo affectis. Inſania, eſt alienatio mentis euariatio q; à cõmuni hominum ritu, ac ſanorum moribus, ſine febre. Melãcholia, eſt affectus, qui mentẽ iędit, non ſine graui animi moleſtia, atq; auerſione à rebus chariſſimis, fit ſine febre: non nullis vero eorum, ſi atra bilis acceſſerit multa, ſtomachum vſq; adeo infeſtat, vt & euomatur, ſimul q; mens hoc modo vitietur. Cephalæa, eſt paſſio, quæ per quoſdam circuitus intolerabilem capitis dolorem affert: quocirca & aures ſonant, & rubent oculi, ac prominent: ſimul vero diſtenduntur & ipſis ęgrotis venæ frontis, & rubor in facie eſt. Heterocrania, eſt, vbi modo in parte ſiniſtra capitis, modo in dextra dolor accidit, ac qñq; intenſiones, interdum remiſſiones infert. Scotomatici. i. vertiginoſi appellãtur, quibus obtenebrationes contingunt, videtur q; ijs circũferri caput, & lucis incerti ac vagi in tenebris ſplendores oculis obuerſari. Catarrhus. i. defluxus, eſt multorũ delatio humorũ per palati foramina & nares, ⸗qui deſcẽdẽtes ſubiecta loca male habẽt.⸗ ac in exitu vnà cũ flatu egrediẽte ſtrepitũ quẽdã faciũt. Hydrophobos. i. aquę reformidatio, eſt affectus ex canis morſu rabie furentis: fit cũ potus auerſione, conuulſione, & ſingultu: his vero & deliriũ ſuperuenit. Bulimos. i. ingẽs fames, diſpõ eſt, in qua fit cibi ingſitio ex paruis interuallis: q hac detinẽtur, & reſoluunt, & cõcidũt, decolores q; fiũt: pfrigeſcũt ijs extrema corporis;

torquetur

torquet stomachus: vixq3 pulsus percipitur. Phagedæna, est constitutio, in qua multum appetentes cibum, sumẽtesq3 immodicum, non ipsum retinẽt, sed vbi eiecerint, rursus appetunt. Tabes, est vlceratio pulmonis, vel thoracis, vel fauciũ, vt & tussicula, & debiles comitẽtur febres, & corpus conficiatur: est enim tabes, phthisis à Græcis cõiter dicta, omnis diminutio corporis, ac colliquatio, ea vero, quam phthoen proprio vocabulo appellant, corporis consumptio ex vlcere ac demolitio est dicta, Græcis est phthisis à verbo φθίνειν, qđ est diminui. Dyspnoici, sunt, in quibus spiritus, velut per angustas vias actus, elidit̃ expiratur q3. Asthma, est affectus, qui valentẽ conatũ respirãdo, difficultatẽq3 iportat, simul q3 sedere aliquos cogit ac resurgere. Iecinorosi, sunt, quos iecoris dolor comitatur diuturnus cum tumore, & duritia, & corporis colore malo: superuenit ijs febris ardens, & lingua exarescit. Scirrho affectũ iecur est, cũ circa ipsum tumor adest durus, & tactui renitens, nec dolorificus. Lienosi, sunt, quibus contracta phlegmone lienes ad naturæ statum non redeunt, nec phlegmone liberantur, sed permanet ipsis duritia, quapropter & fluctionibus per morbos infestantur, & color ipsis corporis permutatur natiuus. Scirrhus est lienis, cum maior lien, & durus admodum, & tumore distentus sentitur. Diarrhœa. i. profluuium, copiosior fluxio est alui diuturna, sine phlegmone & vlceratione. Cœliaca dispositio, est alui fluxio non recẽs, sed diuturna, cum verminibus, multisq3 excretionibus, corpore simul marcescente. Dysenteria. i. intestinorum difficultas, est intestinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, fæciq3 similium strigmẽtorum secretione, nõ sine alui, intestinorum q3 morsu, ac cruciatu. Tenesmus est dispositio, ad partes inferiores rectũ q3 ipsum intestinum pertinẽs, in qua impetus, cupiditates q3 delidendi plures, paucæ vero excretiones fiant. {vel vt alij, Tenesmus, est recti intestini mordicatio, quam bilioſi, acresq3 humores faciunt, cum exurrectione crebra, cupiditateq3 egerẽdi, tametsi exigua excernantur.} Lienteria. i. leuor intestinorum, est dysenterię magna ex parte comes affectus, quãdo ob factas ex vlceribus cicatrices, spissioribus, leuigatioribus, indolentioribus q3 reddi tis intestinis, necesse est, vt cibi prius, quã assumpti cõcoquantur, ocyus ad excretiones decurrant, vtiq3 ipromiscui, incocti, quales ingesti fuere. {alij vero sic, Lienteria, est tota simul, celerrima q3 trãsmissio ciborum, cũ tales excreti sunt, quales deuorati.} Colica dispositio, est cõstitutio plenioris intestini diuturna, in qua spacijs tpis interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates respirandi, sudores, perfrictiones q3 adoriuntur. Hydropis. i. aquæ inter cutem species ea, quæ anasarca. i. p carnem dicitur, est, cum corpus totum intumuit œdemate, atq3 humore circũluitur, peruertuntur & ægrotis pudẽda, ciborũ appetitus tollitur, & febris comitatur. Hydrops ascites, i. vtricularius, est, in quo venter, & scrotum, crura q3 intumescunt, superiores aũt partes extenuantur, & graciles fiunt. Hydrops tympanias, est, cum in vẽtre spiritus plus inuenitur, humoris minus, ac liquis pulsauerit, sonus exauditur. Nephritis, est renum phlegmone cum dolore vehemẽti, qñq3 vero & vrinæ difficili transitu, in qua fibrosa quædã, vel arenosa cũ modico sanguine excernunt. Lithiasis. i. calcularis morbus, est calculi generatio in vesica, per quẽ vrinæ excretio prohibet. alio modo. Lithiasis, est affectus, qui distentiones affert vesicæ, simul vero & imus venter distẽditur, nec raro ad præputium ea distẽtio peruenit: superaccedũt ijs & vrinæ suppressiones, vtiq3 cum prouectus lapis vias excremẽti intercluserit. Strãguria. i. vrinæ stillicidiũ, est excretio vrinę guttatim destillantis. Ischuria, absoluta prorsus vrinæ suppressio est, quæ periculũ affert. Octo porrò modis inhibetur vrina, phlegmone, scirrho, sanguinis cõglobatione, resolutione, calculi procidentia, renũ consensorio affectu, vlceratione, calculari morbo. Fiunt in renibus calculi, quando in corporibus illis humorum crassorum copia cum febrili caliditate coiuerit. {vel aliter. Generantur calculi in renibus, vbi collecta in ijs cũ proportionali febre crassorum humorum copia fuerit, à qua superassati ad calculi trãseunt generationẽ.} Gonorrhœa. i. genituræ profluuium, est excretio seminis morbum importans, cum quo tabescit corpus, decoloratur q3. fit malum hoc vasorum seminaliũ robore soluto adeo, vt quodã modo languẽtes ij semẽ haudquaquam retineãt. Satyriasis, est affectus cũ genitalis mẽbri tẽtigine, simul se tẽdẽtibus eius particulis: sunt quibus & seminis eiaculatio cum voluptate fiat: hi vero mente exturbantur, neruorũ tẽtio & seminis fit. Ischias, est coxẽdicis dolor diuturnus, nec solutu facilis: aut sic. Ischias, ẽ morbus validum dolorẽ coxæ per circuitũ inferens, qui dolor vel vsq3 ad poplitẽ, & surã descendat. Arthritis. i. articularis morbus, est phlegmone stabilis, circa articulos consistẽs, dolorẽq3 ingerens vehemẽtem, neruis nimirũ patiẽtibus. Podagra, est affectus, qui circa pedes oritur, & dolorẽ mouet, patiẽtibus neruis, id q3 alijs cũ ardore, alijs cũ algore. Paralysis, hoc est resolutio, affectus est, quo volũtarius motus offenditur: is circa partes, aut partẽ aliquã fit: perficitur aũt neruis musculisq3 perpessis. Scelotyrbe, quasi cruris turbã vel perturbationẽ dicas, species est resolutiõis, qua erectus ambulare homo nõ potest, & latus alias in rectum, qñq3 sinistrum in dextrum, nõ nunquam dextrum in sinistrum circũfert, interdum quoq3 pedẽ nõ attollit, sed attrahit, velut ij, qui magnos cliuos ascẽdũt. Perosis. i. oblęsio, est priuatio, ipedimentum ve naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulę. Lępra, est cutis mutatio in habitum, qui præter naturã sit, cum asperitate, & pruritibus, doloribusq3, nõ nunquam & squamis decidentibus, interim secus, plures hęc etiam corporis partes depascitur. Elephas, est affectus, qui cutem crassam, atq3 inęquabilẽ reddit, liuor adest tũ cuti, tũ oculorum albis, exeduntur partes manuum

A nuum, ac pedũ ſummæ, ex quibus ſanies liuida, ac fœtida emanat. Impetígo eſt ſummæ cutis aſperitas cum multa prurigine. Medicinę duę ſunt partes ſummæ, contemplatio, & actio: antecedit actionẽ contemplatio: ſiquidẽ conſiderare prius aliquid conuenit, itaq; deinde agere: nam præceptio ratione cõſtans, exercendorum operum principium eſt. Partes medicinę quinq; ſunt, quas & ſpecies quidam nuncuparunt: naturę indagatrix, cognitrix affectuum, victus inſtitutrix, materialis, curatrix. Indagatrix naturę, eſt, quę circa contẽplationẽ verſatur regẽtis nos, ac moderantis naturę. Affectuũ cognitrix, q̃ id, quod p̃ter naturã eſt, dignoſcendũ ſuſcipit. Victus inſtitutrix, q̃ in ſanis atq; ægrotantibus victu inducendo meditat̃. Materialis, quæ circa materiam ſe habet corpori noſtro medentẽ. Curatrix aũt, quæ circa ſanitatis deperditæ reuocationẽ, eius q; reſtitutionẽ operam nauat. Fit phlegmone in vtero cũ vẽtris, atq; inguinum cruciatu, ac febribus, qua & ſinciput laborat, & tendonum contractio adeſt, & oculorum dolor. Abſceſſus tũc eſt in vtero, cum intenſus eſt dolor, pulſat̃ q;, & vſq; ad imum ventrem, & inguina, aclumbos pertingit, & febres adoriũtur. Vterina ſuffocatio, eſt affectus per recurſum uteri: correptę ea corruunt, vocis q; impotes redduntur: quare nec manifeſta ijs amplius reſpiratio fit, & ſuſpenduntur hypochondria, pulſus quoq; obſcurus habetur, ac tardus. Muliebris fluxus, eſt humorum delatio p̃ vterum ad multum
B tempus perdurans, quam eius facit excretio. Albus fluxus eſt, cum alba ſunt, quæ excernuntur, apparent tumores in facie, partes quoq; ſub oculis intumeſcunt, non nullis vero & venter, & crura. Rufus eſt fluxus, cum ſubrufa excretio demanat, dolores q; in lumbis naſcuntur, atq; inguinibus. Fluxus ruber eſt, q̃ tale id manet, quod excernitur, qualis ſanguis iugulatæ recens victimæ appareret: excidunt ſanguinis globuli, dolor habet, & ardor, ac ſtridor: laborant quoq; ipſa pudenda, & imus venter. Niger fluxus, eſt, cum nigræ excretiones prodeunt: corpus ęgre ſpirat, exhalat̃ q;, & in pudenda dolor incumbit, & extenuantur mulieres. Eryſipelas. i. ignis ſacer, in vtero eſt, vbi is perinde afficitur dolore, atq; ij, qui indeclinabiliter ab igne vruntur, ardor̃ q; ille in quibuſdam aliàs ad alios uteri locos tranſmigrat. Scleroma. i. durities, tumor eſt duriuſculus, qui in parte vluuæ aliqua naſcitur, fit̃ que plerunque ex phlegmonis, quæ diu permanſere. Scirrhus in vtero, diſpoſitio eſt in eius aliqua parte, vt ſit durities renitens, tumens, inæqualis, magna̅ que ex parte vacans dolore. Carcinoma in vtero, eſt tumor ſine vlceratione, inæqualis, verrucoſus. Pilorum nouẽ ſunt affectus, rhopaloſis. i. velut in bacculos coagmentatio, dichophyia, quaſi biſurcatio, quaſſatio, atrophia. i. alimenti ſenſus priuatio, ariditas, canicies, fluxio, alopecia, ophiaſis. Rhopaloſis, concretio eſt ſummorum pilorum indiuiſibilis, qui etiam non amplius creſcant. Quaſſatio, eſt ca
C ſus inęquabilis pilorum nõ diſſimilis ijs, quæ abſcidit bipẽnis. Atrophia, eſt gracilitas eorum nimia, qui nec amplius augeſcant. Ariditas, lanuginoſa eorundem ſuperficies eſt, puluere conſperſis adſimilis. Canicies, eſt pilorum ante legitimam ætatem cõmutatio in album. Fluxio, eſt pilorũ defluuium, quę tabeſcentibus magna ex parte, atq; ex diuturno morbo conualeſcentibus euenit. Alopecia eſt, cum color albidior redditur, qua mutatione auri colorem referẽtes pili radicitus decidunt. Ophiaſis, mutatio eſt coloris, antedictæ proxima, cęterum admaiorem, q̃ in illa, pilorum denſitatẽ, cum tortuoſa nudatione. Fracturarum octo in capite ſunt differentiæ: rhogme. i. fiſſura vel rima, eccope. i. effractio, engiſoma, id eſt propinquatio, ecpieſma. i. expreſſio, camaroſis, quaſi camaratio, apoſceparniſmus, quaſi dedolatio, thlaſma, id eſt cõtuſio, apechema, ac ſi reſonitũ dicas, quidã vero cõtuſionẽ nõ admittũt, & reſonitũ fiſſuræ ſubijciunt. Rhogme, ẽ oſſis iterruptio in ſuperficie recta, & vel anguſta, vel lata. Eccope, diuiſio eſt caluę, qua os offenſum refractũ ẽ. Engiſoma, ptuſio eſt oſſis, cũ pars affecta in ,pfundum deſcendit, ac ſup illęſum os corruit. Ecpieſma, caluę in multas partes diffractio eſt, ſimul vbi intruſę oſſis partes in imũ decubuerint, ac membra nã innixu ſuo p̃mant. Apoſceparniſmus, abſciſſio ẽ oſſis, cum eius pars decuſſa vulnerãdo fuerit. Camaroſis, eſt oſſis pruptio, cum ex alterutra refractum parte ſimilẽ camerę figurã acceperit. Ape
D chema, diremptio eſt oſſis ſuperficiaria, vel etiã ,pfunda i partibus ictui oppoſitis. Cõtuſio, eſt receſſio cauę in ,pfundũ, ſine fractura: fit in puerili potiſſimũ ętate: planius vero, quod dicimus intelliges, ſi, quod in ſtãneis accidit vaſis, cõtẽplaberis. Tres circa oculos fiunt affectus: phlegmonę, fluxus, vlcerationes. Vlcerationũ in oculis differẽtiæ ſunt, argemon. i. albor, nepheliõ, hoc eſt nubecula, epicauma, hoc eſt inuſtum, bothriõ. i. foueola: phlyctis. i. puſtula, albugo, carbunculus, myocephalum. i. muſcę caput, ſuppuratio, ſeu vnguis, ſtaphyloma. i. vua, hæc cum percuſſu eueniunt. ſine eo vlcerationis affectus hi ſunt, mydriaſis, id eſt occęcatio, quaſi ferramẽto candente adminiſtrata, tabes, atrophia, nyctalops, quaſi lucioſitas, ſuffuſio, glaucoma, reſolutio, myopiaſis quaſi cõniuentia, ſtrabiſmus, pterygium, id eſt pinnula, encanthis. i. tuberculum inangulare, procidentia, chemoſis, cõfuſio. Eſt ergo phlegmone, tumor circa oculos, qui cũ rubore, & caliditate multa, & motu difficili, ac pũctionibus gignitur. Fluxus, eſt tenuium delatio humorũ, quam cohibere nequeas, non ex noſtra voluntate proueniens. Vlceratio, eſt ruptio circa corneam tunicam, quæ vel ex ictu, vel ex ſtrenua phlegmone oritur. Argemon, eſt vlceratio, quæ in nigro oculi alba apparet, in albo aũt ſubrubra. Nubecula, eſt caligo, vel ſuperficiaria vlceratio in nigro. Epicauma, eſt velut ex igne cruſtuloſa vlceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, eſt cauum vlcus, ac purũ in nigro. Puſtula, eſt abſceſſus in nigro, humorẽ continẽs cũ phlegmone, & fluxu.

Albugo,

Albugo, cicatrix est crassa, & profunda, vlceri inducta. Myocephalum, est exigua vuæ tunicæ E
porrectio in nigro, muscæ capiti similis, per vlcerationē facta. Carbunculus, est crustulosa, ceu ex
igne vlceratio cum pastione, & fluxu, interdum quoque & bubonibus, & febre. Suppuratio, vel
vnguis, est collectio puris in nigro cum phlegmone ꝑm iridem, vngui consimilis. Confusio, rup-
tio est tunicarum, quæ in profundo sunt, aliqñ ex percussu, interdum sp ōtina, cum ꝓfusione hu
morum, & pupillæ alteratione. Mydriasis, facultatis alteratio visoriæ est, turbatis humoribus. Ta-
bes, est pupillæ diminutio cum obscuratione. Atrophia, est paruitas totius oculi, & pupillæ cum
offuscatione. Nyctalops, est affectus, dispositio q3 oculorum sine conspicua causa: vsu aūt sic habē
tibus euenit, vt interdiu non cernant, noctu vero conspiciant. Glaucoma, est naturalium humo-
rum in glaucum colorē mutatio. Staphyloma, est, quod in pupillæ loco consurgit acino vuæ simi
le. Procidētia, est, cum ab ictu aliquo violēto, aut strāgulatione, cum cōtinua febre, vel capitis do-
lore prolapsus oculus fuerit. Myopiasis, est dispositio ab ortu contracta, qua ꝓpinqua cernimus,
remota vel parum, vel nihil omnino. Strabismus, oculi musculorum nō oium, sed aliquorum re-
solutio est, ob quam causam vel sursum, vel deorsum, vel in latera nuunt oculi. Hippus. i. equus,
dispositio est à generatione prodiens, qua instabiles fiunt oculi, ac semper mouētur, vtiq3 motum
sustinentes in concussu, & tremore assiduo cōsistentē: hanc dispositionē ἵππον. i. equum vocauit F
Hippocrates: affectus aūt est oculum firmantis musculi, qui visorij basim instrumēti complexus
* al. hiatulę. est. Chemosis, est ambientis oculum membranæ, quod album quoque appellatur, affectus ālbæ
carnis persimilis. Circa genas, angulos q3 oculorum hi cōtrahūtur affectus: scabies: phthiriasis. i.
pedicularis morbus: crithe. i. hordeolum: chalaza: lithiasis, id est morbus calcularis, trichiasis. i. pi
laris affectus: aspredo: lagophthalmon. i. leporinus oculus. ectropion seu inuersio: rhyas, quasi ri
uulus: anchilops, staphyloma. Scabies, est summarum genarum, angulorum q3 erosio cum pruri
tu, quam acerrima fluxio progignit. Phthiriasis, est scabies circa palpebrarum radices, quæ squa-
mas furfuri similes dimittit: Chalaza, globulus est in gena, milij magnitudine, à similitudine grā-
dinis sic vocata: eadē quoq3 est lithiasis. Hordeolum, est humoris concretus circa genam, oblon-
gior, hordeum referens. Aspredo est duricia, & asperitas inæqualis, q̃ intra genas oritur. Rhœas,
est angulorum carnis absumptio, ob quam causam effluit lachryma. Trichiasis, casus est genarū,
insitorum q3 ijs pilorum generatio præter naturam. Tres trichiaseos differētiæ habentur: phalan
gosis, casus, subortus: non nulli & distichian. i. duplicem ordinem superinuehūt. Est autem disti-
chia, alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus prēter naturam. Encanthis, est exuperan
tia carnis in magno angulo. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens, atq3 humoris colle G
ctionem habens, non perforatus, aut conuio foramine: dictus est anchilops, q̃ prope oculum sit.
ὤψ enim oculus est, ἀγχί vero prope. Suffusio, est cōcretio aquosi humoris, quæ visum magis, mi
nus ve impedit. Differt suffusio à glaucomate, tum q̃ concretio sit hæc diluti humoris: glaucoma
vero, naturalium mutatio humorum in cæsium colorem, tum q̃ in glaucomate haud prorsus, in
suffusione aliquantulum cernant. Hydatis. i. aquula, substratæ superiori genæ pinguedinis aug-
mētum est, qua fluunt præter naturam oculi. Lagophtalmon, est cum superior adeo retrahitur
gena, vt oculum, dum clauditur, totum non contegat. Pinnula, corporis excrescentia est, quæ cor
neæ tunicæ inhærescit. Ectropion, est suppullulatio carnis in gena, quæ genā ipsam sua grauitate
† al. Milphosis foras cōuertit. causa est genæ euertēdę vel caro adnascens, vel resolutio, vel cū cicatrix inducitur. †
Ptilosis, est defluuiū palpebrarum accerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma, est nigri tunicæ
extēsio cum inflammatione, acino vuæ similis. Sarcoma, est carnis in naribus præter naturam au
ctio. Est vero & Polypus quoddam sarcoma. porrò dictus polypus est à polypis piscibus: nam, vt
illi multas habēt ꝓpagines, molles q3 sunt, atq3 augētur, ita is quoq3 affectus. Differt sarcoma à po
lypo magnitudine, & opificio. Ozena, est vlceratio in naribus profunda, tetri odoris, atq3 halitum
emittens. Parotides, abscessus ꝑm aures sunt: hos non nulli Dioscurus appellarunt, succedunt ma H
gna ex parte febribus, atq3 ab ijs liberant. Leuce, corporis in album colorē mutatio est præter na-
turam. Herpes, est vlcus, quod ex bilis redundantia fit, & depastionem facit. Atheroma, est tunica
neruosa, quæ humorē pulti similē continet. Steatoma, est auctio pinguedinis aliqua in parte prę
ter naturam congesta. Prosartesis. i. appēsio, longiorum est membranarū ad vicina loca applica-
tio. Aneurysma. i. dilatatio, venosi vasculi relaxatio est, aut dispersio spiritualis materię sub carne,
per dissultationē sese diffundentis, distribuentis q3. Hyposphagma, extra superficiem est, persimi-
le vibici. Ganglium, conglobatio est nerui præter naturam, quæ in vnum corpus coaluit. Aptha,
superficiaria est vlceratio, quæ in ore gignitur: visitur autem hæc in puerulis potissimum vlcera-
tio. Phlegmone, est tumor cum rubore, & duritia, pulsatiles afferens dolores: dicta, quod affectus
ea locus φλέγηται, hoc est vratur: aut tumor dolens, ac renitēs, cum rubore, citra febrem. Erysipe
las, id est ignis sacer, est rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, dolores q3 inferens.
{vel ignis sacer, est tumor rubens, dolorificus, qui à bilioso sanguine generationem obtinet. Car
bunculus, est ex magis melancholico putrefacto sanguine tumor vlcerosus.} Vacuamus vel ve-
næ sectione, vel cucurbitula, vel hirudine, ac similibus. Sanguinem detrahimus ob multam ple-
nitudinem: præsertim q3 vbi ipsum affectus auctorē esse suspicabimur. Detractionis cuiuslibet

tutior

A tutior præferenda: grauis, medicinæ oblatione declinanda est. Cucurbitula vtimur ad locorum contusionem. Hirudinem admouemus, vbi affectum locum tenuiter aperire est opus. Scirrhus, est tumor corporum, cum duritia, & pondere, & motus, ac sensus difficultate. Abscessus, est corporum ex plegmone in pus transmutatio. Coloboma, id est mutilatio, defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Tofus, est substantia calloſa, & renitens. Hydrocephalon, est humoris aquosi, aut fęculenti sanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum, quæ caput concinnant. Syrinx, id est fistula, tubulus est callosus, angustus, oblongus, interdum etiam obliquus, os habens, cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ fistularum differentiæ sunt: cæcæ, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent: occultæ, quæ & os, & sinum obtinent in profundo. Cerion id est fauus, vlcus est assidua habens foramina, ex quibus humor melli similis excernitur. Phagedæna, est vlcus, quod propinqua, & adiacentia erodit. Carcinoma, est tumor malignus, prædurus, sine vlcere, vel vlceratus, à cancro animali dictus, quem Græci καρκῖνον vocant. Dionysisci, sunt ossea eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur: dicũtur autem et cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione: affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum est, quæ τρήματα appellantur: quasi
B τρητὸν quidam existat. Aden, id est glandula, conuolutio sicca quædam & carnosa est, vel carnosa conglomeratio. Struma, caro est sicca, quæ nec facile soluitur. Broncocele, quasi dicas gutturis ramex, tumor est gutturi adnascens: differt q3 ab eo, qui in scroto progignitur. Anchyle, passio est tendonum circa collum, vel articulos, qua functio impeditur. Exomphalos, id est procidens vmbilicus, prominentia est vmbilici diuersis de causis proueniens. Gynæcomasthon, id est muliebris mamma, subiectæ mammis pinguedinis auctio est præter naturam. In contectu est abscessus, cum corporũ, quę sunt in profundo, aut viscerum in pus fit mutatio. Acrochordon (genus quoddam est id verrucarum dolens) exortus est orbicularis, angustam q3 obtinens basim. Phygethlon, id est panus, abscessus est nascens in inguine, Epiploomphalon, omenti est in vmbilicum decursus. Hydromphalon, coitio in vmbilico est lenti humoris, qui sub tunica quoque interdum continetur. Poromphalon, est concretio tofi in vmbilico. Sarcomphalon, incrementum carnis pręter naturam est in vmbilico, vel mitis, vel malignæ. Pneumomphalon, dilatatio est vmbilici. Hypospidias, est affectus, in quo glans colis attracta est. Thymus, asperæ carnis extuberatio est, quę similis circa genitale, ac sedem oritur. Lipodermus, id est (translato ad morbum nomine) apella, defectus est tegentis glandẽ pelliculę, adeo, vt distrahi nõ amplius possit. Phymi duo discrimina sunt:
C vel enim ex natura fit, vel postea gignitur, vlceratione antegressa. Pariepiphymosis, est, cum retracto glandis neruo præputium deduci præterea nequit. Rhagas, id est scissura, fissum'ue, diuisio est labia obtinens callo indurata. Circuncisio vel circunsectio, ablatio est cutis glandem obtegentis. Hęmorrhois, relaxatio est vasorum, quæ sedem cõtexunt, dicta ἀπὸ τῦ τὸ αἷμα δι' αὐτῆς ῥεῖν, id est, q3 sanguis per eam fluat. Differentiæ quinque hæmorrhoidum sunt, à magnitudine, multitudine, figura, loco, constitutione: à magnitudine, cum aliæ paruæ sint, aliæ magnæ, alię mediæ: à multitudine cum plures in alijs, in quibusdam pauciores consistant: à figura, quòd non nullę angusta, quædam lata sint basi: à loco, quando aliquę in ano, quędam in sphincter, id est stricto-
re, alię in recto sunt intestino: à constitutione, quoniam aliæ mites sunt, alię malignę. Condyloma quasi dicas nodus, est extuberatio, quę cum phlegmone in rugosa, contrahente q3 se ani parte consurgit. Tres circa scrotum fiunt affectus, ramex, scabies, detritio. Tumores in scroto consistunt, hydrocele, enterocele, hydrenterocele, cirsocele, porocele, epiplocele, enteroepiplocele, id est hernia seu ramex aquæ, intestini, aquæ & intestini, varicis, tofi, omenti, intestini atque omenti. Hydrocele, lenti humoris in parte scroti collectio est. Enterocele fit, intestino in alterum locum paulatim, vel semel delapso. Enteroceles cãusæ sunt, antegressa quidem intensio, vel ictus,
D continens autem, iterata huius extensio, aut ruptio. Hydrenterocele, est delapsus intestini, minus'que elaborati humoris collectus in scroto. Cirsocele, est dilatatio, amplificatio'que quorundam, aut omnium, quę testem alunt, vasorum. Hygrocirsocele, id est aquosus simul, et varicosus ramex, est dilatatio testem nutricantium, vasorum & lenti humoris in scroti aliqua parte collectio. Epiplocele, lapsus omenti est in partem scroti. Enteroepiplocele, in scroti partem casus intestini est atque omenti. Cele, id est ramex, tumor est, qui dictorum aliquod cõtinet: omnis enim in scroto tumor κήλη, id est ramex nuncupatur. Crypsorchis, id est testiculi occultatio, testiculi, vel testiculorũ recessio est. Rhacosis, id est detritio, multa, scroti extensio est. Psoriasis, id est scabies, duritia scroti est cum intensa prurigine, quãdoq3 vero & vlceratione. Gangræna, est corporis mutatio à naturali cuiusq3 habitu in alienum, atq3 extinctio, cum vlceratione, vel citra hanc: gignitur autẽ vel plethora antegressa, vel dum extinctio fit, aut phlegmone ex chirurgi imperitia. Os, est, vt Plato arbitratur, medulla, quæ à calido spissatur: ex quorundam autem medicorum sententia, terrena concretio, & solida, & sensus expers, ac sanguinis. Cõmune chartilaginis, & vnguis est sensu carere, atque inæquale esse: cæterum chartilago imago est ossis: sæpissime enim in articulis adiacet. Vnguis vero, superficies ossis fuerit: aut cutis concretio dura & sicca. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus, ac fœminei, simul etiam vtroq3 genitale proprium obtinente.

Dracunculus, est vlcus, quod à parte propinqua ad ipsum nerui delationem habet: dictus, ꝙ ner- E
uus mouendo corpore in vlcus recedat, in eo q̃ occultetur. Clauus, est vlcus in pedis planta orbi-
culatum, quod callum contraxit. Semen, vt Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medul
la excernitur: vt autem Praxagoras, atq; Democritus, prẽterea & Hippocrates censent, ex toto cor »
d Morbo sacro nõ ꝓcul à prin cipio. Et d Aer. aqs & lo. ca. 8. cl. 2ª. fo. 4. g
pore. Democritus quidem ait, Homines vnus erit, & homo omnes. Hippocrates vero, ‖ genitu- »
ra, inquit, vndiq; à corpore demanat, à sanis sana: à morbosis morbosa. Semen, est secundum Stoi »
cos, quod cum spiritu, & anima, sed veluti non pars ab animali dimittitur: vt autem opinio fert »
Asclepiadis, genitiuus humor, qui in venereis congressibus excernitur. Illud quæstione exagita-
tum est, vtrum fœmina perinde ac mas semen depromat: etenim eadem Veneris libidine vexatur
fœmina, ijsdem q̃ obnoxia est morbis: ac planè ex consectione seminarijs meatibus prædita esse
ostenditur. Maximum quoq; id cõferendi seminis testimonium est, ꝙ similes matribus procreen-
ſtatim in principio.
tur liberi. Porrò conferri ipsum testis est Hippocrates, qui in libro de infantis natura, ‖ Si profecta,
inquit, ab ambobus genitura in mulieris locis manet, primum quidem vnà miscetur, vtpote non »
quiescente muliere, concalescendo q̃ colligitur, ac crassescit: dein spiritum concipit. Differt à geni »
tura semen, quòd hoc in seminarijs meatibus sit: quidam vero, quod iam est excretum, id esse se-
men volunt: genituram autem, semen non dum concoctum: at nos, vt Asclepiades dicit, semen F
quoq; in ijs esse, qui generare non adhuc possunt, definiuimus. Infœcunditatis duplex causa est,
quarum altera viro, mulieri altera debetur: & vtraq; multiplex: nam fœmina in causa est, si perfri-
gidum vterum, vel prępinguem habeat: mas vero, cũ spado fuerit testiculis orbatus: aut alio quo-
uis modo laborauerit. Non est pars vterum gerentis, quod gestatur in vtero: aut certe ipso inte-
reunte, grauidam quoque interire necessario conuenit, vel partu edito lædi integris functionibus
obeundis, quasi pars ei, qua ipsius corpus priuatum est, desit. Alimento perfruitur embryum, per
secundas id excipiens attrahens q̃: cæterum non per os, sed per vmbilicum alitur. Embryum qui-
dam animal esse, quidam non esse prodiderunt: animal esse id illi coniectauere ex motu: quando
quidem mouet & embryum: atq;, vt sentiẽs animal, in matris voluptatibus oblectatur, lętatur q̃:
in angoribus autem contrahitur, atq; cogitur: nulli enim sensus, prẽter quam animali, à natura da
tus est. Qui autem non esse animal asserunt, nutriri ipsum quidem, & augeri, vt arbores quoq;, nõ
tamen, vt animãtes, appetitionem, motum q̃ ex ea habere confitentur: haud enim solum non ci-
tra electionem, sed neq; ex proposito mouentur, verum vt arbores & plantæ: nam ventus ijs cau-
sam affert motionis: embryis vero, circũfusa humiditas, & lubricitas, atq; vteri figura, qui, cum im-
pletur, tumescit in globum: est autem globus, seu sphęra, figura in omnem motum, vtpote omnis G
expers basis, natura procliuis. At Asclepiades embryũ neq; animal, neq; non animal esse pronun-
ciauit, sed simile id esse dormientibus dixit: nam, quo illi modo sensus obtinent, neque ijs tamen
vtuntur, sic & quod in vtero gestatur. Gignitur mas, vt non nulli opinantur, postquam ex dextra
parte auulsum semen in vterum coniectum est: fœmina, cum ex sinistra: sunt alij, qui pro seminis
peculiari temperatura, à caliditate, vel frigiditate fieri dixerint: nã semen calidius marem generat:
frigidius fœminam. Fiunt gemini, atq; tergemini, vt quidã arbitrantur, qm̃ semen in calidum vte-
rum detractum, ac deriuatum frangitur: alij ad superfœtationem causam referunt: nos vero, si in
hæc ambo conferri semen fuerit inuentum, gemellos asserimus procreari. Generantur monstra,
vt quidam aiunt, per declinationem obliquitatem q̃ vteri: nam, quod inæqualiter semen infun-
ditur, monstra progignit: quo modo & liquatum plumbum, si inæqualiter defusum sit, inæquale
opus conflatur. Mõstra, vel per defectum, vel per excessum fiunt: gignuntur per magnitudinem
quæ amplo: per paruitatem, quæ passerino sunt capite: per numerositatem vero, qui sex constant
digitis, quandoq; etiam pluribus. Quam ob causam septimestres partus viuunt, octimestres mini
mè? Ita fertur, qm̃ numerus octo, par, & coniunctus, nec decretorius est: septem autem impar est
numerus, neq; vero coniunctus, atq; ob id decretorius. Conceptionis causa, est commoda vteri ca- H
liditas, recens q̃ mensium purgatio, ac coeundi appetitus: hæc enim simul congressa semen deti-
nuere. Conformatur primum embryi secunda: deinde reliqua. Constat secunda ex duabus venis,
duabus q̃ arterijs, & quinto vocato vracho: vocatur autem chorion, seu ꝙ embryi cõceptaculum
sit, seu ꝙ ipsi alimentum suppeditet. Partus dolores, sunt spiritus conferti, impetus, ad embryi ex-
cursum. Tribuuntur mulieri menstrua, quæ sanitatis gratia euacuentur: embryo autem alimẽtum
præbeant per conceptum suppressa: sunt enim tum ad cõceptionem, tum ad lactis generationem
comparata. Fit prægnantibus pica duobus circiter aut tribus à conceptu mensibus, affecto nimi-
rum stomacho: non dum enim vis embryo suppetit consumendi alimenti. Picæ causa inde pro-
dit, ꝙ abundet materia, & stomachus perturbatione vexetur: huiusce rei argumentum est, quod,
cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus re-
dit. Prodeunt in lucem quatuor figuris, siue habitibus embrya, vna in caput, quæ secundum na-
turam est: tres reliquæ præter naturam: eæ sunt, in pedes, in latus, in duplum. Ægri partus tribus
modis fiunt, pro gerente in vtero, pro eo, quod geritur, pro exterioribus: pro gerente, duplici
via: ex animi motibus, cum zelotypijs, vel mœroribus vel alio quouis affectu detenta fuerit: ex
ijs vero, quæ ad corpus attinent, cum angustis fuerit meatibus, aut prępinguis, aut primum fœta,

aut prędita

A aut prædita vtero ſit, qui alimentum non admittat: pro eo, quod geritur, cum moritur in vtero partus: vel geminus, aut mõſtroſus elidítur: pro exterioribus, per intenſam hyemem, aut æſtum vehementem. Cauſam vlcerum in vtero habẽt interdum abſceſſus: non nunquam peſſus corruptorius: quãdoq; vero ſcirrhus: eſt q; hic cum alijs diuturnus. Sarcoſis in vtero, eſt carnis collectæ expullulatio: quam, ſi magna ſit, particulatim recidere cõuenit vellicatam ſcalpris, quo celerius emoriatur: ſin parua, protinus tollere. Hęmorrhagia, id eſt ſanguinis eruptio, effuſio abundans eſt ſanguinis: quę, ſi magnum vulnus ſit, per largum obitur fluxum: ſin anguſtum, per iaculationem: vt in venis ſecandis. Differt hęmorrhagía ab hęmorrhoide, q̃ hæmorrhagia, abundans effuſio, vti diximus, ſanguinis: hæmorrhois autem, delatio ſanguinis eſt per diſſultationem, ac paulatim facta. Duobus modis ſanguis erumpit: diſſultatione, vel ruptione: quæ diſſultatione, ac corporis noſtri vaſorum eroſione conſtat, non facile ſanatur. Curantur ęgrius arteriæ, quàm venæ: partes in profundo ſitæ ijs, quæ ſuperficiem occupant: & quæ his, aut illis vicinę magis ſunt, faciliorem, difficiliorem'ue curationem recipiunt. Sanguinem, quem nõ paruo negocio compeſcas, facile hæc loca profundunt, temporales muſculi, cerebri membranæ, palatum, columella, collum, alæ, inguina, & id genus alia: inter homines vero, ſi ętatem ſpectes, iuuenes: ſi habitum, prauis affecti humoribus,
B ſi anni tempus, in æſtate. [a] ‖ Chymi appellatio apud Hippocratẽ ſemper humoribus corporis deſtinata eſt, ex quibus nos cõſtituimur, ſanguine, inquã, pituita, & duplici bile, flaua & nigra: apud Platonem vero, & Ariſtotelem guſtabilis qualitas quæuis nobis inſita chymus, id eſt ſapor, nominatur: ſunt porrò qualitates, acor, auſteritas, acerbitas, acrimonia, ſalſedo, dulcedo: ſic & Mneſitheo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid, & qualis ſit vniuerſalis, & quid particularis affectus, ac morbus: quid item cauſa, quid ſignum: & quæ huius differentiæ habeantur (ſunt autem hæ ſpecie complures) non qualis affectus cauſarum, quæ morbos cõmittunt: loca item explorat, in quibus ſint affectus: quęrimus enim, quis affectus phrenitis, comitialis morbus, lethargus, dolor lateris, peripneumonia, reſolutio neruorum, & ſimilia. Sunt vero cauſæ horum manifeſtæ, & non manifeſtæ: & antegreſſæ, & antecedentes, & continentes: atque in vniuerſum, quæ ſit affectus conſtitutio: &, in quibus ij corporis partibus dicti ſint, perſcrutatur. Criſis, id eſt iudicatio, idonea morbi, ac celer in tempore diſſolutio eſt. Periodus, id eſt circuitus, ſucceſſiua reddítio eſt ordine diſpoſiti temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atq; huius partem principẽ, quæ ratiocinatrix eſt, atq; mens: Cor vero iracundam. [b] † Adminiſtratur pariter corpus
C à corde & iecore. Facultas, naturalis, altrix, & auctrix eſt. Sumit cor alendo, augendo q̃ corpore, à iecore ſanguinem: ſpiritum à pulmone: quas cõfectas, elaboratasq; materias ſic in vniuerſum corpus tranſmittit. Inſtrumentaria, pars eſt chirurgiæ, quæ per reſtitutionem, ac conſentaneam curationem diſpoſitis præter naturam humanis oſſibus ſanitatem vendicat. Sunt oſſa in nobis duobus modis coniuncta, per articulum, & coagmentationẽ. Articulus, commiſſura oſſium eſt, quæ moueri natura voluit. Coagmentatio, commiſſura eſt oſſium, quæ lege naturæ nequaquam mouentur. Lapſus, ſeu luxatio, eſt oſſium, quæ p̃ articulum, vel coagmentationem [c] móuentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, ſiue eluxatio, eſt oſſis ſecundum naturam ſe habentis in alienum naturæ locum ex profunda cauitate egreſſio. Dearticulatio, ſeu deluxatio, eſt oſſis euariatio, delatio'ue à naturali loco [d] † ad eum, qui præter naturã eſt. Motio, eſt oſſium per fixurã, harmoniã'ue compactorum [e] † ex propria ſede in naturæ oppoſitã exturbatio: quẽadmodum ex tarſo diruptis oſſiculis, aut vertebris fieri conſueuit. Diductio, eſt mutua oſſium per ſuturam, & coalitum coniunctorum ſeparatio, atq; diremptio. [f] Reſtitutio, eſt oſſis, vel oſſium [g] † à loco naturæ cõtrario ad
D naturalem } traductio. Tentio, eſt tractus corporũ. Mochlia, traductio eſt oſſis, aut oſſium ad naturalem locum ab eo, qui præter naturam ſit. Catataſis, eſt ad inferna loca corporum tractus: obitur hæc partim principijs, quę tentionis cauſę ſunt, è regione oppoſitis, partim tranſumptione in contrarium, nempe tranſmiſſis per rotulas principijs, quæ tentionem moliuntur, ac ſuperius adnexis. Anataſis vero, id eſt tentio ad ſuperna loca, per traductionem, intelligi ex ijs poteſt, quæ de catataſi prodidimus. Diſtentio, eſt ad ſuperna, atq; inferna loca corporum tractus. Exelcyſmus, ſeu re
* ctius forte Eiſelcyſmus, eſt deductio oſſis, vel oſſium à ſuperficie in profundum. Rhegma,
* id eſt ruptum, eſt oſſis, aut oſſium traductio à profundo ad ſuperficiem. [h] † Traductio, eſt diducti oſſis in naturalem locum reuocatio. Extaſis, id eſt mentis emotio, eſt inſania, quæ breui finitur. Ecplexis, id eſt conſternatio, eſt emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrinſecus aduenit. Enthuſiaſmus, id eſt fanatica perculſio, ſeu afflatio numinis, eſt, velut cum quidam mente in ſacris faciendis capiuntur, ſiqua viderint: aut ſi tympana, vel tibias, vel ſigna audiuerint.

A ‖ Lib. de Humo. Et de Veteri med. ꝑpe finẽ. Et de Alimẽto iuxta ꝑncipium.

B † *Additur in antiqs τὸ δ' ἧπαρ τὸ ἐπιθυμητικόν, i. iecur autẽ concupiſcibilem.*

C † *Al. συγκειμένων, i. cõpoſita ſunt.*

D † *Additur ĩ antiquis ἐξ ἐπιπολαίας κοιλότητος, i. ex ſuperficiali cauitate.*

E *Al. ex antiquis. aliquãdo quidem in eodẽ loco præter naturã motio: aliquando autem in locũ, qui præter naturam eſt, exturbatio.*

F * *καταρτισμὸς.*

G † *Al. ex loco qui ſecundum naturam eſt ad locũ, qui eſt præter naturam.*

H *Additur ĩ antiquis, paragoge eſt oſſis, uel oſſium traductio diducto oſſe ꝑ anaclaſin in naturalem locum.*



GALENO ASCRIPTA INTRODVCTIO SEV MEDICVS

Quem librum olim Ioannes Andernacus latinum fecit: nuper vero post Bartholomæi Syluani recognitionem ad Græci exemplaris collationem castigatus.

Vide in secunda Sectione sexti Epidemiorum, commen. 42. vbi citatur liber Herodoti, qui inscriptus est Medicus.

Quomodo inuenta sit medicina. CAP. 1.

Multa in hoc libro ex codi. manuscr. restituta nûc sunt.

ARtium inuẽtiones, vel deorum filijs, vel quibusdam eorũ propinquis, quibus dñ primi artem oẽm communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Æsculapius medicinæ, quã primus ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse dicitur, inuentor extitisse appareret. Porrò ante illum ars medica non dum hominibus fuit cognita, nisi q̃ veteres medicamentorum, & herbarũ, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heroes nouerãt: ad hęc quæcunq; Aristeo, Melampodi, & Polyido adscribuntur, experientiã, quandam habuere. Apud Ægyptios sanè prẽter herbas, aliam quoq; medicamẽtorum ra- G tionem in vsu fuisse Homerus hunc in modum testatur:

Fertilis Ægyptus rerum, medicamina mista,
Optima multa, simul deterrima plurima gignit.

Porrò ex cadauerũ consectione, quã in cõdiendis ijs, asseruandis q; habere moris erat, multa ẽt, quæ manu administrantur, apud primos medicos inuenta esse videntur. Quædam dicũtur ex casu obseruata fuisse, vt suffusos appungere, inde, q̃ capra quæpiam ex suffusione male habens, iunco aculeato in oculũ impresso, visum receperit. Quin & clysteris vsum ab ibi profectũ esse scribunt. Hæc.n. colli cute tanq̃ clysteris vtre, marina, Nili q; aqua impleta, rostro eam sibi ipsi per anum indit. Scribit etiam Herodotus historiographus, quõdam ægris per compita expositis, illos, qui ijsdẽ aliqñ morbis laborarãt, referre solitos, quibus vnusquisq; vsus, sanitatẽ recuperauerit: atq; hoc modo ex multorum vsu, ac experimentis rem medicã constatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione vacua, non dum q; rationalis fuit. Cæterum perfectam medicinam, & oĩbus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Æsculapius solus inuenit. Illam vero, quæ inter homines versatur, huius successores Asclepiadę posteris veluti hæreditario acceptam tradiderũt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primus q; perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia. CAP. 2. H

PRincipia medicinę tria sunt, vnum inuẽtionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinę (vt simpliciter dicam) vetustissimum planè, citra q; rationẽ principũ, experientia est: quẽadmodum apud Ægyptios, & reliquos oẽs barbaros. Redigendi vero in artis constitutionem, sicut Asclepiadarum medicinã, ratio & experientia. Interpretationis, vt scribit Athenæus, vel traditionis, quẽadmodum quidã dicunt, initium, naturalis est speculatio. Enimuero simpliciter & Hippocrates dixit, ‖ Medicę rõnis initium primũ natura est: nã à naturę »
de Loc. in Homine non procul à prĩcipio. inspectione Dogmatici auspicãtur, qm̃ ex ijs, quæ ſm naturã sunt, & illa, quæ contra habent, possunt cognoscere: at sine naturaliũ cognitione illa, quæ à naturali habitu recedunt, scire nemo põt. Quin ẽt in curãdo naturę speculationẽ sibi requirunt: qñquidẽ ex naturali admouẽdorũ auxiliorũ potentia, q̃ cuilibet morbo idonea sint, accipiunt. Qui vero ex alijs sectis naturæ cõtemplationem aspernant, vtriq;, à quibus p̃sidia afferẽdi habitum finxere, incipiunt, Methodici ex cõitatum indicatione, empirici ex obseruatione experimentorum: Qua.n. rõne Dogmaticis medicę rõnis natura, eadẽ empiricis experientia crebro, et ferè semper in ijsdẽ, & pari modo contingens, principium existit. Ab hac siquidẽ historiã quoq; suã exordiunt, & ſm hæc ab alio ad aliud sile transeunt. Sed methodicis euidentiũ similitudinis inspectio, vel cõmunitatũ apparẽtiũ cognitio principium dr.

Quot

Quot sectæ medicorum, quæ que earum notæ. CAP. 3.

A SEctæ medicorum tres sunt, Rationalis, Empirica, & Methodica. Rationalis naturæ rationem præbet, morborũ causas inquirit, & signis ad illarũ inuentionem vtitur, curationẽ capit à contrario, prout causæ exigunt. Nam contrariorum contraria sunt remedia. Quatuor ergo sunt, quæ rationalem sectã obsignant, naturæ inspectio, causarum, ac signorũ æstimatio, & quartũ, nempe ꝙ causæ ipsis curationem dictãt. Empirica ad assidentium accidẽtium cõcursus, quæ ęgris adsunt, respicit, & conuenientẽ accidentibus curationem obseruat, id ꝙ nec morbo cognito, nec causa inquisita. Contenta est aũt obseruatione in accidentibus per eorum, quæ admouẽtur, experientiã facta, & historia prius expertorũ vtitur: tum à compertis ad incõperta, sed similia ꝼm apparẽtem speciẽ transit. Quæ enim ipsimet vsu, ac experiẽtia in multis, & sæpissime ac semper in ijsdem, & pari modo experti sunt, aut quæ casu quopiã obseruarunt, ea ꝙ semper atq; eodẽ modo habentia, hæc confidenter vsurpant, non adeo cutiose facultates ex eorum qualitatibus disgrentes. Credunt & vetustissimis, qui rerũ per experimenta sibi obseruatarũ historiam, vti vocant, memoriæ prodiderunt. Vtuntur ẽt à simili transgressu ad ea, quæ non dũ explorarunt, cũ similia specie, quæ ad manũ est, apparent, vt malua, blitũ, beta, & lapathum. Itidem in † cõtrarijs, vt alica & oriza. Rursus in arbo-
B rum fructibus, quos Græci acrodrya nominãt, vt pirum, malũ cotoneum. Notant igitur empiricã hęresim, ad concursus symptomatũ, non ad morbum, neq; ad causas, respectus: deinde in concursibus medicaminũ congruentiũ per vsum obseruatio: Tertio, expertorũ antea historia: Nouissime à simili trangressus. Methodica cõmunitatibus & similis speculationi adhæret. Oẽs enim particulares affectus ad generales duos reducunt, adstrictũ, & fluentẽ, quas cõmunitates vocant. Cognoscunt eas ex obortis circa corpus affectionibus, in vtroq; euidenter conspicuis. Quare notas nõ desiderant, exẽpli gratia adstrictum inde oriri, ꝙ corpus densatũ sit, profluuium ipsius sistatur, oĩs ꝙ euidẽs excretio impediatur: fluentẽ vero inde, ꝙ summa corporis cutis rara euaserit, & cuiusq; corporis particulæ excretiones sensibiles intẽsæ sint. Duplicem igitur curationis speciem generales duo corporis morbi ipsis indicant, nempe si corpus adstrictum est, laxãdum esse: si profluuio laborat, cõprimendum: si vitium mistum habet, occurrendum vehementiori malo. Cæterum cõitates oẽs nominant euidentes: harum aũt alias passiuas, vt adstrictũ, & fluens: alias curatiuas, vt resolue re & tenere: quasdam tẽporales, initium, incremẽtum, vigorem seu statum, & inclinationẽ. Porrò medicinæ, quæ manu medetur, cõmunitates, in eius ablatione, quod alienũ est, consistunt. Duplex enim alienũ est, vel extrinsecus, vel in corpore. Extrinsecus simplex: illius, quod in corpore est, tres
C numerantur species. Atqui extrinsecus, vt spiculũ, telum, & quodcũq; aliud id genus existit perfectam eductionem ostendit. Eorum, quæ in corpore sunt, aliud loco alienum, vt suffusio, eluxatio, & fractura, quæ trãspositionẽ vel restitutionem in proprium locum indicãt. Aliud magnitudine, vt abscessus oẽs, scroti tumores, acrochordones, i. pensiles verrucæ, phymata, & cõdylomata: quorum nõ nulla diuisionem solam requirunt, non nulla summam superfluorum præcisionem demõstrant. Aliud defectu alienũ, non vt superuacaneum, sed veluti deficiẽs dicit, cuiusmodi mutila, & curta oĩa: sicut in labris, oculis ꝙ cernit. Vnde quidã λαγοφθάλμοι, & λαγόχειλοι, i. leporinos oculos, & leporina labra habẽtes, noĩantur. Pari modo ẽt se habẽt fistulæ, & vitia profunda, quę Græci vocant hypophora, sinus, vlcera, alia ꝙ huiusmodi oĩa, quæ ex defectu repletionem desiderãt, atq; indicant. Iã vero prẽter quatuor chirurgorum cõmunitates, est & species, quam προφυλακτικὴν, i. prẽseruatricem appellant. Apponitur aũt & ipsa, vt communitas, in deleterijs, & toxicis, bestijs ꝙ oĩbus, quæ virus inspuũt, tum venenosis volatilibus, & terrestribus, aquatilibus ꝙ. Nam cõmune oĩum genus, vt sint exitialia, non tñ ad adstrictum, & fluens referuntur, sed aliud est prẽter hęc genus. Quare & curatoria ipsorum cõmunitas alia prẽter illam habet, dicta prophylactice. Methodicam quoq; sectã primum exculpit sim. lis in euidentibus consideratio, sed non in latentibus, seu
D abditis, quemadmoꝺum in rõnali secta. Hoc vnum intercedit discriminis, ꝙ in illa quoq; similium inspectio, sed in obscuris consistit: ꝼm, ꝙ ex simili in euidentibus, affectus, auxilia, tempora, particularia oĩa ad generalia reducit. Attamen non euidentia tm̃ empiricorum more animaduertunt, sed particularibus, nullo generali cognito, insistunt. Tertium est ex communitatum indicatione curationem accipere: nec causas, vt rationalibus in vsu est, exponere: neq; facta in concursibus obseruatione eorum, quæ per experientiam conueniunt, vt empirici faciunt, contentos esse.

†Codex manu scriptus hẽt ϗ δημητρείων, i. cerealib⁹, quę lectio accõmodata ad sẽsum est. & ita ẽt vi legisse vet⁹ interpres.

Qui trium Sectarum principes extiterint. CAP. 4.

RAtionalis sectæ & auctor, & princeps Hippocrates Cous fuit. Post hũc Diocles Carystius, Praxagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Erasistratus Chius, Mnesitheus Atheniẽsis, Asclepiades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ prẽfuit Philinus Cous, qui primus eam à rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cum autẽ suam hæresim principem esse vellent, Acronem Agrigentinum, quò rationali esset vetustior, ei dedisse initium dixerunt. A Philino Serapion Alexandrinus ea secta floruit: Dein Apollonij duo, pater, & filius, Antiocheni: hos secuti Menodotus, & Sextus exacte eam corroborarunt. Methodicen Themison Laodiceus Syrius incepit, qui ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectæ inuentionẽ se contulit. Thessalus Trallianus eã absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius,

Proclus, Antipater. In ea autem de quibusdam dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisieus, & Soranus Ephesius. Fuerunt non nulli ὑπσυνθετικοὶ, quasi adiuncti, apud Græcos nominati, vt Leonides Alexandrinus: quidam ἐκλεκτοὶ, quod est delecti, vt Archigenes Apameus Syrius. *

* In vetustissimo græ. codice manuscr. annotatur hic deesse caput, cuius hoc é argumẽtũ: Quæ ppria sint medicinæ.

Medicina scientiá ne sit, an ars. CAP. 5.

RAtionales aliqui, è quorum numero est etiam Erasistratus, medicinam partim scientiã, cuius modi est causarum notitia, item naturæ inspectio: partim coniecturam, vt curationẽ, et signa habere censuerunt. Methodici & in vniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed vtriq; à vero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nunq; à ratione declinans cognitio: eam neq; apud philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutãtur, inuenias: multo sanè minus in re medica: immo, vt verbo expediam, ne ad homines quidem venit. Quam obrẽ medicina ars merito dici potest: si quidem artis nomine cõprehẽsionum, & opinionum ad finem quendã vitę vtilem spectantium collectionẽ certa qualitate, & quãtitate cõmeditatã intelligimus. Comprehẽsiones igit̃ humanas, & quę numero constitutionẽ quandã procreare queant, p̃cipue cõmeditatas, hoc est sibi concordes, ac consonas, cohærentes q3, medicina habet: quo fit, vt artis vocabulũ, cuius definitio ei cõuenit, optimo iure cõmereatur, cõprehensiones q3 in ea ad vitæ cõmoditatẽ pertinent. Quippe, vt seruarentur hoies, ac sanitatẽ tuerent̃, in vitã prodijt. Sed artiũ duplex est differentia: quædam.n. finem suũ semp consequunt̃, vt fabrilis, nauiũ cõpactoria, ædificatoria. Quædam finẽ suum, ceu scopum desiderant, contingunt aũt non semper, sed plurimũ. Vnde coniecturales quoq3 dicuntur: ex quarũ numero medicina fuerit: quẽadmodum rethorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia, & ipsa duplex: qm̃ aliquæ, dũ fiunt, sunt, & simul atq3 ab actione desiterint, nihil, quod perfecerint, ostẽditur, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palæstrica, & quæuis alia ars musica. Non nullę in actione euidẽs opus planè nullũ habent, sed tanq̃ futuri cuiusdam præparatoriæ existunt: vbi vero à functione cessauerint, tunc, quid effecerint, apparet: qualis statuaria, pictura, & fabrilis, tum aliæ, quarum opera post actionẽ perdurant. Inter has medicinam quoq3 numeres, licet. In medendo enim non dũ eius finis innotescit, quippe quæ aduersus morbos semp laboret: at, vbi curationẽ absoluerit, tunc homini sanitatẽ restituisse eã videre est.

Quid sit medicina. CAP. 6.

DEfinitionibus rationales vsi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quęstionẽ instituere philosophis solum conuenit: enimuero veteres ẽt medici hoc ferè modo medicinam simpliciter, vel definierunt, vel descripserunt. ‖ Medicina est, Hippocratis sententia, adiectio, & ablatio. Adiectio quidẽ deficiẽtis, ablatio aũt superatis in hoium corporibus. Quam.n. definitionem medicinæ non nulli putauerunt, re vera non est, ęgros videlicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbi q3 vehemẽtiã retũdere, malo victis manũ non admoliri. ‖ Artes enim nõ ex ijs, quorum neutiquã adest facultas, sed ex his, quorũ adest, definitionem sortiuntur: qm̃ illa definitio, quę neutiquã fieri possunt, recensent, non ex ijs, quę adsunt, artes definit. Recentiores huiusmodi definitionem vsurparunt. Medicina est scientia sanitatis cõseruatrix, morborũ repultrix. Verũ secus habet: non.n. ipsa hęc efficit, sed ex illis, quę efficit, hęc proueniunt, id q3 non semp. Quapropter non ex his, sed illis, quę ab ea semper accipiuntur, cõstituta est. Hęc autem sunt adiectio, & ablatio. Proinde, quę capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocrates, quibus & in sanis vtitur, cũ secundam ipsorũ valetudinẽ conseruat, & in ęgrotis, vt morbis liberet. Quæ igitur semp facit, ea ipsam constituunt, nõ illa, quę ab his efficiunt̃. Aliud nãq3 ars, aliud eius finis est. Quod enim appetit, id aliud ab ipsa est, id q3 non perpetuo secum habet. Quo fit, vt, quatenus ipsum non contingat, neq3 finis eius, sed scopus dicatur: cum aũt contigerit, finis. Ita gubernatoria, & sagittandi ars nõ à fine, quem non semper contingunt, sed ab ijs, quibus constitutæ sunt, & per quæ, vt finem assequãtur, functiones obeunt, definitionẽ sortiuntur. Porrò definitio hæc omnibus ferè post Hippocratem proba esse videtur. Herophilo Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium enim horum cognitionem habet. Salubrium, quę corporis humani constitutionem ita prępar̃at, vt ex eis pulchre inuicem aptatis sanitas concilietur: insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quę ęgris afferuntur, & eorũ materia. Hęc enim prius, quàm à medico excepta sint, neutra, hoc est, nec salubria, nec insalubria sunt.

* Lib. de Flatibus à principio.

* Lib. de Arte nõ procul à principio.

Quot partes medicinæ. CAP. 7.

PRimaria medicinę partes sunt, rerum naturę contemplatio, causarum notitia: vel affectuum consideratio, sanitatis tuendę ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. Græci vocant φυσιολογικὸν, αἰτιολογικὸν, seu παθολογικὸν, ὑγιεινὸν σημειωτικὸν, & θεραπευτικὸν. Athenęus prosignis materiã constituit, q̃ in curatoria parte versat̃. Nã sine materia curatio fieri non possit. Indiciorũ obseruatio, & ad curandi rõnem necessaria, non tñ ipsa est curatio. Materię.n. beneficio curatio absoluitur, & materia quidẽ sine curatione nihil aliud confert. Signa vel citra curationem ad cognoscendum, q̃ mederi queas, & q̃ minus, necessaria sunt. Ad hęc faciunt, ne insçius ijs, qui medicinę nullum locum reliquerunt, manum admouens, erroris notã incurras. Iam verò quinq; harum partium medicinę, cuiusq; diuisio quędã angustior est. Pars igitur, quę naturam contẽplatur,

dicitur

A dicitur, in qua de hominis natura differimus: constat autem, si diuidas, elementorum notitia, quibus homo componitur, tum generationis fœtus, & formationis, præterea interiorum & exteriorum corporis partium speculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, ossium q3 rationes perscrutamur: in qua ea, quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium concursus, affectuum status diligenter indagamus. His enim incognitis nemo recte nouerit, quo modo morbos curare conueniat: ὑγιεινὸν tum sanitatem tuetur, tum prȩcauet, quo minus corpora in morbos incidant: vbi inciderint, ad sanitatem reducit: σημειωτικὸν præteritorum cognitionem, præsentium inspectionem, & futurorum præsagia continet: θεραπευτικὸν, id est curandi facultas, ea quoq3 in tres partes diducta est, vt vna esset, quę victu: altera, quę medicamentis: tertia, quæ manu mederetur.

An medicinæ diuisio in quinque partes diducta necessaria sit. CAP. 8.

PRoinde rerũ naturæ cognitio necessaria est hoc potissimũ nomine, q̃ nisi naturalibus antea cognitis ea, quæ à naturali habitu recedunt, cognoscere queas nũquam: nam præter illorum naturam morbi consistunt. Causarum vero & morborum notitia non minus & ipsa desideratur, vt affectuum origines, quibus resistere conuenit, intelligamus: tum ipsos affectus à veteribus ap-
B pellatos eorum q3 status cognoscamus. Vtilis sanè & symptomatum affectibus incumbẽtium cognitio est, nam ab horum congressu, quem Empirici συνδρομὴν græce, latine concursum vocant, corporis vitia speciem nãciscuntur. Quãquam ijdem Empirici in syndromis, quæ cuiq3 accidenti conueniant, obseruarunt. Methodicis curationem affectus indicant, quemadmodum Rationalibus causæ, licet ipsi nihilo minus tum affectus, tum cõcursus inquirant. Totum autem causis attribuunt, quarum non nullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concausæ, reliquæ præcedentes dicuntur. Euidentes, quæ Grȩcis vocantur procatarcticæ, id est antegressæ, sunt, quę, dum aduersam valetudinem crearunt, separantur, vt frigus, labor, Solis exustio, cruditas. Continentes, cum præsentes sunt, & morbi quoq3 adsunt: cum tolluntur, morbi etiam discedunt, vt spina, & telum. Concausæ, quas Græci appellant synætia, quæ affectum sua vi possunt generare: generant vero & alteri cohærentes, vt lapis in vesica, & inflãmatio. Nam ambę vrinæ suppressionis causæ sunt, etsi per se vtraq3 illam generare possit. Coadiutrices causarũ partes, quæ sua virtute morbum efficere non possunt, sed alteri auxiliantur, vt libido articularem morbum promouet, & remigatio sanguinis eruptionem. Præcedentes, siue internę, quæ ab euidentibus, vel præparantur, vel coadiuuantur, vt sanguinis abundantia nutrimenti copiæ soboles est. Præcedit au-
C tem Erasistrati παρέμπτωσιν, id est coincidentiam, quę omnium morborum causa est coniuncta, verum citra prȩcedentem non accidit. Porrò salubris pars, quam græci ὑγιεινὸν dicunt, non solum vt pars medicinæ, sed tanquam potior ea, quæ medetur, ei præponitur. Multo enim præstat morbum prorsus non admittere, q̃ morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe prȩstabilius est ante, quàm in tempestatem incidat, iter absoluere, quàm fluctuatum periclitatum q̃ euadere. Atqui differunt rursus in salubri parte, sanitatem tueri, & morbos incessentes longius arcere. Etenim primum consueta victus ratione administratur: alterum curatorijs auxilijs, vt morbum, qui conflari debet, supprimat ac dissoluere anticipet: siquidem, quæ iam ortis affectibus medicantur, eadem quoque prius, quàm oriantur, prohibent illos consistere. Similiter pars, quam ἀναληπτικὴν,, id est refectricem, appellant, differentię cum illis non nihil habet. Qui enim recreat vires recolligit q3, vt non amplius præter naturam, ita secundum naturam se non dum habet, sed ab eo, qui præter naturam est, nuper habitu absolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam victus rationem desiderat, nec curatoriam, non enim ęgrotat: nec eam, qua sani vtuntur, vt qui non dum absoluta fruatur sanitate. Quo fit, vt nec qualitate, nec quantitate paria sanis possit assumere: σημειωτικὴ, hoc est adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per victum summe est
D necessaria: nam præterita & prȩsentia symptomata ad morbi causam inueniendam diligenter inspicimus. Insuper maxima eius necessitas est ad præsagiendum, mors, an salus expectanda sit. Pari modo medicina, quæ manu medetur, tum illa, quæ medicamentis auxiliatur, sine indiciorum obseruatione non absoluitur: quippe prȩsagia eodem modo desiderant, quibus scias, quæ curationem non admittunt, quæ que eam recipiunt quidem, sed vehementer aut offendunt ęgrum, si curentur, aut è medio tollunt. Iam vero curatoria pars trifariam diuisa est, vna victu: altera medicamentis: tertia manu medetur. Prima auxiliorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquẽdi facultatem habent, est administratio: Quę omnibus quidem ægrotis, sed prȩcipue febrientibus in vsu est. Quę manu medetur, pars curatorię est: ea incisionibus, vstionibus, & ossium in suam sedem deductione homines curat. Medicatio, φαρμακεία Grȩcis dicta, nudis medicamentis interiores affectus & exteriores sanat: victus enim conuenientem rationem, quãdo q3 vero & manuum opus requirit, quemadmodum chirurgia & victus ratio medicatione vtuntur. Itaq3 à rerum naturę contemplatione altius auspicabimur: quoniam nec in sanis secundam valetudinem tueri, nec in ęgris morbi causam cognoscere, nec signis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte possis, ignorans, quibus homo elementis constet, & quo modo his immutatis à natura, quam obtinebãt prius, morbi nascantur.

De elementis humanis. CAP. 9.

de Natu. hum. cõm. t. te. 14. cl. 1ª. 29. h

CONstat ‖ igitur homo ex primis mundi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturaliũ cum Hippocrate consensu, non q̃ ex his ipsis, sed proportione eis respondentibus homo cõstituatur. Atqui ex Hippocratis sententia, dũ dissoluitur, in hęc prima resoluitur, & vnumquodq; rursus in suam ipsius naturã, homine vita defuncto, redire necesse est, siccum in siccum, frigidũ in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiusmodi tum animãtium, tum aliorum vniuersorum natura est: omnia similiter oriuntur, & desinunt similiter: conflatur enim ex his prędictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde singula originẽ nacta sunt, eò quoq; recedunt, quem admodum Homerus hisce verbis inquit innuens dissolutionem in hæc futuram.

Vos aqua, vos tellus cunctos aliquando tenebit. »

Cęterum hoiem velut ex secundis, & humanæ naturæ vicinis quatuor humoribus, sanguine, pituita, bile tum flaua, tum atra constitutum esse physici pronunciant: qm̃ fœtus in prima sui formatione ex genitura, & sanguine, qui à matre p̃ vrachum influit, auspicium cœpit: in his aũt quatuor humores erãt. Qui ex tribus, ijs q; compositis hoiem prodijsse censent, hæc pręponunt initia;

6. de Morb. vulga. sect 7ª. humida, sicca, & spiritus, quę Hippocrates grece ‖ ἔχοντα, ἐχόμενα, & ἐνορμῶντα hoc est continentia, contenta, & impetum molientia, appellat. Continẽtia igitur sunt solida oia, vt ossa, nerui, venę, arteriæ, ex quibus & musculi, & carnes, tota q; corporis moles cõflata est, ad hęc interiorũ, exteriorum q; concretiones. Contenta vero humida sunt, q̃ in vasis per tota corpora dispersa ferunt. Atque hæc quatuor prędictos humores vocat Hippocrates. Impetũ molientia spiritus existunt, quos veteres duos, aĩalem, & naturalẽ numerant: Stoici tertiũ inuchũt ἕκτικὸν, quem habitum noiant. Eraliſtratus vasa triplicia, neruos, venas, arterias, omissis spiritibus, & humidis, tanquã initia, & totius corporis elementa constituit. Nam duplici materia regi aĩal affirmat, sanguine tanq̃ alimento, spiritu tanq̃ naturæ functionibus obeundis coadiutore: non aũt ea, vt principia, intelligit. Multę sanè aliæ partium species non ex tribus illis cõpositæ inueniuntur, vt verbi gratia cerebrũ, medulla, atq; ossa oia. Cerebrum igitur, vel medullam nutrimenti parenchyma, quasi affusionẽ exponas, audet appellare, sicut adipem, iecinoris, lienis, & pulmonis consistentiam. At ossa neq; nutrimenti parenchymata, neq; ex prædictis vasis triplicibus composita esse dicere possit. Asclepiadi hoĩs elementa sunt corpuscula manantia, fragilia q;, & inuisibilia foramina. Secundum Athenæi sententiam nõ quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, sed eorum qualitates calidium, frigidum, siccum, & humidum. Ex quibus duo causarum efficientium munere fungi, puta calidum, & frigidum: duo materialium, siccum, & humidũ supponit. Quintum vero ex Stoicorum opinione introducit spiritum cuncta penetrantem, à quo oia continent, & gubernãtur. Hippocrates cum trifariam hoĩs elementa diuisisset, in continentia, contenta, & ea, quæ impetum faciunt, quibus oia de elementis post ipsum assertis comprehendit, nec non naturæ elementorum tractationem, & eorũ, quæ pręter naturã sunt, causas, haud scio, quo modo successores eius vnam illã re vera diuinã Æscu lapij medicinam in tres partes sibi cohærentes distribuerint, atque diuulserint. Alij enim humidis tum eorum, quæ secundum naturam habent constitutionem, tum causam eorum, quæ pręter naturam solis attribuere, vt Praxagoras, & Herophilus: Alij solidis corporibus initia, & elementa attribuentes, ex his, tum quæ natura consistunt, tum morborum causas inde capiunt, vt Eraliſtratus, & Asclepiades. Athenęus vero, & Archigenes spirittu solo ea penetrante, tum naturalia consistere, ac gubernari, tum morbos vniuersos hoc prius offenso creari dixerunt. Vnde & πνευματικοὶ, id est spiritales, veluti qui omnia spiritibus attribuuant, nuncupantur. *

* Hic annotat in gręco exemplari manuscripto, caput vnũ desiderari, cui argumẽtũ est, De naturalib⁹ functionibus.

Exteriorum corporis partium appellationes. CAP. 10.

DE partibus corporis, seu particulis, & quæ earum nomina sint, primus Aristoteles docuisse simul, ac conscripsisse creditus est. Temporis autem processu medicis quoq; ipsis posterioribus de ijsdem tractare necessarium visum est, ne manu allata quamq; partem, aut particulam ostenderent, sed ex appellatione sufficientem earũ notitiam haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Eraliſtrati sectatores æmulati, vt Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidũt igitur totum corpus Ægyptij medici quadrifariam, in caput, manus, thoracem, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non vt illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipsius corporis dicetur. Huius particulæ sunt hæ. Anterior superposita supercilijs, pilis nuda, inter vtranque aurem sita, Frons nominatur. Hæc superior capillis intecta, Sinciput. Partem ab vtroque sincipitis latere supra aures sitam, Tempora appellamus. In media capitis regione sinciput superante est Vertex: vnde, velut à centro circulus, capillorum prouentus incipere videtur. Post verticem à posteriore capitis parte aduscq; tendines Occiput descendit. A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, & ore ad mẽtum vsq; circunscripta à superci lijs incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons à superioribus descendens desinit, Supercilia, ceu termini eius eminentes, & pilis consiti eam excipiunt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in ip

* Al. ipsorum. siũs terminis Aures sitæ sunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in posterius ip sis summitatibus inflexis cubiformis, sub qua semicirculus rotundus in mucronem exurgens, græce xyster appellatur. Huius acumini concauum, quod subiacet, conchula. In huius medio rotundum

A tundũ foramen, meatus auditorius vocatur, ſub quo particula pinguis ab aure ſuſpẽſa fibra, eſt ſeu auricula, ſuperior pinna. Oculi ſupcilijs ſubiacent, quæ & lumina dicũtur, nempe tota figura cum ipſis particulis. Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes, Palpebræ appellantur, hæc inferior, illa ſuperior. Cõmittuntur inuicẽ crebro, & extremo tactu ad viſus recreationẽ, & ad prohibendũ, nequid extrinſecus violenter oculis incidat: maxime vero, quẽadmodũ in ſomnis, viſoriæ virtutis auertendæ gratia, quo melius homo conquieſcat. Partes autẽ iuxta oculos totos ſitæ, qua palpebræ inuicem cõmittuntur, tarſi noiantur: vnde pili proueniunt, quos cilia nuncupant, à quibus orta ſunt, ducto noïe. Facti aũt in hoc ſunt pili iſti, vt viſoriũ ſpiritum, vel, vt quidã aiũt, radios interiore parte effuſos perſpiciendi gra dirigant. His itaq; elapſis, vel retortis, nequaq; aïans ſimiliter in rectum, vel in longum videre põt. Interiores oculi termini, vbi palpebræ coaleſcunt, canthi i. anguli dicuntur, alter iuxta naſum, iuxta tempora alter: hic paruus, ille magnus. Quod in horum medio cõſiſtit, oculi candidum. Huius rurſus medium Iris circulus coloribus varius occupat: vnde & à ſimilitudine, quam cum cœleſti illa Iride habet, nomen accepit. Huius rurſus media pars, per quam viſus peragitur, Pupilla eſt. Naſus oculos interiacet: eius partes vtrinq; ſitæ, Nares vocãtur; quibus animalia reſpirant, & olfaciunt. Exteriores autem narium partes, Pinnulæ ſiue Alæ nomi-
B nantur, Quod autem eas diſcriminat, Interſeptum vocamus. In vtraq; naſi parte, quæ proprie concaua ſunt ſub oculis ſita, concaua nuncupamus: vnde quidam concaui nominantur. Per morbum autẽ hæc attolluntur ob hoïs cruditatem, vel diſplicentem diſpõnem. His aũt ſuperiores inter naſum, & aures, Malæ, {priſcis ẽt Genæ dicũtur,} quæ bene coloratis, & ingenuis pudore ſuffuſis rubent. Hinc Maxillæ ad mentum vſq; deſcendunt, & hac in mucronem deſinunt. Mentũ id omne eſt, quod labro inferiori longa orbiculari figura ſubiacet. Suprema pars labri ſub naribus μύραξ Græcis, Homero ὑπήνη appellatur. Quod intra labra deſcribitur, & ab eis conſtituitur, & continetur, Os eſt. Videntur enim hæc quaſi cõnata, poſt diducta os efficere: quare etiam veluti nuper diuiſa apparent. Quod caput excipit, & ad humeros vſq; pertinet, id totum Ceruix dicitur: huius poſteriores partes proprie Tendines appellantur. Dein ſub ceruice humeri vtrinq; prominent, quorum verticem ἀκρώμιον, quaſi dicas ſummum humerum, nominãt. Quod ab hoc prorſum vergit, Clauiculæ exiſtunt, inter quas iuguli habentur. Ab humeris Manus incipiunt, vtraq; ex ſuo latere propenſa: harum pars ab humero ad cubitum vſq; pertendens, Brachium vocatur: Ancon autẽ, id eſt cubitus, qua tota manus flectitur: cuius exteriorem partem Græci κορωνὸν, & horum Attici ὠλέκρανον nominant. Dein Cubitus, quo & homines metiuntur. Vbi hic deſinit, et cũ ſumma ma-
C nu articulum facit, Brachiale dicitur. Succedens huic pars μεταχάρπιον, quaſi Poſtbrachiale dixeris. Inde Nodi, à quibus digiti incipiunt, Græci κονδύλους appellant. Digitorum maximus, Pollex eſt, ἀντίχειρ Græcis dictus, quòd toti ſummæ manui cooperans æquipolleat. Poſt hunc Index, nomen ab vſu, vt apparet, ſortitus: dein Medius: hunc Medio proximus ſequitur, Græcis παράμεσος dictus, medicis dicatus, atq; ab ijs nomen ſortitus. Poſtremus Paruus dicitur, quòd omnibus ſit inferior. Itaque à brachiali ſumma manus dicitur: cuius ſupinæ pars iuxta pollicem aſſurgens, Vola nominatur, græce θέναρ: huic pars oppoſita ὑποθέναρ, ideſt ſubuola vocatur: verum, vnde digiti procedunt, ῥῆθος i. Pecten manus eſt. Quod medium horum omnium eſt, concauum manus dicitur. Supra vero thorax ea pars appellatur, quę à collo toto ad ilia vſque ex anteriore parte protenditur. Huius pars, quę ſub clauiculis vtrinque, & manibus habetur, Coſtæ ſunt: ex quibus & latus vtrunque dicitur. In harum medio Pectus. Huius rurſus medium vſque ad chartilaginem, ſub qua ventriculi os deliteſcit, στέρνον Græcis dicitur: idem locus etiam extrinſecus ita appellatur. Hinc abdomen oritur. Quæ ſub ventriculi ore ad partem exteriorem apparent, Subchartilagia nominamus, Græci ὑποχόνδρια, quoniam ſecundum rectitudinem ſub chartilagine veluti poſt ipſam habentur. Sunt autem muſculi, qui expanſi membranæ prætenui veluti araneę,
D quam περιτόναιον Græci nominant, ſubiacent: extrinſecus vero cute conteguntur. Æquiuoco autem cum his vocabulo etiam interiora viſcera vocamus hypochondria: quoniam & ipſa ſub chartilaginibus notharum coſtarum ab interiore parte exiſtunt: ſed exteriora proprio. Quod ante ilia hypochondria comprehendit, Abdomen eſt: Quod vtrinque eſt, κενεὼν i. inane ſeu vacuum. Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc ſumen Græcis ἴτρον vocatum. Poſtea Pubes ſequitur, quę & aquaticulus, græce ὑπαίσιον dicitur, in quem thorax finit: vbi & maſculorum pudenda conſtituta ſunt: tum fœminarum ad femoris vtriuſq; exortum, vt ſub hoc occultentur. Maris pars prominens Coles vocatur, ſummitas eius, Glans: qua foramen habet ad excretionem, οὐρήθρα ab vſu nuncupatur. Cutis, quæ eam contegit, Pręputium dicitur. Inferior pars colis in longitudinem eius vergens ραφὴ, id eſt ſutura vocata eſt. Quę vero aduſque ſedem producitur, ταῦρος, hoc eſt Taurus. Teſticuli duplici nomine apud Grecos didymi, & orchęis intus, & foris appellantur. Quod teſticulos ambit, ὄσχεον Gręci, noſtri Scrotum vocant. Muliebris autem pudendi (ſic enim nominaui ipſum) ſinus ipſe, κτεὶς, id eſt pecten, vocatur. At, quę ſinum ambiunt, Alę vocantur, Inter has autem caruncula ad fiſſuram exorta, Grecorum lingua νύμφη nominatur, noſtra Colliculum appellare licet: quam, cp multo promineat, Ægyptij in virginibus excidere conſueuerunt. Porrò recti inteſtini orificium per ſedem prodiens, quo excretionem, cum lu-

bet,

bet,retinemus,Anulus à figura,ab officio Strictor vocatus est. Cæterum posteriores corporis partes, quæ collo subiacent, hunc situm & appellationem habent: totum, νῶτον i. tergum, vocatur: in de vtroq; in latere ὠμοπλάται i. scapulæ habētur. Media ipsarū pars μεταφρενον, quod est dorsum, cui etiam stomachus intus subiacet. Rursus media totius tergi sedes superne ad clunes vsq; spina dicitur. Huius partem, quæ recto tramite sub dorso habetur ἄκνησιν Homerus nominauit, manifesto aliis dictionibus exponens, κατ' ἄκνησιν μέσα νῶτα: qm̄ & iuxta rectitudinē longitudinis media sunt terga, mediūq; est dorsi & lumbi. Spinā Lumbi, Græcis ὀσφὺς dicti, quę ἰξὺς nominata est, quatenus cingimur, excipiunt. Hi in Os sacrum terminantur: in cuius vtraq; parte Coxæ sunt: in his Nates: qm̄, quæ his subijciuntur, maxima ossa sunt. Inde carnosa ipsis corpora substrata sunt. Quorum Gibbæ partes, q̄ orbiculares sunt, σφαιρώματα, ceu modo orbium factæ, Græcis nominantur. Inde corpus vnum in duos exit processus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorū diuisiones veteres Græci διχάλαν nominant: atq; hæc tota ad extrema vsq;. Crura dicuntur: quæ vero à coxis statim incipiūt, Femora: vbi vero artus postea cōmittuntur inferioribus, articulumq; efficiunt, Genua noīamus. Eorum partes retrorsum spectantes, Poplites, vel Ancyle: Inde ad ima maximi artus Tibiæ: quarū anterior pars Ocrea, posterior Sura noīatur. Postremum ossium tibię in vtrunq; latus excedens, Talus est: ab hoc profecti, Pedes proprie appellantur: quibus etiā mensuram sibi aliam hoies in altum tollentes pedem inuenerunt. Pedis pars posterior Calx: prior à talo vsq; ad digitos, τάρσος Græcis vocatur. Interior autem quasi pedibus inuicem se aspicientibus à talo versus magnum digitum procedens, πεδίον Græcis appellatur, id est planities. Quod sub hac statim in medio imi pedis habetur, concauum dicitur. Infimum, quo terram contingimus, & ingredimur, planta vocatur. Quod post concauum ad digitos assurgit, Pecten pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eadem sortiti nomina, quoniam nec eosdem præstant vsus, quanquam magnitudine, aut situs ordine conueniant.

* Græcum exēplar habet στῆθος i. pectus.

Interiorum anatome. CAP. II.

ANatomè abusiue quidem dicitur ēt exteriorū corporis partium & particularum commemoratio, quæ verbis vniuscuiusq; ipsorum naturalem situm, ordinē, vsum, quem aīanti prębent, propriam cuiq; illorū appellationē, de quibus iam retulimus, percensēt: proprie vero anatome, interiorū cum sermone explicatio dicitur. Siquidē oculis eas indicatas esse, anatome non est, sed cuiusq; notitiam ex sermone ac verbis accipisse, & naturales actiones, quo modo ipsas obeant, didicisse, p̄terea quā inuicē cōionem viscera, aliæ q; corporis partes per venas habeant. † Cerebrū itaq; ex nullo eorum, quę p̄diximus, principali vase cōpositum esse videtur Erasistrato, eo q; nutrimēti parēchyma i. affusio ipsi esse videtur. Est aūt corpus simplex, atq; ob id oīum, quę humano continētur corpore, & præcipuum, & princeps. Quapropter Plato & Hippocrates ‖ animi principatū in eo constituunt. Comprehenditur sanè mēbranis duabus: Vna & contigua affimili q;, χοροειδὴς idest secūdiformis Græcis appellatur, venosiorq; est: Altera, q̄ huic superiacet, caluarię qbusdā partibus magis adhęrescit. Sed hęc neruosior existit. Ex superiore igitur parte venæ nutrimentum à cōrde iuxta eum locū, qui Græcis ληχηνεῖον dicitur, ex arterijs vero, quæ ad basim sunt, acceptum in id deriuant: inde & nerui exortus principium ex eo capiunt, vnde & animi functiones vniuerso corpori cōicant. Neruorum autem species duæ sunt, vna mutuos ossium connexus colligat, continet q;: altera sentiendi mouendiq; pro arbitrio facultatem toti corpori transmittit. Atq; hinc etiam musculorum prouentus est. Oculorum meatus & ipsi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos visorius spiritus oculis impartitur. Inde vero nares ēt processus habent, per quos & odoramur, & cerebrū expurgatur. Ad aures processus nō sunt, verum à posteriore parte tenuis mēbrana, quam Græci μήνιγγα vocant, perforata est, atq; in vermis speciem processum habet: per quam similiter ipsæ repurgantur. In illius principio cerebri pars Græcis κωνοειδὴς appellata, q̄ coni speciem referat, sedem habet. Iam vero illinc & spinalis medulla incipit. Cæterum duos habet cerebrum veniculos, quorundam opinione vnum, vbi animi principatus residet. At Caluariæ ossa superiore parte sub cute, mēbrana, quæ per futuras è meningibus prodijt, περικράνιον Græci nominant, conteguntur. Est q; hęc origo mēbranæ costas succingētis, quam ὑπεζωκότα noīant, & septi trāsuersi, & peritonæi, & omnis membranę neruosę. ‖ Oculus ex Hippocratis sententia habet duas tunicas, quas Hippocrates μήνιγγας, q̄ ex illis prouenerint, appellat. Recentiores tres ponunt, non nulli quatuor. Ex quibus prima deforis est à Græcis κερατοειδὴς i. cornea vocata. Ea reliqua sui parte alba est, pupillæ loco extenuatur, perspicuū q; subiectū colorē reddit, quatenus niger, vel cęsius, vel suluus apparet. Secunda, qua pupilla est, modico foramine concaua, quę, quo'd parte interiore sit acino vuę similis, ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Tertia retis modo sinum habens, ἀμφιβληστροειδὴς nuncupatur: perinde quasi in summo quartam tunicam à non nullis inuectam excipiat, quam & ἄδηλον, ceu minus apparentem vocare consueuerūt. Est etenim membrana minima simul & tenuissima, sed prima & secunda firmæ mēbranæ, crassæ q; tunicæ sunt: tertia vero & quarta tenuissimæ. Quare & Hippocrates priores solas cognouit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplices hæ tunicæ humores continent. Hunc ab aquæ similitudine ὑδατοειδῆ Græci vocant: Illum ὑαλοειδῆ, quòd vitro quiddā simile referat. Tertium κρυσταλλοειδῆ, hoc est crystalli modo pellucidum.

† Ex grecis antiquis hęc adduntur: & arterias & neruos, p quæ & cōspiratio & cōfluxio oīum, & omnia fiunt.

de Mor. fac. nō procul à fine.

* Al. λῆνων i. torcular.

de Loc in Homine non procul à principio,

A lucidum. Palpebrarum interiores partes carnosæ: mediæ chartilaginosæ: exteriores cute tegũtur. At, qm̃ chartilago media dura est, adeps subiecta est lenimenti malagmatis ve instar, q̃ frequenter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnosa est, in quã duplex neruorũ genus ab ima parte cerebri prodiens inseritur. Alij molles appellati gustãdi sensum ad principiũ: alij duri motũ arbitrarium ad ipsam deducunt. Ad huius radicẽ exigua inhæret lingua, Græcis ἐπιγλωττὶς dicta, quę, cũ deglutimus, recurrens, arteriam claudit, ne qd ex firmioribus humidis in ipsam delabat. Cuius rei quoq; causa tonsillæ numero quatuor creatæ sunt: duæ ad linguę radicem, vtrinq; conspicuæ: duæ his proximæ penitiores. Noiantur eædẽ et παρίσθμια, qm̃ locus ad quem sitæ sunt, isthmo, præsertim cũ per inflãmationem intumuerunt, eo q; translitũ hunc arctum nimis reddunt, figura rñdent. Porro, cũ duabus aĩal materijs gubernetur, alimento, & spũ, ad hũc qdem pcipiendũ, nares, os, fauces, aspera arteria, & pulmo, partes sunt aptissimæ. Nares sanè & os respirationi seruiũt: gurgulio, ne frigidus in fauces aer cumulatim irrumpat: aspera arteria, vt eundẽ in pulmones deducat, quorũ in pectore sedes est: p̃ hos & ois fit respiratio, sumittentes quidẽ se, vt spũs emittatur: attollentes vero, vt idẽ recipiat. Quare actione similitudinẽ quandam cũ fabrorũ follibus habere videntur: figurã vero vngulæ bubulæ seruãt. Porro ex spiritu in pulmone elaborato quicqd maxime necessã-
B rium est, ad sinistrũ cordis ventriculũ defert: quicquid inutile est, illac, qua inspirauimus, efflatur. Nutrimẽti vasa ad excipiendũ, & instra ad elaborationẽ istituta hæc sunt, os, dẽtes, stomachus, ventriculus, ieiunum, & tenuia intestina. Os qdẽ et dentes cibũ extenuãt moluntq;. Stomachus appetit & deglutit: appẽsus aũt asperę arterię ad septũ vsq; trãsuersum porrigit. Ventriculus ois est ad cõcoctionem: incipit velut à media chartilagine, vbi ventris os situ dicitur: subsidet leuiter iecinori, latitudine græcorũ literã σ referens, & altero extremo in sinisteriorẽ partẽ vergit, vbi est & Græcis dictus πυλωρὸς, qm̃ portę modo, ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, prohibet. Ieiunũ & tenue intestinum digestioni dicatũ est, in sinus multos implicitum: cõmittitur aũt mesaræo seu mesenterio, quod venæ in id descendentes intertexũt, p̃ quas digestio plurima fit ad portas hepatis. Ei vero tenuius intestinum est ita cõnexum, vt pars eius esse videatur, quippe ieiuno explicato persimile est. {Differt tñ, q̃ nec vacuum sit, nec vasorũ copiam habeat.} Deinde cæcum intestinũ, alimẽto recipiẽdo accõmodatum. Huic adhæresçit κῶλον i. laxius intestinum, quod excrementa ex distributione segregata suscipit. Pertendens aũt in dextram supra vmbilicũ inter iecur & lienem, deorsum rursus fertur, totum q; amplexum abdomẽ in rectũ intestinum desinit. Cum igitur duo meatus à lato oris spatio incipiant, alterũ iuxta priorem colli partẽ, bronchũ vel asperam arteriam
C noiamus: {alterũ, stomachum.} Vnde vero initiũ capit arteria, & vbi aperitur, φάρυγγα i. fauces, vel λάρυγγα Græci vocant. Cæterum totus meatus ex chartilaginibus anuli modo vel circuli compositis constat, quo firmus continuæ animantis respirationi maneat, }nec comprimatur:} quare ẽt ostium eius semper patescit. Nã cibi abstinentiã tolerare potes diutiusime, non inspirare ne minimum quidem tpis potes. Huius rei gratia purũ hũc spũi trãsitũ natura dedit, ne impedimenti quid sentiat. Enimuero, siquid vel cibi, vel potus in arteriã iprudentibus delabitur, strangulationes, & tusses statim excitãtur, donec à spiritus ipetu excussum efferatur. Iam vero aspera arteria spiritum pulmoni trãsmittit, desinit q; in eiusdẽ arterias asperas, quas ipsas quoq; bronchia noiant. Stomachus interius, cę arteria, existens, ceruicis vertebris annexus, longissime cũ aspera arteria porrigit. Sed bronchus illi adiũctus, cũ cibum deglutimus, recurrẽs exacte ipsum lingula cooperit, quæ ex linguę radice trahit originẽ. Porro hæc lingula non modo os claudit, sed etiam cibum à lingua velut vẽtilabro purgatũ, & arterię orificio superimpositum ad stomachum pontis modo deijcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatẽ habet. Dum appetit quidem, se attollit, & quæ offerũtur, deglutit: dum aũt accepta quasi elidit, & ad subiectas partes expellit, ac vẽtriculi orificio cõtiguo p̃ transuersum septũ tradit, submittitur. Per quẽ angustum exiltentẽ meatuum in ventrẽ
D alimenta descendũt. Ventriculi naturale officium est, vt alimẽtum sibi cõmissum cõcoquat, quod à cõcoctione primum ptissanę cremori persimile est: verũ per eũ, quẽ πυλωρὸν à Grecis appellari diximus, q adhuc arctior est, alimentũ ieiuno instillatur: quod cum tenue sit intestinum, in flexuo sissimos orbes natura iplicauit, ne ex facili videlicet dissecaretur, diuelleretur q;. Mesarçum seu mesenteriũ anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipsos sustentat: quanq; id nõ solum hunc præstat vsum, sed ẽt venas duas sub iecinore emergentes {fulcit} quę post in diuersas partes diducuntur, & mesaræo inseruntur, quo & ipsę (sunt enim tenues) ruptionis periculum effugiãt. Sustinentur aũt ab intexto eidem simul basi, huic innitentes, & veluti substrato alleuatę finiunt. Atq; hoc pacto in singulis anfractibus ad hirudinum similitudinem compositis, aperto ore ieiuno inhiantes, oẽm in eo alimoniam in succum conuersam exugunt. Simul aũt inter exugendũ, protinus ipsum in sanguinẽ mutant, qui succus antea erat, dũ in ieiuno esset. Non enim aliunde vel pituitę, vel sanguinis, vel alterius cuiusdã vas esse natura indicat. Rursus igitur duę factæ ex multis venę à męsarço acceptum, ad iecinoris portas digerunt. In iecinore cum sanguinis naturam nutrimentum induit, recrementa singula pariter secernuntur. Flaua bilis ad velicam ei inhærentem defertur: atra ad lienem. Iam vero ab hepate versum in sanguinem alimentum, in dextrum cordis ventriculũ distribuitur. A corde sanguis per iugulares venas (σφαγιτίδας à Grecis nominantur) ad superiores

corporis

corporis partes deriuat. Per cauam aũt venam in vniuersum corpus diffunditur. Ab hac rami duo, E sanguine iam à sero discreto, ad renes perreptant, qui lumbis sub cluniũ carnibus, per quas vrina destillat, inhærent. Ad vesicã autẽ per meatus dictos græce οὐρητῆρας proficiscitur. Vesica corpore suo vrinã recipit, & per colem foras excernit. Testiculi vero substantia glanduloſi sunt, cõceptacula, & officinæ seminis, quod per singulos neruos ab inguinibus depẽdentes, Græci κρεμαστῆρας nominant, ad eos fertur. In quos etiam alia vasa ipsos nutrientia descẽdunt. Cęterum duabus tunicis conteguntur, quarum tenuiorem Græci ἐρυθροειδῆ, valentiorẽ δαρτὸν appellant. Ab his est, quod ὄσχεον à Græcis i. scrotum dicitur. Fœminis autem vulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quàm plurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur cedit q3 in alimentum fœtui, & formationem. Nam à venis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes venæ, ab arterijs ibidem sitis binæ arteriæ, & à neruis vnus neruus mutuo in vnum congressu meatum ἕρακον appellatum absoluunt, qui infantis vmbilico inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab vmbilico autem venæ ad iecinoris portas sanguinem in fœtibus transmittunt: arteriæ vero iuxta vesicam, crassiori arteriæ: neruus hic spinæ insertatur.

De ea anatomes parte, quæ ad ossa pertinet. CAP. 12.

OSsium duplex compositio, vna ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, Græcis συνάρθρωσις i. coarctatio dicitur. Huius autẽ tres sunt species, futura, coagmentatio, & fixura. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem futuræ in plurimis quinq3. Prima per sinciput, στεφανιαῖα à corona, cui assimilatur, Græcis dicitur. Altera per verticẽ ὀβολιαῖα, cp veru repræsentet, vocatur. Tertia per occipitium, à græcorum litera λ. λαμβδοειδὴς ei nomen est. Duæ, quas κροταφίας nominant, in vtroq3 temporum vna. Ossa caluariæ septẽ numerantur, occipitis vnum, verticis duo, temporum item duo, frontis vnum, polymorphi vnum. Cerebrum duos ab vtraq3 cerebelli parte processus obtinet: κορώνας, quasi dicas tubercula, Græci appellant, qui in primæ vertebræ cauitates insinuantur, in qua, velut centro, secundæ vertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuit q3. Deinde ossei dicti processus duo paululum inuicem dissidẽtes, per quos tendines, & neruí deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalia i. ζυγωειδῆ appellata. Sub his rursus alia duo petræ modo prominent: λιθοειδῆ vocant. Priore capitis parte processus sunt telo similes: hinc quoque βελονοειδεῖς à Græcis dicuntur. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committuntur, os ὑοειδὲς appellatur. Quæ vero super his sunt, nomẽ desiderant. Quorum in priore parte situm est os à multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò superioris maxillæ ossa coagmẽ G tatione constant. Facies item coagmentationes nouem habet. Prima in lato vtroq3 oculorum spatio situm obtinet: duæ à latere narium vtroq3: alia medias nares rectà interſecat. Malæ quoq3 singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatum secant, vna q3 in rectum idem palatum diuidit. Cões autem faciei, & capiti, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, nariũ duo, oculorum quoq3 totidem, malarum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundã sentẽtia duo in mento cõnata habet ossa, nõ nullorũ vnum. Cæterum dentes fixura iunguntur, quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt aũt numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atq3 inferiore maxilla, quia secãt, τομεῖς à Græcis nominãtur: canini quatuor, maxillares seu molares viginti sunt. Reliquorũ ossium clauiculę ad summum humerum coeuntes deligantur: Ad pectus autem articuli, & coagmentationis mistionem facere videntur, & Romanæ literæ S, eius q3 simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim vtroq3 latere habentur. Septem ex eis cum spinæ vertebris, cum q3 osse pectorali vtrinque coeunt. Reliquæ quinque à posteriore parte spinæ inseruntur: in anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Vertebræ vero omnes quatuor & viginti sunt. Septem in ceruice, dorsi duodecim, quinque lumborum: post omnes os sacrum, quod ex vertebris inuicem connatis constare videtur. Quin & pectus similiter ex septem ossibus vnà coalitis ensis figura structum esse apparet. At brachium vtrunque humeri articulo coarctatur. Porrò suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immittitur. Cæterum scapulæ musculis, qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius, quem Græci κερκίδα appellant, coalitus quidem modo sese contingunt, articuli vero modo, alteri brachij capiti committuntur. Tribus enim sui vertebris brachium in cubiti cælaturam, structura literæ σ similem, inseritur. Quarta iam vertebra radius veluti circa axem voluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu deligata sunt: ad cubitum tamen, & radium, articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa videre licet articulum cum brachialis ossibus, quibus cõnata sunt, explentia. Palmæ ossa cum eisdem, & postbrachialis ossibus coagmentatione iunguntur, continentur q3. Cæterum cum primis digitorum internodijs coarctantur: digitorum vero internodia singulorum tria, quę articulo componuntur. Femoris os vnum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conſcitur. Quam commissuram neruus, qui è medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ, quę duo sunt ossa à posteriore parte, cum osse sacro priore inter se coalescentiam habent: vbi & pubis ossa, vel pectinis nominantur. Tibię vtriusq3 ossa duo, nempe tibię & fibulę: non peruenit autem fibula H

ad genu

A ad genu articulum, verum sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os rotũdum, sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorum continens, q̃ in summo coarctetur. Fibulæ superior extremitas anteriori tibiæ parti sub insertione connectitur: iuxta malleolos autem, qua desinunt vtraque tibiæ ossa, ligamento nerueo, chartilaginoso q̃ inuicem colligantur: cæterum intus talo incumbit intra se ossa couinciens. Talus, iuxta pedis longitudinem situs, perone, hoc est fibulæ, insidet, ei q̃ firmiter coaptatus est. Cæterum tibiæ ossibus, tum ei, quod σκαφοειδῆ vocant, in anteriores ipsius parte articuli iunctura committitur. Rursus scaphoides, vbi cũ talo coit, excauatum est, vt scaphæ speciẽ referre videatur. E regione gibbum calles tres habet, quibus ossa χαλκοειδῆ, quæ tria sunt, inserũtur: porrò, quod cubi figuram repræsentat, extrinsecus situm est: coarctatum est autem† carnosæ parti, & calci. Processum quoq; ex inferiori ad priorem partem obtinet, quem plantæ os retinendi ipsius gratia subijt. Deinde os dictum πτέρνον, & ipsum quinq; constat ossibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, similiter ijs, qui in manu sunt, compositis, si magnum excipias: is enim solus duobus constat. Contrahunt autem horum iuncturas membranosa quædam ligamenta: talum & calcem valida admodum, & quædam ex ijs rotunda, si

†Græci impressi legũt, vt vertit interpres. Antiqui tamẽ habẽt scaphoeidi ossi, & ita legendum est.

B mul & neruea chartilaginosa q̃.

De humoribus facultatibus, morbis, eorum differentijs, causis, ac curationibus. CAP. 13.

HVmores corporis ex prima generatione quatuor, commisti inuicem & contemperati sunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, sanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iecinore, atra in liene. Cæterum duplex spiritus innati species, alius naturalis, alius aĩalis. Nõ desunt tñ, qui & tertium hecticon introducunt. Hecticus igitur est spiritus, qui lapides continet. Naturalis animantia & stirpes nutrit. Animalis sentiendi, omnis'q; motus facultatem aĩatis exhibet: Situs autẽ est in animantibus: nam his tribus aĩalium natura cõstat. Itaq; aĩalis in capite sedem habet: naturalis in corde: hecticus in toto corpore versatur. Naturæ actiones sunt, à prima generatione imprægnatio, fœtusq; formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in ventriculo concoctio, digestio, in sanguinem alteratio, segregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autẽ in corpore stercus, pituita, vtraq; bilis, vrina, sudores, muci, saliua, & lac. Animæ vero facultates, sensus, & voluntas. Sensus quidem sunt quinq;, quibus animantia per corporis instrumenta sunguntur, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. Instituit autẽ anima quædam sine corpore, vt cum ratiocinatur, vel reminiscitur. Cũ corpore, vbi id ad quorundam receptionem, vel excretionem, vel ad loca mo

C uet. Respiratio composita quædam actio esse videtur, partim ex arbitrio, partim sponte & naturaliter, vt in somnis facta. Sanus igitur homo est, primis, vnde constat, elementis: & secundis, vnde formatus est, quatuor humoribus, tum quãtitate, tum qualitate mediocriter inuicem contemperatis: solidis aũt partibus, ex quibus compositus est, nec diuisis, nec cõdensatis, nec è loco suo motis: spiritibus nec intensis nimium, vt in phreniticis, nec dissolutis, vt in lethargicis, vel in ijs, qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hecticus spiritus resolui videtur. Sanus autem homo conseruandus est consuetis exercitijs, & cibis patrijs quolibet anni tempore obseruatis: copia eorum solum vitanda est, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariunt. Præcauẽdi morbi sunt, vel qui iam imminent, vel futuri sunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, vel purgatione, vel venæ incisione curandi sunt. Si ex labore & indigẽtia, quieti corpus dare & nutrire cõuenit. ‖ Verũ vniuersi mor

de Nat. humcõ. 2. t. 2. cl. 7. 182. b

bi, ex Hippocratis sñia, partim extrinsecus ex aere nos ambiente, partim intrinsecus ex esu, potione q̃ proficiscuntur: à q̃bus humorum aliquis vel abũdat, vel deficit, vel qualitatẽ cõmutat. Ab his ẽt spiritus insiti nunc intẽduntur nimis, nũc plus æquo relaxãtur. Solida vero corpora foris & intrinsecus multas causas habent plures affectus sustinẽdi. Erasistratus aũt & Asclepiades in vniuersum vnã omni morbo causam tribuũt: Hic sanguinis in arterias coincidentiam: ille corporeæ mo

D lis in raritate extẽsionem. Plenitudinis morbũ facientis notæ sunt vasorũ cõuexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulsuũ magnitudo cũ robore. Indigentiæ signa, collapsus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulsus cũ imbecillitate. Itaq; febrim veteres ipsam per se affectum arbitrantur: Erasistratus, & recentiorũ nõ nulli ἐπιγίνημα i. accessoriũ, seu cõsectarium affectũ. Febris igitur est natiui caloris in ardentiorẽ cõuersio, eo, q̃ intro aduersus ꝑspirare prohibeatur. Indicia febricitantiũ colligimus ex calore intẽso & intolerabili, tũ in accessionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulsuum motu: In statu, ex vehementissimo motu elato, & veloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardẽtem, mordacem, acrem, & cõstantem, cum pulsuum frequentia & duritie, ex alto venientẽ, febrem esse definiunt. Sunt aũt duæ eius species oĩum sentẽtia, & cõtinua, & intermittens. Continua est, quæ non ad integritatem prius, q̃ morbus ex toto solutus sit, venit. Intermittentis rursum sex species inuenimus apud veteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanã, septimanã, & eam, quæ à nono die nomẽ habet. Quotidiana est, quę singulis diebus aut noctibus accessionẽ vel decessionẽ facit. Tertiana vnũ diem præstat integrum, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde reuertitur: Quintana tres: Septimana quinq;: Quæ à nono die vocata est Græcis ἐννατᾶια, septẽ. Nam semitertiana, modo inter continuas, modo inter intermittentes ponitur. Iam vero reliquorũ morborum duo genera sunt, vel cum febribus, vel sine febri-

bus.

bus. Quidã. n. acuti, quidam lõgi sunt. Acuti quidẽ hi, Phrenitis, Febris ardẽs, cui nomẽ est causos, E
Synãche i. Angina, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Vol
uulus, Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opisthotonus, Emprosthotonus. Acuti igitur à san-
guine ferè, & flaua bile, in non nullis corporis partibus, quas ij male habent humores, superfluis,
& in deterius versis constituuntur. Longi à pituita & atra bile, similiter vel copiosioribus, quàm
naturæ modus exigit, vel inacerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, victus
ratione, vel inedia, vel purgatione, vel venæ incisione curandi sunt. Qui ex abstinentia in mor-
bum incidere, alimentis restituere conuenit. Quibus incoctio, & humorum acrimonia morbi cau
sam fecerunt, ijs fomentis, & cataplasmatis concoctio paranda est. Acria contemperanda sunt, &
cibis boni succi atq; humectãtibus vti oportet. Cæterum quatuor in toto morbo, particularibus q;
accessionibus tempora auxilijs afferendis dicata sunt. Initium, incrementum, vigor, & inclinatio.
Principio totius morbi inedia triduana conuenit, quibus & in totum abstinere triduo conducit.
Venæ sectionem in initio recentiores ad tertium vsq; diem statuunt: Veteres etiam post tertium
diem præcipiunt, si vires suppetant, & morbus postulet. Nutrimenti tẽpus à triduo iuniores: anti-
qui non omnibus, sed ijs, qui copia laborant, tum iunioribus, tum senioribus instituũt. Pueros sta-
tim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos, quibus hmõi consuetudo est vel loci, vel aeris cir- F
cunflui gratia. Ante cibum post triduum primum perfusiones capitis & præcordiorũ ex vsu sunt:
sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper assu-
mere oportet, & simplices, ex cumini vel xylanethi decocto: Ad caput, calefacientes quidem in le-
thargo, & in omni graui sopore: refrigerantes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conue-
niunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, vocanturq;, μαλακτικὰ, quasi inter
preteris emollientia. Quędam ex aqua, cui oleum sit adiectum, fiunt, quæ ὤμην λύσιν Græci nomi
nãt. Alia his insperguntur, veluti pollen, lini semen, & fœnugræcũ. Clysteres hydrelęo, melle, sale
& nitro modico præparãtur. Tẽpus eorum ante cibũ est, dum accessiones remittuntur & inclinãt.
In continuis morbis diluculum. Phrenitis est mẽtis alienatio. Notæ sunt, insania vehemẽs, temera-
ria manuum gesticulatio, floccorum & festucarũ collectio, & febris acuta. Causam habet magna
ex parte bilẽ. Cõstituitur in cerebro, vel eius mẽbranis quas μήνιγγας appellant, vel, vt quidã aiũt,
in septo trãsuerso. Curatio hæc cõuenit. Initio, si præscius fueris, venæ incisio, cucurbitulæ conue-
niũt, subtractio, & clyster, & abstinẽtia cõueniẽs: instãte aũt morbo perfusiones soporiferæ, inun-
de Rat. vic. in morb. acut. t. 8. cl. 7ª. 108. h ctiones, quibus somnus accersitur, & humectãtes cibi cõducunt. ‖ Causos febris spẽs, ab Hippocra
te quidẽ inter acutos, vt quartana inter longos morbos refertur, à recẽtioribus nõ itẽ. Oritur ex bi G
le nõ nimis sicca, circa venas, quę ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione: in statu,
frigidę, tum aliorũ, quæ refrigerãdi vim obtinẽt, potio confert, vel epithema, cuiusmodi ex feruẽti
de Morb. vulg. lib. 1. com. 3. t. 4. cl. 3. 118. g hydrelæo præparatur. Angina est circa ceruicem inflãmatio. ‖ Eius spẽm vnã Græci κυνάγχην ap
pellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strãgulat: Alteram συνάγχην: hæc in exteriorem
partẽ incũbit, eo q; minus strãgulat, minus q; periculosa est. Vterq; affectus vel à bile, vel à pituita
salsa nascitur, id q; non nunquam cum febre acuta, non nunquam sine febri. Remedium & gene-
rosissimum & præsentissimum est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pi-
tuitam per os educentia, & certa foris impositа. Asclepiades vltimum auxilium posuit, de quibus
summus metus est, ne strangulentur, superiorem gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab inte
riore parte inflammatio est. Huic febris acuta, dolor vehemens, & tussis accedit: à bile potissimũ
constituitur. Præsidio est in initio adhibita venæ incisio: deinde cataplasmata & sicca fomenta,
nempe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ πλευριτικὰ nominant.
Cauenda vero in his sunt ventris profluuia. Peripneumonia, non nullis auctoribus inflammatio
grauis est circa pulmonem, id q; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati
non posse videtur, sed vicina eius loca, cum in dispositione eiusmodi sunt, ea vt ita nominetur, fa- H
ciunt. Habet autem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem cõ
citat, secundum alios tamen pituita. Remedium ferè huic cum superiore malo cõmune est. Cor-
dis affectus est, quem Græci καρδιακὸν vocant, nõ quòd in corde affectus sit, sed quoniam stoma-
chum veteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodice digeri contingit. Ac
cidit ferè ex immodicá abstinentia, vel parum tempestiua venarum sectione, vel cum aliquid præ-
ter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recalfacere, suc-
currendum est: quemadmodum ex vino ac niue: cibo, qui ex valentiore materia est, & stoma-
chum corroborare potest. Est, cum visceribus inflammatis, potissimum iecinore, hic morbus eue
niat: cum è contrario, ablatione & cataplasmatis inflammationi dicatis opus est. Arquatus seu re-
gius morbus, quem ἴκτερον Græci nominant, est bilis in summam cutem redundãtia. Interim cum
febri acuta oboritur, interim sine illa, cum interiorum adustione, & stomachi vitio. Si præcordia in
de Rat. vic. in morb. acut. cõ. 4. tex. 96. cl. 7ª. 146. g. Ett. 103. fol. 147. d flammantur, cataplasmata primum deliderant: si copia laborant, venæ sectionem: sin minus, medi
camenta, quæ bilẽ euacuãt, aut ventris ductione & intestinorũ, aut per vrinas, aut per sudores, aut
per nares. ‖ Cholera duplex est secundum Hippocratẽ: Altera humida, in qua, vti omnes norunt,
vehemens est excretio, bilis supra infra q; erumpit, intestina grauiter torquentur. Accedunt con-

uulsiones,

A uulſiones,ſæpe ẽt crurum ſuræ contrahuntur. Remedio contractionibus ſunt perfuſiones calidæ: in ijs,quæ contrahuntur, balneum poſt expurgationem,tum alimenta,quæ ex facili diſponuntur, digerũtur q3,& ſtomachum adiuuãt. Alterã,ſiccam cholerã vocat Hippocrates,ab eadẽ prouenien tẽ cauſa,ac circa eadẽ conſiſtentẽ,at citra ventris fluorẽ,& vomitum. Ideo q3 remiſſionẽ præcedentẽ,& per cataplaſmata requirit,nec cibi ingeſtione,ſed contra inedia opus eſt. Voluulus,& colicus dolor, inteſtinorum inflammationes ſunt,quorum alter tenuioris,alter plenioris. Quare deiectiones includuntur,& flatus inteſtinis inuoluti, eo, q̃ exitum non habent, dolores vehemẽtes,& tormina concitant. Voluulus aũt diſpõne,& accidentibus acutior,magis q3 perculoſus eſt. Alterutro aũt morbo extreme laborantibus vomitus concitantur voluulum patientium. Auxiliũ eſt voluuli maxime ſanguinis miſſio per initium,plerunq; abſtinentia,& cataplaſmata mitigantia,& inflammationem diſcutientia. Efficacius iuuant medicamenta, quæ κωλικὰ nominant,intro per ſedem immiſſa. Nam dolores auferunt,ſomnum conciliant,& aluum mouent. Apoplexia ex humorum craſſorum copia generatur,qui capitis vaſa,vnde corpori ſentiendi,mouendi q3 facultas aduenit, obſtruunt. Quamobrem,qui huic malo ſunt obnoxij,ſenſu,voce,& motu priuãtur. Hippocrates
« de hoc vitio ſcribit, ‖ Apoplexiam, inquiens, validam ſoluere non licet, imbecillem haud facile. 2ª. Aphor. 42. ext.ord. 18.b
B Sanguis mittendus ſtatim iam oppreſſis, modo & ætas conſentiat,& vires ſuſtineant. Tetanus,
« Opiſthotonus,& Emproſthotonus,neruorum morbi exiſtunt: verum vtraque ſpecies eſt conuul
« ſionis neruorum,qui à capite deſcendentes, corpori motum diſtribuunt. Nam,ſi viſcoſi humores eos obſtruant,affectio talis oritur. Quæ ſi ſcapulis caput annectat,quo minus poſſit annuere, ὀπισθότονον: cum mentum pectori contrahit,vt renuere nequeas, ἔμπροσθότονον: cum rectam,& immobilẽ ceruicẽ tendit, τέτανον Græci appellant. Sanat venæ ſectio, ſi copia ſubeſt: vt videre licet
apud Hippocratẽ in illo,qui prolapſus humi vulnus in caput acceperat. Medetur enim eis,& ‖ frigidæ copioſæ infuſio,ſi æſtas ſit, præſertim ſi non gracilis, ſed quadratus exiſtat æger: nam caloris reuocationem molitur. Multi ſanè ceratis modice recalfacientibus,& relaxantibus vtuntur,ad hęc inunctionibus ſimilibus,nec non lanis oleo imbutis,atq; impoſitis,& fomentis,& cataplaſmatis calidis. Longi morbi interioribus accidunt hi,cephalæa,morbus comitialis,vertigines, oculorum caligationes, inſania, melancholia,lethargus,diſtillatio,raucitas, grauedo, ſanguinis eruptio, ſuppuratio in thorace,tabes,abſceſſus in medio latere, abſceſſus in clauiculis, iecinoris affectus,teneſmus,dyſenteria,lumbrici lati,teretes q3,aſcarides: coxarum dolor,articularis morbus,podagra,elephantia ad exteriores partes ſpectare videtur. Ex longis morbis cephalæa,internus capitis dolor
C eſt,qui in circuitu interdum affligit à pituita naſcens: interim vnam capitis partem infeſtat: tunc ἑτεροκρανίαν nominant. Auxilium vtriuſq; eſt ſanguinis detractio,vel cucurbitulę occipitio impoſitæ,eductio pituitæ per os,per aluum purgatio,& epithemata,quæ inter cataplaſmata,vel malagmata,vel epichriſmata ſcribuntur: poſtremo cauſa eius ſinapiſmo reſiccatur. Morbus comitialis, quem & ſacrum vocant,circa neruorum,qui à capite deſcendentes ſenſum,motumq3 vniuerſo corpori diſtribuunt, originem conſiſtit. ‖ Cauſam eius Plato & Hippocrates pituitã,& bilem atram in dicant. Homo concidit,qui hoc malo detinetur, quoniam ei ſentiendi,mouendi q3 meatus obturantur,ſpumat ijs os ob humorum commotionem,quæ à neruorum conuulſione prouenit. Qua de cauſa interim vrina ſine voluntate prorumpit. Præſidium affert pueris impuberibus natura circa pubertatem efflorescens,& morbum humoribus natiuo calore exiccatis terminat. Qui pubertatem exceſſerunt,ægre aut nunq; ſanãtur. Caligines oculis offuſæ,& Vertigines,cognata ſunt vitia morbo comitiali, ab eiſdem q3 cauſis prodeunt, atq; eaſdem ſedes occupant. Hoc tamen intercedit diſcriminis,q̃ illæ in ſuperficie corporis, non intus accidant, ob quod facilius, q̃ hic,curantur alui ductione,præſertim per hieram, adminiſtrata, deinde apophlegmatiſmis,& vomitibus per circuitum partim à cœna,partim ieiunis adhuc excitatis. Omnium maxime veratro ſuccurritur. Mentis
D alienatio duplici ſpecie inſigni conſtat: hanc Græci μανίαν i. inſaniam: illam μελάγχολίαν i. atram bilem appellant. Complures vero & harum exiſtunt differentiæ, nominum adhuc indigæ. Conſtituitur itaq; mentis alienatio circa totũ caput. Cauſa inſaniæ flaua bilis eſt. Ob hoc, qui tali vitio laborant,tumultuoſi,præcipites,manu prompti,contumelioſi q3 fiunt. Melancholia naſcitur ex atra bile,humore frigido & tenebroſo. Vnde melancholici tenebriones,ac lucifugæ,triſtesq3 apparent, de omnibus ſuſpicioſi, hominum conſuetudinem oderunt,ſolitudinibus gaudent, quemadmodũ Bellerophontes à Poeta deſcribitur.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis,
Ipſe ſuum cor edens,hominum veſtigia vitans.

Medetur per ventrem purgatio,et maxime,quæ per vomitum excitatur: adhuc his magis vtrunq; veratrũ ſoluit. Lethargus morbus eſt phrenitidi cõtrarius: eſt.n. profunda in ſomnum delatio,& inexcitabilis. Huic vitio obnoxij oĩum, quæ dicũtur, obliuiſcuntur, atq; hæc in febri ipſos comitantur. Locus igitur affectionis,caput eſt: nam in membranis cerebri conſtituitur. Cauſa ipſius pituita eſt, humor frigidus, frigiditate ac humiditate ſomnũ inducens. Curatur conuenienter contrario modo,q̃ phrenitis. Fricantur ſuperiores corporis partes acribus quibuſdam,& pungentibus: tum ea adhibentur,quæ odore excitant, mouent q3. Cibi ſimiliter fundentes,ſecantes q3 pituitam:

6. de Mor. vulg. ſect. 8ª. ver. finẽ & lib. de morb. ſacr.

perfuſiones

perfusiones capiti admouẽtur, quæ exiccandi vim obtinent, & cataplasmata aliquãdo præcordijs. E
Crebro nanq; hæc inflammatione vexata, neruorum quoq; in capite principium constringunt, grauant q3. Humor à capite oppleto destillat interdũ in nares, interdũ in fauces, alias in pulmonẽ. Atq; has tres spẽs Græci κόρυζαν, βράγχον, & κατάῤῥεν, siue κατασταγμὸν i. grauedinem, raucitatẽ, & destillationẽ nominãt. Grauedini itaq; facile, & breui succurritur, deinde raucitati, modico sanè, & calido victu, qui frumẽtacei generis existat. Destillatio in thoracẽ non ex facili curatur, immo semper immedicabilis est. Nam ab ea acri, & salsa partibus exesis, sanguinis eductio sequitur: cuius tres causæ referuntur. Vel enim vasa erosionẽ passa sunt, ideo q3 sanguis in asperã arteriam descendens per os reijcitur: Vel rupta sunt violẽter: Vel ob imbecillitatẽ non cõtinent, sed adaperta oscula eũ transmittunt. Differunt sanguinis excretio, & reiectio. Hæc etenim vel à pulmone, vel aspera arteria prouenit: Illa à stomacho, & sanguis apparet nigrior. Qui ex thorace reijcitur, flauus magis, & spumãs: deinde hic cum tusse, alter sine illa spuitur. Sæpenumero ẽt à capite per palati foramina in os defertur sanguis, præbet q3 eductionis falsam imaginẽ. Loci, ex quibus, pprie sanguis educitur, tres sunt. Primus fauces, vnde minore cum periculo sanguis reijcitur, facilius q3 sistitur. Secundus aspera arteria, atq; hic morbus curationẽ difficulter accipit, plenus q3 periculi est. Tertius pulmo, vbi minus oĩbus pręsidij, plus periculi affectus habet. Comitatur. n. maxime suppuratio, & tabes, F
7. Aphor. 15. & 16. ext. ord. 55. a vt ait Hippocrates, cuius verba hæc sunt. ‖ Sanguinis spuitionem puris spuitio, huius spuitionẽ ta »
bes, tabem mors sequitur. Non nulli etiam ex latere sanguinem educi arbitrãtur. At hoc ambiguũ »
est. Salus vitij huius est, sanguinem reprimere, vel venæ sectione alió ducentẽ, idq; potissimũ in iuuenibus, vel posca sistẽtem, vel inædia copiã eius imminuẽtem, vel simplici quodã medicamẽto, vt acacia, hypocystide, balaustio, plantaginis succo, atq; id genus alijs. Suppurationis præsidium vetus sunt ferramẽta candentia, quæ thoracem exiccẽt, fluorẽ q3 in exteriores partes dirigant. Iuniores consueuerũt mitigare cataplasmatis, & delingẽdis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os assumptis prius, q3 corpus inficiatur. Inscribuntur aũt proprie medicamẽta ad purulentos. Quæ suppurationes medio latere constituũtur, resectæ proprie ad linamentum humoris excretionẽ habẽt: quæ si vniuersim fiat, hoiem interimit. Accidunt vero suppurationes quoq; sub transuerso septo, quæ se intus occultantes abscessus noiantur, nõ ex æquo periculosi, nec curationi resistentes, plerunq; intus rupti hac excernuntur, vel partibus exterioribus diuisis. Diocles memorat ẽt thoracis suppurationes erũpentes interim in arteriã, q̃ ad renes ac vesicã tendit, simul cũ vrinis excerni. Tabes, proprie dicitur in pulmone vel in thorace corporis ob suppurationes colliquatio: difficilis eius salus est, aut nulla. Lactis vsus potui datur, dum cõsistit: loca sicciora cõueniunt. G
6. Aphor. 60. ext. ord. 53. g Superior Ægyptus, & Libya maxime huic malo medẽtur. ‖ Hippocrates tabis cuiusdã coxendicũ meminit, ἰσχιαδικὴν vocans, qua in suppurationibus circa os sacrum accidentibus corpora colliquescũt. Similiter alterius renũ, cui νεφριτικὴ nomẽ dedit. Porrò iecinoris, & lienis inflãmationes, si in pus vertuntur, & ipsæ mediocriter corpus cõsumunt. ‖ At hæ suppurationes multo citius curãtur, minus q3 periculosæ sunt, q̃ quæ pulmonẽ affligunt. Verũ, si minus in suppurationes mutãtur inflammationes, sed crudę, & in scirrhi natura permanserint, malum habitũ corpori afferentes, tandem aquam inter cutem afferunt. Quatenus aũt simplices extiterint, in iecinore, febres continuas afferunt: In liene, quartanas magna ex parte: nam huius speciei causa bilis atra est, quæ in liene tanquam vase continetur. Vnde quartanæ auxiliũ est, ante rigorẽ summas partes pp humoris frigiditatẽ fomentis tueri. In intermissionibus eductio p vomitũ. Aquæ inter cutem, quam Græci ὕδροπα vocant, tres species sunt neotericorum sententia. Primã ἀσκίτην, Secundã τυμπανίτην, Ter-
Lib. de inter affect. circa medium. tiam ὑποσαρκίδιον noiant. Hippocrates duas statuit. ‖ Nam τυμπανίτης, & ἀσκίτης eiusdẽ speciei
de Rat. vict. in morb. acut. cõ. 4. tex. 3. cl. 7ª. 148. g sunt, qm̃ in vtraq; nutrimentum in aquã redactum, inter intestina, & peritonæum transfunditur. Sed in hac aquæ plus, q̃ spiritus, in vnum intus contrahitur: in illa copiosior spiritus, minor humiditas est: in reliqua solidæ totius corporis partes in aquæ naturam transeunt: hanc & Hippocrates H
medicabilem esse scribit, vocatur autem, & λευκοφλεγματία. Causa vero cuiusq; hydropis est, auctore Erasistrato, inflãmatio iecinoris vel lienis, tpis spatio in scirrhum indurata. Nã, cum alimenti in his visceribus cõfectionem, atq; in totũ corpus digestionẽ impediat, in aquæ substantiã ipsum commutat, quod ita refrigeratum, inter intestina, & peritonæum transmittitur. Hoc quoq; malum Hippocrati salutis spem nullam habet. Quòd si vel absq; inflammatione hydrops, præsertim ἀνασάρκα eueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in venis amplius edomante, sanguis caloris inops aquæ naturam induit, & ex venis, ceu oleum ex vtribus, defluit. Quousque enim sanguis exactus in venis est, ab earum corpore continetur. Vbi vero in eo pingue exuperauerit, vt in obesis, sanguis effusus adipem generat, aut in aquam versus, aut, dum non continetur, diffluit in locum, qui intestina & interiorem abdominis membranam interiacet, aut per vniuersum corpus effunditur. Tolluntur duo alij hydropes vel ex malagmatis exiccantibus, vel medicamẽtis vrinas cientibus, vel hypelatis purgandi facultate præditis. Renes affecti dolores magnos pariunt. Locus autem male habens non ex facili potest discerni, quòd exterioribus partibus cohæreat, laxius q3 intestinum, κῶλον appellant, ipsis incumbat. Quare, cum offenduntur, vel externarum partium inflammatio, vel coli affectio esse apparet. Non raro eodem affecto intestino renes consen-

tientes

A tientes dolent. Affectus autē, qui in eis cōsistunt, hi sunt, inflāmatio, exulceratio, calculi, languor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per vrinam innotescit, sed dolores excitantur potius, non exacte locum primum dolentem ostēdentes, ob eam, quam dixi, rationem, verum intolerabiles: quippe qui nec cataplasmatis cedant, nec imminutione per cucurbitulas facta remittantur: sola medicamenta nephritica intus accepta præsidio sunt. Si exulceratio eos infestat, interdum purulenta per vrinas excernuntur, interdum cruenta. Cum inest calculus, aliqñ cruenta, partibus videlicet ab eo axasperatis, eiiciuntur: aliquādo arenulæ in vrina subsident, si friabilis sit lapis, vel etiā recens modo nascatur. In languore sanguinolenta vrina redditur, quasi non dum segregata. Vesicæ affectus hi sunt, languor, furfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxime. His accedit vrinæ suppressio, eius q3 difficultas, & stillicidium. Ex his vero, aliis que causis proficiscūtur. Græci prius vitium ἰσχουρίαν, alterum δυσουρίαν, tertiū στραγγουρίαν appellant. Inflammationis notæ sunt circa pubem dolores, vrinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplasmatis, perfusionibus, & à cibo abstinentia. Quòd si excedat, sanguinem quoq3 per venam mittere conuenit. Exulcerationis indicia sunt, sanguinolenta excretio interim, interim purulenta, non nunq̄ muccosa, & circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maxime q3 dulcis, boni q3 succi alimentum, ad hæc quæ
B intus adhibentur aduersus vlcerationē vesicæ, & Bysini medicamentum. Languorem vesicæ innuit & vrina, cum citra mingentis volūtatem effluit. Difficilem morbus curationē, aut nullam recipit. Lapidem in vesica esse, digiti in rectū intestinum per sedem immissi exquisitissime deprehendunt, sed ita, vt index ad medium in summo reflectatur, atq3 in priorem vesicæ partē, vbi & lapidem innatantem contingunt, referunt q3 in vesicæ ceruicem. Calculorum differentiæ plures sunt, quidā enim illorū adnati sunt, alij possunt auferri. Rursus aliqui facile frāgi possunt, nō nulli nō possunt. Itaq3 magna ex parte adnati difficulter curant. Ex aliis aūt, qui facile frāguntur, dissoluentibus medicamētis excerni possunt. Duros et dissolubiles chirurgi tollunt, carunculā diuidentes vesicæ ceruicis. ἰσχουρία summa est vrinarū retentio: στραγγουρία vrinę stillicidium: δυσουρία vrinæ difficultas. Atq3 hęc multis è causis proueniunt, aliqñ calculo vesicæ ceruici impacto, ac meatum in totū obstruēte, vel si intus quippiā relictum sit, aut vesicæ innatet. Vrinæ retētio, propter vesicæ inflammationem nimiam, aut repletionem immodicam accidit, vesica scilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruice vehementer ex vrinarū acrimonia per morsum contracta, aut ex grumis sanguinis iter occludentibus, aut ex vrinarum crassitie. Hæc medicamentis resoluentibus oportet discutere. Plenitudinem vacuare ferramento, quod Erasistratus καθετῆρα nominat, Ro-
C manorum literæ, ſ, simili. Stomachus ventris & intestinorum principiū est, siue naturaliter, siue præter naturā afficiantur. Stomachi igitur vitia sunt, inflammatio, exulceratio, sanguinis eductio, inflatio, humiditas flaccida, cibi fastidium, ingestorū ciborum incōtinentia. Inflammationē ergo notat dolor incūbens. Succurritur perfusionibus & cataplasmatis, alimentis frumentariis, & quæ facile possint digeri. Exulcerationē in stomacho notant proprie putredo, mordicatio, deglutiendi difficultas. Auxiliant his extrinsecus imposita, cibi q3 probe succulenti. Sanguinis è stomacho eductio iisdem medicamentis sistitur, quibus ex thorace: eiusdem reiectio, iis, quæ superius adnotata sunt. Inflationem dissoluunt discutientia, & quæ ructus mouent. Humiditatem, siccorum esus, & absinthij potio tollunt. Cibi fastidium aut ex pituita adiacente oritur, ideo q3 exiccare illam ex vsu est: aut à bile supernatante, vnde stomachus purgandus est: aut naturæ impotentia, & functio appetitoria reddenda. Nam oculi quoq3 propter spiritus visorij imbecillitatem hallucinantur. Aduersum victus fastidium huiusmodi adhibenda sunt, quæ appetitum prouocent, suppeditent q3. Stomachus aūt non continet accepta propter humiditatem, maxime vero ob impotentiam ac imbecillitatem, sicut dimissa manus non continet, quæ attingit. Expedit igitur corroborare, fortiorem que ipsum reddere, tum vniuersum corpus reficere. Ventrem multa vitia sto-
D macho communia infestant, præterq̄ appetentiæ prauitas. Sed concoctionis male obita functio ventriculo propria tribuitur, vt quæ potissimum in eo administretur: quem affectum profluuiū sequitur. Reliqua igitur pari modo cum iis, quæ stomachum cruciant, curabis. Fluxus exacte disquirendus est, cur alimento incocto accidat: &, si inflammatio eā pepererit, cataplasmatis & profusionibus occurretur. Si pituita humiditatis illius flaccidæ parens, quam Græci πλάδον appellant, victus ratione exiccanda est. Si bilis exuperet, eam purgare vtile est. Si ex imbecillitate prouenit, vt infirmis, robur corpori faciendum est. Si ab ipsa qualitate eorum, quæ concoctu difficilia assumpta sunt, vel quæ prompte corrumpuntur, vel quid alienum habent, post curationem, talia oportet interdicere. Dysenteria. i. intestinorum tormina, est affectus intestinorum: generatur in ventris profluuio, humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerātibus intestina. Fit etiā sine fluxu, primum ab humore acri intestina intus exedenti. Est, cū in morbi decessione δυσεντερία contingat, ‖ quā curari Hippocrates prohibet, ne suppressio intestini alium quēpiam morbum maiorem accersat. Illam, quę ex fluore nata est, reprimentibus & sistentibus fluorem medicatur: Aliam, cuius origo ex acris cuiusdam humoris rosione est, dulcorantibus, & quę mitigare possint, abluendo ipsa exulcerata similibus. Diuturno tamen morbo, depasta vlceris ramenta, & putrida solent deiici, tum prosunt immissi pastilli ex sandaracha, calce, auripigmento,

1. Aph. 20. Ex. or. 9. g. Et 4. de artic. tex. 41. cl. 7ª. 288. c

atq; id genus aliis compoſiti. Vbi vero non ſit ramentoſa vlceris deiectio, non his vtendum eſt, E
qm̃ conuulſionem faciunt. Quòd ſi talis inteſtinorum exulceratio in ſuperiore quoq; parte conſi
ſtat, neque ſic paſtillorum vſus eſt: non enim ſtatim ad affectos locos perueniunt: nam, vbi ſanos
contingunt, pernicie eis faciunt: verum medicamentis vtendum eſt, quæ ſuperioribus locis con
ueniunt, quorum q; titulus eſt aduerſus dyſenteriam inditus. Ex dyſenteria, inteſtinorum lęuitas
oritur, vbi ex magna vlceratione multæ cicatrices inteſtinis oboriuntur, propter quas cibum non
retinẽt: vnde ex inteſtinorũ lęuitate vocata eſt grȩcis λειεντερία. Quamobrẽ talis eſt inſanabilis:
cicatrices nanq; non ſaneſcunt. Si vero ex inteſtini imbecillitate contigerit, tum quoque grauis
eſt, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit, ſi molliaris robur vniuerſo corpori, ac inteſtinis
adiungere. Cęterum cauſa etiam morbi pituita eſt, inteſtinis lubricitatẽ illuendo generans. Suc-
currit inedia reſiccando, & cibi pituitæ contrarij. Teneſmus proprie morbus eſt recti inteſtini.
Hoc enim inflammatione laborans, crebræ, inanes q; egerendi cupiditates, & impetus exercent.
Proſunt ęi fomenta parti inferiori adhibita, ſtringentia, tum alimentum ex frumentacea materia,
& reprimens. Quòd ſi perſeueret, nihil q; imminuatur, enematibus ex ptiſſanæ cremore, & hirci
na adipe vtendum eſt. Lumbricorum, qui inteſtina excruciant, triplex eſt ſpecies. Quidam enim
teretes, palmi longitudine, vel etiam maiore, ad ſtomachum vſq; proſerpunt. Quidam breues, & F
minuſculis vermibus ſimiles, ἀσκαρίδες Grȩcis appellanť. circa rectum vero inteſtinum generan
tur non nulli lati, & oblongi adeo, vt in totum exporrigant inteſtinum: quos Grȩci vocãt κηρίας
ſimul & ταινίας, q; ſimiles faſciis ſint. Teretes itaq; ad remedia faciles: maxime autẽ in pueris hi:
aſcarides in iis, qui ſub pubertatẽ ſunt, abũdant: ægre præſidiis cedunt, & excernuntur, niſi cibis
† καὶ ἐλενίῳ, acrioribus, & medicamentis dia picras cõpoſitis † oleo q; cũ vino } maxima ex parte iniectis. Co-
id eſt elenio. xarum dolores, articulorũ vitia, & podagræ ſola inter ſe magnitudine differunt: cęterũ cauſis &
locis, qui affectũ primũ ſentiunt, iiſdem conſtant: a pituita nanq; plerũq; fiunt: circa neruos con
ſiſtunt, quibus articuli cõſeruntur, motum q; recipiunt. At coxæ dolor, quẽ Græci ἰσχιάδα no-
minant, in ipſius articulo ortus, ad talos vſque non raro extenditur. Præſidio erit ſanguis ex talo
miſſus, cucurbitulæ coxis admotæ, clyſteres acres, qui q; inteſtinorum tormina quodammodo fa
ciunt. Et foris, cataplaſmata acopa, & malagmata adhibita proſunt. Podagra ſolos pedes affligit.
in ſtatu quidẽ febrilis dolor intenditur, eo q; refrigerantibus opus eſt. In declinatione torpor cũ
frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorũ vitia, prędictis ſimiles
affectus ſunt, circa articulos oẽs conſiſtentia: medicamenta curatoria, mitigantia ceromata, & vi-
ctus rationẽ aptam deſiderant. Morbus, quem Græci ἐλεφαντίασιν vocant, ab elephanti ſimilitu G
dine nomen ſortitus eſt. Nam, qui hoc vitio laborant, cutem craſſam, durã, elephantorum modo
aſperatã habent. Originem mali excitat pituita craſſa, & atrabilis, vel muccoſa, maxime diſſemi-
nata. Hi enim humores ferinum ipſum denunciãt. Quare ſolum veratrũ ſiue nigrum, ſiue albũ,
præſentaneum elephantiaſis eſt remedium. Impetiginis duæ ſpecies ſunt, quæ cutem moleſtant:
vna tolerabilis, mitior que eſt: altera effera, quæ difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute ab-
ſcedunt, ſub quibus locus rubicundior, fere q; exulceratus apparet. Gignitur affectus à pituita ſal
ſa, & flaua bile: vnde, cęu in ſalſugine vaſis fictilibus, ex cute ſecedunt ſquamæ. Succurritur medi
camentis pituitam mouentibus, & quæ extrinſecus corpori illinuntur. Lepra quoq; cutis vitium
eſt, ſed magis ſubalbidum, aſperius q; apparet. Ea vero aſperitas eſt, veluti pſydraciorum erũpen
tium. Pſora vero, id eſt ſcabies, exulcerata magis eſt. Pituita ſalſa vtrunq; malũ proprie producit.
Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinſecus illinuntur, quibus ad lepram, & ſcabiem ti-
tulus eſt, iiſdem ſuccurrunt. Vitiligo, quam ἄλφον vocant, duas habet ſpecies, albam, & nigram.
Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata cõueniũt:
Alba à pituita non ſalſa. Leuce habet quiddam ſimile vitiligini albæ, ſed magis colore terram al-
biſſimam refert: à lepra variat, q; lenior hic cutis, minus que aſpera, q; in illa ſit. Omnia huiuſmo- H
di curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum ſmegmata foris adhibita.

De curationis per medicamenta diuiſione. CAP. 14.

MEdicina, quam Grȩci φαρμακείαν vocant, duplex eſt. Prima interiores morbos curat: qua
potiſſimũ victus ratione ſanans vtitur: altera exteriores, citra q; illam manu nihil peragi-
tur. Medicaminum ad interiora pertinentiũ ſpecies duodecim exiſtunt. Quædã cephalica, quaſi
dicas capiti dicata medicamina: quædã ſtomatica, id eſt oris vitiis accõmoda, dicuntur. Alia con-
coquunt: alia ad tuſſim inſcribunť. Alia anodyna, quę dolorẽ leuãt: alia alexipharmaca ſunt: alia
purgãt. Non nulla proprie ad iecur inſcribũtur, ſic ad lienẽ, ad renes affectos. Sunt, quæ aduerſus
veſicæ calculos, & vlcera nomen habent, ſimiliter ad vuluã. Iam vero ſtomatica ſunt, quæ ad gin
giuas cruentas, putridas, eroſas, & dentes faciũt. Eodẽ referunť, quæ aphthas & cruſtas, tum quæ
vuam deſcendentẽ ſanant. Quæ concoquunt, partim ad ſtomachi, vel ventriculi imbecillitatem
conducunt, partim ad horum inflationẽ, quędã ad ſanguinis reiectionẽ è pectore. Quædam ad
pleuriticos, vel peripneumonicos: alia ad tabidos: alia ad aſthmaticos, id eſt ſuſpirioſos, vel eos, q
non niſi recta ceruice ſpiritum trahunt, ὀρθοπνοϊκοὶ vocantur. Aliqua ex his aſperitatẽ arterię, &
vocis abſciſionem auferunt. Porrò anodyna nunc renum affectus ſedant, nũc ventris profluuia.

alia's

A aliàs inteſtinorum tormina, aliàs plenioris, nempe colli, tenuioris q3 inteſtini, id eſt ilei mala: com
muniter omnia quẽuis dolorem mitigant, extinguunt q3. Alexipharmaca ſimplicia, alia ad aliud
venenum vſurpamus: Theriace aduerſus omnia & prius & poſt ſumitur. Inter purgantia quæ-
dam per ſuperiores corporis partes agunt, quẽadmodum, quæ veratro cõſtant, vomitum q3 cien
tia oĩa. Per inferiores, quæ ſcammonia, aloe, elaterio, colocynthide, euphorbio, cocco gnidio, atq3
his ſimilibus. Tertio ordine ab his ponant̃, quæ lũbricos latos repellunt: cuiuſmodi medicamen-
tum eſt, quod cerui cornu, menta, & pipere præparatur. Eſt & quarta ſpecies caput tantũ per os
atq3 nares purgantium, quæ in capitis, oculorum q3 affectibus proprie ſumuntur. Ad hæc quæ in
arquato crebro in vſu ſunt. Conuenit autem per ſuperiora purgatio morbis longis demoliendis.
Tempus huius eſt, cum morbi intermittunt. Inferiori parte adhibita, acutis, vt pleuritidi & pe-
ripneumoniæ. Tempus vero vniuerſæ eſt, particularium acceſſionum remiſſio. Exteriorum re-
media vndecim ſpecies continent, alia diſcutiunt, alia concoquunt, alia cruentis ſtatim imponun
tur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricem inducũt, alia ocu-
lis, alia vniuerſo corpori adhibentur, alia adurunt, eryſipelatis, herpetis, carbunculis idonea. Alia
ſunt, quę illinuntur, acopa, & excalfacientia, quæ ad neruorum reſolutiones faciunt, articulorum
B morbos, podagras, tetanos, opiſthotonos, omnem q3 neruorum morbum. Alia puſtulas ſumma
cute orientes, leucen, alphum, impetiginẽ, & lepram abſtergunt. Quæ digerunt, & concoquunt,
phymatis, & cuilibet id genus abſceſſui auxilio ſunt. Digerentia ſunt omnia, quæ conſtant ſale,
& quæcunq3 etiam nitro, vt Cteſiphontis compoſitio teſtatur. Concoquentia, reſina, galbano,
ammoniaco thymiamate. Quæ cruentis imponuntur pharmaca, fuſci coloris, ad recentia corpo-
ris vulnera valent. Quæ proprie viridia & nigra ſunt, vt barbarum, capitis mala, & canum mor-
ſus ſanant. In vlceribus, partim pus educentibus in his, quæ laborant inflammatione, vtendũ eſt,
vt tetrapharmaco: in ſordidis vero, repurgãtibus, vt viridi diluto: in cauis, replẽtibus: in carne ſu-
percreſcenti, reprimentibus, vt quæ ex myſi & ſquama conficiuntur, in vehementi quoq3 ſangui
nis fluore ſiſtendo non parũ efficacibus. Adurentibus interim in diducẽdis partibus, ac aperiun-
dis vtimur, velut in abſceſſuum comprehenſione, interim in palpebris cum ſumma cutis relaxa-
tur, & procidit, vice conſutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquan
do in capitis morbo difficillimo, quem κεφαλαῖαν vocant, per altas cruſtas humores in exteriorẽ
educentes aſſumimus. Adurentium materia lixiuium, calx viua, auripigmentum, ſandaracha, fę-
cula, atq3 id genus alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras, capitis furfures, & eruptio-
C nes valet: alia ad capitis dolorem, & heterocraniam. Aurium remedia partim earum inflamma-
tionem, partim exulcerationem, partim influxum, partim difficilem auditum, partim cõtuſionẽ
iuuant. Oculorum pharmaca ſeptem ſpecies habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines,
vt quæ diaglauciu, & diacrocu, & cycnaria inſcribũtur. Quædam ad eorum diſpoſitiones, vt nar-
dina, & theodotia appellata. Quædam ad fluorẽ, quæ ex thure, acacia, & erice fructu componun-
tur. Quædam ad ſcabritiem, vt ex metallis confecta, nempe vſto ære, chalcitide, & æris ſquama.
Quinta ad ſiccã lippitudinem, & ſcabioſam, collyriorum ſpecies eſt, tum ſiccorum oxydercicon,
id eſt viſum exacuentium, eiuſdem cum ſuperioribus materiæ. Sexta humidorum, quæ ad ſuffu-
ſiones inſcribuntur, ex fellis generibus hyęnæ q3 potiſſimum compoſita. Septima cataplaſmatũ
ſpecies in oculis vehementer inflammatis & circumdolentibus vſurpatur, ex meliloto, paſſo, fœ-
nugręco ſimilibus que materiis confecta. Oblinimus palpebras initio, repellentibus, & cuiuſmo
di ſunt dia glauciu, & dia crocu medicamina: etiam ſolo ipſo glaucio. Interius affectis exiccantia,
lenientia que admouemus, vt nardina theodotia. Quæ vero ad colorem decorem que formę con
ciliandum illinuntur, qualia hedycroo & ſandyce conſtituuntur, non medicinę, ſed artis cultui ac
elegantiæ dicatæ ſunt propria.

D *De oculorum affectibus.* CAP. 15.

AFfectus, qui totũ oculum exercẽt, hi ſunt, taraxis. i. perturbatio, lippitudo, epiphora, inflam
matio, œdema, inflatio, ſcirrhoſis, chymoſis, carbunculus, ſtrabiſmus, conuulſio, palpitatio,
myopiaſis, gangræna, putredo, vlcus, fiſtula, xerophthalmia, pſorophthalmia, ſclerophthalmia,
procidentia, atrophia. In membranis hi conſiſtunt, ruptura, exeſio, diſtentio, anaſtomoſis, craſſi
ties, denſitas, corrugatio, extenſio, raritas. Interiores palpebrarum partes infeſtant, aſpretudo,
craſſities, ſycoſis, tyloſis, durities, chalazoſis, pladarotes, mydeſis, ſarcoſis, poriaſis. Exteriores
hydatides, lithiaſis, phthiriaſis, meliceris, gangræna, phymata, colobomata. In corona crithe,
poſthia, trichiaſis, diſtichia, triſtichia, phalangoſis, pyroſis, ptiloſis, pſoriaſis, madarotes, paraly-
ſis. Communes toti palpebræ, paralyſis, procidentia, diuerſio. Angulis hi accidunt, encanthis, an-
cyle, pterygion, rhœas, proſphyſis. Extrinſecus, ægilops, anchilops. Album affligunt, pſydracion
vlcus, hypoſphagma, abſceſſus, chemoſis, cœloma, pterygion, phacoſis, icterus, tofus. Iridem
oculi infeſtant, argemon, nephelion, achlys, epicauma, vlcus, bothrion, phlyctis, myocephalon,
ſtaphyloma, hypopyon, ruptura, cicatrix, leucoma, cœloma, proptoma, vnguis, pyoſis, exulce-
ratio. In pupilla eſſe ſolent, ſuffuſio, glaucoſis, mydriaſis, phthiſis, ſynchyſis, platycoriaſis,
amauroſis, rhytidoſis, nyctalops, hemeralops, myopiaſis, diapyeſis. Meatus exercent, aporexis,

paremptoſis,ſymptoſis,anthracoſis. Taraxis igitur ſeu perturbatio, eſt, cũ oculus leuiter ac me- E
diocriter commotus tandem rubicundior euadit. Lippitudo, cum album rubeſcit, & palpebræ attolluntur,cum dolore conniuent,ægre q3 manus admotas ferunt. Inflammatione oculorum ru bor intenditur,palpebræ magis eleuantur,vt nõ niſi magno negocio queas ſuſpicere. Epiphora,tũ inflammationis magnę vniuerſo illatę corpori, tum largorũ fluorum commune nomen eſt: proprie vero de oculis refertur,vbi cũ maxima inflammatione, etiã humoris copia influxerit. Oedema nominant,cũ eleuatus apparet oculus,& colorem amiſit,vel etiam ęgre mouetur: interim album quoq3 ſupra nigrum attollitur. Inflatio dicitur, cum ſubito tumeſcens oculus decolor fit, exuperante pituita: vt plerunq3 ſenibus æſtate potiſſimum ſolet accidere. Scirrhoſis ex inflammationis diuturnæ vehementia oritur,carne increſcente, & ſubliuida. Profluuio laborat oculus, cum nõ ſolũ rubet,ſed multas quoq3 lachrymas excernit. Xerophthalmia,id eſt arida lippitudo, cũ anguli vlcera & aſpretudinem,pruritum q3 contraxerunt,palpebræ rubent, & lachryma ſalſa & nitroſa profluit. Sclerophthalmia,quaſi dicas duram lippitudinẽ, eſt, cum palpebræ duriores ſunt, oculi rubent,& cum difficultate quadam mouentur. Proptoſis,id eſt procidentia,appellatur,vbi cũ inflammatione moti ſede ſua procidunt. Atrophiam nominãt, cum ex longa imbecillitate, vel alia quadã latente cauſa paululum quaſi propulſus, deinde cauatus ad radicẽ cum dolore minor euadit,obſcure q3 aut nihil oĩno videt. F
Aſperæ dicuntur palpebræ, cum euerſæ ſanguinolentiores apparent,& magis aſperę,carnoſę que,& fici acinis ſimiles. Craſſæ vocantur,vbi euerſæ duriores iis,quæ naturaliter ſe habent,exiſtunt, & ſcabris magis carnoſæ. Sycoſis, id eſt ficus, accidit, cum in palpebrarum parte interiore carni quid ſimile enatum fuerit, quod emineat, & oculus totus ægre moueat. Tyloſis,id eſt callus,nuncupatur, cum in palpebris aſpretudines ex ſenectute craſſiores,albidiores,& parum ſenſiles extiterint, eo q3 minus deteri poſſunt. Scleriaſis.i. durities, eſt tumor palpebrę cum rubore,dolore q3. difficulter aboletur: durat magis,q3 inflãmatio. Chalazia, vel chalazoſis orbicularia quædam intra palpebras tubercula ſunt circunſcripta: nomen à ſimilitudine grandinis acceperũt. Pladarotes, ſunt mollia veluti corpora vetuſta,& maxime decolora, palpebrarũ parte interna non dum aſpredinẽ habentia: propterea πλαδαρότης à Græcis vocatur. Mydeſis cõmune nomen eſt partium, quæ ex putrefactione corrũpuntur. Palpebræ quoq3 eadẽ laborant,vbi & tumentiores apparent,& aſſidue diffluunt,adipẽ paulo copioſiorem ſortitæ. Crithe,quæ & poſthia,dicitur,cũ parte interna palpebrarum iuxta corollas ſuppuratum oblongum, figura hordeo ſimile fit,vnde appellatum eſt. Generantur alia quoq3 maiora in mediis palpebris eodem appellata nomine. Lithiaſis,albida quędã & craſſa,callis lapillis q3 ſimilia,quæ oculũ pun- G
gunt,in palpebris retorſis oſtẽdit. Phthiriaſim vocamus, cũ palpebrarũ pilos multi lati exigui q3 pediculi infeſtãt. Ditrichiaſi laborat oculus,cũ pilis naturalibus alij ſubnaſcentes ipſum pungunt fluorem q3 concitant. Ptiloſis eſt,cũ alij quidem ſubnaſcũtur,naturales aũt collapſi, fracti q3 ſtimulant,ac pungũt. Phalangoſis,cũ pilorũ ſubnaſcẽtium duplex,triplex ue acies,vel in ſuperiore, vel in inferiore palpebra prouenit. Reſolutus oculus dicit,vbi naturali motu deſtitutus,neq3 ſurſum, neq3 deorſum intẽdi poſſit,verum ſentiendi expers conſiſtat: frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit. Ectropion ſeu diuerſio,palpebrarũ vitiũ eſt, cũ exulceratis oculis plus extra ferunt. Encanthis,vbi ex vlcere caro in angulis iuxta nares ſupercreuerit. nautæ, ac piſcatores hoc vitij peculiare habent. Vnguis vero,eſt in albo oculi pręter modũ exulcerato,carne q3 oppleto membranula tenuis & neruoſa: quæ oriens ab angulorũ aliquo ad nigrum,& verticem eius peruenit. Rhœas,cũ angulus ex latẽte quadã cauſa receſſerit,aut praua curatione ſublatus fuerit, vt lachrymas continere non amplius poſſit,ſed humorẽ dimittat. Cohæreſcunt palpebræ cum albo oculi, vel nigro ex vlceratione. Et,ſi nigro cohæreant,viſus omnino prohibetur: ſin albo,minus. Græci hoc malum ἀγκύλωσιν appellãt. Ægilops,vel anchilops,abſceſſus quidam eſt ad angulum, qui naribus propior eſt,pus continens,quod erumpens aut os exedit,aut ad angulum,vel vſq3 ad na- H
res deſtillat. Pſydracion cõmuni vocabulo circa corpus totum,& circa album oculi fit. Eſt autem velut puſtula in ſummo rubicundum. Vlcus oritur in albo vel nigro, cũ ſumma cuticula, quam Græci ἐπιδερμίδα nominant,diuiſa Lunæ figuram,vel rotundam,cauam,ſimilis coloris,vel ſub albidi acceperit. Hypoſphagma vocant,cũ valis in prima tunica ruptis ab ictu, ſanguis intra albi ſpatiũ & interiorem tunicã coierit,atq3 oculi color ſtatim cruentus, poſt liuidus exiſtat. Chemoſis ex inflammatione vehemẽtiore vtraſq3 palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum cõtegant. Proprie vero Chemoſis dicitur, cum album vtraq3 iridis parte inflammatione afficitur, iuxta irim autẽ cauum hiatularũ ſimilitudine apparet. Cœlomata ſunt rotunda,& caua vlcera,bothriis latiora,quæ in oculis circa irim naſcũtur. Argemon, in iridis circulo, vel in albo, interdum etiã nigro, vlcus rotundum & ſubalbidũ oritur. Nephelion, ſummæ cutis vlcus paulo maius argemo,& albidum. Achlys,eſt circa totum nigrũ à ſuperficiaria vlceratione cicatricula tenuiſſima,aeri caliginoſo aſſimilis. Epicauma,cum in ſuperficie cuticula aduſta vlcus contraxerit, vel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innaſcens. Bothrion, eſt vlcus cauum, purum,anguſtum,puncturis rotundis ſimile,vlcuſculo altius. Phlyctænam vocant, vbi per exulcerationem,vel etiam ſine hac exterior ceratoidis tunicę mẽbrana tenuiſſima,& ſublimis elata, in-

ter ſe

A tra ſe humorem collegerit, aut ſub tunicæ ſpatio craſſior humor currẽs phlyctænam pariat. Myocephalon morbus eſt, cum tunica priore iuxta irim, exulcerationis vitio exeſa, ſecunda procideriit, vt ceu muris caput referre videatur. Staphyloma dicitur, quãdo oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & album colore, & acino vuæ ſimile redditur. Hypopyon vniuerſam irim pure occupat, vel eius dimidiũ. Rhexis, id eſt ruptio, eſt exulceratio ab ictu, vel alia quadam cauſa, in alto totas ſubinde membranas diuidens, vt etiã humores, quibus videndi facultas adminiſtratur, effundat. Cicatrix appellatur, vbi nigro oculi ex alto vlcere membranæ craſſities ſuperuenit, & color albior apparet. accidit quoq; albę mẽbranę dictæ, ſed non perſpicitur. Albugo nihil à cicatrice differt, niſi q̃ ex vlcere maior cicatrix, ſimul & craſſior in iride naſcatur, quam Albuginem nominant. Clauus eſt carnoſus nigri exceſſus ſolidus, cum leui alba q̃ velut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti conſurgens. Suffuſionẽ quidam interpretantur, cum humor quidam in pupillam deſtillauerit, cõcreuerit q̃ ſæpe adeo, vt viſum offendat, vel in apparentibus hebetet. Glaucoſis eſt humoris cryſtallini in album atq; aqueũ colorem mutatio, cuius gratia viſus impeditur. Mydriaſis dicitur, cum pupilla quidem nihil colore variat, dilatatur autẽ magis, q̃ natura poſcat, vt iridis circulo fiat proxima, & viſioni noceat. Phthiſis, id eſt tabes, appella-
B tur, dum pupilla arcte coit, vel ſtimulo aſſimilis fit, tum hebetior, tum rugoſior, aut ex imbecillitate periculoſa, aut ex capitis dolore vehementi. Confuſio, dum humores oculorum ſuo loco non conſiſtunt, proprium ordinem ſeruantes, ſed huc illuc que feruntur. Hebetudo, ſumma viſionis ſine cauſa euidẽti offenſio. Nyctalopes vocantur, qui die vident obtuſius, ſole occiduo acrius, nocte magis adhuc: vel contra, die parum, veſperi aut nocte prorſus nihil. Myopes vicina vident, remota non item. Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac diſcutitur, ſuffuſione ſiccior. Abruptio eſt, quãdo meatus à cerebro & meninge in oculum deſcendẽs, ex ictu capitis, vel caſu ex alto diruptus eſt ita, vt abſolutam cęcitatem afferat. Coincidentia, vbi in meatum, qui à baſi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vaſe incidit, obturatque eum: vnde cum dolore viſus offenditur. Symptomaſis accidit, cum meatus ex atrophia, vel reſolutione fit arctior, concidit que. Quod vitium vt rarum eſt, ſic remediis ægre cedit. Carbunculus, cruſtoſum eſt vlcus, depaſcens cum fluore, & bubone, aliquando etiam cum febribus, interim in toto corpore, interim in oculis factum.

De exterioribus capitis affectibus. CAP. 16.

C Circa vero capitis exteriores partes conſiſtunt ij, qui inter longos aſcripti non ſunt. Caluarię autem fracturarum differentiæ quinque exiſtunt, rhogme, engyſoma, ecpieſma, apechema, & camaroſis, diſtentio futurarum, hydrocephalon, achores, pityriaſis, melicerís, atheroma, fauus. Porro eam partem, quæ capillo tegitur, & mentum occupant alopecia, ophiaſis, caluities, madarotes. Pili omnes fluunt, extenuantur, quaſſantur, ſcinduntur, ſqualleſcunt, in puluerẽ rediguntur, ſubflaueſcunt, caneſcunt. Oculorum morbi ſeparatim conſcripti ſunt. Aurium, contuſio, pterygomata, fractura chartilaginis, ſordium vel exuperantia, vel defectus, grauis auditus, ſurditas, puris fluor, fluxus graueolens. Nares excruciant ozena, polypus, vlcus, fractura, peruerſio, compreſſio, ſimoſis. Os infeſtat gingiuarum putredo, dentium eroſio, eorum que dolor, & cum è ſede ſua labant, † abſceſſus, epiglottis, } epulis, parulis, aphthæ, cruſtæ, tonſillæ, vua, ficus. Faciem occupant ephelis, vari, lentigo, oſſium fractura, diſtentio commiſſurarum, eluxationes maxillæ inferioris à ſuperiore gena. Ceruicem habent ſynanche, cynanche, ſtrangulatio, vertebrarum expulſio, ſtrumæ, ſteatomata. Humeros male habet verticis ipſorum fractura, diſtentio. Iuncturam cubiti occupant meliceris, atheroma, ſteatoma, humor aqueus. Brachiale, ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia. Quamcunque corporis partem inflammatio, œdema, inflatio, durities, abſceſſus, vlcus purum, vlcus ſordidum, cauum, carne ſupercreſcẽs, cruſtoſum, ſic-
D cum, fluens, ſubpaſcens, calloſum, fiſtuloſum, mydeſis, id eſt putredo, phyma, dothien, therminthes, phygethlon, chalaza, phagedæna, phlyctides, carbunculi, epinyctides, eryſipelas, herpetes. Mammillas peculiariter, tum naturaliter ſexus vtriuſque vexant carcinomata. Quamlibet corporis partem impetunt carcinoma occultum, carcinoma vlceratum, therioma. Inguina, bubones ſimplices, phymata purulenta inuadunt. Genu, gonyalgię, rheumatiſmi, tofi. Poplites ſteatomata, anchyle. Tibiam, varices. Suram, ſcirrhoma, chironia vlcera. Summam pedis partem, nigredines, necroſis, podagra, fiſtulę. Calcem, ſquamæ.

† Al. abſceſſus in lingua.

De cutis affectibus. CAP. 17.

C Vtem, totius que corporis partes exagitant lepra, pſora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo ſimplex, impetigo agreſtis, dracontiaſis, acrochordones, thymi, myrmeciæ, clauí, calli. Quædam horum ex podagra & articulari morbo, quædam ex ſeſe oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæcæ, fiſſuræ, procidentia, condylomata, pylides. Aduenit etiam tóti vuluæ procidentia, cum in exteriora procidit. Scrotum habent enterocele, cirſocele, epiplocele, ſarcocele, porocele, ſteatocele. Totius corporis oſſa patiuntur cariem, ſphacelum, fracturam ſine vulnere, vel cum vulnere, ecbyrſoſin. Fracturarum differentiæ quinque ſunt. Prima ſchidacedon facta, per rectitudinem: Altera per tranſuerſum, cauledon. Tertia raphani

in morem raphanedon. Quarta caryedon ídeſt in modum nucis. poſtremo alphitedon, hoc eſt in B
ſpeciem farinæ. Nigreſcunt interim oſſa in fracturis, interdum ſine his. Articulis omnibus accidunt, paragoge, è ſede propria motio, eluxatio, præterluxatio, colligatio, poroſis, rheumatiſmi, diſtentio commiſſurarum.

De Chirurgia. CAP. 18.

CHirurgia eſt alieni, vt propríe vocãt, per inciſiones, concinnationes q3 cum via quadam, & ratione ablatio: ad hęc vulnerum, atq3 vlcerum curatio: quę in corpore humano adminiſtratur. Primariæ eius actiones duę ſunt, compoſitio, & diuiſio. Harum rurſus multæ ſunt ſpecies. Compoſitionis quidem, fractorum oſſium coniunctio, & deligatura, luxatorum repoſitio, inteſtinorum, quę prociderunt, collocatio, ad hęc, vuluæ, & recti inteſtini. Abdominis ſuendi ratio, γαστοραφίαν Græci appellant. Curtorum applicatio, ſiue adductio, vt in naribus, labris, atq3 auribus. Diuiſionis ſpecies, ſimplex inciſio, præciſio, hypoſpatiſmus, periſcythiſmus, angeologia, exciſio, aduſtio, raſio, limatio, ſectio per ſerrã. Simplici ſectione in abſceſſibus vniuerſis vtimur. Diuidendum vero membrum eſt recta linea, non tranſuerſa. Præciſioni locus eſt in alis, inguinibus, natibus, & ano inſtar myrti adhibitæ. Hypoſpatiſmo in fronte, cum oculi fluunt. Periſcythiſmo in ſincipite, & colis pellicula, quam præputium vocant, nigricante. Exciſioni in membris ni- F
greſcentibus, & capitis fracturis. In omnibus autem, quæ ad oſſa pertinent, aliis q3 multis vſtio, raſio, limatio, ſerræ vſus vtiles ſunt. Vſtio candentia ferramenta requirit, proprie in iis iam malis omnibus, quę depaſcunt, & oculis rheumaticis, coxis, vel etiam interioribus. Etenim in tabidis candentia ferramenta aſſumuntur, & in lienoſis: tum in brachiis, quę in alam excidere conſueuerunt: inſuper in ęgilope, in nigricantibus, vel iis, quę reſecantur propterea, quòd aperiantur vaſa: poſtremo in alijs ſanguinis profluxionibus. Hęc itaque in capite conſiſtunt, quibus manus auxiliantur. Fracturarum autem capitis genera ſunt quinque: Rhogme, engiſoma, ecpieſma, apochema, & camaroſis. Non nullorum ſententia additur & ſexta, trichiaſis, per ſumma oſſium inſculptio. Hydrocephalon quatuor ſpecies obtinet: Vnam cum intra cerebrum, & inuolucrum eius humor ſubſidet: Alteram, cum intra membranas, & oſſa: Tertiũ, cum intra os, & pericranium: Reliquam, vbi os, & cutem interiacet. Circa cutem oriuntur meliceris, atheroma, & extrinſecus alopeciaſis. Itaque alopecias laniamus: meliceridas, & atheromata myrti modo, vel ſimpliciter ſummam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis auellentes, cum ipſis humoribus, qui inſunt, auferimus. Hydrocephalon ſub cute, & pericranio duabus, vel tribus rectis lineis incidentes euacuamus. Quod ſub oſſibus eſt, excidimus. Quod tandem intra meningem, cerebrum q3 incidit, G
inſanabile eſt. Omnis fracturarum caluarię ſpecies exciſione adminiſtratur, exciſoribus id, quod in oſſibus fractum eſt, auferentibus. Veteres igitur modiolis per circunuerſionem ſecantes ipſa excidebant. Poſteri terebris vſi ſunt, ægros in ſedile, tum ſectores collocantes. Hac tempeſtate exciſoribus tantum ſedem exhibent. Ex oculorum vitiis hæc manus præſidium expetunt, trichiaſis, hydatides, encanthides, vngues, ſtaphylomata, ſuffuſiones, fluores diuturni, & excedentes, palpebrarum calculi, coagmentatio oculos ambientium in idem, ęgilops. Palpebras itaque relaxatas conſuimus, [a]† id quod præter naturalem habitum eſt, auferentes. In palpebris non relaxatis, [b]† acus candens ab angulo ſub ipſis radicibus immittitur. Hydatidas ſingulatim tollimus. Encanthides, vngues, & ſtaphylomata præcidimus. Staphylomata quidem †[c] ſolum ad ipſas radices per medium tranſuere acu lina ducente oportet. Vngues, & encanthidas vel lino, vel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus pungentes circa irim ex minori angulo, †[d] deinde in eius ſummo concretũ pupillę humorem fractionibus radentes, ſtringentes q3, ne ſuſpicias. Hypoſpathiſmus, periſcythiſmus, & angeologia fluorem ſiſtunt. Hypoſpatiſmus itaque tribus fit ſupra frontem diuiſionibus. Poſt ferramento (quod ſpathomelam appellant) per corpora, quę interiacẽt, tranſmiſſo. Periſcythiſmus eſt, cum tranſuerſis lineis coronę modo frons ſecatur. Altera ipſius parte H
paulo ſuperius, quàm tempora ſunt, quędam triangula amputantur, Gręcorum literę Δ ſimilia. Angeologia perficitur vaſis latentibus à tempore ad tempus in profundum diuiſis. Palpebrarum calculis medemur magna ipſarum diuiſione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras ſcalpello aperientes †[e] ſiccis medicamentis} diducimus. Ægilopas ad os vſque excidentes ferramentis candentibus adurimus. Sunt autẽ, qui loco ferramentorum candentium terebra os forant vſq3 ad nares. Polypum, qui in naribus naſcitur, anguſto ſpecillulo ab oſſe reſoluimus, & raſorio cultello poſtea radices demetimus. Ozęnæ raro ad ſanitatem proficiunt: curatio vero earum in iiſdem verſatur. In ore epulidas, & parulidas diuidimus, vbi ſuppuratio ſe oſtenderit. Vuas demiſſas, ſiue collapſas nimium, incidimus, volſella prehendentes. Dentes eximimus ſcarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonſillis aduerſis plagis amputamus. In ceruice ſteatomata, & ſtrumas, cute diuiſa, & digitis auulſa, tum vaſorum complexu diſſoluto tollemus. Ganglia, quæ in metacarpiis, ſeu poſt brachialibus magna ex parte eueniunt, & mulieribus lana victum quęritantibus plerunque extundimus, interim ceratis mollita curamus. In aliis phymata, & ſtrumas præcidimus: ſimiliter in inguinibus. Abſceſſus in ſpatio intercoſtali diuidentes non vniuerſim, ſed moderate, paulatim que puris excretionem molimur. Sunt, & qui

A† Faſciolã ab ipſis auferẽtes, quãtã cõmẽſuratio iuxta palpebrarum figuram poſtulat.

B† Pilos pacũ illaqueamus.

C† Filo tranſmiſſo ablaque antes.

D† Donec ac' penetrarit, & loco vacuo excipiat': deĩde per obliquũ ad iridem pducẽtes ſumma ei' parte compactum circa pupillam humorẽ deducimus, deligantes & ſtringentes, vt nõ aſpiciat.

E† Alij legunt τιλτοῖς, id eſt ſubiectis linamentis.

A qui adurant eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maxime circa mãmas oriuntur. Præcidimus vbicunq; fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum ignitis. Non desunt, qui raso riis ferramentis ignitis simul secantibus, & adurẽtibus vtuntur. Exomphali, omnes, quibus vmbilicus extuberat, appellantur. Differentia triplici comprehenduntur. quidã enim pneumatomphali, quasi qui spiritum sub vmbilico collegerint. Alteri enteromphali, quibus intestina ad vmbilicum procedunt. Reliqui hydromphali, qui aquam sub vmbilico gestant. Omnes differentiæ manu sanantur, lino duplici per acum immisso, & vmbilico circumstricto. Hydropicos paululum sub vmbilico à sinistris pũgimus ferro instar myrti facto, donec inania penetrauerit. Apellarum duplex curatio, horum, qui intrinsecus excoriantur, illorum, qui extrinsecus orbiculatim in summa cute diuiduntur, vt præputium intus attrahatur. Qui per angustias præputij exerere glandem nequeunt, summa eius pellicula, quantum licet, retracta, dein callis, qui in conspectum prodeunt, scalpello per summa auulsis curantur. Hypospadiæ sunt, qui ex generatione, vrinę iter inferius sub dicto cane habent: curantur autem summa glande perforata & canaliculo immisso. Qui dicuntur atreti, siue foramen habeant tenue, siue nullum omnino, auxilium capiunt hoc pacto: Acuto specilli immisso adaperimus, deinde digitum submittentes vndiq; absoluimus. Lapi-
B des in vesica habentes secamus, calculum in vesicę collum adigentes, incisorio autem lapide vtentes semel superiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id idoneo, quod propterea λιθόλαβον Greci appellãt, calculum auferimus. Quibus fluere vrina quoquo modo cœpit nimis, rhyadicos appellant, si magnus callus fuerit, præcidendo ipsum curamus. Quibus vrina propter copiã non redditur vesica distenta, vt remittere se nequeat, per fistulam cathetera vrinam elicimus. Porrò huic instrumento ad Romanæ literæ, ſ, figuram facto, quod in vrinæ iter vsq; ad vesicam demittitur, inditur filum, quod in summo habens lanę paululum procumbens, vrina madefactũ, deinde foras extrahitur, quod vrina tanq̃ ducem vię sequitur. Tumorum, qui scroto accidunt, septem species sunt, hydrocele, porocele, steatocele, sarcocele, epiplocele, cirsocele, enterocele. A quibusdam hæc complicata adduntur, hydrenterocele, sarcoepiplocele. In his, qui hydrocele laborant, scrotum diducendum est, & vbi maxime venosum est, inuenta q; tunica, humorẽ ea comprehensum euacuare oportet, & tunicæ superuacanea auferre: in quibus sine tunica est, excernere humorem sufficit. Steatocelas, & porocelas similiter, sinistra manu scrotum extendentes secare conuenit, postea in superficie diducere, donec adipi, vel callo, vel alij cuicunq; incidamus, & hoc auferemus. Pari modo sarcocelici tractantur. Oportet autem subiacentem carnem albicantem præcide-
C re, rubram excoriare & detrahere, ac tunc reliquias adimere expedit. In cirsocelis extendes varicem hamulo in superficie diuisum, exceptumq; auelles, relicta ceu digiti parui latitudine: reliquum extensum abseca. Cura vero non mediocris adhibenda est in neruis illis complicatis, κρεμαστῆρας Greci vocant, & testiculis. Enterocelicos, & epiplocelicos ita secamus, reprimentes intestinum, vel omentum diligenter, mox seminarium meatum auferemus, q; fieri poterit, commode: Sin minus, peritonæum attrahentes, & laqueo excipientes præcidimus. Hæmorrhoides lino duplici per ipsarum bases transuentes cõstringentes q; post horas duas abscindimus. Fistularum non nullæ perforatæ non sunt, os tantum habentes. Quædam perforatæ vel intus in anum, vel extrinsecus. In perforatis in anum, oricularium spicillum immittes, mox digitum in sedem aferens, intestinum attrahes mucrone spicilli, id q; amputabis, ab inferiore loco incipiens, similiter & in exterioribus ani. In non perforatis spicilli acumine omnes sanas particulas penetrare conuenit. Sunt, qui loco recisionis præcisionis q; partium foramina interiacentiũ lino byssino in summitate spicilli cõuerso diuisa auellunt, intermedias partes quotidie circũtendentes fila amputant, & callũ mollientes medicamento Ægyptio cicatricem inducunt. Hic modus primum ab Hippocrate conscriptus est. ‖ Varices in cruribus primum extrinsecus incisuris per totum insignitos, de Lib. de fistulis nõ lõge à prin.
D inde inclinantes summa cute prehensa, ipsam primam diuidimus, & mox hamulo attractum varicẽ illigamus, quo post omnes diuisiones facto, vel varicũ extractorio instrumento, quod Greci χειρυλκον vocant, eximimus, summa discindentes, vel bicipiti spicillo exceptum, lino per ipsius ventriculum secundum euersionẽ extrahimus. Dracontia varicibus similia sunt, magnum vero dolorem, dum paululum prominentes mouentur, cõcitant. Oportet autem diuisis, vt varicibus, summam cutẽ detrahere, sic q; precidere. Clauos, callos, acrochordonas, thymos, myrmecias excidentes adurimus, vel psorico illinimus. Curta in naribus, auribus, oculis, hoc modo ad naturalem habitum restituuntur: Labra scalpello vndiq; deradentes cruentamus, deinde adducẽtes densius suimus: iuxta maxillas autem ex vtroq; labrorũ extremo, qua inuicem coeunt, intus & extrinsecus diuidimus, distendimusq; volsellis, ne caro inde relaxetur. Quæ auribus vel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuisa, producere aliam conuenit, sicq; consuere lanę filo.

De artubus confractis, partibus que à suo articulo dimotis. CAP. 19.

FRacti artus ex distensione quidem in rectum restituuntur: ex deligatura callo obducuntur. Caluariæ ergo fractiones quot modis accidant, quomodoq; curentur, diximus. Et, si in facie fractura contingat, vt in capite, sanare cõuenit, osse, quod affectum est, exciso. Sciendum autẽ est, quæ ossa fracta curationem non recipiant. Si igitur nares confractæ sunt, non recte possunt

De artic. cō 2. tex. 47. cl. 7ª. 267. f

Ibi. t. 44. 266. h. Et tex. 45. 267.

restitui. ¶ Aurem etiam frāgi scribit Hippocrates, quoniam & chartilago imitatur os, egerrimè q; E in pristinam figuram reducitur. ¶ Verum, si ex palato fracturam accipiant nares, simæ, vt inquit, euadunt & insanabiles. Porrò, si clauicula frangatur, vel iugulum, vel costa aliqua, & hęc frequenter resarciri non possunt. Epithemata in iugulo adhibenda sunt, ipsum'que ab ala ad alam deligandum est. Cęterum, si quod maiorum membrorum fractum sit, vel minorum partium aliqua, vt digitorum nodi, vel ossa brachialis, vel post brachialis, vel tarsi, omnia quidem in magna frusta cauledon, vel raphanedon, & schidacedon franguntur: minutatim caryedon, vel alphitedon. Omnia ergo fracta deligantes, extendentes'que admodum vehementer, & valide diducere, & multum in uicem separare oportet, vt iustum situm, pristinam'que figuram recipiant. Non autem in rectum omnia restitui debent, sed ad proximi, cui cohęrent, membri figuram. At, si os rectum sit, in rectum: si obliquum, vel alio quouis modo curuum, simili modo. Modus autem deligaturę ad omnia prępărandę hic est. Fascia est linteis veteribus facienda, quæ tum latitudine, tum magnitudine membro respondeat. Latitudine quidem in maximis digitorum quatuor, vel quinque. In tenuioribus non minus digitorū trium. Deligaturę hęc ratio. Prima fascia ter nobis in fractura sursum versus fertur vt plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit, euariantibus deligationibus deorsum quidem tribuitur, sed ad superiora reducitur: irrigari hydreleo, vel œneleo, F vel glyceleo adusque triduum expedit: post cerato diluto, & liquido, vt oleum crassum videatur. Verum fascia ita paretur, vt nō nimiū premat, ne membrū emoriatur, sed quoad adiaceat, apte q; adhęreat: neque sit laxa, vt contineat, & repellat influxus, ne oboriatur inflammatio. Post splenia triplicia, quadruplicia'que adhibeantur, quę artus crassitiem impleant: quo nec sibi mutuo incidant, nec dissidentes interuallum relinquant. Ab his fascia conuenit triplex, quę à fractura deorsum veniens, sursum rursus feratur, ibi'que finiat. Solutiones membri primę tertio quoque die faciendæ: post septimum vero diebus intermissis pluribus, prout necessitas exiget. Inde licebit ferulas circumponere, sed ita, vt ad vltimam fasciam lana apponatur, & ex interuallis ferulæ collocentur, cum membrum ab inflammatione est prorsus immune, curua ipsarū parte extrinsecus sublata, leui autem intus deligaturę iniecta. quibus superligabuntur vel chordulę, vel nauticum filum.

In fracturis cum vulnere, pro his omnibus splenia duplicia, vel triplicia faciētes per singula crassitiem membri circulatim implebimus, vt termini ipsius inuicem incumbentes separentur: totum'que membrum his contineatur. Primùm sanè ex prędictis imposita madida esse conuenit: deinde lanas propositas, & fascias post lanas habere per subiectam sedem canalis aperti. Maxime is modus deligaturę confert iis, quę alphitedon fracta sunt cum vulneribus, & multa contusione G musculorum, in quibus etiam linamenta liquoribus competentibus madentia imponenda sunt. Linamentorum sunt quinque species, aliud flexile, aliud rasile, aliud vulsorium, aliud lucernariū, aliud priapiscorum appellant. In luxatis vero distentione quidem antecedente opus est: repositio pro quolibet membro propria assumitur. Omnia in Hippocratico subsellio restituūtur, simul & tensa, & commissa. Caput luxatur, nam prima ceruicis vertebra coarctatur ad secundam. Maxilla inferior ex iugali, quod est ad malas, excidit. solis autem manibus in sedem suā compellitur, hinc illinc'que ad superiorem adducta. Humerus in alam tantum excidit, capitulo rotundo, & leniter cauo, quod Iones ἄμβωνα vocant, cum distensione in sedem reducitur. Sunt & alię {inferiores,} quas palęstricas nominant. Cubitus in omnes quatuor pares excidere potest. si in exteriorem, interiorem'ue, cum distensione reponimus: si in priorem vel posteriorem, sine distentione restituimus: nam hęc ex subita inflexione quodam impositio flexurę cubiti consistit: Illa, extensione vehementiori. Brachiale, & postbrachiale, ad hęc digiti luxati, modica distensione reponuntur.

Quę'uis spinę peruersio, curuitas, & inclinatio, & tortuosias instaurari non possunt. Femur ad coxas vel intro ad colem, vt extra ad oppositam partem prolabitur, retro ad clunes, & ante in inguina. atque hę quatuor differentię immedicabiles. Genu quoque crebro in exteriorem partem H prolabitur, & facile ex flexura restituitur: minus in interiora excidit, redit'que, multo rarius in posteriora, in anteriora nunquam: quippe ossa propter patellam, quę continet (nisi & ipsa fracta fuerit) nullo tempore elabūtur. Talus modice prolapsus ęgre restituitur. Si magna sit luxatio, & violenta, ne sustinet quidem instaurationem. Periculosa enim nimis, &, si cum vulnere accidit. In digitis nihil vltra fieri debet, quàm quod in iis, qui sunt in manu, positum est. Omnes vero coagmentationum eorum separationes, vt in facie, cubito, & radio, tibia, & sura, metacarpio, brachiali palma, in veterem figuram restituuntur. Porrò, quę membra nigrescunt, vel depascuntur, siue ex fracturis, siue violenta astrictione, tota sępe resecamus. Similiter in iis facimus, quos venenatę ferę momorderunt, mox ferramentis prope candentibus pastionem sistimus, post ferramenta porrò viridi cum sale illinimus. Deinde vbi crustę †ruptę fuerint, }tanquam vlcera curamus. Venenatorum morsus neque cito ad cicatricem ducimus, sed frequentius vlcerum fluorem ex eis concitamus.

†κατερρῶσιν ideſt ablate fuerint, vel vt habet alius codex manuſcriptus, κατερῥῶσιν, id eſt cutatæ fuerint.

Galeni



GALENI QVOMODO MORBVM SIMVLANTES SINT DEPREHENDENDI LIBELLVS.

Ioanne Fichardo Francofordiano interprete, ad Græci exemplaris fidem recognitus.

CVm multæ ſint cauſę, quas propter ęgrotare ſe hoīes ſimulant, videt & in iſtiuſmodi oībus veritatis inuentio medico conuenire: quandoquidem idiotæ t operæprecium ducant à vero tales ſimulationes dignoſcere. Etenim phlegmonē, & eryſipelas, & œdemata p pharmaca extrinſecus appoſita, de induſtria excitata, Medicus ab ijs, quæ ex ipſo proficiſcūtur corpore, deprehēdere poteſt, atq; diſcernere, ſicuti & ſanguinē ex oris partibus profluentē, ab eo, qui ex ſtomacho, ventre, organis ue ſpiritualibus prouenit. Nam deprehēſi iam quidam ſunt, qui iub finem tuſſis, quoties vellent, ſanguinem excrearent, venula quadam in hoc prōpte circa gingiuas aperta, licq; comparata, vt, qñ videretur, lingua illā iugētes, ſtatim q; poſt tuſſiētes, ſanguinē quaſi ex inferioribus redditum expuerent. Sic & delirare nō nulli, deſipereq; ſe ſimulauerunt, cum alios potius ſtultos oſtenderent. Illa vero oīa & deprehendere, & inter ſe diſcernere, ad medicos pertinere vulgus exiſtimat. Fit autē ſępe, q dolor quiſpiam ita ſimuletur, vt ingens fereq; intolerabilis videaī. Equidem ipſe quendā noui in concionē à ciuibus vocatum, colico dolore torqueri ſe finxiſſe, vt ne accederet, cū hoc ita ei conducere viſum eſſet. Et ego quidē eo tpe iſtuc hominem agere, quod & poſtmodum ipſe mihi confeſſus eſt, ſuſpicabar. Fomenta igitur tum illi adhiberi iuſſi. Verum ille, quanq; aliàs vel in minimis ſupra modum eſſet meticuloſus, hic ſuccurri ſibi nequaquam magnopere precabatur: et quidem paucis ante diebus nouit eodem morbo laborātem, à me hauſto pharmaco Philonio, curatum: id quod à me omnibus modis petiuiſſet, ſi re vera doluiſſet. Sed & exitus iſtud declarauit: quoniam dimiſſa concione, extemplo conqueri, tanq; extra omnem mox dolorem conſtitutus, deſijt. Quin & ipſa præterea viuendi ratio, quę præceſſerat, talis erat, vt colicam in eo diſpoſitionem non poſſet generaſſe: quando ex indigeſtione, infrigidatione q; proficiſci ſolent huiuſmodi paſſiones: quorum in hoc neutrum pręceſſerat. Hoc igitur, q non ratione anteactæ diætę morbus eſſet, potuiſſe cognoſcere, medicę erat experientiæ opus. Alterum vero iſtud, q ob concionem ſimulare hæc illum ſuſpicatus eram, medicinæ proprium non fuerat, ſed rationis eius, quæ communis dicitur: quam, licet omnibus cōmunis ſit, pauci tñ exactam perfectam q; habēt, vt inuenire in quoq; negocio poſſint, quid faciendum, dicendum ve ſit. Tenēdū ergo memoria, quod diximus, experientiæ medicæ ſi coniungatur externa hæc facultas, alia quoque ſimilia fingentes, validosq; dolores ſimulantes deprehendere licere. Quemadmodum ipſe nuper, cum vtroq; genu vehementiſſime dolere ſe quidam diceret. Seruus autem is erat ex eorum ordine, qui dños iter facientes curſu comitantur. Vnde ſtatim doloris eius fictionem deprehendi, ex eo partim ſuſpitionem ſumens, q ad illam forte diem Dominus ex vrbe profecturus erat: partim ex adoleſcentis moribus, qui talis eſſet, vt facile in huiuſmodi mētiretur. Cæterum & cōſeruum inſuper quendam ei familiarem rogabam, num adoleſcens ille mulierculæ alicuius amore teneretur, quam pp eſſet veriſimile, longiorem profectionem Domino adornante, hoc illum ſtudere, vt relinqueret. Et ita res habebat. Hęc igitur extrinſecus adinueneram. Circa vero genu eius maximus quidam tumor exiſtebat, qui facile idiotam perterrere potuiſſet, ſed rei perito manifeſte per thapſiam excitatus apparebat. Hęc aūt cognitio Medicinæ propria erat, non ab extrinſecus aſſumptis proueniens. Eiuſdem quoq; erat experientiæ ſciuiſſe, nihil eorum, quæ anteceſſerant, tale fuiſſe, quod eum excitare tumorem tam repente potuiſſet. Neq; enim plus, q̄ conueniebat, cucurrerat, neque vapularat ab aliquo, neq; ſaltauerat, neq; foſſam trāſiliens id incōmodum paſſus erat: tum redundantis

dantis humoris indicium quidem nullum erat, ꝙ antea neq; splẽdidius, neq; abundantius vixis- E
set. Ad hęc aũt & doloris speciem me, qualis nam esset, percontante, neq; statim, neque prompte, neq; eadem respondebat. Quare profecto dño cum pharmacum imposuissem, quod dolorem q-dem nihil leniebat, verum thapsiæ solum qualitatem infrigidare posset, post horam vnam illum confitentẽ habui, nihil amplius se doloris sentire. Quòd si è phlegmone dolor is natus fuisset, nõ solum per istud infrigidatiuum non resedisset, sed etiã vehementior redditus esset. Liquere igitur nunc arbitror, ꝙ si medicinalis experientia externis istis ratiocinationibus. i. cõiectationibus, con iungatur, sufficiens sit ad veri fortis q; doloris dignotionem. Potest vero quis & ex eo, ꝙ lenius morbum ferant, indicium non vehementis doloris sumere. Accidit enim istud oĩno sæpe, (non animaduertentibus ijs, qui morbi vehementiam simulãt) ꝙ in alium se alium q; habitum illi, qui vere laborant, magnitudine videlicet doloris agitati, transijciunt. Præterea, si re vera dolore vehe mẽti premantur, quoduis perpeti auxilium parati sunt: hortantur q; ipsi vltro medicos, vt, quid-quid ipsis libuerit, agãt, quo affectus curetur. Sin vero mediocriter, aut nequaq; oĩno dolent, hu-iusmodi auxilia refugiunt, neq; longiora ieiunia, neq; mordacium pharmacorum oblationẽ per-ferentes. Quæ sola quidem, cum grauiter se laborare dicunt, huiusmodi dispositionibus cõferre,

† Antiqua tralatio habet. Igitur notiões vehementer dolẽdi sunt terreri vehementer, & magnitudo doloris, & ea, quæ sunt experiẽtię medicinalis, in quibus est hoc .s. difficilis tolerantia, & infrigidari extrema &c.

nos illis affirmare oportet: quẽadmodum & sectiones, & vstiones, & omnis cibi potus q;, † quo- F
rũ desiderio eos trahi videmus, abstinentiam. Morbum igitur simulãtes doloris magnitudo {arguet, deprehendemusq; cum ex alijs multis, } tum medicinalis experiẽtiæ notionibus: in quibus sunt languere, extrema infrigidari, pallere: interdum quoq; frigidum sudare, & pulsus nõ tantum inæquales, (quod quidem ijs ẽt, qui mediocriter dolent, accidit) sed etiam plures minorum, quam magnorum: obscurorum, quam vehementium habere: præterea interrogatum de doloris spe-cie, eam respondere, quæ affecto membro propria sit. Quędam nãq; species dolores longe lateq; se diffundentes habent: quædam vero tanquam fixos, vniq; tm̃ parti inhærentes. Sic alię pungũt pulsantq;: alię quasi diuellunt: aliæ quodam modo obstupefacere, aliæ grauare videntur: non nul læ deniq; vomitus, quędam ventris perturbationes, quædam caliginem inferunt.



GALENI ARS MEDICINALIS

Nicolao Leoniceno interprete.

Ad Græcorum veterum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino, aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Medicam artem constituit ex corporum, signorum, & causarum definitione.

Quot numero doctrinæ, ac de definitiuæ dignitate. CAP. 1. H

Vide Eustrathium super 1. Ethicorum c. 7. non longe à fine.

THres sunt omnes doctrinæ, quæ ordini inhærent: Prima quidem ex no tione finis, quę per resolutionẽ fit: Secunda ex compositione constat eorum, quæ per resolutionẽ fuerant inuenta: Tertia ex definitionis dis solutione, cui nũc incumbimus. Licet autem huiuscemodi doctrinam appellare non tm̃ definitionis dissolutionem, sed & explicationem, vt nõ nulli vocarunt, vel resolutionem, vel diuisionem, vel (vt non nulli alij) explanationẽ, vel expositionẽ, vt alij. Ac conati qdẽ sunt & Hero philiorũ quidã talẽ facere doctrinã, quemadmodum Heraclides Ery-thræus. Conati sunt & eam, quę per compositionẽ & ipsi Herophilij, & quidam Erasistrati sectatores, & Athenæus Attaleus. Nemo tamen ante nos eam, quæ oritur à notione finis, scripsit, ex qua oẽs artes (via quadã, atq; ordine hoc est) methodo, constituunt: sed illam quidẽ alio petractauimus loco. Hic vero definitiuã faciemus do ctrinam, quę quantũ ab ea, quę per resolutionẽ fit, & dignitate, & (ipso docendi ordine idest) me-thodo linquitur, tantũ & ad totius cõpendium, & ad particularium memoriã prẽstare inueniet: sufficienter

A sufficienter enim ac facile memoriæ commendantur vniuersa ex definitionis dissolutione, quoniam totius artis capita in se optima definitio complectitur, quam quidam substantialem vocant, ex aduerso distinguentes alijs, quæ nō ematicæ. i. notionales appellantur. Illæ siquidem ab ijs, quæ accidunt rebus definitis: hæ vero ab ipsa essentia constituuntur. Elaborata autem est à nobis particulatim, & in pluribus conscripta tractatibus totius medicinæ cōtemplatio, quibus vti quis possit ad tres doctrinas. Nunc vero definitiuam aggrediemur: hoc vnum apponentes, quod solum capita, & quædam veluti conclusiones eorum, quę alibi latius (hoc est κατὰ διέξοδον) sunt demonstrata, nunc à nobis dicentur.

* AP. ὀνοματικαί. i. notiales. vide libr. 4. de differētijs pul. cap. 2.

Quid sit medicina. CAP. 2.

A. l. 1. f. 2. d. 1. c. 2. fol. 28. c

MEdicina [a] est scientia "salubrium, & insalubrium, & neutrorum. Nihil vero differt, & siquis loco insalubrium, [b] ægrōrum dixerit. Nomen vero scientię communiter, & non ꝓprie accipere oportet. Salubre autē, & insalubre, & neutrum, vnumquodq; tripliciter dicitur: hoc quidē vt corpus: hoc aūt vt causa: hoc vero vt signum. Etenim corpus, quod sanitatē natura suscipere aptū est: & causam, quæ eandem efficere, vel conseruare: & signum, quod pōt indicare, hæc oīa salubria Græci appellare consueuerunt. Eadem ratione & suscepti ua morborum corpora: & eos-

B dem efficientes, conseruantes q; causas: & signa indicantia, insalubria vocant. Nec aliter corpora neutra, causas, signa q; dixerunt. Et secundum quidem primam rationem atq; præcipuam, causarum salubrium est medicina scientia: propter eas autem & aliarum, secundo quidem loco insalubrium: & tertio neutrarum. Et post has eodem modo corporum, primo quidem & hic salubriū: secundo loco insalubriū: tertio neutrorum. Itidem de signis dicendum. In actionibus autem prima quidem est corporū dignotio, quæ habetur ex signis: post hęc causarū, q̄ in ipsis sunt, inuētio.

[a] *Vide sup. præ libro, qui introductio seu Medicus inscribitur. cap. 6. pag. 51. b*

B [b] Interps varie dictionem hanc νοσώδες vertit. nam modo insalubre, mō ægrū, modo ęgritudinibus obnoxium vertit. aliq; morbosum vertūt. Similiter & νοσερον, q̄d idē ē, ac νοσώδες, modo ægrum modo insalubre vertit.

Quot modis dicatur effectiuum, indicatiuum, & susceptiuum. CAP. 3.

SEd quoniam & effectiuum, & indicatiuum, & susceptiuum, dupliciter vnumquodq; dicitur, hoc quidem simpliciter, hoc vero vt nunc, nosse oportet medicinam esse vtrorumq; scientiā. Ipsum vero simpliciter duobus dicitur modis, & quod semper, & quod vt multum: & vtrorunq; medicina est scientia. Neutra vero & causa, & corpus, & signum, & quod simpliciter dī, & quod vt nunc, tripliciter vnumquodq; appellatur: hoc quidem, quia neutrius contrariorum est particeps: hoc vero, quia vtriusq;: hoc vero, quia aliquando huius, aliquando illius. Horum autē ipsorum secundum rursus duobus dicitur modis: aliquando quidem, quia vtriusq; contrariorum ex æquo est particeps: aliquando vero, quia plus alterius. Est vero & in tota definitione, si verba ani-

C maduertimus, ambiguitas quædam, quam & ipsam dissoluere oportet. Cum enim dicitur medicinam esse scientiam & salubrium, & insalubrium, & neutrorum, significatur, & quod omniū particularium, & quod quorundam, & quod qualium. Sed omnium quidem indefinitum quoddam est, atq; impossibile: quorundam diminutum, atq; artificio carēs: qualium vero artificiosum pariter, atq; sufficiens ad omnia artis particularia: quod etiam dicimus in medicinæ definitione comprehendi. Primum igitur de corporibus dicere aggrediemur, qualia nam sint, & salubria, & insalubria, & neutra: & post hæc de signis, & causis disseremus.

De corpore salubri. CAP. 4.

A. l. 1. f. 2. d. 3. c. 4. fol. 45. c

SAlubre "simpliciter corpus est, quod ab ipso naturæ ortu tum bonam habet temperaturam in simplicibus & primis particulis, tum in his, quę ex illis componuntur, instrumentis est commensuratum. Salubre vero nunc est corpus, quod in præsenti est sanum: est vero & hoc eo tēpore, quo sanum existit, bonam habens temperaturam, & commensurationem, non tamen optimā, at sibi propriam. Ipsius vero salubris simpliciter corporis tale quidem est semper id, quod est optima temperantia præditum, ac maxime est commensuratum, vt multum autem, quod à constitutione optima non valde admodum deficit.

De corpore insalubri. CAP. 5.

D

A. ibidem. c. 5. f

INsalubre "vero simpliciter est corpus, quod ab ipso ortu naturę, vel in cōsimilibus partibus malam habet temperaturam, vel in instrumentarijs incommensurationem, vel vtrunq; vitiū. Insalubre vero nūc est corpus, quod eo tempore, quo tale dicitur, ægrotat, Neque obscurum est, ꝙ & hoc ipsum eo, quo dicitur, tempore ægrotās, vel in cōsimilibus malam habet tēperaturā, vel in instrumentarijs incōmensurationem, vel vtrūq;. Est vero & semper insalubre, quod ex ipso naturę ortu vel pessimam habet temperaturam in simplicibus, & primis particulis omnibus, vel aliquibus, vel his, q̄ obtinēt principatum, vel in instrumentarijs incommensuratissimū existit: similiter aūt in his, vel omnibus, vel aliquibus, vel illis, quæ obtinent principatum. Vt multum vero insalubre est corpus, quod ab huius quidem vitio recedit, nondum tamen in medio constitutū est.

De corpore neutro. CAP. 6.

A. l. 1. f. 2. d. 1. c. 2. fol. 28. c f.

QVoniam "vero & neutrum corpus tripliciter dicebatur, vnum quidem, quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps: aliud autem quoniam vtriusque: aliud quoniam aliquando huius, aliquando vero illius. Iuxta primum significatum, neutrum erit corpus, quod exquisite medium est saluberrimi, & insaluberrimi corporis: & huius hoc quidem simpliciter tale, quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum: hoc vero vt nūc, quod in prę senti tempore medium

remedium exquisite existit saluberrimi, atq; insaluberrimi corporis: ipsius autē simpliciter, sem- E
per quidem tale est id, quod in omnibus ætatibus tale perdurat: vt multum autem, quod non nul
las recipit mutationes. Iuxta vero secūdū significatū, neutrū erit corpus, quod ab ipso ortu natu-
ræ contrariarum simul est particeps dispositionum, aut scilicet in vna parte, aut in duabus differē-
tibus: in vna quidem, si fm alteram oppositionem effectiuarum qualitatum bonam habuerit tē-
peraturam, vel etiam fm vtranq;, sed in formatione, vel magnitudine, vel numero partium, vel si-
tu delinquat: aut contra in his quidem recte se habeat, vel omnibus, vel quibusdam, peccet autem
in temperatura: In differentibus vero partibus, & iuxta omnes oppositiones potest quidquam si-
mul particeps esse contrariorum. Et semper quidem tale, quod per omnes ętates in eodem perse
uerat. Vt multum vero, quod aliqua ex parte euariat. Ita vero & nunc neutrum erit corpus iuxta
secundum significatum, quia vel in parte vna hæc quidem sibi salubria existunt, illa vero insalu-
bria, vel in differentibus ita afficitur partibus. Iuxta vero tertium significatum, neutrum erit cor-
pus, quod aliquando quidem salubre, aliquando vero in salubre per vices existit, vt non nullis ac-
cidit, qui in pueritia salubritate corporis vigent, cum vero ad iuuētutem peruenerint, insalubres
euadunt, aut contra. In vno autem tempore, quod ita est neutrum, exquisite quidem, consistere
nequit: latius vero si accipiatur, contingit. Nouimus autem, quo'd/nunc/dupliciter dicitur. Salu- F
bre igitur, & insalubre, & neutrum corpus quot modis dicatur, & quale vnumquodque sit, suffi-
cienter explicauimus. De signis vero deinceps dicendum.

De signis salubribus, insalubribus, & neutris. CAP. 7.

SVnt autem & ex his salubria quidem, & quęcunq; præsentem indicant sanitatem, & futuram
prænunciant, & præteritam memorię subijciunt. Insalubria vero, quę & præsentem indicant
ægritudinem, & futuram prænunciant, atq; præteritam memorię subijciūt. Eadem ratione neu-
tra dicuntur, quæ neutram dispositionem ostendunt, prænunciant, & memoriæ subijciunt, {& quę
nihil omnino de dispositionibus indicāt, vel nihilo magis salubrem, quàm insalubrem dispo
sitionem ostendunt:} & quæ partim quidem salubrem, partim vero insalubrem indicant dispositi
onem: & quæ aliquando quidem salubrem, aliquando vero insalubrem, & hęc quoq; fm tria tē
pora, veluti salubria, & insalubria. Vocantur autem non nunquam à vetustioribus medicis hęc
omnia, signa prænunciatiua, quamuis præsentium vel pręteritorū sint indicatiua. Vsus vero non
paruus est ex prænunciatiuis, atq; indicatiuis, minor autem ex his, quæ memoriæ subijciunt. Cum
igitur sint salubria corpora, hæc quidem simpliciter, hæc vero vt nunc, quæ & sana dicuntur, salu
brium simpliciter corporum duplicem diximus esse differentiam: quoniam non nulla quidem G
semper: non nulla vero vt multum essent talia. Et semper quidem, quæ optimam cōstitutionem
sortita sunt: vt multum vero, quæ non magnopere ab illa recedunt.

De signis optimæ constitutionis corporis. CAP. 8.

HOrum autem dignotiones sumendæ sunt ab ijs, quæ fm essentiæ rationem ipsis insunt, & Alt.f.1.d.3.
ab ijs, quæ ex necessitate consequuntur, operationibus, symptomatibus q3.i. casibus, quos sum.1.c.4.fol.
etiam sanè accidentia proprie vocamus. Ab essentia quidem ipsa eorū, quæ optimam habent con 41.c
stitutionem, commensuratione consimilium quidem in caliditate, frigiditate, humiditate, & sicci
tate: Instrumentalium vero, in quantitate, ac numero eorum, ex quibus componūtur, ac præterea
formatione, & situ partium singularum, ac totius instrumenti. Ab his vero, quę ex necessitate cō-
sequunt consimilia, quātum quidem attinet ad tactum, à mediocritate, quæ in mollitie, ac duritie
consistit: quantum vero ad aspectum, à colore bono, & leuitatis, atq; hispiditatis mediocritate. In
operationibus vero, à perfectione, quam & ipsarum virtutem appellamus. Ab his vero, quæ in-
strumētarias partes consequuntur, à cōmensuratione, & pulchritudine oium totius corporis in-
strumentorū, ac præterea earum, quæ ipsis insunt, virtute operationū. Optimæ igitur constitutio
nis corporum signa indicatiua sunt hæc. Eorum autem, quæ ab ipsa deficiunt, & adhuc tamen sa H
lubria existunt, non nulla quidem in consimilium temperatura vitium aliquod paruum habent:
non nulla vero in instrumentariorum commensuratione, & hoc quoq; perexiguum. Accidit aūt
hoc vel in omnibus, vel in aliquibus, aut in vtrisq;. Vitiorū vero genera eadē sunt cū his, quę vir-
tutem perficiunt, temperatura quidem in consimilibus: numerus autem, & formatio, & magnitu
do, & situs in instrumentarijs: vtrisq; vero communis vnitas, quam & ipsorum continuitatē ap-
pellamus. In his aūt ipsis generibus sunt corporum insalubrium vitia secundum vtrunq; insalu-
britatis significatū. Terminus aūt, qui vtrunq; distinguit, est operationū læsio sensibilis. Quæ ve-
ro ab optima corporum constitutione breue aliquid deficiunt, re vera quidem & ipsa in aliquo
sunt offensa, non tamen id sensu comprehenditur. Distinguuntur vero ex eo, quo'd magis mi-
nus've in operationibus existit, ac quia causis insalubribus non æque resistunt. Quæ autem sim-
pliciter insalubria sunt corpora, distinguuntur ob id, quo'd facile à causis insalubribus superātur,
& quoniam in virtute operationum multum deficiunt. In medio autem amborum collocantur
neutra, tum quæ exquisite appellantur, tum quæ cum latitudine quadam. Quo fit, vt tota sanitatis
latitudo in tres partes, quarum singulæ latitudinem habent non paruam, diuidatur. Erit autē pri
ma quidem salubrium corporum, secunda neutrorum, tertia insalubrium. Post quæ deinceps se-

quuntur,

Aquuntur,quæ iam ægrotant corpora,quę ſenſibilibus operationũ læſionibus diſtinguunt. Quæ igitur dolore infeſtantur,& quorum motus ſunt deprauati, aut omnino interierunt, manifeſtas habent determinationes. Quæ vero imbecilles edunt operationes,in magnis quidem diſtantijs facile diſcernũtur,in paruis vero ambigua ſunt:atq; idcirco in eo genere noxę collocatur diſpoſitio,quę neutrius contrariorum eſt particeps,quam & ipſam neutram dicimus appellari. Ita tamẽ vt horum omnium ſenſus ſit iudex,nõ ipſa natura rerum inſpiciatur: periculum enim eſſet,ne in dogma ἀειτραθείας.i. perpetuæ paſſibilitatis,traheremur. Et quidem ſigna ſanorum corporũ,ſed quæ aut inſalubria,aut ſalubria,aut neutra exiſtunt, quantitate diſtantiæ differunt, duobus inuicem contrarijs terminis à nobis ſtatutis, optima videlicet conſtitutione corporis, & nuper facta ęgritudine,ac deinceps conſiderantibus,vtri eorum viciniora ſint ea, quę ad examen corpora veniunt. Quæ enim proximiora ſunt optimæ conſtitutioni,ſalubria: Quæ vero ab hac longius diſtant,atq; ad ea,quæ iam ægrotant,magis accedunt,inſalubria: Quæ autem intermedia,atq; æqualiter ab vtriſq; diſtare videntur,neutra erunt.Optimæ igitur conſtitutionis corporis indicia explicauimus.Eorum vero,quæ ab ipſa deficiũt,totidem ſunt numero genera,quæ in magis & minus ſecari poſſunt. Cum autem in tres latitudines diuiſa ſint, corporis inſalubris ſimpliciter, indicia
B trademus:ex his enim & reliquæ duæ latitudines innoteſcent. Generaliter igitur prius à nobis in eo,quem de optima conſtitutione ſermonem habuimus,dictum eſt: ſpecialiter autem nunc dicetur,ſi prius partes diuiſerimus.

Quot ſint differentiæ partium. CAP. 9.

A.l. 1.t.1. d. 5. c. 1.fol. 9.f

SVnt "vero earum quatuor vniuerſæ differentię,quoniam non nullæ earum principia quędã exiſtunt: aliquæ vero ab ipſis originem habẽt: aliquę nec aliarum gubernationi præſunt,neq; ab alijs gubernantur,cum inſitas habeant à natura potẽtias,à quibus regũtur: quædam vero ſunt, quæ inſitas ſimul,& aliunde emanantes habent.Principia igitur ſunt Cerebrum,Cor, Hepar,Teſticuli.Ab his vero ortum habent,atque eiſdem ſubminiſtrant,Nerui quidem,& Spinalis medulla,Cerebro: Cordi vero,Arterię: Hepati,Venę: Ipſa vero ſeminaria vaſa, Teſticulis. Quę autem à ſe ipſis gubernantur,ſunt Cartilago,Os, Copula,ſeu ligamentum,Membrana,Adenes.i. glãdulæ,Adeps,Caro ſimplex.Reliquæ vero partes,cum vnà cum iſtis habeant ex ſeipſis regimen,arterijs,neruis,& venis inſuper egent.Capillorum autem,atq; vnguium neq; regimen vllum eſt, ſed generatio tantummodo. Hæ igitur ſunt partium differentię.

De ſignis cerebri. CAP. 10.

A.l. 3.f.1. t.1. c. 4.fol.181.f

C INdicia "autem ſingularum tẽperaturę ſumpto à Cerebro initio, deinceps dicemus. Sunt vero quinq; vniuerſa genera,quæ ipſius naturam oſtendunt. Primum quidem totius capitis diſpoſitio: Secũdum vero,ſenſibilium operationum virtus,& vitium: Et tertium,actiuarum: Quartum, earum,quæ tenent principatum: Et quintum,naturalium.Aliud vero genus præter hæc omnia eſt ea,quæ ab extrinſecus occurſantibus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis diſpoſitio, ex magnitudine,& figura ſumitur atq; capillis.

De paruitate,& magnitudine capitis,& de ipſius figura. CAP. 11.

A.ibidem.& c. 10.fol.184. h

PAruum "igitur caput vitioſæ conſtitutionis cerebri proprium eſt indicium. Magnum vero, non neceſſario indicat bonam conſtitutionem: ſed,ſi quidem ob inſitæ virtutis robur, quæ multam atque optimam materiam afformauerit,eueniat,bonum eſt ſignum: at,ſi ob materiæ tantum multitudinem,haudquaquam bonum. Diſtinguenda vero ſunt hæc & ex figura ipſa, & ex his,quę ab eo habent ortum. A figura quidem ipſa,ſi concinna: ſemper enim hoc bonum eſt ſignum: Ex his autem,quę ab eo ortum habent,ſi valida eſt ceruix,& ſi alijs oſſibus optime cõſtet, atq; omnis pręterea neruoſa ſubſtantia boni ſit habitus,ac robur habeat intẽtum. Propria autem capitis figura eſt,veluti ſi excogitares ſphęram exquiſite rotundam ex cera conſtructam, leniter
D vtrinq; depreſſam. In hac enim,neceſſe eſt, vt poſteriores priores q; partes magis gibbę fiant, q ſpherę conueniat: quę vero vtrinq; conſiſtunt,magis rectę. Quo'd ſi ea,quę ſm occiput,eminentia alicui minuatur, ſimul intueri oportet neruos atque ceruicem vnà cum oſſibus alijs. Nam, ſi ſecundum naturam conſtiterint,materiæ defectu,non virtutis imbecillitate hoc contigit: illis vero non recte ſe habentibus,principium eſt debile.Sed magna ex parte defectus, qui occipiti eueniunt,conſequitur eorum,quæ antediximus imbecillitas: rariſſime q; aliter euenire cõſueuit.Caput etiam,quod ſecundum occiput † in acutiem tẽdit,animaduertere oportet, ijſdem adhibitis diſtinguendi rationibus,quibus antea in capite grãdiori facto vtebamur. Sæpenumero vero & hic bonum eſt ſignum,figura concinna cerebelli, quod non nulli medici poſterius cerebrum appellare conſueuerunt, quemadmodũ ſanè & poſterius exiſtit,ea ſutura,quę græcæ literæ, Λ,formam habet,diſtinctum. Eſt vero hæc pars,ſpinalis medullę principium, & eius ratione,neruorum omnium,qui in toto animali ſunt actiui. Ipſa autem pars poſterior per ſeipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos,plurimos vero actiuos: ſicuti & anterior,ſenſitiuos quidem plurimos, paucos admodum actiuos. Quare, vbi bene fuerit affecta vtraque pars, robuſtas habebunt ſuas propagines. Eędem quoque diſtinctiones adhibendę ſunt ad partes capitis anteriores ad frontem attinentes,quæ etiam ad poſteriores,earundem q; & paruitatem, & magnitudinem inſpicere oportet,

† φοξότερον.

re oportet,atq; itidem figuram & sensus ibi collocatos,visum,gustum,atq; odoratum. Hæc enim E
se inuicem indicant,atq; attestantur,& quę à principijs oriuntur,principij virtutem & vitium: et
principium ea,quæ ab ipso nascuntur.

De operationibus obtinentibus principatum. CAP. 12.

EArum autem operationum,quę obtinẽt principatum,virtus ac vitium sunt ipsius principij A. ibidem f
seorsum tantũmodo indicia. Voco aũt operationes principatũ obtinentes,hoc est ἡγεμονικὰς
quæ à solo principio proueniunt. Ingeniũ quidẽ igitur (grẽce εὐφυΐα) subtilẽ cerebri substantiã
indicat: tarditas vero intellectus,crassam: discẽdi vero facilitas,formarum facile susceptiuam: me-
moria autem stabilem ac firmam: Sicuti & discendi difficultas,formarum nõ facile susceptiuam,
& obliuio,fluidam: mobilitas quoq; in opinionibus,calidam: stabilitas autem frigidam. Adhuc
autem duo indiciorum genera mihi videor prætermisisse, de quibus sum ab initio me dicturum
pollicitus,quorum alterum ad operationes attinet naturales: alterum vero ad ea,quæ extrinsecus
occursant. Erit autem de vtriusq; sermo communis.

Signa bonæ temperaturæ cerebri. CAP. 13.

SI quidem cerebrum sortiatur bonam quatuor primarum qualitatum temperaturam, omnia
quę diximus habebit moderata: & excrementa,quæ vel per palatum, vel aures, vel nares, vel F
oculos expurgantur,hæc quoq; modice se habebunt: atq; ab ijs,quæ extrinsecus occursant,mini-
me lædetur,quæ scilicet vel calefaciunt,vel frigefaciunt,vel humectant,vel exiccant. Talibus igi-
tur capilli capitis,cum adhuc sunt infantes,subrufi: cum vero pueri,subflaui: cum iã adoleuerint,
flaui fiunt,medijq; quodam modo sunt inter eos,qui exquisite sunt crispi,et simplices: non tamẽ
facile caluitium patiuntur. Quæ vero dicuntur,ac posterius dicenda indicia sunt,accipere opor-
tet,vt in bonam habentibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent, non ad
locorum tantum,sed ad humorum quoq; temperaturam, qui cerebri temperaturæ proportione
respondent,sunt referenda. Si vero calidius sit,quàm oporteat,in altera vero oppositione bonam
habeat temperaturam,si quidem in caliditate multum excesserit, omnia, quæ dicentur, validiora
erunt indicia: sed,si paruus fuerit excessus, imbecilla. Communis autem hæc ratio statuatur in
omnibus partibus,quarum in temperaturis vniuersis indicia sumus tradituri.

Signa calidi cerebri. CAP. 14.

DEinceps igitur signa caliditatis cerebri,præter ea,quæ nup diximus,sunt,ꝙ ea,quæ circa ca A.l. 3. f.1. t.t.
put,omnia rubicundiora & calidiora,& quæ in oculis sunt venę,magis sensui patent. Ca- c.17.fol.f86.b
pilli quoque in his geniti celeriter in capite proueniunt,& cum multum in caliditate à mediocri G
temperatura recesserint,nigri,& robusti,& crispi fiunt: cum vero non multũ,subflaui quidem ab
initio fiunt,deinde nigricant,ac progredientibus ætatibus caluitium patiũtur, atq; eo magis, qui
plus modico sunt calidiores. Excremẽta vero,quæ per palatum & nares,& oculos,& aures, pau-
ca & concocta ipsis existũt,cum integram habuerint sanitatem. Cum vero eis caput repletur,cõti
nuo enim,ac tum præsertim,cum nullam victus seruauerint rationem, tale quid eis accidit, plura
quidem in ipsis excrementa,sed non incocta generantur,implentur ęq; atque aggrauãtur eorum
capita à calefaciẽtibus cibis & potibus,odoribus,atq; hisce omnibus,quæ extrinsecus occursant:
in quorum numero est,& qui nobis circunfunditur aer. Sed præterea magis,si non solum natura
calida,sed etiam humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi tẽperaturæ con-
tentæ sunt,eisdemq; non profundis.

Signa frigidi cerebri. CAP. 15.

FRigidioris vero,quàm oporteat,cerebri indicia sunt, plura in propriis meatibus excremẽta, A. ibidem.a b.
& capilli recti,& rufi,& stabiles,& qui longo post natiuitatem tempore nascũtur,tenues,atq;
ab initio male nutriti: & facile à causis frigidis offenduntur,atq; hoc ipso offensionis tempore de
stillationibus & grauedinibus capiuntur: neq;,si tetigeris partes ad caput attinentes, admodum H
calidæ sentiuntur: neq;,si inspexeris,rubicundę apparent: & oculorum venæ omnino visum effu
giunt: & somnolentiores quodam modo sunt.

Signa sicci cerebri. CAP. 16.

SIccioris autẽ cerebri indicia sunt meatus superfluitatibus carentes,& sensuum perspicacitas: A.ibidem b
sunt autem ad vigilias prompti,& capillos habent robustissimos, & qui celerrime eis genitis
innascuntur. Crispi autem potius sunt,quàm recti: cito autem calui fiunt.

Humidi cerebri indicia. CAP. 17.

HVmidioris vero cerebri indicia,capilli plani,& nequaquam calui fiunt: Sensus autem tur- A.ibidem.b
bulenti,& excrementorum multitudo,somni multi atq; profundi. Et hæ quidem simplices
sunt intemperaturæ.

Signa calidi sicciq; cerebri. CAP. 18.

COmpositæ autem primum calida & sicca,secundũ quam & superfluitatibus carent, & sensi
bus vigent,& plurimum vigilãt,& cito calui fiunt: & prima quidem capillorum generatio
celerrima est,ac plurimo abundans alimento: capillos vero habent nigros,& crispos: & tangenti
bus caput,calidi sentiuntur: & sunt rubicundi vsq; ad ætatem consistentiæ.

Signa

A *Signa calidi & humidi cerebri.* CAP. 19.

SI vero humiditas adiungatur caliditati, parũ vtriuſq; qualitatibus ſuperantibus mediocritatẽ, color bonus, & calor, & oculorum venę magnæ: & plura excremẽta, & mediocriter cocta: & capilli recti, ſubflaui, & non facile calui fiunt. Implẽtur vero, atq; aggrauãtur eorum capita à calidis: at, ſi ẽt humectentur, tũc multo magis, quãdo & excremẽtorũ habẽt multitudinẽ. } Et ſi plurimũ caliditas, atq; humiditas creuerit, his caput ęgritudinibus eſt obnoxiũ, atq; excremẽtis abundans, & quod facile à calefacientibus, atq; humectantibus offendatur. Auſter vero ſemper eis aduerſatur, atq; optime in Aquilone ſe habẽt: non tñ diu vigilare poſſunt: &, cũ ſe ad ſomnum conuerterint, ſimul graui ſomno (hoc eſt comate) tentantur, & vigilant, & ſomnia habent imaginationibus plena, viſus eis turbulenti, neq; ſatis ſenſibus vigent. Quòd ſi multum in caliditate cerebrum à mediocritate receſſerit, paulo autẽ humidius extiterit, calidæ temperaturæ indicia quidẽ ſuperabunt, cum quibus læuia quædam humiditatis ſigna coniungentur: veluti ſi longe quidem humidius, paulo vero calidius, vehementia quidem erunt ac manifeſta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis vero hæc ratio in omnibus compoſitis intemperaturis exiſtit.

Signa frigidi & ſicci cerebri. CAP. 20.

B FRigidæ vero, & ſiccæ cerebri intemperaturæ, quãtum ex ſe eſt, frigidum, & miniméque coloratũ, caput reddunt: ſemper enim memoria repetenda, quę à nobis ab initio eſt diſtinctio poſita, vt præterea aduertamus, quantum ex humorum temperatura alterentur, quæ circa ipſum cõſiſtunt. Protinus autem huiuſcemodi temperatura, venis carentes habent oculos, & à cauſis frigidis facile læduntur, Quare & inęquali ſanitate fruuntur, quoniam non nunquam leuiſſima habent capita, & meatus, qui ſuperfluitatibus careant: non nunquam vero & grauedinibus, & deſtillationibus parua ex cauſa facile capiuntur.

{De ſenſibus. CAP. 21. } *Hoc caput debet coniũgi cũ præcedenti.*

SEnſus autem eorum in iuuentute quidem omnes vigent, atq; omni vitio carent, ſed progrediente ætate cito marceſcũt. Et, vt ſummatim dicatur, omnes celerrimam circa caput ſ[illegible]ctutem oſtendunt: quare & cito cani fiunt. Capilli vero ipſis quidem genitis vix exeunt, & male nutriuntur, & rufi ſunt. In progreſſu autem ætatis, ſuperante magis frigiditate caliditatem, quàm ſiccitate humiditatem, non calueſcunt. Contra vero ſi contigerit, ſiccitatem quidem plurimum dominari humiditati, frigiditatem vero caliditati, parum calui fiunt hi.

Signa cerebri frigidi & humidi. CAP. 22.

C HVmidæ vero, & frigidæ cerebri temperaturę faciũt homines graui ſomno tentari, & ad ſomnum facile conuerti, ſenſibus quoq; minime vigentes, atq; excrementis redundãtes, & qui caput frigiditati ac repletioni habent obnoxium, ac deſtillationibus & grauedinibus facile tentantur: neq; tamen hi calui fiunt. Hæc igitur indicia ſunt cerebri temperaturę, à quibus ſi progrediaris, ad vnumquodq; ſenſorium dignotiones transferre licebit.

* ὄργανον αἰσθήσεως.

De oculis. CAP. 23.

SEd ſufficiet de oculis duntaxat facere mentionem. Quicũq; tangẽtibus quidem manifeſte calidi exiſtunt, & facili ac crebro motu ciẽtur, & venas latas habent, hi calidi omnes ſunt: frigidi vero, his cõtrarij. Et humidi qdẽ molles ſimul, & multa humiditate pleni: ſicci vero, aridi ſimul, & duri. Aſimilibus aũt ſuæ tẽperaturæ cauſis facile offendũtur: iuuãtur aũt à modico cõtrariorũ vſu: ſed hoc quidem cõe in omni cuiuſcunq; partis temperaturæ dignotione oportet meminiſſe.

De magnitudine oculorum. CAP. 24.

A.l.3. f.3, t.1. c.2.fo.220.g MAgnitudo "oculorum quidem, vbi concinnitas adſit, & operationum virtus, multitudinẽ bene temperatæ ſubſtantiæ oſtendit, ex qua ſunt conformati: quæ ſi deſint, multam quidẽ ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendunt.

D *De paruitate oculorum.* CAP. 25.

A.ibidem. PAruitas" vero oculorũ adiuncta qdẽ cõcinnitate, ac operationũ virtute, paucã quidẽ, ſed bene temperatam ſubſtantiã oſtendit, ex qua ſunt cõformati. Si vero ſociam habuerint incõcinnitatem quandam, atq; operationum vitium, tunc paucam ſimul, ac vitioſam materiam oſtendunt.

De colore oculorum. CAP. 26.

QVæ vero ad colores attinent, ita diſtinguere oportet: Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiunt ob ſplendidi luminis abundantiam: contra vero nigri, &, qui intermediam naturam ſeruant, cauſas quoq; intermedias habent.

De glaucedine, & nigredine oculorum. CAP. 27.

GLaucus igiť oculus fit vel pp magnitudinẽ, vel pp ſplendorẽ humoris, qui à Grecis cryſtalloides noiatur, vel pp ſitũ, pminẽtẽ, aut pp tenuis, & aquei humoris, qi pupilla exiſtit, paucitatẽ, & puritatẽ: atq; oibus qdẽ i vnũ conueniẽtibus fit glauciſſimus oculus. Quòd ſi qua adſint, aliqua vero nõ, tũc maior, minor ve glaucedo cõtrahiť. Niger vero oculus fit aut ob paruitatẽ cryſtalloidis, aut pp, pfundũ ſitũ, vel qm ſplẽdidus ac fulgidus exquiſite nõ eſt, vel qm tenuis humor vel ſuperabũdat, vel purus nõ exiſtit: vel pp vnã aliquã ex his cauſis, aut ppter oẽs fieri cõſueuit. In ipſis autẽ magis, & minus (vt ante diximus) reperitur. Tenuis igiť humor, quo magis ad aquæ

naturam

naturam accedit,& ſuperabundat,humidiorẽ oculum oſtendit,quemadmodum, ſi craſſior ac mi E
nor fiat,ſicciorẽ.Cryſtalloides aũt,ſiquidẽ durior exiſtat,ſicciorẽ efficit oculũ: ſi vero mollior,humidiorem: ſic & ſi plus modico tenuem humorem exceſſerit,ſicciorẽ: ſi aũt defecerit,cõtrarium.

De cordis temperaturis. CAP. 28.

DE cordis aũt tẽperaturis deinceps dicẽdum eſt: ſi prius hæc in memoriam reuocauerimus, quòd vnãquanq; partem ſeipſa vel calidiorem, vel frigidiorem, vel ſicciorẽ, vel humidiorẽ dicimus factam,non alicui rei alteri comparantes,ſed ad ſeipſam. Sic enim,vtcunque extiterit cor natura frigidiſſimum,multo ſanè calidiorem temperaturam poſſidebit calidiſſimo cerebro.

Signa cordis calidi. CAP. 29.

CAlidioris "igitur cordis,vt ad modũ,qui ei ,ppriꝰ eſt atq; cõueniẽs,indicia quędã ſunt inſe- A.l.3.f.11.t.1.
parabilia & ,ppria,magnitudo reſpiratiõis,& pulſus velocitas,& frequẽtia: & audacia, & ad c.3.fol. 276.f
actiones natura prompta.Quòd ſi multum in caliditate exceſſerit,tunc irę præcipitatio, & furibũ da temeritas adſunt.Eſt aũt his thorax hiſpidus,& præſertim pectus,& quęcunq; hypochondrijs partes proximiores. Magna vero ex parte calidi cordis temperatura vniuerſum corpus calidum reddit,niſi hepar vehementius obſtiterit. Dicemus aũt paulo inferius totius corporis indicia.Eſt quidẽ & latitudo thoracis,caliditatis indiciũ,niſi & hic quoq; cerebrũ multũ obſtiterit,qm̃ ei ma- E
gna ex parte ſpinalis medulla in magnitudine rñdet: tãtæ vero erũt magnitudine vertebræ, quanta & ſpinalis medulla,quare & ſpina vniuerſa.Cõfigitur vero thorax ad eã ſpinæ partẽ,quæ Metaphrenũ.i.dorſum dicitur,tanq̃ ad carinã nauis. Quare neceſſario eius lõgitudo æquabitur dorſo: latitudo vero erit pro vertebrarũ ratione, qñ ad proportionẽ earum craſſitudinis fuerit conſi xus. Cum vero cordis caliditas ſuperans perflauerit ac dilatauerit in primo ſui ortu thoracem, erit eiuſdem caliditati proportione reſpondens. Quare,cum caput paruum,thorax autem latus extiterit,maximum hoc tibi fuerit cordis caliditatis indicium: cũ vero magno exiſtente capite paruus fuerit,propriſſimum hoc erit cordis frigidioris ſignum: ſi vero capiti fuerit proportione reſpondens,tunc alijs ſignis de corde diſtingues,ex ipſius thoracis amplitudine nihil aſſumens.

Signa cordis frigidi. CAP. 30.

IN frigidiore "vero corde pulſus minores exiſtũt,q̃ modo naturæ cõueniat: nõ tñ neceſſario tar A.ibidem.
diores, vel rariores.Reſpiratio aũt,ſiquidẽ thorax tãto minor extiterit,quãto cor frigidius,pulſibus erit ,pportionalis. Si vero maior fuerit,q̃ ,p frigiditatis q̃titate,nõ minor ẽ tm̃, ſed ẽt tardior & rarior. Tales aũt timidi natura ſunt,& ſine audacia,& ſegnes, & nudũ pilis habent pectus. De eius vero paruitate diſtinguendũ,vt diximus prius. Eodẽ modo ,& de totius corporis caliditate. G

Signa cordis ſicci. CAP. 31.

COr "autem ſiccius pulſus efficit duriores,& irã non promptã quidem,ſed feram,& quæ non A.ibidem.
facile ſedari queat,magna q; ex parte vniuerſum corpus ſiccius exiſtit,niſi hepar obſtiterit.

Signa cordis humidi. CAP. 32.

COrdis "vero humidioris ſigna,pulſus molles,& mores ad iram quidem procliues,ſed talem, A.ibidem.
quæ facile ſedari poſſit: & vniuerſum corpus humidius exiſtit, niſi hepar obſtiterit. Secundum vero coniugationem qualitatum primarum cordis intemperaturæ ita ſe habent.

Signa cordis calidi & ſicci. CAP. 33.

CAlidi & ſicci cordis pulſus duri ſunt,& magni,& veloces,& frequẽtes: & reſpirationes magnæ,& veloces & frequentes,& multo magis ad velocitatem ac frequẽtiam vergunt,thorace cordi non aucto ,pportionaliter.Hi vero præ cunctis pectus habent maxime hirſutũ,& hypochõdria.Ad actiones aũt prõpti ſunt,& iracũdi,& celeres,& impudentes,& mores tyrãnicos habent: etenim ſunt in iram præcipites,non facile vero placabiles. De totius autem corporis temperatura,& thoracis amplitudine,his,quæ ante diximus,proportionaliter eſt diſtinguendum.

Signa cordis calidi & humidi. CAP. 34. H

SI vero caliditas vnà cum humiditate dominabitur,minus quidem his,quos antea diximus,hi ſunt hirſuti,ad actiones vero nihilominus prõpti,nõ tamen ferus eſt animus, ſed ad iram procliuis tantũmodo.Pulſus vero magni ac molles,veloces & frequentes exiſtunt.Et reſpiratio,cum thorax cordi fuerit ,pportionalis,eandem pulſibus formam ſeruabit: ſi vero minor extiterit,tanto illis velocior erit & frequentior,quãto & thorax minor extiterit.Si aũt multa facta fuerit euerſio in temperatura,ac ſi hoc præſertim in humiditate contigerit,præter ea, quæ diximus, contingent etiam ex putredine morbi,his,qui in ipſis fuerint,humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes aũt maiores ſunt,ac velociores inſpirationibus,& ſubmiſſio arteriæ in pulſibus velox.

Signa cordis humidi & frigidi. CAP. 35.

HVmidioris vero & frigidioris cordis pulſus quidem molles: Moribus autem nequaquam audaces,ſed timidi & ſegnes exiſtunt. Tales etiam glabrum pectus habent,minimè q; iram retinent,ſicuti & ad iram non admodum ſunt prompti.Quæ vero ad thoracem & vniuerſum attinent corpus,diſtinguere oportet,ſicuti ea,quæ ante diximus.

Signa cordis frigidi & ſicci. CAP. 36.

FRigidius vero cor & ſiccius,pulſus quidem duros reddit,& paruos: reſpirationem autem, ſi-

quidem

A quidem thorax paruitatem cordis frigiditati proportionalem habuerit, moderam: si vero maior extiterit, raram ac tardam. Hi vero præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autem co acti fuerint irasci quibusdam, retinent iram. Habent autem maxime omnium, nudam pilis pectus. De paruitate autē thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud commune præter dicta omnia nobis memoria repetentibus, quòd, quęcunq; de moribus siue nunc, siue quouis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionē, non de probis moribus aut vitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis vnicuique ac naturalibus, à nobis sunt exposita.

Signa calidi hepatis. CAP. 37.

A.li.3.f.14.t.1. c.).fol.308.g HEpatis "calidioris indicia, venarum latitudo, flaua bilis abundantior, in consistenti vero ęta te, etiā atra: calidior ipsis sanguis, atq; eadem ratione corpus vniuersum, nisi obstiterit cor. His venter, & hypochondria hirsuta.

Signa hepatis frigidi. CAP. 38.

A.ibidem. c.6. FRigidioris "vero, angustia venarum, pituita abundantior, sanguis frigidior, & totius corporis habitus, nisi à corde calefiat. Venter illis glaber est, atque hypochondria.

B *Signa hepatis sicci.* CAP. 39.

A.ibidem. c.7. SIccioris "autem, sanguis quidem crassior & minime abundans, venæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

Signa humidi hepatis. CAP. 40.

A.ibidem. c.8. HVmidioris "autem, sanguis quidem abundantior, atque humidior, venæ autem molliores: ita vero & vniuersum corpus, nisi partes ad cor attinentes obstiterint.

Signa calidi, & sicci hepatis. CAP. 41.

A.ibidē.c.9.h CAlidioris "vero simul, ac siccioris hepatis indicia, hypochondrium hispidissimum, sanguis crassior simul, ac paucior, flaua bilis plurima est, consistente autem ętate, et atra: venarum itē latitudo, & durities. Sic vero & vniuersum corpus se habet. Nam, quę ex corde caliditas originē habet, potest obtūdere eam, quæ ab hepate nascitur, frigiditatem: sicuti & frigiditas caliditatem: siccitatem vero non potest humidius cor ad contrariū habitum transferre. Media vero inter has, quę dictæ sunt, ea, quę ab hepate humiditas oritur. Magis enim à cordis siccitate superatur, q̄ siccitas ab humiditate, minus autem à caliditate, adhuc vero multo minus frigiditate. Hæc enim intes omnes qualitates, quæ ab hepate proueniunt, facillime vincitur. Liquet autem, quòd, cum in C vnum conuenerint vtriusque principij temperaturæ, totum exquisite secūdum illas afficitur corpus, paulo vero inferius ipsorum dicentur indicia.

Signa hepatis calidi, et humidi. CAP. 42.

A.ibidem.c.10. HVmidius "autem ac simul calidius hepar, minus quidē, q̄ calidius, & siccius hypochondria reddit hispida. Plurimū vero sanguinis, & venas amplas, habitumq; calidiorem, atq; humidiorem facit, nisi obstiterit cor. Si vero amplius in ambabus qualitatibus à naturę modo recedat à morbis, qui ex putredine, ac vitiosis humoribus fiunt, facillime capitur. Adhuc autem magis, si plurimum augeatur humiditas, caliditas vero parum. Si autem contra, parum quidem humiditas crescat, plurimum vero caliditas, minime vitiosis humoribus laborant.

Signa hepatis humidi et frigidi. CAP. 43.

A.ibidem.c.11. HVmidius "autem & frigidius hepar habet hypocondria glabra, sanguinem vero pituitosiorem generat, cum venarum angustia: sic & reliquum habet corpus, nisi à corde ad contraria transferatur.

Signa hepatis frigidi et sicci. CAP. 44.

A.ibidem c.12. FRigidius "autem, & siccius hepar cum pauco sanguine & venarū angustia efficit corpus, atq;
D frigidius, & hypochondria glabra, nisi & hic cor dominetur.

Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. CAP. 45.

A.l.3.f.20.t.1. c.4.fo.372.d TEmperatura "vero testiculorum, calida quidem ad venerem procliuis, & masculorum generatrix, & fœcunda, celeriter q̄; genitales partes obsepit pilis, simul autem & circumiacentes attingit partes: frigidior vero cōtraria efficit. Et humida quidem multo, & humido semine abundat: sicca paucum, & modice crassum generat semen.

Signa calidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. CAP. 46.

A. ibidem c.5. CAlidior "vero, ac siccior & crassissimum semen habet, & fœcūdissima est, ac celerrime ab initio protinus ad coitum excitat animal. Itaq; & his genitales partes citissime hispidæ fiūt, atq; omnes, quę circunstant, supra quidem vsq; ad regiones, quæ ad vmbilicum sunt, infra vero vsq; ad media femora. Petulca igitur est & ad libidinem prona huiuscemodi temperatura, statim vero satiatur, & si cogatur, offenditur.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ testiculorum. CAP. 47.

A.ibidem. c.6. SI autem "caliditas humiditati coniungatur, hirsuti quidem tales minus, plus vero semine abundant, non tamē plus cæteris appetunt, sed minori detrimento præter modum venereis indulgent. Quòd si satis excreuerint, & caliditas, & humiditas non sine detrimēto à venereis abstinent.

Signa frigidæ, & humidæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 48. E

SI vero frigidiorem, & humidiorẽ temperaturam teſticuli habuerint, partes circumpoſitæ glabræ ſunt, & tarde rẽ venereã exercere incipiũt, neq; proni ad actũ huiuſmodi ſunt. A quoſum vero, & tenue ipſis ſemen, & parũ fœcundum, & ſeminarũ generatiuum, vel oĩno non generãs. A.ibidem. c.7.

Signa frigidæ, & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. CAP. 49.

FRigidior vero, & ſiccior temperatura ſimilis quidem in reliquis eſt antedictæ, craſſius vero in ipſa ſemen exiſtit, atque omnino paucum. A.ibidem. c.1.

De habitu totius corporis. CAP. 50.

TOtius autem corporis habitus, diximus & ſuperius, quo modo & hepatis, & cordis naturã ſequatur. Ei autẽ magis aſſimilatur, quod vnã aliquam ex primis qualitatibus potentiorem habuit, quas & effectiuas appellant. Totius vero corporis habitus in illis maxime dicit partibus, quæ primæ oculis ſubiiciuntur. Sunt vero hæ, muſculi, qui omnia ambiunt oſſa, carnes quædam compoſitæ ex prima & ſimplici carne, & præterea fibris, quibus innaſcunt. Propria enim muſculorum ſubſtantia his duobus conſtat: quę vero ad ipſos vaſa pertingunt, veluti riui quidam ſunt, qui nõ eorum ſubſtantiam complent, ſed eis ſubminiſtrant, vt in vita permaneant. Dicent igitur & horum temperaturæ indicia in bene temperata habitatione. Nam, quæ male temperatæ ſunt, F cutem permutant ex ſe ipſis formantes, & quędam ex indiciis corrũpunt. Ita & in bene temperata regione, ſiquis ſe tpe æſtatis nudum ſoli expoſuerit, permutabit indicia, quæ ex colore, & duritie, & mollitie ſumuntur. Si vero, quẽadmodum bonã temperiem obtinet locus, ita & ipſe bene temperato victu vſus fuerit, vt qui neque ſe nudum ſingulis diebus in ſole plurimum torrefaciat, neq; ſicuti pleriq;, more puellarũ continue in vmbra degat, hic certa, atq; exquiſita temperaturæ indicia præ ſe feret. Tanquam igitur de hoc futurus ſit ſermo, nunc ad ipſum accedemus.

Signa moderatæ temperaturæ. CAP. 51.

MOderatæ temperaturæ indicia ſecundum totũ animalis habitum: color quidem ex rubro, & albo commiſtus, capilli vero flaui, & plerunq; mediocriter criſpi: carnoſitatis autẽ mediocritas in qualitate, & quãtitate. Medium eſt enim exquiſite huiuſcemodi corpus inter omnes exceſſus, vt qui ad ipſum dicantur, & intelligantur. Nam & craſſum corpus ad hoc comparatum dicitur craſſum, & tenue ad hoc eodem modo: & carnoſum, & macilentum, & pingue, & durũ, & molle, & hiſpidum, & glabrum. Nullum igitur horum corpus eſt mediocritatem habens, ſed, qualis Polycleti regula, ad ſummum totius peruenit mediocritatis adeo, vt neq; tangentibus molle videatur, neque durum, neque frigidum: inſpiciẽtibus vero neque hirſutum, neque glabrum, G neque craſſum, neque tenue, aut aliquam aliam habens immoderationem.

De corpore calidiore. CAP. 52.

QVęcunq; aũt in caliditate à medio recedunt, non tñ in humiditate vel ſiccitate, hęc, quantũ ad carnoſum genus attinet (de hoc enim præſens eſt ſermo) videntur quidem tangẽtibus calidiora tantũ, quãtum & eorum temperatura calidior. Tanto vero magis hirſuta ſunt, quãto & calidiora, & minus pinguedinis habent. Colorem aũt rubrum, & capillos nigros habẽt. A.li.1. f.1.d.3. c.3. fol.44. & 45.

Signa frigidæ temperaturæ. CAP. 53.

FRigidioris autem temperaturæ indicia ſunt, pilorũ carentia, pinguedo, & frigiditas, quæ tangentibus obuiat. Color autem vnà cum capillis etiam rufior, & vbi multa frigiditas adfuerit, liuidus quodam modo exiſtit, quem non nulli medici colorem plumbeum appellant. A.ibidem.

Signa ſiccæ temperaturæ. CAP. 54.

SIccior autem temperatura tanto gracilior eſt, & durior bona temperatura, quanto maior eſt ſiccitas: in reliquis autem eodem modo ſe habet. A.ibidem.

Signa humidæ temperaturæ. CAP. 55.

ET humidior etiam in reliquis quidem eodem modo ſe habet: melius autem carnoſa, & mol H lior. Et quidem ſecundum coniugationem qualitatum primarum factæ intemperaturæ compoſitam habent indiciorum formam. A.ibidem.

Signa calidæ, & ſiccæ temperaturæ. CAP. 56.

CAlidior ſimul, ac ſiccior, hirſutior, ac calidior, & durior exiſtit, & pinguedine caret, gracilis que eſt, & capillos nigros habet. Si vero multum in caliditate excedat, color quoque niger illi adeſt.

Signa calidæ, & humidæ temperaturæ. CAP. 57.

CAlidior aũt, & humidior tẽperatura, mollior, & calidior, & carnoſior tanto eſt bona tẽperatura, quãtum & vtriſq; qualitatibus aucta fuerit. Quòd ſi plurimũ augeatur, cito ſimiliter à putredinis corripitur morbis, qm̃ & humorũ vitio prompte laborat. Si vero parũ quidem humidior ſit, multo vero calidior, molliores quidẽ parũ huiuſcemodi ſunt his, qui bonã habent tẽperaturã, & magis carnoſi, non parũ vero hirſutiores, & tangẽtibus non parum calidiores. Nigri vero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si vero paulo qdẽ calidior, multo vero humidior, mollis his caro eſt, & multa, & color cõmiſtus eſt ex albo & rubro, & tangẽtibus paulo calidiores. Et, vt ſummatim dicaĩ, oĩbus tẽperaturę cõiugationibus ſemp ſuperexcedẽtis qualitatis indicia eminebũt.

Signa

A *Signa frigidæ & humidæ temperaturæ.* CAP. 58.

FRigidior autem atque humidior temperatura, si parum quidem vtraque augeatur, capillis nuda est, & alba, & mollis, & crassa, & pinguis: Si vero magis excesserit, reliqua quidem sunt secundum proportionem augmenti qualitatum, color autem vnà cum capillis rufus: quemadmodum, si plurimum vtraque augeatur, liuidus: Si vero qualitatum augmentũ fuerit inęquale, eius, quæ superexcesserit, indicia eminebunt.

Signa frigidæ & siccæ temperaturæ. CAP. 59.

SI autem frigiditas vnà cum siccitate ęqualiter augeatur, natura durum, ac gracile & glabrũ corpus habent, & tangentibus frigidũ, pinguedo tamen ipsis, & si graciles sint, per carnes dispersa. Capilli autẽ & color frigiditatis modum, ac proportionem sequuntur. Vbi vero calida & siccà temperatura in tempore decrementi in frigidam & siccam labitur, tunc horũ habitus gracilis quidem similiter est & durus: est vero etiam melancholicus, & ob id niger simul & hirsutus: Vbi igitur altera qualitas multum dominatur, altera vero parum à mediocritate recedit, superabunt eius, quæ dominatur, exilia autem erunt alterius qualitatis indicia. In omnibus vero, de quibus supra diximus & postea dicemus, commune est temperaturę indicium, si membrum facile frigefit, vel
B frigiditatis, vel raritatis: si vero non facile, vel caliditatis, vel densitatis: si vero à desiccantibus offendatur, & aridum & siccum, & non facile mobile fiat, siccitatis: quemadmodum & si ab humectantibus grauiter se habeat, humiditatis. Inspicere autem oportet, si eandem omnes musculi seruant temperaturam, vel minime eandem, atque in omnibus simul animaduertere subiectorum ossium quantitatem. Non nunquam enim gracilius videtur membrum, cum tamen non sit gracilius, quod ad musculos attinet, sed propter ossium tenuitatem tale videtur. Sic & crassius quibusdam plerunque apparet, non ob ossium amplitudinem, sed ob multitudinem carnis: quæ vel aucta, vel comminuta, vel durior aut mollior effecta, siccius aut humidius membrũ ostendit: Pauca igitur ac dura, siccius: multa autem & mollis, humidius. Sic & intermedia spatia similarium corporum, vt plus vel minus humidę substantię in seipsis continent, vel crassius, vel tenuius, vel humidius, vel siccius membrum ostendunt: Humidius quidem, vbi subtilior & copiosior est humiditas: siccius vero, vbi crassior simul & minor. Ipsę enim solidę corporis partes, quę vere solidæ sunt, ac primę, nullo modo possunt effici humidiores. At satis est, si quis eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta autẽ in ipsis spatia hac vel illa humiditate complere possibile. Hęc vero est proprium partium similarium alimentum, quod ex appositione fit, & non per vasa attrahitur. Com
C munis autem hęc ratio & omnium similarium partium existit. Et iterum in salubrium atq; insalubrium causarum doctrina repetetur. Nunc autem ea, quæ ordine sequuntur, attingamus.

Signa sicci Ventriculi. CAP. 60.

A.li.3.f.13.t.1. c.15.fol.286.b VEntriculi "indicia, eius quidem, qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant, & paucus eis sufficiat potus, à copiosiore autem aggrauentur, fluctuationibus infestentur, aut superfluitet id, quod abundat, & cibis delectentur siccioribus.

Signa humidi Ventriculi. CAP. 61.

A.ibidem. HVmidioris "autem, si neque sitibundi fiant, & superabundans humidum facile tolerent, & cibis gaudeant humidioribus.

Signa calidi Ventriculi. CAP. 62.

A.ibidem. CAlidior "vero natura vẽtriculus melius quidem concoquit, ęq; appetat, & multo magis quęcunq; dura sunt & nõ facile alterationẽ suscipiunt. Nã, quæ facile alterantur, in ipso corrumpũt: gaudet ęq; calidis potibus ac cibis: neq; à frigidis vllam percipit noxã, si modice ipsis vtatur.

Signa frigidi Ventriculi. CAP. 63.

D FRigidior vero natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum viget, ad concoquendum autem minime, præsertim cibos, qui non facile alterationem suscipiunt, & frigidi sunt. Cito itaque in ipso acescunt, atq; ideo acidis eructationibus talis ventriculus abundat: & gaudet quidem frigidis, sed ab eorum vsu immodico facile offenditur. Ita & ea, quæ extrinsecus frigida occurrant, nequit longiore tempore tolerare, quemadmodum neq; calidus calida. Malę vero temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differunt ab his, quæ naturales existũt, quoniam contraria, non autem similia appetunt, quemadmodum naturales.

De malis temperaturis in Ventriculo coniugatis. CAP. 64.

MAlæ autem temperaturæ in ventriculo coniugatæ, ex compositione simplicium cognoscentur. Oportet autem eas, quæ iam sunt dictæ, diligenter aduertere, easdem ab his, quæ dicentur, distinguentes. Non solũ enim ventriculus sitibundos & minime sitientes facit, & frigidi calidi'ue potus appetentes, sed ea quoq; viscera, quæ in thorace sunt, vt cor & pulmo. Sed, qui ob horum sitiunt caliditatẽ, plus inspirant & longius expirant, atq; æstum in thoracesentiunt, non sicuti qui ventriculi ratione in hypochondriis caliditatem patiuntur: &, cum potauerint, non statim sedatur sitis, & magis sedatur sitis, cum frigidum hauserint, ęq; cum calidum nimis. Refrigerat autem eosdem & frigidi aeris inspiratio, quæ nihil eos iuuat, qui ventriculi ratione sunt sitibũdi. Ita & hi, qui contrario modo se habent, à frigida inspiratione sensibiliter molestantur.

Signa pulmonis frigidi. CAP. 65.

ET hoc maximum sit frigidi pulmonis indiciũ. Vti vero frigidum inspirantes manifeste molestiam sentiunt, & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica. Sed & pituitæ excrementa cũ screatu & tussi expuunt. A. li. 3. f. 10. t. 1. c. 2. fol. 257. f

Signa pulmonis sicci, vel humidi. CAP. 66.

PVlmonis autem siccitates excrementis vacant & pituita, & vocem claram efficiunt: quemadmodum humiditates obscuram reddunt, ac raucam. Et, cum vehementius, aut acutius loqui studuerint, tunc intercidunt excrementa. A. ibidem.

De voce. CAP. 67.

NOn tñ ipsa vocis magnitudo à caliditate, sicuti neq; paruitas à frigiditate fit: sed altera qdẽ asperæ arterię latitudinẽ sequit, & vehementiorẽ efflatũ: paruitas vero à contrariis aduenit causis. Quare neq; semp, neq; primũ, sed ex accidẽti, & solas naturales tẽperaturas, non aũt aduentitias vocis magnitudo, aut paruitas sequit. Qm etenim talia instrumenta tẽperaturę ratione sunt facta, ad hęc aũt consequit hmõi vox, idcirco contingit ex voce de naturali tẽperatura ratiocinari.

De leni, & aspera voce. CAP. 68.

NAm & lenis vox arteriæ lenitatem consequitur, sicuti & aspera aperitatem. Lenitas igitur B arteriæ moderatam sequitur temperaturam: asperitas vero siccitatem. Asperitas etenim fit ab inęqualitate in duro corpore. Arteriam vero duram, similariũ partium, ex quibus constat, siccitas facit, inęqualem vero, dispersæ in eisdem humiditatis defectus.

De voce acuta. CAP. 69.

EOdem modo neq; acuta natura vox sine angustia fauciũ, neq; grauis sine latitudine fieri potest. Angustia igitur ab innata nascitur frigiditate: Latitudo autem à caliditate. Differẽtiis igitur naturalium vocum hæ, quæ ex affectu aliquo fiunt, sunt proportionales, quæ & ipsæ indicia sunt causarum, à quibus oriuntur: de quibus in libris de Voce sufficienter distinxi. Reliquę vero partes animalis interiores exilia habent temperaturę indicia. Tentandum tamen ea ex iuuãtibus, atq; nocentibus agnoscere, ac præterea ex naturalium potentiarum operationibus. Dictum vero est in tertio De causis accidentium, quæ nam temperatura antecedat vniuscuiusque facultatis virtutem, & vitium. Temperaturarum itaque indicia iam dicta sunt.

Signa naturæ instrumentariæ. CAP. 70.

CIrca magnitudinem vero, vel formationem, vel numerum, vel situm, quæcunq; quidem sensibus subiiciuntur errata, cognitu faciliora sunt: quæ autem sensu percipi nequeunt, quædã G cognitionem habent difficilem, † quædam vero facilem. Capitis igitur magnitudo, ac figura, & cerebri simul in propatulo sunt: et de his antea diximus. Sic & quæ thoracis sunt, & quæcunque ad scapulas, & humeros, vel brachia, vel cubitos, vel extremas manus, vel coxendices, vel femora, vel tibias, vel pedes attinent, non est difficile dignoscere, siue secundum formationem, siue secundum magnitudinem ex his aliquid non recte se habeat, siue secundum numerum, siue secũdum partium ex quibus constant, composituram: singularum etiam operationis detrimenta facile patent. Quæ autem intrà corpus sunt, non omnia possunt dignosci.

† τὰδὲ ἄγνωστα, i. quædam vero nullo modo cognosci possunt. Leonicenus videtur legisse εὔγνωστα Sed melior videtur prior lectio, si verba ĩ fine capitis cõsiderentur.

De ventriculo. CAP. 71.

CVius dã enim ventriculũ adeo paruum, ac rotundũ, ac pronum ſm hypochõdria situ habentem inspexi, vt manifeste ex circũscriptione propria & videntibus, & tangẽtibus appareret.

De vesica. CAP. 72.

SIc & cuiusdã vesicã contigit intueri ita expositã, ac paruam, vt, si qñ vrinã tardius excerneret, tumor quidã circũscriptus manifeste cerneretur: nõ tñ aliud ex interioribus quicq̃ mihi vnq̃ manifestũ præbuit indiciũ. Tentare aũt oportet, quã maxime fieri potest, virtutẽ ipsorũ, ac vitiũ, & si non certa scientia, artificiosa saltem coniectura dignoscere, veluti, exempli gratia, in hepate. H

De hepate. CAP. 73.

VIdi enim aliquos, & quidem multos, quibus venę erant angustę, & totum corpus colore priuatum. Quòd si plusculum cibi assumpsissent, qui pręsertim flatibus excitandis aptus esset, & crassus, ac tenax, non nulli quidem veluti pondus quoddam insidens, atq; suspẽsum in profundo dextrę hypochondriorum partis sentiebant: non nulli vero cum quadam tentione dolorem sentientes. In his quidem verisimile est hepar esse paruum, atque angustos meatus habere.

De homine pituitoso vomente bilem. CAP. 74.

ALterum autem vidi, cuius totus habitus pituitosus erat, quotidie tamen bilem pallidam euomebat. Censui igitur inspicienda alui excremẽta, in quibus minimum bilis apparebat. Quare coniectura quadam comprehendi eum meatuum, qui bilioſum egurgitat humorem, non paruam eiusdem partem ad imum ventriculi locum, quem Græci pyloron, id est ostiarium vocant, effundere, vt in quibusdam apparet animalibus ex quibus constat, quòd multum ad eorum, quæ latent sensum, confert dignotionem, ea, quæ ex sectionis inspectione habetur, peritia, & operationum, atque vtilitatum inuentio. Quicunque igitur facultatem dignoscendi huiuscemodi corpora, quæ ita lapsa sunt, consequi cupit, oportet ipsum in sectionibus, ac in operationum

rationum, atq; vtilitatū inuentionibus exercitari. Scripſimus vero de omnibus ſeorſum in tractatibus aliis, de quibus in fine libri oīno propoſuimus facere mentionem, vt diſcendi cupidi intelligant, quæcunq; diſcere optauerint, ex quo'nam poſſint haurire tractatu. Sed de hiſce quidē ſatis.

Quomodo cognoſcantur corpora ægrotantia. CAP. 75.

QVæcunq; vero vt nunc inſalubria ſunt, hoc eſt, quæ iam ægritudinē patiuntur, dignoſcere & hæc ipſa oportet. Quæ quidem ſubiiciuntur ſenſui, ex eorum, quæ ipſis inſunt ſecūdum naturam, permutatione, in magnitudine, colore, figura, & numero, & ſitu: & ea, quę eſt ſecundum duritiem, & mollitiem, & frigiditatem, & caliditatem, differentia. Quæ autem viſum effugiunt, vt ſummatim dicam, ex operationum lęſionibus, aut his, quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibuſdam, vel omnibus.

De ſignis cerebri patientis. CAP. 76.

PArticulatim aūt, quæ quidē ſunt in cerebro ægræ diſpoſitiones, aut dementiæ ſpeciebus: aut ſenſuum, aut imaginationum læſionibus, aut actuum, qui ſecundum electionē fiunt: aut ex his, quæ excernuntur per palatū, & nares, & aures: aut horum, qui ei dolores eueniūt, differentiis.

Signa cordis patientis. CAP. 77.

BQVæ vero in corde fiunt, ex difficilis anhelitus ſpeciebus, & palpitationibus, quæ ipſi contingunt: ex pulſibus quoque eius, atque arteriarum: & ab excandeſcentis iræ celeritate, aut tarditate, à febribus, & refrigerationibus, & in colore differentiis, ac eis, qui ipſi adueniunt, doloribus.

Signa hepatis patientis. CAP. 78.

QVæ autem in hepate, ex defectu humorum, atq; abundantia, & ad id, quod pręter naturam, euerſione, & colore malo: ac præterea ex permutatione naturæ in his, quæ ad alimenti diductionem, aut ſuperfluitatum attinent excretionē. Sed & ex grauitatibus, & tumoribus, & doloribus non modo his, qui in eo ortum habent, verū & in illis, qui compatiendi ratione proueniunt, quemadmodum in aliqua vel difficultatis ſpirandi, vel tuſſis ſpecie.

Signa ventriculi patientis. CAP. 79.

SIc & ventriculi affectus agnoſcitur, vbi in cōcoctione, & appetitu humidi, vel ſiccī alimenti, vel ſuperfluitatum excretione delinquitur. Ita etiam ex ſingultibus, eructationibus, nauſeis, vomitibus, & ipſis eorum, quæ euomuntur, ſpeciebus, & doloribus, & tumoribus.

Signa thoracis patientis. CAP. 80.

CITa & thoracis agnoſcuntur affectus, ex ſpirandi difficultatibus, tuſſibus, & doloribus, qui in ipſo fiunt, & ex eorum, quæ cū tuſſi expuuntur, differentia. Sic & aſperæ arteriæ ægritudines, difficiles anhelitus, & tuſſes, & dolor in loco, & quæ expuuntur, & vocis offenſiones oſtendunt. Secundum vero eandem proportionē & in aliis omnibus accidit partibus. Nam ex tumore, dolore, & operationum lęſione, & excrementorum differentia, ſumentur indicia. Tumores autem præter naturam in inflammationibus, ſcirrhis, œdematis, & eryſipelatis ſunt explorandæ. Dolor autem, quemcunq; obſederit locum, aut continuitatis ſolutionem, aut ſubitam alterationē oſtendit. Soluitur autē continuitas, inciſione, exeſione, fractione, & tentione. Alteratur vero ſubſtantia, caliditate, frigiditate, humiditate, ſiccitate. Lędītur autem operatio tripliciter, aut quia debiliter, aut quia vitioſe, aut quia nullo modo fit.

De differentia eorum, quæ excernuntur. CAP. 81.

QVęcunq; autem excernuntur, non nulla quidem ſunt veluti partes patientiū locorum, non nulla vero tanq̄ excrementa, quędā vero in ipſis naturaliter cōtinentur: & ſingula propriā facient indicationē. Dictum eſt autē de hiſce oībus plenius in tractatu De locis affectis, quē nullus ante nos aut in artem, i. methodū redegit, aut ad abſolutā perfectionē deduxit. Quem Dadmodum & in oībus aliis euenit, quibus initium quidem aliquod ab antiquis eſt datum, non tn̄ abſolutum eſt opus. Ægrotantium itaq; corporū ex tractatu illo indicia ſunt ſumēda. Eorum autem qui in ægritudinem lapſuri ſunt, & qui ſanitati reſtituendi, præſens dōctrina complectitur.

Signa futuræ ægritudinis. CAP. 82.

EOrum igitur indicia, quibus ægritudinis periculum imminet, mediā formā habent inter ea, quæ ſanis, & quæ ægrotantibus eueniunt. Siquidem ſanis, omnia ſecūdum naturam inſunt: præter naturam vero, ægrotantibus, quatenus ægrotant. In confinio autē horum ea, quæ ſunt corporū ægrotaturorū indicia: quorum non nulla quidem ſunt ex eorum genere, quæ ſm naturam, ſed vel qualitatibus, vel quātitatibus, vel temporibus permutata: quędam autē ex his, quæ præter naturam, ſed minora his, quæ ægritudinibus adſunt. Atq; idcirco hæ quidem corporū diſpoſitiones, quæ in ægritudinem caſura monſtraui, ſunt ex neutrorum genere, atq; vnà ea, quæ ipſa indicant, ſigna. Primo enim hæc ſanitatē oſtendunt, ſecundo aūt ægritudinem. Et fiunt eadem ſigna ſm ad aliquid habitudinem neutra, & inſalubria: quæ quidem præſentem diſpoſitionem oſtendunt, neutra: quæ vero futuram præmonſtrant, inſalubria. Eadē vero ratione & quæcunq; ægrotantibus ſigna ſalutaria apparent, dicentur quidem ſalubria, quia futuram ſanitatem oſtendunt: dicentur etiam ægrā, quatenus præſentem oſtendunt ægritudinem. Neq; in ambiguo eſt, quōd,

quę ſunt vtrorunq; indicatiua, neutra dicentur, ſecũdum vnum quoddam neutri vocabuli ſignificatum. Neq; vero mirari oportet eadẽ ſigna tres in diuerſis habitudinibus ſeruare rationes, quę
* νοσερὰ & ſalubria & ęgrâ & neutra dicantur: ſecundum vero alterum ſignificatum quęcunq; his, qui à morbo referuntur, inſunt, ſigna neutra appellamus: neq; in alio ſignificato accipiunt ea, quę ſenibus inſunt. Hæc quidem omnia pluribus & conceptibus & rationibus ſubiiciuntur. Quęcunq; vero in his, qui integra ſanitate fruuntur, inter ſalubria tantummodo computantur. Et quęcunq; ęgritudinibus inſunt, neq; futuram prænunciant ſanitatem, ſoli & hęc ęgrórum conceptui ſubiiciuntur. Sed de his quidem poſtea dicetur: nunc, quę futuram prǽmonſtrant ægritudinem, prius exequamur. Cum vero ſit eorum differentia duplex, prius ea pertractemus, quę quãtitatibus, vel qualitatibus, vel temporibus, non autem propriis ſpeciebus ab eo, quod ſecundum naturam, euariant: veluti ciborum appetentia intenta, vel diſſoluta, aut quę non ſeruet tempus conſuetum, aut quæ ad edulia non vſitata feratur, aut ad excretiones cibi ſuperfluitatum, quæ aut pauciores, aut plures, aut humidiores, aut duriores exiſtant. Sic humidiorum excrementorum vel defectus vel ſuperabundantia prǽter conſuetudinem naturalem: aut in colore, aut in conſiſtentia varietas aliqua, aut in tpe excretionis: & vigilię plures, ac ſomnus, aut non conſueto tempore. Eodem modo potus pluris, aut pauciorís, calidi, aut frigidi inſolens appetitus: Sicuti & rerũ venerearum immo F
dicus vſus, aut intempeſtiua concupiſcentia: & ſudores plures aut pauciores, q̃ conueniat: & ad motus torpor, aut, ſi moueri tentauerint grauitas, aut vehemens exolutio, menſtruorum occultatio, vel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quę per ora venarum (Græci hęmorrhoidas appellãt) fit ſanguinis effuſio. Sed & ſi voluptas in cibo potu q̃, haud ſit priori voluptati ſimilis, futurę ęgritudinis eſt indicium: hebetudo q̃ animi non naturalis, aut obliuio quędam inconſueta,
* διανοίας aut ſomni, qui pluribus imaginationibus abũdant, q̃ prius: auditus, & odoratus, viſus ue hebetiores, aut turbulentiores, & (vt ſimpliciter dicam) quęcunq; ſecundum naturam inerant, hęc quidẽ augmentata, hęc vero comminuta, hęc vero temporibus quibuſdam, aut qualitatibus immutata. Siquidem & ipſius corporis moles aut maior, aut minor, aut magis alba, aut magis rubra, velut liuidior, aut nigrior: ructus q̃ ac ſternutamenta, & flatus plures, aut pauciores his, qui ſecundũ naturam: ſic & quęcunq; per nares, vel palatum, vel aures, per quos meatus cerebrum expurgatur, vel temporibus, vel quantitatibus, vel qualitatibus immutata. Hęc igitur omnia ex genere eorũ ſunt, quæ ſm naturam. Morſus autem ventris, vel in ore vẽtriculi, vel in aliquo inteſtinorum, aut cum aluus ſubducitur, aut cum vomitus excitatur, aut cum mingitur, ſiue aliquis alius dolor mediocris, ex genere quidem exiſtit eorum, quæ præter naturam, non tñ, qui ita ſe habent, ægrotare G
dicuntur: ſicuti neq; qui capite grauantur, aut dolent, aut vigilant, cum non dum in conſuetis impediuntur operationibus. Hic enim in huiuſcemodi diſpoſitionibus ægrotãdi terminus eſt. Atq; idcirco in eo, quod ad aliquid, eandem diſpoſitionem ægrãm atq; neutrã appellabimus. Nam pro vigore potẽtię, quę vel facile ſuſtinet, vel vincitur, vnaquæq; ex his, quas antea diximus, vel morbus eſt, vel neutra diſpoſitio. Sic & quæcũq; in ſenſibus, non in eo, quod magis aut minus inuicẽ
* Al. νοσώδη, id eſt morboſa: ſeu vt ipſe ſuperius verterat, inſalubria. differunt, ſed toto genere ſunt præter naturam. Et hæc ſunt ſigna mõrborum, donec modica fuerint, & non dum hominẽ à conſuetis operibus ſufficiunt amouere. Talia vero ſunt in guſtu quidem, cũ vel ſalſæ, vel amarę, vel alicuius alterius qualitatis ſapor nobis indicatur: ſiue in omnibus, quæ bibuntur aut manducantur, aut præter quod aliquid aſſumatur, ſaliua ipſa talis ſentiatur. In odoratu aũt, q̃ alicuius vnius qualitatis ſenſum habemus nullo odorabili præſente: aut, cũ plura & differẽtia naribus admouemus, oĩa veluti ſimilia ſentimus. Sępius vero nihil ſentimus, aut aliquid fœtens, ẽt ſi nihil adſit, quod fœteat. Quantũ vero ad auditum, ſoni & ſtrepitus ad id, quod præter naturã, pertinent. Quemadmodũ in viſu quæcũq; ante oculos apparere creduntur, nigra, & atra, & cœrulea, & rufa, & flaua: & non nulla rotunda, nõ nulla autẽ oblonga: quædã gracilia, quædã craſſa oculis prætendi videntur. In ſenſu aũt tactus, cum inæqualitas aliqua, vel ſpiſſitudo, H
vel grauitas, vel tẽtio, vel torpida, vel vlceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur: ſic & in ſingulis partibus, vel tentio, vel cõpreſſio, vel morſus, vel grauitas, q̃ paruæ fuerint ac minime firmæ, neutram quidem diſpoſitionẽ adeſſe demonſtrant, futurã vero ægritudinẽ prænunciant.

Signa corporum ægrotantium. CAP. 83.

AT, quæ iam in ægrotantibus ſigna videntur, ex quibus nõ nulla ſanitatem, non nulla mortẽ
* νοσερὰ portendunt, prima quidẽ ſalubria, altera vero genere quidem ægrã, ſecundum ſpeciem aũt pernicioſa dicuntur. Sumuntur autẽ, vt vniuerſaliter dicamus, ex operationum virtute ac vitiis. Secundum partem vero, ex particularium operationibus, quarũ genera antea diximus: Primum quidem eorũ, quæ principia exiſtunt: Secũdum vero illorum, quæ à principiis ortum habent: Et tertium eorũ, quę propriam habent gubernationẽ, à principiis aũt quaſdam deriuationes habẽt. Quartum ſiquidem genus eorũ, quæ tunc diximus, ex ſe quidem ad aliquid prænoſcendũ inutile eſt: Secundum accidens autẽ & ex his aliqñ præcognitiones erunt: quemadmodum & ex excrementis ſemper: ex his quidem compatiendi ratione, ex excrementis autem, qm̃ coctionis & incoctionis ſigna continent. Quare fieri non poteſt, quin perpetuo ſignificent aut naturam materiei, aut materiam naturæ, aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem ſigna dicentur, natura

ſuperante:

A ſuperante: inſalubria vero, ſuperata: neutra autẽ, quę pugnas habent ęquales. Sed, quæ quidẽ manifeſtam indicant coctionem, ex ſalubribus ſunt: Sicuti, quę cruditatem, ægrã. Quæ vero neq; coctionẽ, neq; cruditatem perſpicue oſtendunt, ex neutrorũ ſunt natura. Sunt vero & neutra quæcunq; nunc quidẽ hoc, nunc vero contrariũ ſignificant, veluti digiti denigrati. Talia ſunt etiã critica, id eſt decretoria accidẽtia, de quibus omnibus in libris de Criſi dictũ eſt: Sicuti etiam de his, quæ ad vnamquamq; attinent operationem, in iis libris, in quibus de cauſis accidentium agitur. Quare omnium horum ſingulorum materiam ex eiſdem libris colligere oportet. Ego vero proli xitati parcens hic ſermoni de ſignis finem faciam: tranſgrediar autem ad illum, qui de cauſis eſt.

De cauſis ſalubribus, inſalubribus, ac neutris. CAP. 84.

QVoniam vero & harum hę quidem ſalubres, hæ autem inſalubres, hæ vero neutræ: primũ de cauſis ſalubribus erit ſermo: quia vero & harum non nullæ quidem conſeruatrices, nõ nullæ vero effectrices ſanitatis (ſunt autem & tempore, & dignitate priores conſeruatrices effectricibus:) incipiendum eſt à conſeruatricibus. Cum igitur non vnum tantum ſit ſanum corpus, ſed plura, vt ſupra definiuimus, in eorum ſingulis propria erit cauſa conſeruatrix. Siquidem omnis cauſa in eo, quod ad aliquid, exiſtit. Hic igitur denuo ſumendum initium ab optima ὑγιεινόν
B corporis conſtitutione, ac, quæ ei ſalubria ſint, conſiderandum. Eorum aut inuẽtionem ipſius rei natura inſinuat. Si enim impatibile, atque inalterabile eſſet corpus, ſemper optima cõſtitutio perduraret, neque artis præſidio indigeret. Quoniam vero alteratur, corrumpitur, & vertitur, neque eundem ſeruat prioris ſtatus tenorem, ea ratione auxilium deſiderat.

Quod modis noſtrum corpus alteretur. CAP. 85.

SEcundum quot igitur alteratur modos, tot auxiliorum, hoc eſt cauſarum conſeruatricum, genera habebit, quas ex his, quę dicta ſunt, liquet eſſe ex correctiuarum genere. Sed, quia paulatim correctiones faciunt ante, cẽ confertim ingruat noxa, non præſeruãtes à futuro malo, ſed præſentis ſtatus conſeruatrices medici appellant. Alteratur igitur corpus à nõ nullis quidem neceſſario, à quibuſdã vero non neceſſario. Dico aũt neceſſario, quæ nulla eſt euitandi ratio: non neceſſario aũt, reliqua. Nam aerem quidem nos ambientem ſemper attingere, comedere q̃, ac bibere, & vigilare, & dormire eſt neceſſariũ: enſibus aũt & {exitialibus} feris obuiare non neceſſariũ. Quare circa primum cauſarũ genus verſatur ars corporis conſeruatrix, circa ſecundum autẽ minime. Quod igit̃ numero ſint ea, quæ ex neceſſitate corpus alterant, diſtinguẽtes, proprium in ſingulis
C eorũ, cauſarum ſalubrium genus inueniemus. Ineſt igitur vnũ quidem ex ambiẽtis aeris adhæſu: Alterũ vero ex motu & quiete & totius corporis, & partiũ ſingularum: Tertiũ ex ſomno & vigilia: Quartũ ex his, quę aſſumuntur: Quintũ ex his, quę excernũtur, vel retinentur: Sextũ ex animę affectibus. Ab his enim neceſſe eſt aliquo modo affici corpus: ab aere quidẽ ambiente, quia aut calefit, aut frigefit, aut exiccatur, aut humectatur, vel ſm horum cõiugationem, aliquid patit̃, aut in tota alteratur ſubſtantia: ex motu vero, & quiete, cum vtraq; modum exceſſerint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exiccatum, vel aliquid ſecundum horum patiens coniugationẽ: ſic & ex ſomno, & vigilia ipſum pati eſt neceſſarium ſecundum eandem rationẽ: Et ex animæ affectibus, & ex his, quę aſſumuntur, aut excernuntur, aut retinẽtur. Hæc ſiquidem omnia alia quidem protinus & euidenter, alia vero per alias cauſas medias alterant corpus, & ſanitatem corrumpũt. Et de horum ſingulis ſeorſum ſcripſimus in tractatu, qui De ſalubribus inſcribitur. Omnia igitur nunc dicta genera materiæ quædam ſunt ſalubrium cauſarũ: at vſu oppor tuno adhibito, cauſę fiunt cõſeruatrices atq; ſalubres: ſed, vbi à modo deliquerint, inſalubres reduntur. Vnde etiam liquet ex his † non alias præter has, aut ſalubres, aut inſalubres à nobis exiſtimari oportere, at eaſdem potius, quandoq; quidem ſalubres, qñq; vero inſalubres, in eo quod ad
D aliquid eſſe: Nam vbi motum corpus deſiderat, exercitatio quidem ſalubris, ocium autem inſalubre: cum vero eget quiete, ocium quidem ſalubre, exercitatio autem inſalubris: eodem modo de cibis & potibus, & de aliis omnibus ſtatuendum. Horum enim ſingula, qñ, vt neceſſitas corporis exigit, cum menſura ac qualitate opportuna adhibentur, ſalubria fiunt: at, cum citra omnẽ neceſſitatem, aut præter modũ afferũtur, inſalubria. Atq; hæ duæ ſunt circa ſalubre & inſalubre intentiones, rei ſcilicet, quæ adhibetur, qualitas, ac quantitas. Neque enim eſt rationi conſentaneum etiam tpis occaſionem, quæ in his, quæ dicta ſunt, continetur, veluti tertium aliquod ab eiſdem diuerſum introducere. Si enim tali, & tãta re oblata egeat corpus, nemini dubiũ, quin etiam in tpe opportuno afferatur. Occaſio ſiquidem tpis, inde ortum habet, qm̃ fluxibile, ac facile mutabile eſt mortale corpus, ac pro tranſmutationis modo aliis alio tpe eget auxiliis. Quare non eſt tertiũ aliquod prẽter ea, quæ dicta ſunt, tpis occaſio. Sępius aũt ea occaſione tanq̃ tertio quodam ob eam, quã diximus, cauſam, ad docendum vti conſueuimus. Quoniã vero in his ipſis intentionibus, & aliæ cauſæ ſalubres, & id, quod propoſitũ eſt, genus continetur, rurſus eaſdẽ repetamus. Optimæ igitur corporis conſtitutioni, cũ circunfuſus aer fuerit in temperie poſitus, earũ rerum, de quibus nuper diximus, quietis ſcilicet, ac motus, ſomni, vigiliæ, & eorum, quę aſſumũtur, atq; excernuntur, exquiſita mediocritas conueniet. Cum vero aer à temperie receſſerit, tantum à mediocritate euariare oportet, quantus fuerit ab optima temperatura receſſus. Hi vero ſunt mediocritatis

† *Cod. græci quos viderim, habẽt, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας τῶν ἐκτὸς τούτων πραγμάτων, ὑγιεινὰς ἡμῖν ἑτέρας δὲ νοσερὰς ὑπολημπτέον. ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐν τῷ πρός τι ποτὲ μὲν ὑγιεινὰς, ποτὲ δὲ νοσώδεις γινομένας, i. nõ alias quidem ſubſtantias externarũ harũ rerũ, ſalubres nobis, alias autẽ inſalubres exiſtimari oportere: at eaſdem ĩ eo quod ad aliquid, quã doque quidem ſalubres, quandoq; vero inſalubres fieri. Leon. autẽ videtur legiſſe, ὡς οὐχ ἑτέρας μὲν οὐσίας ἐκτὸς τούτων τῶν πραγμάτων.*

ſcopi: in aere quidem ambiente, vt neq; horreat corpus propter frigus, neq; ſudet propter eſtum: E
in exercitiis autem, cum primũ laſſari cœperit corpus, confeſtim quieſcere: in cibis autẽ coctionis perfectio, & excrementorũ modus in quali quanto q; conueniens. Æqualis vero in his quodam modo eſt coctioni appetitus: quare neq; præſide egent, qui ſingulorum, quæ aſſumuntur, quantitatem metiatur. Optima ſiquidem natura, quantum appetit, tantum ẽt probe concoquit. Sic & ſomno modum ipſa natura prefinit his, qui optimam corporis conſtitutionẽ ſunt ſortiti. Et tunc à ſomno excitantur, cum corpus ampliore quiete non eget. Cum q; talem victus rationẽ adhibuerint, nullum eſt in eorum excrementis delictum, quæ vel per ventrem, vel per vrinæ meatus, vel per totum corpus egeruntur. Nam priora quidem ex mediocritate eorum, quę aſſumuntur, temperantur. Totum vero corpus ſalubriter perflari facit exercitij vſus moderatus. Liquet autẽ ab ipſis caueri oportere omnes animi immodicos affectus, videlicet iræ, triſtitiæ, excandeſcentiæ, timoris, inuidiæ. Hæc enim alterant, atque à naturali ſtatu corpus auertunt.

De Venereis. *CAP. 86.*

VEnereorum vero iuxta Epicuri ſententiam nullus eſt vſus ſalubris: re vera autem confert, ſi tm̃ interualli in eorũ vſu adhibeatur, vt neq; reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſeipſo homo quodam modo leuior factus, ac melius ſpirare videatur. Tempus vero ad vtendum opportunũ, F
cũ omnium in rerũ circunſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum, cum. ſ. neq; ſupra modũ plenũ, neq; vacuũ extiterit: neq; in calore, aut frigore, aut ſiccitate, aut humiditate exceſſerit corpus. Quòd ſi qñ aberrare contigerit, paruus ſit error. Melius autẽ illi calefacto magis, cꝫ infrigidato, & pleno, cꝫ vacuo, & humecto potius corpore, cꝫ exiccato vti venereis. Horum autem ſingulorũ, quę dicta ſunt, qualitas in optima corporis conſtitutione eſt eligẽda. Exercitij quidem, in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur ita, vt non alię quidem vltra modũ fatigent, alię vero citra. Cibi aũt, & potus optimã habeãt temperiẽ: ſunt enim maxime cõuenientes naturis optima tẽperatura prẽditis. Eadẽ in reliquis ẽt eſt ratio adhibenda. At, ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, non aũt vehementer, & cauſę, quę ipſius ſanitatẽ conſeruant, ad proportionẽ mutabuntur. Sed, cum multa ſint huiuſcemodi corpora, per ſingula genera ſeorſum dicendũ. Quod igitur in tẽperatura ſimilarium partium euariat, inſtrumentariarũ aũt ſeruat commenſuratione, duplicem habet ſalubriũ cauſarum formã: alteram quidem earũ, quę ipſius conſeruant temperaturã: alteram vero earum, quæ ad optimã transferunt. Quę itaq; ipſius temperaturam cõſeruant, tm̃ à cauſis optime temperatę naturę diſtabunt, quantum et totius corporis temperatura ab illa euariat. Calidiora ſiquidem corpora calidioris victus rationẽ expoſcunt: frigi G
diora aũt frigidioris: & ſicciora ſiccioris: & humidiora humidioris: ac ſm coniugationẽ calidiora, ac ſicciora calidioris ac ſiccioris, eadem in reliquis etiã coniugationibus proportione ſeruata. Recte ſiquidem cauſarum vtetur materia, qui naturales earũ potentias agnouerit. Veluti q; motus, defectus alimenti, vigilię, excretio, & oẽs animi affectus corpus exiccant: at, quę his cõtraria exiſtunt, humectãt. Ita vero & de calefacientibus, & refrigerantibus vitæ inſtitutis, de cibis, & potibus, atq; (vt ſimpliciter dicam) de iis omnibus, quæ circa corpus ſunt, qui materias noſcit, & potentias, is ſalubribus vtetur cauſis, ſimilia ſimilibus offerendo, ſiquidem eius propoſitum fuerit eandem, in qua acceperit, corporis ſeruare temperaturã. Quòd ſi permutare, atq; ad melius traducere ſtatuerit, alterũ eſt hic ſalubrium cauſarũ genus, his quidẽ, quas nuper diximus, contrarium, ęqualiter vero declinans ad alterã partem à bene temperatis, & mediis, quę optimis cõuenire naturis dicebamus. Calidior ſiquidem, ac ſiccior tẽperatura à calidioris, ac ſiccioris victus ratione ad exactum bonæ temperaturę habitum minime transfertur. At taliũ erit vſus neceſſarius, quæ tantum eis, quæ bene temperata exiſtunt, frigidiora ſint, atq; humidiora, quãtum & natura naturam in caliditate, & ſiccitate ſuperabat. Nam tale cauſarum genus naturales corrigit intemperantias: alterũ vero, de quo ſupra diximus, temperaturam conſeruat. Eſt autẽ vtriuſq; viciſſim apud me H
dicos vſus neceſſarius. Nam, cum plurimum ſuppetit ocij, corrigere oportet, ac ſenſim ad meliora transferre. Neq; enim natura patitur eas, quę ſubito fiunt, alterationes. Hominẽ autẽ neceſſariis occupationibus diſtrictum, in eodem prẽſtat habitu conſeruare. Quo pacto igitur & hãc ipſam cauſarum ſpeciem conſeruatiuam appellamus? Nam forte magis alteratiuam, & curatiuam, & naturalium defectuum correctiuam vocare conueniebat. Quoniam ad vniuerſum ſanitatis genus referentes, non ad eas, quæ ſm ſpeciem, differentias, quæcunque ſanos conſeruant, conſeruatiua omnia vocamus, ſiue prẽter id, quod ſanitatem conſeruant, ad melius totam traducant temperaturam, ſiue priſtinum tantummodo habitum tueantur: at, quæ deteriorem ſtatum efficiunt, inſalubria. Quæcunq; igitur ſimilem habent in omnibus corporis partibus intemperiem, ſimili egẽt procuratione: quæ vero diſſimilem, diſſimili. Nam fieri poteſt, vt vẽtriculus frigidior ſit, cꝫ oporteat, caput vero calidius, atq; vtrunq; propriis egeat auxiliis. Ac ratione eadẽ ſingulæ aliæ partes, cũ fuerint, aut præter modum humidiores, aut ſicciores, aut calidiores, aut frigidiores, ſuæ intemperiei vicium exigunt accõmodatum. Neq; igitur in huiuſmodi hominibus ex æquo omnes corporis partes exercebimus, neq; æqualiter humectabimus, aut exiccabimus, aut tale aliud quippiã agemus. Plenius vero de his diximus volumine illo, quod De ſalubribus inſcribitur.

De cauſis

A *De cauſis ſalubribus partium inſtrumentariarum.* CAP. 87.

INſtrumẽtariarũ aũt partiũ cauſæ ſalubres, quẽadmodũ & hic ab optima cõſtitutione delinquit, ita & inuicẽ diſtabunt. Alię.n. ſunt ſalubres erroribus, q̃ in formatione cõſiſtunt: alię his, qui in magnitudine, vel numero, vel poſitu. In formatione igit̃ plures cõtingũt errores. nã & figura partis, & ſiqua in ea cauitas eſt ſm̃ naturã, vel meatus, vel orificium, vel aſperitas, vel lenitas, qñ à naturali mediocritate receſſerit, ſi qdem parũ hoc patiant̃, ſalubrium corporũ retinent appellationẽ: ſi vero amplius, inſalubriũ: q̃ ſi tãtus fuerit receſſus, vt operationi afferat detrimẽtum, iam ęgrotare dicẽtur. Secundũ quãtitatẽ aũt exceſſus, atq; defectus, ad eaſdẽ ducit dr̃ias. In numero, ſiue vna, ſiue plures, quæcũq; ex ſimilaribus partibus fuerint, aut deficiant, aut ſupabundent. Ex hoc genere ẽt ſunt, quæcũq; in nobis ſubſtantiæ p̃ter naturã cõſiſtũt. Reliquũ eſt aliud genus, quod ad ſitũ cuiuslibet ſimplicis attinet partis: in quo & ipſo quatuor ſunt oẽs dr̃ię. Prima q̃dẽ, q̃ optima exiſtit: Secunda vero, quæ parum euariat, atq; ideo ſalubre adhuc efficit corpus. Et tertia, q̃ inſalubre, qñ amplius à modo receſſerit: Et quarta, quæ iam ęgrũ receſſu plurimo reddit. Quęcunq; igit̃ partes in figura delinquũt, veluti quæ bleſæ, varæ, & obliquæ appellant̃, hę, cũ nup̃ natus adhuc tenellus eſt, formatione atq; alligatione ad naturalẽ traducunt̃ habitũ. Quòd ſi iã aucto ĩfante ad duritiem
B puenerint, emẽdari nõ p̃nt. Sic errores quidẽ, qui ad cauitatẽ attinent, cũ adhuc augeri pſeuerent, correctionẽ admittũt: Cũ aũt iã ad vltimũ peruenerint, nullus eſt remedio locus. Cauitates igitur quiete atq; alligatione paruæ reddunt̃: magnę vero, partium operatione, & ſpũs retentione: ſic & quæcunq; foramina ora q̃. Et qdem, q̃ naturalẽ magnitudinẽ partes exuperãt, quiete ac cõmoda alligatione minores reddunt̃: augent̃ aũt & naturali motu, & frictiõe moderata, & qbuſcũq; alijs plus ſanguinis attrahere natura aptis. Deficientes vero partes, quæcunq; ex ſanguine ortũ habuerũt, corrigi quidẽ nõ eſt impoſſibile: Quæ aũt ex ſemine, ꝓpemodũ impoſſibile exiſtit. licet, tñ aliqñ loco eorũ alia facere, q̃ vſum haud diſſimilẽ p̃ſtent. Earũ vero oĩum natura opifex eſt, medicus aũt miniſter. Quę vero numero excedunt, his ablatio, cã ſalubris exiſtit. Inſpicere vero oportet, in quibus id fieri poſſit. Nã ſi impoſſibile appareat, trãſponere tentãdum eſt. Eadem eſt & eorũ, q̃ in ſitu vitia ſunt, emendatio. Neq; in obſcuro eſt, q̃ duo ſępius aut tria vitia eandem partem poſſunt occupare, ſicuti in eo, q vẽtriculũ paruũ ſimul, atq; rotundũ, atq; aduerſus ſeptũ habuit incubentẽ. In ipſo etenim magnitudo, formatio, ac ſitus erãt deprauati: tẽperatura quoq; frigidior exiſtebat. Hic nullo artificio ad naturalem habitũ trãsferri poterat: at, ne adeo infeſtaret̃, erat remedio locus. Nam, qm̃ repleto ventriculo difficultate ſpirandi premebatur, minus cibi, at magis alimento op-
C portuni, & qui non difficulter ſubduceret̃, ter die aſſumebat. Alteri vero, cui obſtructio in hepate ob vaſorum anguſtiam ſæpius contingebat, extenuans victus ratio cauſa ſalubris inuenta eſt.

De ſolutione continuitatis. CAP. 88.

RElíquum igitur adhuc id morbi genus eſt, quod & ſimilaribus & inſtr̃arijs partibus cõe exiſtit, ſolutio. ſ. cõtinuitatis, quã quiſpiã forte ĩ his vnq̃ adeſſe negaret, q̃ integra ſanitate fruuntur, qm̃ ſemp eſſet paſſio. Quẽ ſanè latet eãdem in oĩbus gñibus fore dubitationẽ. Niſi.n. operationis læſio ſenſibilis ſanitatẽ ab ægritudine ſeparet, ſed qualitatẽ tãtũmodo diſpõnis ĩtroſpiciamus, ἀεπαθείας. i. ꝓpetuę paſſibilitatis dogma neceſſario recipiemus, cũ nullus ſit, qui oẽs operationes optimas habeat. Sed de hoc quidem, vt quod logica potius contẽplatio ſit, ſeorſum conſideretur. Salubres vero cauſas, vt his, quos nemo dubitat ęgrotare, deinceps percurramus, à mala tẽperatura exordiũ facientes. Hic vero prius diſtinguamus, q̃ oẽs ferè medici p̃termittũt, Alias quidẽ eſſe ſalubres cauſas eius intẽperantiæ, q̃ iam facta eſt: alias aũt illius, q̃ adhuc fit: ſicuti ẽt alias eius, q̃ futura eſt. Huius, itaq; poſtremę, hę quidem in p̃ſeruatiua artis parte cõtinent̃, hę vero in ſalubri: primę aũt inter oẽs in curatiua tantũmodo: ſed eius, quã mediã inter vtranq; locauimus, in præſeruatiua & curatiua. Iam.n. factã, atq; exiſtentem ægritudinẽ curare oportet: Sed, quæ nondum quidẽ
D adeſt, at futura eſt, prohibẽdũ eſt, ne fiat ab ea, q̃ eſt in corpore, diſpõne. Eius autem, quæ adhuc fit, quod quidem factum eſt, curare opus eſt: quod autem futurum, prohibere, ne fiat. Prohibebitur autem, ſublata ea diſpoſitione, quam ſequi natura apta eſt. Talis vero diſpoſitio, cauſa antecedens appellatur. Facta autem ęgritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione, à qua primum ea, quę ſecũdum naturam, læditur operatio: quam quidem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

*Græce αἰτίαν, id eſt cauſam.

De communiſſima intentione curatiua. CAP. 89.

CVratio vero vnã p̃cipuam ac cõiſſimam habet intentionẽ ad id, quod eſt diſpõni auferendæ contrariũ. Ex hoc ſiquidem gñe ſunt cauſæ illæ oẽs, quę ſanitatem efficiunt. Secundũ partẽ vero ex vnicuiq; diſpõni contrarijs. Calido igitur affectui cauſa frigida cõtraria exiſtit, frigido aũt calida, eadem q̃ in cęteris ꝓportione. Etenim, ſi oẽ ĩmoderatũ eſt p̃ter naturã, moderatũ vero ſm̃ naturam, neceſſe eſt oĩno, vt ĩmoderatũ ab ĩmoderato contrario ad mediocritatẽ redigatur. At manifeſtũ eſt, q̃ ſm̃ potentiã, non aũt imaginationem, & calefaciens, & refrigerans, & quæcunq; alia huiuſcemodi oportet aſſumere. Voco aũt ſm̃ potentiã, quod re ipſa vere tale exiſtit, quale eſſe dicitur: Secundum imaginationẽ aũt, quod ex prõpto quidem ſenſu tale eſſe imaginamur, cũ tñ vere tale non ſit. Sed, qua ſint hęc rõne diſtinguenda, diximus in his libris, in quibus de ſimplicium medicaminum poteſtatibus agit̃. Ad inuentionẽ aũt ſalubriũ cauſarũ, quęcunq; quidem, vt ad eã,

quæ iam

quæ iam facta est, ægritudinem causæ salubres existũt, via illa doctrinæ, hoc est, methodo vten- E
dũ, qua id, quod secundũ imaginationẽ est, ab eo, quod est ℔m potentiã, separaẽ. Quæcunq; vero
vt ad eam, quæ adhuc fit, & hac eadem via, atq; illa p̃terea, ex qua ægritudinũ causæ inueniuntur.
Esto. n. si ita contigerit ex humoribus putrescentibus accendi febrẽ. Indicatio in hmõi est euacua-
tio, atq; alteratio: hæc quidem, q̃ putredinem finiat, manẽte adhuc causa: euacuatio vero, q̃ totã ex
corpore substantiam educat. Sed dicta quidem alterationis spẽs, concoctio existit: quã vbi inue-
nerimus, à quibusnã causis fieri contingat, tunc vtiq; eorum, quæ hoc pacto salubria sunt, sciam
tenebimus. Euacuationes aũt fiunt, & p̃ sanguinis missionem, & clysteris vsum, & p̃ vrinę vias,
atq; eã, q̃ per cutẽ, fit trãspirationẽ, ac p̃terea p̃ eã, q̃ fit ad partes oppositas, attractionẽ, atq; ad alias
propinquas deriuationẽ. Nã & ad hoc idẽ genus p̃tinet citare mẽstrua, atq; ora venarũ, quę Græci
hæmorrhoidas appellant, aperire, ac p̃ palatum, naresq; expurgare. Cũ igitur & hic materias inue
nerimus, quibus in qualitate, & q̃titate, & tp̃e opportuno, & modo vsus adhibitis euacuatio fit, in
ipsa artis parte salubria inuenient: atq; eorũ oĩum inuẽtio traditur in eo volumine, quod De arte, seu
methodo curatiua inscribitur. Eadẽ rõne in alijs tribus intẽperaturis, si vnũ cõe p̃ceptum obserua
bimus, vt vnamquãq; prius, quæ efficit cãm, rescindamus, deinde ita ad illam, q̃ ab eadem cã facta
est, ægritudinem accedamus, causarũ salubrium inuẽtionem faciemus. Secundum vero cõpositas F
intemperaturas, ex simplicibus cõpositio cõmonstrabit salubria p̃cepta, cum hic quoq; habeamus
pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniẽs inuenire remediũ: Veluti si ita cõtigerit, q̃ in
decẽ qdem numeris ad caliditatẽ maiorẽ, q̃ naturæ cõueniat, decidat corpus, septẽ vero ad siccita-
tem maiorem, tunc salubrem cãm in huiuscemodi affectibus eẽ oportebit, decem quidẽ numeris
frigidiorẽ, septem vero humidiorẽ. Si igit ipsi particulæ affectæ admoueatur tale remedium, tanto
sit frigidius, atq; humidius, quantũ exigit partis affectæ indicatio. Quod si particula affecta in pe-
nitioribus locis sita sit, machinari oportet insup̃ tale inuenire salubre remedium, cuius vis nequaq̃
in itinere antea soluatur. Si itaq; calidius esse oportuerit eo, quod est moderatũ, non solum tantã
habeat caliditatẽ, quantã exigit morbus, sed vltra eandẽ mensurã tm̃ adijciaẽ, quantum ex situ, vt
pertingere possit ad locũ patientem, sit necessariũ: si vero frigidius, nõ simpliciter tm̃ frigiditatẽ
oportet augere, sed & materia quoq; prius est aĩaduertenda. Si. n. crassarum sit partium, nõ admo
dum poterit ad profunda penetrare: at potius cõtrarium p̃stabit effectum, spissando superficiem,
atq; densando: at, si tenuioribus partibus cõstet, poterit sanè plurimum subire ꝓfundum. Idem in
humectãtibus, atq; exiccãtibus accidit, in qbus crassitudo, atq; subtilitas partium substãtiæ est ĩspi
cienda. At, situ quidẽ loci affecti, vt nuper diximus, inuenit indicatio salubre remedium: A forma G
tione aũt, & situ simul, q̃n effluxus sensibiles, atq; ad aliũ locũ foraminibus patentes habuerint, aut
his oĩno caruerint. Quos. n. effluxus ad principales deferri partes cognouerimus, auertemus, atq;
ad illas ĩpellemus, q̃ minime sunt principales. Illud vero manifestum, q̃ earum, q̃ intemperaturam
efficiunt, causarum, curatio fit per euacuationem. Nã ipsæ intemperaturę sola alteratione sanãtur.

Curatio solutionis continuitatis in parte carnosa. CAP. 90.

COntinuitatis aũt solutę curatio, intentionẽ quidem habet vnionẽ, q̃ in partibus qdẽ instrã-
rijs impossibilis est: in similaribus vero nõ semp possibilis. At in aliquibus, sicuti ĩ carnosis,
sanitas cõglutinatione p̃ficit: nihil vero differt, neq; si coalitũ appellaueris. Ipsam vero antecedit,
q̃n vulnus maius extiterit, partiũ applicatio distãtium, q̃ ex formatiõis gñe existit. Vt aũt hęc ipsa
firma ac stabilis fiat, & alligatio cogens in vnum, q̃ distãt, & fibulę, & futurę vtiles sunt. Coalesce-
re aũt facit ea, q̃ inuicem distant, ac pristinã restituit vnitatem ipsa natura. Nostrũ vero opus est, vt
diximus, primũ quidem applicare extrema distantium partiũ: secundũ autẽ ita, vt in vnum coa-
cta sunt, cõseruare: & tertiũ, cauere, nequid labris vlceris intercidat: & quartum, ipsam partis sub-
stantiam cõseruare salubrem. Sed, quo pacto & primum, & secundũ impleamus officiũ, dictũ est.
Tertium vero in cogendo in vnũ partes distãtes exequemur, si nihil extrinsecus ĩcidere permitta H
mus. q̃m sæpius vsu euenit, vt pilus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas interueniens, earũ, quæ
copulãdę sunt, partiũ vnitatem ĩpediat. In eo aũt, quod sequtur, tp̃e per sufluxiones tertia intentio
retinet. Ipsam vero sufluxionẽ ex eiusdem, & contrarij loci diuisione, & figura opportuna compa
rare oportet. Partis aũt substantiã salubrem, per ea, q̃ mediocriter exiccãt, cõseruabimus. Hęc qdẽ
est solutæ cõtinuitatis curatio, cum ipsa sola seorsum ĩ carnosa parte constiterit. Quod si cui alteri
morbo cõiungaẽ, plures sunt ĩdicationũ ĩtẽtiones, quas ĩ cõpositorũ, vel cõplicatorũ, siue, vt cui q̃
appellare libuerit, doctrina trademus. In p̃nti aũt sermone ad reliquas vnitatis solõnes accedẽdũ.

De solutione continuitatis in osse. CAP. 91.

FRactio igit est cõtinuitatis in osse solutio, q̃ quãtum ad intentionem primã insanabilis existit.
Quo vero ad secũdã, aliquo mõ sanabilis fit. Prima igit intẽtio est coalitus partiũ, qui ob ossis
duritiem fieri non põt. Secunda, alligatio, q̃ fit callo supnato partes fractas circũalligante. Calli aũt
gñatio, qua quidẽ ex materia, & à natura fit, est & ad alia cõis: qua vero formã ossi vicinam habet,
ex eiusdem fit alimento. Molle vero, & puerile os coalescere potest. Sed perraro fit talis affectus,
quin cum altero societur. Magna. n. ex parte musculi adiacentes vnà cum corporibus alijs, fractis
ossibus, patiũtur. Quare & curationis intentio oritur duplex, quarũ altera qdẽ circa ossa, altera ve-

ro circa

Aro circa corpora adiacentia versatur. Sed hæc quidem in carnosarum partium complicatis dicetur affectibus. Nunc vero de fractionibus dicendum. Qm̃. n. harum sanitas callositate procuratur, vt aũt callus gn̄etur, proprij ossis alimenti superfluitatẽ naturæ suggerere oportet, hanc vero superfluitatem in qualitate & quãtitate seruare modum est necessarium, idcirco & ratio victus est adhibenda, quæ tantum ac talem influere ossibus sanguinem præparet, qualis & quantus generando callo sit opportunus. Qm̃ vero per fracti ossis cauernas idem effunditur sanguis, eiusdem qualitatem, & multitudinem animaduertere oportet, atq; ita vel sicciorem, vel humidiorem victum instituere. Sed hęc omnia in libris, in quibus de curandi ratione tractatur, plenius sunt explicata.

De punctura nerui & chordæ. CAP. 92.

NErui vero & tendonis pũctura pp sensus excellentiã, & qm̃ hæc pars principio cõtinuatur, prompta est ad neruorũ conuulsionẽ excitandã, ac tum p̃sertim, cum nihil extrorsum expirat obcęcato cutis vulnere. Aperiendum est igit̃, atq; exiccandum substantia tenui, q̃ vsq; ad ima nerui offensi possit penetrare. De his vero exacte diximus in libris De arte medendi conscriptis. In simplicibus qdem huius gn̄is affectibus salubrium causarũ forma talis exist̃it. In compositis vero cõplicat̃ vlceribus. Prima qdem cauitas, quã non alterum affectũ, sed vlceris dr̃iam eẽ arbitran-
B tur. Est aũt non dr̃ia huiuscemodi res: sed alterum aliquod totius ęgritudinis genus, in quo ipsius substantię iactura facta est. Et qdem curatio in duplici morbo, duplicem exigit intẽtionem. Nam cõtinuitatis solutio, vnitate: substãtię aũt iactura, gn̄atione indiget. Paulo vero supra gn̄ationis intentiones expositæ sunt. Quòd aũt primũ quidem hunc affectum oporteat sanare, demum vnitatẽ restituere tentare, ipsa rerum natura cõmonstrat. Cũ itaq; repletum qdem fuerit cauũ, vlcus vero ad æqualitatẽ perductũ, alterã intentionẽ aboleri cõtingit: nã media exist̃ẽte inter labia vlceris ea carne, q̃ nuper est genita, partes qdem distãtes vniri est impossibile, vñ fit, vt alia sit intentio perquirenda. Inuentionẽ aũt consequemur ex eo, quod est p̃m naturã, ipsi parti cõparãdo: erat aũt eidẽ p̃m naturã cute obduci. Quare hoc ipsum à nobis procurandum: aut, si hæc intẽtio effectũ sortiri non põt, simile aliqd cuti, carnẽ. s. q̃ cutis naturę vicina sit, instaurare oportet. Est aũt huiuscemodi, q̃ & sicca & calli similitudinẽ prę se fert. Ad cicatricẽ igit̃ obducendã necessaria erunt exiccantia, ac sine mordacitate adstringẽtia medicamina. Ita, & si sordities aliqua fuerit adnata, intẽtio quidem erit abstergẽdi: & erit medicamẽ salubre, absterssiuũ. eorundẽ vero materiã in libris, in qbus de medicaminibus agitur, scripsimus. Et qdẽ, si aliqua inflãmatio, vel attritio, aut tumor p̃durus, id est scirrhus, vel mollis, & laxus. i. œdema, cum vlcere fuerint, prius eorum curationi intendere
C oportet, eas sequendo vias ac rationes, quas prius exposuimus. Sic, & si aliquid vlceri illabitur, ad illabentium curationem intendendum. Eodem pariter modo, si aliqua intemperies vlceratum locum obsederit, ad eiusdem intemperiei remedia antea veniendum. Sed de his quidem satis.

De speciebus morborum secundum formationem. CAP. 93.

NVnc vero trãseundũ ẽ ad formatiõis genus, quod in plures secat̃ dr̃ias. At ab eo, qd̃ euidentissimũ exist̃it, exordiũ est sermonis faciẽdũ, qd̃ ex figurę p̃mutatiõe cõtingit. In his igit̃, qui adhuc crescũt, possibile ẽ plurimarũ partiũ figurã emẽdare: ĩ his aũt, q ĩã aucti sunt, minime. Intẽtio vero in ijs, q curationẽ admittũt, ad cõtrariũ euersiõis adducere. Si vero fractiõe aliqua non recte cõformata alicuius mẽbri figura fuerit vitiata, cui substantia callosa innasci p̃uenerit, si qdẽ hęc adhuc recens extiterit, perfringere oportet, ac rursus recte afformare, deinde callum supinducere.

De obstructione. CAP. 94.

ESt vero & obstructio ex eodem genere ægritudinũ: Quę qdẽ ex lentis & crassis humoribus fit, vnã & ipsa hñs intentionẽ morbo cõtrariã, dico aũt apertionẽ. causæ vero salubres sunt, abstergẽtia, atq; incidentia medicamina: Quæ vero fit à stercore duro, quod intersepit intestinũ, primũ quidẽ habebit durit̃iei correctionẽ ex humidis pinguibus q; clysteribus, demũ ex acribus euaD cuationẽ exposcet: Quæ aũt à lapide fit in vesica, in p̃senti qdẽ transpositionẽ regrit: integrę vero sanitatis cãm, incisionẽ & extractionẽ. Humiditatis aũt, quæ p̃ter naturã in parte cõtinetur, sanatio in oĩmoda euacuatione consistit, quẽadmodũ ẽt in suppuratis. Immodica aũt repletio immodica euacuatione curat̃: vt cum sanguis intra venas redundat. Sic, & quibuscunq;, vel in ventriculo, vel in intestinis, vel arteria aspera, vel pulmone pus aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria. Superfluũ aũt cibi aut potus adhuc recentis assumptio abuacuatione corrigit̃. Quæcũq; igitur in pulmone vel thorace cõtinent̃, cũ tussi educuntur, sed à medicaminibus extenuãtibus. Quæcũq; vero in hepate, vel venis, vel arterijs, vel renibus, aut p vrinam, aut per vẽtrem: sed p vrinã quidem ab ijs, q̃ vehemẽter extenuant: p ventrẽ vero ab ijs, q̃ attrahendi aut aperiendi ora vim habent. Quæcunq; vero in superiori ventre comprehenduntur, per vomitum: quę autem in inferiori, per subductionem. Sed, quæcunq; sub cute, per sectionem, vel ignem, aut per medicamina adurentia. Sic vero aliquando quæcũq; in aliqua naturali cauitate, vt in thorace. Et, vt summatim dicam, quicquid pręter naturam in aliquibus partibus continetur, sanationis intentio est ablatio, quæ si fieri non possit, transpositio. Quæ vero nõ sunt ex toto genere pręter naturam, at quantitate damnantur, in his intentio est abuacuatio. At inuentio eorum, quæ ad ipsorum sanationem perducunt, partim quidem ex affectu, plurimum vero ex ipsis affectis particulis sumitur.

De

De aſperitate & læuitate. CAP. 95. E

QVæcũq; partes vero ob id, q̃ exaſperatæ, naturalẽ amiſerint habitũ, his læuitas naturalis eſt reſtituẽda, oſſa q̃dẽ lęuigãdo, arteriã aũt aſperã vel linguã leniendo humidis, quę nihil mordeant, & lentorẽ habeãt. Sed quibuſcũq; lęuitas p̃ter naturam ineſt, aſperitas eſt reuocanda medicaminibus, quæ ſufficienter abſtergãt, & parum adſtringãt. Quæcunq; vero obſtructiones, vel anguſtiæ meatuũ alias ſequantur ægritudines, ab illarum curatione prius eſt incipiendũ. Oſtẽſum ſiquidem eſt in libro de Differẽtijs morborũ, quo̅d & inflãmationibus, & duris laxis q; tumoribus, & ſiccitatibus aliq̃ immodicis, ac pręterea vitioſis partiũ continẽtium figuris, ea, quę nuper diximus, ſæpius aduenĩunt: ſicuti & quibuſdã tumoribus eorũ corporum, quæ ſunt in ambitu. Quo̅d ſi nõ nulla ex ꝓxime dictis inuicem cõplicentur, varias habebunt indicationes. Sufficiet aũt in vno tanq̃ in exemplo habuiſſe ſermonẽ, q̃m de oĩbus in libris De arte curãdi plenius ſumus executi. Supponat cuipiam particulæ multitudinẽ ſanguinis influere adeo, vt diſtendantur quæ in ea ſunt vaſa, non maiora tm̃, ſed ẽt parua, quæ prius ſenſum effugiebãt: nũc vero quia plena ſint, viſu cõprehẽdant, ſicuti plerũq; i oculis ob tunicæ albedinẽ manifeſtiſſime patet: Par aũt certe eſt, q̃ & alia vaſa, quæ latent ſenſum, iam plena diſtendant, nondũ & ipſa ob paruitatẽ viſui manifeſta. Et iã periculum imminet, ne, quod ex vaſis exudat, ad ſpacia vacua, quę in medio ſunt, F effundatur: aut ne iã paruum aliquod ſit effuſum. Huius quidem affectus ſanatio intẽtionẽ habebit euacuationem, aut, vt manifeſtiori vocabulo vtamur, abuacuationem: ſiquidem morbus erat immoderata partis repletio. Neceſſarium igitur eſt, vt aut ſuperfluitas retrocedens euacuetur, aut p ipſam patientem particulam. Retrocedet aũt, vel impulſa, vel attracta, vel tranſmiſſa, vel horũ vno aliquo modorum, vel oĩbus. Per locũ vero patientem euacuabit, partim quidem manifeſte & ſenſibiliter, partim vero in vapores tenuata. Si igitur vniuerſum corpus plus æquo plethoricum fuerit, p patientẽ locum miníme euacuandum. Nã, ſi ſcarificationibus aut ſectionibus ſenſibiliter euacuabimus, plus rõne excitati doloris attrahemus. Si vero calefaciẽtibus diſpergere tẽtabimus, plus erit id quod vi caloris ad partẽ attrahet, q̃ diſperſum. Quo̅d ſi i eo elaborabimus, vt, quod influxit, retrocedat, corpus plenum non admittet. Ad hæc igit ambo totum corpus euacuare oportet, aut oĩno ad alia loca retrahere, quod patienti particulæ influit, quo perfecto opere, prius à parte repellendum, q̃ diſpergendum. Quanto. n. per maiora fit, tanto expeditior eſt euacuatio. A patiente vero loco adſtringendo, ac refrigerãdo repellemus, ſed & exinanita loca attrahũt ad ſeipſa, quæcũq; repercutiunt. Hoc ſiquidẽ oſtẽſum ẽ in eo volumine, in quo De potẽtijs naturalibus agitur. Et vaſa p̃terea vigore ex medicaminibus adſtringẽtibus addito, à ſe ad alia remittent. Si igitur G hac via ſuperfluum oẽ retroceſſerit, bene ſe res habet: At, ſi aliquid fuerit in parte retentum, coniecturandum erit id lentum ac craſſum exiſtere, atq; ea rõne iam coactũ atq; adſtrictũ, vt cum difficultate extrahi poſſit. Fieri aũt põt, etiamſi non eius naturæ ſit, vt ad ſpatia, quæ in medio ſunt, ſit effuſum: in quo caſu tũc ad id veniendum eſſe tẽpus ſuadet, vt hoc ipſum, quod reliquum eſt, per patientem locum euacuemus, imponendo ſupiacẽtibus partibus ea, quæ influentẽ humorẽ repellẽdi vim hñt. Maxime vero euacuabis, ſi in ſpatijs intermedijs aliqd contineri coniectura aſſequeris, & ſcarificationum auxilio, & medicaminum, quę vim habeant diſpergendi. Sed, q̃m hæc oĩa vires calidas habent, eiuſdem vero tẽperaturæ opus eſt mordere, q̃ modũ in caliditate exceſſerit, cauenda ex eis ſunt vehementiſſime calida, ac tum preſertim, cũ patiens locus inter ſumma fuerit. Neq;. n. paruus excitabit dolor, ſi p̃ter ꝓprium affectum inſuper mordeatur: oĩsq; præterea dolor fluctiones cõmouet. Quod igitur mediocrẽ caliditatẽ obtinet, in his ſenſum doloris non inuehit: atq; eo amplius oĩ dolore vacat, ſi humidum extiterit. Et q̃dem, quicq̃d p ſumma hæret, potẽs eſt id medicamẽ diſpergere, quod ẽt validas non habuerit ad diſpergẽdum vires. Quo̅d ſi ſummę q̃dem partes oĩ noxa caruerint, id vero, quod euacuari oportet, in penitioribus partibus fuerit, intendendus atq; augẽdus diſpergẽtis medicaminis calor, cũ dubitãdum ſit, ne prius, q̃ ꝓfundas attI gerit partes, interim vires amittat. Neq; tñ ex eo ſummæ partes aliquem dolorem ſentiet, cum oĩ vacent affectu. Quare nunc hæc duo ſimul inuitant ad calidiorum pariter atq; acrium medicaminum vſum, & ſummę partes, quę tolerant, & ꝓfundę, quę egẽt. Hęc igitur ex ſitu particulę indicatio aſſumebat. Deinceps vero, ſi q̃d ad ſanationem deficiat, conſideremus: neq;. n. paruum aliquid deeſſe videt. Affectæ partes, in quibus fluctionis ſuperfluitas retinetur: nõ nullæ quidem raræ & laxæ, & molles natura exiſtunt: non nullæ autẽ denſæ, & preſſæ, ac duræ. Priores igitur facile euacuantur: reliquę aũt acrioribus euacuãtibus, ac p̃terea tenuiores partes habentibus egent, atq; eo ẽt magis, quanto profundiorem ſitum habuerint. Hæc igit tibi rurſus ſit indicatio altera à particulæ patientis ſubſtantia: alia vero à formatione ſimul ac ſitu. Supponatur. n. ſi ita contigerit, in hepate eſſe proxime dictum affectum in anguſtis vaſorum finibus, impactis humoribus, qui vel lenti ac tenaces, vel craſſi exiſtant, vel ſuperabundent. Non ne in promptu eſt primum quidem craſſitiem vnà cum lentore, et tenacitate, cibis ac potibus extenuãtibus, ad ſubtiliorũ partium ſubſtantiã transferri oportere? Secundo aũt loco non per anguſtos, atq; inuiſibiles ſolum, ſed p latiores ẽt meatus, q̃cquid infeſtum exiſtit, eſſe euacuãdum? Sunt. n. in hepate venę nõ minus amplitudine, q̃ numero, excedentes. Terminãtur aũt hę q̃dem in gibbis ad venã cauã, hæ vero in cauis ad portam:

A tam: vnde facillimũ tibi eſt futurum, in vtrislibet preſſi, ac ſtipati humores fuerint, eoſdẽ expedite euacuare, trahendo qdem ad ventrẽ his, quę attrahẽdi vim hñt, medicaminibus eos humores, qui cunq; in venis ad caua hepatis ptinentibus ſunt aceruati: ad vrinę vero meatus promouẽdo per cauã venã, quicunq; in venis ad gibba pertinentibus ſunt. Sed prẽter ſupradictas alia eſt indicatio ab hepate ipſo, veluti à venarum principio. Nam, cũ non tãtum ſeipſum regere natura aptum ſit, vt pleræq; animalis partes, ſed venis præterea virtutẽ largiatur, periculum imminet, ne, ſi eius vigor perfuſionibus, & cataplaſmatibus relaxãtibus fuerit exolutus, & ipſum primum ad ſui opus, atq; oẽs ſubinde venæ eius rõne imbecilles efficiant. Quare in eius curationibus aliqua ex adſtringentibus medicaminibus miſcere oportet. Sed, qm̃ in profundo admodum loco ſitũ eſt, dubitandum erit, ne adſtringẽtis medicaminis vis exoluatur, niſi ab aliqua altera ſubtilium partium ſubſtantia, qualis aromatũ eſt, traducatur. Melius vero fuerit, ſi & ipſum adſtringens medicamẽ protinus etiã aromaticũ fuerit: nam, ſi duas habuerit natura inſitas qualitates, ac poteſtates, valentius operabitur. Et quidem euacuetur, quod præter naturã in membrum confluxit: Seruet aũt humorum modum naturæ conuenientem. Quare & illa animaduerſio à nobis eſt in hoc adhibenda, ne quid ab humoris confluentis qualitate eiuſdem membri temperies ſit alterata: ſi pituitę naturam
B tenuerit, ad frigiditatem: ſi vero bilis, ad caliditatem: vt hanc ipſam curantes intemperiem, ſanitati exquiſite reſtituamus. Curabimus aũt contrariam ex aduerſo afferentes qualitatẽ, quemadmodũ in intemperaturarũ curationibus diximus, quantum vnumquodq; calidius, aut frigidius factum eſt, tantum refrigerantes, aut calefacientes: Quare & hic rurſus agnoſcenda eſt ipſius ẽm naturam temperies. Nam quo pacto ſciemus, quantum in frigiditate, aut caliditate à naturæ modo receſſerit: aut quando à frigefaciendo ſuperſedebimus, ſi nos latuerit ea, quę eſt ſecundum naturam caliditas? Ita vero & ſi frigidius effectum calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modum, neq; opportune calefacere, neq; in tempore à calefaciendo deſiſtere poterimus.

De morbo ſecundum numerum. CAP. 96.

SEd, qm̃ de his ſatis diximus, tranſire iam tempus ad ea, in quibus numerus non eſt ſecundum naturam. Cum vero duplex ſit eorum differentia, quibus quidem aliqua particula deficit, his intentio eſt alteram efficere ſubminiſtrãdo naturæ, eo, quo diximus paulo ante, modo: at, quibus ſuperabundat, hanc reſecare oportet, aut ſcalpello, aut igne, aut medicamine, quod vrendi vim habet. Hæc igitur omnia ferè ſanare, poſſibile eſt: at non æque omnia generari poſſunt, vt in libro De ſemine diximus. Quædam vero ſunt, quæ etſi generari non poſſunt, licet tamen pro ipſis alte
C rum efficere, quemadmodum in oſſe ex toto ſublato alteram ſubſtantiam in eius ſede reponere à carne, atque oſſe differentem. Eſt enim, quę in eius gignitur loco, quædam veluti caro calloſa, vel callus carnoſus, & proceſſu temporis magis ac magis ad calli duritiem transfertur, cum ab initio carnis potius imitetur naturam. Quacunq; vero parte ſublata, cum neq; eandem ſecundum ſpeciem ſubſtantiam, neq; ſimilem efficere poſſumus, tertia nobis intentio quendam decorem inuenire, quemadmodum in mutilationibus.

De morbo ſecundum magnitudinem. CAP. 97.

COmmunicat aũt hoc genus totum cum eo, quod ad magnitudinem pertinet. Nã, quodcũq; ex eo eſt ẽm naturã, illi propinquum exiſtit. Id vero tm̃ ſeiunctum eſt, ac ſeparatum, quod inter ea, quę ſunt è genere præter naturã, connumeratur. In quo quidem prima intentio eſt ablatio. Si vero hæc impoſſibilis exiſtat, ſecunda eſt, tranſpoſitio, quemadmodum in ſuffuſionibus. Quæ cunq; vero nõ integris partibus, ſed partium tantũmodo particulis deficiunt, aut excedunt naturæ modũ, reſectio quidem vel generatio in his, quæ deficiunt: ablatio vero & abõlitio in his, quæ * καθαίρεσις.
ſuperabundãt. Quare neq; in ipſis altera eſt intentio, neq; medicaminum forma genere diuerſa.

De morbo ſecundum ſitum. CAP. 98.

D SEd iam veniendũ eſt ad reliquũ ſalubrium cauſarũ genus, quod ea corpora emendat, q̃ in ſitu ſunt vitiata, veluti luxationes, & inteſtinũ in ſcroto. Fit aũt hoc ex violẽta tẽtione, atq; ipulſu: hoc vero ex dilatato, ac rupto cõtinẽte. Quare & duplex ſanãdi modus: Alter qdẽ ad oppoſitã partẽ ei, ad quam facta ẽ pmutatio, itẽdẽdo, atq; ipellẽdo: Alter vero id, qđ cõtinet, firmius ſolidiusq; reddẽdo. Quibus vero vijs, ac rõnibus ſingula iueniri poſſint, ĩlib. De arte curãdi explanauimus.

De cauſis præſeruatiuis. CAP. 99.

COnſequens eſt, vt ea omnia exequamur, quæcunq; in ſuperiori ſermone dicere diſtulimus. Vocant autem eadem Præſeruatiua. Eſt autem horum triplex ſecundum genus differentia. Prima quidem hominis, qui integra fruitur ſanitate: Secunda vero eius, qui non integre valet: Tertia eius, qui ægrotat. Primum igitur genus ad ſalubrem attinet artem, atq; in duas, vt antea diximus, diuiditur partes: Secundum vero ad præſeruatiuam ſpectat: Tertium, ad curatiuam. Hoc autem vniuerſum genus circa humores præcipua negociatur, quos neq; lentos eſſe oportet, neq; craſſos, neq; aquoſos, neq; plurimos, neq; vehementer calidos, aut frigidos, neq; mordaces, neq; putredini obnoxios, neq; venenoſos. Nam, vbi aucti fuerint, generant morbos. Augentur vero non nunquam eadem ex cauſa, quæ ab initio generauit. Illud autem plerunq; accidit, vt ſua alteratione ſimul inficiãt eos, q ſunt in corpore humores. Intentio vero & horũ ſanationis duplex exiſtit,

ſtit, alteratio & euacuatio. Alterant̃ igitur vel ab ipſo corpore concocti, vel ab aliquibus facultatibus, quæ vim medicamentoſam habent. E quorum numero ēt ſunt ea, quæ exitialium ferarum venenis aduerſant̃, ac p̃terea pharmaca, quę deleteria, hoc eſt venena, appellant̃, tranſmutāt. Euacuant̃ aũt ſatis calidis medicaminibus, & purgationibus, & clyſteribus, & ſudoribus, & vomitibus. Hę igit̃ ſunt eorũ cões euacuationes. Proprię aũt ex locis, in q̃bus coaceruant̃, aſſumunt̃, vt in libris De ſalubribus oſtendimus, tertio præſertim ac quarto, in quibus de laſſitudinibus egimus, ac reliquis diſpõnibus, quę laſſitudini natura proximæ ſunt. Promptius. n. euacuantur per ventrẽ quidẽ, quæcunq; in primis venis continent̃ ſuperfluitates: quæ aũt in his, quæ in hepate ſunt, per vrinæ meatus: at, quæ in toto copore, per ſudorem: ſicuti, quæ in capite, vel per palatum, vel p̃ nares, vel per vtrunq;: quæ vero ſunt in ſpacijs thoracis laxioribus, per guttur ſimul cũ tuſſi: quę ĩ renibus ſunt vel vefica, per vrinam. At attrahendi ex oĩ loco ad oppoſitas partes cõis indicatio, eſt ad quã maxime diſtãtia: deriuãdi vero, ad vicina. Quęcunq; vero huiuſcemodi curant diſpoſitionem, cauſas ſalubres appellamus: ſicuti inſalubres eas, quæ adaugẽt: & neutras, quæ neq; obſunt, neq; iuuant. Poſſet vero quiſpiam neq; oĩno cauſas appellare, quemadmodum maior pars ſophiſtarum, qui rerum quidem dr̃iam inuenire contẽnunt, plurimum vero tẽporis in nominibus conterunt: contra quos in alijs vberius diſſeruimus. Ac pars quidem artis præſeruatiua talis eſt. F

De parte artis, quæ conualeſcentes reficit & ſenibus congruit. CAP. 100.

QVæ autem reficit atq; inſtaurat, in conualeſcentibus ac ſenibus locum habet. Quæ vero ſit horum diſpoſitio, & à quibus præcipue cauſis ad naturalem reducit̃ habitũ, in libris, in quibus de medendi arte tractauimus, abunde explicauimus. Sed nunc per capita dicetur. Diſpoſitio igitur talis eſt. Probus quidẽ, ſed exiguus eſt ſanguis, atq; vnà cum ipſo ſpiritus animalis atq; vitalis: ipſæ vero particulæ ſolidę ſiccíores: & idcirco eorũ vires ſunt imbecilliores: atq; earundem ratione corpus vniuerſum, frigidius. Cauſę vero ſalubres, quæ hanc emendant diſpoſitionem, vt vno comprehendam capite, ſunt, quæcunq; præſentaneum atq; ſecurum exhibent alimentum: ſecundum partem autem, in motibus moderatis, & cibis, potibuſq;, ac ſomnis cõſiſtũt. Sunt vero motus materiæ, vehicula, ambulationes, fricti̇ones, & balneæ: &, vbi non parum ſe ex his profeciſſe ſenſerint, paulatim ſe ad conſueta opera transferant. Cibos autem aſſumant in principio quidem humidos & cõcoqui faciles, neq; frigidos: ac, cum progreſſi fuerint, eos etiam, qui plurimum præſtant alimentum. Potus vero opportunus eſt, vinũ ętatem quidem habens mediocrem, in ſubſtantia autem purum atq; perlucidum, quod ſcilicet vel ſubflauum vel album exiſtat, atq; ſuauiter olens: guſtui vero, neq; aqueum oĩno, neq; cum aliqua inſigni qualitate, aut dulcedine, aut adſtrictione, aut acritudine, aut amaritudine ſentiatur. Vt autẽ proxime diximus, de hiſce oĩbus, in libris De arte curandi conſcriptis plenius diſſeruimus. Nunc. n. neq; oĩa particulatim recenſere eſt noſtri propoſiti inſtitutum, ſed ſolum capitum mentionem facere intẽdimus eorum, quæ in alijs voluminibus latius explicauimus. Quorum oĩum ſi prius, & numerum, & qualitatẽ expoſuero, finem libro imponam. Diximus itaq; prius, q̃ alter eſt liber, in quo De conſtitutione artis medicinæ diſſeruimus. Antecedunt aũt eum alij duo De conſtitutione artium: ſed hi quidem vnà cum hoc, cui nunc extremam manum adiecimus, ſeorſum ſunt ab alijs libris, in quibus plenior doctrina explicatur. Illi vero talem inter ſe ordinẽ babent. De elementis quidem ſm̃ Hippocratem liber vnus: Poſt hunc aũt tres de temperaturis, ex quibus quidem duo ſunt de temperaturis animalium: Tertius vero de ijs, quę ſimplicium medicaminum ſunt. Quam ob rem & tractatum illum, in quo De ſimplicium medicaminum poteſtatibus agitur, nemo recte intelligẽtia aſſequi põt, niſi prius tertij libri De tẽperaturis integram cognitionem fuerit adeptus. Eſt & alius liber paruus, qui ordine ſequit̃ duos priores alios de tẽperaturis. Inſcribitur aũt De inæquali tẽperatura. Similiter aũt & hunc alij duo parui, alter quidem de Optima corporis conſtitutione, alter De bono habitu. Alius vero tractatus eſt, q̃ tres cõplectitur libros, De potentijs naturalibus: quẽ H ſiquis legere velit poſt librũ De tẽperaturis, ſiue poſt librũ De elemẽtis, vtrũq; erit cõſentaneum. Poſt hũc in pluribus alijs libris De operationibus animalibus diſſeruimus. Sed, qm̃ ad earum demonſtrationes non parum conferunt, quę per ſectiones apparent, in illis prius exercitari oportet. Eſt aũt maxime inter alios vtilis ille tractatus, qui De ſectionũ aggreſſibus inſcribit̃. Alij autem ſunt poſt eũ plures, duo q̃dẽ De diſcordia ſectionis, vnus vero De ſectione mortuorũ: Poſt quos ſequunt̃ hi, in quibus agitur de ſectione viuorũ. In alijs vero quibuſdã particulatim ob eos ſcripſimus, qui introducunt̃, De oſſibus. Sectio quoq; muſculorũ, & neruorũ & arteriarum, & venarũ, & q̃dam alia huiuſcemodi ex eodem numero exiſtunt, & liber ēt, in quo q̃rit̃, Nunquid in arterijs contineat̃ ſanguis naturaliter. Qui vero earundem partium operationes demonſtrant, duo quidem ſunt, De motu muſculorũ: tres autẽ De thoracis & pulmonis motu. Poſt quos ſequunt̃ libri De cauſis reſpirationis. Poſt hos liber De voce. De principatu autẽ aię, & de oĩbus alijs, quæ de naturalibus, vel aialibus operationibus in q̃ſtionẽ trahunt̃, in lõgo ſcripſimus libro, qui De dogmatibus Hippocratis & Platonis inſcribitur. Ad eiuſdẽ generis contẽplationem pertinent libri De ſemine ſeorſum conſcripti, & amplius de ſectione ſm̃ Hippocratẽ. Quos oẽs ordine ſequitur tractatio De vtilitate partium. Ad dignoſcendas autẽ ęgritudines vtilis eſt liber De locis affe-

ctis

ARS MEDICINALIS

Actis. Itidem ille, in quo De pulsibus scribitur, in quo & precognitiones edocemus. Librum ... ro
... ro
... ro



VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.





GALENI

Extra ordinem Classium

LIBRI

IN QVIBVS BREVES RERVM determinationes traduntur, quarum perceptio, superiorum librorum lectionem requirit.

HVIC ETIAM VOLVMINI

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,

multus accessit ornatus: Non paucis locis, accurata veterum exemplarium græcorum recognitione, integritati restitutis.

Locis etiam nuperrime in margine adnotatis, quos sparsim Galenus ex Hippocrate citat. Locis item ad singulos fere Aphorismos citatis, in quibus vel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus Aphorismum aut explanat aut adducit.

Librorum seriem proximum folium continet.

Τὸ Αφορισικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.













LIBRI EXTRA ORDINEM CLASSIVM

GALENI Commentarij septē in aphorismos Hippocratis, Nicolao Leoniceno Vicentino interprete, ex plurium antiquorum codicum collatione à Iul. Martiano Rota, & Augustino Gadaldino facta: nuperrimè etiam aliquot in locis ab eodem Augustino Gadaldino expurgati. 2

Aduersus Lycum, quòd nihil in eo aphorismo Hippocrates peccarit, cuius initium est, Qui crescunt plurimum habent caloris innati, liber, Iulio Alexandrino medico Tridentino interprete, ex postrema interpretis recognitione ad veterum exemplarium græcorum fidem. 61

Contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphorismos dicta sunt liber, Iulio Alexandrino interprete, ex postrema interpretis recognitione. 66

Linguarum, hoc est obsoletarum vocum Hippocratis, explanatio, Mario Nizolio Brixellensi interprete, multis in locis emendata. 71

EX PAVLO MAGNOLO BVRNENSI PHILOSOPHO, ET MEDICO CELEBRI.

Argumenta septem segmentorum Aphorismorum Hippocratis.

SEGMENTVM PRIMVM,
Curatiuum.

Molesta. Necessaria. A se prouenientia. Extrema. Victus. Purgationes.

SEGMENTVM SECVNDVM,
Prænotiuum, Dignotiuum. Curatiuum.

Somnus. Labor. Nutrimentum. Purgatio. Iudicatio. Mos. Iuniores. Senes. & alia: hæc autem maxime.

SEGMENTVM TERTIVM,
Prænotiuum.

Aegrotationes in tempestatibus vniuersalibus, & particularibus, & ætatibus.

SEGMENTVM QVARTVM,
Curatiuum, Pronotiuum, Dignotiuum.

Medicationes. Decedentia. Abscessus. Sudores. Febres. Iudicationes. Vrinæ. hæc maxime.

SEGMENTVM QVINTVM,
Prænotiuum, Curatiuum.

Contractio. Internum pus. Calidum. Frigidum. Muliebria. Hulcera.

SEGMENTVM SEXTVM,
Prænotiuum.

Superuenientia. Mala virtutis nutritiuæ, & rectiuæ. Localia: & alia: huiusmodi autem maxime.

SEGMENTVM SEPTIMVM,
Prænotiuum, Dignotiuum, Curatiuum.

Superuenientia. Localia. Mictiones. Sputationes. hæc plurima: & ex superioribus: & suspecta multa.

GALENI

IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARII SEPTEM

Quos à Nicolao Leoniceno translatos

Iul. Martianus Rota, & Augustinus Gadaldinus è compluribus græcis codicibus illustrauerunt.

Aliquot etiam locis nuperrime ab Augustino Gadaldino expurgatis.

Locis etiam ad singulos ferè aphorismos subinde nuper citatis: in quibus vel Hippocrates alibi idem dicit: vel Galenus aphorismum aut explanat, aut adducit.

COMMENTARIVS PRIMVS

1 12. de Vsu par. 1ª.193.a de Causis procatarc. 3ª.95.c C in 6. Epi. cō. 4. t.9.3ª.181.c 3. de Pulsuum diff.4ª.59.c 1. de Crisibus. 4ª.130.g 1. de Dieb⁹ decret. 4ª. 150.b 6. de Simp. medic.fac. 5ª. 39.f 1. de Arte cura tiua ad Glauc. 7ª.94.c in Explanatiõe linguarũ Hip. Ext.or.7 1.c d Sectis ad eos, q introducũt. Ilago.17.c

Ita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, & assistentes, & exteriora.

Hanc orationem, siue vnus sit aphorismus, siue plures, esse proœmium totius operis, pro confesso habetur apud omnes ferè eius expositores. Quid vero sibi Hippocrates volens, tali vtendum proœmio censuerit: maxime ambiguum est. Forte vero idipsum inueniemus, si singulas orationis partes prius diligenter considerauerimus. Quòd quidem igitur vitã dixerit breuem artis cõparatione, omnibus ferè libri expositoribus est manifestũ. Artẽ vero ipsam hac ratione arbitror longam existimare, qm̃ omnium ferè operationum particularium occasionẽ habeat momentaneam, & ob id difficulter comprehensibilẽ: vt nemo eã possit agnoscere, nisi qui diu in hac fuerit exercitatus. Ac, cũ duo sint instrumenta † ad artes inueniendas necessaria, experimentũ, & ex ratione iudiciũ: illud quidem periculosum est, hoc autẽ haudquaq̃ facile existit, immo, siquid aliud, maximã habet difficultatem. Est igit̃ occasio præceps ob materiæ, circa quã versatur ars, fluxibilitatem Corpus siquidem nostrũ valde mutationibus obnoxiũ est: neq; à causis externis tantum, sed ab internis etiã facile alteratur. Experimentũ vero periculosum est, propter materiæ dignita

† *à quibus ea quæ in artibus sunt, inueniuntur.*

D tem, non propter transmutationis facilitatẽ: hęc enim in momẽtanea occasione continet̃. Iudiciũ vero siquis (vt ego assero) pro ratione accipiat, liquet ipsam esse difficillimam, cũ ad hoc vsq; æui ambigua permanserit: si vero (vt non nulli, qui se ab experiẽtia empiricos nominant opinant̃) per iudiciũ intelligat eorum, quę experientia eueniunt, diiudicationẽ: sic quoq; non est obscura † eius rectitudinis difficultas. Sed auctorẽ libri esse dogmaticũ in tota ostendetur cõmentatione. Prima itaq; proœmij particula ad hunc vsq; locũ terminatur. Secundam autem scribit non vt pronuncians, sed vt cõsulens: Nec solum seipsum prẽstare oportet opportuna facientẽ, sed & ęgrũ, & assidentes, & exteriora. Quorũ verborum vis talis existit: Si debes exquirere, & examinare veritatem eorũ, quę in hoc libro scribuntur, nõ modo teipsum medicũ oportet omnia, quę cõuenit, agere: sed & ægrum, & ministros: atq; insuper exteriora omnia in nullo delinquere. Prima itaq; pars orationis hoc vnũ caput complectitur: Vita breuis, ars longa. Nam reliqua, quæ sequũtur, artem esse longã demonstrant. Post hanc secũda pars quoddam veluti consiliũ, siue pactum affert illis, qui librũ lecturi sunt, ac diiudicaturi. Sed quid nam sibi vult statim in libri principio hoc scribens, breuẽ esse vitã, si ad artis magnitudinem cõferatur? Nam hoc ipsum indagare, ab initio proposueramus. Sunt itaq; nõ nulli, qui volunt id egisse Hippocratẽ, exhortandi homines gratia ad artem gnauiter exercendam: non nulli contra, dehortandi causa: quidam ad hunc finem, vt experiret̃, atq; discerneret eos, qui gnauiter, & eos, qui secus, artẽ essent exercitaturi: alij volunt ipsum

† τὸ δυσκατόρθωτον αὐτῆς

cauſam attuliſſe, ob quam oportuit ſcribere commentationes: alij adiiciunt, aphoriſticas. Quidam hoc ſermone putant ipſum cauſas aſſignaſſe, propter quas hæc ars ſit coniecturalis: alij, ex quot cauſis contingat medicos ſuo fine fruſtrari. Hi igitur, vt á poſtremis primũ incipiam, mihi omnino videntur nihil conſonum dicere. Quam enim præ ſe ferret ſapientiam, aut quid Hippocratis ſententia dignũ, ſtatim circa initia operis docere, vel ꝙ ars quędam coniecturalis ſit medicina, vel ꝙ eius fruſtramur fine, ſiue hoc fiat ex nobiſipſis, ſiue ex magnitudine artis? Sed & verba illa / nec ſolũ oportet præſtare ſeipſum opportuna facientẽ, ſed & ægrũ, & aſſidẽtes, & exteriora / contrarium omnino indicant. Hæc enim omnia illi magis ſcribere conuenit, qui profiteatur oĩa, quæ in libro cõtinentur, eſſe vera, & qui fateatur ob multas cauſas non ſortiri finẽ. Neq; enim dixiſſet, Oportet autẽ: ſed poſt illa verba / vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experimentũ periculoſum, iudiciũ difficile / hæc alia ſubiunxiſſet, Et medicus ipſe etiam delinquit, & ægri, & eorũ miniſtri. Sed neq; illi, qui aiunt voluiſſe ipſum auertere lectores à ſtudio medicinę, cũ dicat vitam eſſe breuẽ, artem vero longã, videntur mihi conuenientia dicere. Nam extrema foret demẽtia, ſimul ſcribere cõmentationes, quæ poſteritati vtile quidpiam tradant, ſimul ab initio ſtatim non ſolum à legendo, vel diſcendo ea, quæ ſcripſeris, dehortari, ſed etiã ab arte vniuerſa, cuius doctrinã profitearis, abalienare. Qui vero aiunt voluiſſe ipſum homines ad artẽ impenſiori ſtudio capeſſendam excitare (neq; enim aliter poſſe totam tempore breui, cum ſit longa, perdiſci) ij etſi quid veri dicunt, non tamen mihi videntur vel viri ſententia dignum, vel iis, quæ hoc in libro ſcribuntur, congruens ſatis procœmium oſtendere: ſicuti neq; quicunq; arbitrantur hoc genus ſermonis fuiſſe ab Hippocrate vſurpatum tentandi gratia illos, qui ad artem accedunt. Verum enim eſt, quod etiam à Platone dicitur, hac maxime via periculum fieri de illorũ animo, qui quãuis artem ſint percepturi, ſi magnam, atq; difficilem eſſe illis eam doctrinam oſtendamus. At qui hoc neq; per librum aliquem, ſed per mutuos ſermones agitur, neq; mihi congruens videtur prẹſenti commentationi: ſiquidem procœmium oportet iis, quæ ſunt in libro ſcribenda, eſſe accommodatum. Niſi forte quis ſentiat, omnium librorum primos legendos eſſe aphoriſmos, atq; ideo Hippocratem in procœmio commentationis communem feciſſe vniuerſæ arti ſermonem: volentem per hunc oſtendere, non poſſe vnumquenq; ſuo arbitrio artem diſcere medicinalem, longa cum ſit, ſed illos tantum, quibus ſuppetat tempus ad diſcendum, & natura ſint ad hoc aptiores. Quòd ſi probabile prorſus appareat hanc totius artis communem eſſe præfationem: neque illi ſunt reprehendendi, qui aiunt Hippocratem cauſam aſſignaſſe, ob quam commentationes ſcribere oporteat. Fecit autem & in libro, qui περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον, id eſt de iis, quæ in officina medici fiunt, inſcribitur, † omnium lectionum } ‖ commune procœmium, quemadmodum in eiuſdem libri ex poſitione fuit à nobis oſtenſum. Illorum itaque ſententia, qui vel doctrinæ modi, vel certe commentationum vtilitatis cauſam volunt in procœmio aſſignari, mihi præferenda videtur. Nam & forma doctrinæ aphoriſtica, quæ omnes rei proprietates breuiſſimis verbis circumſcribit, eſt illis vtiliſſima, qui volunt breui tempore longam artem docere: Et conſcribere commentationes ob id, ꝙ vita ſit breuis, ſi ad artis magnitudinem conferatur, ſummam habet prę omnibus aliis rationem. Nemo enim noſtrum ſatis eſſe poteſt ad artem ſimul & conſtituendam, & abſoluendam: ſed ſatis ſuper'que videri debet, ſi, quæ multorum annorum ſpatio priores inuenerint, poſteri accipientes, atque his addentes aliquid, illam aliquando compleant, atque perficiant. Vel enim propter iſtorum alterum, vel propter vtrunque, mihi videtur tali eſſe vſus procœmio, ac ſi ita ſcripſiſſet: Quoniam artis magnitudo vitam excedit hominis, adeo vt ab homine quantumuis diligẽti, ac laborioſo non poſſit & inchoari, & ad finem vſque perduci: propterea operępretium eſt, quæ quiſque cognouit, ea mandare literis, & tradere poſteritati commentationes, quæ rerum docendarum naturam omnem diligenter, breuiter, & dilucide interpretẽtur. Quòd vero ars longa ſit, verba hæc, quæ ſubſequuntur, demonſtrant: Occaſio præceps, experimẽtum vero periculoſum, iudicium difficile. Quaſi ita dixerit: Vita breuis, ars longa: quoniam & occaſio præceps, & experimentum periculoſum, & iudicium difficile. Propter hoc enim & ars longa, quoniam occaſio agendorum in ipſa eſt maxime præceps, hoc eſt anguſtiſſima, & breuiſſimi temporis. Præterea, cum ſint duo inſtrumenta, per quæ remedia inueniuntur, ratio, & experientia: hæc quidem eſt periculoſa, ratio vero difficilis, hoc eſt non facilis cognitu. Vera autem eſſe, quæ dicuntur, non eſt difficile paucis oſtendere. Occaſio enim præceps eſt propter artis materiam: dico autem corpus, quod continue fluit, & momento temporis tranſmutatur. Experimentum autem periculoſum eſt & ipſum, materiæ ratione. Neq; enim lateres, lutum, ligna, lapides, tegulæ, coria, artis medicinalis, vt aliarum, materia ſunt: in quibus experiri, & exercitari multis modis impune licet illi, qui ſe circa materiam exerceat, & artis theoremata meditetur: id quod in lignis carpentarij, in coriis coriarij faciunt. Ligna ſiquidem, & corium male tractantem corrumpere, nullum periculũ eſt: at in corpore humano illa experiri, quæ non ſunt experientia comprobata, non eſt citra periculum, cum mala experientia ad totius animalis interitum terminetur. Iam vero & iudicium (ſit autem ratio ipſa iudicium, quoniam per eã, quæ ſunt facienda, iudicãtur) difficile eſt, nec inuentu facile: de vero autem iudicio loquor: atq; hoc ſectarum multitudo in arte medicinali oſtendunt. Neque enim, ſi veritas eſſet inuentu facilis, tot ac tanti viri, qui illam perquiſierunt, vnquam in

tam

† *Quod hic Galenus dicit ἁπάντων τῶν ἀναγνώστων, id est omnium lectionũ, ipſe in procœmio eiuſdẽ libri de officina medici, & in primo progno. com. 8. dicit totius artis.*

de Iis, quę in medicatrina fiunt, cõ. 1. t. 1. 2. 3. & 4. 7ª, 195. f. & c.

A tam repugnantes ſententias deueníſſent. Empíricís vero nõ videtur ratío dící íudícium, ſed, quæ per experientíam ínuenta fuere, auxílíorum dííudícatío. Nam, re vera, & hæc difficilis eſt, nec exploratu facilis, quãdo multis remediís ægrotanti adhíbitis, alíquod vnum íllorum in cauſa fuiſſe dííudícat, vt æger vel melíus ſe habeat, vel deteríus: quem ſi forte contigerit bene dormiiſſe, deín de vnctum fuiſſe, poſtea emplaſtrum adhíbuiſſe, deínde clyſterem, vel ſpontaneam ventris deiectionẽ habuiſſe, deínde tales cíbos aſſumpſiſſe, & poſt hæc omnía ſenſiſſe íuuamentum, vel detrimentum: non facile dictu eſt, quid nam eorum, quæ circa ipſum facta ſunt, aut íuuerít, aut nocuerít. Hís ígitur ex cauſis omnibus íudicíũ eſt difficile. Sed íam ſermonem totum vno capite colligamus. Ars quidem eſt longa, ſi eã vníus hominís víta metíamur. Expedit autẽ relínquere poſteris cõmentationes, præſertim compendioſas, atq; aphoríſticas. Nam talis doctrinæ modus, & ad prímam diſcíplínam, & ad illa, quæ quis didícit, retínenda, quæ q; oblítus poſtea fuerit, in memoríam reuocanda, vtiliſſimus eſt. Conſonant autem his & verba ſequentía. Nam, tanq̃ procœmium fecerit, & ipſi cõmentario, & his, quæ in eo ſcribenda fuerunt, cõuenienter ſubíntulit. Nec ſolum oportet præſtare ſeípſum opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſídentes, & exteríora. Síquis (ínquit) aliquando dííudícaturus eſt, quæ ín hoc líbro ſcribuntur, quantum habeant veritatis: nõ
B ſolum ſeípſum præſtare debet opportuna faciẽtem, & níhil, quod ægro poſſit conducere, præter mittentẽ: ſed & ípſe æger parere medico debet, & ín nullo propríæ índulgere voluptatí: miníſtri etíam idonei aſſídeant, oportet: & exteríora omnía adſint apparata. Nam propter illa plerũq; vel præcognítionem, vel curatíonem, vel vtraq; ínterrumpí contíngit. Exteríora autem ſunt habitationes ídoneæ, vel turbarũ plenæ, vel turba vacantes, præterea quæ nunciant, & aguntur, quæ q; íram, aut triſtítíam, aut alíquem alíum affectum ægrotantí ínfligunt, ad hæc illa, quæ noctu ſomnum abrumpunt, quæ propè ínfínita ſunt. Sí ígitur (ínquit) hæc omnía bene, & recte ſe habuerínt: níhil eorum, quæ ín hoc líbro ſcríbuntur, falſum eſſe ínuenietur.

1ª. Apho. 23. 10.d. Et apho. 25.10.h. 4ª. Aphor.2. 27.c.e.g Cõtra ea quę à Iuliano ĩ Hip. Aph. dicta sũt Ext.ord. 66.c

2 ‖ *In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet: confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contra. Sic & vaſorũ inanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerant: ſin minus contra. Inſpicere itaq; oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.* In Epiſtola ipſius Hippocratis ad Democritum.

Non de quãtítate eorum, quæ euacuantur, ſermo ípſi eſt (vt nõ nulli ſunt arbítrati) ſed de qualítate tantum, vt manifeſtant duo verba, qualia, & qualis. Nam in iis, quæ ſponte fiunt, euacuatíonibus, ita dixit ‖ Si qualía oportet purgarí, purgẽtur: confert, & leuiter ferunt/. In aliís vero, quæ Infra apho. 25. 10.b
C à medico /ſi qualis fieri debet, ita fiat/. Atqui potuiſſet dícere, Sí, quantum purgarí oportet, purgetur: & rurſus, Sí tanta fiat, quanta debet fieri. Hoc idem oſtenditur & ex verbo purgarí. Neque enim ſimpliciter dixit, Sí, qualia oportet euacuarí: ſed, Sí, qualia oportet purgarí. Eſt autẽ purgatio, humorum, qui ſua qualítate moleſtant, euacuatio. In his itaq; multi delinquunt expoſitores, qui neq; verba, neq; mentem hominis recte percípiunt. Adhuc autẽ magis peccant, cum nomen κένεαγγείαν, i. vaſorum ínanitionẽ alíj pro ínedía accípiunt, alíj pro venæ ſectione. Hippocrates ſiquidem omnem euacuationem ſolet ab euentu nominare vaſorum ínanítionem: qm̃ in omnibus euacuatiónibus contíngit vaſa ínaníri. Sermo quippe nunc ipſi eſt de qualítate eorũ, quę euacuantur. Sícuti autẽ ſemper adhortatur, vt, quę recte à natura fiunt, medicus imitetur: ſic & nunc idem agít, à ſpontínis euacuatiónibus ſuã exorſus orationẽ: in quibus ſi, qualia oportet purgarí, purgentur, (hoc eſt ea, quæ corpus ínfeſtant) confert, & leuiter ferunt. Quòd ſi alíorũ fiat euacuatio, & non eorum, quæ corpora noſtra moleſtant, contrarium euenít: neq; enim confert, & grauiter ferunt ægrotantes. Eodem pariter modo, ſi medicus moliatur aliquam facere euacuationem, eorum eſto, quæ corpora noſtra moleſtant: quemadmodum & ín aliís locís humorẽ noxíum prę cípit euacuarí, neq; alterũ illi ín euacuatíone præferrí. Sí ígitur pituíta ſuperabundet, hanc omni-
D no oportet euacuarí: flaua autem bíle vel atra ínfeſtante, abſtínendum eſt à pituíta, & bílis ínfeſtans euacuanda. Sic & ſi ſanguis in corpore modum exceſſerit, ſanguinem euacuarí oportet: ítidem & ſeroſam eius partem, ſi hæc fuerít ſuperabundans. Humorẽ autem ſuperabundantẽ ex colore debemus coníectarí, níſi alíqui forte in profundũ receſſerínt. ‖ Color enim ſímílis efflore- Principiũ libri de Humorib⁹.
ſcít humorí bus, ſi non retro gurgitauerint. In iis ergo præcípue, qui retroceſſerunt, & non ſunt
A.li.1.t.4.c.3. fol.72.f.g æqua portíone per totũ corpus díffuſi, oportet ínſpicere tempus "anni, & regionẽ, & ætatem, & morbos, in quíbus cõueníat, aut non: hoc eſt in quíbus conueníat, aut non, talís vel talís humoris facere euacuationẽ. Habet enim & vnuſquiſq; humor in corpore ſuperexcedẽs índicia propría: de quíbus deínceps plenius dícemus. Perfectæ tñ gratía cognítionis, ínſpicere oportet tempus anni, quod præſens eſt, & regionẽ, in qua degunt ægrotantes, & eorum ætatem, & ſpeciem ægrítudinis. Sint enim, ſi ita cõtigerit, flauæ bílis in corpore abundantís índicia: ſimul cum ipſis inſpiciendum erit, ſi tempus æſtiuum, ſi regío calída, ſi æger in ætatis vígore conſiſtit. Eodem modo & in pituíta conſiderandum eſt, ſi adſit hyems, ſi regio frígida, ſi homo ſenex. Et præter hæc omnía, ípſam morbi ſpeciem ínſpicere oportet: veluti q̃ tertiana (ſi ita contigerit) fit à flaua bíle modum excedente, quartana ab atra, quotidiana à pituíta, cancer ab atra bíle, eryſípelas à flaua, atq; ſingulæ alię morborum ſpecies. Si enim hęc omnía diſtínxerímus, firmíus, atque ſtabílius ad

noxij humoris euacuationem perueniemus. Illi igitur expositores præ aliis (veluti absurda dicen E
tes) sunt repudiandi, qui putant ipsum de sola inedia, quæ adhibetur in febribus, sermonem habe
re: neq; enim ipse febres nominauit, sermo q; sit de omnibus in vniuersum, quæ sunt præter natu
ram, intentiones nos docens, ad quas respicientes nos oportet inuenire non quantitatem, sed qua
litatem euacuationis. Nam de quantitate, sequens differit aphorismus. Quo autem morbi tempo
re aggredi oporteat euacuationem, & quo modo ipsa sit facienda, in aliis deinceps dicet aphoris-
mis: quare neque nunc mihi de his dicere est necessarium. Sic enim nostra doctrina non foret sa-
pientior, & commentationes ad immodicam, minime q; necessariam prolixitatem peruenirent.

3 ‖ *Habitus exercitatorũ, qui ad summũ bonitatis attingũt, periculosi, si in extremo constiterint. Neq; enim possunt in eodẽ permanere, neq; quiescere. Cum vero nõ quiescant: neq; possunt proficere in melius: reliquũ est, vt decidant in deterius. His de causis, bonũ habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat. Neq; compressiones, ad extremũ ducendæ (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosæ. Et rursus refectiones, cum extremæ fuerint, periculosæ.*

de Bona habitudine. 1ª. 39.c. & e ad Thrasybulum. 2ª. 102.h in Suasoria ad artis orationẽ. Isag 4.f de Optima secta ad Trasyb. Isag. 27.g

Illum, qui hunc antecedit, sermonẽ esse de eorum, quæ euacuantur, qualitate, docuimus. In hoc
aũt & sequentibus vult de quãtitate docere: & ab immoderata repletione atq; euacuatione initiũ F
sumit in hoc quoq; aphorismo proposito, sicuti in alio præcedente, quoddam exemplum suppo-
nens, & ad ipsum, vt consueuit, suum sermonẽ dirigens. Exemplum aũt ipsi est, exercitatorũ bo-
nus habitus. Vocat aũt bonum habitum exercitatorũ, illorum, quibus hoc est totius vitæ institu-
tum, assidue operã dare exercitationibus, vt alios deiiciãt, qui mos est athletarũ. Qui enim simpli
citer bonus habitus nominatur, quẽ plurimi agricolæ habent, in fodienda terra, metendis segeti-
bus, & aliis ruralibus laboribus occupati, ad immodicã repletionẽ non attingit. Athletarũ autẽ
bonus habitus non paruam culpam habet, studere magnitudinẽ molis corpori adiicere, & (vt li-
quere potest) humorũ multitudinem. Hi enim apparatus sunt toti corpori nutriendo, qui si ipsi
prẽsto non adsint, fieri non potest, vt corpora ad molem immodicã perducãtur. Quare necessariũ
est huiuscemodi dispositionẽ esse periculosam. Cũ enim vasa cibis, ac potibus fuerint supra mo-
dum repleta, periculum est, ne aut ipsa dirũpantur, aut calor natiuus suffocetur, extinguatur ue:
sicuti etiam subita morte interierunt athletæ quidam, cum ad summam repletionem veniissent.
Qui autẽ ad naturę opera vtilis est bonus corporis habitus, nulli tali periculo obnoxius est, quia
nunq; ad extremam peruenit repletionem: quare neq; ipsum soluere oportet, sicuti habitũ athle-
tarum, cum ad extremũ peruenit. Hunc enim soluere oportet, haudquaq; morantes, sed anticipan G
tes solutione periculum. Causam vero, ob quam soluere ipsum oporteat, talem ipse subiecit di-
cens: Neq; enim possunt in eodem permanere, neq; quiescere. Nam, cũ semper natura coctionẽ,
distributionem, sanguinis generationem, adiectionem, agglutinationem, atq; assimilationẽ ope-
retur: quãdo nihil adiici solidis corporis partibus potest, neq; venę amplius habẽt conceptaculũ,
in quod alimentũ distributum recipiatur, tunc necessario periculum imminet, ne aut vas aliquod
dirumpatur, aut subita mors obueniat. Vt igitur corpus rursus habeat locũ, quo nutriatur, bonũ
habitũ oportet sine mora soluere. Eius aũt solutio est euacuatio, vt liquet. Et hanc quoq; oportet
non vltra modũ facere: cũ sit immodica euacuatio nõ minus immoderata repletione periculosa.
Intentio aũt quantitatis euacuationis, non solũ humorẽ superabundantem respicit, sed & naturã,
hoc est vires hominis, qui debet euacuari. Alij enĩ aliis magis, minus ue prosunt euacuationes.
Hæc itaq; ab ipso de bono habitu athletarũ dicta fuere, quæ quidem ipsa per seipsa possunt con-
ducere iis, qui tale vitę institutum elẽgerunt: medicis autẽ sunt veluti exemplũ sermonis postea
subiungẽdi. Inquit enim, Sic & euacuationes, quæ ad extremũ deducũt, periculosę. Et rursus, refe
ctiones, cũ extremę fuerint, periculosæ. Tale quid in toto hoc sermone indicare volens, q̃ nimirũ
neq; euacuare, neq; replere supra modum oporteat: cuius rei documento esse potest bonus habi- H
tus athletarum, qui alioqui inculpabilis existens (nam & bonis abũdant humoribus, & vires ro-
bustas athletæ habent) hoc solum malum maximũ continet, q̃ ad extremam venit repletionem:
quapropter statim eum soluere oportet. Et, sicuti rursus, qui sunt tali habitu præditi, non sunt ad
extremam euacuationẽ perducendi: sic, & qui alia quauis egent euacuatione, non sunt supra mo
dum euacuãdi. Nam, vt in vniuersum dicamus, in omni euacuatione vires ‖ ægroti oportet atten A.li.1.t.4.c.f. fol.72.g
dere: &, donec tolerant, nec laborant, tentandum est humorem exuperantem educere: cum vero
dissoluuntur vires, etiam si restent aliquæ superfluitates: cauere oportet earum euacuationem.
Quod aũt ait, Et rursus refectiones, cũ extremæ fuerint, periculosæ: siquis debeat sermonẽ hunc
ad exemplum referre, ne sit decurtatus, de vltima dictus repletione videbitur, quam iubet caueri,
& non vsqueadeo reficere corpora, vt ad extremam veniant repletionem. Si vero sermonis figu
ram attenderis, vt non nulli expositores fecere: de eadem re bis ipsum dicere, sed aliter atque ali-
ter, cogitabis. Cum igitur ita dixerit, Sic & euacuationes, quæ ad extremum perducunt, periculo
sæ: per hoc ipsum solum putabis præcipere, fugiendas esse immodicas euacuationes, q̃m sint ad-
modum periculosæ. Cum vero postea subiungens dixerit, Et rursus refectiones, cum extremæ
fuerint, periculosæ: ob hoc vetare immodicas euacuationes, q̃m & refectiones post ipsas factæ,

haudquaq̃

A haudquaquã ſecurę exiſtunt, cum ſit natura iam facta imbecillis, & neq; iam poſſit ſufficiẽter coquere, neq; diſtribuere alimentum, neq; aſſimilare. Verum, ſiquis ita ſermonem acceperit: altera doctrinæ pars de extrema repletione, manifeſte relinquetur, & fruſtra exemplum de bono exercitatorum habitu erit allatum. Quid, ꝙ & hoc ipſum verbum /rurſus/ in tota adiectũ oratione, ſententiam, quam diximus, videtur manifeſtare, cum ita dicat /et rurſus refectiones, cũ extremæ fuerint, periculoſæ/? Vt enim, qui de altera re ſermonem faciat, ita verbum /rurſus/ appoſuit.

3ª. Aphor. 28. 26.a

4 ‖ *Victus tenuis atq; exquiſitus, in paſſionibus quidẽ lõgis ſemper, in acutis uero, in quibus nõ cõuenit, periculoſus. Et rurſus, qui ad extremũ deuenit tenuitatis, grauis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremũ deueniunt graues ſunt.*

Cũ in ſuperiori aphoriſmo de qualibet in vniuerſum imodica repletione atq; euacuatione locutus fuerit: in hoc de ęgrotãtiũ victu ſermonẽ habet, pręcipiẽs nobis, in paſſionibus lõgis ſemp victũ cauere tenuẽ, in acutis vero nõ ſemp: plurimi enim horũ victũ tenuẽ exigere videnť: quidã vero eorũ & illũ, qui ad extremũ tenuitatis deuenit. Eſſet aũt victus tenuis in extremo, qui p ſolã inediã vel melicratũ, vſq; ad iudicationẽ ꝓcedit: Tenuis vero, qui p pauca, aut parũ nutriẽtia edulia, qualis ẽ ptiſſanæ ſuccus. Eius aũt terminus eſt viriũ diminutio, quarũ gratia nutrimus. In ſanis
B itaq; corporibus ſemp oportet robur ſeruare viriũ, vel augere alimẽtis, nõ diminuere. Ac augens qdẽ alimentũ eſt, quod plenũ vocať: conſeruans aũt, quod mediocre exiſtit: diminuẽs vero, qd tenue dř. Hoc igiť ſemp fugere oportet: aliis vero, vt pſentia exigũt, vti. In ęgrotãtibus aũt raro qdẽ accidit, vt robur corporis maius reddere, ęꝑ acceperimus, ſtudeamns: magna vero ex parte ſtudemus in lõgis qdẽ morbis ſeruare vires, in acutis aũt moderate debilitatas cõſeruare. Nã, ſi eas ĩ iſtis
A.lib.1.t.4.c.1. fol.71.a tales, quales accepimus, vel ſeruare, vel augere ſemp ſtuduerimus, morbũ augebimus. Qui" vero morbi acuti victũ exigãt tenuiſſimũ in extremo, qui q; tenuiſſimũ quidẽ, nõ tñ in extremo, & q tenuẽ: in libro de victu acutorũ (qui de ptiſſana à nõ nullis inſcribitur) plenius Hippocrates docuit: & nos noſtris in eundẽ librũ expõnibus, totũ ſermonẽ abſoluimus. Nũc vero tñ hoc dixiſſe ſufficiat, in oĩbus morbis, in quibus vigor & iudicatio primis quatuor diebus futura eſt, mõ vires ſint fortiores, integrã inediã ſeruandã eſſe, quę eſt in extremo tenuiſſimus victus. In quibus vero nõ vltra primã ſeptimanã protrahentur, fortibus exiſtẽtibus viribus, ſolo melicrato vti ſufficiet. Solus aũt hic victus tenuiſſimus eſſet, nõ tñ in extremo. Quòd ſi viribus nõ fidamus, ptiſſanę vtemur ſucco: rõnabiliter ęꝑ huiuſcemodi victus tenuis diceretť: ſicuti, qui p ptiſſanã hordeaceã, non eſt qdẽ tenuis exquiſite, niſi oĩno pauca aſſumpta fuerit: non tñ propterea plenus, qualis qui fit p
C oua, & alicã, & piſces, atq; alia huiuſcemodi. Quod igitur adiectũ eſt ſermoni de acutis, in quibus nõ cõuenit, [a] haũdquaquã dicitť propter peracutos, de his enim ipſe mox inquiet: Vbi igiť morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos labores habet, & victu extreme tenuiſſimo vtendum eſt.

5 *In tenui victu ægri delinquunt: quo fit, vt magis lædantur. Quicunque enim error committitur, maior in hoc fit, quàm in paulo pleniori victu. Propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit valde tenuis & conſtitutus & exquiſitus victus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atq; admodum exquiſitus, eo, qui ſit paulo plenior, magis periculoſus.*

Huius initium aphoriſmi etiã aliter ſcriptũ inueniť, hoc modo: In tenui victu magna ex parte [b] bifariãm peccãt, qui ęgrotãt: quo fit, vt magis lędanť. Et hanc ſcripturã pleriq; magis altera probant, hoc putãtes Hippocratẽ voluiſſe dicere, ꝙ in tenui victu bifariãm ęgri delinquentes, magis lędunť. Nam inſciis medicis ob hoc ipſum coguntť cibari, qm̃ tenui victu ab ipſis regũtur: & hinc maius detrimentũ ſuſcipiunt, ęꝑ ſi victu tenui non regerentur. [c]† Adhuc aũt delinquunt, ſcilicet & iã natura exiſtente imbecilli, vt quę antea alimenti inopia laborauerit. Mihi autẽ videtur prior ſcriptura melior, vt quæ hanc quoq; cõplectitur, & ſermonẽ facit generaliorẽ, cum de omni deli-
D cto doceat, ſiue volentibus, ſiue inuitis ęgrotantibus accidat: vt talis ſit ſermo. Quicũq; error accidit ęgrotantibus, qui tenui victu regũtur, hic maius affert periculum, quia & natura à tali victu debilis facta eſt, & ad eũ tranſitus eſt inſuetus. Confirmant antedictã ſcripturã ea, quæ de ſanis dicuntur, in quibus tenuẽ ait victũ eſſe periculoſum, qm̃ errores grauius ferunt, non quia propter victus tenuitatem cogantur delinquere. Quæ vero de aphoriſmo ſequuntur, ſunt manifeſta.

5. Metho. med. 7ª. 36. I

6 ‖ *Extremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt.*

Extremos morbos nominauit Hippocrates maximos, vltra quos non ſunt alij. Quare præcipit in ipſis tota curatione exquiſitiſſima nos vti, ac proculdubio victum quoq; adhibere tenuiſſimum: tales aũt prorſus ſunt morbi peracuti, (in peracutis autẽ, qui tertio die ad ſummũ vigorem
1. de Criſibus. 4ª. 128. h 1. de Dieb. dec. 4ª. 151. a & 2. de Dieb⁹ decr. 4ª. 155. d. & 156. d 3. Methodi medendi. 7ª. 52. c perueniũt, victus ſumme tenuiſſimus optimus eſt.) Vnde ſequentẽ ſubiungens aphoriſmũ, ait.

7 ‖ *Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Vbi uero nõ, ſed pleniorẽ uictũ cõtingit adhibere: [d]† tantũ cibi indulgendum eſt, quantũ morbus extremis eſt mollior.*

Sicuti ſuperius morbos, qui maximi ſunt, extremos nominauit: ita & nunc labores, q maximi ſunt, extremos appellat: labores autem, (græce πόνους) vel acceſſiones, vel ſimpliciter caſus vniuerſos.

A* Dictio hæc non eſt in codicibus græcis.

B* Codi. multi antiqui habẽt δίχως, vt Leonicenus vertit. impreſſi dictionem hanc non habent: & ita etiã pauto poſt codi. græci antiqui habent δίχως vt Leonicenus: ĩpreſſi non habent.

C† Codi. qdã antiqui habẽt ἔτι δὲ ἁμαρτάνουσι, id eſt Adhuc aũt delinquunt & c. vt Leonic. impreſſi habent ὅτι δὲ ἁμαρτάνουσι, δῆλον, ὅτι &c. vt poſtea ita ſit vertẽdum: Qđ aũt delinquãt, manifeſtũ eſt, q̃m vires habẽ imbecillas.

D† τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν ὁκόσον ἄν, &c. i. tantum declinandum. ſ. ab tenuiſſimo uictu quantũ &c. vide infra in litera g. h

uersos. Etenim acceſſiones, atq; oēs ſimpliciter caſus maximos poſſidet morbus peracutus ſtatim E
in primis morbi diebus: nā in ipſos ſtatim morbi incidit vigor: qui nihil aliud eſt, q morbi, quantum ad caſus attinet, maximū. Iam vero morbus ille eſt peracutus, qui ſtatim in ſummo vigore cō ſiſtit. Statim autē, eſt intelligendū, circa primos quatuor dies, vel paulo vlterius. Idcirco autē extreme tenuem victū adhibere conuenit, ſi modo victus tenuiſſimus morbis in vigore conſiſtentibus eſt neceſſarius: quēadmodum docuit in libro de victu acutorum, & in hoc ipſo aphoriſmo. Conſiſtit autē in vigore morbus peracutus ſtatim in primis diebus. Quòd autē ſit rationi conſonum in morbi vigore tenuiſſimo vti victu, alibi eſt à nobis plenius oſtenſum. Nunc id tm̄ dixiſſe ſat erit, q, ſi quis pp inflammationes, vel febres (quæ à morbis acutis ſunt inſeparabiles) quiſpiam veretur effatu dignū afferre alimentū: hoc ipſum morbo in ſuo vigore conſiſtente magis verebit facere. Tunc enim ‖ phlegmaſię, vt appellat ipſe in libro de victu acutorū, maximæ exiſtunt: ſiue quis per phlegmaſias velit intelligere illas, quæ proprie dicuntur phlegmonę. i. inflammationes: ſiue etiā libeat febres vnà complecti, ſm antiquā vocabuli acceptionē. Accedit ad hęc, q melius eſt naturā permittere vacare circa morbi coctionē, morbo in ſuo vigore conſiſtente, neq; diſtrahere ipſam ad cibos recenter aſſumptos conficiendos. His rationibus itaq;, cū morbus in vigore cōſiſtit, victu tenuiſſimo oportet vti. Hoc ergo ſuppoſito, in aliis morbis, qui ſuum vigorē ſunt poſterius accepturi, non licet afferre ſtatim ab initio extreme tenuiſſimū victū. Nam ſic prius homo morietur, q morbus ad vigorē perueniat. In quibus vero morbi vigor ſtatim futurus eſt, hoc eſt in primis quatuor diebus, in iis poſſumus victu extreme tenuiſſimo vti: cum vires tolerent & inediam omnimodā, & ſolius melicrati exhibitionē, & ptiſſanæ ſuccum paucum oīno: talis quidē tenuiſſimus eſt victus. Qui vero hoc minus tenuis exiſtit, quem etiā pleniorem nominauit, illis conuenit morbis, qui poſterius in ſuo debent vigore conſiſtere: in quibus præcipit tantū à victus tenuitate declinare, quantū morbus ab extremis recedit hoc eſt à vigore. Hoc enim proximo exiſtente, paulo pleniorē victum afferemus: longius vero diſtante, multo pleniorem: &, quanto tardiorem fore ſummū morbi vigorem expectabimus, tantum & victus formam commutabimus. F

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 4. t. 21. 72. a. 137. b

8 ‖ *Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt.*

8 Metho. med. 7a. 52. c de Vict. rat. in morb. acut. cō. 2. t. 15. 7a. 118. f de Optima ſecta ad Traſyb. Iſagō. 28. d

Hic pariter ſermo pars quædam eſt artis dieteticæ, id eſt, quæ docet victum conuenientem adhibere: qui à non nullis ſeorſum ſcribitur per verba nunc dicta: ab aliis vero antecedenti annectitur aphoriſmo, eo modo, quo ante ſcriptus eſt. Docet autem nos, vtcunq; ſcribatur, vnum & idē theorema, antiquo magiſtro præcipiente, vt, cum morbus in ſuo vigore conſiſtit, victu tenuiſſimo vtamur, tum propter caſuum magnitudinem, tum propter morbi coctionem. Neque enim diſtrahere oportet naturam ad alteram nouam coctionem, cum eo tempore humorum morbum facientium coctioni fortiter vacet, & haud ita multo poſt ipſos ſit euictura: ſic enim à nobis oſtē ſum eſt in tractatione de Criſibus: de iis videlicet tantum morbis ſermone nunc tranſacto, in quibus omnino & curationem, & victus rationem intendimus. Ii vero ſunt, in quibus poſt vigorem ſequitur declinatio. Nam, quorum vigorē excipit mors, in his ea ſola parte artis vtimur, quæ prognoſtica nominatur, id, quod futurum ſit, prænunciantes, ne euentus rerum noſtro aſcribatur errori. Hæc igitur tibi ſit vna indicatio, ſumpta ex morbi temporibus ad victus formam, altera vero à viribus ægrotantis, quam in ſequenti docet aphoriſmo. G

9 *Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare, ad morbi vigorem: & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare: vel morbus antea deficiat, atque hebeteſcat.*

3. de Criſibus. 4a. 141. c In ptogn. cō. 1. t. 6. 4a. 198. d. & t. 31. 201. a de Vict. rat. in mor. acu. cō. 1. t. 37. 7a. 122. a A. li. 1. t. 4. c. 1. fol. 71. a

Quia in ſuperiori aphoriſmo tantum iuſſit ab eo, qui extreme tenuis victus nominatur, declinare, quanto morbus mollior extiterit † ſuo vigore } hoc in loco nunc alterā adiicit intentionē, vt quantitatē declinationis exquiſite noſcamus. Eſt autē hęc intentio, vis ipſa ęgrotātis: cuius gratia nutrimus: neq; enim morbi cauſa. "Cum enim vis ita robuſta fuerit, vt ſperemus ipſam poſſe perdurare totū tempus intermedium vſq; ad ſummum morbi vigorem, cum tali victus figura: tunc exquiſitā habebimus declinationis, quam diximus, quantitatem. Quòd ſi imbecillior extiterit, adiiciendum eſt aliquid victui, & plenior eſt adhibendus tanto, quantum virium imbecillitas expoſtulat. Quocirca aliquando in ipſo etiā morbi vigore, vbi caſus aliquis interuenerit robur naturæ diſſoluens, nutrire cogimur. Eſt autem hic quoque ſermo pars totius offerendi alimenti rationis. Vnde, ſiquis & hunc, & priorem, atque ſequentem aphoriſmum vnum fecerit, non aberrabit. Ego vero in partes ſecans expono, quoad fieri poteſt, doctrinæ gratia clarioris. H

† τῆς ἀκμῆς eſt i impreſsis, ut interpres uertit. Gurgūdio, qui hos libros olim ad verbū tranſtulit, videtur legiſſe ἐχίτων, quòd vertat, vltimis. i. extremis, et iudicio meo melius.

10 *Quibus igitur ſtatim morbus in vigore conſiſtit, iis etiam ſtatim tenuis "victus adhibendus eſt: quibus vero poſterius debet conſiſtere, iis & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud, cibus ſubtrahendus: prius vero vberius victus adhibendus eſt, vt æger ſufficiat.*

de Morborū tēporib. 3a. 86. h A. ibidem.

Hic pariter ſermo eandem ſententiā habet cum priore, niſi q eſt illo vniuerſalior. Prius enim in peracutis morbis dicebat, q ſtatim in ipſis tenuiſſimo victu vti oporteret: hic vero ſimpliciter de omnibus morbis pronunciat, quibus ſtatim conſiſtendi tempus futurum eſt, hoceſt, non

multo

A multo post primam inuasionem: iubens ob id tenuem adhibere victum. Quæ vero sequuntur, manifesta: cum eidem hæreant sententiæ.

11 de Morborum temporibus. 3ª §6. h

In ‖ accessionibus abstinẽre oportet: nam† {cibum dare} nocuum est: & quibus per circuitum fiunt accessones, in ipsa accessione abstinere oportet.

* ὑποστέλλειν quod alij vertũt subtrahere.

† προσθεναι .i. addere.

Totius quidẽ victus rationẽ in vnoquoq; morbo à duabus intentionibus iussit sumere, ex futuro totius morbi vigore, & ex viribus ægrotantis. Quo modo vero quispiam particulares ciborum oblationes faciat conuenienter, in hoc docet sermone, caueri iubẽs morborum "accessiones. Ipse vero manifestius libro de victu acutorum dixit, cp ‖ neq; cum iam adsunt, neq; cum haud ita multo post affuturæ sunt accessiones, cibus dandus est, sed cum declinant & cessant.

A.l.1.t.4.c.25. fol.82.c

12 1. de Crisibus. 4ª.126. e g. & 127.d f g & 133 a.3. de Crisib. 4ª.139.h

Accessiones ‖ vero, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora interualla fiãt: Sed & ex ijs, quæ mox apparent, indicia sumuntur: quemadmodum ‖ in morbo laterali si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si vero postea appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & sudores, quæcunq; apparuerint, vel bonam morborum iudicationem vel malam, vel breues aut longos fore morbos ostendunt.

de Victus ra. in morb. acut. cõ. 4.t.39.7ª.139.e

in Prognõ.com. 2. t.43.4ª.202. b.

in Coacis prænotionib. Sputum in pleuriticis, &c. circa medium,

B

Si, quæ prius dicta fuerunt ab eo de victus rõne, ad memoriam reuocemus: eorum, quæ nunc dicuntur, vtilitas fiet nobis manifestior. Quæ aũt prius dicta fuerunt, hæc sunt. Totius victus figuram ad duas respicies intentiones faciebat, quarum altera erat vis ęgrotantis, altera constitutio morbi. Nam considerare, an morbus sit acutus, vel peracutus, vel longus, & quando maxime vigorem accipiet: morbi constitutionem est considerare. Particulares autẽ ciborum oblationes, ex accessionibus particularibus coniecturabatur. Cum igitur tres essent intentiones ad perfectam & absolutam victus rationẽ instituẽdam, prima q; ex viribus ægrotantis, secunda ex morbi constitutione, tertia præter has ex particularibus accessionibus sumerentur: vires qdem sub primo statim ingressu dignoscere medicus potest, ex pulsibus scilicet, & alijs, q̃ ipse in libro prognostico latius scriptitauit: † quamuis forte qs dixerit virium magnitudinem esse incomprehensibilem. At, si nõ possumus earum quantitatẽ exquisite inuenire, posse tamen nos artificiosa quadam coniectura ad veritatem proxime accedere nemo inficiabitur. Morbi vero constitutionẽ, qualis nã sit, & particulares accessiones, multi medici existimarunt non posse dignosci: non tamen idem sensit Hippocrates: sed & in hac parte, sicuti, & in alijs omnibus sępe quidem exgsite, &, vt qspiam dixerit,

† Ex cod. græcis. Vnde nec ῖποβιβile quis dixerit esse virium magnitudinẽ dignoscere et ita Burgondio.

C perite, atq; scienter, sæpe vero coniecturaliter quidem, non tamen inartificiose, neq; longe à veritate, sed ꝓpinq; ac proxime perueniemus ad pręcognoscendum futurum cõsistendi tempus & accessionum reciprocationes. Verum hæc omnia latius, & in libris, qui Prognostica, & in ijs, qui Epidemiæ inscribuntur, Hippocrates docuit: nos q; iuxta antiq magistri sententiam, ipsius verba cũ decenti expositione apposuimus in primo libro de Crisibus: in quo ostendimus, quomodo qspiam futurum morbi vigorem possit pręcognoscere. Nunc vero sunt omnia ab Hippocrate per capita tradita: nos q; ipsa, quãbreuissime fieri poterit, dilucidabimus. Quibus vero curę est omnẽ de his disciplinam diligenter perdiscere, ad librum de Crisibus à nobis conscriptũ, legendũ accedant. Ipsi igitur quoq; morbi, & ipsas accessionum proportiones, & suas etiam constitutiones nihilominus ostendẽt: veluti in intermittẽtibus, cp tertiana cito iudicatur: quotidiana vero longa erit: quartana aũt etiã hac longior existet. In cõtinuis, quod causodes quidẽ, id est, incendẽtes, acutæ sunt, quę vero typhodes, i. succẽdentes nominãtur, longiores: mediæ vero inter has, semitertiane. Quomodo vero quispiam has omnes febres statim inuadentes dignoscat, secundo libro de Crisibus plenius edocuimus: quare non oportet huc transferre, quæ in alijs bene iam explicauimus: neq; enim sæpius eadẽ in pluribus libris sunt repetẽda, sed solum ad memoriam reuocandũ,

D quo modo, si possibile fuerit tertianã inuadentẽ statim ab initio cognoscere, ex ea comprehendere queamus, cp & cito iudicabitur, & cp per tertium diẽ fient accessiones. & hoc est, quod ab Hippocrate dicitur: Accessiones aũt, & constitutiones, morbi iudicabunt &c. Nos quidẽ, cum statim prima die febrium quartanarum initia sępe cognouissemus: non expectata secũda accessione formam victus ab initio constituimus, tanq; ad morbum, qui lõgo post tẽpore ad suum vigorẽ foret peruẽturus. idẽ in quotidiana & tertiana fecimus, tempus futuri vigoris in vtrisq; secundum proprium terminum metiẽtes. Sicuti autẽ in febribus, itidẽ in alijs morbis est faciendũ. Morbus. n. lateralis, & q peripneumonia & phrenitis à Grecis noiant, morbi acuti sunt. Angina aũt, q̃ græce synãche dr: iuxtangina, q̃ cynãche: & cholera, & distẽtio neruorũ, tetanos grece dicta, pacuti. Aqua inter cutẽ, melancholia, suppuratio, & phthoe. i. tabes, diutini. Ac morbo quidẽ laterali, & phrenitidi magna ex parte per tertium diẽ accessiones fiunt: suppurationibus aũt, quæ vẽtri eueniũt, aut hepati, & tabi, quotidie, & magis ad noctẽ: q vero ex liene laborãt, & omnino melancholicis, per quartũ. Quod aũt subinde dicitur de anni tẽporibus, ad ea, quæ antea dicta sunt, habet relationẽ. Nam & morbi constitutiones, & accessiones possunt ab anni tẽporibus vnà cũ morbo indicari. Neq; enim sufficit hoc tantum scisse, cp quartana inuasit hoc die, vt ab initio prænoscamus instituendam esse victus figuram, vt ad morbum futurum diutinum: sed ẽt, si hieme, aut vere, vel

æstate,

æstate,vel autumno suum fecit initium,prospicere oportet:id cognoscentes, quòd æstate quarta- E
næ magna ex parte breues sunt,autumnales longæ, & magis,quę hyemẽ attingunt.Nam hæc ea
dem ipse nos in sequẽtibus edocebit.siquidem & tertiana febris est quidem & alioqui celeris iu-
dicij,sed æstate lõge magis,quàm hyeme.Atq; alijs singulis morbis ęstas addidit celeritatẽ,hyems
vero tarditatem.Sed & accessiones,per tertium quidem maxima ex parte æstate fiunt, per quar-
tum vero autumno,singulis vero diebus,aut noctibus hyeme. Sicuti autem in anni tẽporibus,sic
& in tẽperaturis ex proportione res se habet:de quibus & ipse Hippocrates sępe disseruit, non ta
men hic quidquam dixit,vt ą ex vno alia nobis ad memoriam reuocanda reliquerit. Quę enim
tempus ęstiuum,eadem & ægri temperatura,si fuerit natura calidior,& siccior:& ętas, si in suo vi
gore constiterit: & locus,si calidus,& siccus,vnà indicabunt.Liquet autẽ, quòd & industria vitę,
& assuetudo eodem modo se habẽt,& præsens aeris nos ambientis constitutio:de quibus post ea
docebit.Sic,& quæcunq; de tẽpore autumnali ad morbi cõstitutionem, & accessionum recipro-
cationem assumebantur:hæc eadem,& de ætate ægrotantis,atq; natura,& vitæ industria,& assue
tudinibus,& regione,in qua ægrotat,& aeris ambientis,quę tunc vagatur,temperatura assumere
licet.Ex his quidẽ iam constare potest,ꝙ & morbi constitutionem,& accessiones cognoscemus:
constitutionẽ quidẽ,si morbus fuerit peracutus,vel diutinus,quod ad consistẽdi in vigore tẽpus F
pręcognoscẽdũ est necessariũ:accessiones vero, an per tertium,vel per quartum, vel singulis die
bus,siue qua hora diei,aut noctis sint inuasurę. Quòd vero circa finem aphorismi scribit, dein-
ceps videamus,si ad eorum,quę nos diximus,faciat declarationẽ. Sic enim Hippocrates inquit:
Et circuituum successiua incrementa,siue quotidie,siue alternis diebus, siue per maiora interual-
la fiãt.Clarum est autẽ ipsum intelligere per circuituum incremẽta,accessionum,quę in ipsis eue-
niunt,augmenta:quę & modum,quo morbus augetur,& futuri vigoris tẽpus prędinitum osten
dũt.hinc autem prędipue disces.Secũdæ accessionis ad primam accremẽtum, in hisce tribus con-
spicitur,in hora,qua fit accessio,in lõgitudine accessionis,& in magnitudine. nihil autem differt,
si in vehementia dixeris,quia hæc duo nomina sunt apud medicos vsitata,ipsaq; sępius de re eadẽ
pronunciant,cum aliquando dicunt maiorẽ fuisse febrem ea,quę præcessit, aliquando vehemen-
tiorẽ.Contingit autem hanc febrem vehementem,vel ęquales horas cum prędedẽte obtinere,vel
pauciores,vel plures:quod ad magnitudinẽ,siue vehemẽtiã accessionis non pertinet,sed ad pro-
lixitatẽ accessionis.Per accessionẽ aũt te nunc oportet intelligere deterius tẽpus totius circuitus,
quod est à primo insultu vsq; ad tẽpus in vigore cõsistẽdi:sicuti reliquum tẽpus declinationis est
melius. Cũ itaq; accessio,siue per tertium,siue per quartũ, siue quotidie fiat, anticipauerit propor G
tionẽ,atq; ita anticipando ad longius extẽditur tempus,atq; insuper vehementius afflixerit: tunc
manifestum est morbi augmẽtum. Quantũ autem augeatur, vnumquodq; ex dictis sua quantita-
te monstrabit:siquidẽ accessio pluri tẽpore anticipans,& longius,atq; vehemẽtius affligens,effa-
tu dignũ indicabit augmẽtum,& velocẽ esse morbi motũ, atq; haud ita multo post in suo vigore
futurum.Neq; enim fieri potest,vt magna incremẽta suscipiẽtibus accessionibus, nõ proxima sit
morbi cõsistentia.Contraria autẽ accessio,quę.s.parua faciat incremẽta omnium eorum, quæ di-
ximus:quantum ad hoc attinet,longius distare futurũ morbi vigorẽ ostendit. Hoc igitur ipsum
per circuituum incrementa discemus,coniectura scilicet assequi, post quantum tempus morbus
in suo vigore consistet,ac prędterea horam prędinitam,qua accessio inuasura sit. Conducit autem
prima cognitio ad formam totius victus constituendam: secunda vero ad cibum dandum in par-
ticularibus temporibus,quorum intentiones ipse ab initio docere proposuit.Quòd autem circui
tum (grędce periodum,) vocet similem ad idẽ reditum,neminẽ puto dubitare. Sed & ex ijs,quę
mox apparẽt,ait coniecturandum esse de accessione,& totius morbi constitutione.Siue aũt casus
(grędcè symptomata) siue signa, velit quispiam illa,quę mox apparent,nominare:nihil retulerit.
Illud autẽ de omnibus casibus,signis ve est cognoscendum,quòd non nulla quidem eorum signi H
ficant passionẽ,aliqua assidẽt,aliqua iudicãt:aliqua coctionẽ, aliqua cruditatem, aliqua salutem,
aliqua perniciem ostendunt.Passionis significatiua sunt, quæ vnà cum morbo inuadunt. Quæ
vero assident:aliquando simul inuadunt,aliquando superueniunt,non nunquã vero neq; omni-
no veniunt: neq; enim sunt à morbo inseparabilia,neq; eorum velut sustantiam constituunt, sed
2.Epid.sect.1ª. proprias faciunt differentias.Quę vero ab Hippocrate ‖ crisima.i.decernẽtia siue iudicãtia vocan
tur:cum primo quidem exquisite morborum principio nõ sunt apta inuadere:cum duobus alijs
autem apta sunt: de quibus paulo postea dicemus.Aliquando vero neque in his,sed,cũ morbi au
gentur,aut iã in vigore consistunt,apparent.Signa vero coctionis cõtingũt quidem & ista nunq;
in primo statim morbi principio: terminant autem illud principium,quod est pars totius morbi.
Signa vero cruditatis cum primo morbi principio statim inuadunt,& non nunquã posterius ap
parent,sicuti & mortis signa.Nam & horum generatio,morbi principium subsequtur. Morbi au
tem principium intelligi volumus(vt in cõmẽtarijs de Crisibus manifestauimus) & primũ eius
insultum,quod nullam habere latitudinem dicitur: & id,quod est sicuti pars totius morbi,quãdo
in principium diuiditur, augmentũ,& tẽpus in vigore consistẽdi,& declinationẽ: & aliud,quod
vsq; ad tertium extenditur diem.Sed & in eadem tractatione docuimus omnium casuum pote-

states:

A ſtates: & ſimul, quæ expoſitione indigere videbantur verba Hippocratis ad hoc pertinentia, expoſuimus. Sed & nunc per modum compendij de ipſis à nobis dicetur. Qui vero voluerit totam Hippocratis artem circa iſta perdiſcere, ad illam vadat tractationem. Ex mox apparentibus igitur totam iubet morbi conſtitutionem coniectari: deinde quandam morbi ſpeciem in medium adducens, ita inquit: Veluti, in laterali morbo ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi vero poſtea appareat, producit. Perſpicue vero, quod docet, aſſequeris, ſi ex tertio libro Epidemiarum ‖ apponam, quæ ipſe de Anaxione ſcribit, morbum, lateralem patiente: quem etiam ægrotum ego in primo libro de Criſibus, mea expoſitione patefeci. Verba autem Hippocratis hæc ſunt: In Abderis Anaxiona, qui iuxta portas Thracias habitabat, febris acuta inuaſit, lateris dextri dolor continuus, tuſſis ſicca: neque primis diebus expuebat aliquid: ſitibundus, peruigil: vrinæ bene coloratæ, multæ, tenues. Sexto die delirauit: neque calefacientia aliquid proficiebāt. Septimo die magis laborabat, quia febris intendebatur, & dolores non minuebantur, tuſſes'que infeſtabant, & difficulter ſpirabat. Octauo venam in cubito ſecui. ſanguis multus fluxit, qualem oportuit. dolores remiſſi ſunt, verum tuſſes ſiccæ ſubſequebantur. Vndecimo die febres minores factæ ſunt: parum circa caput ſudauit: tuſſes, & quæ à pulmone, humidiora. Die de- B cimo ſeptimo cœpit pauca quædam cocta expuere: leuatus eſt. Vigeſimo die ſudauit, & deſijt febricitare. Poſt criſim leuatus eſt: ſiticuloſus vero erat, neque à pulmone bonæ erant expurgationes. Vigeſimoſeptimo die febris rediit, tuſſijt, multa concocta eduxit: vrinis adfuit multum ſedimen album: ſitis ceſſauit, & bene ſpirauit. Trigeſimoquarto die ſudauit totus, per criſim febris omnino ſoluta eſt. Hic igitur Anaxion ab initio morbum lateralem patiebatur, nō tamen ab initio expuebat, ſed & octauo die adhuc tuſſes ſiccæ ſubſequebantur, vt inquit Hippocrates. Quare rationabiliter totius morbi ſolutio ad trigeſimumquartum diem extenta eſt: cum tamen magna ex parte lateralis morbus terminum ſuæ iudicationis habeat quartumdecimum, &, ſi non hunc, ſaltem omnino vigeſimum. Quòd ſi ante tertium diem expuiſſet: vel circa ſeptimum, vel nonum, vel omnino vndecimum diem iudicatio eſſet ſubſecuta: &, ſi in ipſo die tertio ſpuere cœpiſſet, quartumdecimum diem non tranſcendiſſet. Hoc enim accidit in omnibus inflammationibus, quę non teguntur operculo denſiore, vti in ijs, quę exteriorem occupant cutem, quaſdam ſanies (græce ichoras) reſudare, ab initio tenues, poſtea vero, ſi coctionem accipiant, & ad melius ꝓficiāt, craſſiores: & ex his ipſis craſſioribus aliquas eſſe magis concoctas, aliquas vero minus. Hoc idem in omnibus inflammationibus, quæ vel os, vel oculos infeſtant, licet intueri: C nec minus in quacunque alia corporis parte, quando pars aliqua interior ſimul cum cutis diuiſione patitur inflammationem. Nam ex huiuſcemodi vlceribus ſanies profluunt tales, quales ego dixi. Quando igitur aliqua fuerit inflammatio cum tanta meatuum anguſtatione, vt nihil extra effundatur, neceſſe eſt illam eſſe & coctu difficilem, & longo tempore perdurare. Hac igitur ratione, & in morbo laterali (qui & ipſe eſt ex genere inflammationum) attendere oportet ſigna coctionis. Nam crudiſſimus morbus eſt, in quo nihil omnino expuitur: ſecundum ordinem obtinet ille, in quo ſanies tenues: tertium, in quo craſſiores: & quartum, in quo perfectam habēt coctionem. Verum, ſi hæ circa tertium, vel quartum diem apparuerint, non contingit morbum tranſcendere ſeptimum diem. In alijs vero ſingulis neceſſe eſt, vt pro coctionis modo menſura temporis conſequatur. Sicuti igitur ſputum, perfectę coctionis ſignum eſt, quando album fuerit, & lene, & ęquale conſiſtentia, neque nimis humidum, neque nimis craſſum: eodem modo integram cruditatem oſtendit, quod nullo modo expuitur. Quòd ſi expuatur quidem, ſed tamen adhuc tenue ſit, debilis coctionis eſt ſignum. Quòd ſi impermiſtum fuerit, vel flauum, vel rufum haudquaquam bonum. Quòd ſi liuidum fuerit, aut ęruginí ſimile, aut nigrum: pernicioſiſſimū exiſtit. Cum, itaq; à nobis diſtincta ſint ſigna coctionis & cruditatis, & præter ea tertium genus D exitialium: illud ſcire oportet, quòd ſigna coctionis ſemper ſunt bona, vt quæ morbi ſolutionem haud ita multo poſt futuram oſtendant: ſicuti genus ſignorum exitialium, mortem ægri citam prędnuntiant. At vero ſigna cruditatis diutinum quidem ex neceſſitate morbum ſignificant: ſed, quantum in ipſis eſt, neque moriturum, neque euaſurum è morbo hominem oſtendunt: Tibi vero prius ægroti vires expendenti, etiam ex his licet præcognoſcere. Aliud eſt ſignorum genus, quæ iudicatoria ab ipſo nominantur: ſunt autem hæc, ſudores, ſanguinis fluxus, rigores, multum aluí profluuium, & ſimilis vomitus, dolor capitis repente inuadens, difficultas ſpirandi præter rationem & vehemens, vel cordis morſus, vel quædam in hypochondrijs citra dolorem tenſio, vigiliæ vehementes, delirium, & nox abſque ratione moleſta, & acceſſio anticipans, & lachrimæ inuoluntariæ nihil patientibus oculis neque ex triſtitia prouenientes, rubor faciei, & labrum inferius agitatum, lucida vel obſcura & tenebroſa quædam ante oculos obuerſantia, & hallucinationes quædam, & malæ vel naſus repente rubeſcentes, parotides, aut omnino alicuius in articulum decubitus generatio. Hæc igitur omnia, & præter hæc alia multa huiuſcemodi ſecundum propriam eorum ſubſtantiam caſus nominata, quatenus vero ſubitam mutationem oſtendunt, ſigna iudicatoria appellata, duplicem tibi præſtabunt prænognitionem. Siquidem morbo iam cocto ſuperuenerint, futuram ſtatim ſanitatem denunciant: Si vero

3. Epid. com. 3. t. 79. 3ª. 150. b

crudo

crudo adhuc morbo, iudicationem non bonam, quæ aut perniciem agat, aut in longum tempus E
morbum producat. Quòd vero alia sit natura horum signorum, quę iudicatoria nominantur, alia
vero eorum, quę coctionem significant, hinc discere possis. In primo libro Epidemiarum inquit
1.Epid.com.2. t.45.46.3ª.112. b.c Hippocrates: ‖ Coctiones, iudicationis celeritatē, salutisq; securitatē significant: ‖ Cruda vero, & »
incōcta, & quæ in abscessus malos conuertuntur, iudicationum carentias, vel dolores, vel tempo- »
ris longitudinem, vel mortes, vel recidiuas ostendunt. Ita quidem hic in vniuersum collaudauit »
morbi coctionem: in libro autem, qui Prognostica inscribitur, particulatim in hunc modū simul »
in Progn.cō.2. t.26.4ª.200.b. docēs ipsius indicia: ‖ Vrina autem optima est, quando sedimentum album, lene, & ęquale fuerit »
per omne tempus, donec morbus iudicetur. Significat enim salutis securitatem, & morbū pauco »
tempore duraturum. Sic rursus laudauit vrinam monstrantē coctionem in venoso genere. Rur- A.l.1.f.2.d.3.c.
Ibidem. t. 13. 199.a sus aūt, cum dicit, ‖ Alui autem excrementū optimum est, quod est molle, consistens, & hora ex 6.fol.54.c »
cretū, qua solet, cum sanitas adest. Hic indicia coctionum ventris simul collaudat ac docet. Sic & »
eam, quæ fit in membris respirationi seruientibus, coctionem simul collaudans ac docēs, in hunc »
modum scribit: Sputum oportet in omnibus doloribus, qui pulmonē, & costas infestāt, celeriter, »
ac facile expui, flauitiē q; valde sputo commistam apparere. Coctionis igitur signa semper bona »
2.Epid.sect.1ª. sunt, iudicationis vero signa non semper. Sic ergo, inquit, ‖ Signa iudicatoria, nō iudicātia, aliqua F »
mortem, aliqua difficilem iudicationem portendunt. Saneq;, & cum ait, quæ ad melius iudicant, »
non confestim appareant: per hæc verba eandem indicat sententiam. Nam coctionis signa, quo- »
cunq; tempore apparent, bona sunt. semper enim eorum vniuersum genus optimum existit. Nō
ergo repugnat illud, quod nunc dictum est, in morbo laterali sputum si statim appareat, illi alteri,
quod dicitur, signa iudicantia ad melius, non statim appareant. Nam signa iudicatoria non nunq;
mala fiunt: signum vero coctionis nullum vnquam prauum fuit, sed oia optima semper: & tāto
citius ægrum sanitatem recuperaturū ostendunt, quanto citius apparuerint. Hæc dixisse sufficiat
per modum cōpendij, quantum ad præsentem attinet locum. Totam vero de istis antiqui magi-
stri sententiam in libro de Crisibus exposuimus. Vt aūt sermo, quem nuper diuidēdo proposui,
perfectus habeatur: quomodo à dictis differant, & quę passionis significatiua, & q̄ assidentia di-
cuntur signa, hinc volo transigere, vnā in mediū adducens pro exēplo passionē, hanc ipsam vide
licet, quam Hippocrates nominauit. In morbo igitur laterali, acuta quidem febris vnà cum spirā-
di difficultate, & tussi, & dolore lateris pūgēti, signa passionis significatiua nominātur. Quòd au
tem dolor aut ad hypochondriū, aut ad clauim perueniat, assidentia dicūtur: sicuti, q̄ facilius in la
tus patiens, quàm in alterum, decūbat ęger, ad idem genus assidentium attinet. Scripsit autem & G
Praxagoras Nicandri filius duo volumina de assidentibus signis: de ijs autem, quæ superueniūt,
vnum alium, ac si de mox apparentibus inscriberetur. Hæc igitur mox apparentia inquit Hippo
crates & bonam morbi iudicationem, & malam: morbumq; vel lōgū, vel breuem futurum osten
dere: Meminit autem non solum sputorum, sed & vrinarum, & excrementorum alui, & sudorū:
ea scilicet, quæ sunt in libro prognostico scripta, nobis exemplo subijciens: quæ ad hunc locum
transferre superuacuum foret. nam de his in libris de Crisibus diximus, & in commentarijs in
Prognostica: in qubus adhuc magis antiqui magistri sententiam explanauimus.

13 *Senes ‖ facillime ieiunium ferunt: secūdo loco, qui ætatem consistentem habent, minus adolescentes: omnium mini-*
In lib. de Renū affect. dign. & medi. qui Gal. ascribitur. 7ª. 195.d *me pueri, præsertim qui inter ipsos sunt viuidiores.*

Differentia etiam ętatum confert aliquid ad constituendā victus rationem: senes siquidem fa-
cile ferunt inediam, pueri vero difficulter. Est autem facilitas & in non appetendo, & nihil inde
malī sustinendo. Difficultas autem in contrarijs oritur: etenim pueri magis appetunt, & plus of-
fenduntur in longis inedijs: medię vero ętates inter senes, & pueros, quanto alteri ipsorum pro-
ximiores existunt, tanto aut minus, aut magis molestantur, atque offenduntur ex longis inedijs. H
Aph. qui hunc sequitur. Huius autem aphorismi causam ipse in sequenti docet, qui ita incipit: ‖ Qui crescunt plurimū ca-
loris innati habent. Ita vt, siquis velit ipsum priori adiungere, & cum/enim/coniunctione profer
re, tunc sermo vnus fieret, & manifestus, in hunc modum se habens/Senes facillime ieiunium fe-
runt: secundo loco qui ætatem consistentem habent: minus adolescentes: minime vero omnium
pueri: Qui enim crescunt, plurimum caloris innati habent. Appellat autem ætatem habentes cō-
sistentem, eos, qui mediam ætatem habent inter iuuenes, ac senes, ita vt ab ætate quidem vigente
recedant, nondum tamen sensum habeant senectæ manifestum. Sic autem & Thucydides quos-
dam in ætate dixit esse consistente. Verum inter hanc ætatem, & adolescentium, altera quædam
est, quę, sicuti ætatum, ita facilitatis, & difficultatis medium ordinem obtinet: ita vt neq; tam faci-
le inediam ferre possit, sicuti qui in ætate sunt consistente, atq; senili: neq; difficulter, sicuti adole-
scentes, & pueri. Eius tamen non meminit Hippocrates, cum possit eam vnusquisq; ex illis, quas
dixit, intelligere, Cum vero inquit/Præsertim qui sunt inter ipsos viuidiores/naturarū differētias
manifestat: ex pueris enim, qui calorem innatum validiorē admodum habēt, ij promptiores sunt
ad cibos assumendos, & ipsos magis possunt concoquere: &, si non assumpserint, plus offendun-
tur. Talis quidem est sermo Hippocratis: indiget tamen adhuc parua quadam additione ad per-

fectionem

A fectionem: de ijs enim, qui ſunt in principio ſenilis ætatis, recte dictum eſt, Senes facillime ieiuniũ ferunt: de ijs vero, qui ad extremã peruenerunt, non recte: quia hi nõ poſſunt tolerare longas inedias. Vel igitur addere oportet aphoriſmo exiguum quiddam, & hoc modo ipſum pronũciare, Senes facillime ieiunium ferunt, præter eos, qui ad extremam ſenectam peruenerunt: ſecundo loco, qui ætatem conſiſtentem habent. Vel verbum /ieiunium/ in ciborum paucitatem eſt cõmutandum, atq; ita dicendum, Senes ciborum paucitatem facillime tolerant: ſecundo loco, qui ętatẽ conſiſtentẽ hñt. Nã, & qui ad extremam ſenectam attingunt, inuenientur, etſi non poſſint longam inediam tolerare, paucis tamen cibis indigere. Tale enim quiddam patiũtur, quale lucernis, quæ extinguuntur, accidit, quæ & continuam exigunt olei ſuffectionem, & multã, ac ſubitam ſimul nequeunt ſuſtinere. qñquidem, & his exhibere oportet vniuerſam multitudinem paucam: et hanc ipſam cibi paucitatem in multas partiri portiones: neq; vna illis longa inedia eſt iniũgenda.

14 *Qui ‖ creſcunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioqui corpus abſumitur. Senibus vero parum calidi innati ineſt: paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt: frigidum enim eorum corpus.*

1. de Temperamentis. 1ª. 13. h de Vtilitate reſpirationis. 1ª. 225 f

B Dictum eſt à nobis plenius etiam in cõmentarijs de tẽperaturis, quo modo viſum eſt non nullis medicis eos, qui in iuuentæ vigore conſiſtunt: non nullis vero pueros eſſe calidiores. Habent enim hi quidem calorem acriorem, hi vero abundantiorem. Nunc vero etiam neceſſarium eſt dicere, quantum ad preſentem locum conducit, ſermones lõgos, quoad fieri põt, in pauca conijcientes. Hoc ipſum igitur verbum /calidum/ aliqñ transferimus ad qualitatem, cuius propriũ nomen eſt caliditas: aliqñ denominatiue totũ corpus dicimus calidum, à caliditate: eſtq; hic modus loquẽdi plurimus in omni vita, & fuit apud antiquos, veluti Theophraſtus oſtendit in eo libro, qui de calido & frigido inſcribitur. Nã, cum corporum ſubſtantia cõtrarias has qualitates, caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem viciſſim recipiat: ſecundum ſubſtantiam quidẽ recipientem, cum calidum nominamus, corpus dicimus: multũq; vel paucum dicimus eſſe calidum, ad quantitatem ſubſtantiæ referentes. Et hoc dupliciter facimus: vno quidem modo in ſubſtantijs impermiſtis, alio aũt in miſtis. In impermiſtis quidem, veluti ſi duo haberent aquam æqualiter calidam in duobus inæqualibus labris contentam: alterum diceremus plus habere calidi, qui maius labrũ poſſideret: alterum minus. In miſtis vero, veluti ſi eſſent æqualia labra, ſed inæquali mẽſura ex vino & aqua temperata: alterum ipſorum plus vini continere, alterũ plus aquæ diceremus. Cui mo

2. de Naturali. facul. 1ª. 298. a in 6. Epid. cõ. 3. t. 15. 3ª. 173. a Et com. 4. t. 14. 5ª. 183. d. & t. 17. 184. b & t. 25. 186. b

3. de Cauſis pulſuum. 4ª. 97. c

5. de ſimpliciũ medi. facul. 5ª. 33. h de Natura humana. com. 2. t. 12. 7ª. clxxx. a in lib. de Renũ affect. dign. & C do etiam ille eſſet perſimilis, ſi duo labra inæqualia ſupponeremus æqua proportione temperata. Non nunquam vero non ad ſubſtantiæ multitudinem ſermonem referentes, ſed ad qualitatem ſolam, huic quidem alicui dicimus plus calidi ineſſe, huic vero minus: ſicuti ſi ex duobus labris parẽ prorſus magnitudinem habentibus, alterum, quod calidius eſſet, pius habere calidi diceremus: alterum, quod frigidius, minus: non tamen proprie verbo /plus/ vteremur in hoc loco. melius enim eſt magis, & minus, vehementius, ac debilius, omniaq; eiuſcemodi vocabula qualitatibus accommodata: paucum vero, & multum in ſola ſubſtantiæ quantitate ſeruare. Verum non in hoc tantum huiuſmodi fiunt nominum abuſiones, ſed in quam pluribus alijs, quæ per vitã ſermone vſurpamus, idq; non minime fit in arte medicinali. Omnes ſiquidem morbos, magnos, aut paruos nominãt, quãuis ſubſtantiæ non ſint: febrem magnam, febrem paruam: apoplexiam magnam, apoplexiam paruam: ſic, & pleuritidem, & phrenitidem, & peripneumoniam, & omnes itidem alios morbos. Aduertere igitur oportet ęquiuocationes, & conſiderare, quid ſibi velit ſemper vnaquę que dictio dicẽtis. Si enim in altero ſignificato nomẽ protulerit, nos vero in alio accipientes, ſermonem redarguimus: non illum, qui protulit (ſi verũ fateri velimus) ſed noſtram potius exiſtimationem redarguimus: quod non nulli proculdubio faciũt hoc in loco, qui Hippocrati ſtudent cõ

1ª. Aph. 15. Aduerſus Lycum, Ext. ord. 64 h & 65. d. de Optima ſecta ad Thraſy. Iſagog. 29. a

D tradicere. Nã ad qualitatẽ nomen calidi trãsferentes, conãtur oſtẽdere hãc eſſe vehemẽtiorem ijs, qui in ętatis vigore cõſiſtũt. Verum Hippocrates non ad qualitatẽ, ſed ad ſubſtãtiam in præſenti ſermone refert id nomẽ. Nam ſubſtãtia innati caloris aerea eſt, & aquea, ſicuti ex ſemine licet cõiectari, quod paucam omnino terrenã ſubſtãtiam participat, plurimum aũt aeris calidi humidi q; in ſeipſo cõtinet, quemadmodum in cõmentarijs noſtris de ſemine oſtẽdimus. Iam vero & alterum noſtræ generationis principiũ ſanguis menſtruus, humidũ natura eſt. Cum igitur magis terreſtre efficitur animalis corpus (tale aũt quotidie efficitur, dum auget) tũc licet valde vehementer calidũ exiſtat, & igneum: ſubſtantiã tamẽ innati caloris pauciſſimã habet: alioqui febricitates diceremus plurimum habere calorem innatum, qui nedum plus, ſed nec priori æqualẽ habẽt. Bene enim tẽperata eſt caloris innati ſubſtãtia: ignea aũt, aduentitij. Sed, & effluxus, qui è toto corpore fiũt, caloris quidem aduẽtitij, ſunt fumei, fuliginoſi, aridi, & acres: cõtra vero, vaporoſi, ſuaues, & bene tẽperati, caloris natiui. Hæc q; ipſe potes tactu diſcernere. Nam ſanorũ calor vaporoſus eſt, atq; ſuauis, & tactu cõueniẽs, nihil triſte, nihil aſperum, nihil mordax præ ſe ferẽs: eorum vero, qui febricitãt, & pręcipue hecticas febres, aut eas, quę ex putredine humorum ortum habẽt, acris eſt, & inſuauis, ac mordax, & noſtrum corrodẽs tactum. Salubris vero eius qualitas in pueris exquiſita habetur: ſicuti plures eorum, qui in ætatis vigore conſiſtunt, inuenire contingit calorem habentes

mordacem,

mordacem,& non amplius humidum,aut vaporoſum,neq; aereum.Neque mirum hoc videri de E
bet.Oportet enim defluxum ſimilem eſſe ſubiectæ ſubſtantiæ: vt quando humida, atq; aerea ſub-
ſtantia exiſtit,tunc,quod ab ea defluit,vaporoſum eſt,atq; ſuaue: Cum vero terreſtris,atque arida:
tunc,& quod effluit,fumeum,fuligínoſumq; eſt,& acre,quod & in exterioribus euenit. Nã, quæ
ex aqua dulci,& calida euaporant,optima ſunt & vaporoſa: quæ vero ex aliquo corpore ſolido
exuſto,fumea ſunt,& acria. Cum igitur duæ ſubſtantiæ ſint,& hæc quidem ſuauem habeat calidi
tatem,hæc vero triſtem: alteram quidem plurimam habent pueri,alteram vero ij,qui in ætatis vi-
gore conſiſtunt,vt ad totius videlicet corporis proportionem. Vt autẽ hæc phyſice magis adhuc
pertractem,rem totam ad elementa traducam. Cum quatuor ſint elementa, ex quibus omnia
corpora ſunt tẽperata: puerile quidẽ corpus,multum in ſeipſo continet aereę,atq; aquoſę ſubſtan
tię,minimum terreſtris: contra vero eorum,qui in ætatis vigore cõſiſtunt,à terreſtri ſiccitate vin-
citur, deficit aũt aquoſa,atq; aerea ſubſtantia: adeo vt,ſi quartum in vtriſq; elementum, ignem ſci
licet,pari portione poſuerimus,atq; ęqualiter calida corpora eſſe voluerimus: nõ tñ ſimilem ſub-
ſtantiam calidam in ipſis eſſe dixerimus: cum puerorum quidem ſubſtantia humida ſit: eorum ve
ro,qui in ætatis vigore conſiſtunt,ſicca. Humida.n.ſecũdum innatum calorem maxime, quia ex
humido noſtra eſt generatio: ſicca vero ſecundum aduentitium. Sic quidẽ infantes recenter nati, F
ſubſtantiam calidam,& aquoſam plurimam participantes,plurimum dicerentur habere calorem
innatum. Qui vero ætate vigent,& iam declinant: quantum iſtæ deficiunt, terreſtris vero ſuper-
abundat,tantũ habere minorem ſubſtantiam natiui caloris putarentur. Quòd vero ex aquoſa,&
aerea ſubſtantia plus defluere ſit neceſſarium,q̃ ex terreſtri, etiam ſi ambę ſint æqualiter calidæ ſe-
cundum qualitatem: neminem arbitror dubitare. Hoc tibi etiam in exterioribus liquído licet in-
tueri. Nam ex corporibus,quæ ad ſimilem perueniunt caliditatem, non æqua portio videtur de-
fluere,ſed ex ſiccis quidem minimum,ex humidis vero plurimum. Statim igitur aqua,& oleo me
diocriter calefactis,plurimum defluit,atq; diſſoluitur: ferro vero, & ęre, atq; lapidibus, minimũ:
adeo vt,ſi tibi libuerit exponere ad ſolem ardentem aquam (ſi ita contigerit)& ferrum ęquo pon
dere,deinde tranſacto die ambo perpẽdere: aquam quidem inuenies multo ſeipſa minorem effe-
ctam,ferrum vero æquale. Sic,& ſi velis oleum æri,& ferro,& lapidi comparare: illud quidem ab
ſumptum inuenies,hęc vero ęqualem ſubſtantiæ molem retinentia. Hinc vero ad ceram, picem,
bitumen,& reſinam tranſcendens,& quæcunq; alia plurimam ſubſtantiam humidam obtinent:
videbis & hęc ſub ſole calente multo magis abſumi,atq; defluere,q̃ lapidem, æs,& ferrum, & alia
ad hũc modum ſicca. Quare,ſi neceſſarium eſt alimentũ, vt,quod effluxit ex corpore, ſuppleatur: G
ex humidioribus vero,& plus aeris participantibus,plus effluit: fit, vt huiusmodi corpora pluri
egeant alimento. Puerorum vero corpus tale exiſtit, plus humidę,& aereæ ſubſtantiæ obtinens:
non ſicuti iuũenum,& declinantium,ac ſenum,ſiccæ,atq; terreſtris. Hippocrates igitur, cum hoc
in libro propoſuiſſet cõpẽdioſam,atq; aphoriſticam doctrinam facere: nõ ita ſermonẽ ampliauit,
quemadmodum ego nunc,ſed loco iſtorum verborum, Qui creſcunt,etſi æqualem habeant ſub-
ſtantiam calidam,atq; igneam cum ijs,qui in ætatis vigore conſiſtũt,aquoſę tamen, atq; aereę ſub
ſtantię plus habent: Qui creſcunt, dixit, plurimum habent innatum calorem: Simul memoriæ
ſubijciens ipſorum ſubſtantiam,ſimul propoſitum ſuũ demonſtrans. Quia.n.humidam,& calidã
habent ſubſtantiam,qui creſcunt,idcirco plurimum ab ipſis defluere neceſſarium eſt, & plurimo
egent alimento: alioqui corpus,inquit,abſumitur: & recte. Vbi enim id,quod defluit,plurimum
eſt,quod vero influit,paucum: hic neceſſe eſt ſubiectam corrũpi ſubſtantiam. Senibus vero pau-
cum ineſt calidum: his ſanè iuxta vtrunq; appellationis ſignificatum paucũ ineſt calidum,ſiue qs
ad qualitatem ſermonem referat,ſiue ad ſubſtantiam. Nam & qualitas debilis,& ſubſtantia mini-
ma eſt: ſi quidem eorum meminimus,quæ ſupra diximus. Ob hęc igitur,inquit,paucis fomitibus
indigent. Nam fomites,græce hypocaumata,alimẽta nominauit,ſuum ſequens dogma,& omniũ H
ferè nobiliſſimorum philoſophorum,qui eorum,quæ aialia conſtituunt,elementorũ,ignem ma-
xime vitę eſſe cauſam exiſtimarũt. nam,vt lucernarũ flãmæ,q̃ uis oleum pro alimento habeant,tñ,
ſiquis id totum ſimul ſuperinfundat,extinguũtur potius,q̃ nutriantur, eodem modo & in ſeni-
bus calidum,ſui fomentum quidem habet alimenta: ſed ſi repente eorum multitudine,& cumu-
lo ſuffocetur,periculum eſt,ne extinguatur: non aliter, ac ſi paruæ ſcintillæ ignis lignorum mul-
titudinem ſuperacerues. Quod autẽ ſubinfertur,Et propterea febres ſenibus non ſimiliter acu-
tę ſunt,ſignum re vera eſt & hoc,ꝙ corpora ſenum frigida ſunt,& ꝙ ob innati caloris maxime cõ
uerſionem ad igneam ꝙuram accenditur febris. Verũ tantam euenire ſenibus cõuerſionem, vt
æqua ſit ei,quæ iunioribus accidit, vix fieri poteſt. Multum.n.calidũ prõpte in immenſum attol-
litur,paucũ vero nõ facile,ſed maximã exigit cauſam,quę cogat ad hoc. Ob hanc igiẽ cauſam,neq;
ſenes magna ex parte febricitant acutas febres, ſicuti iuniores: &,ſi qñ,quamuis raro, talis his ac-
cidat febris,qualis iuuenibus,oĩno hæc ad interitũ ęgrotantis terminat. Indicio.n.eſt immenſam
quandã eſſe magnitudinẽ cauſæ febrẽ facientis. Hæc ſufficere poſſunt ijs, qui ſecundum naturam
ſe habẽt ad intellectionẽ,& fidẽ eorũ,q̃ ſcripſit Hippocrates. Ad eos vero,qui per calũniam Hip-
pocratẽ reprehenderũt,è quorum numero vnus fuit Lycus,nos vnũ integrum volumen ſcripſi-

mus

A mus aduerſus ea, quæ contra aphoriſmum perperam obijciuntur. Huic aũt titulũ fecimus, Aduerſus Lycum, ꝙ nihil erratum ſit in aphoriſmo, cui principium eſt, Qui creſcunt plurimum habent innatum calorem. Datus autem eſt mihi Lyci liber poſt ſcriptos à me hoſce commentarios, vnde ego poſtmodum his hæc verba ſubiunxi, quæ non ſunt in ijs, quæ prius edideram. Seorſum autẽ in alio volumine defendi Hippocratem in ijs, in quibus fuerat à Lyco reprehenſus.

15 de Natura hu. com. 1. t. 36. 1ª. 32. c 8. de Hippo. & Plat. decret. 1ª. 277. f 2. de Naturali. facul. 1ª. 298. a in com. lib. de Diæta. t. 2. 2ª. 40. b in 6. Epi. cõ. 4. t. 14. 3ª. 183. d & t. 25. 186. c. & com. 5. t. 27. 195. d 3. de cauſis. pulſuum. 4ª. 97. c. in lib. de Renũ affect. dign. & med. qui Gale. aſcribit. 7ª. 195. b 1ª. Aph. 18. 9. c in Finitionib. medi. Gal. aſcript. Iſagog. 44. f A. l. 1. f. 3. d. 5. c. 1. fol. 68. h

‖ *Ventres hyeme, & vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus copioſior eſt, vnde & pluribus egent alimentis: indicio ſunt ætates, & athletæ.*

Non parum etiam tempora anni conducunt ad victus rationem inueniendam. Nam hyberno tẽpore plus appetunt homines, & cibum facilius concoquunt: contra in eſtate: cuius rei cauſam ipſe Hippocrates reddidit, inquiens ventres ‖ hyeme, & vere natura calidiſſimos eſſe. Quid autem ſit, quod/natura/dicitur, & ꝙ nõ fruſtra id verbũ adiecerit in hoc aphoriſmo, ipſe paulo poſt explanauit, inquiens, Etenim tunc calor innatus, multus: plurimo igitur indiget alimento. Ventres, itaq; hyeme, & vere calidiſſimi ſunt, non ſimpliciter, ſed calido naturali: cuius ſubſtantiam antea oſten
B di. Cauſam vero, ob quã hic idem calor hyeme augeatur, etiam Ariſtoteles explicuit. Refugit. n. ꝓ circunſtantem extrinſecus frigiditatẽ, ſicuti rurſus eſtate ad ſibi affinẽ protenditur. Atq; ita cõtingit diſſolui quidem ac diſſipari eius ſubſtãtiã tpe æſtiuo: cõtineri autem, ac cohiberi, & in profundũ ſecedere hyemali. Ob hoc igitur & coctiones, & ſanguificationes, & nutritiones hiſce temporibus ſunt meliores. Addidit aũt, & aliud ipſis contingens, nempe ꝙ ſomni lõgiſſimi fiunt, ob noctium videlicet lõgitudinem: quod neq; ipſum parum cõfert ad naturales operationes. Quod vero in fine adijcitur/Indicio ſunt ętates, & athletę/pro argumento ponitur, ꝙ plurimum alimentũ ſit neceſſariũ, vbi calidũ ſuperabundat. Pueri ſiquidem, quia calidum plurimum hñt, idcirco, et pluribus indigẽt, & plura cõcoquũt. Athletæ etiam, quia exercitijs augent calorem natiuũ, ob id multis frui poſſunt alimẽtis. Quæ igitur in aphoriſmo dicuntur, ſufficienter expoſuimus. Si qs vero ipſorum veritatem diligentius examinet, non ad oĩa aĩalia ſermonem extendat, ſed ea excipiat, q̃ in latebris degunt. Hæc. n. cũ ſe recondunt, non egent pluri alimento: qñquidem, & ſine cibo poſſunt perdurare, Et, ſi ſuppoſuerimus ea tãto vti cibo, quanto, anteq̃ recõderentur, male ipſum cõcoquerent. Quale. n. hoĩbus cõtingit aqua frigida lotis, tale etiam aĩalibus accidit hyeme. Contingit aũt hominibus, qui aqua frigida perluũtur, ſi debile corpus habuerint, refrigerari, atq;
C offendi: ſi vero robuſtum, primũ quidem innatũ calorem ad interiora refugere, ibiq; ſeipſum colligere: poſtea vero ad exteriora remeantẽ, multo, q̃ prius erat, fieri fortiorem. Sic, & aĩalium quæcunq; ſunt natura frigidiora, ijs calor innatus à frigore hyberno ſuperatur, adeo vt ferè extinguat. quare plurima ipſorũ, ſimilia mortuis cõſpiciunt, cum ſine ſenſu, ac motu in latebris iacẽt: quędã vero prorſus in hoc ipſo affectu moriũtur. Quæ aũt plurimo ſanguine abundant, atq; calore, tale quiddã hyeme patiuntur, quale accidit corporibus fortibus aqua frigida lotis. Nam calor eorũ ad interiora ſe colligit, nõ (per louem) carnibus ad hæc, prima ſede derelicta, refugientibus, ſed ſpiritu vnà cum ſanguine. Tria aũt erãt corpora, quæ archigonon, hoc eſt primogeniam noſtrã ſubſtãtiam compleuerunt, ſpiritus ſanguis, & ſeminalis humiditas, ex qua in primo ortu, veluti in libris de ſemine diximus, fiunt partes aĩalis ſolidiores: mox vero augmentũ & nutritio in iſtis perficit. Quod igitur melius hyeme cibũ concoquimus, ſanguine ac ſpiritu ad profundum corporis retrocedentibus, vnicuiq; eſt manifeſtum. Non modo igitur hoc ipſum dicit Hippocrates, ſed ꝙ plura accipere cõfert. In hiſce. n. tpibus, inquit, hoc eſt hyeme & vere, plures cibi dãdi ſunt. Atqui, ſi parum defluit, ac difflat hyberno tpe ad exteriora, multum alimẽtum nõ eſt corporibus neceſſariũ: ſiquidem nutritio eſt eius, quod euacuatur, repletio. Oportet igitur alimenti quantitatẽ eſſe eius,
D quod difflat, quãtitati proportionalem. Verum igitur eſſe, ꝙ quidã hyeme nõ modo melius concoquunt cibum, ſed etiã ꝙ pauca aſſumentes refrigerantur, atq; ideo offenduntur: ſi vero plura aſſumpſerint, in nullos phlethoricos incidunt morbos, ipſe euentus oſtendit manifeſte. Cauſę vero inquiſitio in cõmune proponatur. Neq;. n. Hippocratem ſolũ, ſed omnes alios, huiuſmodi obiectio fatigat. Nemo itaq; eſt, qui non conſentiat difflari corpora animalium ea, quę fit per ſenſui occulta foramina, difflatiõe. Idcirco enim ad hoc deueniunt, vt egeant alimento, quoniam euacuantur: ita vt, ſi nihil à corporibus noſtris effluere, ſed ſemper æqua moles ſubſtantiæ ſeruaretur, nulla foret alimenti neceſſitas. Tu vero animaduerte, nunquid hac in parte alijs quidem omnibus ratio ſit inexplicabilis, ſoli vero Hippocrati, atq; eius ſectatoribus explicabilis. Neq; enim aliud qcquam, animal ab initio afformauit, ſicuti neque rurſus adauxit, aut vſque ad mortem enutriuit, præterquam iſte calor innatus, de quo nunc habetur ſermo. Hic igitur, cum ſit omnium operum naturalium cauſa, quia copioſior eſt hyberno tempore, idcirco cibi appetentiam intendit, coctiones auget, & plus ſanguinis accumulat, & craſſius corpus efficit, & vt ſuperfluitates excernantur, prouidentiam habet. At calor circunfuſus non modo ſuperfluitates, ſed æqualiter omnia euacuat, materiam inutilem, & ea etiam, quæ in corpore ſecundum naturam continentur, vnà diſſoluens per eam, quæ à medicis occulta difflatio nominatur, quam calor innatus operatur.

Neq;

Neque enim aliud quicq̃ eſt natura animalium preter hoc calidum, ſecundum Hippocratis opi- E
nionem. Oſtenſum autem à nobis eſt in commentarijs de viribus naturalibus, naturam non ſo-
lum appetere, cõficere, agglutinare q̃ ſingulis partibus proprium alimentum, ſed & huius quoq;
ſuperfluitates diffiare: ac, quanto fortius extiterit calidum innatum, tanto magis diffiatio effugit
ſenſum. Et ob hanc cauſam Diocles inquit ſudores eſſe præter naturam, qm̃ oĩbus, quæ ad corpus
attinent, recte adminiſtratis, & alimento à natura ſubacto, nunc̃q; ſenſibilis humor per cutẽ excer-
neretur. Quæcunq;, n. in balneis, aut vehemẽtibus exercitijs, vel propter ęſtiuũ calorem exudant
homines, ex cauſis violentis originem habent. Bene igitur omnia tempore hyberno in corpore
3ª. Aph. i. & cet. vbi agit de anni temporib. & cõſtitutionib. animalis adminiſtrant̃, qm̃ hyems mediocritatẽ ſeruauerit. ‖ Nam immoderatas intemperaturas
& ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat. Quòd autem omnia bene hyberno tempore in cor-
pore animalis adminiſtrẽtur, indicio non paruo ſunt naturæ opera fortiora. Nam cibi in ventricu
lo bene concoquuntur, qm̃ calor innatus plurimus eſt: & vnà ſuperfluitates ſomnis longioribus
expurgantur, quæ quidem exquiſite extenuata ſunt, per cutem: quæ vero in vapores conuerſa
ſunt, per expirationem: quæ vero ſufficientem habent craſſitudinem, per vrinas. In his. n. plus eſt
ſedimenti, q̃ per ęſtatem, præter id q̃ etiam tota vrinarum multitudo hyeme ſufficienter augetur.
Iamuero magis nutriunt̃, & carnẽ augent corpora hyeme, & plus boni ſanguinis cumulant, niſi F
malo prorſus vtantur victu. Nam, ſi cõſideraueris, vt corpora noſtra paucum habentia ſanguinẽ
autumni tempore, atq; extenuata, ſuſcipiens hyems bonis implet humoribus, & craſſiora effi-
cit, percipies, puto, nos gubernantis robur facultatis, quæ eſt calor innatus. Verum, niſi hic abun-
dans habeat, quo fruatur, alimẽtum, primus ipſe à circunſtante frigore ſuperabitur, tam ab eo, qui
extrinſecus ingruit, q̃ ab illo, qui p̃ inſpirationẽ attrahitur: cum ipſo vero, & coctio ciborũ debili
tabit̃, & boni ſanguinis generatio, & partiũ animalis enutritio, & ſuperfluitatũ vacuatio. Si vero
tm̃ abunde habuerit alimentum, quantum poteſt euincere, & ipſe magis augebitur, & oĩa, quæ
antea diximus, circa corpus animalis perficiet. Cæterum, vt ex pluri alimento oblato, quod non
ſolũ bene in ventriculo conficiatur, ſed etiam in venis, & omni animalis parte, vnũquodq; multo
ſeipſo carnoſius reddat̃, & plus ſanguine abũdet, habẽt homines ſatis ipſa experientia compertũ,
non in ſeiplis tantũ, ſed etiam in iumentis. Nam ante ęſtatis initiũ, circa vltimã veris partẽ, & ſibi
& illis ſanguinẽ detrahunt, in memoriam reuocantes, quibus capiantur morbis, qñ repente calor
æſtiuus ſuperuenerit. Hic. n. adeo ſanguinẽ extẽdit, atq; diffundit, ac quodã modo efferuere facit,
vt, qui hactenus moderatus fuerat, non poſſit amplius in venis contineri, ſed vel dirumpat ipſas,
vel exedat: &, quando impetum fecerit ad aliquam corporis partem alijs debiliorem, in ipſa vel G
inflammationem, vel erylipelas, vel aliquod aliud tale morbi genus operetur. Nam multo plu-
res, ac grauiores morbi, quibus plenitudo dedit occaſionem, ex humorum fiunt fuſione. Hæc igi
tur omnia cum alijs aſtipulantur, quæcunq; in præſenti aphoriſmo Hippocrates docuit: tum hoc
probant, nõ ſolum poſſe calorem per id tempus multos coquere cibos, ſed etiam multis indige-
re. Semper enim oportet alimenta eſſe innati caloris multitudini proportionalia, niſi forte, vt
dixi, natura ex aeris ambientis caliditate imbecillis facta cogat ſubtrahere. Quam ob rem, cum &
de vere Hippocrates ſermonem indiſtinctius habuerit, ipſe diſtinguam: Ac primum quidem ve
ris initium hyemi ſimile magis eſſe, quàm æſtati: finem contra. Deinde quòd non nunquam talẽ
ver habet frigiditatem, qualem tempus hybernum: aliquando talem, qualem tempus æſtiuum, ca-
liditatem. In primis igitur partibus eius, ſiquando frigidum fuerit, hybernę ſimilem rationem vi-
ctus adhibebimus: in poſterioribus autem, ſiquando fuerit calidius, æſtiuæ ſimilem. Quòd ſi me
diam ſeruauerit temperaturam, victum illi proportionalem inſtituemus. Atq; hæc omnia de vi-
ctus ratione, quam ſanis oportet adhibere, dicta ſunt: deinceps autem de illa, quæ ægrotis conue-
nit, ſermonem faciet.

16 ‖ *Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime vero pueris, & alijs, qui tali victu vti conſue-* H 1. de Sanitate tuẽda. 2ª. 65. b 8. metho. med. 7ª. 54. h 1. de arte Curatiua ad Glaut. 7ª. 97. c. 1ª. Aph. 16. de Optima ſecta ad Thraſy. Iſagog. 10. c
uerunt.

*A * Codices quidam græci antiqui nõ habent hãc dictionem: plures tamen habent. Et Burgondio.*

In præcedẽtibus aphoriſmis de victus quãtitate doctrinã nobis tradidit: nunc vero de qualitate
trãſigit, multa, q̃ in arte cõducũt, breuiſſimo ſermone docẽs: ac primo qualis ſit adhibẽdus victus
febricitãtibus: deinde q̃ victuũ [a] ſanorũ indicationes in ijs quidẽ, q̃ præter naturã ſunt, cõtrarias:
in ijs aũt, q̃ ſunt ƒm naturam, ſimiles facere oporteat. Febri enim, quoniã calida & ſicca paſſio eſt,
(eſt enim conuerſio natiuę caliditatis ad igneam) victum humidum cõſulit. Humidioribus vero
naturis, ſiue propter ætatem, ſiue propter conſuetudinem, non contrarium, ſed familiarem.
B † In quibuſdã cod. græcis non ſunt hæc verba, nec in Burgondione: vt ſit vniuerſalis ppoſitio. Oportet enim conſeruare naturam [b] † {eorum per humida,} non quemadmodum morbos, de-
moliri. Qui vero aquam inter cutem, cui febris adiungitur, in medium adducentes, ſermo-
nem Hippocratis ſtudent per cauillum reprehendere, quoniam hic morbus non humidum exi-
git victum, ſed ſiccum, ignorãt ij artis curatiuæ caput in primis neceſſarium, quod nos vberius in
illa tractatione tranſegimus: id autem eſt, ſimplicem quenque affectum propria egere curatione:
plures vero inuicem copulatos tantum habere communem curationis indicationem, quantum
copulabuntur, nobis vel ei, quod magis vrget, obuiantibus, non tamen alterius cura omnino
poſthabita,

A posthabita, vel omnibus pari studio succurrentibus. Quod autem de aqua inter cutem, & simul febre laborantibus meminere, non est absimile morbo laterali, in quo sanguis expuitur. Nam & in his contrarias exigunt affectus curationes, eductio sanguinis, & passio lateralis: quæ vbi cuipiam simul contigere, ad id, quod magis vrget, obuiare oportet, non omnino posthabita etiã alterius curatione. Sicitaq; si quis simul febricitet, & ea laboret dispositione, quæ aqua inter cutem nominatur: ad ambos affectus respicientes, qui contrariam exigunt curationem, vtriq; eorum probe resistimus, quemadmodum & alijs oĩbus pari modo copulatis. Neq; igitur ipsi tale quicq; dixerimus, neq; alterum talia dicentem admiserimus: verum, siquid per verba sua Hippocrates in aphorismo non dixit, quod tñ idem habeat iudicium cum ijs, quæ ab ipso dicuntur, hoc quoq; fuisse dictum potentia, debemus existimare: nam & ætatis meminit, & consuetudinis: tu vero, & naturalis temperaturę, & temporis anni, & regionis non absq; ratione memineris, quę & ipse Hippocrates adijcit aliquando: non nunq; vero vnius, aut duorum mentione facta, reliqua, quæ sunt eiusdem naturæ, atq; ordinis, prætermittit. Fiunt autem, & ab his indicationes, quemadmodum supra & ab ætate, & à morbo fieri diximus, seruantibus nobis, quęcunq; inculpata sunt, per victum similem temperaturæ: quæcũq; vero culpata sunt, per contraria corrigentibus. Diximus autem plenius de om
B nibus indicationibus in libris, quibus ars curatiua docetur.

17 *Et quibus semel, aut bis, & quibus plura, vel pauciora, & particulatim oporteat afferre, considerandum. Condonandum autem aliquid tempori, {& regioni} ætati, & consuetudini.*

Quoniam de quantitate, & qualitate eorum, quæ offeruntur, sermonem habuit: mox docere proponit modum eorundem. Neque enim sufficit hoc solum cognoscere, q̃ huic plus, vel minus sit offerendum, vel q̃ victu exiccante, vel humectante vtendum sit: sed, nunquid semel, an sæpius qualibet die, vel nocte cibum offerre oporteat, maxime necessarium est considerare: & ad hæc ipsa ab anni tempore, ab ętate, à consuetudine sumere indicationem: sicuti in qualitate, & quantitate sumebatur. Nam ad hęc primæ erant intentiones, & morbi ipsi, & vires ægrotantis, & præterea ætas, & anni tempus, & consuetudo, & quæcunq; his sunt proportionalia: & propterea ipse Hippocrates illud adiunxit, Condonandũ est autem aliquid tempori, {regioni} ætati, & cõsuetudini, liquido ostendens per verbum /condonandum/ q̃ neq; totum, neq; maximum à talibus accipit.
Nam, si sæpius, aut raro, siue omnino nutrire oporteat: ab ægritudine, & viribus primum, & maxime accipitur: post hoc autem & ab anni tempore, & ab ætate, & talibus. Si enim vires laboran
C tis debiles fuerint, & ea, quæ in corpore est dispositio, sit ex corruptione humorum, vel defectu: parum alimenti sępius talibus afferemus: parum quidem, quia virium imbecillitas non potest totam simul multitudinem alimenti sustinere: sæpius autem, quoniã multis indiget dispositio. Defectus siquidem exigit adiectionem, corruptio vero contemperamentum. Si vero cum virium debilitate neque defectus aliquis affuerit, neque corruptio, humores autem secundum naturam moderate se habuerint, vel etiam superabundauerint: his raro, & pauca afferemus: & multo magis istud agemus, si cum virium robore humores superabundauerint. Si vero cum humorum defectu, vel corruptione vires validæ fuerint: tunc multos cibos, atque multoties ijs, qui ita laborauerint, dabimus: vtpote multos exigente dispositione, & natura robusta potente illos superare. Si vero accessiones non permiserint, neque multas alimenti offerendi occasiones præstiterint: raro plura exhibebimus. At, si vires validę fuerint cum plethorica dispositione, raro pauca afferemus. Nam, etsi eum, qui cibum debet conficere, robustum habeamus: quia tamen dispositio multis non indiget, rationabile est, vt pauca afferamus. Sic quidem oportet & à morbo, & à viribus ægrotantis ad ea, quæ proposuimus, sumere indicationes. A tempore autem, ætate, & consuetudine, & alijs, quæ his sunt proportionalia, hoc modo: Æstiuo quidem tempore, quantum ad temporis ra-
D tionem attinet, sæpius pauca danda sunt: quoniam, & pluri ægent adiectione, vt qui dissoluantur, & vires habeant imbecilles: hyberno vero tempore multa quidem propter robur virium, sed raro: quia non valde multa indigent adiectione laborantes, vt quibus non multa fiat euacuatio. Nam sanos quidem antea ostẽdimus sufficienter hyeme euacuari, quoniam plus habeant innati caloris: Vere autem medio, atq; adhuc magis æstati proximo, paucis, & ex longo interuallo nutriemus. Nam tempus id periclitatur, ne proxime accedat ad plethoricam dispositionem, propter humorum, qui hyberni temporis frigore concreuere, fusionem. Quemadmodum ergo in plethoricis dispositionibus, si vires validæ fuerint, paucum cibum, & ex longo temporis interuallo damus: sic & in vere faciendum est, præsertim in febricitantibus, de quibus nunc sermo habetur ab Hippocrate. Sanorum enim victum antea docuit. Autumnus vero morbis, qui ex corruptione fiunt, assimilatur. Quapropter, qui eo febricitant tempore, continua boni indigent adiectione: &, si vires validę fuerint, sępe, & multa dabimus: sin imbecilles, pauca, & sępius afferemus. Simili modo quispiam & ab ætatibus, & à consuetudine, & à regionibus sumeret indicationes, ad duas primas redigens intentiones. Singula enim, quæ diximus, aut fortes, aut debiles vires efficiunt, & corpus reddunt, aut superabundans bonis humoribus, aut sufficientibus carens, aut vitio humorum deprauatum.

A.li.1.f.3.d.5. c.1.fol.68.f

18 ‖ *Æstate, & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime: secundum locum ver habet.* E de Natu hum. cō. 1. t. 36. 1ª. 31. c

Non bis, vt forte quispiam existimauerit, de eisdem disseruit Hippocrates, cum superius illum scripserit aphorismum, cuius principium est, ‖ Vētres hyeme, & vere calidissimi sunt natura: nūc autem rursus, ꝙ Æstate, & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, & ver secundū habet locum: Verum, quoniam & ad quantitatem victus, & ad modum vsus ciborum tam in sanis, q̄ in ęgris, quandam accipit à temporibus indicationem: non absq; ratione eorum in vtrisq; cōmeminit: illic quidem ostendens cibos plures sanis dari hyeme oportere, quoniam plus inest innati caloris, quem nutriri oportet: nunc autem ꝙ si semel etiam multum illis ciborum attuleris, haud quaq; nocebis. Facile.n. omnes ferunt ciborū multitudinem hyeme, difficulter vero æstate. Quapp hyeme quidem raro, & multos cibos afferri concedendū est: æstate vero, quia cibos ferunt difficulter (siquidem is, cui eos coquendi, ac conficiēdi officium natura tribuit, calor innatus scilicet, exiguus est) cauēdum omnino est, ne totum simul cibum exhibeamus: sed studere oportet, vt frequentius pauca afferamus. Nam corporis dispositio similis ijs, qui ex humorum defectu morbi consistunt, existens, exigit adiectionem: Hyems quidem, atq; ęstas talem naturam habent: reliqua vero duo tempora, autumnus quidem æstatem subsequit, ver autem hiemem. Et causa aperta est. F Nam refrigerari, & cogi in vnum, atque densari corpora autumno: laxari vero, & rara fieri verno tempore incipiunt. Ob hanc igitur rationem, nō idem bis de temporibus enunciauit: & ob illam etiam, quia in altero aphorismo de sanis sermo habebatur.

Supra, Aph. 15. in Cōm. lib. de Dięta. t. 2. 2ª. 40. b

19 *Ijs, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neq; cogere, sed subtrahere adiectioni ante iudicationes.*

Cum igitur tria sint capita, quibus victus ratio comprehenditur, quātitas ciborum, qualitas, & vtendi modus: ad duo quidē priora capita ex accessionibus nullam habemus vtilitatem, ad tertiū vero ex accessionibus aliquid sumere possumus. Quare non temere Hippocrates earū in tertio capite meminit. Nam tēpora commoda ciborum particularium, præcipue docēt accessiones, in morbis tū, in quibus ordinatim obueniunt, hoc est per circuitus: atq; ideo ipse quoq; Hippocrates inquit /Iis, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet/ vt qui non ignoraret alios esse, quibus fierent in morbis accessiones, non tū per circuitus, hoc est non ordinatim. In hisce igitur ratio exquisita inueniendi temporis, quo cibus offeratur, haberi nequit. In quibus vero accessionū ordo seruatur: principia earum oportet obseruare, hoc est, ne eis iam factis, vel non multo post futuris, nutriamus. Quod aūt dicitur /ante iudicationes/ vel ante accessiones quascunq; simplr, vel G ante morbi vigores, vel ante illas, quæ proprie iudicationes noīantur, est intelligēdum. Nam hic triplex intellectus, verus est. Primus aūt magis videt ad propositum pertinere, si videlicet ante accessiones intelligamus. Nam de morbi vigore, retro dictum est: &, si de hoc intelligatur, ēt de iudicatione intelligetur: qm̄ maxima ex parte morbo in suo vigore consistente fiunt iudicationes.

20 ‖ *Quæ iudicantur, & iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare aliquid. siue medicamentis, siue aliter irritando, sed sinere.* de Venæ sect. ª aduers. Erasist. 6ª. 6. c

Iam perfecto de victus ratione sermone, ad alterum caput transcendit: in quo docet, qñ sit totum ipsi naturæ permittendum, quod ad regimen pertinet ægrotantis, nihil aliud nobis agentibus, nisi victum cōuenientem instituentibus: qñ etiam non sit totum naturæ permittendum, sed & aliquid nos oporteat operari. Vbi igitur (inquit) vel integra iudicatio facta est, vel adhuc fit, totum naturæ permittere, & nihil nos nouare oportet: vbi vero indeficienter iudicat, id, quod deficit, supplere nos cōuenit. Hoc aūt & ipse dicebat in libro de humoribus, per hęc verba ‖ Quę perfecte iudicantur, nō mouere: neq; medicamentis, neq; aliter irritando, nouare quicq̄. Nam, quod in aphorismis ἀρτίως, i. integre dixit, hoc in illo libro cōmutans ἄπαρτι, i. perfecte noīauit. Est au H tem huius nominis ἄπαρτι apud alios antiquos significatū pro cumulate, plene, atq; indeficiēter: quę oīa etiam hoc loco per ἀρτίως, i. integre, debemus accipere. Neq;.n. per id verbū, dies pares oportet intelligere: esset enim in propatulo falsum, si quis in diebus paribus, vel iudicatus est, vel iudicat, nihil in his nouadum esse. Neq; etiā hęc dictio ἀρτίως, hoc in loco significat nuper: quod maxime ostendunt verba sequentia. Neq;.n. simpliciter dixit ἀρτίως, hoc est nuper, iudicata, sed quæ iudicant, & iudicata sunt: quorū alteri quidē /iudicata/ aduerbiū ἀρτίως, i. nuper, posset conuenire: alteri vero /iudicantur/ nullo modo. Sed & hoc ipsa rerum euidentia demonstrat. Neq;.n. siquid paulo antea fit iudicatum, hoc nouari non debet: sed si perfecte, si indeficienter, si plene, tūc verum est, quod dicitur. Siquid vero deficiat: id, quod deficit, oportet adiungere. Nam, quę post iudicationem relinquuntur, faciunt recidiuas. Quæ nam igitur est perfecta, & indeficiens iudicatio? nempe in qua cuncta bene procedunt, & cui nullus numerus deficit iudicatorius. Primum.n. melior est iudicatio, quæ fit per euacuationem inferiorem, q̄ quæ per abscessum: deinde per quam humor noxius, & redundans, q̄ per quā alter euacuatur: tertio loco, quæ κατ' ἴξιν, i. secūdum processum fit, quàm quæ secūdum processum non fit: vocat autem ipse secūdum processum id, quod recto tramite procedit: & quarto post has, quæ facile toleratur: quæ cum coctione fit, & in de-

in lib. d Hum. paulo ante dimidium libri.

* Hęc vox non est in gręcis codicibus.

cretorio

A cretorio die. Hæc omnia adesse conuenit perfectæ iudicationi: cui siquid desit, vel plura: neq; exquisita, neq; integra fuerit iudicatio.

21 17. de Vsu par. 1ª.122.g in 1.Epid.cõ.3. t.24.3ª.124.c in 6.Epid.cõ.2. t.19.3ª.165.c de Venæ sect. aduersus Erasi. 6ª.6.c de Vict. rat. in mor.acut.cõ.2. t.10.7ª.117.c

‖ *Quæ ducere oportet, quò maxime natura vergit per loca conferentia, eo ducere conuenit.* in Lib. de Humo. i principio, et paulo ante dimidium.

Quænam sunt illa, quæ ducere oporteat: nempe quę neq; iudicantur, neq; integre sunt iudicata: hæc igitur per quam partem sint euacuanda, docet, duplicem nobis dans intẽtionem, & ipsam partis naturam, & humoris inclinationem. Ad quem enim locum ex conferentibus vergit, eo ducere conuenit. Sunt aũt euacuationibus conferentia loca, intestina, venter, vesica, vterus, cutis vniuersa: ad hæc, palatum, & nares, qñ vel cerebrũ expurgamus, vel per profluuium sanguinis fit ἔκκρισις, aliter κρίσις. excretio: præcipue q; si κατ' ἴξιν, hoc est per directum ad locum patientem. Nam, quæ contra fiunt profluuia sanguinis, mala sunt. Inclinationes vero humoris noxij ad loca nõ conferentia fiunt, qñ vel aliquem habuerint suapte natura principatum, & maius ex ipsis damnum est subsecuturum, q̃ morbi, qui iudicatur, dignitas expostulet: vel nullam habeant effluxionem. Exempli gratia, vbi hepar humores infestant, quos oporteat euacuari, duæ sunt ipsorum accõmodæ inclinationes: prior per ventrem: cuius illa melior est, quæ per inferiora, q̃ quæ per vomitum: secunda per renes, atq;
B vesicam. Non tamen, quæ ad pulmonem, thoracem, & cor est inclinatio, bona est. Oportet itaque medicum naturæ inclinationem animaduertere: &, siquidem idonea fuerit, subministrare & adiuuare: sin autem contrarie simul ac noxie fiat, prohibere, transferre, atq; diuertere oportet.

22 4. de Sanitate tuẽda. 2ª.84.h de Totius morbi tpib. 3ª.88.e 1. de Crisibus 4ª. 128, g. Et 142.a 8. de Compt si. medi. secundũ Loc. 5ª.191. b de Vict. rat. in mor. acu. cõ.4. t.22.7ª.137.c. Et t. 38.139.e 1ª Aphori.24. 10.f

‖ *Concocta medicari, atq; mouere, non cruda neque in principijs, modo non turgeant: plurima vero non turgent.* In eodem.

Consueuit Hippocrates dicere, medicari (græce φαρμακεύειν) pro vti medicamento purgante. Verbum aũt /ὀργᾶν/ hoc est turgere, translatũ est ab aĩalibus † concubitum appetentibus } ad humores. Nã, sicuti illa stare loco non possunt, quadã titillatione impulsa, eo q; affectu cõcitata: sic & humores plerunq; in motu vehementiore, atq; trãsfluxu à partibus ad partes, in morbi principio hoiem infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes, cum & ipsi pariter moueant, & transfluant, & titillatione ægrum molestent. Tales igitur humores euacuare conuenit: hoc est, qui sunt in motu, & latione, & fluxu: Eos vero, qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati: neq; alio vllo auxilio mouere oportet, neq; medicari ante coctionem. Tũc enim naturam quoq; ipsam habemus euacuationi adminiculantem: conspicitur siquidem, & ipsa post coctiones, & humores discernere, & superfluitates expellere: quo in tempore fiunt & iudicationes. Sed, cum perfecte ip-
C sa mouet, nullo medicamento opus est: cum mediocrius atq; imbecillius agit, id, quod deficit, oportet supplere: vt ab vtroq; noxij humoris fiat euacuatio, natura quidem expellente, medicamento vero attrahente. Ostensum enim est à nobis in cõmentarijs de potentijs naturalibus naturã vniuscuiusq; particulæ, quatuor vti potentijs, attractiua proprij alimenti, & eiusdem retentiua, præterea quoq; concoctiua, & quarta alienorum expulsiua. Singula vero medicamenta proprium sibi attrahunt humorem. Bene autem sermoni addidit /Plurima vero non turgent/. discere q; oportet hoc ab experientia, raro contingere, vt humores ab vna parte ad aliam transfluant, sed frequẽtius accidere, vt in vna aliqua parte quiescant atq; consistant: in qua ẽt concoquuntur toto morbi tempore vsq; ad eius solutionem. Scire autem oportet, q; in quibusdam exemplaribus hic aphorismus scriptus non est: in libro autem de humoribus passim scriptus inuenitur.

† ὀργῶντων.

23 in 1.Pror.cõ.2. t.58.4ª.177. b de Venæ sect. aduers. Erasist. Rom.6ª.12.c

‖ *Deiectiones non multitudine sunt æstimandæ, sed si talia deijciuntur, qualia conueniunt, & ægri facile tolerant. Atque, vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.* In eodem.

Siue à natura, siue à nobis euacuatio fiat, oportet omnino constituere quandam ipsius mensuram. Sicuti.n. qualitatem pro humoris molestantis ratione vacuari: ita videlicet quantitatem mul
D titudini molestantis humoris respondere oportet. Sed qualitatis quidem indicia superius diximus, vbi illum aphorismũ exposuimus, cuius principium est, ‖ In perturbationibus vẽtris. Quantitatis vero nullum tale habemus indicium. Ob hanc igitur causam nobis dedit Hippocrates de eadem quantitate iudicandi viam, ex facilitate tolerantiæ. Nam, si humor superexcedens euacuetur, tunc ipsum se ipso ægrotum fieri leuiorem, & melius tolerare est necessarium: quòd si aliquod etiam ex ijs, quæ sunt secundum naturam, excernatur: dissolui, ac debilitari ægri vires, & tolerãtiæ difficultatem sentiri. Quare non promptam eorum, quæ euacuantur, quantitatis phãtasiam oportet attendere, sed duas, quæ dictæ sunt, notas, si qualia oportet euacuantur, & si facile tolerãt. Quod autem postea ab ipso subiungitur, Atq; vbi vsq; ad animi defectionem expedit ducere: recte quidem ab ipso dictum est, sed adijcere oportet vsus notas: quas quia ipse prætermisit, nos ex quibus ipsa experientia & ratione videmur inuenisse dispositiones, in quibus expedit vsq; ad animi defectionem euacuare, dicemus. Et primum, vsq; ad qualem animi defectionem dictum ab ipso fuerit, distinguere oportet. Neq; enim tales dicit animi defectus, qui & expauescẽtibus aliquando ægris venæ sectionem, vel tale auxilium aliquod, solent accidere: neque cum in ore ventriculi humores mordaces aliquando fuerint, vel prius in ipso coaceruati, vel qui in ipso remedij vsu ad ipsum confluxerint, qui causam dederint animæ defectionis. Solent enim & hoc tempore pati

Sup. Aph. 2. 3. b

animi defectionem: non tamen huiuſmodi animi defectio eſt ſufficiens menſura euacuationis, E quæ non nunquam, antequam conueniat, contingit: ſicuti febricitantes plericq;, vel inter ſurgendum, vel reſidendum, animo defecerunt: ob quam cauſam accumbentibus ipſis ſecamus venam. Ea igitur, quæ fit animi defectio ratione euacuationis, nunc ab Hippocrate dicta eſt eſſe menſura euacuationis, & in maximis inflammationibus, & in ardentiſſimis febribus, & vehementiſſimis doloribus. Oportet autem (ſicuti & ipſe inquit) viribus integris, atq; valentibus, tantam moliri euacuationem: & nos ſæpius huiuſcemodi euacuationes prodeſſe plurimum, experientia didicimus. Nam & in ardentiſſimis febribus, ſi vſq; ad animi defectionem ſanguis mittatur, ſtatim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur: plurimis etiam aluus citatur, & ſudores emanant, ac quidam eorum ex his ſanitati prorſus ſunt reſtituti: alij valde adiuti vehementiam ægritudinis abſciderunt. In maximis etiam inflammationibus, & vehementiſſimis doloribus nullum maius noui remedium, quàm vſque ad animi defectionem euacuare adhibita diſtinctione, an mittere ſanguinem, an purgare oporteat † vſq; ad animi defectionem, } quemadmodum in libro de venæ ſectione monſtrauimus.

† Hęc verba nõ ſunt in tralatione veteri, nec ĩ Oribaſio, q̃ libro. 7. collectionum medic. ad Iulianũ Imperatorem cap. 3. hũc locum ponit: nec ẽt in libris de phlebotomia hoc dixit Galen⁹ q̃, ſ. purgãdũ aliq̃n ſit vſq; ad animi defectionẽ.

24 ‖ *In acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgãtibus vti, & hoc cum præmeditatione faciẽdum.* F

Supra, Aph. 22.

Paulo antea dictum erat, ‖ Cõcocta medicari, & mouere, non cruda, neq; in principijs, ſi nõ turgeant: plurima vero non turgent. Nunc autem, q̃ circa principia acutarum ægritudinum tm̃ contingit aliquando purgare vtiliter, nos docet Hippocrates. Nam in longis morbis ſemper oportet expectare coctionem, in acutis vero, cum turgent, ab initio poſſumus vti medicamentis purgantibus, & hoc ipſum cum multa cautione, & conſideratione facere. Vnde mihi videtur Hippocrates recte adieciſſe / Et hoc cum præmeditatione facere /. Siue. n. per hoc verbum diligentem intelligat examinationem prius factam, ſiue ægrotum ante præparatum, ſiue recti iudicij expectationẽ, ſiue horum aliquid, ſiue omnia vnius vocabuli ſignificatione comprehendãtur: quantum huiuſcemodi vereatur purgationes, manifeſtat. Neq; n. paruum periculum eſt in morbo acuto male vti purgante medicamẽto, cum omnia id genus medicamenta poteſtate ſint calida, febris vero, quatenus febris eſt, & ſui ratione, non calefacientibus, atq; exiccantibus, ſed maxime cõtrarijs, hoc eſt humectantibus, & refrigerantibus egeat. Non igitur ob igneam febris caliditatem, purgationem adhibemus (hanc ″ enim ſcimus ſui ratione nocere) ſed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quàm id, quod neceſſario conſequitur ex purgantibus medicamentis, detrimẽtum: eſt autem vtilitas maior, ſi abſq; moleſtia omnis humor noxius, & infeſtans ſit euacuatus. Vt vero hoc fiat, primo oportet conſiderare, nunquid æger idonee ſe habeat ad huiuſmodi purgationem. Nam, qui multa cruditate laborãt, qui q̃ tenaces, aut craſſos cibos aſſumpſerunt, quibus itidem extenta, atq; inflata hypochondria ſunt, aut ſupra modum calida, atq; ignea † exiſtunt, & hoc ipſo in loco aliqua eſt viſcerum inflammatio: omnes ij inepti ſunt ad purgationes. Hæc itaq; abeſſe oportet, humores autem, q̃ maxime fieri poteſt, eſſe fluxui paratos, hoc eſt tenues, & nullum lentorem participantes, & aperta eſſe foramina, per quæ debet purgatio fieri, & nullam habere obſtructionem. Nam & nos iſta antea paramus, cum quempiam ſumus purgaturi. Et hoc eſt, quod ab ipſo Hippocrate dicitur in illo aphoriſmo, ‖ Corpora vbi quis purgare velit, oportet fluida facere. Verum in acutis morbis, circa principia ſtatim, vel circa primum diem, vel non vltra ſecundum, ſi ſumus vſuri purgantibus medicamentis, quando turgent, non datur facultas iſta præparandi, niſi quis forte arripiat occaſionem propinandi melicratum, in quo decoctum ſit aliquid hyſſopi, vel origani, vel tragorigani, vel thymi, vel pulegij, ſiue quid huiuſmodi, vim habens humores extenuandi. Quare non ſine ratione dixit raro circa principia morborum acutorum nobis venire in vſum purgationes, quoniam nõ ſæpius turgeant moleſtantes humores in principijs: neq; ſi hoc adſit, ægro ſatis ad purgationem parato, nec dante morbo nobis temporis occaſionem, quo poſſimus ex imparato paratum facere.

de Totius morbi tpib. 3ª. 88. e 1. de Criſibus 4ª. 127. c in 1. Pror. cõ. 2. t. 37. 4ª. 174. d de Vict. rat. in mor. acu. cõ 2. t. 11. 7ª. 118. b. Et cõ. 4. t. 38. 7ª. 139. c 3ª. Aphor. 28. 26. a

A lib. 1. t. 4. c. 3. fol. 73. c

† Cod. antiqui hũt, vt Leonicenus. quãuis impreſſi addant, τὰ ἄρτι, vt ita poſtea ſit vertẽdũ: Calidę atq; igneæ vrinæ.

2ª. Aph. 9. 12. a

6. Epid cõ. 4. t. 12. 3ª. 183. b

25 ‖ *Si, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile ferunt: ſi contra, difficulter.*

in 6. Epi. cõ. 4. t. 12. 3ª. 183. c de Optima ſecta ad Thraſy. Iſagog. 26. e. Et 4ª. Aph. 2. 27. c

Supra, Aph. 2. 3. b

Non eſt dubium hunc aphoriſmum in illo contineri, in quo dicebatur: ‖ In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis ſi, qualia oportet purgari, purgentur: confert, & facile tolerant: ſi vero non, contra. Verum, quia in hac libri parte de purgationibus à medico factis loquebatur, & omnes ferè neceſſarias diſtinctiones cõmemorauit, non piguit ipſum hunc quoq; adiungere aphoriſmum, in quo nihil magis nouum edocetur, ſed ad memoriam reuocantur ea, quæ prius in alia libri parte enunciauerat de ſpontinis euacuationibus, vt hoc etiam in loco totus ſermo de purgationibus eſſet abſolutus.

Galeni

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS SECVNDVS

1 4ª.Aphori.67. 34.f



N quo morbo ſomnus laborem facit, mortale: ſi vero ſomnus iuuat, non mortale.

Quòd quidem labor (græce πόνος) apud ipſum nunc læſionem ſignificet, clarum eſt ex eo, quod opponitur. Inquit enim: Si vero ſomnus iuuat, non mortale. Cum vero duplex ſit ea, quæ ex ſomno fit læſio, altera communis, quando in principijs acceſſionum, quas ὑπομιμασίας, hoc eſt annotationes vocant, ægroti dormierint: altera propria, in quibuſdam morbis, quando in aliquo alio tempore: de hac ipſum dicere eſt exiſtimandum: illa enim neque mortem, neq; aliquod aliud graue ſignificat, cum naturã temporis conſequatur. In principijs ſiquidem acceſſionum calor {naturalis} totus, & humores in profundum corporis vergunt, (quemadmodum ipſe docuit) & magis in quibus horror, vel rigor, vel fortis partium exteriorum
B refrigeratio contingit. Et propterea, ſi in principijs dormierint, caſus illis protenduntur, & vix febres ad conſiſtentiam perueniunt. Ac, ſiqua inflammatio ſit circa viſcera, rationabile fit ipſam augeri: ſi'que humores aliqui ad ventrem confluant: non, vt in alijs ſomnis, concoquuntur, ſed multo plures fiunt, incocti permanentes. Ob hanc itaque cauſam, ægrotis vigilias tunc præcipimus, illam, quæ à vigilijs fit, ſpiritus, ſanguinis, & caloris, qui in eis eſt, ad exteriora lationem opponentes, tanq; maximum auxilium, aduerſus illam, quæ fit in acceſſionum principijs, ſanguinis, ſpiritus, & caloris {naturalis} ad interiora lationem. Quare non ſine ratione dixerit quiſpiam hu iuſcemodi læſiones hoc tpe accidere quidem ex natura acceſſionis, ſed vigilia prohiberi: Cum vero hac quoq; priuati fuerint ægrotantes, tunc damnum ſentire manifeſtius, nõ quia altera læſio accedat ex ſomno, ſed quia deeſt illa, quę ex vigilia habetur vtilitas. Hic itaque ſermo nullam oſtẽdit fieri in acceſſionum principijs ex ſomno læſionem, ſed hoc ipſum tantummodo, carentiam vtilitatis. Alter autem ſermo, qui concedit ex ſomnis fieri hoc tempore læſionem, aſſerit nunc Hippocratem docere de ijs, qui in alijs temporibus dormiunt, in quibus maxima ex parte manifeſta vtilitas ex ſomno prouenit, præſertim vbi morbo declinante adhibeatur. Nam aliquando etiam conſiſtente morbo ſomnus manifeſtam affert vtilitatem: quãdoq; etiam in extremis partibus augmen-
C ti, quæ ad conſiſtentiam copulãtur: manifeſtiſſima tamen omnium vtilitas eſt, quæ in declinationibus fit. Sane q̃, cum ſomni nocent, minus quidem exitiales ſunt iam conſiſtente, atq; increſcẽte acceſſione: præcipue vero ſunt in declinationibus pernicioſi. Nam, quo tempore aliquid eſt vtiliſſimum, ſi præter id, q̃ nihil prodeſt, etiam nocet, mortem non ſine ratione ſignificat. Ex ſomno autem læſiones ſunt, quæ ſunt vtilitatibus contrariæ: idcirco quia febres vel ab eo non diſſoluuntur, vel etiã exacerbantur, & quia dolores intenduntur, & fluxiones multiplicantur, & creſcunt inflãmationes. Quidam vero & inter dormiẽdum delira loquuntur: &, vbi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perſeuerant. Quibuſdam etiam initium comatis in ſomno fit: & vix, cũ puncti guntur, excitantur. Hæc autem omnia contingunt propter humorum malignitatem: quos, vbi calor innatus fortior extiterit, per ſomnos concoquit: vbi vero debilior, illis ſuccumbit, ab eis q̃ viſcera aggrauãtur, & dictis affectibus homo corripitur. Ipſe etenim Hippocrates vult ‖ hominem vigilantem extrinſecus eſſe calidiorem, dormientem vero contrario modo ſe habere: id nos edocens (quod etiam quibuſdam alijs rerum naturalium ſtudioſis viſum eſt) ſomnum atque vigilias fieri ſecundum innati caloris motiones. Non abſq; ratione igitur euenit, vt, cum in viſceribus iſte collectus cauſas morbificas nequeat euincere, pernicíem ſignificet. Si tamen euicerit, nõ dum cer
D tæ ſalutis eſt ſignum, niſi quiſpiam dicat, quantum ad talem affectum attinet, ægrotum non periclitaturum, ex alio tamen affectu interire poſſe. Nam, ſiqua inflammatio ſolutu difficilis aliquam ex partibus principalibus præoccupauerit, contingit ægrum, qui ita ſe habeat, interire. Quare ſecurius pronunciãdum eſt, vbi quidem ex ſomno læſio aliqua aduenit, lethalem eſſe notam: vbi vero prodeſt, non lethalem. Quòd vero ex ſomnis aliquæ accidant læſiones, ipſe in libris, quos Epi-
" demios inſcripſit, oſtendit his verbis: ‖ Inter hos multi erant comatoſi, & delirantes: non nulli ve-
" ro ex ſomno tales fiebant.

6. Epid. cõ. 4. t. 14. 3ª. 183. c

2. Epid. ſect. 3ª.

2 4ª.Aphori.67. 34.f.

V bi ſomnus delirium ſedat, bonum.

Si ambos dixerimus aphoriſmos, & hunc, ſcilicet & antecedentem, inuicem iungi, totus ſermo talis vtique fiet: In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale: ſi vero ſomnus iuuat, non mortale: vbi igitur ſomnus delirium ſedat, bonum: vt vnum aliquod veluti exemplum particulare ſubiungat ſermoni antecedenti vniuerſaliter dicto: tanquam ſi ita dixiſſet: Vbi igitur dolorem ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur febrem ſomnus ſedat, bonum. Vbi igitur inflammationem ſedat ſomnus, bonum. Sed ſatis fuit tantum periculoſiorem morbum nominare. Nam veritas ſermonum vniuerſalium, ex huiuſcemodi exemplis magis dilucet.

3 ‖ *Somnus, atq; Vigilia, Vtraq; ſi modum exceſſerint, malum.* E

3. de Locis affectis. 4ª. 16. g in 1. Prorr. cō. 1. t. 47. 4ª. 175. d in Progn. cō. 1. t. 17. 4ª. 193. h 7ª. Aphor. 17. 60. f

Non nulli ex medicinæ profeſſoribus exiſtimarunt vigiliam modum excedentē malum eſſe & ſignum, & cauſam, non tñ ſomnum: hunc.n. ſemper bonum eſſe, & ſignū, & cauſam: & nunq̄ fieri ſomnum modum excedentem: plurimos vero decipi, arbitrantes comatoſas diſpoſitiones incipientes, ſomnum eſſe longum. Verum hi à nobis diſcentes, ꝙ non prius coma nominatur, q̄ diffi cilem habuerit expergefactionem, concedant ſomnum longum recte nominari, qñ ſolo tempore modum naturę conuenientem exceſſerit, & non dum habuerit difficilem expergefactionem. Fit autem huiuſcemodi ſomnus refrigerata prima parte ſenſitiua, hoc eſt cerebro ipſo: quæ refrigeratio, cum fortis fuerit, miſta quidem humiditati, facit lethargicas paſſiones: cum ſiccitate vero, eas, quę græco vocabulo καταλήψεις, id eſt deprehenſiones nominantur. Sic & vigiliæ fiunt propter calorem primæ partis ſenſitiuæ, vel ex ſola intemperatura, vel ex humoris bilioſi abundantia. Horum vero talium omnium demonſtrationes in noſtris ſunt ſcriptæ tractatibus: nunc autem ſufficiat ſola eorum capita tetigiſſe. Sicuti autem quidam fuere, qui ſomnum ſemper fieri commoderatum, exiſtimarunt, & nunc̄ immoderatum: ſic non nulli rurſus aiunt vigiliā nunquam eſſe moderatam, ſed hoc nomen ſolam immoderantiam ſignificare, obliti eius, quæ in vſu vitæ ſeruatur, F conſuetudinis, quoniam & mala non nunq̄ mediocria dicimus magnorum comparatione. Sic igitur oportet accipere vigiliam mediocrem, ac ſi ſignificet paruam.

4 ‖ *Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ exceſſerit, bonum.*

de Optima ſecta ad Traſyb. Iſagog. 20. c. & 27. a. Et 24. Aph. 17. 13. a

Rurſus hic aphoriſmus, ſicut & alter, qui antecedit, quod in vna materia, idē in omnibus enunciat. Nam, cum ſanitas moderantia quædam ſit, neceſſe eſt omnes immoderantias, quæ plurimum à modo receſſerunt, iam ægritudines eſſe: quæ vero non dum id, quod plurimum eſt, obtinent, ægritudinum generationem oſtendere.

5 ‖ *Spontaneæ laſſitudines morbos prænunciant.*

4. de Sanitate tuen. 2ª. 82. e. f in 6. Epi. cō. 4. t. 2. 3ª. 179. f de Optima ſecta ad Traſyb. Iſago. 26. g

Non eius, quæ fit ex motionibus, immoderantiæ nomen eſt laſſitudo, ſed eius, quæ aduenit in corporibus animalium, diſpoſitionis. Neq; n. laſſitudinū meminit, quę ex talibus accidunt motionibus, ſed quæ ſponte contingunt. Cum igitur abſq; motu huiuſmodi euenerit diſpoſitio: non ſimpliciter laſſitudo, ſed laſſitudo ſpōtanea noīatur. Sed, cum tres ſint ″ laſſitudines, quemadmodum in ſalubribus declarauimus, prima, quę vlcerum, ſecunda, quæ tentionis, tertia, quę inflamma G tionis ſenſum habet, ex his compoſita: prima quidem ex vitiatis humoribus ortum habet, ſecūda ex plenitudine, tertia ex vtriſq; ſimul iunctis. Sic.n. à nobis eſt monſtratum in ea, quæ de ſalubribus inſcribitur, tractatione. Quare non temere dictū eſt ſpontaneas laſſitudines morbos nūciare.

6 ‖ *Quicunq; dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non ſentiunt, ijs mens ægrotat.*

7. de Hippo. & Pla. decretis. 1ª. 271. h in 1. Prorr. cō. 1. t. 16. 4ª. 165. h. Et cō. 2. t. 22. 172. c

6. Epid. cō. 1. t. 83ª. 156. d

Dolores (hoc eſt πόνους) ſolet nominare non nunq̄ diſpoſitiones ipſas, in qbus dolemus: in quē ſenſum dicebat in libro Epidemiorū, ꝙ in ‖ Cranone antiqui dolores frigidi, noui aūt calidi: haud quaq̄ dolores calidos, frigidos ve, ſed diſpoſitiones, ex quibus fiant, ita noīans. Et hoc in loco igit eodem modo dolores ipſas diſpoſitiones nominauit, quęcunq; cum dolore fieri ſunt natura aptæ, quemadmodum eryſipelas, inflāmationem, & vulnus, & collilionem, atq; rupturam, & conuulſionem, & quodcunq; tale aliquid: quod ſi adſit, & ab ægroto non ſentiatur, mentem indicat ęgrotare. Siue autem γνώμην, i. mentem, ſiue διάνοιαν, i. cogitationem dixerit, nihil in preſentia refert.

7 ‖ *Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet: quæ Vero breui, breuiter.*

7. Methodi 'me dē. 7ª. 46. e

Quę enim pauco tempore extenuata ſunt corpora: ob humorum, & ſpirituum euacuationem, H non ex ſolidorum colliquatione id perpeſſa ſunt: qui vero lōgo tempore extenuati ſunt, ijs carnes liqueſcunt, graciles etiam redduntur aliæ partes, per quas concoctio in animalibus, & diſtributio, & ſanguificatio, atq; nutritio perficitur: quare tantum nō poterit concoqui alimentum, quāto indiget corpus. Quam ob cauſam talia corpora longiori tēpore reficere oportet, atq; tenuiter, quod lente nominauit. In quibus autem ſoli humores, & ſpiritus ſunt euacuati, in ijs celeriter, ac plenius contingit reficere, cum fiduciam nobis præſtet ſolidarum partium robur. In fine autem aphoriſmi duplex ſcriptura inuenitur, & idem vtraq; ſignificat, ſiue /breui/ caſu ablatiuo, ſiue /breuiter/ aduerbialiter ſcriptum ſit.

8 ‖ *Siquis à morbo cibum aſſumens non corroboratur, pluri alimento corpus Vti ſignificatur: quòd ſi non aſſumente cibum hoc accidat, ſcire oportet, quòd indiget euacuatione.*

2ª. Aphor. 11. 12. d Et Aph. 31. 16. h. Et Apho. 32. 17. a. Et 7ª. Aph. 62. 59. h

Propter breuiloquium, & vſum quendam dictionis, qui etiam eſt apud nos in multis ciuitatibus Aſiæ, hic aphoriſmus habuit obſcuritatem. Conſuetum enim eſt nobis dicere, non aſſumere cibum illos, qui ſunt ſine appetitu, aſſumere autem eos, qui appetunt, ac comedunt vſque ad ſatietatem. Quicunque igitur appetentes, & abundans alimentum accipientes, non poſſunt robur

ſanitatis

A ſanitatis recuperare, grauantur potius, non ab eo nutriuntur. Qui vero neque, quod ſatis eſt, poſſunt aſſumere, vitioſos humores habẽt: quos niſi euacuarint, fieri nõ poteſt, vt robur ſanitatis recuperent. Hippocrates vero non hic tm̃, ſed & in alijs ſuis cõmentarijs, quãdo proportione inter ſe ſeruata humores omnes augentur, miſſione ſanguinis auxiliat. Vbi vero vnus aliquis ex ipſis ſuperabundat, illi purgatorium exhibet medicamen. Vt igitur iſta cognoſcens, & qui ſæpius in ſuis commentarijs eadem tradiderit, recte duos ſequentes aphoriſmos ſubiungit, in quibus de eadem docet diſpoſitione, de qua etiam in hoc antecedente docuit aphoriſmo, inquiens: Si vero nõ aſſumente ægro hoc fiat, ſcire oportet, ꝙ indiget euacuatione, Sane q̃ ordinem duorum ſequentium aphoriſmorum puto deprauatum in multis exemplaribus: illa q̃ rectius ſe habẽt, in quibus prior ille ſcribitur: Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lędes: vt totus ſermo talis exiſtat: Quo'd ſi non aſſumente cibum hoc accidat, ſcire oportet, ꝙ indiget euacuatione: nõ pura enim corpora quanto plus nutries tanto magis lædes. Nos vero ſequentes ordinem, quem in pluribus exemplaribus ſcriptum inuenimus, ſic eorum faciemus expoſitionem.

9 ‖ *Corpora cum quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere.*

in 6. Epi. cõ. 5. t. 29. 3ª. 193. g 1ª. Aphor. 24. 10. g. Et 7ª. Apho. 66. 69. c

B Multi quidem volunt corpora fluida fieri: vbi per medicamenta vomitoria euacuatio eſt facienda, vomitum irritando: vbi vero per deijcientia, aſſidue aluum ſubducendo. Atque ob hæc totam diſpoſitionem vtriſque, his quidem ad alui ſubductionem, his vero ad vomitum habilem faciunt. Ego vero Hippocratem puto non minimum id, ſed aliquid maius hoc in loco nos docere voluiſſe, quod nos longa experiẽtia didicimus ita ſe habere. Siquis enim extenuet, & incidat craſſos, atque tenaces humores, qui in corpore ſunt, & meatus aperiat, per quos iſti tranſmittuntur, atque trahuntur à medicamentis, quę vim purgatoriam habent, tunc purgatio recte in omnibus procedet. Qui vero iſtud quidem neglexerint, vomitus autem, atque alui ſubductionem procurauerint: ijs difficiles obueniunt purgationes, nõ ſine torminibus interdum, & vertigine quadam, faſtidio q̃ multo, & malo pulſu, ac diſſolutione, & difficultate. Nobis autẽ extenuanti victu (de quo integrum ſcripſimus librum) vtẽtibus nihil horum contingere conſueuit: & eorum, quę in corpore præter naturam continentur, euacuationes ſine vlla moleſtia, ac celerrime fiunt: atque idcirco Hippocratem dicimus ſuo adieciſſe ſermoni: Vbi quis voluerit purgare corpora, oportet fluida facere: ac ſi ita dixiſſet: Siue per vomitus, ſiue per alui ſubductionem purgare velis, poſtq̃ fluidum totum corpus effeceris, ita demum optime purgabis. Erit autem fluidum, vt diximus, C omnibus meatibus reſeratis, & humoribus inciſis, atq̃ extenuatis, ſiquis fuerit humor in corpore craſſus, ac glutinoſus.

10 ‖ *Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes.*

1. de Simplicĩ med. facul. 52. 9. b in lib. de Renũ affect. dign. & medi. qui Gal. aſcribitur. 7ª. 196. b ‖ 2ª. Apho. 15. 12. g 7ª. Aphor. 62. « 59. g »

Corrumpitur enim adueniens alimentum vnà cum ijs vitioſis humoribus, qui iam in corpore præexiſtunt: ita vt ipſorum quidem quantitas augeatur, qualitas vero ſeruetur. Hoc præcipue fit, quando ventriculus quibuſdam humoribus vitioſis plenus extiterit, ob quos & caſus paulo antea dictus ex morbo conualeſcentibus accidit, non poſſe videlicet cibum aſſumere.

11 ‖ *Facilius eſt impleri potu, quàm cibo.*

Cum ſermo ipſi de ijs, qui indigent refectione, antea ſit habitus: propterea nunc ſcripſit materierum diuerſitates, ex quibus renutriuntur. Scriptum autem eſt, & in libro de alimento ſic: ‖ Qui « cita indigent adiectione, ijs humidũ ad recuperandas vires remedium optimum eſt: vbi aũt adhuc « citius, per odoratum. Oportet autem non ſimpliciter intelligere in vtroq; libro, vel in illo humidum, vel hic potũ, ſed humida, & potus, quæ ſuapte natura apta ſunt nutrire corpus. Nam, ſi nõn D ita nutriunt, licuti ſolidiora, ſuperant tãmen nutriendi celeritate: veluti vina craſſiora. Nam aquoſa (ſic autem nominant alba, & tenuia) ſicut aquæ ſimilem formã habent, ita etiam vim: quare vri nam cient, & minimum nutriunt: quæ vero craſſa ſunt, & colore rubea, omnium vinorum maxime nutriunt. Ineſt autem eis, & " citiſſime implere corpora euacuata, & ob hoc indigentia adiectione. Quo'd autem humidum alimentum, præcipue cum fuerit natura calidum, facilius nutriat, manifeſtum ijs eſt, qui norunt, quo modo & coctio, & diſtributio fiant.

in lib. de Alimẽto prope à fine.

* *Hæc duo uerba non ſunt in græco, nec in Burgundionis verſione.*

A. lib. 1. t. 4. c. 1. fol. 71. b

12 ‖ *Quæ relinquuntur in morbis poſt iudicium, recidiuas facere conſueuerunt.*

1. de Ciſibus. 4ª. 132. g

Idẽ 2. Epi. ſect. 3a. et 4. poſt dimidium 6. Epid. cõ. 2. t. 22. 3a. 164. a

Hic etiam aphoriſmus antecedentibus iungitur. Nam, cum Hippocrates dixerit, ‖ Si à morbo cibum aſſumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus vti ſignificatur: ꝙ ſi non aſſumẽte cibum hoc accidat, ſcire oportet, ꝙ indiget euacuatione: & ob hanc cauſam cum deinceps de euacuationibus ſermonem habuiſſet, nunc cauſam aſſignat, ob quam oporteat euacuare eos, qui poſt morbum non appetunt: ac ſi totus ſermo ita ab ipſo tranſigeretur: Quo'd ſi non aſſumente cibum hoc accidat, ſcire oportet, ꝙ indiget euacuatione: nam, quæ relinquũtur in morbis poſt iudicationem, recidiuas facere conſueuere. Per ea, quæ relinquuntur in morbis, malorum humorum reliquias intelligens, quas neceſſarium eſt tempore putreſcentes, febrem accendere: cum omnis hu-

paulo ſupetius Aphoriſm.

mor alienus à natura corporis, in quo continetur, aptus non sit ad eius nutritionem: & deinceps E necessario ad putredinem conuertatur. Quando autẽ & locus calidus erit, in quo fuerit collectus, tunc & maxime, & celerrime putridus fit.

13 ‖ *Quibuscunq; iudicatio fit,* ‖ *ijs nox grauis ante accessionẽ quæ vero subsequitur, magna ex parte, leuior existit.* in 6. Epid. cõ. 2. t. 23. 3ª. 164. e 3. de Crisibus. 4ª. 143. d

6 Epid. cõ. 2. t. 23. 3ª. 164. b

Crisis id est iudicatio est subita in morbo, vel ad sanitatem, vel ad mortẽ mutatio. Fit aũt natura separãte à bonis mala, & ad excernendũ præparante. Non temere igitur in tali turbatione grauiter se habẽt: & grauitas hęc noctu fit manifestior: nam hoc tpe dormire cõsueuimus. Somno igit à turbatione interrupto, clarius grauitas illa percipitur: licet similis fiat interdiu turbatio, qñ nocte sequẽte est iudicatio futura. Quod aũt in fine aphorismi scribitur / Quæ vero subsequitur, magna ex parte leuior existit /: in multis exemplaribus non habetur. Vult autem docere nos, q̃ magna parte nox subsequens iudicationem facilior præcedẽte existat, qm̃ plures iudicationes bene terminantur. Scimus. n. plures esse ex ægrotis qui seruanť, q̃ qui moriuntur, nisi pestilẽs constitutio sit.

14 *In profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant, nisi ad mala mutatio fiat.* F

Mutationes excrementorũ, quæ multas humorum formas educunt, exquisitius corpus expurgant, nisi habeant signa colliquationis, aut putredinis: de quibus in Prognosticis ipse ‖ transegit: vbi & pinguium, & vitiosorum, ac male olentium meminit excrementorum.

in Prog. cõ. 2 t. 22. 4ª. 199. h

15 *Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere oportet. Nam, si bilioſæ fuerint, corpus vnà ægrotat: Si vero similes sanis, tutum est corpus nutrire.*

Duos inuicem sermones ex aduerso ponens, in vtroq; id, quod manifeste consequitur, prætermisit. Quare, si vtrique id, quod deest, adiungatur: erit vniuersa oratio huiuscemodi: Vbi fauces ægrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet. Si enim bilioſæ fuerint, corpus vnà egrotat, neq; tutum est ipsum nutrire. Si vero similes sanis: corpus vnà nõ egrotat, & tutum est ipsum nutrire. Ex quibus vero mihi videtur Hippocrates ipse sibijpsi persuadẽs, in hunc modum scripsisse, iam dicam: Animalium natura non nunquam ex principalibus membris humores malos euacuans, alios per vrinas, vel vomitus, vel aluum inferiorem excernit: alios ad cutim extrudit, quos cum euacuare propter crassitiem non possit, ibi eos deponit: atq; hoc modo tubercula nascuntur in corpore: sæpe & fauces fluentem ex capite humorem suscipientes infe G stantur. Tunc igitur considerandum est, ac distinguendum, nunquid natura totam in patientibus partibus superfluitatẽ deposuerit, an adhuc corpus vniuersum vitiosis humoribus abundet: quod excrementa indicabunt. Nam, si omnino natura mota est ad expurgandum corpus, bilioſa apparebũt: quoniam & tubercula sanguine calefacto à bilioso humore fieri sunt apta: patet que prius esse purganda, quàm nutrienda huiuscemodi corpora. ‖ Non pura enim corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Sin autem excretiones sunt similes sanis, totum corpus † bonos habere humores } indicatur: & sine vllo periculo nutriri potest.

supra, Aph. 10.

Τυγιαίνον, *i. sanum esse, est ĩ impreſsis. alii qui tamen habẽt* ἔυχυμον *quã lectionẽ sequutus est Leonicenus.*

16 ‖ *Vbi fames, laborandum non est.* de Vict. rat. in mor. acu. cõ. 1. t. 53. 7ª. 124. g

Famescere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt. Sic Hippocrates ipse secundo libro Epidemiarum ‖ dixit. In oppido Æno, ijs, qui ob famem leguminibus vescebantur, crura debilitata sunt. Et quidem omnem eximium ciborum defectum, etiam si citra penuriam ex electione vel iussu fiat, famem consueuit appellare, veluti cum ait: ‖ Carnes humidas habentibus, famem adhibere conuenit. Fames. n. exiccat corpora. Et, cum in Prognosticis inquit, ‖ Interrogare oportet, nunquid vigilauerit homo, vel aluus fortiter exinanita fuerit, vel fa H mes ipsum obsederit: pro defectu ciborũ famẽ accipit: hoc ẽt in loco sic dixit, Vbi fames, nõ oportet laborare: ac si ita dixisset: Qui cibum capturi non sunt, ijs eo die labor aliquis iniungendus nõ est. Hic aũt per laborem (græce πόνον) oportet intelligere vehementẽ motum, quem exercitiũ nominant. In hanc itaq; sententiam ipse dicebat, ‖ Labores cibũ antecedant. Est igitur ipsi sermo cõmunis ad ægros, & sanos. Sanis. n. non sunt præcipienda exercitia simul cum inedia: nec ægris ali quis vehementior motus adhibendus vnà cum cibi abstinẽtia: non sanguinis missio, nõ aluí purgatio, non vomitus excitatio, non frictio multa, non deniq; vehemens vlla corporis cõmotio, aut alteratio. In talibus siquidẽ motibus oibus, vbi cibus defuturus sit, vires dissoluunt, siue ægrotent, siue sani sint homines. Vbiq; vero Hippocrates magnopere studet seruare fortem eam, quæ regit animalia, potentiam. Siue igitur numero singulari / potentiam / dixerimus, siue plurali / potẽtias / nihil refert: hoc que in libro de alimento ‖ Hippocrates ipse dixit, potentia vna, & non vna: genere quidem ostendens vnam esse potentiam, species autem plures habere.

2. Epi. sect. 4. Et 6. Epid. cõ 4. t. 13. 3ª. 183. c

7ª. Aphor. 59. 59. c

in Prog. cõ. 1. t. 8. 3ª. 191. c

6. Epid. cõ. 4. t. 31. 3ª. 187. c

A. l. 1. f. 3. d. t. c. 3. fol. 60. g

in lib. de Alim. post dimidiũ.

17 ‖ *Vbi alimentum præter naturam plus ingestum est, hoc morbum facit: ostendit autem sanatio.* 1. de Dſijs febr. 3ª. 32. f

Quod in altero aphorismo vniuersaliter dixit, hoc nunc in vna specie docet. Vniuersalis enim

est hic

A est hic sermo: ‖Non satietas,non fames,neq; aliud aliquid,bonum,quod modum naturæ excedat: verum propositus nunc aphorismus,de vna re,scilicet satietate,pronunciat.Plus enim alimẽti, q̃ modo naturæ cõueniat,satietas seu repletio,græce πλησμονὴ,noiatur. Semper igitur id, quod plus est,ad aliqd dicitur. Verum in nostris corporibus duplex est,vnũ quãtum ad vasorum capacitatẽ, alterum quantũ ad illam,quæ nos gubernat,naturã: de quo nunc Hippocrates docẽs, alimentum copiosius dixit esse præter naturam: ne eos,qui ita cibis sunt repleti,vt vẽter extẽdatur, omnino ex hoc arbitremur sensuros læsionẽ: neq; eos,qbus aliqd deest ad cõceptaculi mẽsurã, † pauca assumpsisse,& oĩno illa bene concocturos.Nã & priores cõtingit,q̃ vẽtriculum repleuere,cõcoquere, si eorum natura fortis extiterit: & secundos non posse concoquere propter imbecillitatẽ, tunc p̃sertim,cum priores assumpserint cibos cõcoctu faciles, secundi vero concoctu difficiles. Sic & in distributione alimẽti,potẽtia sanguifica illi proportionalis,quæ in ventre cibum concoquit, aliquando ex imbecillitate non alterabit humorẽ ad venas distributũ,ẽt si mediocris esse videatur. Aliq̃ mediocri copiosiorẽ prompte in sanguinẽ transmutabit,partim ex sui robore,partim ex humoris natura ad coctionẽ idonea.Eodẽ modo & tertium alimentum(quod maxime proprium alimentũ nominamus,id dico,quod partibus animalis adijcitur) pro natura potẽtiæ, vel copiosius vel non B copiosius dicetur,& vel bene cõcoquetur,& nutriet,vel non: & iuxta hoc vel ab ipsa obtinebitur, vel nõ obtentũ corrũpetur,& morbũ generabit. Vna igitur expositio hæc est,illud,quod plus est, quantum ad potentiã,à qua animalia reguntur,nobis intelligentibus. Altera,quãtum ad qualitatẽ præter naturam,vera & ipsa.Nutritur liquidem pars vnaquæq; ex proprio sibi alimento, quod recte diceremus esse illi secundum naturã. Cum igitur aliquando ad ipsam peruenerit aliquis humor,qui alteri quidẽ parti sit secundum naturam,ipsi vero alienus,& præter naturam: malum quidẽ hoc existit,nõ tamẽ ex necessitate sequetur morbus,vbi exigua portio fuerit. Nam, cum neque illa medicamẽta,quæ corpus nostrum possunt corrumpere,sicuti mãdragora,papauer,atq; cicuta, possint sine quantitate nocere: multo minus huiuscemodi humor,qui præter id,quòd non corrũpit,etiam alias partes enutrire potest: alioqui ipsum neq; alimentum vocasset, nisi tali esset natura præditus. Sicuti igitur,si parum aliquid spiritus per gulam ad ventriculum deferretur,aut potæ humiditatis pauxillum ad pulmonem per asperam arteriam dilaberetur,neq; ventriculus,quo ad hoc ægrotaret,neq; pulmo: eodem modo se res habet etiam in aliarum partium alimento. Iam vero et tertia quædam expositio est à quibusdam inuecta, qui nos accipere iubent /præter naturam/ pro valde & exuperanter,ac si ita diceretur: vbi alimentum exuperanter intrauerit, id morbum facit. C Nam alimentum paululum mediocritatẽ excedẽs,nondum posse facere morbum,sed adhuc seruare corpus intra latitudinẽ sanitatis,vera quidẽ & hæc est sententia.Oportet,siquidẽ alimentũ,quod morbum facturum sit,non paruo aliquo excedere exquisitã mediocritatem. Verum non est mos ob hoc sermonẽ distinguere. Solent enim ipsum tantummodo genus enunciare, vel exustionem, vel frigefactionẽ,vel cruditatẽ,vel corruptionẽ humorum,&, quæcunq; alia huiusmodi, morbum facere dicẽtes,quasi nos in singulis horum effatu dignam quantitatẽ subintelligamus. Eodẽ igitur modo & alimentum excedens dicunt facere morbum,non adijcientes multo: cum nos non lateat, quòd,si quintadecima vnius drachmæ parte mediocritatẽ excesserit,nõdum potest morbum efficere: verum,si hic excessus multiplicetur,faciet & ipse aliquando morbum: ex genere enim causarum est vna,quæ morbos cõmittendi vim habẽt. Secundum hæc igitur tertia expositio,etsi quammaxime vera sit,mihi tamẽ videtur esse curiosior, q̃ deceat veterũ consuetudinẽ,præter id, q̃ violentius exponit vocis illius /p̃ter naturã/ significatum. Verba aũt,quę in fine aphorismi scribũtur, vbi ait /.Ostẽdit aũt sanatio/ : melius scriberentur cum coniunctione /&/ hoc modo: Ostẽdit autẽ & sanatio.Neq; enim sola sanatio ostẽdit alimentũ,vbi plus moderato ingestum est,facere morbũ, sed & rei natura indicat,contestãte etiã sanatione. In omnibus liquidẽ artibus,ijs,quæ recte sunt ex D cogitata, accedit etiam ex euentu testimonium. Quod nam igitur illud est in præsenti sermone: ea,quę sequitur ad noxiorum humorum euacuationes sanatio,quod etiam testimonium Herophilus in tritẽporea significatione vocata assumpsit. Siquis enim plus consueto assumpserit cibi,æquali aũt prioribus,aut etiã minori vtatur exercitio,moxq; aggrauato corpore cum rubore atq; tumore venarum incipiat febricitare: non absque ratione quispiam illum ex multitudine febricitare existimauerit. Si igitur euacuatus inde iuuatur,statim existimatio de multitudine confirmabitur, & crescet audacia in eisdem simili modo euacuandi, non expectantibus empiricorum obseruationẽ, quam ipsi aiunt eorum esse, quæ sæpissime in eisdem eodem modo contigerunt. Forte igitur in aphorismo adiecta erat coniunctio /&/ deinde aliquis tanquam superfluam ipsam abstulit. Forte autem & ipse Hippocrates ab initio simpliciter scripsit absq; coniunctione. Ostendit autem sanatio: ac si ita dixisset: Ijs.n.quæ prius dicta sunt,ita se habentibus,vt dictũ est, hoc est pluri alimento præter naturam comprehenso in corpore,vbi adhibita euacuatione ęgrotus leuabitur: argumento erit morbum aduenisse ex multitudine alimenti. Quòd autem euacuationem simpliciter Hippocrates dicere consueuerit,quando humores oẽs æqualiter euacuantur: purgationẽ aũt, quando praua affecti qualitate,meminisse oportet: & quòd præsens sanatio,non à purgatione facta,sed ab euacuatione, attestatur illi, quæ fuit de multitudine existimationi. Euacuatio autem omnium humorum

supra, Aph.4.

† Al.ex antiqs. quiq; pauca assumpsere, omnino &c.

morum æqualiter (quæ quidem exquisitissima est) fit per venæ sectionem. Proxima autē huic est, E
quæ per malleolorū scarificationē, vt nos facere consueuimus, & quæ per exercitia, vel frictiones,
vel balnea, & præterea ex accidenti per inediam. Dixi aūt ex accidenti, qm̄ non per se ipsam inedia
euacuat, vt singula antea dicta, verum naturali modo per transpirationē euacuatio quidē fit, q̄ nul-
lo acccedēte alimento in locū eius, quod fuit euacuatum, tūc sensu manifeste deprehēditur, quę an-
tea latuerat. Hæc igitur sufficiāt ad aphorismi expositionē. Qui vero vult sermonē de multitudine
diligentius perlegere, vnum habet librum integrum à nobis conscriptū, cui titulus est. De multitu-
dine. Nunc vero hoc tm̄ sufficiet adiungere ijs, quæ prius à nobis sunt enarrata, q̄ incipere quidē
potest ea, quæ ad vires refertur multitudo, absq; corruptione: verum non potest bona permanere:
nam oīno necesse est, vt ſm qualitatem transmutetur, & processu tēporis corrumpatur. Verum, &
si istud fiat, interim multitudinem ipsam noīabimus, donec ex superfluí euacuatione residuum bo-
num fieri possit. Quod.n. in vinis accidit acescentibus: tale quiddam & in sanguinis alteratione
cōtingit. Quod aūt in vinis accidit, tale est: Vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursum ad vi-
ni naturam: paruo aūt in ipsis facto momēto, ita vt acidum quidem habeant saporem, nondum tñ
acetum sint, multa multoties ex his pristinam naturam recuperarunt. Hoc idem in sanguine eue-
nit: nam & ipse, vbi magna in eo sit facta corruptio, non redit amplius ad habitum naturalem: si F
vero pauca cōtigerit: vbi id, quod est superfluum, fuerit euacuatum: quod residuum existit, ad suā
naturam restituitur. Et quidem consuetum est huiuscemodi dispositionem, non corruptionem,
sed multitudinem nominare: illa (vt dixi) sola vocata corruptione, quæ tam effatu dignam habet
eam, quæ ad id, quod præter naturam est, euersionem, vt non possit iterum ex naturæ coctione ad
primam humoris redire bonitatem.

18 ‖ *Eorum, quæ vniuersim, & velociter nutriunt, veloces quoq; fiunt excretiones.*

3. de Cauſis pulſuū 4ª.99.c Velociter quidē nutrire accipiendum est ab ipso dici ea, quæ paruo post assumptionē tempore
statim nutriūt, suæ naturæ ratione: quam in ijs exploramus, qui integra sanitate fruuntur. Vniuer
sim aūt quæ, postquam alere cœperunt, exiguo tempore totum ex se præstant corpori alimentum.
Talia igitur, quantum ad hoc solum attinet, q̄ vniuersim nutriunt, ēt veloces habebunt excretio-
nes. Si vero aliqua adsit acritudo excitans ad excretionē, aut lentor, ob quē magis retineatur: illa q̄
dē velocius ad excretionē prorumpent, hæc vero tardius. Celerrime igitur, & maxime vniuersim
vinum alit: tardissime aūt & paulatim caro bubula, & cochleæ, & verticilli marini, squillæ, camma
ri, atq; locustæ, & (vt summatim comprehendam) quæcunq; dura carne constant: eandem cum his G
naturā habent & casei duri, carnes salitæ, lentes, ac bulbi, nec non oua, vsquequo induruerint, elixa
ta. Hæc enim omnia multo post assumptionem tpe, atq; paulatim nutriunt. Indicium aūt tibi sit id,
quod assumptum est, iam nutrire, in pulsibus quidem vehementia, ac magnitudo: in motibus aūt
voluntarijs robur nutritis adiectum. Ipsum vero præcipue oportet explorare in illis, qui sunt disso
luti vel propter euacuationē aliquam sensibilem, vel propter laborem superfluum, vel ꝓpter ine-
diam. In hisce igitur, quæ supra diximus, oībus tardæ fiunt per aluū excretiones, hoc est longo post
assumptionē tēpore: in contrarijs vero, veloces. Maxime aūt omnium contrarium est vinum, ce-
lerrime (vt diximus) nutriēs: post ipsum vero per ordinē alia, de quibus sermonē faciam, primū de
vinis ipsis percurrens. Etenim aquosa ex eis, pauciſſimū præbent corpori alimentum. Sunt autem
hæc colore quidē alba, tenuia vero substātia. Crassa aūt et fulua multo quidē magis his corpus alūt:
sed tantū vincuntur à nigris in nutriendo plurimum, quantum superant in prestando vniuersum,
& velox alimentum. Quæcunq; vero alba quidē sunt, sed crassa: minus quidē his alunt, plus aūt te-
nuibus, & albis nutriunt: sed neq; velociter, neq; vniuersim alunt. Quantum vero in hisce differ-
unt: tantum & in excretione. Aquosa enim celerrime per vrinā excernuntur, quia celerrime to-
ta ferè anticipant resumi. Ex alijs vero oībus, quātum aliquid ventrē subierit manifeste, proportio- H
nalem nutritionis tempori habet excretionem. Hoc idē in alijs omnibus accidit. Nam succus ptis-
sanæ non multo post assumptionem tempore videtur nutrire, non tamen multum præbet corpori
alimentum, id q; breui tempore vniuersum. Alica vero neq; paucum, neq; vniuersum, sed in mul-
to tempore multum præbet alimentum. Oportet aūt ea, quæ inuicem comparantur, esse secundū
substantiam similia, & non esse hoc quidem exquisite humidum, hoc vero extreme siccum. In ptis-
sana igitur & alica, & huiuscemodi omnibus, quæcunq; parantur ex milijs, vel fabis, vel alijs qui-
busdam fructibus, eodem modo se habeant, quæ comparantur, secundum substantiæ qualitatem.
In carnibus autem propria quidem est vniuscuiusq; consistentia. Sed comparare ipsas oportet se-
cundum modum, quo parantur, vel vtrisq; assis, vel eodem modo elixis. Auferre autem oportet
dum parantur, mordaces humores, quemadmodum in brassica, ac in leguminibus, si certam velis
habere experientiam eius, quæ in ipsis alit, substantiæ. Auferuntur autem humores dicti, si, dum
elixantur, ab vna aqua ad aliam transferantur. Si igitur adhibita distinctione, diligentem omnium
feceris inquisitionem: inuenies omnia, quæ quidem in pauco tempore nutriunt (hoc enim est
vniuersim) & paruo post assumptionem tempore (hoc enim est velociter) etiam velocem habere
excretionem, quando hominibus eodem modo affectis exhibentur (nam & hoc in talibus om-

nibus

Á nibus oportet præfinire) quæ vero contrariam naturam habent, tarde excerni. Cauſam horum inuenies ex ijs, quæ oſtenſa ſunt in cõmentarijs de potentijs naturalibus. In his ſiquidem oſtendebatur ventriculus prius cibis frui, familiarẽ ſibi ſuccum ex illis attrahens, & ſuis apponens tunicis, mox, vbi hic eſſet ſaturatus, tunc ipſos emittere ad excretionem. In hoc autem tempore & hepar oſtendebatur ex cibis attrahere, vbi indigeret alimento: nam, ſi non egeat: illo, quod prius aderat, perfrui: eadem quoq; ratione trahere rurſus ex hepate totum corpus, quo tempore & ipſum indiget alimento. Vnde, in quibus totum corpus eſt vacuum, quiſpiam maxime poſſit experiri, qui cibi ſint vniuerſim, & velociter nutrientes: quibus & illud (vt diximus) ineſt, celeriter tẽdere ad excretionẽ, quantum ad id attinet. Verum non nulli dixere eam, quæ fit ex toto corpore, euacuationem, ab ipſo excretionem nominari, vt idẽ ſit, quod nunc docetur, ei, quod dixit in libro de alimento, vbi inquit: « ‖ Alimentũ, quod difficulter alteratur, difficulter abſumitur: quod facile apponitur, « facile abſumitur. Quod dictum veriſſimum quidem eſt, nõ tamẽ proprie videtur accipi ſub appellatione excretionis: nam magis proprie dicitur de ea, quæ ſolum fit per ventrẽ: poſſumus quidem & ipſam intelligere de ea, quæ fit ex toto corpore. Differt enim, excretionẽ (græce διαχώρησιν,) an ſubductionẽ (græce ὑποχώρησιν) dicas. Subductio igitur ſolũ de ijs dicitur, quæ per aluũ deijciun- Ƀ tur: contingit aũt excretionis vocabulũ vtriſq; eſſe cõmune. Carnes itaq; ſuillæ, & quæcunq; lentos ac craſſos humores habent, in tempore faciunt ex toto corpore tranſpirationem. Olera vero, & piſces ſaxatiles, & ſimpliciter quæcunq; tenuẽ habẽt humorem diſtribuendum, celeritate quidem diſtributionis, atq; appoſitionis exuperant, ſtabilem vero naturam non habent, ſed facile difflant.

in lib. de Alim. circa finem.

19 ‖ *Acutorum morborum non omnino ſunt certæ prænunciationes, aut ſalutis, aut mortis.*

de Nat. hum. com. 1. t. 1. 1ª. 27. c. Et com. 2. t. 17. 7ª. clxxx. c

Acuti morbi, præter id, quod celeriter iudicantur, ſtatim etiã magnitudinẽ habẽt. Nã febres diariæ, quas Græci ephemeras vocant, licet cito finiantur, nõ tñ acuti morbi nominãtur. Duplex autẽ eſt acutorum morborum natura. Vel enim ab humoribus calidis ſolis, qui nullũ obſedere locum, ſed æqualiter in oĩbus aĩalis partibus ſunt: vel loco aliquo patiente fiunt, vt in morbo laterali, pulmonis inflãmatione, angina: febres q̃ vt plurimum in acutis morbis ſunt cõtinuę. Rari enim ſunt ex ipſis, quibus febres non adſint, vt morbus attonitus, quem Græci apoplexiam vocãt. Morbi vero longi, ob craſſos, lẽtos, ac frigidos fiunt humores, qui nõ facile cõcoqui poſſunt, & in patiẽtibus partibus impacti ſunt, atque agglutinati ita, vt eorum diſpoſitiones magis præduris tumoribus, q̃ inflãmationibus aſſimilentur. Pauci vero ex ipſis fiunt {per compaſſionẽ} abſq; loco patiente: in C qbus venæ omnes æqualiter habent humores vel atribilarios, vel pituitoſos putreſcentes. In his igitur omnibus videtur Hippocrates fidere præcognitionibus, in acutis vero nõ oĩbus. Sed aliquando falli præcognitionẽ confitetur. Tale eſt enim, quod dicit /non oĩno/ negatio cum ſit: nõ omni no. n. idẽ, quod nõ prorſus, ſignificat: eſt q̃ nõ omnino pinde, atq; non in oĩbus, qđ genus ſermonis vſurpare cõſueuerũt, qñ pauca ex multis volũt excipere, vt cũ dicũt, non oẽs hoies mali. Qui. n. hoc dicit, oſtẽdit pauciſſimos eſſe bonos. Ita igitur & nunc Hippocrates oſtẽdit, inquiẽs nõ omni no certas eſſe in morbis acutis prænunciationes, tanq̃ aliqñ, quamuis raro, † medicus aberret: iſtud autem fit propter ſubitam in iudicatione permutationem, quæ naturam humorum ſequitur morbificorum, & quia non nunquam humor noxius ex vno loco transfertur ad alterum.

† ἄριστος id eſt optimus additur in antiquo quodã codice.

20 ‖ *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta eſt, ijs ſeneſcentibus exiccatur. Quibus vero iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt, ijs ſeneſcentibus humectatur.*

2ª. Aph. 43. 18. c. Et Aph. 53. 19. c

Quod quidem hoc ex magna parte fiat, & non ſemper, oſtendit ipſe inter ſequentes hunc ſcribens aphoriſmum: ‖ Quicunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes fuerint, melius degũt, ijs, qui ſiccas habent: ad ſenectam vero deterius: nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccatur.

inferius, Apho. 53. 19. c

D Oportet aũt humidas, & ſiccas aluos intelligere nõ ſimpliciter, ſed eadẽ victus ſeruata rõne. Si quis enim in iuuẽtute Alexãdrinorũ victu vteretur, ſalſis vtẽs cibis, & porris, zythũ q̃ ſuperbibẽs, in ſenectute vero nihil horũ aſſumeret, ſed lentẽ elitaret, & vinũ auſterũ inſuper biberet: male dicemus huius hoĩs deiectiones ætatis rõne permutari. Sic, & ſiquis in iuuẽtute lẽtibus, & meſpilis veſceretur, vinũ q̃ auſterũ potaret, in ſenectute aũt victu vteretur Alexandrinorũ, atq; ita cum victu excretiones mutaret: nõ recte iudicium fecerimus. Sed, cũ oĩa alia, nõ ſolũ, quæ ad cibos attinent, paria agentur, & deiectiones cõmutabuntur: tunc rectum fiet iudiciũ de ijs, quæ ab Hippocrate in aphoriſmo dicuntur. Variantur aũt deiectiones ætatum ratione ſm eas, quę in corpore mutantur, diſpoſitiones, ex quibus aluus ſiccior, humidior ve fit. Quę nam vero ſint hæ diſpoſitiones, vnum eſt ex ijs, quæ quæruntur: atq; adeo longum mihi futurum ſuper hoc ſermonem exiſtimo, ſi proprias ſtuduero adhibere demonſtrõnes, vt vnus integer liber futurus ſit neceſſarius. Sed hoc aliàs forte à nobis fiet: nũc breuibus capita expediam, ijs vtens, q̃ in commentarijs de potentijs naturalibus, & de cauſis accidentium demonſtraui. Plus, quàm conueniat, fit aluus humida, quando cibus in chylum in ipſa conuerſus, parcius diſtribuitur: ſiccior rurſus, cum omnis humor in ipſa cõtentus, ad hepar fertur. Cauſa vero, ob quam parcius diſtribuitur, eſt, aliquando quidem, quia plus aſſumimus, quàm hepar indigeat: interdum vero quoq;, quia citius deijcitur, q̃ hepar attrahat. Nã,

cum cibus

cum cibus modum excedit, eius ſuperfluum derelinquitur, vbi hepar tantum ad ſe attraxerit, quan H
to indiguerit. Cũ vero ꝓperat ad exeundũ, nõ ꝑuenit hepar tm̃ attrahere, quantum ipſi eſt neceſſa-
rium. Citius autem feſtinat ad exitum id, quod excernitur, non nunquam ob multitudinem bilis
ad aluum fluentis, quæ irritat ad expulſionem, non nunquam vero ipſa alui potentia retentiua fa-
cta debiliori, expulſiua vero eius atq; inteſtinorum forti exiſtente. Plura igitur appetimus, cum os
ventriculi (in hoc enim vis appetendi præcipue conſiſtit) frigidiorem habuerit temperaturam.
Sic vero & hepar minus attrahit propter frigiditatem. Vim autem retentiuam habet ventriculus
imbecilliorem propter humiditatem, ſicuti propulſiuam fortiorem propter ſiccitatem. Senum
igitur corpus cum frigidum efficiatur, tantum augeri contingit in ore ventriculi frigiditatem, vt
ad inappetentiam fiat tranſmutatio, atq; ita excrementa exiccentur inopia eorum, quæ aſſumũtur,
vt diſtribuantur. Sic &, quicunq; ob multitudinẽ vel naturam humoris bilioſi aluum humectã ha-
bent, ad contrarium tranſmutantur, cum hic humor non amplius in ſenectute multus generetur.
Quibus vero ob virtutis retentiuæ debilitatẽ aluus humectatur, non oĩbus tranſmutatio aduenit,
ſed pro quantitate caloris adiuncti. Si enim ſtatim ab initio frigidiorem habuerit aluus tempera-
turam: mox ad immodicam veniens in ſenectute in frigiditate intẽperiẽ, virtutẽ retentiuam æque
habebit imbecillem, qm̃ omnis immodica intemperies operationes exoluit. Quod ſi exquiſite cali F
da fuerit ad longiſſimum vſq; ætatis proceſſum, fortẽ habebit operationẽ retentiuam, vt quæ neu-
tram habeat exquiſite intemperiem, neq; eam, quæ eſt ſecũdum ſiccitatem (ſiquidem erat omnino
humidior natura: alioqui non habuiſſet debilem virtutem retentiuam) neq; ſecundum caliditatẽ:
hoc enim ſupponebatur. Liquet igitur, quo'd fere' oĩbus, qui aluos habẽt natura humidiores, fit ad
cõtraria ſeneſcẽtibus trãſmutatio: qui vero ſicciores, ĩjs fient in ſenectute humidiores propter con
* Al. cauſas. trarias tẽperaturas: vel enim, quia minus aſſumitur alimẽti, quam potentiæ hepatis congruat, vel
propter exuccationẽ, vel quia parũ bilis confluit ad aluum, vel propter potentiæ retentiuæ robur
excrementa erunt ſicciora. Ex his autem, ꝙ parum appetant, & citius impleantur, fit propter partiũ
appetentium caliditatem. Quo'd vero cibus aſſumptus exuccetur, contingit vel mediocriter ſe ha-
bente hepate ſm̃ temperaturam, vel paulo plus mediocri calidiore. Quo'd vero pauca bilis cõfluat
ad aluum: hoc ex eo accidit, quia etiam pauca generatur ob viſceris frigiditatem. Fortis aũt iuueni
bus ineſt retentiua potentia, qm̃ ad ſicciorem vergunt temperaturam. Non abſq; ratione igitur in
omnibus, quos diximus, ſenibus fit ad contraria tranſmutatio. Nam, qui non appetunt ob calidita
tem, in progreſſu ætatis plus etiam appetent, quam̃ poſſit hepar euincere. Quibus aũt ob innatam
ſiccitatem virtus retentiua fortior extiterat, ĩjs ſeneſcentibus fiet imbecillior ob ſiccitatis exceſſum: G
& ea ratione excrementa humectabuntur, quoniã ciborum exitus feſtinat. Quibus vero propter
bilis defectum tardante excretione, ob exitus moram multum humiditatis abſumitur, fieri poteſt,
vt eadem diſpoſitio perſeueret: Fieri ẽt poteſt, vt propter immodicã hepatis frigiditatem, ad ſatis
magnam perueniente alimenti diſtributione imbecillitatem, fiant excrementa humidiora. Hæc in
præſenti dicta ſufficiant de cauſa earum, quæ fiunt in ætatibus, permutationum, quantum ad alui
attinet humiditatem, ac ſiccitatem: quæ propter breuitatem ſunt futura obſcura ĩjs, qui in nuper
dictis commentationibus non ſunt exercitati. Sed poſthac aliquando vno integro volumine cla-
riorem doctrinam faciemus: nam, quod ad vſum artis attinet, hoc ſolum ſcire ſufficit, quod fuit ab
Hippocrate dictum, etiam ſi cauſa non adĩjciatur.

21 *Famem, thorexis, ſoluit.*

Thorexin noĩare cõſueuit ipſam vini potionẽ. In libro ſiquidẽ de natura hominis, & de victus »
de Nat. hum. com. 2. t. 3. 7ª. 182. b ratione, in hunc modum ſcripſit: ‖ Liquet enim, ꝙ victus ſingulorum nõ ſunt cauſa quando oẽs, » ſubinde morbo corripiuntur, iuniores, & ſeniores, viri, ac mulieres, ſimiliter aũt thoreſſomeni, & » aquæ potatores. Cũ ergo aquæ potatores thoreſſomenis opponat, oſtendit ſe per thoreſſomenus H
vinũ potãtes intelligere. Quare & hic thorexis, vini potus ab ipſo dicitur, quem dicit famẽ ſoluere:
non (per Iouẽ) quẽcunq; defectũ famẽ noĩans, (ſicuti nõ nulli arbitrãtur) ſed neq; illam, quæ cũ ap
petitu naturali fit, ſed eam, quam hñt, qui hac paſſione laborãt, vehemẽtem, & indeſinentẽ ciborũ
appetentiã: quam medici quidã appetẽtiam caninam noĩant. Talẽ enim famẽ, vini potio ſanat, nõ
eam, quæ vel ex longa inedia, vel alui profluuio, vel fluxu ſanguinis, aut aliqua alia facta eſt euacua
tione. Nam, qui ex tali aliqua indigent cauſa, non modo non aliquam ex vini potu capiunt vtilita
tem, ſed etiam plurimum offenduntur, quoniam & conuulſionibus & deliriis ſtatim corripiũtur,
ſi, antequam cibos aſſumant, vinum potauerint. Qui vero famem, quam diximus, patiuntur, ĩjs
vini potus, non cibi multitudo, remedium eſt. Equidem multos ipſe ſanaui, qui indeſinenter fa-
meſcebant, vinum ipſis abundanter exhibens ex eorum genere, quæ ſufficienter calefaciunt. Neq;
enim acerba vina talẽ famem ſanant, ſiquidem neq; calefaciunt: ſed, quæ colorem fuluum habent,
vel rubeum abſque aſtringente ſapore, maximo ſunt illis remedio, qui canino laborant appetitu.
Oportet ſiquidem, cum ad prandium accedunt, primum illis afferre pinguia edulia, atq; (vt ita di-
xerim) oleagina, & alia, quæcunq; ex multo parantur oleo: maxime vero nihil auſterum aut acer-
bum offeratur: poſtea vnum aliquod ex vinis, quæ diximus, ẽt ſi nondum ſitierint, potandum da-

ri præcipiemus.

Arí præcípiemus. Statim enim fames tali victu mitigatur, atq; ita longo tẽpore faciendo, ceſſat omnino: & hoc mihí magís videtur ín præſentí aphoriſmo Hippocrates docere. Cum enim canini appetitus fieri conſueuerint vel propter ſolam íntemperaturam frigidíorem, vel propter humores acídos, quos exorbuit os ventrículí: & hæc ambo ſanare poſſit vínum, quod díximus: non ſine ratione vínί potío ceſſare facit canínos appetítus. Quí vero putant vehementem eſurítionem, quam Græci bulímon vocant, fuiſſe nunc famẽ ab Hippocrate nomínatam, nõ recte mihí vídentur eius ſermonem accípere: prímum, quía ípſum pro generalí, atque vníuerſalí faciunt ſpecialem, ac particularem: deínde quía mentíuntur: nam paſſío bulímos nomínata, eſt caſus potentíæ ex frigiditate exteríore, quí â fame quídem íncohoauit, ſed non habet eam amplíus adiunctam.

22 ‖ *Quicunq; morbi ex repletione fiũt, curat euacuatio: & contra, quicunq; ex euacuatione, repletio: & aliorũ, cõtrarietas.* Idem ferè in li. de Nat. hum. com. 2. t. 1. 7ª. 181. c.

Non, ſí quíd factum eſt à repletione, neq; ípſa non amplíus exíſtente ſíquíd remanſerít, íd curat euacuatío, ſed, q̃cunq; eo ípſo, quo fíunt tẽpore, curare aggredímur, euacuatíone índígent. Quòd quídem ígitur multítudo morbum efficíat, antea dictum eſt: quòd autem euacuatío ſit eíus curatío, non opus eſt dícere: ſícutí neque de omnibus alíjs cauſís, quæ morbos committunt, quòd per
B contrarία curentut. Neq; enim alíud quícquam químus excogítare præter contrarium cauſís morbos efficientíbus, ſícutí ín morbís ípſís íam factís rurſus conſíderabímus: quemadmodum & ín caſibus, quí eos ex neceſſítate conſequuntur. Sed nunc de íjs morbis, quí adhuc fíunt, ſermo à nobís habetur. Líquet ígitur, q̃ vna cum cauſís ípſos facientíbus deſtruuntur. Cauſarum vero faciẽtium abolítío fit à contrarijs: ſí enim ex refrígeratíone morbus fíat, curatío eſt per calefactíonem: ſí vero ex calefactíone, per refrígeratíonem: ſíc, & ſí propter repletíonem morbus conſtituatur, tunc oportet repletíonẽ euacuare: ſícutí, & ſí propter euacuatíonem, refícere protínus cõuenít. Etíamſí non nullís vídeatur nunquam fieri ab euacuatíone morbum: exiſtímant autem (vt apparet) huíuſcemodí homínes ſolam febrem eſſe morbũ: quòd ſí dídicíſſent quamlíbet lædentem operatíones díſpoſítíonem, morbum eſſe, & quòd à vehemẽtíbus íntemperaturís operatíones læduntur, haudquaquam dubítarent, an fortes euacuatíones morbos efficíant. Sanguís enim cum ſupra modum aut ex vtero mulíebrí, aut ex venís, quæ hæmorrhoídes appellantur, aut ex vlcere fluxerít, tunc vel omnes, vel plurímas operatíones íj, quí íta affecti ſunt, offenſas habent. Non nullí vero ípſorũ nõ modo hæc patíuntur, verumetíam aqua ínter cutem corrípíuntur. Longæ autem ínedíæ íjs, qui calorem habent ad ígneam naturam propenſíorem, præter alía mala, ínſuper afferunt febrem.
C Quantum ígitur veritas ípſa, atque vtílitas exigebat, à nobís quamuís dictum ſit, hís tamen addamus alíquíd propter garrulos: quales ſunt recentíores quídam medící, quí de nomínibus altercantes putant ſe de rebus ípſís habere ſermonem. Hí ígitur ſunt, quí aíunt cauſarum efficiẽtíum morbos abolítíonem non eſſe curatíonem, ſed præſeruatíonem. Quí prímum quídem docendí ſunt, quòd de nomíne lítígant, deínde, quod neque de hoc recte. Vbí enim cauſa non adeſt, quæ morbum efficíat, híc ſola curatío factorum relínquítur. Vbí vero ea, quæ íneſt corpori cauſa, nondum alíquíd facit, veluti quæ plethora, íd eſt plenítudo, vocatur, ad præſeruatíuam artís attínet partem, huíuſcemodí cauſarum deſtructío. Cum vero íam alíquíd agít, míſtum íam quodam modo eſt huíuſcemodí opus ex præſeruatíone, & curatíone. Nam, quod facturæ erant cauſæ íllæ, prohíbitum eſt fieri: & hoc ad artem attínet præſeruatíuam: quantum vero morbí íam factum eſt, propríam exígit curatíonem. Quapropter, cũ míſta ſint talía ex præſeruatíone, ac curatíone, proprío caremus nomíne: atq; ídcirco alías alía medící vtuntur appellatíone, non nunquam præſeruarí dícentes, ne morbus, quí íam íncípit generarí, ad complementum perducatur: non nunquã vero curarí, quem admodum ín íjs, quos canís rabídus momorderít. Quæ enim ípſís adhíbentur medícínæ, duplícem habent appellatíonem. Nam non nunquam rabíeí remedía dícuntur, ac ſí díſpoſítíonís, quæ
D rabíem fecerít, dícerentur. Non nunquam vero non remedía præſentís díſpoſítíonís appellantur, ſed à rabíe futura præſeruantía.

23 ‖ *Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.* Idem in lib. de Iudicationib. & in Coacis prænotionib. ijſdẽ verbis.

1. de Dieb. decret. 4ª. 154. c. Et 155. b. d. & 156. c. d. e in Progn. com. 1. t. 25. 4ª. 195. b. et com. 3. t. 25. 209. h

Acutí morbí magní ſunt, & ad ſuum vígorẽ celerítер properãt. Nõ abſq; ratíone ígitur ín pauco tẽpore & magnas faciũt permutatíones: quod ídẽ eſt, quod íudícarí. Huíuſcemodí enim permutatíones quãdo repẽte ín morbo fíunt, Hippocrates críſes vocat, íd eſt íudícatíones: ín quíbus non nunquam ſubíto íntegra ſanítas reſtítuítur, aut morítur æger: non nunq; vero magna fit ad ſalutẽ, vel ad mortẽ permutatío, non tñ aut ſubíto ſanantur, aut morĩũtur: íta vt quatuor ſint ín ípſís ſubítæ permutatíones, quas ípſe docuít ín prímo líbro Epídemíorũ, ínquíens: ‖ Ad ſalutẽ, aut mortẽ, vel ínclínatío ad melíus, aut ad peíus. Quòd vero ſit neceſſarium ob morborum magnítudínem, ac caſuum vehementíam, vel cíto víres proſterní, adeo vt homo moríatur: vel ad noxíorum humorum excretíonẽ excítatas, ſí mõ quos ínuaſerínt, exuperent, bonam ſequí íudícatíonem: ſín aũt exuperentur, malam: vnícuíq; manífeſtum eſt. Propterea ígitur fieri nõ poteſt, vt ín longum tẽpus íudícatío díffératur ín morbís acutís. Terminũ ígit ín híſce oĩbus Hippocrates poſuít duas ſeptímanas, tanq; nullus eorũ vlterius progrediat: verum ante quartũdecímum díẽ multí poſſínt íudícarí.

1. Epid. com. 3. t. 16. 3ª. 120. c

Etenim

Etenim vndecimus, nonus, septimus, & quintus multos visi sunt iudicasse in libris Epidemiorũ. E
Iudicat aũt & sextus non nullos, sed non bene, sicuti in libris de iudicatorijs diebus plenius ostendi
mus: in quibus dignum putamus illum exercitatũ esse, qui ea assequi debeat, quæ Hippocrates bre
ui sermone perstrinxit. Quęcunq; vero iudicationes sunt veluti imperfectę, ijs finẽ imponit aliquis
in Progn.com. 3. t. 3. 5. 4ª. 207.b.c alius dies ex eorum numero, qui deinceps sequũtur, de qbus, quales nam sint, in libris Prognosti-
cis ‖ Hippocrates docuit: & hic de ipsis aliquid in sequẽti docebit aphorismo. Est autẽ & harũ im-
perfectarum iudicationum terminus quidam vlterior, vltra quem nõ amplius fieri progressus po
test, dies quadragesimus. Quicunq; igitur morbi intra diem quartumdecimũ integre iudicantur,
hos solet Hippocrates acutos simpliciter nominare. Quicunq; vero imperfecte iudicati, seruati fue
rint in sequentium iudicatoriorum dierum aliquem vsq; ad quadragesimum, hos non solet sim-
pliciter acutos noiare, sed appellatiõe cõposita his oibus verbis, acutos, qui in quadraginta diebus »
iudicantur. Verum manifestius illi declarant, qui eosdẽ morbos, acutos ἐκ μεταπτώσεως i. ex deci »
in Progn.com. 1.t.25.4ª.194.h dentia vocant. De his igitur in Prognostico ‖ scribit in hunc modum: Oportet autẽ existimare spi »
randi facilitatẽ magnam habere vim ad salutẽ in omnibus acutis morbis, quicunq; febres habẽt ad
iunctas, & in quadraginta diebus iudicantur. Nunc vero in aphorismis de acutis simpliciter, enun
cians, ait eos intra quartumdecimũ diẽ iudicari: non (per louẽ) hoc dicens, quod non nulli exisi- F
marunt, esse quatuordecim numero dies, qui in his morbis faciãt iudicationem. Nam secundum
hanc expositionẽ, etiam illos dies, qui iudicant morbos acutos ex decidentia noiatos, dicemus es-
se numero quadraginta, cum idẽ loquendi modus in vtrisq; sit: hic quidẽ, cum ait, Morbos acutos »
Ibidem. in quatuordecim diebus iudicari: in Prognosticis aũt, ‖ cũ dicit. Quicunq; morbi cũ febribus sunt, »
in quadraginta diebus iudicantur. Verum hi non inueniẽtes, quo modo possint ostendere vtrosq;
sermones, & hunc, qui in aphorismis scribitur, & illum, qui in Prognostico legitur, sibi inuicẽ esse
concordes: hanc absurdam excogitarunt expositionem. Neque enim in quatuordecim sunt vsq;
ad quadragesimũ dies iudicatorij, sed cum intercidẽtibus quidẽ plures, absq; illis vero pauciores,
quemadmodũ clare in nostra ostẽditur de diebus iudicatorijs tractatione. Sed & ipsa rerum natu-
ra suffragatur sermoni, quo dicitur acutos morbos habere terminum iudicationis quartumdeci-
mum diem. Nullus enim inuentus est vnquam ab initio velociter motus, hunc transgredi termi-
num, qui non aliquod ex quatuor iam dictis iudicijs vnum acceperit: sicuti quidam leues ac parui
circa primos dies existentes, quarto aut quinto die continui, vehemẽtes, & acuti fieri incipiẽtes, ad
decimum septimũ terminarunt. Alij vero sexto aut septimo die exacui incipientes, ad vigesimum
terminarũt: adeo vt morbi continui acuties nunquam possit plures, quàm quatuordecim, obtine- G
re dies. Ex ijs vero, qui motus habent inæquales, multi extenduntur vsq; ad aliquod tempus vlte-
rius præfinitum. Dico autem inæquales habere motus, eos, qui aliquot diebus vehementiores fue-
re, postea sine aliqua significatione torpuerunt, deinde rursus adaucti continuitatem acceperunt.
Si quis igitur, vt dixi, faciat in ægrotãtibus obseruationem: omnes inueniet, qui per duas integras
septimanas velociter mouentur, nunquam ad vlteriorem progredi terminum.

24 ‖ *Septenorum quartus est index. Alterius septimanæ octauus principium. Est autem & vndecimus contemplabi-*
lis: ipse enim, quartus est secundæ septimanæ. Rursus vero & decimus septimus contemplabilis, ipse siquidem quartus
est à quartodecimo, septimus vero ab vndecimo.

2.de Dieb.de-
cr.4ª. 154.c.
Et 156.f.g
in 1. Prorrhe.
com. 1.t.1.4ª.
161.c
in Progn.cõ.3.
t.1.4ª.206.f
4.Aph.71.35ª

Indices, hoc est ἐπιδήλους, & contemplabiles, hoc est θεωρητὰς, solet Hippocrates noiare dies, in
quibus aliquod signum apparet futurę iudicationis indicatiuũ, in altero aliquo iudicantium dierũ,
quos ipse in Prognosticis, vnamquanq; septimanam in duas diuidens partes, per quaternarios di-
gessit. Primum itaq; quaternarium septimi diei, siquis ab initio numeret, indicem esse ait: vndeci-
mum autem quartidecimi, qm̃ & hic secunda septimana in duas partes diuisa index prouenit. Ea-
dem ratione & decimus septimus vigesimi est index ex diuisione tertiæ septimanæ in duas partes: H
illud tantum interest, quòd hanc tertiam septimanam secundæ cõiungit, quãuis primam à secunda
separauerit: nam eius initiũ diem octauum esse dixit, non tamen tertiæ quintumdecimũ, quemad-
modum non nulli post ipsum existimarunt: qm̃ neq; vigesimum primum, terminum statuit, sed
principium quidem tertiæ septimanæ quartumdecimum, finẽ aũt & terminum vigesimum. Cur
aũt duas primas septimanas secundum disiunctionem inuicem ordinauerit, tertiam vero secundæ
m̃ continuitatem, in libro de diebus iudicatorijs docuimus. In præsentia vero sufficit ẽt sine cau-
sa nouisse, quod experientia cõprobat. Nam ipse Hippocrates plurimos ægros secundum talem
ordinem dierum iudicatoriorum in libris Epidemiorum scripsit fuisse iudicatos. Dico aũt secundũ
talem ordinem, vt primæ tres septimanæ ad vigesimum, sequentes tres ad quadragesimum perdu-
cantur. Sic enim & sexagesimum & octogesimum diem iudicatorios habebimus, & ipsos expe-
rientia cõfirmatos, quẽadmodũ in libris de diebus iudicatorijs ostendimus, illos qui in libris Epide
miorum notantur iudicati secundum talem dierum ordinem, describentes. Sed, ægrotos illos quo-
niam longum esset hoc in loco sermone complecti: sufficiet sola ex Prognosticis verba in hunc
in Progn.cõ.3. t.1.2.3.4ª.206. d.207.b modũ se habentia subscribere: ‖ Febres iudicantur in eisdẽ numero diebus, in quibus etiã homines »
liberantur & pereunt. Nam mitissimæ febres, & quę tutissimis signis incedunt, quarto die finiun- »

tur. vel

« A tur, vel antea: malignissimæ aũt, & grauissima signa prę se ferẽtes, quarto die interimũt, aut prius.
« Primus igitur earũ insultus ita terminatur: secũdus vero ad septimũ ducit: tertius ad vndecimũ:
« quartus ad quartũdecimum: quintus ad decimũseptimum: sextus ad vigesimũ. Hi igitur per qua-
« tuor ex acutis ad vigesimũ ex adiectione finiunt. Hæc verba ostendunt manifeste, ꝙ tertiam septi-
manam per continuitatẽ secundæ annumerat, & ꝙ decimamseptimam indicem facit vigesimæ.

25 ‖ *Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longæ, & maxime quæ hyemem attingunt.*

1. de Crisib. 126. f

Non solum quartanæ breues æstate fiunt, sed & ægritudines aliæ, propterea ꝙ humores superflui funduntur, & per totũ corpus ferunt, atq; diffl ãtur. In qbus igitur vires validæ sunt, noxijs humoribus euacuatis, morbi cessant: in qbus vero sunt imbecilles, dũ noxij succi euacuãtur, vnà etiã ipsæ dissoluuntur. Quare non absq; ratione nulli morbi æstate sunt longi. Hippocrates vero de solo omniũ longissimo fecit mentionem, tanquam per exemplum de omnibus alijs ex isto indicans. Sicuti aũt æstate & discuti humores, & vires dissolui cõtingit: sic hyeme cõtraria eueniũt, & humores intus tanquã in latebris remanere, & vires seruari robustas. Neq; igitur morbi soluuntur manentibus ijs, qui eos efficiunt, humoribus, neq; ægroti moriuntur viribus interim sufficientibus.

26 B ‖ *Febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem.*

in 6. Epi. com. 6. t. 7. 3ª. 197. c
in 1. Prorrhet. com. 2. t. 50. 4ª. 175. g

Ipse Hippocrates in sequẽtibus dicet ‖ cõuulsionẽ fieri ex repletione, & euacuatione. Cũ igitur aliquẽ sanum cõtigerit repente cõuelli: huiusce modi cõuulsionẽ necessariũ est ex repletione fieri: replẽtur aũt nerui frigidis, & glutinosis humoribus, ex qbus etiã nutriuntur: vnde conuulsionem patiũtur. Hisce igitur febris superueniens, solita est magna ex parte calefacere, extenuare, atq; dissoluere. Si vero ex febribus aduerẽtibus, totũ corpus exiccetur, & neruis deinde ex siccitate conuulsio accidat, maximũ est malũ, & penè insanabile: qm̃ longũ quidẽ tps exigitur ad siccitatẽ neruorũ remouendã: vehementia aũt morbi tps nõ expectat, sed cito vires dissoluit, & subito exitium affert. 6. Aph. 39. 50. f

27 ‖ *His, quæ non ex ratione leuant, non oportet fidere: neq; multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia stabilia non sunt, neq; multum durare, & permanere consueuere.*

in 3. Epid. cõ. 1. t. 8. 3ª. 132. c
1. de Crisib 4ª. 131. a. e
1. de Dieb. decret. 4ª. 145. c. d
in 1. Prorrhet. com. 2. t. 17. 4ª. 171. d
in Progn. cõ. 3. t. 39. 4ª. 212. d

Sermo quidem integer de talibus omnibus in libris de Crisibus dictus est, nunc vero, quantum ad propositorum expolitionẽ satis est, à nobis dicetur. Cum morbus inuadit vehemens, & mox subito quiescit, non modo per sudorẽ, aut vomitum, aut alui excretionem, aut profluuium sanguinis
C corpore nõ euacuato, sed ne viso qdẽ signo coctionis: existimandũ est signum infidum talem quietem esse: sicuti ẽt, siquis præter rationẽ spiret difficulter, vel deliret, vel febricitet vehementius, vel magno rigore corripiatur: nam & hæc quoq; firmitatem non habent: tantum q̃ abest, vt malum aliquod significent, vt non nunquã bonum iudicium haud ita multo post futurum enunciẽt. Quo modo autem hæc oporteat dignoscere, & præcognoscere, in libris de Crisibus diximus.

28 *Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui: vel etiam plus, quàm ratio postulat, colliquescere, malum. Hoc enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem significat.*

Hæc verba /nõ omnino leuiter/ distinctionis gratia apposuit Hippocrates. Si enim simpliciter dixisset, Febricitantium permanere corpus, & nihil minui, malum: sermo careret veritate. Contingit enim in tempestate frigida cuiquam ex plenitudine ægrotanti, non collabi corpus, neq; extenuari, cum febres paruæ fuerint: sed, cũ maiores fuerint, multam adesse plenitudinem significatur. Colliquescere aũt plus, quàm ratio expostulat, malum: etiã si non adijciatur /nõ omnino leuiter/. Siue enim leuiter febricitauerint, siue nõ, signum imbecillitatis est ea, quæ fit præter rationem extenuatio. Neq; enim putandũ est verbo /συνθήκεσθαι/ i. colliquescere seu cõtabescere, in proprio si-
D gnificato nunc Hippocratẽ vsum fuisse, sed magis abusum. Recte aũt dixit in secunda parte aphorismi, magis, q̃ ratio expostulat: & melius est hæc quoq; verba priori parti aphorismi adaptare, ita vt totus sermo talis efficiatur: Febricitantiũ nõ oĩno leuiter, pmanere corpus plus, q̃ ratio postulat, vel etiã colliquescere magis, q̃ ratio expostulat, malũ: vt cõiter de vtroq; prędicetur/magis, quã postulat ratio/. Siue enim permaneãt magis, q̃ ratio expostulat, siue extenuentur, malum est. Melius autẽ fuisset, si hoc, quod ait /magis, q̃ ratio postulat/ quibus finibus, scopis' ve iudicetur, aperuisset. Verum, quia hic doctrinæ modus aphoristicus est, & summam consectatur breuitatem: nos exponentes verba, secundum rationẽ, ad febris magnitudinẽ referemus, ad tẽpus ægritudinis, ætatem, regionẽ, tẽpus anni, & illam, quæ tunc viget, temporis constitutionẽ, & præterea ad sensibiles euacuationes, vigilias, curas, inedias, & motus plures. Nam maiores febres magis & citius corpora extenuant ægrotantium, sicuti & diuturnitas morbi, & ex ætatibus puerilis, atq; decrepita: sed alia ambæ ratione. In pueris enim pp caliditatẽ, atq; humiditatẽ multum defluunt, atq; extenuãtur corpora: in decrepita vero ætate hoc idẽ patiũtur propter potentiæ imbecillitatẽ. Ex regionibus autem, & anni tẽporibus, ac constitutionibus, calidæ quidem, ac siccæ magis euacuant: humidæ vero, ac frigidæ magis astringunt, ac difflare corpora, atq; extenuari non sinunt. De sensibilibus autem euacuationibus quid dicere oportet? neminem. n. ignorare arbitror, vt merito ex profluuio sanguinis

guinis multo, atq; ſudoribus plurimis, & vrina ſuperfluente, vel vomitu, vel alui excretione, cito E
corpus extenuetur. Accedit aũt dictis cauſis & inedia: vigiliæ q̃; & curæ ſufficienter extenuant,
vt & plures motiones: ſed hę raro febricitantibus adſunt: nam magna ex parte iacent quieſcentes.
Verum aliquando contingit moueri aliquos, qui itinere cœperint febricitare, vel vrgente neceſſi-
tate, vel ſtudio domum reuiſendi. Sed & ex delirio quidam ægroti iugiter exurgentes, vel iacen-
tes quidẽ, ſed continuo partẽ aliquam corporis cõmouentes, aut ẽt delira loquentes, intra paucos
dies extenuantur. Hæc quidẽ omnia ægrotos reddunt macilentos, ſicuti & contraria his corpus in
maiori mole conſeruant. Signum aũt nullum ex his eſt virium imbecilliũ, ſed ſingula ſunt tantum
modo cauſæ. Nam, ſicuti ex eis corpus cum ratione extenuatur, ſic & vires deſtruuntur. Abſq; his
aũt corpus prẽter rationẽ extenuari, ſignum eſſe virium imbecillitatis Hippocrates inquit: quam
& in valde ſenibus pro cauſa aſſignantes celerrime ipſorum corpus extenuari dicebamus. Neq;
mirum videri debet in ijs, qui ita ſe habẽt, imbecillitatẽ quidẽ cauſam eſſe extenuationis, extenua-
tionem vero eſſe ſignũ imbecillitatis: hoc enim contingit in oĩbus, quę faciunt, & fiunt. Hæc qui
dẽ eſt ſentẽtia Hippocratis, ſemper exiſtimantis eam, quæ eſt citra rationẽ, extenuationem ſignum
eſſe imbecillitatis. Nos vero adijciamus eius ſermoni & aliam diſpoſitionẽ, quæ cauſa eſt in febri-
bus extenuationis. Eſt aũt hæc humorum quidem tenuitas, corporis vero raritas. Cum enim hæc F
ambo conuenerint, celerrime corpora extenuantur per eam, quæ diſſlatio inſenſibilis noĩatur: ſi-
cuti in diſpoſitione contraria, craſſitudine humorum, & corporis ſpiſſitudine, neq; fit humorum
euacuatio, & permanere corpus, & nihil tunc minui de ipſius mole contingit. Hanc itaq; diſpoſi-
tionem oſtendit Hippocrates in prima parte aphoriſmi per ea verba. Longitudinem morbi ſigni
ficat. Alteram vero contrariam prætermiſit: ſed nos & hanc adijcientes, iam totum ſermonẽ inte-
grum proferamus, quantum fieri poteſt, breuiſſime dictum: Febricitantium non omnino leuiter,
permanere corpus, & nihil imminui, vel plus, quàm ratio poſtulat, colliqueſcere, malum. Nam per
manere, ex cutis ſpiſſitudine accidit, & craſſitudine humorum: & propterea longitudo morbi ſi-
gnificatur. Colliqueſcere autem non nunquam fit ob humorum tenuitatẽ, & cutis raritatem: con-
tingit vero & ob ſolam virium imbecillitatem.

29 ‖ *Cum morbi inchoant, ſiquid mouendum ϒidetur, moue: cum ϒero conſiſtunt, ac ϒigent, melius eſt quieſcere.*

de Totius morbi tẽporib. 3ª.88.c 1. de Criſibus 4ª.127.c de Curandi ratione per ſanguinis miſſ. 6ª. 18.b de Optima ſecta ad Thraſy. Iſagog. 22.d. 27.g.28.a.e.f

Cur Hippocrates hoc conſulat, ſequenti indicat aphoriſmo: quem ſiquis nuper dicto annexue
rit, totum ſermonem talẽ efficiet: Cum morbi inchoãt, ſiquid mouendum videtur, moue: cũ vero
cõſiſtunt, ac vigent, quieſcere melius eſt. Nam circa principia, ac fines, omnia debiliora ſunt, circa G
vigores autem fortiora. Oportet autem his adijcere verbum /ſymptomata/ hoc eſt caſus: nam de
his dictionẽ /omnia/ attulit. Diſpoſitio ſiquidẽ, ex qua caſus generantur, quam & morbum nomi-
namus, non omnino in vigoribus eſt fortior: verum in ijs, qui ſaluari debent, melior multo, quàm
in morbi principio: in quibus ẽt Hippocrates nunc cõſulit, vt quieſcamus, in morborum initijs, ſi
quid videtur, mouentes. Nam in morbis exitialibus, nõ modo, quando ſunt ſuo vigori vicini, ſed
etiam in prioribus tẽporibus nihil mouere oportet: recordantibus nobis, q̃ deploratos non opor-
tet attingere, ſed relinquere, & morbi finem tantummodo prænunciare. Circa initia vero illorum
morborum, in quibus ſperamus ægrotum conualiturum, tentandum eſt maiora afferre remedia:
de quibus Hippocrates dixit/. Siquid videtur mouendum, moue/. Sunt autem hæc, maxime quí-
dem venæ ſectio, non nunquam vero & purgatio: quorum neutrum oportet in vigoribus adhí-
bere. Vt enim in libro de Criſibus manifeſtauimus, coctiones morborum tunc maxime fiunt. Vt
igitur hæ citius eueniant, melius eſt in principijs euacuare, quo minorem iam factam materiam fa-
cilius natura poſſit concoquere. Morbo autem conſiſtente, cum iam natura concoxit, ſuperfluum
eſt euacuare, cum propter alia, tum quia vis animalis maxima ex parte eo tempore eſt fatigata, licet
quàm maxime duæ aliæ, vitalis, ac naturalis, fortes perſiſtant. H

30 ‖ *Circa initia, & fines, omnia imbecilliora: circa ϒigores ϒero, fortiora.*

de Totius morbi tẽporib. 3ª. 88.c.& 90.a 1.de Criſib.4ª. 127.c.Et 1.3.h

Caſus omnes circa principia, & fines ait eſſe imbecilliores, acceſſiones videlicet febrium, & vigi
lias, atq; dolores, & faſtidium, & ſitim: ſicut ipſas diſpoſitiones, in quibus hæc fiunt, vbi morbi con
ſiſtunt, neceſſe eſt eſſe meliores in ijs, qui debent ſanitati reſtitui.

31 ‖ *Eius, qui ex ægritudine benè cibatur, nihil proficere corpus, malum.*

in Coacis prænotionib. Qui ex morbis longis &c.

ſupra, Aph. 8. 11.h

Oportebat, & hunc aphoriſmũ, & illum, qui ſequitur, adiunctum eſſe illis, qui ſupra ſcripti ſunt,
vbi dicebat: ‖ Siquis à morbo cibum aſſumens non corroboratur. In illo igitur aphoriſmo, pro
verbo /ἐυσιτέοντι/ i. bene cibatur, ſeu bene veſcitur, inquiens cibũ aſſumere, de caſu aliquid docuit,
ſcilicet non corroborari. Hic vero, cibum aſſumere, commune vtriſq; ſeruauit: caſum autem varia
uit, quoddam illi ſcribens proportionale. Nam huic /non corroborari/ hoc, /nihil proficere cor-
pus/ ſimile quodam modo eſt. Illud enim potentiæ noſtrum corpus regentis, hoc vero ipſius cor-
poris affectio eſt. Euenitq; profecto, vt corpus non bene alatur, atq; proficiat, interdum quidem ex
potentiæ, quæ ipſum nutrit, imbecillitate, non nunquã etiam ex malorum humorum abundantia.

Omnes

32 A *Omnes ferè, qui male se habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes: circa finem rursus cibum non appetunt: qui vero circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes: ij melius euadunt.*

Hic etiam aphorismus de iis esse dictus videtur, qui ex morbo conualescunt: non proficere enim, de his dicere consueuerunt cum alij, tum Hippocrates ipse. Siquis igitur bene ab initio cibatus non nutriatur: quam ob causam hunc subit affectum, ob eadem rursus fit male appetens cibum. Causa vero, propter quã bene ab initio cibati nihil proficiant, est totius corporis vitiũ cum partium appetentium robore. Verũ processu temporis ob cibi multitudinem aucto in toto corpore vitio, ipsum etiam appetendi instrumentum male se habebit: quare inappetentes fient, qui prius bene appetebãt, quos recte εὐσιτέοντας, i. bene cibatos nominauit. Dixerat aũt hoc ipsum in prẽcedentibus aphorismis hoc modo: ‖ Quòd si non assumente cibũ hoc fiat, scire oportet, ꝙ indiget euacuatione/. Porrò eos, qui ab initio male appetunt adeo, vt parũ assumant oĩno cibi, postea vero ad contrarium transeunt, melius permutari inquit. Hoc vero ideo euenit, natura eo tpe, quo parum cibi assumebant, ipsam, quæ causa erat inappetentiæ, dispositionem concoquente. Supra apho. 8. 11. h

in 1. Epi. cõ. 2. t. 34. 3ª. 111. b

1. de Crisibus, 4a. 131. d

B 33 ‖ *In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa, quæ offeruntur, bonum: contrarium vero malum.*

Neqꝫ, cum aliquod bonũ dixerit eorũ, quæ ad corpus attinent, oĩno existimandũ est ex eo hominem reualiturũ: neqꝫ, cum malum dixerit, oĩno moriturum. Nam fieri potest, vt bonũ signum à maiori malo superetur: & malum à maiori bono vincatur. Tales itaqꝫ enunciationes intelligendę sunt de eo solo, quod dicitur. Dicitur autẽ signum esse bonũ, quantũ in seipso est, hoc aliquid: & signum malum, quantum in seipso est, hoc aliquid. De morte aũt, ac vita oportet omnium signorum vires prius bene perpendentes, ita pronũciare, quemadmodum & ipse in Prognosticis consulit. Sic igitur & nunc, Constare mente, & appetitum permanere, bonũ est signũ in quouis morbo. Quędã enim non in omni morbo bona sunt, vt ipse consueuit nobis significare, inquiẽs: ‖ Spirandi autẽ facilitatem putare oportet valde magnam habere vim ad salutem in oĩbus morbis acutis. Quòd aũt constare mente, bonum sit signũ, ex isto cognosces: Quæ ad cerebrum attinent, atqꝫ eius membranas, & spinalem medullã, necnon & septũ transuersum, & omnino partes neruosas, ac præsertim, quæ sunt iuxta cerebrum, sana esse omnia significantur ex mentis cõstantia: sicuti & quæ ad ventrem attinent, & hepar, & cor, vbi adest promptitudo ad cibos, qui offerũtur. Cum vero hæc omnia robusta sunt, non parua spes de ægroti salute haberi potest. in Progn. com. t. 25. 4ª. 194. h

C 34 ‖ *In morbus minus periclitantur, quorũ naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus secundum nihil istorum congruit.*

in 1. Prog. cõ. 2. t. 18. 4ª. 171. h

in Progn. cõ. 1. t. 7. 4a. 191. c. Et cõ. 3. t. 39. 212. d

Cum natura multis dicatur modis, accipienda nunc est in eo significato, quo multis in aliis locis vsus est, & in toto libro de natura hoĩs, in quo eam, quę fit ex primis elemẽtis, temperaturam, naturam nominat: ac si ita diceret: In morbis minus periclitantur, quorum primæ corporis temperaturę, vel ei, quę nunc ratione ætatis, aut habitus, aut temporis adest, magis congruit morbus, ꝗb quibus secundũ nihil istorum congruit. Calidæ enim naturæ, & ætati, & habitui, & tempori, & anni constitutioni, & regioni, morbi calidiores sunt cõgruentes: frigidioribus vero frigidiores: eadem ratione & siccioribus sicciores, & humidioribus humidiores. Contrarium aũt est à Diocle dictum: item in libro de septimanis, cuius auctores opinantur incitari quidem à similibus morbos, solui vero à contrariis: qm̃ & ab ipso Hippocrate scriptum est ‖ contrariis morbis contraria esse remedia. Putant igitur febrem ardentem factam hyberno tpe, facilius posse sanari ea, quæ fit in ęstate: non aduertẽtes, ꝙ vehemens dispositio causa est, vt febris ardens hyeme fiat: neqꝫ enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior, temporis contrarietatem superasset. Cum igitur anni D tempus cohibere non potuerit causę magnitudinem, quãuis habeat sanitatem sibi suffragantem: multo minus ipsam morbo iam facto superabit, non amplius assistente sanitatis robore. Sed & hoc est ipsa compertum experientia. Nam duarum febrium ardentium magnitudine pariũ, illa, quę aduenit hyeme, est pernicios̃ior: sicuti, qñ in calidiori temporis constitutione ortum quidem habuerit, subita autem ad frigus mutatio facta fuerit, non parum iuuatur hæc febris ardens ab ambientis aeris frigiditate: cum ipsi vtraque temporis cõstitutio bona sit, prima quidem, in qua morbus factus est, tanquã signum: altera vero, in qua solutus est, tanq̃ causa. Hæc igitur omnia magis atteſtantur, & nõ aduersantur sentẽtiæ aphorismi: sicuti neqꝫ illud, ꝙ ‖ Raucedines, & grauedines in valde senibus non coquuntur: quamuis hæ passiones senili ætati maxime congruant. Primum etenim non idem est, ꝙ aliquid non concoquatur, & quòd sit periculosum: deinde, quòd nõ simpliciter senes dixerit, sed cũ adiectione /valde/. Omnia enim in his sunt periculosa, ob virium imbecillitatẽ. Sed neqꝫ illud, quod scribitur in primo Epidemiorum. ‖ Et maxime moriebantur, qui « bus natura vergebat ad phthisim: iis, quæ dicta sunt, aduersatur. Neqꝫ enim eam, quę fit ex elemẽ « tis, nunc dixit temperaturam, sed corporis formam: est enim, vbi & hanc, naturã nominant. Et, sicuti verum est calidam temperaturam minus in morbis calidis periclitari: ita, qui angustum pectus habent, non solum magis incidere in phthisim, sed etiam, vbi incidere, periclitari. Non nulli Infra apho. 40. in Epid. cõ. 1. t. 18. 19. 3ª. 105. f. g

quidem, qui aphorismos exposuerunt, talibus decepti suasionibus, illum cõgruere naturæ ægro- E
tantis morbum dixerunt, qui sit temperatura contrarius, quasi aptior esse diceretur: multum (vt
ostendimus) & à veritate ipsa, & ab Hippocratis sententia deuiantes.

35 *In quouis morbo partes ad ὑmbilicum & imum ὑentrem attinentes, crassitudinem habere melius est: ὑehemens autem extenuatio & eliquatio, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.*

Partes oēs, quæ ad epigastrium, i. abdomen, attinent, omni vacare dispositione, quæ sit præter
in Progn. cõ. 1. t. 27. 4ª. 195. c naturã, oportere est manifestũ. Et hoc in ℞gnostico dictũ fuit, vbi his vtĩ verbis: ‖ Hypochõdria »
optimũ est absq; dolore esse, & mollia, & ęqualia. Sed & ex his ipsis quędã sunt tenuiora, quædã »
crassiora: de quibus nunc sermonem habet: quęcunq; quidem crassiora sunt, hęc meliora esse in-
quiens: quęcũq; vero tenuia, mala, & tanq̃ signa videlicet, & tanq̃ causas. Signa enim sunt imbe-
cillitatis in partibus eliquatis. Causę vero, cp coctio bona ciborũ non fiat in ventre, neq; sangui-
ficatio in hepate. Etenim vtrunq; ex his mẽbris à crassitudine dictorum corporũ concalefactum
iuuatur. Tantũ igitur, vbi eliquata fuere, par est, offendantur eorũ operationes, quantum integris
ipsis iuuabantur. Quòd aũt earum, quas diximus, partiũ ″ tenuitas ad inferiores purgationes sit A. li. 1. t. 4. c. j.
periculosa, manifestũ est. Oportet enim omnia, quæ sunt infra thoracẽ, esse robusta, vt bene pur- F fol. 72. g
gationibus seruiant: alioqui magna incõmoda patiuntur. Cur autem de solis inferioribus purga-
tionibus fecerit mentionẽ, dignum est quęrere. Superiores enim, hoc est, quæ per vomitũ fiunt,
sunt iis, qui ita affecti sunt, periculosæ. An has quidẽ tanq̃ manifestas prętermisit, illarũ vero com
meminit, vt de quibus magis posset dubitari? Imum autẽ ventrem (græce ὑπερον) proprie nomi
nat & appellat regionẽ ventris imam, quæ vmbilicũ, ac pudenda interiacet: ita vt in hęc tria totũ
abdomen diuidatur, in hypochondrium, & loca ad vmbilicum attinentia, & ventrem imum.

36 *Qui salubritatem corporis habent cum per medicamenta purgantur cito exoluuntur: & qui prauo ὑtuntur cibo.*

Qui salubritatem corporis habent, non absque ratione in medicationibus cito exoluuntur.
Colliquantur enim, non purgantur. Qui vero vitioso vtuntur alimento, ob malorum humorum
superabundantiam facile exoluuntur in purgationibus. Siue autem illud, quod exterius assumi-
tur, siue quod in corpore continetur, vitiosum alimentum nominet: vterque sermo veritatem ha
bet, quoniam cibi vitiosi soleant sanguinem gignere vitiosum. Sic ergo etiam vitiosi dicũtur per
relationem ad sanguinem, qui debet ex eis generari.

37 ‖ *Qui″ bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.* G 4ª. Aphor. 16. 28. h

Non cuiuscunq; medicamẽti assumptionẽ solet Hippocrates medicationẽ nominare, sed tali A. lib. 1. t. 4. c. j.
vocabulo in sola vtitur purgatione. Verũ superior aphorismus, casum vnũ, qui in ea fit, manife- fol. 73. f
stat. Cito enim inquit exolui in purgationibus, qui corporis habent salubritatem. In hoc autẽ ge
neraliori vocabulo de eisdem ostendit, inquiens hos difficulter ferre medicationem. Nam & ver
tigines & tormina patiuntur, & difficulter his purgatio procedit, & prętera celeriter exoluunt.
Fiunt autem hæc omnia purgatorio medicamento proprium quidem attrahere humorem appe
tente, vel flauam bilem vel atram, vel pituitã, vel aquosam superfluitatem: quia vero iste nõ adest,
sanguinem colliquat, ac carnes, vt ex ipsis, quod sibi proprium est, attrahat.

38 ‖ *Parum″ deterior potus & cibus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus est præferendus.* in 6. Epi. cõ. 4. t. 8. 3ª. 180. f

Non ob id solum hoc est faciendum, vt ęgro gratificemur, sed etiam, quia vtilius ipsi existit. A. li. 1. f. 3. d. 1.
Nam, quæcunq; cũ voluptate assumuntur, ista ventriculus amplexatur, & facilius concoquit: si- c. 7. fol. 62. f
cuti illa, quæ displicent, refugit, vt ad quę vel nauseę, vel flatus, vel fluctuationes subsequantur:
quod quidem in pluribus cibis bonos succos habentibus fit. Quando igitur cum voluptate assu- H
mitur cibus, qui paulo deterior est, non modo non manet deterior, sed quãdoq; redditur melior.

39 ‖ *Senes iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Qui ὑero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem.* 3ª. Aphor. 19. 26. c in 6. Epi. cõ. 5. t. 6. 3ª. 190. c 6ª. Aphor. 6. 47. b

Non omnes senes minus ęgrotant, q̃ iuuenes: neq; enim oēs maiorem habent circa victũ con
tinentiã: qui vero nõ habent, magis ęgrotant, vt qui iuuenibus sint debiliores. Quòd vero plures
ex morbis diuturnis ipsos ad mortẽ comitantur, clarũ est: siquidem & vis est imbecillis, vt neque
morbos facile coquere possit: & oēs morbi diuturni, frigidi sunt: unde & magis senibus, q̃ iuue-
nibus, accidunt. Omnes siquidem congruentibus naturæ suæ morbis facilius corripiuntur.

40 ‖ *Raucedines & grauedines in ὑalde senibus coctionem non admittunt.* in 6. Epi. cõ. 5. t. 6. 3ª. 190. c 2ª. Apho. 34. 17. d

Si simul iunxerimus ambos aphorismos, utriusque sermo talis erit: Senes iuuenibus magnª
ex parte ęgrotant minus. Quicunq; uero morbi ipsis accidunt longi, maxima ex parte comitan-
tur ad mortem. Raucedines igitur atque grauedines in ualde senibus coctionem non admittunt.
Ita ut hic aphorismus sit ueluti exẽplum quoddam antecedentis. Neq; enim hi soli morbi senes

comitantur

A comitantur ad mortem, ſed nephritis, id eſt paſſio renum, podagra, morbus articularis, coxendi-cum dolores, & quæ laxiori inteſtino, ac ſpleni frigidę inſunt diſpoſitiones: & prętera crebri anhelitus (quos Græci aſthmata nominant) tuſſes, dorſi curuationes, recuruationes, & obliquationes, demum quæcunque alia morborum genera ex frigidis humoribus ortũ habent: quæ in quibuſdam iuuenibus, nedum in ſenibus, difficulter coquuntur.

5. de Locis affectis. 42. 29. d

41 ‖ *Qui frequenter, ac fortiter abſque cauſa manifeſta exoluuntur, derepente moriuntur.*

Non omnes, qui exoluuntur, derepente moriuntur, ſed ſi tres diſtinctiones adieceris, vnã quidem primam, vt ſępius hoc patiantur: ſecũdam, vt fortiter: tertiam, vt ſine cauſa manifeſta. Nam mulier quædam longum in balneo tempus commorata, frequẽter exoluebatur ob temporis diuturnitatem, & quoniam balneo magna ex parte ligna ſuccendebantur vitiata: verũ non erat hoc morbi ſignum, cũ cauſam haberet manifeſtam. Altera vero, quam veteri affectus infeſtabant, hoc idem patiebatur. Quidam alius, ſi diutius inediam toleraſſet, dum lauaretur, exoluebatur. Alteri etiam, ſi per horam lauaretur, idem accidebat, niſi prius aliquid panis aſſumpſiſſet. Quibus omnibus, aut debile erat, aut ſenſum plurimum habebat os ventriculi. Quicunque vero nulla tali de
B cauſa ſæpius, ac fortiter exoluuntur, ij ob virtutis vitalis imbecillitatem hoc patiũtur: ſicut & ille, cui, dum exolueretur, cor fortiter palpitabat, atq; hic derepente mortuus eſt, non aliter, quàm illi, qui acutiſſimis cordis affectibus, quos ſyncopas vocant, arripiuntur.

2. de Præſag. ex pulſi. 42. 110. g
62. Apho. 51. 52. h
In lib qui Introductio, ſeu medicus inſcribit. 15. ago. 56. a

42 ‖ *Soluere apoplexiam, fortem quidem impoßibile: debilem vero, non facile.*

In apoplexiis totũ corpus repente ſenſu priuatur, ac motu, ſolus reſtat anhelitus: qui ſi & ipſe prohibeatur, maxima eſt, & acutiſſima hæc apoplexia. Quicunq; vero reſpirant quidem, ſed magna cum vi: fortis adeſt iſtis apoplexia. Fortis autem adeſt & illis, ſed minus, qui neq; intentum, neq; violentum, inæqualem tñ, atq; exordinatum, ac præterea intermittentem habent anhelitũ: ſicuti, in quibus aliquẽ ſeruat ordinem, debilior exiſtit: &, ſi omnia fiant, quæ ſunt neceſſaria, citõ curatur. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali nõ potente defluere ad partes infra caput exiſtentes, aut propter aliquã diſpoſitionem inflammatoriam, quæ in ipſo cerebro ſit conſtituta, aut ventriculis ipſis oppletis humore pituitoſo. Verum cauſæ magnitudinẽ, etiam paſſionis magnitudo conſequitur. Magna autem ex parte curationem nõ admittit, propter reſpirationis lęſionẽ. Ac mirari licet, quo modo omnibus aliis muſculis motu carentibus in apoplexiis, illi, qui thora-
C cem attollunt, quamuis difficulter, moueantur tamen plerunq;. Videtur autem hoc fieri propter reſpirationis neceſſitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationẽ. Et ob hanc ipſam cauſam, magna ex parte muſculi omnes, qui thoracem mouent, in apoplexiis operãtur, etiamſi raro prius omnes operarentur: quemadmodum in vehementibus exercitiis in quibus anhelitus plurimus eſt neceſſarius. Verum in apoplexiis non ob id, q̃ ſit adaucta neceſſitas reſpirationis, ſed quia vis eſt imbecillis, ideo omnes muſculi thoracis ſimul coguntur operari: quemadmodum & alioqui in iis, qui cum febre vires habent imbecilles, ob hanc ipſam cauſam omnes mouere coguntur ſe-ipſos, in ſummam effatu dignam, ex omnibus operationem colligentes.

* In impreſſis eſt πέχα, i. forte.

43 *Qui ſtrangulantur, ac diſſoluuntur, non dum vero mortui ſunt, non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit.*

A. li. 1. f. 2. d. 3. c. 5. fol. 55. g

Omnis ſpumæ generatio ex duarum ſubſtantiarum miſtione conficitur, altera ſpirituoſa, altera humida. Fit autem earum miſtio ambabus in multas partes perfractis, multis q; mutuo complexu paruis ampullis ab ipſis effectis. Cum vero tenacem habuerit is, qui perfringitur humor, conſiſtentiam, quo ſpiritum circũplectente, ampullas contingit generari: non facile diſſolubilis, ſed ſtabilis ſpuma perficitur: qualis maxime currentibus equis, vel ira percitis apris, circa os ag-
D gregatur. Ambarum vero ſubſtantiarum confractum, ac miſtionem facit nõ nunquam quidem motus violentus vel vtriuſq;, vel alterius tantum: non nunquam vero & fortis calor: niſi & hunc dixerit quiſpiam ſpumam per motum operari. Verum homini ea, quæ manifeſta videntur, conſectanti tutius eſt dicere ſpumam duabus de cauſis generari: in mari quidem impetuoſis ventis agitato, ob impulſionis vehementiam: in lebetibus autem efferueſcentibus, ob caloris vim. Sic itaque & in corporibus animalium, cum adſunt ex morbo comitiali conuulſiones, vehementia motuum ſolet ſpumam generare: in apris vero, calor: in curſibus autem equorum, vtraque cauſa valida conſpicitur. Nam, cum cõtinue per reſpirationes aer intro, atq; extra feratur: ſaliua in ipſis extenuatur, & aliquid etiam ex pulmone inſtar vaporis effertur, quod ſaliuæ miſcetur, ac circumplicatur: vnde factam ſpumæ ſubſtantiam augeri contingit. Qui vero opinãtur hanc ſpumam è ventriculo prodire, aberrant. Neq; enim fieri poteſt, vt ſubito tota inde proueniat, cum neque eo tempore animal euomat, neq; nauſeam vllam patiatur: citra quos caſus quicquã efferri à ventriculo eſt impoſſibile: & multo magis fieri non poteſt, vt plurimus aliquis vapor efferatur, eodem modo, quo in expirationibus: cum nulla talis è ventriculo ſubſtantia efferatur, qualis è pulmone expiratur. Et ſanè ſanguis, qui quidem è pulmone educitur, ſpumoſus eſt, ſimilis viſceri: qui autem è ventriculo, neq; huic proximus eſt. Sed, quæ vnà cum ſanguine è pulmone educitur

ſpuma, ſubito ſimul, & cum tuſſi educitur. Qui vero ex tali humore paulatim vapor expiratur, E
non excitat tuſſim. Vbi autem laqueus collo circundatur, neceſſe eſt quidem cordi atque pulmoni, vt fuliginoſam expiret ſuperfluitatem. Hoc enim à nobis oſtenſum eſt in libro de vſu reſpirationis. Prohibente autem laqueo, totam violenter impellit, quo fit, vt pars propriæ humiditatis vnà expellatur, eo modo, quo fit in ſanguinis eductionibus. Signum itaque hoc eſt exitiale, quoniam pulmonis violentiam ſignificat, quam patitur, dum animal ſuffocatur. Præcipue vero hoc fieri rationabile exiſtit propter eam, quæ ex corde ad ipſum impellitur, calidítatem: vnde & caloris efferueſcentia, & motu ſpiritus violento, & vehementi pulmonis conatu ad educendum, ſpuma enata, ſignum eſt mortale. Non nulli tamen, quamuis raro, qui ſtrangulantur, relati ſunt, quibus ſpuma circa os apparuerat: & forte Hippocrates, non tanquam ſemper intereant, ſed q̃ contrarium rariſſime eueniat, ita pronunciauit, quemadmodum & paulo antea oſtenderat per alterũ aphoriſmum, ita inquiens: ‖ Quibus iuuenibus aluus humida, iis ſeneſcentibus exiccatur. Nam eo in loco, magna ex parte, dicere prætermiſit, quod tamen verbum in ſequentibus adiecit, vbi inquit: ‖ Quicunque aluos humidas habent, ſiquidem iuuenes fuerint, melius degunt iis, qui ſiccas habent: ad ſenectam vero deterius: nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccantur.

Supra aph. 20. 14. c. infra, Aphor. 53.

44 *Qui natura admodum craſſi ſunt, citius intereunt, quàm qui graciles.* F

Eos, qui à prima ætate craſſi ſunt, & graciles inuicem comparans, de craſſis pronunciat, q̃ cito ad mortem perueniunt, magis, q̃ graciles. Optimum ſiquidem eſt, bene carnoſum eſſe natũ, hoc eſt ita commoderatum, vt neque craſſitudo adſit, neq; gracilitas. Tales enim poſſunt ad longam ſenectam peruenire. Si vero à mediocritate recedatur, melior ad gracilitatem, peior ad craſſitudinem exceſſus eſt. Anguſtæ ſunt enim horum arteriæ ac venæ, atque ob id paucum omnino ſanguinem, & ſpiritum habent: adeo vt, cum ætate proceſſerint, celeriter in ipſis vel paruam ob cauſam calor natiuus deſtruatur. Graciles autem hac quidem ratione nõ periclitantur: quia vero partes principales ita affectæ ſunt, vt nullum habeant munimentum, à cauſis exterioribus prompte offenduntur. Qui vero natura quidem mediocres erãt, ſed victu delicatiore vtentes poſtmodum craſſi facti ſunt, iis, licet caro atque pinguedo adnatæ ſint, venæ tamen atq; arteriæ latæ conſiſtũt, atque idcirco in eis calor natiuus † minus obnoxius eſt extinctioni.}

† Al. maior eſt. † ἧττον ἐυσυνεχεσον eſt in manuſcriptis pluribus exempl. vt habuit Leonice. μεῖον ζ, id eſt maior ẽ in impreſſis.

45 ‖ *Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque, liberantur.* 5ª. Aphor. 7. 37.a G

Morbus comitialis proximus quodam modo eſt morbo, quem apoplexiã appellant, cũ idem locus in vtroq; patiatur, & idem humor in cauſa ſit. Verum apoplexia quidẽ ob omnimodam carentiam illius potentiæ, quæ ad neruos defluit, morbus autẽ comitialis propter motum vitioſum generatur. Frigidus autẽ & craſſus humor ambobus eſt cauſa: Atq; idcirco iuuenũ ætas calidam & ſiccam habens temperaturam, maximũ affert auxilium iis, qui morbo comitiali laborant: ſic & locorum proportionales mutationes, dico autem proportionales, quãdo ad calidiorem, ac ſiciorem commutantur: eodem modo & victuum. Neque enim victus mutatio quælibet morbũ ſoluit comitialem, ſed quæ calidiorem & ſiciorem corporis habitum efficit. Contingit autem ſimpliciter etiam vitæ mutationem intelligere morbo comitiali prodeſſe, quoniam magna ex parte victus deprauatus paſſionem generat: vnde & mutatio multo ad melius perducit.

46 ‖ *Duobus doloribus ſimul non eundem locum infeſtantibus, vehementior alterum obſcurat.* in 6. Epi. cõ. 4. t. 3. 3ª. 179. b

Siquis eundem exquiſite locum intelligat, nunquã duo poſſunt in eodem fieri dolores: ſiquis vero late, poſſibile eſt. Dico autem late, circa membrum maius, veluti circa brachium, cubitum, femur, aut tibiam. Verum hi duo dolores ſimul augent loci afflictionẽ, cum neuter lateat ægrotantem. Si vero ſint in locis diuerſis, alter quidem (ſi ita contigerit) in cubito, alter vero in tibia: tunc alterum ab altero obſcurari contingit, cum vis ſenſibilis tota ad vehementiorem ducatur, ac diſtrahatur. Nam & hoc nobis in mœroribus ſolet accidere, qui ſunt et ipſi veluti dolores quidam ſolius animi ſine corpore. Nam & horum, qui ſunt vehementiores, occultant minores, modo nõ eadem è re ortum habeant: alioqui & illi ſeipſos mutuo augent. H

47 ‖ *Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quàm iam confecto.* de Totius morbi tẽp. 3ª. 88. f in 3. Epi. cõ. 1. t. 8. 3ª. 132. c 1. de Criſibus. 4a. 132. b. h de Vict. rat. in morb. ac. cõ. 3. t. 62. 7ª. 153. c

Pus ex ſanguine ortum habet, qui ſemimalam (vt quiſpiam dixerit) habet tranſmutationem. Nam mala ſimpliciter, cum putrefactione fit olida: ſicuti, quæ ſimpliciter optima, eſt ipſa nutritio partium animalis: at, quę pus generat, medium inter has obtinet locum, neque à ſolo calore extra naturã, neq; à ſolo ſecundum naturã facta. Miſtus enim quodam modo ex vtriſq; eſt calor inflammationis. Fit autẽ dolor extenta ſimul, ac calefacta præter naturam inflammata particula: Febres vero ſequuntur principio concalefacto: & hæc ambo contingunt ex quadam veluti ebullitione atq; exuſtione ſanguinis: qui vbi ex toto exuſtus fuerit, reſiduum eius fit pus, quemadmodum in lignorum exuſtione cinis: atq; ideo tempore illo dolores ſedantur, ac febres, præſertim cum pus

fuerit

A fuerit excretum, vtpote iam consumpta materia, extincta'que ignea caliditate.

de Consuetudine. 2ª. 61. g in 6. Epi. cō. 3. t. 2. 3ª. 170. d

48 ‖ *In omni corporis motu, vbi laborare cœperit, quies statim lassitudinem aufert.*

Verbum πονεῖν, id est laborare, significat dolere, significat & fatigari: & in vtroque significato sermo verus est. Siue enim membra iam doleant ex multitudine motionum, siue sint fatigata, vt vix iam agere aliquid possint, quies statim lassitudinem aufert.

de Consuetudine. 2a. 60. c

49 ‖ *Qui consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles et senes, non consuetis fortibus atque iuuenibus facilius ferunt.*

Alius alij labor consuetus est, huic cursus vel alius aliquis motus cruribus factus, huic vero manus certa mouere lege, siue quouis alio modo operari manibus, aliis fodere terram, vel remigare, vel arare, vel simpliciter quouis aliud agere. Differunt autē omnes isti labores, quia vel plures, vel pauciores partes operantur, & quia vel magis, vel minus laborant: hoc tamen omnibus commune existit, q̄ partes exercitatę fiunt robustiores, atq; idcirco labores consuetos facilius ferunt.

50 B *Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.*

Non de solis exercitationibus hic sermo est, sicuti prior, verum de omnibus simpliciter cōsuetis hic aphorismus enunciat, cibis, potibus, balneis, illotionibus, vigiliis, somno, calefactione, frigefactione, curis. Horum etenim "singula minus nocent, cū fuerint consueta, iis, quæ natura quidem minus noxia sunt, sed nunquam in consuetudinem peruenerunt. Quòd igitur ita se res habeat in exercitationibus: ad partium, quæ operantur, robur refertur, vt ante diximus: in reliquis vero, quo modo fiat, iam dicemus. Cibi ac potus naturam aduētitiam efficiunt, maxime quidem in ventriculo, cum hoc vero & in aliis partibus. Nam, etsi quammaxime vincantur, & transmutentur à corpore, ipsum tamen quodam modo pro sui natura disponunt ita, vt processu temporis multa fiat permutatio, ac similitudo nutritorum ad nutrientia. Hoc enim ostensum est à nobis in libro de cōsuetudinibus: ostensum est etiam, q̄ vnumquodq; facilius à similibus alteratur. Ob hanc igitur causam, quanto similius fuerit id, quod transmutat, ei, quod transmutatur, citius alterat ipsum. Sane q̄; corpus ab aliis omnibus, quibus adhęret, quodam modo afficitur, veluti in aere frigido, ac calido, densatum quidem à frigido, laxatum vero à calido: atque ideo consueta
C facilius perfert, ab insuetis vero molestatur. Si enim laxato corpori ob caloris adhęsum repente frigus superuenerit: & in imas eius statim partes subintrat, & maxime offendit. Causa itaque de omnibus consuetis dicta est in libro de consuetudinibus. Quod vero experientia notum est, id iā noscimus: quod solum ab Hippocrate scriptum est, qui causam ascribendam non censuit. Nos vero ad eiusdem inuentionem aliquas dedimus occasiones. Hæc igitur dicta sufficiant, quantum ad primam aphorismi partem attinet. Quòd vero in fine scribitur, in quo consulit transmutari quodam modo ad non consueta, salubris gratia securitatis dictum est. Est enim omnis vniformis consuetudo, periculosa: cum omnes homines inopinatis rerum sortibus subiiciantur. Ne igitur incidentes aliquando repēte in nobis insueta magnopere offendamur, satius esse inquit omnia tentare. Fit autem hoc non inhęrentibus nobis semper iis, quibus assueuimus, sed & non nunquam contraria tentantibus.

A. lib. 1. f. 3. d. 5. c. 1. fol. 69. c

de Ptisana. 2a. 48. a in 6. Epi. cō. 3. t. 27. 3ª. 175. h in lib. de Renū affect. digno. & medi. qui Gal. ascribitur. 7ª. 195. b de Optima secta ad Trasyb. Isago. 20. c

51 ‖ *Plurimum, atque repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum: sed, quod paulatim fit, tutum est, tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.*

D Causam, ob quam plurimum, aut repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere periculosum sit, ipse ostendit, inquiens omne nimium esse naturæ inimicum. Nam in elementorum commoderatione natura consistit: quare non absque ratione nimium omne, vt quod destruat commoderationem, animalis consistentiam dissoluit. Paulatim vero, inquit, implere scilicet, vel euacuare, & quæcunque alia subinde dixit, tutum est, cum aliàs, tum maxime, cum ab altero, cui assueuimus, transimus ad alterū. Nam in antecedente aphorismo consuluit & ad insueta permutari. In hisce igitur permutationibus, quod plurimum existit atque repente, periculosum est satis: quod vero paulatim fit, tutum.

2. de Compos. medic. sec. loc. 5ª. 136. 2.

52 ‖ *Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem: non est transeundum ad aliud, stante eo, quod à principio visum est.*

Non paruæ est opus scientię, non transire ab iis, quæ recte visa sunt, si nō dū manifesta appareat vtilitas ex his, quę ita facta sunt, sequi. Quēadmodū enim gutta subiectam petrā percutiente vix longo tpe sensibilis passio in lapide manifestatur: sic accidit etiā in crudis, & quæ difficulter concoqui possunt, dispōnibus: in quibus, qui recta ratione inuenerit id, quod conducit: non discedit ab illo, quod primo faciendū existimauit, etiamsi nihil appareat manifestū ex illius vsu subsecutū.

53 *Quicunque aluos humidas habent, ſi quidem iuuenes fuerint, melius degunt iis, qui ſiccas habent. Ad ſenectam* E *uero deterius degunt: nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccantur.*

2ª. Aphor. 53. 19.c
2ª. Aphor. 45. 18.c

Manifeſtus eſt hic aphoriſmus: &, quicquid de eo dicere conuenit, prius eſt dictū in eo aphoriſmo, cuius principium, ‖ Quibus iuuenibus ventres humidi ſunt, iis ſeneſcentibus exiccantur.

Supra, aph. 20. 14.c

54 *Magnitudo corporis, iuuentæ quidem neque indecens, neq; illiberalis: ſenectæ vero inutilis, & deterior paruitate.*

Magnitudo corporis propriæ quidem nominatur, quæ longitudine, latitudine, profunditate moderantiam exuperat. Interdum vero & quod longitudine ſola amplius auctum eſt corpus, ſolemus magnum nominare: quamuis huic proprium nomen ſit longū. Nam & aliquando, quod ſecundum latitudinem, ac profunditatem vltra modum corpus eſt auctum, dicunt eſſe magnum, quamuis & hoc craſſum proprio vocabulo nominetur. Si igitur magnitudinem corporis in proprio ſignificato Hippocrates dixit, nihilo deterior eſt in ſenectute, quàm paruitas. Si vero vel longitudinem corporis, vel craſſitudinem intellexit: hæ deteriores, atque inutiliores ſeneſcentibus ſunt: verum neque craſſitudo eſt iuuentæ decens, neque liberalis. In ſola ergo longitudine, q̄ ſit iuuentæ liberalis, ſenectæ vero inutilis, vere diceretur. Ex hac enim ſeneſcētes gibbi fiunt, & vix F poſſunt onus perferre: quod Hippocrates inutile dixit.

* δύσφορον, *id eſt portatu difficile.*

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS TERTIVS

In hoc tertio in Aphoriſmos Hippocratis commentario, eorum, quæ de temporibus, atq; ętatibus ab Hippocrate ſcripta ſunt, expoſitionem faciemus: maxime quidem, quicquid eſt in ipſis obſcurum, declarantes (hoc enim eſt proprium expoſitionis opus) veruntamen ſingulis etiam, quæ recte dicta ſunt, demonſtrationem apponentes, quoniam & hoc fieri in commentariis conſueuit. Miror autem & hoc loco Lyci inconſtantiam, ſcribentis quidem (vt ipſe ait) expoſitiones Quinti præceptoris, nulli autem eorum, quæ de temporibus, & ætatibus dicta ſunt, probationem demonſtratiuam apponentis, ſed ad experientiam, & obſeruationem omnia referentis, cū tamen ipſe in aliorum aphoriſmorum expoſitionibus rationalem adhibeat conſiderationem de ea, quæ G in ipſis continetur veritate, non contentus ſola experientia. Quòd vero ſola experientia non ſuffi ciat ad talem contemplationem aggregandam, id & ipſe Hippocrates oſtendit, & in proceſſu ſermonis oſtendetur.

1 in lib. d Humoribus mutationes maxīe pariunt &c.

Infra, apho. 20. 24.a

V tationes ‖ temporum potiſſimum pariunt morbos: & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris: et alia pro ratione, eodem modo.

Mutationes temporum non nulli exiſtimant dici, quibus inuicem commutantur, quaſi ſucceſſiones diceret. Nam hyeme ad ver tranſeunte, fit dictorum morborū generatio, de quibus ipſe deinceps loquetur. ‖ Vere enim furores, atræ biles, & morbi comitiales. Vere rurſus in æſtatem deſinente, quod eſt initio æſtatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quę ſubinde connumerauit. Et de autumno atq; hyeme ſimiliter ſcripſit, vt inquiunt, illi, qui pro eodem accipiūt mutationes, & ſucceſſiones. Sed verbum /potiſſimum/ quod aphoriſmo adiectū eſt, hanc expoſitionem nō admittit. Nam in temporum adinuicem commutatione ſicut quidam H morbi generantur, eodem modo ētiam ſoluuntur: & hoc ipſe etiam Hippocrates dixit. Quare nihilo magis ſucceſſiones temporum pariunt morbos, quàm ſoluunt. Quo modo igitur nō ſat fuit ipſi dicere, Mutationes temporum pariunt morbos, ſed & /potiſſimū/ addidit? Melius itaq; fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt ſecundum illorum temperaturas, alterationes. Hæ ſiquidem ſunt, quæ potiſſimum generant morbos, quando multæ, alia poſt aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemiis ſcripſit, & nunc etiā paulopoſt dicet. At vero vnius temporis alteratio ſola efficit quidem morbos aliquos, nō tamen potiſſimum. Quando igitur fiunt morbi potiſſimum ex vnius temporis alteratione? Quando contigerit magnam eſſe alterationem: & ob hanc cauſam ipſe inquit: Et in quibuſdam temporibus magnæ mutationes, vel caloris, vel frigoris, vel alicuius alterius, vt humiditatis, aut ſiccitatis, ventorum, aut horum defectus. Hæc igitur expoſitio recta eſt in iſta ſcriptura. Inuenitur tamen & alia ſcriptura, quę ita ſe habet: Mutationes temporum pariunt morbos maximos: potiſſimum autem & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes. Quæ ſcriptura nullam habet obſcuritatē, iis præſertim, qui ea audierunt, quæ à me ſtatim antea dicta fuerunt. Sunt vero & aliæ ſcripturæ huius dictionis, quas intelliges, atque probabis, ab iis, quæ diximus, excitatus.

† *Al.* ἄλλα, *id eſt alij.*

Naturarum

in 1. Epi.cõ. 1. t.1. 3ª.103.c de Dignoſ. pul ſib.4ª.78.g.

A 2 ‖*Naturarum, hæ quidem ad æſtatem, hæ vero ad hyemem, bene, malé ue ſe habent.*

In lib. de Humorib. naturæ quantum ad tẽpora & c.

Naturas hoc in loco dixit Hippocrates ſecundum principaliſſimũ & proprium ſignificatum, quod ſecundũ ipſam maxime ſubſtantiã naturæ eſt. Dicebamus aũt in præcedentibus ipſam eſſe temperaturam quatuor elementorum, humidi, ſiccí, calidi, & frigidi: oſtẽſa q3 à nobis eſt in libris de temperaturis: Vna quidem temperatura bene temperata atq3 optima: male autem temperatæ atq3 vitioſæ, octo numero, quatuor quidem qualitate vna excedente, calida, frigida, ſicca, & humida: quatuor vero duabus, calida & ſicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & ſicca. Ad ęſtatem itaq3 frigidæ & humidæ naturæ optime afficiuntur: ad hyemem vero calidæ & ſiccæ: ſicuti & male afficiuntur calidæ & ſiccæ ad æſtatem, frigidæ & humidæ ad hyemem. Perfectiſſime igitur hæ naturæ, ad dicta tempora optime, ac peſſime afficiuntur: mediocriter autẽ, quæ aliquo modo à temporibus vel iuuantur vel offenduntur, ſicuti humida & calida, ęſtate & hyeme: qm̃ æſtate quidem, quatenus humida eſt, melius afficitur: hyeme vero, contra, quatenus calida.

de Dignoſcen. pulſ.4ª.78.g

3 ‖*Morborum alij ad alia, bene, vel male ſe habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.*

In eodẽ, Quantũm vero ad regiones. & c.

B Inordinato quodam interpretandi genere mihi videtur vſus Hippocrates in hoc aphoriſmo. Nam melius vtiq3 ita dixiſſet: Morbi & ętates, alij ad alia tempora, & loca, & victus genera bene malé ue ſe habẽt. Morbi igitur bene ſe habent ad tempora, vt ad generationem quidem, ſimiles: vt ad ſolutionẽ vero, contrarij. Nos enim de hoc ipſo determinauimus in expoſitione illius aphoriſmi, cuius initiũ eſt, ‖In morbis minus periclitantur. Ætates autem, quemadmodum & naturæ, frigidę quidem ad calida, calidę vero ad frigida: Senum quidem, ad æſtatem: iuuenũ vero, ad hyemem. Eadem ratione & ad loca non morbi tantũ, ſed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi, in locis calidioribus magis generantur, & minus ſunt periculoſi: magis q3 ſanæ ſunt in frigidis regionibus ętates calidiores, & in aliis proportionaliter. Sic vero & ad victus genera, alij ad alia bene malé ue ſe habent morbi, & ętates: Nam calidiores ad frigidiora, frigidiores vero ad calidiora, & ſicciores quidẽ ad humidiora, humidiores vero ad ſicciora bene ſe habent. Et, vt ſimpliciter dixerim, contrarij quidem ad contraria bene, ſimiles autem ad ſimilia male: præterq3 ſi ætas temperata, & victui, & regioni, & loco temperato comparetur: hoc enim ſolo modo ſimiles à ſimilibus bene afficientur. Quæ vero plus à temperie receſſerunt ętates, iis ſecundum temperaturam contraria loca & tempora & victus genera conferunt magis. Cum vero omnes morbi à temperie & C modo recedant: generatio quidem à ſimilibus locis, atq3 temporibus, ſolutio vero à contrariis fit.

2. Aphor. 34. 17.c

1. de Temperamẽtis. 1ª.11.g 1.Epid.in prooemio.3ª.100.b 2. de Criſibus. 4ª.134.d etſi eo ī loco legitur, Cum ver autũno ſimile factum fuerit, & c. 3ª.Aph.6.20.ę

4 ‖*In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.*

In lib. de Humorib. Ineąualis calor, aut frigus & c.

Cum ratione fit hoc. Neque enim appellationes temporum, cauſæ morborum ſunt, ſed temperaturæ. Cum igitur ipſæ variant, neceſſe eſt & morbos conuariari.

Infra, aph. 17.

3 de Difficult. reſpi.3ª.73.d in 1. Epi. cõ. 1. t.1. 3ª.103.d Et t.8. 3ª.104.d in 3. Epi. cõ. 3. t.66. 3ª. 146.b in 6. Epi.cõ.2. t.24. 3ª.164.g Et cõ. 5. t. 27. 193.c 3ª.Aphor. 11. 21.b. Et Apho. 15.22.g

5 ‖*Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes. Quando huiuſcemodi tempeſtas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At, ſi aquilonia fuerit, tuſſes, fauces, alui durę, difficultates vrinæ, horrores, coſtarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempeſtas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.*

Et ī lib. de Humorib. Auſtri auditum grauant, & c.

Id quidem, quod fit, declarauit, inquiens: /Auſtri auditũ hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes/. Cauſam aũt huius declarauit ſcribens / Vbi hęc tempeſtas pręualuerit talia in morbis patiuntur/. Semper enim oportet medicum diſtinguere & ſeparare id, quod à cauſa extrinſeca contingit, ab eo, quod morborum ratione fit: vt præcognitiones faciat diligentiores. Cauſam vero, ob quam auſtri reddant auditum grauiorem, & viſum caliginoſum, non eſt difficile ex eius temperatura cognoſcere, quæ calida & humida eſt natura. Omnia etenim talia D ſunt apta replere caput. Ob hoc igitur & ſenſuum inſtrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato neceſſe eſt & circa voluntarios motus pigritiam euenire, & veluti in ſeipſo diſſolutum hominem apparere. Contra vero in aquiloniis (vt ipſe inquiet inferius ‖) corpora redduntur fiunt q3 robuſtiora, vegetiora, ad motus promptiora, & melius audientia. Nunc vero hęc non oppoſuit iis, quæ ex auſtro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphoriſmo de læſione tantummodo, quæ ex vtroque accidit vento, tractare propoſuerat: vt hæc cognoſcentes, ab illis ſeparemus, quæ ex morborum natura contingunt. In aquiloniis igitur (vt inquit) fiunt tuſſes, propter videlicet inſtrumentorum reſpirationi obſeruientium intemperiem, & propter faucium aſperitatem, de qua nobis inſinuauit adiungẽs verbũ illud /fauces/ vt ſubintelligeremus, patiuntur. Nam ſolet interdum hoc modo loqui. Paulopoſt igitur inquiet: ‖ Autũno & multi ęſtiuorum, & febres quartanę, et erraticę, & lienes. Licet autem & ſimul duo coniungentes legere, fauces, alui duræ, vt non nulli expoſitores legendum exiſtimarunt. Nam fauces in aquiloniis conſtitutionibus apparent duræ, quoniam exiccantur, ac refrigerantur: & venter inferior dura excernit, & propter temporis conſtitutionis temperaturam, quæ vergit ad ſiccitatem, toto corpore exiccato, & magis ipſo ad ſeipſum trahente eas, quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione, quoniam, cum longiori tempore maneant, &

Infra, Aph. 17.

Infra, Aph. 22.

non excernantur, omnia exiccantur. Vrinæ etiam accidunt difficultates, vesica flatu aquilonis E
ob frigiditatem offensa: est enim exanguis: & propterea ex causis frigidis plus, q̃ alię partes, ipsa
est offensioni parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit, vltra communem
ad alias partes lęsionem, illam quoq; quę fit ex respiratione, assumentis, quæ non pari modo pul-
monem attingit, & cor ob sui caloris multitudinem. Homines vero horridos fieri in aquiloniis
constitutionibus, clarum est, consentaneę videlicet aeris ambientis temperaturæ.

In lib. de Humorib. Cū vero ęstas fiat veri similis, &c. Supra, Apho. 4.

6 ‖ *Quando æstas fit veri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.* 3. de Diffic. respir. 3ª. 75. c

Quemadmodum pauloantea dicebat: ‖ Quando die eadem aliqñ frigus, aliquando calor acci-
dit, morbos autumnales expectare oportet. sic nunc rursus: Quando ęstas fit veri similis, hoc est
temperaturam habet commoderatam, expectare (inquit) oportet multos sudores in febribus, &
hoc non sine ratione. Neq; enim sine aeris ambiętis calore multi sudores fieri possunt, neq; absq;
hoc, q̃ aliqua redundans humiditas in corpore contineatur. Horum vero alterum adest in ęstate,
alterum in hyeme, in autumno autem neutrum, in vere vtrunq;. Rationabiliter igitur æstas, quæ
sit arida satis, assumit, atq; resoluit humiditatem: similis autem veri, ob caliditatem quidem attra-
hit ad cutim: ob humiditatem vero non potest per modum vaporis resoluere. Tota igitur humi F
ditas in morborum iudiciis, dum affatim excernitur, sudores multos facit.

7 *In siccitatibus febres acutæ fiunt: &, si annus magna ex parte talis fuerit: qualem fecerit constitutionem, tales magna ex parte morbos oportet expectare.*

Infra, apho. 15. Non multas ait febres in siccitatibus fieri, sed acutas, qm̃ paulopost inquiet: ‖ Constitutionum
anni, quod in totū dixerim, sicca tempora, pluuiosis sunt salubria magis, & minus mortifera: qui-
Infra, apho. 16. bus deinceps adiungęs rursus inquiet: ‖ Morbi in pluuiosis temporibus magna ex parte fiunt fe-
bres longę: non absq; ratione. Nā aeris ambientis humiditas pituitosos aceruat humores, & nō
paucas generat aquosas superfluitates: siccitas vero pauciores quidem humores efficit, sed quali-
tate biliosiores: & ob hanc causam febres numero quidem sunt pauciores iis, quæ fiunt in tempo
ribus pluuiosis, sed acutiores. Quæ vero deinceps in aphorismo dicuntur, manifesta sunt.

In lib. de Humorib. Si tpa tē pestiue, & ordinate, &c.

8 ‖ *In constantibus temporibus, cum tempestiue tempestiua redduntur: morbi constantes, & boni iudicij fiunt: in inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.* in 1. Epi. cō. 1. t. 1. 3ª. 103. d

Constantia tempora nominat, quę ordinatim suā recipiunt temperaturā. Quem vero constan G
tem appellet annū, tibi licet discere ab ipso in libro de aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente:
de Aere, aquis, & locis, cap. 6. 2ª. 4. a ‖ Si quidē pro ratione facta fuerint signa huiusce modi in ortibus, et occasibus syderū, & in autum
no si aquæ descendunt, & hyems mediocritatē seruauerit, neq; valde serēna, neq; frigore excedēs,
& vere aquę euenerint tempestiuę, & ęstate: sic par est annum fore saluberrimum. Postq̃ igitur,
qualem velit esse constantē annū, didicisti: facile est etiā inconstantē intelligere. Omnia, enim quę
aliqua ex parte nō seruant anni constantis ductū, ea nunc Hippocrates incōstantia vocat: & eos,
q in ipsis accidūt morbi, similiter appellat. Ait aūt ipsos, difficulter, hoc est male, iudicari. Vel eni
cū calibus piculosis iudicia ī his morbis eueniūt, vel statim sunt pnicios, vel oīno faciūt recidiuā.

2. Epid. sect. 1. 9 ‖ *Autumno morbi acutissimi, atque exitiales, maxima ex parte. Ver autem saluberrimum, & minime exitiale.* 1. de Tempera. 1ª. 11. f 3ª. Apho. 20. 24. a. b

Cum tempora conueniente seruant totā temperaturā, inter ipsa ver quidē erit saluberrimum.
Morbos aūt acutissimos, atq; morbiferos, aliorū temporum cōparatione autūnus afferet, qm̃ ver
quidem bonā temperaturā habet. Autumno vero hoc in primis ineſt, q̃ eadem die aliquando ca-
lorem, aliquando frigus continet. Deinde, q̃ ęstiuo succedat tempori, in quo multis quidē humo
res assati fuerunt, quibusdam vero & vires debilitatæ. Non solum vero hac ratione autumnus ma H
lus est, sed etiam quia primum quidem humores mouebantur ad cutem, atq; difflabāt: autumno
vero ab aeris ambientis frigiditate, retruduntur, atq; ad interiora impelluntur. Hæc itaq; sunt om
nibus hominibus communia: iis vero, qui malo victu vtuntur, hoc amplius accedit, q̃ ęstiuo tem
pore fructibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generarunt.

6. Epi. sect. 7a. 10 ‖ *Autumnus tabidis malus.* in 3. Epi. cō. 3. t. 66. 3ª. 146. b in 6. Epi. cō. 5. t. 27. 3ª. 193. c

Damnauit quidem & aliter autumnum in antecedente aphorismo: nunc autem præcipue no
centem tabidis rursus vituperat: Vtrū vero solum illos nominet tabidos, quibus pulmo est exul-
ceratus, an omnes quomodocunq; colliquescentes, non possumus coniectari. Liquet autē vtriq;
autumnum esse malum, cum sit siccus simul, ac frigidus, & inęqualis. 3. de Diffic. respi. 3ª. 73. c in 1. Epi. in pro œmio. 3ª. 101 b in 1. Epi. cō. 1. t. 1. 3ª 102. f in Progn. cō. 1. t. 4. 4ª. 190. f Et com. 3. t. 38. 212. a 3ª. Apho. 13. 22. a

11 *De temporibus autem, si quidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver autem pluuiosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines (Græci ophthalmias vocant) & intestinorum difficultates, præcipue vero mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores.*

De alteratione, quæ in temporibus fit, hic docet, ab hyeme quidem sicca, & aquilonia initium
sumens,

A fumens, vere autem pluuioſo, & auſtrino. Paruæ igitur quamuis ſint tales mutationes, præter naturam tamen ſunt: quapropter & in æſtate ſequi ait hos morbos, febres acutas, & lippitudines, & inteſtinorum difficultates. Cauſam vero, ob quam ſuperabundãt in tali conſtitutione huiuſcemodi morbi, ipſe explicauit in libro de aquis, locis, & aere. Verba autem eius ſe habent in hunc
« modum: ‖ Si hyems quidẽ ſicca, & aquilonia fuerit, ver aũt pluuioſum, & auſtrale, neceſſe eſt ęſtatem febribus abundare, lippitudines que, & difficultates inteſtinorum aduenire. Quando enim
« æſtate ſuffocatio, repente ſuperuenerit, & terra madida pluuijs vernalibus, & ab auſtro fuerit,
« neceſſe eſt ęſtum duplicari, & à terra madida, atque calente, & à ſole comburente, nondum conſtantibus hominum ventribus, neque exiccato cerebro. Neque enim poſſibile eſt tali vere exiſtente, non [a] inflãmmari corpus, ac carnem: vnde febres accidunt acutiſſimæ tum reliquis omnibus, tum præcipue pituitoſis. Difficultates vero iteſtinorũ mulieribus, & viris humidioribus cõuenit fieri. Hæc Hippocrates in libro de aquis, locis, & aere dixit. Nos vero latius eius ſermonẽ explanabimus: & primo quidem ob quam cauſam, neque in hyeme, neque in vere per talem conſtitutionem dixerit vulgari morbos. Cum tamen in ſecundo Epidemiorum, in ipſo tempore vitiato dicat apud Cranonẽ factos eſſe carbones. Verba autẽ eius hęc ſunt: [b] ‖ Carbones in Cra-
B ne æſtiui. pluebat in æſtibus aqua ruente per totum. fiebant autem auſtro magis. Manifeſta igitur eſt ex ijs, quę dixit, cauſa quoq3, ob quam apud Cranonem facti ſint æſtate carbones. Neq3 enim paulatim mutauit temperaturam naturalem, ſed ad talem peruenit conſtitutionem, in qua facile putrẽt, quæcunq3 naturam habent, vt putreant. Habiles enim ſunt humiditates, quę modum exceſſerint, ad putredinem faciẽdam. Nam (vt ipſe inquiet) morbi in temporibus pluuioſis fiũt magna ex parte febres longæ, & alui fluxus, atq3 putredines: adhuc aũt magis, q̃ humiditates, putredinem calores faciunt, In vnum itaq3 conuenientibus adeo fortibus, atq3 immoderatis diſpoſitionibus, veluti in Cranone, ſecundum tempus corpus non expectat, verum anticipat in priore plurimum offendi. Per hyemẽ vero ſiccam & aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerẽtur, quali ipſe dixit p hęc verba: [c] ‖ Si vero aquilonia fuerit: tuſſes, fauces, alui durę, vrinę difficultates, horrores, dolores laterum, pectorum: non tñ effatu dignus morbus cõtrahetur: nam & alioqui ſiccio res conſtitutiones ſunt ſalubriores. [d] ‖ Ex toto enim ait ſiccitates pluuioſis tẽporibus eſſe ſalubriores, & minus mortiferas. Hyems vero aquilonia, ac ſicca nocebit quidem rectis ſtantibus hominibus ad tuſſes, & alui ſuppreſſionem, & difficultatem vrinæ, atque dolores locorum ad thoracẽ attinentium: non tamen febres, vel difficultates inteſtinorum, aut tale quiddam operabitur. Cur
C igitur non etiam in vere pluuioſo, atq3 auſtrali morbi vulgantur? Quoniam anteceſſit hyems frigida ſufficienter, ac ſicca. Ipſe vero dixerat non ſimpliciter præſentes conſtitutiones fore conſiderandas, ſed ex qualibus, ad quales fiant permutationes. Prędicatum, itaq3 corpus per hyemẽ ſiccam, atq3 aquiloniam exiſtentem, non modo nihil ex vernis pluuijs patietur, ſed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si vero totum ver humidum fuerit, ad contrariam ducetur corpus conſtitutionem, illi, quæ prius inerat, id eſt ſiccæ, tranſcendens illam, quę medium tenet, mediocritatem. Quare æſtas ſubſequẽs, paratum excipiet offenſioni, cum terra ad huc humecta ſit: atq3 ob hanc cauſam ſuffocationem efficiat, vtpote Eteſijs nondum ſpirantibus. Nam poſtea flare incipiunt poſt Canem ẽt. Quare totum tempus medium habebit febres acutas, pp caliditatem, & humiditatem humoribus in corpore putreſcentibus, necnõ lippitudines, & difficultates inteſtinorum, pro aptitudine partiũ, quæ offenſionẽ recipere natura aptæ ſunt. Aliæ. n. alijs magis, aliæ minus paſſibiles ſunt, ſecundum corporum temperaturas. Nam lippitudines ferè oẽs infeſtant repleto capite, quibuſdam exceptis, quibus oculi ꝑualidi ſunt: Difficultates vero in-
« teſtinorũ, ſicut ipſe dixit, eos, qui naturas humidas habẽt, & mulieres: hę ſiquidem viris ſunt hu-
« midiores. Si igitur totam cõſtõnem, tanquã noſtra putrefacientem corpora, damnamus: liquet, q̃
D putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipſum ſiquidem humidum, quod in noſtris putret
« corporibus, quędam veluti materia eſt à vi caloris patiens. Humiditas vero ambientis aeris, quatenus exiccari non ſinit humorũ in corpore ſuperabũdantiam, eatenus adiuuat vim putrefacientem. Nihil itaq3 mirũ, ſi in talibus conſtitutionibus plus offenduntur naturæ humidiores: & propterea ait febres pituitoſis magis aduenire: hi ſiquidẽ neceſſario ſunt humidiores. Manẽte igitur putredine in corpore, febres fiũt: ſi vero per vẽtrem euacuetur, difficultates inteſtinorum. Et hæc per totam ęſtatẽ contingent, niſi fiat circa Canis ortum permutatio, de qua ipſe in libro de aquis, locis, & aere tranſegit poſt verba paulo antea ſcripta, poſt illa videlicet: ‖ Difficultates autem inteſtinorum par eſt fieri mulieribus, & viris humidioribus. Nam ſermonem cõtinuãs, ſcribit in hũc
« modum: ‖ Et, ſi quidẽ ſuperuenerit circa Canis ortũ aqua, & hyberna tẽpeſtas, & Eteſię perflauerint, ſpes eſt gętis, & quod autumnus ſalubris erit: alioq periculum eſt, ne pueri moriantur, & mulieres, minime vero ſeniores: & ne, q euaſerint, in quartanam finiãt, & ipſa quartana in aquam intercutem terminetur. Verum de ijs, quę adiecit in libris de aqua, aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius conſiderabimus. De ijs vero, quę in præſenti aphoriſmo proponuntur, ſufficienter eſt dictum, excepta vna dictione/ex neceſſitate/quam non ſolum appoſuit in aphoriſmis, ſed etiam in libro de aqs, locis, & aere, oſtendens per eam, q̃ rei natura perſuaſus, non ali-

qua

de Aere, aquis, & locis. cap. 6. 2ª.4.a

[a] *In græcis cod. impreſſis legitur hoc in loco* συντήκεσθαι, *i. colliquari. in libro aũt de locis, aere &c. legitur* πλαδᾶν, *i. humectari, et madeſcere. Manuſcripti aũt aliqui habẽt* φλυδᾶν *cuius explanationem lege apud Gal. in explan. linguarũ Hip. & apud Erotianũ. Laurentianus vertit rebullire.*

B ‖ 2. Epid. primæ ſect. principium.

C Supra, aph. 5

D Infra, aph. 15

de Aere, aquis & locis. cap. 6. 2ª.4.b

Ibidem.

qua obſeruatione ductus iſta notauerit. Quoties igitur veriſimile fit ipſum vidiſſe talem conſti- E
tutionem, vel quot in locis, nunqd bis, vel ter, vel quater? At neq3, ſi ſæpius inquias, adhuc poſſumus dicere, qꝯ ita ſemper erit: ſicuti neq3, ſi ex medicina aliqua videris purgatos ſex, vel ſeptẽ homines, dicere certe poteris, qꝯ omnes poſthac homines ex neceſſitate purgabuntur. Quare promaniſeſto relinquitur, qꝯ rei naturam Hppocrates ſequens, & non aliquam obſeruationem, ita ſcripſit tauerit: Neceſſe eſt æſtate febres acutas, & lippitudines, & difficultates inteſtinorum fieri.

12 [a] ‖ *Si vero hyems auſtralis, & pluuioſa & [b] ſerẽna fuerit, ver autem ſiccũ, & aquilonium: mulieres, quibus partus ad ver ineſt, ex quacunq; occaſione abortiunt: quæ vero pariunt, imbecilles, & morbidos infantes pariunt: quare vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarij viuunt. Cæteris vero mortalibus difficultates inteſtinorum, & lippitudines ſiccæ fiunt, ſenioribus autem diſtillationes, quæ cito interimunt.* 1. Epid. com. 1. t. 3[a]. 102. fg.

A ‖ de Aere, aquis, & locis, ca. 6. 2[a]. 4. b

*B *vox hæc εὐδιὸς, quam alij ſerenam, alij tepidã, alij clemẽtẽ, interpretãtur, male a quibuſdam hoc in loco expungitur, cum in libro de Aere, Aquis, & locis ſcripta reperiatur, & in ſecundo Epid. ſectione tertia, à Gal. itẽ et hic in com. & alibi hoc modo citetur.*

Contrario modo ſe habet temperatura duorum temporum, q̃ in priore aphoriſmo dicta ſunt, ad temperaturam illorum temporum, quæ in iſto dicuntur. Qualis enim erat hyems prius in illo, tale nunc eſt ver: quale autem erat in illo ver, talis nunc eſt hyems. Quòd igitur nõ erat in illis neceſſarium in vere morbos vulgari vehementes, ſufficienter dictum eſt. Nunc autem, quòd hyeme humida quidem, ac calida exiſtente, vere autem frigido, & ſicco, neceſſariũ ſit in ipſo vere ho- F
mines ęgrotare, monſtrandum eſt. Mulieres itaque, quibus partus ad ver eſt, ex quacunq; abortiunt occaſione. Corpora ſiquidem humida, ac mollia, & laxa ab hyeme ſerẽna, facta, ad intimas ſui partes aeris ambientis frigiditatem facile admittunt ita, vt infantes, qui longo tempore calori iam ſunt aſſueti, vehementer à frigore percuſſi, non abſq; cauſa hi quidem prius in vtero, hi vero mox in partu moriantur. Qui vero viui in lucem eduntur, non ferentes ſubitam ad contrarium mutationem, vel breui poſt tempore moriuntur, vel exiles, atq; inſalubres effecti, vix in vita perdurant. Alijs vero, ceu pituitoſis, ac mulieribus, difficultates inteſtinorum ait accidere ex pituita à capite ad ventrem defluente. Hunc enim humorem par eſt in dicta cõſtitutione plurimũ generari, per hyemem quidem capite repleto, circa veris autem initia ſubito refrigerato: nam cerebrũ ſua natura generandis pituitoſis ſuperfluitatibus aptum eſt, cum refrigeratum, alimentum conuincere non poteſt. Ineſt autem & hoc pituitæ generationi, vt, quę à forti fit frigiditate, acida euadat, quæ vero à caliditate replente caput, ſalſa: ſicuti ſanè, & quæ à pauca fit frigiditate, vel paucam dulcedinem, vel nullam manifeſtam qualitatem habeat. Ea igitur, quę fit in præſenti conſtitutione pituita: propter eam, quę fuit in hyeme, caliditatem, ſalſa erit: & hac ratione maxime difficultatem inteſtinorum generabit, quando longiori tempore mordens, atque abradens, inte- G
ſtinum offendet. Nam propter lentorem inter exeundum inteſtinis adhærens, & immorãs, ſemIbidem. perq3 ipſa propter qualitatem detergens, facit inteſtinorum difficultatem. ‖ Iis autem, qui natura calidi ſunt, ac bilioſi, inquit ipſe Hippocrates, lippitudines ſiccas accidere. ſic autẽ vocat eas, quæ ſunt ſine fluxu. Par autẽ eſt calidis, ac ſiccis naturis in ſicca, ac frigida conſtitutione, quæ calidam, atque humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum eſt in calida, atque humida conſtitutione: frigus autem ſuperueniens, veluti manus quædam extrinſeca, comprehẽdens, ac premens cerebrum, veluti ſpongiam quandam, exprimit illam, quæ in ipſo continetur, humiditatem. Hæc vero delata ab vno loco ad alium, ex ijs, qui faciles ſunt ad patiendum, multos generat morbos: atq3 ita in ijs, qui oculos habent natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil vero ex ipſis fluet extra, propter aeris ambientis frigiditatem denſantis ſuperficiem exteriorem. Quòd vero Hippocrates ipſe omnia, quę diximus, ad cauſas referat antedictas, manifeſtum eſt ex
Ibidem. ijs, quæ ſcripſit in libro de aqua, locis, & aere, in hæc verba: ‖ Pituitoſis itaque par eſt difficultates » inteſtinorum aduenire, & mulieribus, pituita à cerebro defluente, propter naturæ humiditatem: » bilioſis autem ſiccas lippitudines ob carnis caliditatem, ac ſiccitatem. Quod vero ſcribitur circa » finem aphoriſmi/Senioribus vero deſtillationes, quæ ſubito interimant/ipſe in libro de aqua, lo- H »
Ibidem. cis, & aere, per hæc verba ſcripſit: ‖ Valde autem ſenibus deſtillationes propter raritatem, & vena » rum colliquationem, ita vt repẽte intereant: quoſdam vero contingit dextra, ſiniſtra ve parte reſo » lutos fieri. Per hæc verba videtur Hippocrates, non quas communi vocabulo deſtillationes (hoc eſt καταῤῥους) conſueuimus nominare, quæ ſcilicet ex capite feruntur ad pulmonem per aſperam arteriam, ſed omnes, quæ feruntur fluxiones per venas à capite ad partes inferiores. quare & cito interimentes, bene videtur adiectum, quoniam hæ velocem criſim faciunt, cum alię diutius perdurent. Quidam vero expoſitores per deſtillationes intellígentes illas, quę à capite ad pulmonem fiunt per fauces, & arterias, cum negatione/non/hunc ſcribũt ſermonem, hoc modo/Nõ cito interimentes/Et recte quidem. Neq3 enim frigidæ fluxiones in ipſis concoquuntur, ob ætatem. In quibuſdam vero exemplaribus ſcriptum eſt/Cito interimentes/quoniam, & in libro de aqua, lo-
Ibidem. cis, & aere ipſe inquit: ‖ Ita vt repente intereant. »

13 ‖ *Si vero æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus vero pluuioſus, & auſtralis: dolores capitis ad hyemem fiunt,*
Ibidem c. *& tuſſes, raucedines, atq; grauadines: quibuſdam autem & tabes.*

Eandem temperaturam nunc attribuit æſtati, & autumno, quam paulo antea pronunciauerat

de vere

A de vere,atq; hyeme,cum ita dicebat: ‖ Si hyems ſicca,& aquilonia fuerit,ver autem pluuioſum,et auſtrale. Verum ibi quidem in hac conſtitutione ęſtate dixit febres acutas,lippitudines,et difficultates inteſtinorum fieri: nūc vero in hyeme dolores capitis,tuſſes,raucedines,atq; grauedines. Nō adiecit autem vel ibi æſtiuam conſtitutionem,vel hic hybernam: vt qui vtrunq; tempus ſuam ſeruare temperaturam ſuppoſuerit. Nā ſi,& in his alia aduenerit aeris ambientis intemperies,erit,& in prędictis morbis propter illam aliqua alia propria intemperies. Verum in illa quidem conſtitutione,qua dixit hyemē fieri ſiccam,& aquiloniam,ver autem pluuioſum & auſtrale: ipſe ſubiecit cauſas,ob quas tales morbi æſtate fiūt,in libro de aere,locis,& aquis‖. de preſenti vero conſtitutione nihil dixit in illo. Nam poſt duas antea ſcriptas conſtitutiones, alteram quidem, in qua hyemem agloniam,& ſiccam vult fieri,ver aūt pluuioſum & auſtrale: alteram vero,in qua cōtrarium,pluuioſam,& auſtralem hyemem,ver aūt ſiccum,& agloniū: hāc,quę poſt ipſas tertia fuerat,de qua præſens eſt ſermo,non etiam adiecit,ſed eius loco alteram talem: Si vero æſtas pluuioſa fuerit,& auſtralis,& autūnus ſimiliter: neceſſe eſt hyemē fore inſalubrē: Deinde per ordinem quaſdam alias,quarum nulla eodem modo,quo iſta nūc propoſita,ſe habet. Sed de illis quidem, cum ad earum expoſitionē peruenerimus,ſermonem faciemus. Nunc vero de ea,quæ ab ipſo di- Supra, aph. 11. de Aere, aquis, & locis, c. 6. a. 4. a

B citur in aphoriſmis,agamus,idē noſtro ſermoni initium facientes, quod etiā paulo ante diximus. Par etenim eſt ſeruare ipſam hyemē ſimilem ei,quę eſt naturalis,hoc eſt frigidam, atq; humidam, quantum hę duę qualitates conueniunt temperatę regionis habitationibus,de quibus,& ipſe loquitur,& nos paulopoſt nominatim mentionē faciemus. Seruante itaq; hyeme ſuum tēperamētum,nulla fortior in ipſa ęgritudo conſiſtet,ſed tm̄ capitis dolores,tuſſes, raucedines, atq; grauedines,quę ſunt repleti capitis accidentia. Si igitur,vt prius diximus, in vtroq; tempore,ęſtiuo ſcilicet,atq; autumnali,fieri pluuias auſtrales contigerit,forte & in ipſa ęſtate, ſin minus,ſaltē in ipſo autumno vulgabūntur morbi proprij conſtitutionis humidę & auſtralis. Nunc vero, cum æſtatem ſiccam,& aquiloniam pręceſſiſſe ſuppoſuerit,autūnum autē humidum,& auſtrinum: par eſt non ſolum quoſdam non incipere ſtatim ægrotare,verum & immodicę per ęſtatem ſiccitatis habere remedium nō mediocre,eam,quę facta eſt in autumno,humidam conſtitutionem. Quia vero totus autumnus talis eſt ſubſecutus: neceſſe erit ijs,qui naturam habent humidiorem, plus,quā deceat,repleto capite,nuper dictos caſus hyeme aduenire: quibuſdā autē eorum & phthiſin,id eſt tabem,qui ſcilicet ad hunc affectum apti natura ſunt. Sunt autem apti natura,& qui anguſto ſunt pectore,& quibus à capite ad pulmonem fluxio defertur. Hi igitur tabidi fient. Alijs vero nullus

C quidem fortior morbus aduenier,ſed tuſſes,atq; raucedines,& quicūque alij huiuſcemodi caſus fient,tempore hyberno capita ſuſcipiente auſtrinis pluuijs antea repleta,atq; ita in quibuſdā quidem hoc ſolum efficiente,quòd ſuperfluitas in capite permanens ſit ipſi doloris cauſa. Nullam ſiquidem plenitudinē vlla in parte corporis hyems diſſoluit. In quibuſdam vero coacto amplius & velut compreſſo capite expreſſa materia inutilis,ad loca capiti ſubiecta deſcendit: hoc, itaq; veluti purgatio quędam capitis eſt,& euacuatio. In quibus vero multa materia grauatum caput antea laborauit,nec potuit hybernum frigus tolerare propter maiorem intemperiem refrigeratum, maiorum eſt fluxionum ſubiectis ſibi partibus cauſa.

14 *Si vero aquilonius,& ſiccus,ijs,qui naturam habent humidiorem,& mulieribus conferet: reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ,& febres acutæ,& grauedines,non nullis vero & atræ biles.* * Al. diuturnæ.

Hic ſermo nunc dictus liquet,quòd non eſt integer aphoriſmus,ſed pars ſecunda vnius aphoriſmi,cuius priorem partem nuper deſtitimus explanare. Nam manente cōmuni ea, quę eſt,ætatis diſpoſitione vtriſq; ſermonibus: prior quidem pluuium,& auſtralem ab ipſa ſupponit autumnum,ſecundus uero,qui inſtat,ſiccum,& aquilonium. Quòd vero nil differt, ſiue ſiccum, ſiue

D ſqualentem,ſiue inaquoſum dixerimus,vnicuique eſt manifeſtum. Ambobus ergo temporibus ſqualidis,& ſiccis effectis,humidę quidem naturæ non modo nihil offendentur ex tali conſtitutione,ſed potius aliquam ſentient vtilitatem. Cauſam vero ipſe dixit in libro de aquis, locis, &
« aere,ſcribens in hunc modum: ‖ Pituitoſis vero hęc omnia auxilio ſunt. Exiccantur enim,atq; ad Ibidem.c
« hyemem minime lāxi perueniūt,ſed exiccati. {Reliqs vero,qui nō ſunt tali natura prędiți, lippi- * παλαιδιόν-
« tudines ſiccę,febres acutę,atq; grauēdines accidunt, & non nullis eorum atræ biles.} Cauſam τες.
« vero horum generationis,ipſe in libro nuper dicto,his verbis explicat: ‖ Biliioſis vero hoc eſt ini- * *Hæc verba*
« miciſſimum,quia valde exiccantur,& lippitudines his ſiccę eueniunt,& febres acutæ & diutur- *non reperies eo*
« nę,quibuſdam vero,& atrę biles. Deinde cauſam ſubinferens, inquit: ‖ Bilis enim pars humi- *libro.*
« diſſima atque aquoſiſſima exiccatur atque abſumitur: craſſiſſima vero, & acutiſſima linqui- Ibidem.
« tur,& ſanguis pariter eadem ratione: ex quibus hi morbi ipſis contingunt. Hęc itaq; à nobis in Ibidem.
propoſitas conſtitutiones dicta ſunt ſufficienter. Cur vero de his ſolis conſtitutionibus fecerit mentionem Hippocrates,cum & plures alię ſint,non habeo dicere. Volo autem potius declarare methodum,qua quiſpiam vtens,omnes conſtitutiones complecteretur. Eſt autem talis. Primū igitur incipere eſt neceſſari um,veluti ab elementis,à ſimplicibus aeris ambientis intēperaturis,atque ipſas diuidere in valde paruas, valde vehementes,ac medias: & tum dicere de qualibet

earum

earum,quæ dictæ sunt intemperaturarum in singulis tẽporibus contingẽtium, quos scilicet morbos ẽm vnamquãq; naturam generabunt. Post hac duorum temporum intemperaturas inuicem connectere,quemadmodum conatus est nunc Hippocrates facere. His vero transactis omnibus, deinceps trium temporum coniungere omnes omnibus intemperaturas, deinde quatuor. Sic.n. foret integra,atq; perfecta meditatio. Hæc igitur, & nos forte aliquando, si plus otij nacti fuerimus,seorsum scribemus.Sufficiat autem in præsentia hoc dixisse solum, quòd paucos admodum intemperaturarum complexus scripsit Hippocrates,adeo, vt hę potius quoddam exemplum videãtur, quàm pars aliqua effatu digna totius circa talia disciplinæ. Dicemus autem plenius de ipsis,cum librum de aquis,locis,& aere,& de Epidemijs primum exponemus. Quod vero paulo antea sum me dicturum pollicitus,nunc adiungens,in ipso finiam orationem. intelligere nos.n. oportet omnes,de quibus scripsit Hippocrates,constitutiones,in locis terræ habitabilis temperatis fuisse: exceptis ab hoc sermone Thraciæ locis,quę à mari distant. Hæc enim in frigiditate atque humiditate modum excesserunt: sicuti & quę ad Ægyptum ac Libyam attinent, loca calida sunt ac sicca: exceptis & hic illis,quæ mari adiacent locis.In frigidis enim,quales sunt circa Thraciam ac Pontum regiones,quoniam loca mari adiacentia,humilia sunt: ob hãc causam calidiores habent temperaturas. In calidis vero,quales Ægyptus ac Libya: quoniam æstate à ventis ab Arcto flantibus refrigerantur,idcirco minus sunt calida ijs, quæ ad mediterranea recesserunt. Zona vero exquisitam habens temperiem,ac media orbis terrarum,est,quæ per Gnidum, & Co, & quæcunque loca non multum ab his recesserunt, vel ad aquilonem, vel ad austrum. Oportet autem, vt temperatam zonam nominatam ab ijs,qui talium habẽt peritiam, perfecte intelligas, excogitare quandam lineam rectam ab oriente ad occidentem extentam per ea,quę dixi loca. Quidam autem astronomi non zonas, sed parallelas,id est equidistantes vocant tales in terra habitationum similitudines,quæ ab ortu ad occasum protenduntur.Sermo igitur ab Hippocrate habetur de ijs præcipue,quę diximus,locis.Ordo autem temporum,sicuti ipse sępius in libro Epidemiorum ostendit,& sicuti ij,qui hoc studio excelluere,scripserunt,hic est: Ortus Pleiadum,principium est æstatis: post quem Canis ortus oporam appellatam inchoat, quam etiam secundam partem estatis vocant. Post hanc Arcturus oriens,initium facit autumno. Deinde occasus Pleiadum,hyemis principium adducit. Et inde,quod hyemem sequitur æquinoctium, veris exordium affert.

15 ‖ *Ex anni autẽ constitutionibus (quod in totũ dixerim) siccitates imbribus sunt salubriores,& minus mortiferæ.* G

in 1. Epid. cõ. 1.t.1.3ª.103.d

Et com.2.t.60. 3ª.113.f

Quòd melius fuisset inter antea scriptos aphorismos,in quibus agit de temporum constitutione,hunc primum scribere aphorismum,quem nunc prę manibus habemus,ex ipsis rebus didicimus,quoniam ad confirmandos priores aphorismos hoc etiam eguimus. Et hoc ex necessitate dicimus: qm̃ prius est natura,atq; doctrina, simplex compositio. Post illum igitur aphorismum cuius initium est: ‖ Austri hebetantes auditum, caliginosi, caput aggrauantes, pigri,dissoluẽtes, primo loco ponemus illum,cuius principium: ‖ Quotidianę cõstitutiones, aquiloniæ quidẽ corpora in vnum cogunt.Secũdo loco hunc nunc propositũ: in quo ex oĩbus anni constitutionibus siccitates imbribus anteponit,& hoc cũ ratione. Nã in siccitatibus superfluę humiditates dissoluuntur: per imbres aũt intra corpus collectæ putrefiũt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget.Quę enim fit per balneas euacuatio,parua est,& solã ferè cutẽ euacuat: quę aũt sunt per carnẽ & partes solidiores dispersę superfluitates,haud sufficienter balneis euacuãtur.Neq; tñ ea,quæ fit per purgãtia pharmaca,superfluitatum euacuatio idonea est. Nam valde indigẽtibus, & ex longis interuallis vtilis est. Earum vero, quæ quotidie generantur in corpore, superfluitatũ euacuatio minor est,q̃ vt exigat purgantis pharmaci operationẽ.Si vero quispiam voluerit bis in mẽse,aut semel saltẽ ea vti,veritus ne superfluitatum multitudo aggregetur: prẽter id, ꝙ nocebit, corpora etiã in malã trahet consuetudinẽ.Alimẽti siqdem pars vna serosa est,& humida,quæ ipsi gratia distributionis admiscetur. Altera veluti fuliginosa superfluitas, quæ in plurimis cibis, quicunq; sunt peiores,continetur: hæc naturę operationem subterfugit,cum neq; assimilari corpori quod nutritur,neq; agglutinari queat.Hæ igitur omnes diebus singulis sunt euacuandę: verum magis in siccis constitutionibus euacuantur,q̃ in humidis: atq; ideo has dixit esse salubriores.

Supra, Aph. 5.

Infra,Aph. 17.

A.l.1.t.4.ca.5. fol.75.d.

H

* Al. lutosa,ac fæculenta.

16 ‖ *Morbi autem in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt,febres longæ, alui profluuia,putredines, morbi comitiales,apoplexiæ,& anginæ.In siccitatibus autem,tabitudines,lippitudines,articulorum morbi,stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum.*

in 1.Epid.cõ.1. t.1.3ª. 103.d

in 3.Epid.cõ.3. in proœmio 3ª. 140.f

Febres quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, non est mirum: siquidem ægroti ad morborum solutionem egent coctione: plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc, quòd frigidiores & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum: sicuti contra in siccitatibus bilioſiores.quare in temporibus pluuiosis febres erunt diuturniores,in siccitatibus autem acutiores. Alui aũt profluuia in tẽporibus pluuiosis rationabiliter euenire ex humorum superabundantia per aluum expurgata non est obscurum:

3ª.Aph.7.20.f

sicuti

A ſicuti etiam, ꝙ eiſdem temporibus putredines fiãt, quoniam perſpicuum eſt humida ſiccis magis eſſe putredini obnoxia. Sũt vtiq; & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortum habẽtes. Angina autem fit non nunquam ſuperfluitatum multitudine ad fauces collecta: fit etiam magna ex parte fluxionibus ex capite firmatis in faucibus. Quòd aut in pluuioſis tẽporibus fluxiones, & potiſſimum ex capite veniẽtes ſuperabundent, & manifeſtum eſt, & dictum à me ſæpius. In ſiccitatibus aũt & tabidos morbos ait abundare, & lippitudines, & articulorum paſſiones, & ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum, ſatis (vt mihi videtur) indiſtinctum de hiſce faciẽs ſermonẽ. Morbi ſiquidẽ tabidi has duas ſequuntur conſtitutiones: vnã ſumme frigidã, ob quam nõ nulla ex valis, quæ ſunt in reſpirationis inſtrumẽtis, dirũpuntur: alteram, quæ coniunctam habet cum caliditate humiditatẽ, quarum occaſione caput repletũ mittit ad pulmonẽ fluxiones: ſiccam vero cõſtitutionẽ, quę tñ quo ad caliditatẽ, & frigiditatẽ naturaliter ſe habeat, omnia potius, quàm tabitudines, cõſequunt. Quare mihi videtur nõ nulli fuiſſe coacti de oculis, tabitudines intelligere, vt ſit ſermo huiuſcemodi: In immoderatis aũt ſiccitatibus lippitudines tabidæ fiunt, hoc eſt ad tabem oculorum terminantes: ex qua fiunt extenuati, ac ſicci plus, q̃ naturæ conueniat, facta ſimul & ipſa pupilla anguſtiore, exiccatis videlicet humoribus, à quibus diſtenta moderate

B quidẽ, modum ſeruabat naturæ cõuenientẽ: plus vero, q̃ oporteat, ad prauã latitudinem extendebatur. Si vero ipſas per ſeipſas dictas lippitudines intelligamus, verbũ ſiccas adiungemus. Diximus aũt paulo ante, cauſam, ob quam ſiccæ lippitudines in magnis fiant ſiccitatibus. Iam vero articulorum morbi, q quidẽ ex fluxionibus fiunt, nullo modo in immodicis ſiccitatibus fient. Qui vero ab aliqua acrimonia accidunt, ſi & caliditas immodica acceſſerit, tunc ſolũ euenient. Quas igitur articulorũ paſſiones in ſiccitatibus dixerit fieri, dignũ eſt inqſitione. Si enim imodicæ factę conſumpſerint articulorũ humiditatẽ: difficilẽ ſanè quẽdam motum ob ſiccitatẽ efficiẽt: forte vero & dolorẽ non nunq̃: eam vero paſſionẽ, quam arthritin vocant, haudquaquã efficient: niſi qſpiam omnem articulorum dolorem ita velit noiare. Atqui ipſe in libro ſecundo Epidemiorum

« ita inquit: In ‖ Æno famis tempore, qui leguminibus veſcebantur, infirma habebãt crura: qui oro 2. Epid. ſect. 4ª.
« bos comedebant, genuum dolores patiebantur. non arthriticos, ſed genua dolentes ipſos appel- & 6. Epid. com.
« lauit. Quiſpiam vero fortaſſe reſpondeat non vnius articuli dolorem, ſed multorum ſimul arthri- 4 t. 13. 3. 183. c
tin noiari: & idcirco genua dolẽtes, nondum arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis noiatur, hæc dubitaſſe ſufficiat. De vrinæ vero ſtillicidijs deinceps videamus. Neq; enim ad ſiccitates, & ipſæ ſimpliciter conſequuntur, niſi tribus adhibitis diſtinctionibus, quarũ prima eſt im-

C modica ſiccitas, ſecũda, ſi caliditas adiungatur, tertia, ſi frigiditas: de quibus non fecit mentionem Hippocrates: ſed, vt dixi, ſicui libeat omniũ anni cõſtitutionũ naturã inueſtigare, ſic ipſum facere oportet. Erit aũt ſermo exẽplo manifeſtus huius ꝓpoſitæ cõſiderationis. Nã immodica ſiccitas in naturis bene tẽperatis aliã efficit corporis diſpoſitionẽ, aliã ĩ ſiccis, velut, & in humidis aliã: ſic, & in calidis, ac frigidis, aliã in vtraq; faciet diſpoſitionẽ: ſecundũ ẽt coniugationes ſimpliciũ intẽperaturarũ, aliã qdẽ in calida, & ſicca: differentẽ aũt ab ipſa, in frigida & ſicca: & in reliquis duabus eodẽ mõ. Sicuti vero ſimplicẽ paulo antea ſeruantes aeris ambiẽtis tẽperaturam, in vnaquaq; natura propriam dicebamus facere diſpoſitionem: ſic compoſitam ſupponẽtes, in vnaquaq; rurſus natura futuras diſpoſitiones conſiderabimus. Erit aũt compoſita ſicca aeris ambientis conſtitutio, quando frigiditati, vel caliditati adiungetur, quanc̃ & ſimplex videbatur quodã modo & ipſa compoſita: nam miſcebatur bene tẽperatę conſtitutioni medię inter immoderantiã vtranq;, eam, quę eſt ſm caliditatem, & eam, quę eſt ſm frigiditatẽ. Cum vero conceſſum ſit in doctrinis, ſimplices quidẽ inteperaturas eſſe eas, quæ ſecundum vnam qualitatem à modo naturæ receſſerunt, non ſimplices autem eas, quæ ſecundum plures: non ſine ratione, cum aer ambiens, ea, quæ eſt ſm ſiccitatem & humiditatem, oppoſitione, fuerit male temperatus: in altera autẽ, quæ eſt ſm

D caliditatem, & frigiditatẽ, bene tẽperatus: ſimplicem dicemus eſſe intẽperaturam. Hac igitur habita in omnibus conſideratione, non eſt obſcurum, quàm prolixus fiet ſermo de reliquis conſtitutionibus, & nunc propoſitus de veſica. Nam vrinę ſtillicidia fiunt, & propter acrimoniã vrinę, & propter vis retentiue, quæ eſt in veſica, imbecillitatẽ: quæ rurſus imbecillitas ex immodica intemperatura cõtingit. Cum vero octo ſint immoderãtię, in ſingulis earum debilis veſica erit: atq; idcirco ad eam vrinæ ſtillicidia conſequẽtur. Iam vero, & vrinarum acrimoniæ à quibuſdam fiũt in tẽperaturis, ſed potiſſimum ab ea, quæ eſt ſecundum caliditatem, deinde ab ea, quæ eſt ſecundũ caliditatẽ, & humiditatẽ, tertio eb ea, quæ eſt ſecundum humiditatẽ. Fiet, itaq; & ob hęc vrinę ſtillicidiũ, demptis ijs, quæ ſunt proprię veſicæ paſſiones, ad quas vrinę ſtillicidia caſus ratione conſequuntur: veluti cum ob vlcus, aut eryſipelas, aut abſceſſum in ea factum, vel inflammationem aut tale quid aliud, vrinæ ſtillicidium contigerit. Nunc enim non de his ſermo exiſtit, ſed ſolum de illis, quæ aeris ambiẽtis ratione proueniunt: ſicuti neq; de illis, quæ ex malo victu habent occaſionem. Quæ vero in vrinę ſtillicidio ſunt dicta, hęc etiam à nobis dici cogites in difficultate inteſtinorum, de qua neq; ipſe idem cum Hippocrate ſentio. Difficultas enim inteſtinorum non ſimpliciter ad ſiccitates cõſequitur, niſi prius diſtinctio adhibeatur: primum quidem vt ſit exuperãs ſiccitas, deinde, vt aer ambiens ſecundum caliditatẽ, & frigiditatem permutetur, poſtremo vt na-

turæ

turæ corporum patientes consíderentur. Non est autem æquum adeo de Hippocrate dubitare, E
ꝙ primus talis conditor contemplationis, non totam perfecerit, quantum de Diocle primum, &
post ipsum de Mnesitheo, tum multis alijs medicis, qui veras Hippocratis vias ingressi, multa si-
bi particulatim elaboranda proposuerunt. Cum enim deceret eos, si quicquam aliud, eam quoq;
quæ de temporum cõstitutionibus est, contemplationem, vt paulo antea suppositi, articulatim, di
stincteq; tractare, totamq; elaborare, ipsam omnino contempserunt. Nos vero id facere aggredie
mur proprio his dicato opere, si prius hęc, quę prę manibus habemus, absoluerimus.

17 ‖ *Quotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem corpora densant, & bene firma, & bene mobilia, bene colo* in 1. Epid. cõ. 1. t. 1. 3. 103. c
rata, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis prius obsederit, dolo- 3ª. Aph. 5. 20. d
Supra, Apho. 5. *rem augent.* ‖ *Austrinæ dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines fa* 3ª. Aph. 15. 22. g
ciunt, oculis, atq; corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.

Cum frigidus, ac siccus ventus sit aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur aũt
adijcit ipsis instrumentis ex eo, ꝙ stringit, & in vnum cogit densando substantiam. Ob hoc igi-
tur (vt inquit) omnia meliora fiunt secundum animales, & naturales operationes. Nam animales
quidem operationes ostendit per ea verba/Bene mobilia/, &/melius audientia/: Naturales vero F
cum inquit/Bene colorata/. Cõmune autem vtrisq; bene firma, ac robusta esse. Et clarum est, ꝙ
ex vno sensu auditus, veluti exemplo quodam, etiam de alijs ostendit. Hęc igitur bona adsunt
aquilonijs constitutionibus, quibus maxime perfruuntur, qui salubre corpus habent, & ex his ip
sis humidiores. Adsunt vero & mala quędam hisce constitutionibus, verum parua, & non simí-
lia malis, quę auster affert. Cur enim non parua sint, aluum cohiberi, morderi oculos, & prędeden
tes dolores pectoris exacerbari: Nosces autem ipsorum paruitatem australibus comparans con-
stitutionibus, quas dixit dissoluere corpora. Maximum enim est hoc malum ad omne opus vita-
le, ac animale: non parum autẽ aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De vertiginibus autem
(ἰλίγγους græce vocant) quid dicere oporteat: quæ proximæ sunt morbis comitialibus, & ijs, quos
apoplexias nominãt. Illingos enim est tenebricosa vertigo, quę fit, cum humor cum crasso spiritu
in capite mouetur, & iccirco præcedit epilepsiam, & apoplexiam. Sed & difficilem (inquit) præ-
stãt oculorum, & totius corporis motum. prauí autem sunt, & huiusce modi casus. Solum autem
inest ipsis hoc mediocre, quod aluos reddunt humidiores. Hoc autẽ & alia omnia efficiunt, maxi
me quidem propter humiditatem: sed et insuper etiam propter caliditatem. Id autem, quod in ini
tio sermonis scribitur, melius ordinem commmutasset, vt primum quidem foret verbum/hume G
ctant/secundum vero/dissoluunt/deinde ea, quæ deinceps sequuntur. Quia enim humectant,
ob hoc & singula alia operantur, coadiuuante ad hęc & caliditate. Fiunt siquidem operationes p
solidas animalis partes, quę vere sunt eius partes. Aggrauantur autem hę, quapropter & deterius
operantur, propter humiditatem excessum.

18 ‖ *Per tẽpora aũt anni, vere quidẽ, & prima æstate pueri, & qui hos sequuntur ætate optime degunt, & sani sunt* in 6. Epid. cõ. 5. t. 36. 3ª. 194. e
maxime: æstate vero, & autumno vsq; ad aliquid, senes: reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent.

Non solũ in ętatibus, verũ & in omnibus alijs, quę secundum tẽperaturam, vel modice se ha- 8. de Hippo. & Plat. decret. 14. 277. a
bent, vel immodice, siquis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, verum inueniet. Na
turis siquidẽ, ętatibus, & regionibus bene temperatis, optimum tẽpus est, quod optimã habet tem
periem: cum eũ, quo prędite sunt, habitum non permutari, sed conseruari desiderent, qm̃ omne,
quod est, à similibus quidẽ conseruatur, à contrarijs autem transmutatur. Quare puerorum ætas,
adhuc aũt magis adolescentiũ (hęc enim est omnium ætatum optima) vere optime degunt: & ea
dem ratione quęcunq; vel regiones, vel naturę sunt bene tẽperatę. Adiunxit aũt veri principium
æstatis Hippocrates, in latum extendens vniuscuiusq; theorematis vtilitatem. Magis autẽ exquisi- H
tus sermo fuisset, si ita scripsisset: Adolescẽtes vere, pueri æstatis principio optime degunt: in seni
bus vero propter temperaturæ frigiditatem æstas vtilissima est: sicuti ijs, qui in ętatis vigore con-
sistunt, hyems maxime confert. Hęc enim cõtraria est illi, quę in his fit ex bilis multitudine, inten
peraturę. Sic & naturarũ, bilioſiores quidem hyeme optime degunt: pituitosiores autem, ęstate:
bene autem temperatę, vere. Similiter & regiones, quę quidem sunt bene temperatę, optimum
ver habent: ex alijs vero frigidę ęstatem, hyemem vero calidę. Iam vero pessima tempora vnicui-
que ętati, atq; naturę & regioni, ex ijs, quę dicta sunt, possumus inuenire. Nam pessima sunt opti-
mis maxime contraria. Eadem ratione, & media inuenies inter optima, & pessima. Illud prętera
animaduertere oportet, ꝙ ver quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs vero omnibus
medium: neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas, & regiones se res habet.
Autumnus omnibus vtiq; malus est, ætatibus, naturis, ac regionibus. Ex ipsis tamen per autum- 8. de Hippo. & Plat. decret. 14. 276. g
num minus, quàm alię, calidę & humidę lęduntur.

19 ‖ *Morbi oẽs quidẽ in omnibus tẽporibus fiunt, quidam vero magis in quibusdam ipsorũ, & fiunt & excitantur* in 3. Epid. cõ. 3. t. 71. 3ª. 147. c
Si ambientis aeris temperatura sola esset morborum causa: tunc omnes quolibet tẽpore illos

morbos

A morbos, pateremur, qui ſunt accommodati naturę temporis. Nūc vero, cum etiam ob errata, quę in victu contingunt, morbi fiant: omnes quidem in omnibus tēporibus fient, plures vero in ſingulis temporibus naturæ temporis accommodati. Non parum autem in his confert & differentia naturarum. Neq; enim ſimiliter ab eadem cauſa calidum corpus, vt frigidum, offendi aptum eſt, vel humidum, vt ſiccum: neq; temperatum æqualiter iſtis, neq; illis, quæ ſecundum aliquam qualitatum coniugationem à bono temperamento recedunt, vt antea diximus.

20 8.de Hippo.& Plat.decret.1ª. 276.g in 1.Epid.cō.1. t.1.3ª.103.c in Prog. cō.3. t38.4ª. 212.a. 3a.Aph.1.19.g

Vere ‖ etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & tuſſes, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum morbi.

Et quo modo antea recte ab eo dictum videretur, ‖ Ver autem ſaluberrimum, & minime mortiferum, cum multę in eo fiant paſſiones? Videtur ſiquidem magis quodlibet tempus adæquare morborum, quos generat, varietate. Furores etenim, & atræ biles, & morbi comitiales, & anginæ ſunt morbi autumnales: grauedines autem, & raucedines, & tuſſes, ſunt hyemales. De æſtate autem ipſe deinceps dicet, communionem eius oſtendens ad ver: ‖ Æſtate vero quędam horū; Supra. Aph. 9. Infra, Aph. 21.

B hoc eſt prius dictorum in vere: Ex ſuperabundanti autem, pręter alia tempora, ver profluuia ſanguinis, lepras, impetigines, vitiligines, puſtulas vlceroſas plurimas efficit, tuberculaq;, & articulorum morbos. Sed certe hæc, quæcunq; ſunt verni temporis propria, omnia periculo vacant: tantumq; abſunt, vt aphoriſmum illum falſum oſtēdant, in quo dixit: ‖ Ver autem ſaluberrimum, & minime mortiferum: vt potius ipſum videantur confirmare. Nam hoc ipſo tempore profundum corporis expurgatur vitioſis humoribus à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & vitiligines, & impetigines, & puſtulæ quædam vlceroſæ multæ generantur. Alio vero modo in tuberculis, & articulorum morbis, profundum corporis expurgatur, vitioſis humoribus ad loca viciora tranſpoſitis. Quòd autem profluuia ſanguinis, & multitudinem, & vitium humorum euacuando, cohibeant morbos, qui ex ipſis oriuntur, perſpicuum exiſtit. Si vero aliquod corpus bonos humores habēs, vernum tempus excipiat: hoc ſeruat ſaluberrimum, nihil innouans ex propria natura: nō ſic æſtas, vel autumnus, vel hyems. Hęc enim tempora etſi purū corpus, & omni vacans reprehenſione ſuſcipiant: illa flauam bilem vltra modum generare ſolet, hic atram, hyems vero pituitam. Tale quiddam enim vere contingit, quale in exercitationibus euenire videmus. Etenim hę quoque ſunt ſaluberrimæ. Verum, ſi hominem vel pituita, vel flaC ua bile, vel atra, vel ipſo etiam ſanguine plenum, voluerīs ad exercitationē perducere: aut ei morbum comitialem, aut apoplexiam efficies exercitatione: aut, ſi hęc mala non euenient, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone vaſe, in morbum incidat inſanabilem. Multi vero cūm febricitare cœpiſſent: propter exercitationes acutiſſimis morbis fuere correpti. Quibus vero vicē purgationis humorum, qui ſunt in profundo corporis, exercitatio ſuppleuerit, ad cutem euocās malorum humorum abundantia: his & vlcera, & ſcabies inde generantur. & hoc innuens dicebat Hippocrates, ‖ Si impurgatus laboraueris, vlcera erumpent. Et quidem verno tempore calor aeris ambientis humores diffundens educit ad cutem: atq; hoc quoq; opus ipſius, exercitationibus ſimile exiſtit. Non ſolum autem exercitationum operibus, veris opera aſſimilantur, ſed & earum naturæ, cuius opus eſt, & occultam per totum corpus facere tranſpirationem, per quam excernuntur ſuperfluitates, & corpus in morbis varijs modis expurgare. 6.Epid.com.5. t.34. 3ª. 194.e

21 8.de Hip.& Pla. decret.1ª. 276. 1.de Criſib.4a. 134.c.& 135.c 3ª.Aph.20.a.& 23.h

Æſtate ‖ autem non nulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alui profluuia, et lippitudines, et aurium dolores, et oris vlcerationes, et genitalium putredines, et ſudamina.

D Æſtate inquit, & non nullos ex vernis morbis fieri, circa initia eius videlicet. Nam, quæ fini veris continuantur, ſicuti ſimilem habent temperaturam cum vere, ita, & in morborum generatione communicant. Inquit enim alios quoſdam æſtate generari illi proprios, veluti febres continuas, & ardentes, & tertianas: & (vt ſimpliciter dixerim) quæcunque ex flaua bile, mala corporibus accidunt. Nam & vomitus bile per ſumma natante fiunt, & ventris profluuia ad inferiora defluente. Lippitudines quoque æſtate plurimæ fiunt vtpote repleto capite. Sic & aurium dolores, & alia ſimilia æſtate corpus patitur ex capitis repletione, aliàs ad alias corporis partes ſuperfluitatem deponentis. Oris autem vlcerationes, quòd propter bilioſum humorem contingant, perſpicuum exiſtit. Genitalium vero putredines, non ſimpliciter, ſed quando æſtas aut humida magis fuerit, aut nullus flauerit vētus, aut auſter in ea abundauerit. Nā, cum plurimū à modo naturæ receſſerit ad humiditatem, aut flatuum carentiam: non genitalium tantum putredines facit, ſed cuiuſcunque partis alterius: qualis eſt illa, quæ ſcribitur in tertio Epidemiorum ‖ conſtitutio, & quæ in ſecundo ‖ circa eius initia. Quę vero paruę ſunt aeris euerſiones, genitalia tangunt, vt quę ob humiditatem, ac caliditatem ex quacunq; occaſione ſint parata putreſcere. Quare, cum propriam æſtas ſeruauerit temperaturam, qui multis ſuperfluitatibus infeſtantur, quando hę aliquam ob cauſam ad genitalia defluxerint, ipſorum putredines patiuntur. Sudamina au- 3.Epid.com.3. t.1.& c.3.140. f.& c. 2.Epid.ſect.1.

tem

tem (grẽce ἴδρωα) è genere puſtularum ſunt in ſumma hærentium corporis parte, quæ inſtar vl- E
cerum cutem exaſperant. proueniunt autem, quemadmodum, & ipſum oſtendit nomen, propter
multos ſudores, qui vel bilioſiores, vel omnino mordaciores exiſtunt. mordent enim hi cutem, &
pruriginoſam efficiunt, & per modum vlcerum exaſperant.

22 *Autumno ‖ vero, & multi æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, & aquæ inter cutẽ, &*
tabes, & ſtillicidia vrinæ, {& difficultates inteſtinorũ}, & læuitates inteſtinorũ, & coxendicum dolores, & angi
næ, & anhelationes, (quas græci aſthmata vocant), & ilei, & morbi comitiales, & furores, & melancholiæ.

8. de Hippo. & Plat. decret. 1ª 176. g
2. de Criſib. 4ª 135. c
3ª. Aph. 5. 20.

In autumno (inquit) & æſtiuorum morborum permulti fiunt, manente adhuc æſtiuo humore
in ipſo, flaua bile ſcilicet. Neq; enim, ſicuti æſtas veri ſuperueniens humores euacuat, ita & autum
nus æſtiuos: ſed contrarium ex toto accidit. nam ex partibus extimis ad intimas ducit: cum ratio
ne igitur æſtatẽ inqt non nullos ex morbis vernis generare, autũno vero non ex æſtiuis aliquos,
ſed multos. Nam & quartanas febres in hoc ipſo tpe fieri inquit, quia ſcilicet ex atra bile ortum ha
bent, quę duplicẽ habet generationẽ: alteram quidẽ ex flaua bile ſuperaſſata: alteram vero ex ſan-
guine craſſo. Fiunt aũt, & erraticę febres in autũno, propter tẽperaturæ inęqualitatem: & lienes
magni, ob atræ bilis ſuperfluitatẽ: & aqua inter cutẽ ex liene cõtingit. Et, ſi qua diſpoſitio tabida F
in dubio eſt, maxime autũno deprehẽditur propter frigiditatẽ, ſiccitatẽ, & tẽporis inęqualitatem,
nihilominus aũt & propter humorum prauitatẽ. Fiunt quoq; ob eaſdẽmet cauſas eo tpe potiſſi-
mum vrinæ ſtillicidia. Nam veſica in inordinatis, ac repentinis ad calidum, & frigidum permuta-
tionibus, refrigeratur: & quæ ex malis humoribus fiunt acritudines, ipſam moleſtant: tum præ-
ſertim, cum facta ad frigiditatẽ ſubita commutatio, eos, qui antea diffluabantur, & per ſudores eua-
cuabantur humores, ad veſicam conuerterit. Lęuitates vero inteſtinorum ſunt veloces, & ſine vl
la omnino tranſmutatione ciborum deiectiones, aut propter exulcerationem in ſuperficie ventri
culi aut inteſtinorum, quæ eorum modo fit, quo illę, quæ in pueris græco vocabulo aphthæ, id eſt
oris vlcera nominant: vel propter potẽtiæ retinẽtis imbecillitatem. Quorum primum ex morda
cibus, & ſubſtantiã tenuẽ habentibus humoribus fit: ſecundum vero ex magna vẽtriculi, atq; in-
teſtinorum prouenit intemperie. Hæc autem ambo maxime autũno fieri cõtingit. Coxendicum
autem dolores ex malignitate humorum, & frigiditate fieri par eſt. Anginæ vero ex bilioſis hu-
moribus ortum habent, q ad fauces autumno decumbunt: ab illis, quæ vere fiunt, differẽtes, quo-
niam illę ſunt quodam modo pituitoſiores. Iã vero aſthmata, (id eſt anhelationes, ſeu crebri anhe
litus,) tum propter humorum motum ad partes interiores, tum proprter frigiditatẽ fieri conſue- G
uerunt. Propter hæc eadem, & qui ilei, ideſt voluuli, nominãtur: ſunt autem cibi ſuperfluitatum,
quæ per aluum inferiorem excernuntur, retentiones, quę magna ex parte fiunt ex alicuius inteſti
norum partis inflammatione. Maxime vero par eſt, vt in frigido, ſicco, inęquali, & malos gignen
te humores tempore, partes ad ventriculum, atq; inteſtina attinentes offendantur. Nam, qui in æ-
ſtate tenues, & bene mobiles humores ſunt generati, autumnus excipiens, qui frigidus ſimul,
atq; inęqualis exiſtit, ad profundum corporis agit. Sunt autem in profundo etiam inteſtina. Mor
bi vero comitiales accidunt ijs, qui naturam habent ad hanc paſſionem procliuem, propter repen
tinam ad contrariã tranſmutationem. Calor enim media die, frigus vero in prima & vltima parte
fit. Nihil autem adeo comitiales acceſſiones, ſicuti talis varietas, aptum eſt generare. Furores vero
ob tenuium, ac bilioſorum humorum eueniunt malignitatem: ſicuti melancholiæ ex atra bile.
de qua pauloante dictum eſt.

23 *Hyeme ‖ vero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atq; raucedines, tuſſes, dolores pectoris*
& laterum, atq; lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.

8. de Hippo. & Plat. decret. 1ª. 176. h

Paulo ſuperius aph. 21. & 22.

Hyemales morbos poſt autũnales exponẽs, non eodem modo, ſicuti prius, dixit, neq; q hye- H
me multi ex autumnalibus. Atqui prius in æſtiuis ipſos comparans vernis, ita dixerat: ‖ Æſtate au
tem non nulli horum: In autũnalibus autem, Autumno vero & æſtiuorum multi. Nunc aũt mor
bos hyemis ſimpliciter connumerauit, vel ex communi volens hoc quoq; in loco nos aliquid di-
ctorum ſubaudire, vel ſimpliciter enuncians nihil autumnale tempus cum hyemali communica-
re. Atqui primas partes hyemis rationabile eſt, & ita experientia comprobatur, cum autũno mor
2ª. Aphor. 25. 16. a bos communicare. Inquit enim & ipſe: ‖ Æſtiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues, autũna-
les vero longæ, & magis, quæ ad hyemem coniũguntur. niſi quis dixerit ipſum de illis, quæ in ex
trema autumni parte generantur, facere mentionẽ. Verum morbos hyemis proprios hoſce vult
eſſe, morbos laterales, & pulmonis inflammationes, quoniam inſtrumenta reſpirationi ſeruien-
tia, frigiditate lęduntur: cum alia ita bene poſſimus obtegere, vt nihil, aut minimum ſentiant am-
bientis frigiditatem. Reſpirationem vero nemo poteſt cohibere: neque aliter datur reſpirandi fa-
cultas. Ob hanc igitur ipſam frigiditatem, tuſſes hyeme maxime fiunt, & laterum dolores: ob ean
dem ẽt caput oblęſum, grauedines, tuſſes, atq; raucedines operatur. Fiũt autẽ ſicuti dolores late-
rũ ob frigiditatẽ, ſic & capitis, atq; lũborum, & omniũ partium neruoſarũ. Vertigines quoq;, cere
bri lęſiones conſequuntur, ſicuti & apoplexiæ: nam, & hæc paſſio fit, cũ caput repletũ eſt pituita.

In ætatibus

24 A ¶ *In ætatibus autem talia contingunt: paruis, & nuper natis puerulis oris vlcera (quæ aphthæ vocãtur) vomitus,*
8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 176. h
tusses, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.

* *Dictio hæc in quibusdã manuscriptis cod. græcis non reperitur, nec in tralatione Burgondionis, nec Laurentiani: quin nec à Galeno in commẽto eius fit mentio.*

1. Epid. cõ. 1. t. 3ª. 103. c. Et cõm. 3. t. 1. 3ª. 317. f

Quæ ad ætates attinent, diligentius elaborauit, & quæ ad anni tempora, facta in minores partes diuisione. In puerulis igitur nouiter natis ait fieri aphthas: sic aũt Græci vocant vlcera, quæ summam oris occupant partem, ob mollitiem maxime facta instrumentorum, quę neq; tactũ, neq; qualitatem lactis sustinent, quod non paruam in se serosam continet partem. Hęc aũt pars vim habet abstergendi. Quare non est mirum, si in corporibus mollibus quasdam per summa facit exulcerationes. Vomitus autẽ tunc his fieri par est, pp lactis, quod assumunt, multitudinem. Vigiliæ vero haudquaq; ipsis sunt assuetę, vt qui maiori parte temporis dormiãt: nisi forte ob ipsam passionem fieri infantibus vigilias opinetur. Quoniam vero somni abundãtia ipsis maxime ẽm naturam inest, pauores etiam per somnum infantibus adsunt, ijs præsertim, qui sunt natura edaciores: quando loca ad ventriculum pertinentia sensu quidem vigeant, sed imbecillia existant: cibus vero corrumpitur. Nos siquidem obseruauimus, non in tantillis solum, sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, qñ multi, & vitiosi humores grauant, & mordent ventricu-
B lum, præsertim ipsius os. Hæc enim particula præcipuum habet sensum. Vmbilicorum autem inflammationes non multo antea præcisorum, nõ sine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non secus, ac siqua alia pars foret vlcerata. Verũ & aurium humiditates passionibus annumerat, quãuis palati, & narium in eodem numero non ponat, quoniam naturæ conuenit per nares, atq; palatum cerebri superfluitates per deriuationem expurgare: & fit hoc etiam ijs, qui sunt ętate perfecta. A natura autem aliena est expurgatio per aures. Verum & infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur: & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis passiones, etiam aurium scripsit humiditates. Est siquidem & totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo vt & ossium natura in ipsis potius cerea, & lapidea videatur. Præ cęteris vero partibus cerebrum admodũ humidum existit, quod etiam in perfectis talem habeat intemperaturam. Quare non absq; ratione in puerulis, cum superfluitates abundent, per omnia foramina excernuntur.

25 ¶ *In progressu vero, cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia: & maxime cum caninos edunt dentes: & ijs præsertim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.*
8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 176. h

Prurigines quidem gingiuarum fieri, cum dentes pullulare incipiunt puerulorum, nihil mirũ.
C Prurigo enim (græce ὀδαξισμὸς,) pruritus quidam est cum exigua quadã molestia. Febres vero, & conuulsiones, atq; "alui profluuia accidunt pueris, qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodum & ipse ostẽdit inquiens, Et maxime cũ caninos edunt dentes. Liquet aũt, q̃ perforatis gingiuis à dentibus prodeuntibus, hi casus eueniunt, quemadmodum vbi stimulus infigitur carni: & sanè plus dentes affligunt, & stimuli. Hi siquidem semel firmati, in mẽbro quiescunt, cui ab initio infixi sunt: dentes vero tm̃ procedunt, quantum augentur. Febricitãt ergo hac ætate pueruli, & propter dolores, & vigilias, & inflammationes. Conuulsiones aũt eis accidunt tũ propter hæc, tum propter crudum alimentum, & quia neruosæ partes non dum satis validæ sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate, ventris profluuia cõsequuntur, qm̃ alimentum non bene coquitur, neq; distribuitur. Quod autem dicitur, Pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras ... bent, ad cõuulsiones refertur: cum his maxime pueris dicat conuulsiones fieri, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, & abundans superfluitatibus, & ideo † conuulsionibus facile capiuntur: maxime vero} naturas has conuulsiones offendunt.

" A. li. 1. f. 3. d. 1. c. 3. fol. 58. e.

† *In quibusdã cod. græcis hęc uerba nõ legũtur, nec in Burgondionis uersione, nec ẽt in Laurentiano.*

26 ¶ *Cum vero iã magis adoleuerint, tonsillæ et vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes, anhelationes, quas*
8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 176. h in 1. Pror. cõ. 2. t. 55. 4ª. 176. d
D *Græci asthmata vocant, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ, quas Græci acrochordonas vocant, satyriæ, strumæ, & alia tubercula, sed præcipue antedicta.*

Primum quidẽ scripsit de recens natis puerulis, dein de illis, qui dentes edunt: nunc vero de ijs, qui mediam habent ætatem inter illos, qui iam dentes ediderunt, & qui sunt pubertati proximi. Nam deinceps sequenti aphorismo illorum commeminit, qui quartum ab ijs ordine locum obtinent. Verum tertiam ætatem, quæ nunc proponitur, quæ vsque ad duodecimum, & tertiumdecimum annum progreditur, multis capi ait passionibus: quarum primas tõsillas (grece paristhmia) nominat, quæ sunt locorum ad isthmum attinentium inflammationes. Hic autem per isthmum oportet intelligere partem illam, quæ os, & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab ijs, qui proprie dicuntur isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ processus inter duo maria sitæ. Hæ autem tonsillæ sunt non nunquam solius tunicæ ventriculo, ac gulæ, & faucibus, toti q̃ ori communis inflammationes: non nunquam vero & subiectorum ipsi musculorum, quando & vertebræ, quæ est in occipite, fiunt ad interiora inclinationes, de quibus post tonsillas inquit: Et vertebræ, quæ in occipitio, ad interiora luxationes. Nam à musculis inflammationem patientibus vertebra hæc tracta, ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hanc partem Hippocrates, non anteriorem, sed interiorem, vt ad vertebram retro locatam

ſuum ſermonem referens. Corporis ſiquidem ad profunda traductio, ſiue ex anterioribus, ſiue ex E
poſterioribus fiat partibus, per vnum verbum /intra/ mõſtratur. Cur igitur Hippocrates in nouiter natis puerulis, neq; de tonſillis, neq; de vertebræ, quæ eſt in occipitio, luxatione aliquid dixit, cum tamen & iſti nihilo minus cerebrum humidum, & plenum habeant ſuperfluitatibus, adeo vt ſubiectis partibus demittat fluxiones? An quia hæc ætate prius moriuntur, q̃ ſubiecti faucibus muſculi vnà cum neruis ſortem ſubeant inflammationem? Adde, q̃ hi partes eas habent molles, atq; ideo non poſſunt vehementius intẽdi, ita vt vertebra intus ad ipſas attrahatur. Iam vero aſthma "(ſic autem Græci vocant crebram reſpirationem, qualis currẽtibus accidit, aut quouis alio modo vehementi agitatis motione) in his quidem fit ob exercitium, q̃ multa indiget animal reſpiratione: in aliis aũt, in quibus non adeſt exercitium, ob anguſtiam eorum, quæ ſunt in pulmone, ventriculorũm: hæc vero anguſtia fit repleto viſcere ab iis, quæ deſuper veniunt, fluxionibus: hæ aũt fluxiones plures quidẽ in recens natis puerulis fiunt. Cito aũt ipſos interficiunt, qm̃ & aliter male ſe habent. Nam & ex vtero ad aerem ambientem tranſitus, & alimenti mutatio, & inflammatio, ab initio quidẽ locorum ad vmbilicum attinentium, poſtea vero ob dentium generationẽ, eos oẽs imbecilles reddit, & vix ea, quæ dixi, tolerant mala: tantum abeſt, vt adhæc, etiam fluxionem poſſint ſuſtinere, vbi ad pulmonem decubuerit. Lapis vero maxime propria paſſio eſt talium puero- F
rum, vt qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruẽt: ex q̃bus pars craſſior vnà cum vrinis ad veſicã peruenies, fit lapidum generationis materia. Accedit altera cauſa, vehementia caliditatis. Aceruãt ſiquidem & ſenes humorẽ crudum non paucum, non propter edacitatẽ vt pueri, ſed propter potentiæ concoquentis imbecillitatem: non tñ calorem fortẽ habent, qui ex materia craſſa vaporem reſoluens lapidem generet. Lumbrici vero, atq; aſcarides videntur aliis animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex ſemine, ſed ex putredine habẽt generationem. Sola enim putredo hæc non eſt ad generandũ ſufficiens, ſed & calore plurimo indiget. Cibus itaq; plerũq; corrumpit in ventriculo, & præcipue in inferiore puerulis: verum caliditas in valde tenellis non dum materiam ſuperat, in adultioribus aũt & materia idonea eſt ad animalium talium generationem, & pręterea caliditas adeſt. Aſcarides igitur ſunt tenues quidã lumbrici, qui in parte pręcipue inferiore craſſi inteſtini gignuntur: & plurimi manifeſte gigni conſpiciuntur in iumentis male cibum coquentibus: quorum malã coctionem fœtor indicat excrementorũ. Aliud vero genus lumbricorum eſt rotundorum, qui in ſuperioribus magis inteſtinis generant, adeo q̃ ad ipſum qñq; ventriculum aſcendũt. Multo vero plures hi, q̃ aſcarides, gignuntur in pueris. Rarior aũt eſt lumbrici lati generatio, qui & longiſſimus eſt, & ſæpe per tota extẽditur inteſtina. Verum de hoc nul- G
lam fecit Hippocrates mentionem, qm̃ neq; eius erat propoſitum de omnibus agere paſſionibus, quæ mortalibus accidunt, ſed de illis tm̃, quę ſingulis ętatibus vt plurimum accidunt. Ob hanc igitur cauſam ipſe enumeratis iã dictis, deinceps verrucarum genus, quod Græci acrochordonas vocant, & ſtrumas adiecit, qui ſunt morbi, germina vitioſæ multitudinis ad exteriora, & cutem repẽtis. Omne autem ipſorum genus tubercula (græce phymata) nominat, ita deinceps ſcribẽs: Acrochordones, ſtrumę, & alia tubercula. Quædam aũt ex his præcipuo vocabulo tubercula noĩantur, quædam ſponte naſcentes, & celerrime factæ inflammationes, quæ celerrimæ in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam ſuppurantur: & plurima eſt horum in inguinibus & alis generatio, qm̃ & in his partibus plures ſunt adenes, (id eſt glandulæ) qui apti natura ſunt ad has ſuperfluitates prompte excipiendas. Horum adenum paſſio ſtruma quoque eſt, non ex calida materia, neq; ad ſuppurationem properante, ſed potius quodam modo pituitoſiore & frigidiore conſiſtens.

A.lib. 1. f. 3. d. c. 3. fol. 58. g

* πνεῦμα, ſpiritus. addunt aliqui cod. græci. & ita uetus tralatio Burgundio. & Laurẽtianus.

* πολλῶς, id eſt multo eſt ĩ impreſſis. in manuſcriptis ἱκανῶς, i. ſufficiẽti. & ita Burgundio, et Laurentianus.

27 ‖ *Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis.*

8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 276. h

Incipiunt quidem pueri pubeſcere poſt annum quartumdecimum. Qui vero prope hanc ætatem accedunt, ſunt qui duodecimum, aut tertiũdecimum, aut quartumdecimum ẽt agunt annum. Neq; enim eſt vnus omnium certiſſimus terminus pubertatis, propter caliditatem & frigiditatem temperaturæ. Calidi enim citius, frigidi vero tardius pubeſcunt. Laborant aũt pueri hi multis quidem morbis antea dictis, propter ſimilitudinem temperaturæ, & præterea febribus diuturnioribus, q̃ priores: non tñ aliquid dixit de iis, quæ illa ætate febres abundant: verum ex eo, quod nunc dicitur, clarum eſt, q̃ oſtẽdit ipſas acutas eſſe. Alterantur enim puerorum diſpoſitiones citiſſime propter corporis humiditatẽ, & naturalis potentiæ imbẽcillitatem. Sanguinis vero profluuia ex naribus fiunt in tali ætate conſtitutis, quoniam hic humor in ea incipit abundare, non quia nunc plus de eo generetur, q̃ prius, ſed quia nunc minus abſumitur ex ipſo, propeterea q̃ & augmentum minus eſt hac ætate, q̃ priore, vt ad corporis proportionem.

H

* Vetus tralatio hẽt fortitudinem. Burgũdio robur. Laurentianus firmitatem. quæ idem ſunt.

de Natu. hum, cõm. 1. t. 42. 1ª. 33. d

28 ‖ *Plurimæ autem paſſiones puerulis iudicantur, non nullæ quidem in quadraginta diebus, non nullæ in ſeptem menſibus, non nullæ vero in annis ſeptem, quædam vero iam ad pubem accedentibus. Quæ vero permanſerint, nec in pubertate finierint puerulis, aut fœminis, cum menſtrua erumpunt, cẽſeneſcere conſueuerunt.*

8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 276. h
1. de Dieb. Decret. 4ª. 149. d. Et 2. 155. d

* συγγηράσκειν. eſt in antiqs codicibus.

Si verbum /diutinę/ ſermoni adiectum eſſet, melius foret: vnde & non nulli nomen paſſionis

de diutinis

A de diutinis tantum ipſum arbitrantur intelligere. Verum contra hoc ſunt ſermones tales, quibus ipſe vtit in aphoriſmis, ‖ In acutis paſſionibus raro, & in principijs vti medicationibus: &, ‖ Tenues victus, & in longis ſemper paſſionibus, & in acutis. Manifeſtum itaq; ex his eſt, ꝙ nō in diutinis tantum, ſed etiam in acutis dicere conſueuit Hippocrates nomen paſſionis. Videtur itaque hoc in loco, aut de diutinis paſſionibus intelligere, aut mancum ſermonem protuliſſe. Nos vero ipſum ſupplentes, dicemus ita: Plurimæ autem diutinæ paſſiones puerulis iudicantur, non nullæ in quadraginta diebus, non nullæ in ſeptem mēſibus, quædam in ſeptem annis. Ex diebus autem, quadrageſimus, primus eorum eſt, ex quibus morbi diutini iudicantur, vltimus autem inter illos, qui acutos ex intercidentibus iudicant, ſicuti etiam ſupra notauimus. Quicunq; vero hunc tranſcendunt numerum, ad ſeptimanæ rationem habent iudicium, non ſeptem diebus connumeratis, ſed primum quidem menſibus, deinde annis: ꝙ aūt, qui hoc tempus tranſcendunt, ad quartumdecimum annum perueniunt, eſt ſanè manifeſtum. Nam ſecunda ſeptimana in hoc completur tempore: & aliàs in pubertate magnæ fiunt corporis commutationes, ac in fœminis maxime propter menſtruorum eruptionem. Quare, ſiqui morbi, neq; hac ætate finiuntur, vſq; ad longum tempus perdurare conſueuerunt.

1ª. Aphoriſ. 24. 10. f

1ª. Aph. 4. 4. a

29 B ‖ *Iuuenibus autem ſanguinis ſputiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij, ſed præcipuè antedicti.*

8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 276. h

5ª. Aph. 9. 38. c

Cum primas ætates ad pubertatem vſq; minutiſſime diuiſerit, neſcio, quo modo adoleſcentum ętatem prætermiſerit, quæ medium obtinet locum inter puberes, & illos, qui conſiſtentis ætatis vigorem habent. Verum ex alijs, quas tetigit, licet & de iſta conijcere: quæ in multis quidem communicat illis, quæ ex vtraq; parte ipſam circūſtant, ſed hoc habet peculiare in maribus, ſanguinis ex naribus profuſionem, de qua commeminit in illis, qui ſunt prope pubertatem. Nam hic caſus incipit in illa ætate apparere, ſed maxime viget in adoleſcentibus, deinde ſubſiſtit in viris. Verum hanc ætatem tranſgreſſus Hippocrates, ad illam, quæ eſt iuuenum, peruenit: & primum ſanguinis ſputum ſcripſit, ac tabem, deinde febres acutas, & poſt has morbum comitialem: deinde poſt hæc ait / Et alij morbi, ſed præcipue antedicti / recte quidem hoc adijciens. Nam rem ita ſe habere indicat viſus. At vero non ſat plenè de febribus acutis dixit. Neq; enim dicere ſimpliciter oportebat acutas, quæ & in pueris nihilo minus fieri videnť, ſed ex acutis tertianas maxime, & cauſos, i. febres ardentes. Hę enim prę cęteris febribus ſunt biliоſiſſimæ, & multis iuuenibus accidunt: qm̄ & flaua bilis hac ipſa ſuperabundat ætate, à qua morbi tales in ſummo vigore conſiſtentibus acci-

C dunt. Tabem autem, & ſanguinis ſputum, non ſecundum ætatis naturam patiuntur, ſed ſecūdum aliquid eorum, quę ei accidunt: quare & antea dicebat, ‖ ꝙ ſenes plurimum, minus ægrotant iuuenibus: vbi & nos diximus, ꝙ ob incontinentiā iuuenibus, non ob ætatis imbecillitatem, ægritudines plurimæ accidunt: ob hoc igitur & iuuenibus ſputitiones ſanguinis accidunt, quia aut percutiuntur, aut contūduntur, aut ſaliunt, aut clamant vehementius, aut refrigerantur, & humi cubāt, aut replentur, aut propter aliquam huiuſcemodi cauſam. Ad ſputum vero ſanguinis, tabes conſequitur. Quare & propter hæc talia iuuenes ex accidenti ægrotabunt, non primum, neq; ætatis ratione. Morbi autem comitiales, quamuis malo victu vtantur, tamen ipſis non accidunt multi: vt mihi mirari ſubeat, quo modo & hos Hippocrates ſcripſerit: cum in alijs, non modo, ꝙ abundant in pueris, dixerit, ſed ꝙ etiam ex hac cauſa paſſio puerilis nominatur, & ꝙ ætatis mutatione ſanantur. Fiunt igitur & in quibuſdam iuuenibus morbi comitiales, qui prius non erant, propter victus errorem, quem in ijs, quæ aſſumuntur, admittunt, & in alijs, quæ ab ipſis agūtur, operibus, & quia humi cubant, & Soli ſe exponunt, & imbribus, atque alijs ſimilibus. Verum hi morbi non multi ſunt. Et fiunt quidem alij morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita ſcribere aphoriſmum: Iuuenibus autem, & omnes alij morbi, quos diximus alijs accidere ætatibus, ſed præcipue cauſi, id

D eſt ardores, & tertianæ febres. †

2ª. Aphori. 39. 17. h

† *Additur ĕt in aliqbus cod. græcis* ἰσέον δ' ὅτι ἡ ἀκμὴ σιχὴ ἡλικία λεῖτσι περιγράφεται, ἡδὲ παραχμαστικὴ μθ, *i. Sciendum autē eſt quòd nigēs ætas triginta quinque annis circūſcribitur: declinans autem quadraginta octo. Quæ etiā uerba ſunt in Burgundione, & Laurētiano. Quāquam in initio explanationis aphoriſmi ſubſequētis hic sēſus legitur.*

30 ‖ *Vltra hanc ætatem adſthmata{, id eſt anhelationes,} morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, læuitates inteſtinorum, hæmorrhoides.*

8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 277. a

Iuuenum ætas quinta ſeptimana terminatur. Iuxta hoc igitur & ipſe in Prognoſticis dicebat: « ‖ Magis autem expectare oportet ſanguinis quidem profluuium in ijs, qui non dum trigintaquin- « que annos attigere. Nam, quæ iuuenibus ætas continuatur, ad duas ſequentes ſeptimanas extēditur: in qua ętate omnia vitæ munia ęque, atque illi, qui in vigenti ætate conſiſtunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores ſufficiunt. Nam ex aduſtione, & algoribus, & humi cubatu, vigilijs, atque repletione, plus, quàm illi, offenduntur. Sanè que horum temperatura atrabilioſior quodam modo eſt, atq; ideo in ea multi melancholia afficiuntur: veluti ex anni temporibus, in autumno. Sicuti enim hoc tempus frigidum exiſtens pallidam excipit bilem tempore ęſtiuo exaſſatam: ſic declinantium ętas iuuenilem, quæ maxime æſtati ſimilatur, ſubſequitur. Mirandum q; eſt, cur in ea non ſcripſerit melancholiam. Ego tñ in quibuſdam exemplaribus hanc quoq; ſcriptam inueni, ſiue aliquis ſit auſus apponere id, quod defecerat, tanquam ab Hippocrate prætermiſſum, ſiue ab alijs, qui exemplaribus mendoſis crediderūt. Moriuntur autem & ex tabe hac

in Prog. cō. 1. t. 33. 4ª. 196. d

ætate multi, & ex iuuenibus, quícūq; ex ſanguínis ſputo in tabem incídunt. Non tamen hac æta- E
te multi ſanguinem ſpuunt, qm̃ neq; in talibus ſanguinis eſt multitudo. Anhelationibus vero, &
pulmonis inflammationibus, ac laterum doloribus magis capiuntur, cꝫ iuuenes: vt qui & victu
ſimili, & laboribus etiam vtantur, ſed multo imbecillius, q̃ illi, corpus habeant. Et oĩno eos, quos
prætermiſit in ętatibus vigore conſiſtentiũ morbos nominare, eos nunc oẽs enumerat. Nã & phre
nitides, & cauſi, i. ardores, & cholerę, & difficultates inteſtinorum nihilo minus iuuenibus, cꝫ decli
nantibus, accidunt, occaſionem ſui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora aũt in declinãtibus
ventris profluuia cõtingunt, propter alimẽti diſtributionis defectũ. Nam oĩum ferè ętatũ, ea, quæ
iam declinat, pauciſſimis indiget ad corporis reſumptionem: ſiquidem & id, quod ex ipſis reſolui
tur, pauciſſimũ eſt. Neq; n. corpus ſimiliter calidum eſt, vt prius: neq; amplius in augmentũ quic-
q̃ aſſumitur: ſed neq; cꝫ virtus cõtentiua multũ imbecillis ſit, vt in ſenibus, plus aliquid ex corpore
defluit. Quia igit̃ ventris profluuia, vel coctione, vel alimenti diſtributione fruſtratis accidunt, aut
propter bilis acritudinẽ abradentis inteſtinum, hæc cꝫ oĩa in declinantibus ſunt: non ſine rõne in
eis aluí profluuia diu perſeuerant. Febres quidem lethargicæ fiunt ex humore pituitoſo in cere-
bro aceruato. Prioribus aũt ætatibus humor hic deficit magis, cꝫ ſuperabundet. In ſenili aũt ætate
plurimus quidem eſt, verum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In ijs aũt, qui ab æta- F
tis vigore declinant: & hic humor ſuperabundat, & non dum corpus frigidum eſt. Lęuitates vero
inteſtinorum oſtenſę ſunt, hę quidem à frigida fieri pituita, hę vero à ſola intemperatura, quę vim
aluí contentiuam reddit imbecillem, hæ autem ab vlceroſa diſpoſitione: atq; hæc omnia in decli-
nantibus ſuperabundãt. Hæmorrhoides autem propria vere ſunt huius ætatis paſſio, ſicuti melan
cholię: fiunt enim ex atra bile, quando ad venas, quę in ſede ſunt cumulatius decumbit. A me qui-
dem oĩum enumeratarum paſſionũ cauſa fuit explicata: ſcientia autem horum cum probatione il
lis aduenier, qui legerint demonſtrationes, quas de his in noſtris ſcripſimus tractationibus: quæ
quot ſint, ac quales, & quã doceant contemplationẽ, legenti librum de ordine noſtrarũ cõmenta-
tionũ, licebit diſcere. Ex his enim promotus, quo modo earum ſingulę ſint perlegẽdę, cognoſcet.

31 ‖ *Senibus ſpirandi difficultates, deſtillationes cum tuſſi, vrinæ ſtillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum paſſiones, vertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.* 8. de Hippo. & Plat. decre. 1ª. 277.a

* πρεσβύτας. * γερόντων. Sẽnes à ſenioribus non nulli Hippocratis ſectatores diſtinguunt: nomen ſeniorũ vltimæ ętati tribuentes, & hoc perpetuum eſſe exiſtimantes: ſenes aũt in priori ætate ſtatuentes, quæ media eſt G
inter iuuenes, ac ſeniores. Sed nunc manifeſte monſtrauit ſe ſenes eos, qui extremam agunt ętatẽ, nominare: in ipſis ergo ſermonẽ terminauit, vt qui iam oẽs ætates percurriſſet. Hi vero ſępiſſime à deſtillationibus, quę ſunt cum tuſſi, capiuntur: quoniam partes ad caput attinentes, in ipſis facil-
lime refrigerantur, & quia multæ in ipſis fiunt pituitoſæ ſuperfluitates, cum iam admodum frigi-
dam cerebri habeãt temperaturam. Aſthmata vero, ex ijs deſtillationibus ortum habẽt: cum alio-
qui & ipſa ſpirandi inſtrumenta non raro habeant proprium ſui algoris principium, quando in ip
ſis multæ, ac craſſæ ſuperfluitates generẽtur. Ad hęc, cũ vires ſint imbecillę, renes ſępius obſtruun
tur, & lapides generantur, quando tenax, vel craſſa ſuperfluitas ibi firmata tophoſam conſiſtẽtiam
aſſumpſerit. Articulorum autem dolores aliqñ fiunt fluentibus ad hæc loca ſuperfluitatibus, ali-
quando propter inſtrumentorum ipſa mouentium, frigiditatem. Vertigines autem ſępe quidem
ipſis accidunt propter ſpiritum vaporoſum, qui in regionibus cerebri inordinato cietur motu: ſę
pe etiam in ventriculo vitioſis ſuperfluitatibus aceruatis, ad cerebrum fertur exhalatio vaporoſa.
De apoplexia autem quid oportet dicere? Nullus eſt enim morbus adeo ſenili ętati familiaris, quo
niam in ea cerebrum pituitoſis repletur ſuperfluitatibus. Siquod vero vlcus aduenerit ſenibus, dif
ficulter ſanatur propter defectum ſanguinis. Vehementius inſuper ſe ſcalpunt, quod pruritũ ap- H
pellauit: quoniam illę, quę pruritum operantur ſuperfluitates, difficilem habẽt per cutem euacua-
tionem. Rationabile ſiquidem exiſtit & cutem in ipſis ex frigiditate denſiorem eſſe, & ſuperfluí-
tates plures ſimul, ac craſſiores exiſtere. Plures cꝫ ipſorum (neq; enim oẽs) continue vigilãt: quod
eis accidit, & quia ſenectus plena curarũ eſt, ſed magis, quia corpus habent exiccatum: vnde & tũc
magis vigilant, qñ integra ſanitate fruũtur. Dictum aũt à nobis eſt & in commẽtarijs de tempera
turis ipſas quidem corporis partes in ſenectute fieri ſicciores, ſed multitudinem ſuperfluitatum pi
tuitoſarum aceruari: ob quam cauſam à multis putatur ſenectus frigida, & humida. In quo autem
tẽpore hę plures in cerebro aggregant̃, fiunt ſenes potius ſomnolenti: in quo vero bene excernũ
tur, peruigilant. Contingit autem & pauciores ſuperfluitates generari, & citius excerni eo tem-
pore, quo ſalubriter degunt: vnde & maxime propria paſſio ſenilis ętatis videtur eſſe vigilia. Hu
miditates autem in ipſis et oculorum, & narium liquet fieri, propter cerebri ſuperfluitates: quibus
eiſdem ad aluum defluentibus, & ipſa ſępius humectatur. Hebetes autem viſus, & graues audí-
tus, propter potentiæ ſenſibilis accidunt imbecillitatem: glaucedines vero propter immodicã in-
ſtrumentorum ſiccitatem, & quia ſpeciem habent ſuffuſionis.

Galeni

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS

COMMENTARIVS QVARTVS

1 in 1. Epi. cõ. 3. t. 30. 3ª. 126. f



‖ *Tero gerentes sunt medicandæ,† si materia turget,} quarto mense, & vsq; ad septimum, sed hæ minus. Iuniora autem, & seniora vereri oportet.*

† ἢν ὀργᾶ. & ita in cõmẽto.

5ª. Aphori. 29. 40. c

Ad vteros, fœtuum connexus eandem habent proportionem, quam fructuum connexus ad plantas. Hi siquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur, & ideo facile decidunt, quando vehementior ventus ipsos concusserit: posthac aucti, difficilem habenta plantis dissolutionẽ, sicuti rursus, cum perfecti sunt, sponte sua sine vi extrinseca decidunt. Eodẽ modo & conceptus, in primo quidem tempore a seminis iniectione, siquando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, vel animo, vel corpore moueri vehementius, facile dirumpuntur. Sic etiam, & cum iam perfecti sunt. Tempore vero intermedio firmio-
B rem habent coalitum: quare mulier vtero gerens potest fortiores motus sustinere sine fœtus offensione. Quæ omnia Hippocrates noscens, recte inquit, Vtero gerentes sunt medicandæ, si materia turget, quarto mense, vsquead septimum: quod est medio tempore fœtationis, cum fœtus vtero firmiter alligatur. Non tamen omnes, quæ hoc tẽpore indigent purgatione, permittit purgari: sed si materia turget, inquit, hoc est, † cogat accelerare.} Tractum enim vocabulum est ab animalibus ad coitum concitatis. Cum igitur superabundantes humores mouentur, & per totum corpus deferuntur, non dum in aliqua parte firmati: tunc ad eos expellendos natura incitatur, & aliquo indiget manum porrigente, & hunc humorum motum ad aluum deducente. Eos vero, qui aliqua in parte sunt firmati humores, non oportet mouere. Sic igitur & illud dictum est:
‖ Quicunque inflammationes in morborum principio medicamento conantur soluere: nihil de
4. de Vict. ra. in mor. acut. t. 22. 7ª. 137. c

† ἐπείγηται. * ὀργάντων.

eo auferunt, quod intentum est, atq; inflammatum: (neq; enim passio, vt quæ cruda sit, cedit) quę vero sana sunt, & morbo resistunt, colliquant. Quòd autem Hippocrates verbo /medicari/ pro purgare medicamento, consueuerit vti, omnes confitentur, quicunque vel paruam habent de eius dictione notitiam. Nam, vt quispiam alia omittat ipsius volumina, & de solis post hac scriptis aphorismis meminerit: nihil aliud per vocem /medicari/ in eis posse significari intelliget, veluti
C paulopost fiet manifestum.

2 Vī Gal. Inuere hunc Aphoris. 17. de Vsu par. 1ª. 222. g

‖ *In medicationibus talia educere è corpore, qualia et sponte prodeuntia, vtile: quæ vero contrario modo prodeũt, cohibere oportet.*

Sponte euacuari è corpore dicimus, quæcunque sine aliqua medici opera excernuntur, non nunquam ea, quæ nostrum regit corpus, potentia ipsum expurgante, non nunquam † ex irritamento aliquo, aut} quia à vasis non contineantur. Cum itaque natura superfluum euacuat, iuuatur animal: cum vero alioqui excernitur, casus ratione: neque inde vtilitas vlla prouenit, & talis euacuatio praue dispositionis est signum. Recte igitur Hippocrates consulit ‖ imitari naturam. Est autem imitatio, in vnoquoque morbo tentare tales humores euacuare, quales nouimus in spontinis prodesse euacuationibus. Prius itaque dictum est ab ipso de omni euacuatione generalius. ‖ Sic & vasorum inanitio, siquidem talis fiat, qualem fieri oportet: confert, & leuiter ferunt. Nunc vero de sola purgatione eundem fecit sermonem, quoniam de hac docere proposuerat in præsentis libri loco. Melius igitur fortasse fuerit de omnibus euacuationibus, quas medici
D moliuntur circa ęgrotantium corpora, nos quoque sermonem repetere. Fiunt enim hę aliquando per medicamenta totum corpus expurgantia, per vomitus, & deiectiones: aliquando medicina partis alicuius est euacuatiua, veluti quæcunq; per palatum, & nares à capite abducunt superfluitates. E genere autem superfluitates abducentium sunt, & quę per tussim expurgant, quęcunq; in pectore sunt, atq; pulmone, & quę per vrinas abducũt totius sanguinis serosam superfluitatem.

† *Hæc verba in aliqbus cod. græcis non habentur, nec in Burgundione, nec in Laurentiano. Vet⁹ autem interpres impressus totã hanc sententiã hoc mõ habet: aliquãdo furor humorũ pũgit, vnde intra vasa contineri nõ possunt.*

Clysterem quoq; ex hoc genere feceris, & quodcunq; aliud totum corpus ęqualiter nõ euacuat, quemadmodum & venę sectio creditur euacuare, & omnino sanguinis extractio quęcunq;, quouis modo facta. Ex talibus autem est euacuationibus, & quę per vterum fit, & quę per ora venarum sedis, & quæ per exercitia, & frictiones, & omnem motum, atq; calorẽ, & balneas calidas, prę-
1ª. Aphor. 21. 10. a
sertim nitrosas, sulfureas, & bituminosas, & ex accidenti, inedia. Hæc siquidem omnia videntur quidem totum corpus ęqualiter euacuare. Siquis tamen exactius perquirat, inueniet non ęqualiter euacuare: verum in his, cum sit paruus excessus alterius ad alterum secundum eorum, quę euacuantur, qualitatem, & quantitatem, ideo æqualis euacuatio videtur. Quæ vero pharmaca purgatoria nominantur, speciem faciunt euacuationis manifeste differentem: de quibus, vt dixi, nunc ipsi docere propositum: non tamen quicquam plus docet, q̃ quod de omnibus euacuationibus ipse iam dixit. Vna etenim est omnium intẽtio, ac scopus humor superabundãs: cuius notitia est per-
1ª. Apho. 2. 3. b

quirẽda ex eo,qui toto corpore præter naturam color repꝛeſentatur,& inſuper ex caſibus, & mor E
bis,& tempore,& regione,& ætate,& conſtitutione,& natura ægrotantis, & vitæ inſtituto,& victu: veluti (ſi ita contigerit) colore pallidiori in toto corpore apparẽte, quẽadmodum in illis, qui regio morbo laborant, non euacuata per ſedem bile, aut puſtulis aliquibus biliofis per totum corpus diſperſis: particulatim autem,ſi morſus in ventriculo aliquis, atq; faſtidium ſentiatur, & adſit cibi appetentiæ defectus, ac ſitis, ore amareſcente, aut quia in aliqua parte corporis ſit eryſipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat, aut ex ardentibus illa, quæ ex amara fit bili. Nam in his omnibus flaua bilis abundat: atq; idcirco conabimur ipſam educere illis medicamentis, quæ cholagoga,id eſt bilis eductiua,ab effectu nominãtur. Atq; hoc eſt,quod ab Hippocrate dicitur: ‖ Si, qualia oportet purgari, purgentur: confert,& leuiter ferunt. Quod.n.dicit/qualia oportet/abundantiã ſignificat humorum videlicet ſua qualitate infeſtantium ægrotantem. Ob hanc igitur cauſam ait tales cõferre euacuationes. Sed,qm̃ omnes artificioſæ coniecturæ in actionibus aliqñ aberrant: ‖(ſimilitudines etenim,vt ipſe inquit,non ſolum vulgares,ſed ẽt medicos eruditos aliqñ decipiunt) alterum nobis dedit indicium bonarum euacuationum, tolerantię facilitatem: vt & in hoc fiduciam habeamus, cum recte fecerimus euacuationem. Quod igitur in flaua bile dixi, veluti in exemplo,hocidem mihi & in atra intellige. Nam & in hac color totius corporis ad nigritiem tendit,& puſtulæ nigræ fiunt ex atræ bilis colore: &, quicunq; morbi ex eius fiunt exuperantia, multitudinem humoris indicant, manifeſte: quemadmodũ elephas, cancer, & quartanus circuitus ex melancholico humore generanſ: & lien magnus,& varices nigricãtes ſunt eiuſdẽ humoris alumnæ paſſiones, quemadmodum & quæ melancholia noïatur,& omne mentis delirium, cui ira, temeritas,atq; immanitas iungitur. Hippocrates vero etiam ‖ ex mẽſtruis,ſuperabundantem in fœminis humorem coniecturabatur: & ſcripta ſunt ab eo indicia,in primo libro de muliebribus. Ex his igitur, q atra bilis abundet, dignoſcere oportet: & has habentem intentiones, ad eius accedere euacuationem. Secunda autem in ipſa euacuatione intentio habenda eſt, tolerantiæ facilitas. Quæcunque vero in atra bile, & flaua ſunt dicta,hæc mihi & in pituita intellige,tumores œdematoſos,hoc eſt,inflatos,puſtulas,totius corporis colorẽ pro humoris ſpecie,febres quotidianas,mentis pigritiem, atq; torporem, ſomnos profundos, capitis grauitates, & quoſdam acidos ructus, quando in ventriculo pituita abundarit. Hæc enim omnia ſuadent medicamentum dare pituitam purgans. Facta vero iam purgatione,tolerantiæ facilitas atteſtabitur,& dignotioni,& ei,quã auſus es facere propter ipſam, euacuationi. Ad dignotionem vero, & ſpem euacuationis, habes etiam conferentem aliquid non ſolum ætatem, vel naturam ægrotantis, ſed etiam anni tempus, G
& præſentem conſtitutionem, præterea & regionem, & victum antecedentem, vnà cum aliis vitę inſtitutis. Etenim didiciſti, vt hęc omnia, non nulla pituitam, non nulla flauam bilem, non nulla atram exaugeant. Hæc quidem omnia, vt dictum eſt, ſunt intentiones exhibendi medicamentum, vim habens humorem infeſtantem expurgandi. In ipſa vero euacuatione altera erit intentio, vel nobis ferens recti iudicij teſtimonium, vel erroris. Recti quidem iudicij, tolerantiæ facilitas: erroris autem,difficultas. Nam infeſtantium humorum euacuationem facile tolerabunt ęgrotantes. Siquid vero aliud,& non quod infeſtat, euacuatur: neceſſarium eſt oĩno male ipſos tolerare. Quod igitur,vt dixi,in principio libri per vnum oſtẽdit aphoriſmũ,ita ſcribẽs: ‖ Sic & vaſorum exinanitio ſiquidem talis fiat, qualem fieri oportet, confert, & leuiter ferunt: Id in hoc loco nunc in duas ſecans partes in medicationibus,per priorem quidem hunc ſermonem,quæ ſint conferentes vacuationes,docet,per alterum autem,qui ſequitur,admonet,vt tales euacuationes firmum indicium ſubſequatur,facilitas tolerantię. Exempla vero ipſe appoſuit earum,quę ſponte fiunt euacuationum ad bonum,multa quidem in libris Epidemiorum,pauca vero in hoc ipſo libro Apho riſmorum,qualia huiuſcemodi ſunt: ‖ Quem aqua inter cutem habet: per venas in ventrem aqua fluente,ſolutio. ‖ Si lippitudo adſit: ab alui profluuio capi,bonum. ‖ Quibus biliioſæ deiectiones, H
ſurditate ſuperueniente ceſſant: &,quibus ſurditas,biliioſis factis ceſſat.

1ª. Aphor. 25, 30. h. & infra. apho. 3.

6. Epid. ſect. 8ª. circa finem.

1. de Morbis muliebrib. vbi ait, Cum meſes ꝓdeunt, lint eum cõplicatũ, &c.

1ª. Aph. 2. 5. b

6ª, Aph. 14. 47. f

Ibidem. 17.

Infra, aph. 28. 30. d

3 ‖ *Si, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt: contraria vero grauiter.*

1ª. Aph. 25. Et 6. Epid. cõ 4. t. 12. 3ª. 183. b

Prius hic aphoriſmus à nobis expoſitus eſt in præcedentis aphoriſmi expoſitione: ſcriptus etiã in ſuperiori libri parte, ijſdem verbis: quare & non nulli eum de hoc loco ſuſtulerunt.

4 ‖ *Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme vero inferiores.*

1 lib. Quos purgare oporteat. 5ª. 88. c in Cõm. de Salubri dię. t. 15. 2ª. 41. c Et Ifra, aph. 6, d Sectis ad eos, qui introduſſa go. 18. b A. li 1. t. 4. c. 11. fol. 76. c

Subaudire oportet, videlicet ventres. Recte autem "æſtate purgat ſuperius, quoniam & qui tunc humor ſuperabundat,flaua bilis eſt, & omnino tota natura animalis propter ambientem caliditatem magis ad ſuperiora mouetur. Quælibet autem ſuperfluitas, eò, quò vergit, ducenda eſt per loca conuenientia: quemadmodum ipſe in libro ‖ de humoribus ſcripſit. Addidit huic aphoriſmi ſermoni verbum /magis/: neq; ſimpliciter dixit, Medicari æſtate ſuperiora, hyeme vero inferiora. Nam, etſi non ſępe, raro tamen tempore ęſtatis humor pituitoſus viſus eſt abundare, ſicuti hyeme aliquando flaua bilis.

In principio.

Sub

5 A ‖ *Sub Cane, & ante Canem difficiles sunt medicationes.*

de Theriaca ad Pisonē. 5ª.97.b de Sectis ad eos qui introd. Isagō. 18.b

Nam & exusta tunc natura nostra non fert eam, quæ à medicamentis purgantibus prouenit, acrimoniam. Quarē plures quoq; purgati hoc tempore incidunt in febres: & natura ob æstum imbecillis, magis ex purgatione dissoluitur. Sed & purgatio hæc praua fiet, cum calor aeris ambientis in partem trahat extrinsecam, contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Sicuti.n. balneæ calidæ natura aptæ sunt obsistere purgationibus, sic & calor æstatis, tunc præcipue, cum se ipso vehementior extiterit.

6 ‖ *Graciles, & facile vomentes, purgare superius, cauentes hyemem.*

de Catharticis. Spur. 94.c

Hic addere oportet, quod paulo antea dictum est verbum /magis/. Magna enim ex parte graciles sunt bilioſi. Si igitur hoc accesserit, vt sint ad vomendum faciles: sunt per superiora purgandi, nisi obsistat" hyems. ‖ Nam supra dictum est medicari æstate superiores magis, hyeme autem inferiores oportere.

A.li.1.f.3.d.5.c.1.fo.68.h

Supra, Apho. 4.

7 B *Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.*

Si facilis ad vomendum, & gracilis sit, per superiora purgandus est, nisi sit hyems, hoc est æstate, autumno, & vere. Sin difficulter vomat, & mediocriter bene carnosus sit: per inferiora, si res vrgeat, solum cauendo æstatem: aliud autem anni tempus non oportet cauere.

8 *Tabidos vero, cauentes ad superiora purgationes.*

Ad superiores, inquit, purgationes nunquam tabidos duxeris, veritus scilicet instrumētorumq; respirationi obseruiunt, imbecillitatē. Per tabidos autem intelligere oportet vel eos, qui morbum à Græcis phthisin nominatum patiuntur, vel qui ad eum sunt natura proni: de quibus ipse in primo libro Epidemiorum scribit: ‖ Et maxime moriebanē, quibus natura ad tabē prona erat. Est autem his pectus angustum, & qui in eo continetur pulmo.

1. Epid. cō. 1. t. 18. 19. 3ª. 105. f. g

9 *Melancholicos autem plenius per inferiora, eadem ratione contraria apponentes.*

Ventres, inferiores videlicet, melancholicorum oportet eadem ratione plenius medicari. Plenius autem dixit pro fortius. Quia vero ad inferiora declinat hic humor, non sine ratione ipsum C iubet per vētrem inferiorem euacuari, sicuti flauam bilem per superiorem, cum sit leuis humor, & sponte continue fluitet. Commune igitur ambobus est, vt ducantur, quò vergunt, per loca conuenientia: proprium autem alteri quidem humori, per superiora loca euacuari, quoniam ad hæc vergit, alteri vero per inferiora, quoniam & ipse ad ista declinat. Contraria itaq; est per superiora euacuatio illi, quæ fit per inferiora: quorum vtrunq; fit secundum vnam communem rationem. Quare recte dixit Hippocrates /eadem ratione contraria apponentes/.

10 ‖ *Medicari in valde acutis, † si materia turget, } eadem die: tardare enim in talibus malum est.*

† ἢν ὀργᾶ.

in 6. Epi. cō. 2. t. 9. 3ª. 162. b in 1. Pror. cō. 2. t. 37. 4ª. 174. d

Dictum est et à me prius, quòd verbum /turgere/ Hippocrates transtulit ab animalibus, quę ad coitum properant, cum naturali quadam concupiscentia moueantur ad seminis excretionem. Ostensum est enim in libris de semine, q̄ fœmina etiam in coitu semen excernit. Quando igitur vel in toto corpore similis huic fuerit naturæ impetus ad excretionem superfluitatum, vel si non toto corpore, saltem in partibus principalioribus: tale quid consueuit Hippocrates per verbum /turgere/ significare: & statim per medicamentum euacuationem faciendam iudicat prius, q̄ vel virtus vitiata fuerit, vel febris caliditas aucta sit, vel ad aliquod mēbrum principale decuberint ij, D qui per corpus vagantur humores. Quòd autem valde acutos morbos nunc nominauerit, quos prius peracutos dixit, vnicuiq; liquet. Et quidem, q̄ iudicationis horum terminus est prima septimana, dictum & à me prius hoc est.

in Coacis prænotionib. Dolor supra vmbilicum &c.

† Græci codic. impūsi habēt. καθάπερ ὁ ἐν τῶ βάθει τῶν τοιούτων ὑδέρων. Multi tamen ex manuscriptis habēt, καθάπερ ἐν τῶ πάθει τῶν τοιούτων ὑδέρων. quod Burgundio ita transtulit. quēadmodum in passione talium hydropum. et ita ēt antiquus interpres impressus, & Laurentianus.

11 ‖ *Quibus tormina, & circa vmbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neque aliter soluitur in aquam inter cutem siccam firmatur.*

Tormina fiunt & propter morsum vehementem, & propter spiritum flatuosum, qui non habet exitum, sed in intestinorum inuolucris est interceptus. Quod vero dolores ad tales dispositiones cōsequantur, nemini dubium. At, cum circa vmbilicum, ac lumbos se firmauerint, & neq; à medicamentis, neq; ab alijs soluuntur auxilijs: quædam est earum partium habitualis intemperatura: quæ magna ex parte perseuerans, eam aquam inter cutem efficit, quæ ab Hippocrate sicca nominatur. Vocatur autem hic morbus à posterioribus medicis tympanias, quoniam abdomen percussum talem sonum edit, qualem tympana. Nam & in illis per cutem extētam subiectus aer percutitur, † quemadmodum aer in hoc morbi genere, qui in profundo locatur. Quòd vero & hoc morbi genus ex tumoris similitudine hydropem, id est aquam inter cutem Hippocrates nominet, est manifestum: Non tamen humidum est, sicuti qui ascites ab vtris similitudine

dicitur: in quo materia collecta non est flatuosus aer, sed humor aquosus. Videtur autem à maio- E
ri frigiditate generari aquosus hyprops, quem ascíten vocant, qm̃ in membrana abdominis inte-
riore, peritonęo græce dicta, humor veluti in vtre quodam continetur: à minore autē tympanias.
Neq; enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari.

12 *Quorum alui, intestinorum lævitate laborant: hyberno tempore supra medicari malum.*

Morbum, in quo celeriter ea, quę comeduntur, talia deijciuntur, qualia deuorata fuerint: lævi-
tatem intestinorum nominant: fit q; ex potentię contentiuę debilitate: sed consequitur ad oium,
quę ad aluum pertinent, instrumentorum intemperaturas, hoc est ipsius ventriculi, in quem ci-
bos deuoramus: & eorum, quæ ex hoc suscipiunt, atq; transmittunt, intestinorum: fit etiam quan-
doq; lęuitas intestinorum ex aliqua summas partes occupante exulceratione, simili illis, quæ in
ore fiunt, quas Græci aphtas nominant. Intemperaturæ igitur non nunquam fiunt, vt quispiam
dicat, habituales: (sic vero nominant illas, quę ipso corporũ habitu læso fiunt): quandoq; propter
frigidam pituitam, qualis est acida maxime. Earum autem, quæ in summa parte hærent, exulcera-
tionum, causa est humor acris, & tenuis. Hic igitur etsi per superiora medicari debet, quoniam hu
iuscemodi humores magis fluitare soleant, quàm ad inferiora secedere: non tamen hoc hyeme fa- F
ciendum est: sicuti etiam superius est dictum. Alter vero pituitosus, quando adhæserit intestinis,
nunquam est per superiora purgandus, hoc est per vomitoriam medicinam. Sola enim euomi na
tura apta sunt, quæ in ventriculo continentur: eorum vero, quæ continentur in intestinis, nihil po
test per vomitus euacuari.

13 ‖ *Ad elleboros qui non facile supra purgantur, eorũ corpora ante potionẽ pluri cibo, atq; quiete humectanda sunt.* in 6. Epi. cõ. 5. t. 29. 3ª. 193. g

in Epistola ipsius Hippocratis ad Democritum.

Prius oportet tentare naturã eius, qui elleborum sumpturus sit, quo modo se habeat ad superio-
res purgationes, hoc est ad eas, quæ fiunt per vomitiones. Fiat autem periculum per medicamenta
vomitoria, quęcunq; sunt mediocria. Si igitur non facile purgari videatur, non oportet huiusce-
modi hominem ad elleborum ducerere, antequam præparetur. Hoc autem fieret, si per cõtinuos
vomitus assuescat is, qui est sumpturus elleborum, ad prompte vomendum. Verum hoc, vt par-
uum aliquod, atq; omnibus notum, Hippocrates prætermisit. Melius autem fieret præhumectan
do corpora. Prehumectantur autem pluri alimento, atq; quiete. Ac de quiete quidem clarum est.
Sicut enim exercitia sunt apta natura exiccare: sic & requies (quod ocium est, & ab exercitatione
vacatio) seruat humiditatem. Cibus vero nõ simpliciter copiosior est aptus natura humectare, sed G
quicunq; nullam habet fortem qualitatem, hoc est neq; acerbam, neque acrem, neq; salsam, neque
amaram. Forte autem neq; simpliciter cibus, hic, qui talis est, est appellandus, sed hoc totum, cibus
medicinalis: sicuti illi, qui est cibus simpliciter, soli hoc inest ex omnibus, vt ex sua natura, non au-
tem ex accidenti solidas partes animalis humectet, hoc ipsum non per se, sed ex accidenti aliquo fa
ciente quiete. Quia enim eam, quæ prouenit ex cibo, humiditatem non exiccat: idcirco dicitur hu
mectare. Aqua vero, neq; epota, neq; extrinsecus occursans, natura apta est solidas animalis par-
tes humectare. De talibus autem perfectiorem posset quispiam habere doctrinam legẽdo librum
nostrum De potentijs naturalibus, & librum De tabe.

14 ‖ *Cum biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis: ad somnos vero, atq; quietem, minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.*

in eadẽ epſa.

Ipse attulit causam, ob quam eorum corpora moueri præcipiat, qui assumpserunt elleborum.
Quies siquidem in eodem statu conseruat, motus vero transmutat, atq; alterat corpus: vt indicat
nauigatio, quæ motus quidem est, turbat autem corpora adeo, vt & vomitum excitet. Cum igi-
tur talis motus fuerit sufficiens etiam solus ad vomitum corpus præparare, fit sanè rationabile, vt, H
si vomitorio medicamento coniungatur, longe maiorem habeat efficaciam. Quidam pro nauiga
tione nauseam scribunt, vt sit sermo talis. Ostendit autem & nausea, quæ vehementioribus cor-
poris aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari. Liquet autem, quòd & hic sermo ean-
dem vim habet cum priore.

15 ‖ *Cum volucris magis ducere elleborum, moue corpus: cum vero sistere, somnum facito, & non moueto.*

in eadem.

Prior quidem aphorismus, quo modo oporteat hominem, qui elleborum sumpsit, ad purgatio
nem præparare, nos docuit: præsens vero, quo modo sistere purgationem. Non est autem absque
ratione, q ea, quæ sistunt purgationem, sint contraria ijs, quæ vomitum cient. Si igitur motiones
ciebant, sistent quietes: & multo magis somnus, in quo actiones animales ociantur, quæ & per sen
sum fiunt, & præterea per musculos in motibus, qui fiunt ex appetitu.

16 ‖ *Carnes sanas habentibus elleborus periculosus: facit enim conuulsionem.*

in eadem.

Quod in præcedentibus dixerat in omnibus purgationibus, hoc nunc in ea sola dicit, quæ fit
per elleborum: adeo vt duo aphorismi possint inuicem iungi, tali modo: ‖ Qui corpore bene se

2ª. Aphor. 37. 17. g

habent,

A habent, difficile est medicari. Sic ergo & elleborus carnes sanas habentibus periculosus est, conuulsiones enim facit. Habet nanq; elleborus istud præcipuum, facere conuulsionem, propter operationis vehementiam.

17 ‖ *Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, & tenebricosam vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit: medicatione indigere per superiora significat.*

de Vict. rat. in morb. acut. cō. 4. t. 115. 7ª. 151. a

Apositia i. abstinentia à cibo, idem significat, quod anorexia i. inappetentia. Cardiogmos autē id est cordis morsus, est cordis, hoc est oris ventriculi, passio. Prisci siquidem & hoc, cor nominabant. Scotodinos autem i. tenebricosa vertigo, est, quando simul res conspectæ videntur circumuolui, & sensus visus repente destruitur, cum ægrotus sibi tenebras circunfundi opinetur. Fit autē hoc ore ventriculi à malis humoribus morso. Nam propter neruorum magnitudinē, qui ad ipsum à cerebro veniunt, hac parte patiente, animę opera detrimentū patiuntur. Hi itaq; casus sunt cōmunes humorū omnium mordacem habentiū naturam. Os autē sentire amaritudinē, solius bilis, quæ pallida & flaua nominatur, est opus: quare recte in huiuscemodi inquit Hippocrates significari, ꝙ oporteat medicari per superiora: quod explanatum, talem habebit interpretationē: Huiuscemodi
B casus significant medico, indigere hominem medicatione per superiora, hoc est per vomitiones.

† *Al. Dolores qui sunt supra septum transuersum, purgatione indigentes medicatione per superiora opus esse significant: quicunque autem infra, per inferiora. Et ita Galenus in cōmento.*

18 † *Supra septum transuersum dolores, purgatione indigere per superiora significant: quicunq; vero inferiora molestant, per inferiora.*

Hic aphorismus, quod antea in vno dolore docuit oris ventriculi, hoc ad omnes extendit dolores: nam clarum est, vt, quicunq; supra septum transuersum consistunt, purgatione indigentes cōsulat per superiora purgari, quicunq; infra septum transuersum, per inferiora. Addidit autē sermoni, purgatione indigentes, nequis forte arbitretur curare Hippocratem omnes dolores simpliciter per euacuationem, neq; enim nunc dicit hoc: sed ꝙ secundum humorum infestantium inclinationes, oportet etiam facere euacuationes: & neq; supra septum transuersum dolores per subducentia medicamenta euacuare: neq; infra consistentes, per vomitiones.

19 ‖ † *Qui in medicamentis purgati non sitiunt: non quiescunt prius, quàm sitiant.*

in Epistola ipsius Hippocratis ad Democritum.

Qui purgantur, non nulli statim sitiunt, non nulli postea: fitq; hoc propter ipsius ventriculi di-
C spositionem, & propter datum medicamentum, & propter humoris, qui vacuatur, naturam. Ventriculi quidem ratione, qui ex caliditate, vel siccitate, vel ambabus qualitatibus prompte ad sitiendum perducatur, siue hoc natura insit ei, qui biberit medicamentum, siue illo solum tempore. Ratione autem medicamenti, cum acre fuerit, & calidum, ac mordax. Propter humorem, vero, qui vacuatur, quando bilis amara fuerit. Hisce quidem de causis fiunt sitibundi. Ex contrarijs vero longo tempore sine siti perseuerant: quando vel frigidiorem, & humidiorem ventriculum habuerit homo, qui purgatur, aut ab initio, aut tempore purgationis: vel quando medicamentum omni vacat mordacitate: & tertio quando humor pituitosus aut aquosus extiterit. Verum & in his, quando abunde fuerint euacuati, cōsequitur sitis: sufficiens etenim est & ea, quæ ex euacuatione prouenit siccitas, ipsam efficere. Accedit præterea medicamenti purgantis vis, habentis aliquam etsi neque manifestam neq; sensibilem, attamen latentem acrimoniam ac caliditatem.

† *Paulus Magnolus ita vertit. Quicunque in medicamentorum potionibus haud sitiunt, purgandi non faciunt finem priusquam sitierint.*

20 *Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor: medicari inferius oportere significatur.*

Sicuti paulo antea docuit signa eorum, quos oporteat medicare superius, ita nunc docet ea, per
D quæ cognoscere aliquis, quando oporteat inferius medicare. Est autem communis vtriusq; ratio in differētibus casibus. Nam pro inclinatione noxiorum humorum, facere oportet euacuationes.

21 ‖ *Deiectiones nigræ, qualis est sanguis {niger,} sponte venientes, siue cum febre, siue sine febre, pessimæ: &, quanto colores magis praui fuerint plures, peius: cum medicamento vero melius, & quanto colores plures non praui.*

4ª. Aphor. 23. 19. h

in Coacis prænot. Egestio alui nigra velut sanguis &c.

De deiectionibus nunc ipsi est sermo, quæ à priscis medicis quidem nigræ vocantur, bilis vero nigra exquisite non sunt. Nam acre, & corrodens, & acidum non habent: ac, quod multo plus est, in terram effusæ ipsam non fermentant: verum sunt, vt quis eius describens imaginem planè diceret, veluti sanguinis limus, qualis etiam vinis crassioribus iam consistentibus solet subsidere, quem fæcem nominat. Hæc si diutius moretur in corpore, & neq; per aliquem sensibilem effluxum neq; occultum excernatur, verum trāsmutetur, atq; putrescat, fit bilis nigra exquisite. Antequam vero hæc genita sit, splen trahit eam, quæ est veluti sanguinis fæx, hepar expurgans: quemadmodum in commentarijs de potentijs naturalibus est demonstratum. Abutitur itaq; & hoc melancholico humore ad sui nutritionem splen: &, quam rursus ipsa fecerit, superfluitatem totam expellit ad ventrem, vnà cum alijs superfluitatibus excernendam. Si quando igitur neque splen bene expurgauerit, & ille, qui in hepate continetur sanguis, multum huius limosæ superfluitatis habuerit: ac-

crescet

creſcet debilitas viſceri ita, vt in ſeipſo continere ſuperfluitates non poſſit, & tunc illę, quæ nigræ E.
vocantur, fient deiectiones, de quibus nunc ſermo habetur ab ipſo. Adiecit aũt ſuo ſermoni / Velu-
ti ſanguis, tale quiddã oſtendẽs: Qualis fit ſanguis denigratus, dũ per inteſtina defertur, tales ſunt
nigræ deiectiones, Nã extremæ demẽtiæ fuerit exiſtimare, ſanguini ſecundum naturam ſe haben-
ti, tales deiectiones aſſimilari. Fient etenim hæ & rubræ, & nigrę. Atqui impoſſibile eſt ſanguinẽ
eundẽ & rubrum, & nigrum eſſe: Plurimas vero huiuſcemodi deiectiones in peſtilenti hoc mor-
bo longo conſpeximus, quæ non magis in ijs, qui exitio proximi erant, q̃ in alijs ſaluandis appare-
bant: non tamen vel in principio, vel incremento morborum conſpiciebantur. Tunc enim, quę
euacuabantur, erant & flaua & rufa colore colliquamenta: quæ vero mox apparebant, nigra erant,
veluti ſanguinis fæx: ſiue ipſo ſuperaſſato habuiſſent generationẽ, ſiue aliquam extraneam putre-
dinem adepto, illis, quæ in ventriculo fiunt, cruditatibus proportionalem, quando ad vitioſos hu-
mores corruptio terminauerit. Quare ab initio quidẽ nunquam ad bonũ fiunt huiuſcemodi deie-
* κάκωσιν al. ἔγκαυσιν i. æſtuationẽ. ctiones, magnam viſceris læſiõnem oſtendentes: ad morbos vero in vigore cõſiſtentes ſequuntur
ſæpius, natura ſuperfluitates expurgãte. Non tamen iſtud hoc in aphoriſmo adiecit Hippocrates,
quãuis alibi quidem dixerit in vniuerſum. ‖ Signa iudicatoria non ſtatim appareant: in ſequenti
2. Epid. ſect. 1ª. autẽ aphoriſmo particulatim, dum inquit: Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis vel ſupra F
vel infra exierit, lethale eſt. Nunquid igitur ſatis viſus eſt ſui animi manifeſtare ſententiã, vtens hoc
verbo / venientes / quod tẽporis ſpatium oſtendit, tãquam vel per morbũ totũ, vel per longũ ipſius
tempus tales veniant deiectiones? Si enim aliquod vnum tempus oſtẽdere voluiſſet: omnino vel
quæ poſt apparuiſſent, vel quæ veniſſent, protuliſſet: non ſponte venientes. Hoc enim verbũ / ve-
nientes / non adueniſſe, ſed aduenire ſignificat. Aſſumpto tamen medicamento, quod vim habet
purgãdi nigra, talia deiici nihil mirum. Sic itaq; plures deiectionum colores præter naturam, ſpon
te quidem euacuati, multarum, atq; malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna: à medicamen-
to autem ducti vim habente plures humorum ſpecies euacuare, nihil abſurdum ſignificant.

22 ‖ *Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis vel ſupra vel infra exierit, lethale.*

3ª. de Difficul. reſpirationis 3. 73. e 1. de Criſibus 4ª. 127. f

in Coacis prænot. Febrienti ſi atra bilis in principio ſurſum &c.

Facta eſt à nobis & in antecedente aphoriſmo diſtinctio inter humorem melancholicum, & ni-
gram bilem, de qua nunc ſermo habetur ab ipſo. Et cauſam, ob quam ab initio lethales ſint huiuſce
modi humores, poſtea vero iudicatorij appareant, in illo aphoriſmo ſufficienter percurrimus: ſed
& nunc repetemus, quoniam ea, quæ ſunt ad artem maxime neceſſaria, ſæpe tractare ſit melius.
Quando aliquis incipit morbus: ſi quid excernitur, nihil tunc excernitur naturæ ratione, ſed ſunt G
omnia caſus earum, quæ præter naturam ſunt in corpore, diſpoſitionum. Quo enim in tempore à
cauſis quidẽ morbum faciẽtibus natura grauatur, adeſt autẽ cruditas humorum, tunc aliquid bene
euacuari eſt impoſſibile: ſiquidem oportet coctionem præire, ſubſequi vero diſcretionẽ, & poſtea
euacuationẽ, vt bona ſit criſis, ſiue iudicium. Hæc autem nos ipſe docuit in primo libro Epidemio
1. Epid. com. 2. t. 45 3ª. 112. b rum, ita inquiens ‖ Coctiones, iudicij celeritatẽ ſalutis q̃ ſecuritatẽ ſignificant: cruda autem & inco
cta ad malos abſceſſus conuerſa, iudicationis carẽtiam, vel dolores, vel longitudinem, vel mortes,
vel eorundem malorum reditus. Quando igitur poſt morbi coctionem aliquis humor vitioſus ex
cernitur, tunc corpus à natura expurgatur. Et propter hoc atra bilis, & alius omnis huiuſcemodi
humor, vbi ſigna coctionis in morbi proceſſu apparuerint, bonam ſignificat euacuationem. Si ve
ro aliter excernantur ſine ſignis coctionis, exitialis eſt caſus. Quare, cum in morbi principio ſem-
per ſint ſigna cruditatis, mala ſemper erit humorum talium euacuatio.

23 *Quibuſcunq; ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger deſubter exierit, poſtridie moriuntur.*

Sermo in hoc aphoriſmo eſt potẽtia talis: Siue atra bilis (de qua antecedẽs docuit aphoriſmus) H
ſine nigra, quæ ſanguini nigro aſſimilãtur, (de quibus prior aphoriſmus) ijs, qui ad extremam ex-
tenuationẽ venerint, apparuerint, poſtridie moriuntur. Eſt enim in talibus natura imbecillis adeo,
vt non poſſint concoquere neq; diſcernere neq; excernere, quæ ita praua exiſtunt. Propter morbi
igitur magnitudinem cum contineri nequeant, effunduntur, & idcirco ſunt difficilia. Mortem au
tem non in poſterum afferunt, vt in alijs contingit morbis propter virium imbecillitatem. Oſten-
ſupra, Aph. 21. dit tamen in hoc aphoriſmo manifeſte, quod & in priore, cum dicebat. ‖ Deiectiones nigræ, qualis
ſanguis: ſubaudire oportet, niger: vt tale ſit plenum: Deiectiones nigræ, qualis ſanguis niger.
Oſtendit aũt & nos bene à nigris deiectionibus bilem nigram ſeparaſſe. Hæ enim ſanguini deni-
grato ſimiles videntur, differentes in eo, quòd fuſæ ſunt, & nõ concretæ, vt illæ. Nigra autem bilis
& in eo, quòd fuſa eſt abſq; concretione, & quia fulgentem habet nigredinem, & prẽterea mordax
eſt, ſicuti acetum, & terram abradit, atq; fermentat: quorum nihil nigris adeſt.

A. l. r. f. 2 d. 3: 13. fol. 55. g de Atra bile 1ª. 35. f 5. de Vſu partium 1ª. 145. e 2, de Natura lib. facult. 1ª. 301. e 3. de Difficult. reſpir. 3ª. 73. e

24 ‖ *Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bile inceperit, lethalis eſt.*

Ab illa, quæ à quibuſdam pallida, ab alijs bilis flaua nominatur, maxima ex parte incipit inteſti
norum difficultas, abraſis prius in ſumma parte propter humorum acrimoniam inteſtinis, poſtea

vero

A vero exesis adeo, vt exulcerentur. Hanc igitur intestinorum difficultatem sæpe sanauimus. Quæ vero ab atra bile fit, insanabilis est prorsus, cum nihil differat à cancro vlcerato. Cum igitur hic cancer in summa parte consistens, sit aut cum difficultate sanabilis, aut omnino insanabilis, quamuis possit continuo medicinam habere insidentem: rationabile est illum, qui occupat intestina, non solum quia nihil illi continuo adhærere potest, verum etiam quia semper ab alimenti superfluitatibus tangitur, esse penitus insanabilem.

25 *Sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, malum: infra autem nigra deiecta, bonum est.*

† De nigris deiectionibus sermo habitus ab ipso est in præcedentibus aphorismis: nunc vero de ijs, quæ vel per os, vel per sedem excernuntur, verba facit. Quare in proposito aphorismo quando ipse dicit supra, solã, quæ fit per os, excretionem intelligemus, illa, quæ fit per nares, omissa. Hanc itaq; ait semper esse malam, qualiscunq; fuerit is, qui excernitur sanguis, hoc est, siue spumosus, siue rubeus, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus. Melius enim esse inquit, vt infra exeat, non tamẽ more diruptí sanguinis, sed paulatim fluentis ita, vt sui exitus tarditate denigretur. Ipsum itaque sanguinem confluere omnino ad aliquod intestinum, malum oportet existimare. Melius au-
B tem, quando paucus, quàm quando multus veluti diruptus effluxerit. Quare, quod legitur /bonũ/ non tanquam proprie dictum, sed tanquam idem, quod melius, significaret, est accipiendũ: quasi ita diceret: Infra autem melius nigra deijci. Re vera enim hoc eligibilius, quàm per os quocunque modo sanguinem ferri. Hoc siquidem dixerit quispiam, vt eam, quæ videtur in verbis Hippocratis, repugnantiam dissoluat, dicentis nunc bonum esse, vt nigra deijciantur, cum tamen paulo antea ‖ pessimum id esse dixerit. Possumus etiam vocabulum /nigra/ sic accipere, quemadmodum ipse in Epidemijs dixit, de ‖ sanguine ex venis (quas hæmorrhoidas vocant) profluente, tanquam sanante melancholicas passiones. Re vera enim iam factæ melancholiæ maximum est remedium sanguinis ex his venis profluuium: quam etiam, si futura sit, prohibet. Sic itaq; nobis intelligentibus, sermo talis erit: Sanguis supra, qualiscunque fuerit, malum: infra vero per hæmorrhoidas, bonum, quando nigra euacuantur: hoc est quando hominis natura multum talem accumulauerit sanguinem. Aliter autem non est assuefaciendum ei, quæ fit per hęmorrhoidas euacuationi, vt quę periculosam habeat vtranque immoderantiam, siue supra modum sanguis excernatur, siue ex toto supprimatur.

† Ex.cod. græcis manuscriptis, & Ipressis ita vertẽdum. In præcedentib⁹ aphorismis sermo ipsi habitus est de ijs, q̃ pos & tedé excernuntur. quare in proposito ét aphorismo, quãdo &c. & ita ét Burgundio.

supra Aph. 21. 6. Epid cõ. 3. t. 37. 3ª. 178. d

26 C *A difficultate intestinorum habito, si veluti caruncułæ exeant, lethale est.*

In difficultatibus intestinorum, cum adhuc constituuntur, quædam corpora pinguia excernuntur: post hæc autem, nisi finiri anticipauerint, quædam ramenta intestinorum, ablata ipsorum superficie interiore, quæ membranosa existit & densa, illi, quæ cutem exterius contegit, epidermitidi i. cuticulæ appellatæ, proportionalis. Post hæc autem aliquid ex ipsa abraditur substantia intestinorum: in quo tempore non adhuc fieri difficultatem intestinorum, sed iam factam, atque completam dicimus esse. Quando igitur partes adeo magnæ intestinorum excernuntur in difficultate intestinorum, vt possimus eas carnes nominare: lethalem ait esse morbum, cum neq; caro concrescere, neq; cicatrix obduci in tali possit exulceratione.

27 ‖ *Quibus, in febribus sanguinis fluxerit multitudo quacunq; ex parte: cum reficiuntur, alui ijs humectantur.*

3. de Difficult. resp. 3ª. 73. c in 1. Prior. com. 5. t. 41. 4ª. 185. c

in Coacis prænot. Quib. in febrib. sanguis abunde, &c. & in ijsdem, Magnę fiunt in prĩcipijs sanguinis &c.

Calore natiuo debilitato ex profluuio sanguinis, neq; cibi bene concoqui, neq; in sanguinem transmutari, multo q; etiam magis neq; distribui possunt per corpus: propter q; hæc omnia, aluos fieri humidiores par est, donec processu temporis vires suas natura recuperauerit.

28 D ‖ *Quibus biliosæ deiectiones, superueniente surditate cessant: &, quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus cessat.*

1. de Locis affectis 4ª. 4. a 4ª. Apho. 2. 27. h

in ijsdẽ, Biliosas egestiones surditas sedat, &c.

Non de habituali difficulter solubili surditate nunc illi sermo est, sed de ea, quæ repente in febribus, vel aliter fit, recurrente ad cerebrum bile. Ipsa siquidem, cum meatus auditorios occupauerit, efficit surditatẽ. Cum vero hinc ipsam natura expellente, ad excretionẽ peruenerit, soluit surditatẽ.

29 ‖ *Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile iudicium sequitur.*

de Tremore, palpit. &c. 3ª. 53. h

in ijsdem, Quibus sexta die non longe à principio.

Quicunq; ad febres, & præcipue ardentes, rigores superueniunt: iudicium habere solent bonũ atq; perfectum, vbi in die iudicatoria fiunt, & cum signis coctionis: non bonum autem neq; perfectum, quando vel diei, vel coctionis signa fuerint imperfecta. Quòd igitur cõcocta esse oporteat, quæ bene iudicari debeant, in primo libro docuit Epidemiorum per ea verba, quæ paulo antea diximus: quorum initium. ‖ Coctiones celeritatẽ iudicij, salutis q; securitatem significãt. Quòd autẽ neq; in oĩbus diebus: & in ‖ Prognostico scripsit, & in hoc ipso ‖ aphorismorũ libro, & præterea in ‖ primo Epidemiorum. Collecta aũt sunt à nobis hæc omnia, opportune q; exposita: quæcunque q̃dẽ de diebus iudicatorijs ab eo scripta sunt, in tractatu de diebus iudicatorijs inscripto: quæcunq;

1. Epi. cõ. 2. t. 45. 3ª. 112. b in Progn. com. 3. t. 3. & 5. 4ª. 207. b. c 2ª. Apho. 24. 15. g. Vide etã infra Aph. 36. 1ª. Epid. cõ. 3. t. 14. 3ª. 120. d

vero de

vero de signis coctionis, in altero de iudicijs. Dictum aũt & in ipsis est de eo, quod fit in die sexta iu E
dicio: de quo nunc etiam faciens mentionem, ait eos, qui in hoc die fiunt rigores, difficile habere
iudicium, hoc est vel malum afferre iudicium, ac si male iudicantes dixisset: vel non firmiter, immo
in quibus facile foret fieri recidiuam: vel in longum tempus extensos, ac si difficulter solubiles di-
xisset. Cum casibus vero quandoq; difficilibus sextæ diei iudicium fit: de quibus omnibus integre
scripsimus in ijs, quas nuper nominauimus, tractationibus. Hęc igitur in hunc modum fieri etiam
ipsa experientia testatur: ipsorum autem causas longum esset in præsentia exponere. De diebus
enim iudicantibus, tertio diximus libro de iudicatorijs diebus: de rigore autem in opere ad id seor
sum dedicato.

30 ‖ *Quibuscunq; accessiones fiunt: quacunq; hora febris dimiserit, si eadẽ cras occupauerit, iudicium habent difficile.*

Supponatur quispiam prima die cœpisse febricitare hora tertia, & quieuisse quauis alia hora:
deinde die secundo eadem hora tertia cœpisse, mox cessasse febrem quacunq; hora: & tertio rursus
die hora tertia cœpisse, mox rursus quouis tempore finita febre: cœpisse iterum quarto die eadem
hora tertia: & ita deinceps seruari quidem semper horam tertiam, in qua accessio suum facit ini-
tium, non seruari autem alias, in quibus finitur: hunc, qui tali laboret morbo, necesse est tempori- F
bus longioribus ægrotare ijs, qui habent horam initij accessionis inordinatam. Hoc quidem nos
ab experientia comprobatum, dictum fuisse arbitramur. Sũt vero quidam, qui tale aiunt esse, quod
dicitur: Si primo die accessionem ægrotus habuerit, exempli gratia, hora tertia: & (si ita contige-
rit) hora duodecima febris desierit: rursus die secundo hora duodecima cœperit febricitare: mor-
bum aiunt difficile iudicium habiturum, nullam apponentes rationem: sed neq; id ab experientia
comprobari, ostendere potentes. Non tamen, difficile habens iudicium, aliter possumus interpre
tari, quam difficulter solubile: vt tale sit, quod ab Hippocrate dicitur: Siue quotidie, siue tertio, si-
ue quarto quoq; die ægrotus habeat accessionem eadem hora: difficulter solubilis est is morbus, si
ue multas, siue paucas accessio occupet horas. Hoc igitur (vt dixi) experientia comprobatur. Eius
vero causam talem esse opinãdum est: causam accessionum, vbi non fuerit fixa, ac stabilita, non ser-
uare eundem terminum, aut circuitum: vbi vero firmata fuerit, seruare: atq; ideo difficulter solubi-
lis est causa, quæ fixa, ac stabilita sit: facile vero solubilis, quæ talis non est. Nam, quæ firmata sunt,
magnam vim, vt quispiam diceret, demolientem exposcunt, quæ longo tempore, & per fortiora,
ac plura auxilia comparatur.

G

31 ‖ *Lassitudinem habentibus in febribus: in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.*

in lib. de Humoribus, In febribus ad articulos &c. ante medium.

Dictum & prius est, q̃ lassitudinum non nullæ quidem ex multis accidunt motibus, quæ sim-
pliciter, & proprie lassitudines nominantur. Quidam vero neq; multis, neq; vehementibus acti
motibus, lassitudines pati consueuerunt. Tales itaq; lassitudines, non lassitudines simpliciter, sed
spontaneas lassitudines nominare cõsueuerunt. Ambarum autem ipsarum communis est locus
per pessus: hic vero est totum genus in corpore musculosum. Quæ vero ex motibus pluribus lassi
dines accidunt, ipsis adest proprium peculiare, caliditas articulorum: quare in his nihil mirum ad
articulos abscessus decumbere, vt qui vnà cum musculis laborauerint, atq; vltra modum concalue-
rint. Spontaneis autẽ lassitudinibus, vna sola ratione euenit, vt fluxiones decumbant ad articulos
(sicuti & omnibus alijs ferè morbis, qui per abscessus indicãtur) cum latiora ipsorum spatia prom-
pte se habeant ad superfluitates suscipiendas. Rariores igitur in illis abscessus sunt, in lassitudina-
rijs plures, & præcipue cum lassitudines spontaneæ fuerint, & ex ijs maxime quæcunque ob mul-
titudinem fiunt. Erit igitur in aphorismo sermonis hæc summa. Iis, qui quomodocunque in febri-
bus lassitudinem habent: ad articulos, & circa maxillas præcipue abscessus fiunt. Hoc vero contin
git propter eam, quæ est in febribus, caliditatem, relata multitudine ad caput, mox inde suscipienti H
bus illis, qui circa maxillas adenes existunt, sicuti qui circa inguina & alas sunt, quando ad illas par
tes multitudo peruenerit.

32 ‖ *Quibuscunq; resurgentibus ex morbis, si quid laborauerit, hic fiunt abscessus.*

in eodem, Quibus vero ex morbis se erigentibus, &c.

Si quidẽ πόνος i. labor & vehementem significat motum, & dolorem, & læsionem, sicuti prius
dictum est: liquet, q̃ & πονεῖν, hoc est laborare, pluri vti motu significabit, & aliquem habere vel
dolorem, vel læsionem. In non nullis igitur, qui ex morbo conualescunt, apparet, quãdo humores
morbum facientes non satis fuerint expurgati, sed quasdam reliquerint superfluitates: cum labo-
rantem siue dolentem partem quampiam habuerint, illuc morbum decumbere: cum labor qui-
dem habeat causæ rationem, dolor vero signi. Nam in vehementioribus motibus & vires fiũt im-
becilliores, & caliditas maior accenditur: dolorq; iam fluxione decumbente perficitur. Hoc igitur,
vt diximus, est signum abscessus, qui fit. Caliditas, autem atq; imbecillitas ad locum affectum pro-
uehit superfluitates. Vtroq; igitur (vt diximus) modo accipere possumus verbum /laborare/: to-
ti tamen sermoni, qui nunc ab Hippocrate profertur, alterum magis conuenit significatum: si qui
dem antea de lassitudinarijs febribus locutus, deinceps autem rursus, inquit. Sed, & si quid antea

laborauerit.

A laborauerit. Videtur enim prior aphoriſmus, cuius initium, Laſſitudinem habentibus in febribus. de laſſitudinibus, quæ in morbis fiunt, habuiſſe ſermonem: in eo autem, qui nunc proponitur, de ijs, quæ fiunt in conualeſcentibus: in ſequente vero, de illis, quæ morbum antecedunt.

33 ‖ *Sed & ſi ante morbum aliqua parte laborauerit, hic morbus firmatur.*

in lib. de Humoribus. Sed & ſi quid doluerit, &c. ante medium.

Siue quis velit cõnectere duobus prioribus ſermonibus illum, qui nunc dicitur, ad vnius aphoriſmi integritatem, ſiue ſeorſum vnumquenq; ſcribere, nihil refert: nam & communitas eorum oſtenſa eſt, & ſingulorum proprietas in ſermone prædicto. Dicetur autem & nũc à nobis denuo breuibus. Quando in morbo ſenſus aliquis laſſitudinis fuerit, expectare oportet abſceſſum aliquẽ ad articulos fore, præſertim iuxta maxillas: ſimili modo, ſiquis ex morbo conualeſcens, parte aliqua corporis laborauerit, vel ante quàm ægrotaret. Nam plurimum ſolet ad talia decumbere, in illis videlicet morbis, in quibus ſperatur abſceſſus futurus, neque morbus per excretionem antea iudicandus. Dicta ſunt autem quædam & in præcedentibus de talium morborum dignotione, ſed ſermo vniuerſus in commentarijs de Criſibus eſt explanatus.

34 B ‖ *Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperuenerit, lethale.*

in Coacis prænot. In febrib. de repente ſuffocari &c.

7ª. Apho. 59. 59.d mitra, Aph. 35.

Licet & ſimpliciter accipere initium aphoriſmi, in quo ait. Si à febre habito: tanquam ita dixiſſet. Si homini febricitanti, tumore non exiſtente. Licet & cum maiori aliqua ſignificatione: quemadmodum ſolet in Epidemijs ſcribere, non ſimpliciter quouis modo febricitantem oſtendens, cum dicit, Febris ipſum habebat: ſed de eo, cui magna inſit febris, ita loquens. Cõtingit itaq; & ſine magna febre, ſtrangulatione repẽte ſuperueniẽte, hoiem interire: ineuitabilior autẽ, et citior eſt mors, adeo vt neq; ex inopinato vnquã homo ſaluetur, cũ vehemens febris detinet ęgrotantẽ. Indiget. n. huiſcemodi febris (vt in ſermonibus de difficili anhelitu fuit à nobis oſtenſum) inſpiratione abundanti: fit vero nedum abundans, verũ omnino pauca, ijs, qui ſtrangulãtur. Neq; enim aliud eſt ſtrãgulatio, niſi interitus ſubitus propter defectum inſpirationis: qui fit ex anguſtia alicuius inſtrumẽti ex ijs, quæ obſeruiunt reſpirationi. † Nam talis anguſtia ipſorum ſeorſum in eo genere eſt, quod anhelitus carentia noiatur: quæ & ipſa fit vel propter imbecillitatẽ potentiæ illius, q̃ mouet thoracẽ, vel propter vehementẽ frigiditatẽ vitalis principij. Strãgulatio vero oĩno fit ex anguſtia: anguſtia aũt, vel repleta intermedia regione, quæ inter thoracẽ eſt, atq; pulmonẽ, aut pulmonis cauernis, vel aliqua inflãmatione totũ occupante viſcus, vel aſperam arteriã, vel eã partẽ, quæ eſt veluti caput
C eius, quã nominãt larynga i. guttur: quæ etiam inflammatio fieri aliquando ſolet in præiacẽte ſpatio, quod pharynga i. fauces appellãt. Nam & Homerus ita nominauit inquiens. Per fauces aũt vinum impellebatur: ſpatium illud laxius, quod gulam, & guttur præiacet, nominans fauces. Videtur aũt & nunc Hippocrates hanc eandẽ partem eodẽ modo, quo etiã Homerus, nominaſſe. Dicit igitur: Tumore nõ exiſtente in faucibus: tanquã poſſibile ſit ore multũ adaperto partẽ ipſam diligentius inſpicere: quod in gutture fieri nequit. Fiet igitur ſermo vniuerſus huiuſmodi: Si à febre habito ſtrangulatio repente ſuperuenerit citra tumorẽ fauces occupantẽ, lethale eſt. Priſci etenim per inflationẽ (græce œdema,) & tumorẽ idẽ intelligebãt. Neq; nos latet triplicẽ eſſe tumorũ differentiã: vel enim ſunt cum dolore, quos iuniores inflammationes nominant: vel abſq; dolore, & duri, quos Græci ſcirrhos vocant: vel ſine dolore & molles, quos ijdem Græci œdemata, id eſt inflationes, peculiariter appellant: & propterea ab antiquo vſu receſſerunt, vt qui nõ omnia præter naturã incremẽta ſub vocabulo inflationis cõplectantur. Cum igitur fauces ſine tumore apparuerint, ſtrangulatio autem repente ſuperuenerit, ſolius gutturis eſt huiuſcemodi paſſio. Strangulantur (vt dixi) & propter morbos alios, quos paulo antea dixi. Repente autem ſtrangulari, ſoli gutturi ineſt. Peripneumonia enim, non repente ſtrangulat ægrotantes, verum paulatim ab initio in-
D crementum ſuſcipiens vſq; ad propriam conſiſtentiam, in qua talem caſum affert. Et, ſi quod tuberculum, & abſceſſus in pulmone fit, hæc quoq; paſſio diuturna eſt: ſicuti & ſpatium inter pulmonẽ, atq; thoracem pure repletum, ſæpius hominẽ ſtrangulat, abſceſſu in ipſum dirupto, qui ſcilicet & ipſe in longo tempore fuit conſtitutus. Nam aſperæ arteriæ inflammatio difficultatẽ ſpirandi quidem aliquam efficere poteſt, ſtrangulationem vero non poteſt, propter magnitudinem meatus in ipſa latioris, & tunicæ tenuitatẽ. Impoſſibile ſiquidem eſt corporis adeo tenuis inflammationem, ſpatium effatu dignum replere. Reliquum igitur eſt guttur, quod ſubitam poſſit facere ſtrangulationẽ, qm̃ ab ipſo anguſtatur pulmonis meatus. Muſculi quoq; eius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationẽ patientes, viam ſpiritus valent intercludere. Nominant aũt medici quidẽ talem diſpoſitionem non per, ſ, ſynanchen, ſed per, c, cynanchen: quibus placet faucium inflammationem per, ſ, ſynanchen nominare. Non nulli vero et paraſynanchen, & paracynãchen noĩant: paraſynanchen, quando adiacentium faucibus muſculorum inflammatio fuerit: paracynanchen aũt, quando extra guttur. Ex ijs igitur, quæ dicta ſunt, rationabile eſt talẽ diſpoſitionẽ gutturi aliquem
« inferre dolorẽ: et videtur Hippocrates eius manifeſte meminiſſe in libro prorrhetico, hiſce verbis:
‖ Fauces dolentes, tenues cum quadã difficultate ſtrangulantes, velociter exitium afferentes. Nunc vero dolentes non dixit, ſiue quia ex ijs, quæ dixerat antea, poterat ſubintelligi: ſiue quia etiam

† Codex græcus Leoniceni habebat. ἡ γὰρ τοιαύτη στενοχωρία αὐτῶν χωρὶς, ἐν τῷ τῆς ἀπνοίας ἐστὶ γένει Laurẽtianus ex impſsis vertit. non. n. fieri anguſtia ſine ſpiritalibus opificijs poteſt.

1. Prorrhet. cõ. 2. t. 54-4ª. 175. h. & in Coacis prænot. ijſdem ferè verbis.

abſq;

absq; dolore aliquando dictam putauit in præcedente sermone fieri posse strangulationem. Et, si E omnino potest esse sine dolore strangulatio: ex talibus causis erit. Possibile est multitudo humiditatis, pituitosæ præsertim, madefaciente tunicam gutturis interiorem, fieri absque dolore tumorẽ. Possibile est etiam aperientibus ipsum musculis, crassioribus factis, meatum reddi angustiorem: contingit & vtrunq; coniungi. Illud q; impossibile non est, vt propter superfluam siccitatem musculorum gutturis intrinsecorum supra modum extenti, meatum reddant angustiorem. Qui vero sint hi musculi, & quo modo claudant guttur, ostensum est in tractatu, qui de voce inscribitur.

35 ‖ *Si à febre habito collum † peruertitur, & vix potest deuorare, sine vllo tumore, lethale est.* 3ª. Aph. 35. 31. c 7ª. Aph. 59. 59. c

in Coacis præ not. Collũ con uertere nõ pos se &c.

Non amplius adiecit hic locum, in quo inquit, Tumore non existente: sicuti in præcedẽti aphorismo faucium meminit inquiens, ‖ Tumore non existente in faucibus. Nos vero dicemus alterum duorum vel ex communi subaudiendum esse in faucibus, vel in omnibus colli locis. Cum enim in nullo horum apparuerit, neq; ore aperto in faucibus, neq; extrinsecus tumor, hominem vero cõtigerit non posse deuorare, casus est exitialis: qui fit ex inflammatione aliquando musculorum, qui gulæ præiacent, aliquando gulæ ipsius. Est enim quædam societas partibus his per neruos, ac ligamenta & ad spinalem medullam, & ipsam ambientes membranas, ac præterea ossa vertebrarum, F quæ his extrinsecũs adiacent. Extentis itaq; ad partes inflammatas & ligamentis, & neruis, trahi vertebras vel intra, vel ad latus est necessarium: si in altera nerui propagine fieri tentionem contigerit, ad latus: si in ambabus, intra. Plenius autem de istis dicemus, librum de articulis exponentes, in quo ‖ ait fieri spinæ euersiones, tuberculis crudis intra ipsam constitutis. Igitur in libro illo & gibbos fieri dixit tentis intra vertebrarum partibus, nõ solum recuruationes, & obliquationes. In secundo siquidem libro Epidemiorum, de proposita nunc in aphorismo angina verba faciens, inquit: ‖ Erant autem anginam patientium tales affectus: colli vertebræ intro vergebant, & extra » apparebat collum habere cauitatem, & hoc tactum dolebat. In hoc itaq; sermone vnam ostendit » vertebræ euersionem ad intra factam: in præsenti vero aphorismo generaliori vtens sermone, inquit: Si collum euertatur. Verbum enim /euerti/ omnem, quæ est ad id, quod præter naturam, euersionem ostendit rectitudinis vertebrarum. In secundo autem libro Epidemiorum sermoni adiecit: Et hoc tactum dolebat. Hic vero nihil de dolore dixit: q̃q̃ necessarium est adesse dolorem vna cum ea, quæ collum obtinet, inflammatione: nisi & hic eam, quæ fit propter siccitatem excedẽtem, tentionem, tractum, & euersionem partium tantummodo ostendit: & propter hoc ipsum casum inquit esse exitialem: cum alter, qui prouenit ex inflammatione, non si omnino exitialis, qua G lis erat prior, cui coniuncta erat strangulatio. Neq; enim est æquale periculum, si homo stranguletur, & vix possit deuorare. Verum, si propter excedentem siccitatem id accidat, & collum euerti, et vix posse deuorare, lethalis est casus, & præcipue cum vehemens est febris: vt verba illa / Si à febre habito / etiam in hunc sensum accipiantur. Ob hanc autem febrem ipsam, etiam immodicam fieri par est in membris siccitatem: & duplicem habebit febris vehemẽs ad mortem rationem: & quia, vt signum, erit, quòd fiat euersio propter siccitatem, & deuorandi difficultas: & quia ipsa quoque aliquid afferet, tanquam vna quæpiam ex causis perducentibus ad mortem.

de Articulis, com. 3. t. 9. 7ª. 269. f

2. Epi. sect. 2.

36 ‖ *Sudores febricitanti si inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & septimodecima, & vigesimo, & vigesimoseptimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui vero non ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, et reciduam.*

in li. de Iudicationib. Sudores febricitanti se fiant, &c.

Non sudores tantum, sed alui excrementa effatu digna, & vrinę multæ, & iuxta aurem absessus, vel aliquem alium articulum, in dictis diebus optime apparẽt. Sermo enim in vniuersum est talis: Iudicatoria signa, ac casus, in diebus iudicatorijs incipiant. Ac sermo quidem ita prolatus sufficiebat: verum Hippocrates nunc non de omnibus ipsum fecit iudicatorijs, sed de sudoribus tantum: H & nobis memoriæ subiecit iudicatorios dies, qui sunt intra quadragesimũ. Morbi enim istis diuturniores, non admodum solent per sudores iudicari, sicuti neq; omnino per excretiones, sed vel per concoctionem, vel per absessus. Quòd vero non omnis numerus dierum sit ad iudicandum idoneus, experientia manifeste demonstrat: & quispiam admiraretur illos, qui aiunt nullam in illis esse differentiam: melius est enim, ex ijs, quæ apparent manifeste, discere differentiam: causam vero eius, quod fit, per multum ocium considerare: quod nos in tractatu de diebus iudicatorijs egimus: id, quod ad artis refert vtilitatem, in primis duobus commentarijs trãsigentes: causas autem ipsorum tentantes in tertio perquirere. Non parua autem est de diebus scriptis in aphorismo discordia, cum alij alios pro arbitrio scribant. Nos vero illa secuti, quæ ab ipso Hippocrate scripta sunt & in Prognostico, & Epidemijs, & hoc aphorismorum libro, ipsorum fecimus connumerationem. Verba autem, quibus de hisce diebus Hippocrates scripsit, habes omnia in tractatu de iudicatorijs diebus, & de iudicijs collecta. Nunc vero à tertio incipit, qui anticipat quartum in breuioris temporis morbis: & post hunc quintum scripsit vno die quarto tardiorem. Sic enim ferè in omnibus exemplaribus inuenies, cum quartus dies in aphorismo nondum esset ascriptus, quamuis hic dies sit primus iudicatorius. Veruntamẽ ipsum nunc prætermisit vel ipse Hippocra

*συμπεχιν. Vide 2. progn. 65. & 3. prog. 23.

tes, vel

A tes,vel qui primus librum transcripsit. Si vero omnino Hippocrates illum præterijt,hanc ob causam ipsum existimo istud fecisse,quoniam morbi plurimi peracuti, qui cum sudore iudicantur,tertio & quinto die magis,q̃ quarto,iudicium suscipiunt. Rariores enim sunt,qui die quarto iudicantur: atq; hoc à me fuit inuentum per experientiã,cum ob hoc ipsum valde admodum inquirerẽ, qua de causa dies quartus fuisset ab Hippocrate in aphorismo prætermissus. Hoc aũt videtur accidere,quoniam morbi peracuti primam statim accessionem vehementissimam habent,& reliquas illis proportionales per diem tertium. Didicimus aũt,q̃ in vehementioribus accessionibus iudicia fiunt,& quòd morbi,qui in diebus imparibus accessionem habent,citius iudicantur: qui vero paribus,tardant. Atq; ideo,si etiam in principio aliquis morbus exacerbatur,hoc magis accidit in diebus imparibus: si tardare debeat,ad dies pares vehementiores accessiones transferuntur. Hæc habeo,quæ dicam de die quarto. In fine autem aphorismi,non nulli trigesimum primum diem, non nulli trigesimumquartum scribunt. Scimus autem hos in dierum iudicantium numero cõtineri: & fortasse trigesimusquartus maiorem vim habet: nõ tamen quadragesimi meminit,fortasse quia hunc principium morborum longorum existimauit,qui non admodum per sudores iudicantur. Nam & trigesimumprimum,& trigesimumquartum,& ante ipsos vigesimumseptimum raro in-
B ueniemus per sudores iudicare.

37 ‖ *Frigidi sudores,cum acuta quidem febre,mortem: cum mitiori autem,longitudinem morbi significant.*

1.de Crisib.4ª, 133.c

in lib. de Iudicationib. ijsdẽ verbis.

Quòd quidem ita fiat,sæpius experientia docet. Causa vero huius exploranda: nam plurimam mihi videtur habere dubitationem,quo modo febre calidissima hominẽ detinente, sudor fiat frigidus. Quòd igitur in alijs partibus corporis sit necessarium esse vehementem caliditatem,ex alijs vero sudores frigidos euacuari, est manifestum. Essent enim calefacti, si ex partibus calidissimis efferrentur. Euacuantur autem ex cute sudore,quam frigidam esse contingit: cum tamẽ ea,quæ sunt sub ipsa,comburantur. Nam quibusdam humoribus putrescentibus ostensum est febres acutas fieri. Hi vero putrescunt sæpius quidem in toto corpore,sæpius vero in vasis solis. Cum ergo hæc aliquando duo contigerint,humores,qui sunt in vasis,putrescere,& eam, quæ solida corpora regit, naturam (quæ secundum Hippocratem est calor naturalis) vel extingui omnino, vel proximam esse extinctioni: quæ quidem ex his euacuantur, frigida sentiuntur: eam vero, quæ fit ex putredine,caliditatem nihil prohibet vehementissimam esse,atq; ideo signum est exitiale,ostẽdens in animalis corpore humorum multitudinem superabundare,tantam habentium frigiditatem,vt neq; à
C calore natiuo,neq; à febrili calefiant. Tepidis siquidem existentibus febribus contingit saluari hominem,concocta in processu temporis multitudine humorum frigidorum, atq; euicta à natura. Acuta enim febris,causa est,& signum pernicioſissimum: causa quidem,quia prompta est ad dissoluendum corpora: signum autem,quoniam humorum multitudinem esse frigidissimam ostendit,vt quæ neq; à calore febrili transmutetur. Febris vero,quæ non est acuta,sed moderata, permittit tempore longiori à natura multitudinem concoqui, cum non anticipet dissoluere hominem: non est autem signum adeo pernicioſum,sicuti vehemens febris. Contingit enim in tepida febre, etsi modice frigida multitudo fuerit,incalefactam permanere.

38 *Qua parte corporis sudor est,ibi significat morbum.*

Si per totum animalis corpus morbus extenderetur,ex toto etiã æqualis fieret euacuatio. Fiunt enim sudores vel natura humiditatem superfluam euacuante, (quando & optime iudicium fit) vel quando non continetur in corpore, morbi ratione. Sed,siue hoc,siue illo modo fiãt, membrorum patientium humiditatem euacuant.

39 D ‖ *Et,qua parte corporis calor,aut frigus,ibi morbus.*

in lib. de Iudicationib. Vbi in corpore caliditas,&c.

Qua parte corporis insignis aut caliditas,aut frigiditas fuerit,in ea morbum necessarium est esse: hæc siquidem exijt à temperie naturali,quæ sanitas est.

40 ‖ *Et,vbi in toto corpore mutationes,& si corpus refrigeretur,vel rursus calefiat,vel color alter ex altero fiat: longitudinem morbi significat.*

in eodem, & 7ª. Apho.60. 59.c

Dispositiones variæ diuturniores semper sunt,quàm quæ sunt vniusmodi: cum non possit natura in paruo tempore multas consistere dispositiones.

41 *Sudor ‖ multus ex somno factus absq; causa manifesta,corpus vti pluri cibo significat: si vero cibum non accipienti hoc accidat: scire oportet,quòd euacuatione corpus indiget.*

A.l.1.t.4.c.20. fol.80.f

Non nulli ita scribunt aphorismum: Sudor multus ex somno factus sine causa manifesta. Alij sine aliqua alia causa. Verum hæc,etiamsi non adijciantur,millies in mille sermonibus ab ipso prętermissa intelliguntur: quia,etiamsi non dicantur,tamẽ subaudiũtur à nobis: vt qui semel ab ipso didicerimus,quòd,qui à causa extrinseca,non ex dispositione corporis casus proueniunt, nullam faciunt certam præcognitionem. Hoc ita q; semper oportet meminisse. Quod vero in præsenti

aphorismo

aphorismo docetur, in verbo /multus/ adiecto, maxime consistit. Si enim sudor multus non esset, E posset & propter virium imbecillitatem, & corporis raritatem accidere. Ipsius vero multitudo, altera duarum causarum fit, vel propter ciborum, qui sunt recenter assumpti, immoderantiam, vel illorũ, qui antea. Quòd si propter recenter assumptos, prohibere oportet, ne plures assumant: quòd si propter prius assumptos, euacuare.

42 ‖ *Sudor multus calidus. Vel frigidus semper fluens, frigidus* a* *magis, calidus* b* *minus significat morbum.* 7a. Aphor. 61. 59. f

Lege quæ scripta sunt 1. de Morbis, vbi de sudoris causa.

De sudoribus, qui in diebus iudicatorijs fiunt, dictũ est prius: de ijs vero, qui in toto morbi tpe apparent sine iudicatione, in hoc ostendit aphorismo: difficiliores quidem inquiens esse frigidos sudores, minus vero his malos, calidos esse. Indicant siquidem vtrique multitudinem adesse, sed alteri frigidam, qui & peiores sunt: alteri calidam, qui & minus illis sunt exitiales.

a* *Al. maiorem.*

b* *Al. minorem.*

43 ‖ *Febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt, magis periculosæ: quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.* de Morborum temporib. 3. 86 d in 1. Epid. cõ. 3. t. 5. 3a. 119. c in 6. Epi. cõ. 2. t. 23. 3a. 164. b 4a. Aph. 56. 33. f 7a. Apho. 61. 59. g

in Coacis prænot. Febres continuæ per tertiam &c. & Quib. febris aliquando, &c.

Quòd Hippocrates per verbum /intermittere/ accessiones intelligat, quæ in quietem febre vacantem desinunt, manifestum fecit in hoc aphorismo, febres illas, quæ per tertiam accenduntur, si F quouis modo quieuerint, inquiens esse absq; periculo. Solæ enim illæ, quæ in quietem febre vacantem desinunt, periculo carent, etiam si vehementissimam, & satis longam habuerint accessionem. Si enim adeo breuis fuerit, vt in tertianis exquisitis, minori duodenis horis tẽpore circumscripta, non modo sine periculo talis est febris, sed etiam cito iudicatur: si vero longius, quàm duodecim horarum, tempus occupet, & si ita contingat, ad decem & octo horas prorogetur: est quidem & hæc citra periculum, sed tanto longior, quanto & eius accessio maior extiterit, quàm tertianę exquisitæ. Non absq; ratione autem eas, quæ in quietem febre vacantem desinunt, esse absq; periculo inquit: † vt quę non ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine fiant. Neutra enim harum ad quietem peruenit, febre vacantem. Quocunq; autem modo intermiserint, periculum abesse significatur, hoc est siue vehemens, siue longa fuerit accessio.

Vide. Libro 1. Epid. sect. tertia com. 5. pag. 119. b

44 ‖ *Quibus febres longæ, ijs tubercula, vel labores in articulis fiunt.* 7a. Apho. 61. 59. g

in Coacis prænot. In febrib. longis aut tubercula &c.

Non semper hoc, sicuti nec quicquam aliud huiusce modi, sed magna ex parte videlicet, contingere videtur. Causa autem est manifesta. Nam propter multitudinem, vel crassitudinem, vel frigiditatem, vel visciditatem humorum efficientium febres, in longum tempus morbi extenduntur, G cum longum exigant tempus ad coctionem. Par igitur est & tubercula ab eis fieri, & ad articulos superfluitatem de cumbere. Siue autem per labores dolores intellexerimus, siue læsionem: vterq; intellectus habet rationem. Vtrunq; enim horum ad absćessus sequitur.

* ἀποσκήμματα.

45 ‖ *Quibus tubercula ad articulos vel labores ex febribus longis fiunt, ij pluribus vtuntur cibis.* 7a Apho. 61. 59. g

De conualescentibus docet. His enim repletis rationabile est plethoricos casus aduenire, & maxime ob virium imbecillitatem.

46 ‖ *Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.* 2. de Symp. causis 3a. 23. c de Tremore, palpit. &c. 3a. 53. a

in Coacis prænotionib. Rigor continenter vexans &c.

Non idem est, siquis dixerit, si inciderit, & si incidat. Verbum enim /inciderit/ vnum significat rigoris insultum, /incidat/ vero plures. Semel igitur rigore incidente, nondum liquet, an pernitiosa, an optima iudicatio sit secutura. Potest enim & propter virium imbecillitatẽ casus esse lethalis: potest & iudicatio periculosa, bonum tamen habere finem. Sępius vero fieri rigorem febre nõ deficiente, & alioqui bonum non est: in virium autem factus imbecillitate, pernicioſus. Nam, si qua euacuatio rigorem subsequatur, quæ nullam facit intermissionem: propter vtrunque homi- H nem dissolui verisimile est, & quia vis imbecillis ferre non potest rigoris agitationem, & quia ab euacuatione dissoluitur. Si vero solus accidat rigor, nulla euacuatione subsequente, vtroque modo casus caret bonitate. Nam & vt mala causa, vim corporis tanget: & malum signum erit vltimam illius indicans imbecillitatem, quæ solita sit noxios humores in rigoribus euacuare: nunc autem id efficere non possit.

* σφαλερά.

47 ‖ *Excreationes in febribus nõ intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ, cẽs malæ. Et si bene exeunt, siue per alui excretionem, siue per vrinas, bonæ. Si vero non aliquid eorum, quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.* 7a. Apho. 63. 60. c

Forte conueniens fuerat doctrinæ aphoristicæ, dici compendiosius, omnes prauas excretiones, cum bene exeunt, ad bonum terminari: Hippocrates vero non ita locutus est, sed primum quidem trium generum excretionum meminit, eius, quæ per os fit, eius, quæ per aluum inferiorem, & tertiæ, quæ per vrinas: deinde illius, quæ fit per os, magis particulatim. Non enim simpliciter dixit prauas excretiones bene exeuntes, bonas esse, sed speciatim ipsarum meminit, inquiens: Liuidæ, cruentæ, fœtidæ, & bilioſæ. Vna autem communis est in hisce omnibus ratio: Malæ vacuationes sunt prauarum signa dispositionum: prodeunt q; sepius eodem modo, quo in vlceribus

putridis

A putridis, à quibus ichores, hoc est liquores sanioſi, defluunt, nihil diſpoſitioni conferentes: non nunq; vero ita ſicuti pus, ex abſceſſu dirupto bene expurgans partem patientem. Indicia vero, q; bene excernatur, maxima quidem ſunt & coctio, & bona tolerantia, cum ipſis vero & morbi ſpecies, & poſt ipſam tempus anni, regio, ætas, natura ægrotantis. Quod autem eſt in fine aphoriſmi, duobus modis ſcriptum inuenitur. In quibuſdam, vt ſupra, ſcriptum eſt, Si vero non aliquid eorũ, quæ iuuãt, excernatur. In quibuſdam vero ſine particula /non/ hoc modo, Si vero aliquid eorum, quæ iuuant, excernatur. Et erit ſecundum primam ſcripturam ſermo talis, Si quid eorum, quæ non iuuant excreta, videtur euacuatum: non eſt bonum. Secundum vero ſecundam ſcripturam, Si quid eorum, quæ iuuant, & ſunt animali conuenientia, excernatur, non eſt bonum. Melior autem eſt ſcriptura prior.

48 *‖ In febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores vruntur, & ſitim habeat, lethale eſt.* in Coacis p̃no. In morbo acuto externas partes p̃frigerari, ĩternas aũt ardere, & ſiture, malum.

in 1. Pror. cõ. 1. t. 7. 4ª. 164. a 7ª. Aphori. 68. 60. f

Dignum animaduerſione eſt, nunquid huiuſcemodi caſus poſſint in febre fieri intermittente. Ego enim neq; vidi, neq; animo capio. Videntur ſiquidem ſolis accidere in febribus, quæ cauſones ab incendio nominãtur, pernicioſis, vel ſi aliter libeat appellare maligniſſimis, veluti lipyrijs.

B Nulla vero febris alia profundas partes vrit cute refrigerata. Neq; enim mitior cauſon, neq; tertiana: quæ duæ febres præ cæteris ſunt calidiſſimæ. Videtur itaq; non diſtinctionis gratia in aphoriſmo adieciſſe /In febribus non intermittentibus/ ſed ſimilem protuliſſe ſermonem illi, quo dicitur, ‖ Vertebræ autem, quæ in ſpina ſunt: non quaſi in aliqua alia corporis parte ſint vertebrę, ſed veluti ſi ita diceretur: Vertebræ, quibus hoc ineſt, vt in ſpina ſint: ita & nunc ſermonem Hippocratis accipiemus: Si profundæ partes vrantur, cute refrigerata, lethale eſt: fit autẽ hoc in nonnullis febribus non intermittentibus. Cauſa vero huius talis exiſtit: Quando aliqua fortis inflammatio in corporis parte profundiori, vel eryſipelas euenerit: totus ex toto corpore ſanguis ad locum trahitur patientem, atq; adeo vruntur profunda, cutis autem refrigeratur, vt fit in principijs acceſſionum.

ð Articulis, cõ. 3. t. 1. 7ª. 268. e

49 *‖ In febre non intermittente, ſi labrum, vel palpebra, vel ſupercilium, vel oculus, vel naſus peruertatur, vel non videat, vel non audiat: iam debili exiſtente corpore: quicquid horum euenerit, mors proxima eſt.* in Coacis p̃no. Si debiliter iã affecti non videant, & c.

in 3. Epi cõ. 1. t. 43ª. 129. b 7ª. Aphori. 69. 60. f

Partium fiunt peruerſiones, dum tenduntur, atq; contrahuntur ij, qui ad eas neruí pertingunt. Quòd autem extendantur, accidit propter inflammationes, duros tumores, ſiccitates, & frigiditaC tes immodicas. Hæc autem grauia ſunt, quando prope neruorum originem fuerint conſtituta. Quare, cum febris continua fuerit, & æger debilis: non abſq; ratione mortem eſſe vicinam eſt exiſtimandum: multo autem magis, quando vel non audit aliquis, vel nõ videt, propter virtutis ſenſibilis debilitatem.

50 *V bi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.*

Fit non nunquam ex eadem cauſa horum vtrunq;, & difficultas ſpirandi, & delirium, patiente cerebro: & tunc apparet ‖ ſpiritus (vt ipſe in Prognoſticis inquit) magnus ex multo interuallo, hoc eſt, magnus, & rarus. Contingit & propter aliquam earum partium, quæ reſpirationi obſeruiunt, paſſionem, ſpirandi difficultas. Nam & morbus lateralis, & pulmonis inflammationes, & reliquæ thoracis, atq; pulmonis paſſiones, ſpirandi faciunt difficultatem. Hæc autem omnia periculoſa ſunt, febre præſertim continua adiuncta: nam ſemper cum tali fieri conſueuerunt. Quare & hic verba illa /Cum febre non intermittente/ eadem videntur ratione eſſe dicta, qua etiam in aphoriſmo antecedente.

in Prog. cõ. 1. t. 24. 4ª. 194. h

51 D *In febribus, abſceſſus, qui ad primas iudicationes non ſoluuntur, longitudinem morbi ſignificant.*

Sermo ita clarus eſt, vt forte Hippocrate non indiguerit. Liquet enim, q; eo ipſo, q; ad primas iudicationes non ſoluuntur huiuſcemodi paſſiones, ſint diu duraturæ.

52 *‖ Quicunque in febribus, vel in alijs morbis ex voluntate illachrymant, nihil abſurdum: qui vero non ex voluntate, abſurdius.* 4. Epid. Qui q-dẽ volentes, nõ longe a ſine. Et 6. Epid. cõ. 1. t. 21. 3ª. 158. b

in 6. Epid. cõ. 1. t. 21. 3ª. 158. b. c

Dictum quidem & in Prognoſtico, ‖ lachrymari non eſſe bonum ſignum, quãdo videlicet oculus ipſe nullum affectum habet proprium, atq; præcipuum, veluti lippitudinem, vel in palpebris aſperitatem, vel tale aliquid. Nam debilitas quædam oſtenditur potentiæ contentiuæ, quando, etiamſi talia non adſint, illachrymant. Non recte autem ſcriptum fuit /abſurdius/ comparatiue: melius enim fuerat abſolute, abſurdum dicere: & mihi videtur hic error culpa magis primi librarij, quàm ipſius Hipprocratis, contigiſſe.

in Prog. cõ. 1. t. 10. 4ª. 192. c

53 *Quibus circa dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, ijs fortes fiunt febres.*

Neque enim naſci poſſunt huiuſcemodi lentores ſine caloris multitudine pituitoſiorem humiditatem exiccante.

54 ‖ *Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.* E in 6. Epid. cō. 1. t. 24. 3ª. 164. g

Siccas tuſſes illas nominant, in quibus nihil expuitur. Fiunt autem aliquando ob intemperiem inſtrumentorum, quæ obſeruiūt reſpirationi: aliquando fauciū aſperitate, vel aliquo tenui, & pauco humore deſtillante. Quicquid horum acciderit, aliquo modo madeſcunt loca, quæ ad aſperam pertinent arteriam, & ideo minus ſiticuloſi fiunt. Nam, ſi aſperitas ſola fuerit, propter motum in tuſſi factum, ex locis vicinis humor aliquis attrahitur: ſic autem, & ſi ſola fuerit intemperatura.

2. Epid. ſect. 3ª. 55 ‖ *Ex bubonibus febres omnes malæ, præter diarias.* 1. de Differentijs feb. 3ª. 32. c

Febres diariæ omnes ab ipſo vocantur, quæcunq; ſui ratione vna die durant. Tales autē ſunt, & quæ ex bubonibus proueniunt, quando ex cauſis manifeſtis conſiſtunt. Alios vero bubonas, qui ſine cauſa manifeſta fiunt, veriſimile eſt ex viſcerum inflammationibus fieri: atq; ideo febres, quę vnà cum ipſis eueniunt, malas eſſe.

in lib. de Iudicationib. Si febricitāti ſudor accedat, & c. d Supra, aph. 42. 56 ‖ *Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malum: prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.* F

Oportuit hunc aphoriſmum cum altero paulo antea dicto coniungi, in quo dicit: ‖ Sudor multus, frigidus, vel calidus ſemper fluens. Ipſe vero oſtendit, & quo pacto talem ſudorem dixerit eſſe malum, & propter quam cauſam. Malus itaque exiſtit, quia cum hoc, quod morbum non ſoluit, ipſum etiam prorogari ſignificat. Cauſam vero prorogationis, multam ait eſſe humiditatem: quā cum longiori tempore diſſoluat, ac concoquat natura, neceſſarium eſt morbum eſſe longum.

1. de Morbis. Et tetano, ac conuulſione occupāte, & c. Et in lib. d Iudicationib, ijſdem verbis. Itē in Coacis prænot. Cōuulſiones, & tetanicas diſtentiones, & c. 57 ‖ *Qui à conuulſione aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur.*

Eſt quidem & diſtentio (græce tetanos) neruorum conuulſio, ſed non videntur in ipſa partes conuulſæ: quoniā ęqualiter ante, & retro tenduntur: atque ideo præcipuum illi nomen eſt datum diſtentio: ita vt omnes conuulſiones ſint numero tres, grę cis vocabulis, Opiſthotonos, id eſt tentio ad poſteriora: Emproſthotonos, id eſt tentio ad anteriora: & Tetanos, id eſt ęqualis tentio, nominatę. Omnes vero conuulſiones ſecundum ipſum fiunt, vel ex repletione, vel ex euacuatione, partium videlicet neruoſarum. Quæcunq; igitur conuulſiones ad febres ardentes ſequuntur, has par eſt fieri ex ſiccitate: quæcunque vero ſuopte initio inuadunt, ex repletione habent generationem. His cōuulſionibus febres aduenientes, partim quidem ſuperfluam diſſoluunt humiditatem, G partim calfaciunt frigiditatem: quæ duæ ſunt medicis remediorum intentiones. Non abſq; ratione igitur à febribus lethales ſunt conuulſiones, non lethales vero, quæ febres antecedunt.

in lib. d Iudicationib. A febre ardente occupato. & c. Et in Coacis p̄not. Febris ardēs rigore, & c. 58 ‖ *A febre ardente habito, rigore ſuperueniente, ſolutio.* 2. de Sympto. cauſis 3ª. 22. e d Tremore, palpit. & c. 3ª. 51. h 2. de Criſib. 4ª. 134. f de Vict. rat. in morb. acu. cō. 4. t. 12. 7ª. 135. f

Oſtenſum enim eſt in ſermone de rigore, etiam ob flauam bilem, quæ per membra ſentiētia veloci motu defertur, fieri rigorem, poſt quem videlicet, & alui ſoluuntur, & ſudores, & vomitus bilioſi ſuperueniunt. Cum ergo bilis, ex qua febris ardēs habuit ortum, expurgatur, ſoluitur febris. Nam febrem ardentem fieri nouimus, quando æſtiuo tempore venæ exiccatæ acutos, ac bilioſos ad ſe ichores, attraxerint.

in ijſdem Coacis prænot. Tertiana exquiſita in quque, & c. 59 ‖ *Tertiana exquiſita, ſeptenis circuitibus, quod longiſſimum eſt, iudicatur.* de Typis 3ª. 90 g in 1. Epi. cō. 3. t. 17. 3ª. 120. f g in 6. Epi. cō. 2. t. 25. 3ª. 164. b 2. de Criſibus. 4ª. 134. c de Natura huma. cō. 2. t. 21. 7ª. clxxxi. a

Tertiana febris, ab ea, quæ ardens nominatur, humore faciente non differt. Vtraq; enim à flaua bile fit. Differunt autem, quoniam febris ardens in venis vnà cum ſanguine flauam bilem redundantem, & ebullientem habet: tertiana vero in toto delatam, ac motam. Exquiſita igitur tertiana erit, quę ſui ipſius naturam puram, ſinceram q; ſeruat. Seruat autem, vbi flauam bilem habet H (vt dixi) redundantem, & motā, & pręterea tempus ęſtiuum, & locum tempori ſimilem, calidum videlicet, ac ſiccum, & hoīs ætatem, & tēperaturam ſimilem. Statim aūt in tali tertiana acceſſio fiet cum rigore: & ſolutio eius cum ſudore, vel per vomitum, aut aluum inferiorē flaua bile euacuata, vel omnibus iſtis pariter factis. Erit & huic tertianæ tempus acceſſionis minus multo, q; quietis. Duobus ſiquidem diebus, & totidem noctibus toto eius perfecto circuitu, exquiſitam tertianam nunq; inuenies extra duodecim horas ſuā acceſſionem protendere. Talem igitur ait Hippocrates in ſeptem circuitibus, quod longiſſimum ſit, iudicari. Quod enim in continuis vna dies poteſt, hoc in intermittentibus acceſſio. Ad iſtarum igitur connumerationem, earum fiūt iudicationes.

in Prog. cō. 3. t. 7. 4ª. 207. f Hoc ipſe in Prognoſtico innuit, vbi de quartana loquitur, ita inquiens: ‖ Fit aūt & quartanarum » conſiſtentia ex ordine tali. Eſt q; à nobis obſeruatum, tum in quartanis, tum in tertianis, fieri iu- » dicationem ad numerum circuituum, non dierum. Statim itaq; in tertiana febre ab initio ſeptima acceſſio in tertium, & decimum incidit diem, & ſæpius in ipſo morbus iudicatur, non expectato quartodecimo. Sicuti igitur in morbis cōtinuis acutorum quidem morborum terminus eſt quartuſdecimus, peracutorum vero ſeptimus: ſic in intermittentibus, brēuiſſimi temporis tertiana febris terminum habet circuitum ſeptimum. Rurſus aūt, ſicuti in peracutis, morbus poterat iudicari, & in

*Al. longiſſimi.

A ri & in quinto, & quarto, & in tertio die: ſic & in tertiana in eiſdem circuitibus fieri ſolutionem cõ tingebat, non expectante natura ſeptimum circuitum. Hippocrates igitur tertianam aliquando cum adiectione exquiſitam nominat: aliquando vero ſimplici appellatione contentus, tertianam tantummodo: ſicuti & nunc quoq; conſuetudo omnium aliorum Græcorum eſt huiuſcemodi res omnes dupliciter nominare.

A in lib. de Iudicatiõib. Quibus in febrib. aures &c. ſed ibi adduntur nonnulla. & in in Coacis prænot. Surditatẽ ex febrib. &c.

60 [a] ‖ *Quibus in febribus aures obſurduerunt: ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum.*

Dictum eſt ab ipſo & antea [b] ‖ ſurditatem fieri bilioſis excremẽtis retentis, & ad caput recurrentibus: & talem ſolui ſurditatem, aluo turbata. Dictum eſt & nunc ab ipſo hoc idem, & præterea de profluuio ſanguinis è naribus. Etenim & hoc ſoluit ſurditatem, eam videlicet, quæ in febribus fit abſq; vlla propria atq; præcipua inſtrumenti auditus paſſione. Nihil autem mirum eſt, ſi cum euacuantur ac tranſmutantur noxij humores, morbi ceſſant.

B ſupra Aph. 28.

61 [c] ‖ *Febricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit, ſolet recidiuare.*

C 2. Epi. ſec. 5[a].

Neſcio, vtrum hunc aphoriſmum Hippocrates ſcripſerit, an fuerit à quopiam aſcriptus: ſiquidem in Prognoſtico dierum iudicãtium incrementa ac cõpoſitiones fieri in [d] ‖ quaternis edocuit, & in hoc ipſo [e] ‖ Aphoriſmorũ libro, atq; in Epidemijs etiã, non modo die quartodecimo multos vidit iudicatos, ſed & [f] ‖ vigeſimo, & quadrageſimo, & ſexageſimo, & octogeſimo. Ipſi vero iudicant & vigeſimaquarta, & trigeſimaquarta, & ab initio protinus quarta. Quo modo igitur ait nũc, q̃, niſi in diebus imparibus febris ceſſauerit, non ſit fida iudicatio? Melius eſt itaq; pro imparibus ſcribere iudicatorijs, vt quibuſdam viſum eſt. Multa ſanè exemplaria in numero plurali, & imparibus, & diebus, ſcriptum habent.

D in Progn. cõ. 5. t. 2. & 3. 4. 206. h. 207. b

E 2[a]. Aph. 24. 15. g

F 1. Epid. cõ. 1. t. 3. 6. 3[a]. 107. b. lege etiam hiſtorias ægrotorum 1. & 3 Epi.

62 ‖ *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.*

in 3. Epid. cõ. 1. t. 5. 3[a]. 131. f de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 4. t. 81. 7. a. 144. d

in lib. de Iudicationib. In febrib. ardentib. ſi accidat, &c. & in Coacis, Morbus regius &c.

Icterus id eſt, Morbus regius interdũ quidẽ fit & iudicatorie, reponente natura ad totũ corpus, & præcipue ad cutem, flauam bilem: Fit etiam & caſus hepate male affecto: mali autem affectus hepatis, ex quibus morbus regius ſolet aduenire, tres ſunt, tumor durus, inflãmatio, & obſtructio. Verum tumor durus, diutinus morbus exiſtit: inflammatio vero & obſtructio etiam repente fieri poſſunt. Ac regij morbi, qui ante ſeptimum accidunt diem, ex aliquo iſtorum ortum habent: nam citius non poteſt iudicatorie bilis ad corpus effundi. Ante ſeptimum quidem diem, morbum regium eſſe malum, verum exiſtit: non tamen poſt ſeptimum vacare periculo, eſt pariter verum: neque hoc nunc dictum eſt. Poteſt enim & inflammatio et obſtructio longiori tempore permanere: ante ſeptimum autem, iudicatorie bilem effundi eſt impoſſibile. In quibuſdam vero exemplaribus adiectum eſt aphoriſmo circa finem. Niſi humores ex aluo prodeant: volentibus ijs, qui hæc adijciunt, per aluum bilem expurgari.

C

63 *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.*

Cum bile per omnem corporis habitum mota rigores accidat, atque ideo ſingulis acceſſionibus expurgetur atq; euacuetur: non abſq; ratione ad infebricitationem peruenit talium febrium intermiſſio. Hoc igitur eſt, quod nunc dictum eſt ab eo. Quotidie febres ſoluuntur: ac ſi dixiſſet ægrotos quotidie ſine febre fieri. Quemadmodum autem, ſi quotidie rigores fiunt, quotidie etiam febres ceſſant: ſic & ſi tertio quoq; die, aut quarto: quod proculdubio etiam fieri videmus & in tertianis, & in quartanis circuitibus: in quibus & febres ſoluuntur, & rurſus redeunt, remanet tamen quædam diſpoſitio præter naturam in corpore, à qua ſecundum circuitum aliæ febres & ægritudines generantur.

D

64 ‖ *Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium obduruerit: ſi vero non, non bonum.*

de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 4. t. 81. 7. 144. d

in lib. de Iudicationib. Quibuſcunque in febrib. intolerabilib. &c. & in Coacis prænot. Morb. regius &c.

Qui ante hunc ſcribitur aphoriſmus, abſq; ordine mihi videtur fuiſſe interiectus. Melius enim fuiſſet hunc, qui nunc ſcribitur, aphoriſmum illi fuiſſe coniunctum, in quo ait: ‖ Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum: vt totus ſermo talis procedat: Ante ſeptimum quidem diem morbum accidere regium, malum omnino: poſt ſeptimum vero, optimum: niſi dextrum hypochondrium obduruerit, id eſt niſi aliquis malus affectus ex ijs, quos antea diximus, viſceri, hoc eſt hepati, acciderit: Cum enim expurgatur in ipſo ſanguis, & bilis transfertur ex venis ad meatus bilem recipientes: ſiue obſtructio fuerit in locis ad quæ transfertur, ſiue inflammatio aliqua, vel durus tumor: neceſſarium eſt omnino non expurgari ſanguinem, & vnà cum ipſo bilem per totum corpus deferri, hinc q̃ morbum regium generari.

paulo ſupra Aph. 62.

65 *In febribus circa ventriculum & fortis æſtus, & cordis morſus, malum.*

Quòd nõ ſolũ ei viſceri, quod ex ſeipſo ſm naturã pulſat, cardia, hoc eſt cor, nomẽ fuit apud antiquos, ſed ẽt ori ventriculi, pro confeſſo habetur apud oẽs: ſicuti etiã, q̃ cardialgian i. cordis dolorẽ.

huius partis dolores appellant: verbum autem cardioſſein i. corde morderi, plurimi exponentium E
aphoriſmos, pro cardialgein, id eſt corde dolere acceperunt: non nulli ipſius cordis, hoc eſt viſce-
ris, motum quendam palpitationi ſimilem, per cardiogmon verbū i. cordis morſum intellexerūt.
Fortis itaq; ventriculi æſtus à flaua bile in ipſius tunicis ebulliente generatur. Rationabiliter autem
ijs, qui ita ſunt affecti, & ventriculi mordetur os, atq; ob id malus eſt caſus. Siquis vero per cordis
morſum, crebrum & velocem cordis motum, eum præcipue, qui palpitationi ſimilis ſit, intellexe-
rit: extremum ex eo malum ſignificatur, [a] *vim vitalem maximo incendio laborare.

A *ἀρχὰν.

B in Coacis p-not. Cum febre acuta conuul-ſiones, perni-cioſæ.

66 [b] ‖ *In acutis febribus conuulſiones, & circa viſcera dolores fortes, malum.*

C 2ª. Aph. 1. 11 a

Febres vehementes, veluti ignis, neruos exiccantes, eos extendunt, atq; conuellunt, atque hoc
modo pernicioſas afferunt conuulſiones. Non nunquam vero & viſcera ipſa per talē affectum do
lent, propter incendij, ac ſiccitatis vehementiam: atq; idcirco malum eſſe inquit. Peior autem fue-
rit, ſi fortes dolores acciderint. Scimus autem etiam propter inflammationem, vel eryſipelas, vel
fortem obſtructionem, vel abſceſſum aliquem, in viſceribus dolores fieri, ſed veriſimile non eſt, vt
de his nunc ſermo habeatur ab ipſo. Manifeſtum eſt enim periculū, quod in ipſis eſt: neceſſario ta
men nō adiungitur conuulſioni. Et cū Hippocrates in febribus dicit, morbos febriles, intelligere F
ſolet: qñ febres ipſæ ſunt paſſio, & non caſus partis alicuius, q̄ aliquo dictorum affectuum laboret.

D 2ª. Aph. 2. 11.d

E in Progn. com. 1. t. 24. 4ª. 194. h

67 *In febribus, ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malum.*

F 2. Epid. ſect. 5 a, & 6, Ep. cō. 2, t. 10. 3ª. 162. d & in Coacis prænot.

Dictum ab ipſo & antea fuit, qp [c] ‖ ſomnus lædens ægrotantem, mortalis eſt, qui autem nō lædit,
nō eſt mortalis: vbi & exemplum ſermonis adijciēs, inquit: [d] ‖ Vbi delirium ſomnus ſedat, bonū:
tanq̄ ſomnus aliquis exiſtat, ex quo delirium non ſedatur, ſed excitatur aliquando ac generatur.
Verum & hic alia dixit exempla noxæ ex ſomno aduenientis, timores, ac conuulſiones. Quidam
vero non /timores/ ſcribūt, ſed /labores/: Sane q̄ nos ſæpe vidimus in morbis exitialibus & timo
res, & labores, & conuulſiones ex ſomno fieri. Hoc autem videtur contingere, quando in ſomnis
ad cerebrum humor infeſtus peruenerit, tunc magis intra, q̄ extra, natura mota. At profecto, vt à
cibo ad ſomnum cōuerſi, implent caput: ſic in plethoricis diſpoſitionibus, ſomni ipſum replentes,
aggrauant cerebrum. Si igitur ea multitudo magis ad atræ bilis naturam vergit, timores fiunt: ſin
talis non fuerit, labores, ac conuulſiones. Somni q̄ proculdubio ſemper nocerent, quatenus ad
profundum & viſcera materia fluit, niſi coctionis ratione plus afferrent vtilitatis, quam ſit damnū, G
quod ex motu ad interiora conſequitur. Non ſolum autem in cerebro ipſo mali humores aceruā-
ti tales afferunt caſus, ſed & in ipſo ore ventriculi: quare & in ſomnis magis euaporant, cum inco-
cti permaneant: ſicuti coctiones vtiles ſomnos inducunt.

H †Vetus interpres impreſſus (neque .n. Burgundionis verſio quā habemus, hucuſq; peruenit) hæc it habet. quæ non ſunt in codicibus græcis nec in alijs tra lationibus.

68 ‖ *In febribus ſpiritus offendens, malum: conuulſionem enim ſignificat.*

2. de Difficult. reſpir. 3ª. 68. h Item 3. 73. d

[e] ‖ Spiritum nunc intelligendū eſt ipſum dicere, ſicuti etiam in prognoſtico, reſpirationem: qui
vbi offendit, hoc eſt in medio ſui interruptus ſubſtiterit, conuulſionem ſignificat. Etenim ſit mo-
uentibus thoracem muſculis, ac neruis iam conuulſioni paratis, qua diſpoſitione inſuper aucta, &
plures occupante partes, manifeſta conuulſio hominem apprehendet. Cum vero duplex ſit in re
ſpiratione motus: alter, quo ſpiritus fertur ad interiora, inſpiratio dictus: alter, quo fertur ad exte-
riora, contrariam is accepit appellationem, expiratio nominatus. Offendit autē ſpiritus aliquando
quidem inſpirantibus, ſicuti cum ipſe dicit. [f] ‖ Duplex intro reuocatio, veluti ſuperinſpiratio: Ali
quando expirantibus, ſicuti cum dicit. [g] ‖ Et ſpiritus offendit extra delatus. In his igitur, vtriuſque
partis reſpirationis ſeorſum meminit: in propoſito autem aphoriſmo de tota ipſa pronuncians, in
quit: Spiritus offendens, ſiue in motu ad intra, ſiue ad extra, ſiue ad vtraque tale quid patitur. H

Vrina eſt colamentum ſanguinis, ex hepate veniens ad veſicam. groſſæ autē et globoſæ vrinæ ex pingui & glutinoſa materia fiunt: vnde & paucæ ſūt, quoniā ex ipſa denſitate exire prohibē tur. Hæ autē, ſi multæ, & tenues fiant, iuuant, quoniam materiam ſubtiliatam ſignificant: cum iā non ſit exeūdi impedimentū. maxime vero de illis euenīūt, in quibus vrinæ aut ſtatim à principio, aut non multū poſt principiū, habēt hypoſtaſim: grauis .n. eſt materia.

69 ‖ *Quibus [h] vrinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre: multitudo veniens: ex his tenuis iuuat: præcipue vero tales veniunt, quibus ab initio, vel breui ſedimen ineſt.*

3. de Difficult. reſpir. 3ª. 73. c

A. l. 1. ſ. 2. d. 3. c. 3. fol. 53. c

[h] † Non ſimpliciter vrinas craſſas dixit, ſed & grumoſas adiecit, duorum alterum oſtendens, vel
craſſitudinis quantitatem, vel conſiſtentiæ inæqualitatem, ac diuulſionem, ita vt plures ipſarum
conſiſtentiæ, veluti grumi, circunſcriptæ appareant. Non nulli vero non grumoſas ſcribunt, ſed
cœnoſas, ſicuti Numiſianus. & Dionyſius: qui, ſi per hoc verbum, fœtorem quendam ſimul oſten
dunt, plus aliquid, quàm alij, demonſtrant: ſi vero quaſi craſſitudinis quantitate, nihilo plus hoc
ipſo docent. Sermo vero Hippocratis totus non videtur de vrinis eſſe fœtorem habentibus, ſed
de paucis tantum, ac craſſis, vt ex oppoſito manifeſtat, inquiens. Multitudo veniens, ex his tenuis
iuuat. Quare, ſi hoc ſolum ſcriberetur. Quibus vrinæ craſſæ paucæ: nihil ſermoni deficeret. Fiunt
autem & ſine febribus vrinæ tales, natura expurgante per renes totius corporis ſuperfluitates:
fiunt etiam cum febre: in quibus quiſpiam forte exiſtimaret ad contraria tranſmutationem
non eſſe bonam: quoniam magna ex parte in febribus, ex vrinis ab initio tenuibus fit ad craſſio-
res conuerſio, tendente iam morbo ad ſolutionem: atque ideo mihi videtur maxime ita ſcriptus

ab ipſo

A ab ipſo fuiſſe aphoriſmus, id quod raro accidit, edocente. Contingit enim aliquãdo vel per initia morbi, vel non multo poſt, vrinas factas craſſiores, propter grauitatẽ habere ſedimen. His igitur vrinis ſedimen, bonum ſignum non eſt, ſicuti aliis, quæ ab initio tenues exiſtentes, ratione totius morbi coctionis ſedimen capiunt. Non abſque ratione autem craſſæ vrinæ ſunt multitudine paucæ, vt quæ vix renes pertranſeant. Cum itaque ſimul maior pars talium humorum malorum fuerit euacuata, ſimul & reſiduum concoctum fuerit: tunc excernuntur multo prioribus tenuiores. Melius eſt enim ita dicere, & non tenues abſolute, quẽadmodum dixit Hippocrates. Quę enim ſecundum naturam ſunt, non ſimpliciter tenues exiſtunt, ſicuti neque craſſæ, ſed medium tenent inter vtrunque exceſſum: & cum mediocritatem habeant, craſſiores quidem ſunt, atq; dicuntur aquoſis, tenuiores vero grumoſis: multæ vero cum ratione excernũtur, quia prius fuere retentę: quo tempore craſſæ exiſtentes, difficulter exibant.

3.de Diffic. reſpi.3ª.73.c

70 ‖ *Quibus" vrinæ perturbatæ, quales ſunt iumentorum, iis dolor capitis vel adeſt, vel aderit.*

in Coacis prænot. Alba velut iumentorũ capitis dolorẽ, &c.

A.li.1.f.2.d.3.c.3.fol.53.c

Hunc non nulli aphoriſmum cum ſuperiori coniungunt, tanq̃ eius partem, ita ſcribẽtes: Quibus autem vrinæ [a] obuerſæ, hiſce dolores capitis. Et volunt quidam verbũ /obuerſæ/ contrarias

B vrinas oſtẽdere †[b] iis, quas antea craſſas & grumoſas nominauit, hoc eſt tenues: nõ nulli vero perturbatas. Falſum autẽ eſt, cp vrinę tenues ſint cum dolore capitis. Videntur enim dolores capitis aliqñ antecedere, aliqñ ſimul eſſe cum perturbatis vrinis. Quales autem hæ ſint, manifeſte monſtrauit, inquiens, Quales ſunt iumentorum: tales vero fiunt materia craſſa, ac denſa à calore [c] ãgitata. Hæ ſiquidem maxime & ab extrinſeca caliditate videntur in ſpiritũ ſolui, ſicuti bitumen, pix, atq; reſina. Non nullæ igit vrinæ longo tempore manent perturbatæ, nõ nullę vero cito ſedimen craſſum habent, & cito morbum ſolutum iri ſignificãt. Quæ vero non reſident, ſi vires affuerint, longum fore morbum oſtendunt: ſi imbecillitas adſit, ægri mortem prænunciant. Hęc obiter à nobis ſunt dicta, qm̃ non carent vtilitate. Quæ vero ad ipſum attinentia aphoriſmum adhuc dicere oportet, ſunt iſta: Vrinis perturbatis, capitis dolores neceſſario, aut adſunt, aut aderũt, vt inquit Hippocrates, qm̃ ſpiritus flatuoſus vnà cum calore prompte fertur ad caput. Non tamen, ſiquis dolet caput, aut doliturus eſt, huic omnino tales ſunt vrinæ. Fiunt enim dolores capitis etiã ex calore ſolo, non nunquã uero ex flaua bile, quæ vel in capite vel in ventriculo cõtinetur, & ex humorum abundantia caput opprimente, & propter aliquam loci obſtructionem, vel ſpiritu flatuoſo habente in parte ipſa generationem: quorum nihil talem facit vrinam ex neceſſitate.

A eſt quidem ἀναπεταραγμένα, i. perturbate in ipreſſis cod. & aliquibus ẽt manuſcriptis cod. in his duobus locis, aliqui tamen habent ἀνεῤῥαμμένα vt vertit Leonicenus.

B† Al. exim preſſis græcis prædictis nimirũ tenuibus.

C 71 ‖ *Quibus ſeptima iudicatur, iis nubeculam habet quarta die vrina rubeam, & alia, ex ratione.*

3.de Diffic. reſpir.3ª.73.c

C κατεργαξομένης,

Sicuti in pluribus aliis ſeipſos imperitos artis Hippocratis oſtenderunt plurimi eorũ, qui hunc eius librum expoſuerunt: ſic & in iſto. Putant enim adiecta fuiſſe aphoriſmo cum dicit /Et alia, ex ratione, quæcunque ad ‖ ſomnos attinent, vel vigilias, vel reſpirationem, vel accubitum, vel ſurrectionem, vel tale aliquid eorum, quæ in Prognoſtico ſcripſit: vt ſi hæc omnia bene facta videantur, in ſeptimo futuram ſperemus iudicationem. Videntur autem ignorare maxima capita ad pręcognitionem facientia. Vigilant enim magna ex parte, & grauiter ſe habent, ac febriunt vehementius ægri, quanto propius ad iudicationem accedunt. Plures autem eorum prope iudicationem etiam ſpirant difficulter. Non igitur ſignum, quod ex vrinis apparet, talibus indiget calibus ad firmiorẽ futuræ iudicationis ſpem, ſed multis aliis, quæ frequentius, cp̃ iſtud, apparent: de quibus nihil videntur cognoſcere, qui audent Hippocratis libros exponere prius, cp̃ totam ipſius artẽ perdiſcant. Nam, cum ‖ quarta dies ſit index, quemadmodum ipſe docuit, & qualis ſit futura ſeptima, nunciet: omne quod in ipſa dignum effatu ſignum coctionis apparuerit, futuram ſeptima die iudicationem oſtendit, adeo vt non ſolum rubra aliqua nubes apparens, antea non viſa, iu

in Progn.cõ.2.t.11.&12.&cõ.1.t.13.vſq; ad 21. Et t.24.4ª. 198.h.& 199.a.& 193.c.d,& c.194.h

D dicationẽ ſignificet, ſed & alba multo plus ipſa, adhuc autẽ magis & ſublimamentũ album, ęquale, atque conſiſtens. Si vero velociter admodum morbus moueatur: & coloris, & ſubſtantię mutatio, ſunt ſufficientia ſigna futurę iudicationis. Tenuis itaq; vrina ſi mediocriter craſſa efficiatur, & ſi alba pallida fiat: in tali morbo iudicationem ſignificat. Vnius itaq; ſigni nominatim Hippocrates meminit, nubeculę videlicet rubrę. Dignũ autẽ exiſtimat, vt, ſicuti hoc, ita & alia ex ratione intelligamus, quæcũq; futuras iudicationes oſtendunt. Sunt autem hęc, quæ in diebus ab ipſo vocatis indicibus, & contemplabilibus, fieri conſueuere vel in vrinis, vel in excrementis aluí inferioris, vel ſputis: ſemper enim omnia talia iudicationes ſignificãt, nõ tamen bonas ſemper. Solis enim coctionis ſignis in diebus contemplabilibus apparentibus, bonæ iudicationes futuræ indicantur. Senſus ergo verborum aphoriſmi talis eſt. Meminit autem nubis rubeæ tanquam ſigni perrari. Albæ enim frequentiſſime apparent: & ſunt ſignum coctionis manifeſtum. Rubeę vero raro fiunt: Et, niſi hoc in loco de ipſis dixiſſet Hippocrates, cp in diebus indicantibus apparentes futuram nunciant iudicationem, forte nemo talem ipſis adeſſe vim expectaret: ſiquidem Hippocrates colorem rubeum ſalutarem quidem, diutinum tamen eſſe vult. Nam in Prognoſtico ita ad

2ª. Aphor. 24. 15.g

« verbũ ſcribit: ‖ Si vero vrina fuerit ſubrubea, & ſedimen ſubrubeum, & lene: magis quidem hæc

In progn.cõ.2.t.27.4ª.200.e

« diutina, cp̃ illa, ſed admodum ſalubris. Nunquid igitur quarta die talis nubes apparẽs, futuram in

ſeptima iudicationem ſignificabit, in alia autem aliqua indice non ſignificabit, diligentius eſt in- E
quirendum, quod in ipſis operibus eſt obſeruandum. Nam, quantum ad rationes attinet, ſunt ad vtranq; partem argumenta, & magis ad alteram, ꝙ non ſignificabit, niſi morbus valde vehemen ter moueatur. Nam, ſi quarto die fiat, æquale tempus priori, id, quod ſequetur, aſſumens, non eſt impoſſibile, vt iudicationem oſtendat. In vndecimo autem apparens, non mihi admodum videtur tribus ſolis egere diebus, ſed etiam pluribus. Veriſſimum ſiquidem eſt colorem talem aliquid ſuffragari ſolutionibus. Ego quidem raro ſignum tale in aliis diebus vidi, prꝛterquam in quarto. Cui igitur in ſeptimo apparuit, hic quartodecimo fuit iudicatus: cui autē in quartodecimo, hic in vigeſimo. Apparuit etiā cuidam alteri in vndecimo, qui decimoſeptimo iudicatus eſt: rurſus cuidam alij in eodem vndecimo, qui vigeſimo die fuit iudicatus.

in Coacis præ-non. Alba vero, & diffuſa pellu cida, & c.

72 ‖ *Quibus vrinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in phreniticis appareant.*

Vrinæ tales extremā crudꝛtatē ſignificāt, quare & morbi perdurant: quædā vero ex ipſis, cum anticipauerint vires diſſolui, ſunt pernicioſæ, velut in phrenitidibus. Nullū etenim vidi phreniti cum, in quo talis vrina apparuiſſet, ſaluatū. Melius ſiquidē eſt, vt, ſicuti totus morbus eſt biliioſus, ſic & vrinæ appareant biliioſæ. Aquoſæ autē vrinæ (tales enim ſunt albæ, atq; perſpicuę) magnā F A.lib.1.f.2.d.
crudꝛtatē oſtendunt, & prꝛterea flauę bilis totum impetū, ſurſum in caput factum fuiſſe. Quibuſ dam enim vrinę perſpicuę, non tñ albę, quę quidē tenuem habent ſubſtantiam, colorē vero bilio ſum. Quę vero perſpicuę ſunt & albę ſimul, ſunt penitus aquoſę. Si igitur ſimpliciter ſcriptū ſit /præcipue in phreniticis/ horū verborū intellectus eſt manifeſtus: ſin autē fini ſermonis adiiciaꝛ, ſicuti in aliis exemplaribus videtur adiectum, verbum/appareant/ ſenſus erit talis: Aquoſæ vrinę malæ ſunt: præcipue vero tales apparēt in phreniticis, qui pernicioſe ſe habent. Neq; enim in om nibus, quēadmodum non nulli huius libri expoſitores intellexerunt, nihil ſcientes ex iis, quæ in ægrotis apparēt. In quibuſdam autē exemplaribus ita ſcriptus eſt finis aphoriſmi: Præcipue vero in phreniticis tales apparent: & eſt idem intellectus, qui ſecundæ ſcripturæ antea à nobis dictæ. c.2.fol.52.b

in iiſdē Coacis: In dolore præ-cordiorū ſub-murmuranti, & c.

73 ‖ *Quibus hypochondria ſuſpenſa, murmurantia, lumborum dolore ſuperueniente, iis alui humectantur, niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat: hæc vero in febribus.*

Hypochondria ſuſpenſa, hoc eſt ad maiorem tumorem ex multis cauſis deducta vnam habēt, ſpiritum flatuoſum, de qua nunc diſſerit, dupliciter factam: non nunquam ex aliquo affectu diffi cilem habente ſolutionem partium ad aluum attinentium: non nunquam ex aliqua recenti occa G ſione. Diſtinguit autem nunc Hippocrates iſta. Nam prior diſpoſitio cum murmure nō fit. Ex-tenta enim, atq; inflata inſtar vtris redduntur in ea hypochondria: altera cum murmure (quod βορβορυγμὸς græce dicitur fit. Sic autem nominatur ſpiritus ſonus, cum neq; magnus, neq; mul-tus extiterit, & cū quadam modica humiditate ad inferiora mouetur. Accidit igitur tali murmu-re deſcendente, ad lumborum loca, vnà cū ipſo tumorem ex hypochondriis deportari: vnde par-tibus, quæ hic ſunt, ex ipſo diſtentis, prouenit dolor: deinde hoc pacto, humore aliquando ad di-ſtributionem concitato, ſolus ſpiritus flatuoſus emittitur, non nunquam vero vnà cum humore. Iam vero etiam humor diſtributus magna ex parte per vrinas excernitur. Recte vero inquit in dictis ſignis aluum dirumpi, niſi anticipet ſeorſum quidē humor diſtribui, ſeorſum vero ſpiritus in inteſtinis retentus per ſedem excerni. Contingit vero quandoq; vtrunq; ad diſtributionem concitatum, & ſpiritum & humorem cito ad veſicā permeare. Quod vero in fine aphoriſmi ſcri bitur / Hæc vero in febribus/ tale aliquid mihi videtur oſtendere. A febribus moleſtari dicebant antiqui illos, qui abſque inflammatione, vel abſceſſu, vel dolore, vel eryſipelate, vel (vt ſimpliciter dixerim) abſque aliquo membro prꝛcipue affecto, ęgrotabāt. Quòd ſi vel propter lateris inflam mationem, vel pulmonis, vel talis partis alterius febricitarent: non febricitātes ipſos nominabāt, H neq; à febribus moleſtari dicebant: ſed pleuriticos, aut peripneumonicos, & aliis ſimilibus nomi nibus, veluti hepaticos, & lienoſos appellabant. Nunc itaque mihi videtur Hippocrates duorum alterum velle inſinuare, vel ꝙ hæc, quę dixit, febribus accidunt, in quibus nullum membrum affe ctum eſt: vel ꝙ & illis accidunt morbis, non tamen ipſis aluus dirupta ſit, vel flatus, aut vrinę pro dierint. Neque enim aliquo naturali motu membris ſpiritum flatuoſum expellentibus, murmur in illis contingit fieri, ſed veluti caſum tantummodo.

74 *Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu vrina multa, craſſa, & alba facta, qualis in laſſitudinarijs febribus quarto die quibuſdam incipit fieri. Si vero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit.*

Dictum eſt à me etiam prius, quòd abſceſſus fiūt ad articulos iis, qui in his laborem paſſi ſunt, & quibus quouis modo in morbo articuli laſſati ſunt, & prꝛterea in quibuſcunq; craſſorum hu-morum multitudo longo tempore perdurauerit. Si itaque natura valuerit per vrinam expur-gare corpus, ęger ab abſceſſu liberatur, humorem ad articulos decubiturum, per veſicam eua-cuans. Satis autem habuit laſſitudinariarum febrium veluti in quodam exemplo meminiſſe, quę

initium

A initium ad vrinam motionis in die indice accipiunt. His enim laſſitudinariis hoc in eſt, q̃ cito ab ſceſſus faciant, non expectantibus, vt aliæ, tempus prolixius. His vero ipſis & iuxta aurẽ fieri abſceſſus conſueuere, ſicuti aliis prolixioribus multitudo ad inferiora magis decumbit. Quibus igitur caliditas maior magis materiam ſubleuauit: vel ſanguinis profluuium per nares patiũtur, aut parotidas habent. Quod autem ſolutio hæc velocior ſit, q̃ altera, quæ per vrinas fit, nõ oportet dicere: quare & ipſi adiecit Hippocrates /breui admodum ſolutio fit/, altera, quæ fit per vrinas, euacuatione plures exigente dies. Quod autem quarto die dicitur, pro exemplo poſitum eſt: te vero oportet transferre ad omnes dies alios, quicunque ſunt contemplabiles & iudicatorij.

3. de Sympto. cauſis. 3ª. 28. f. Gal. vt indicare hũc aphoriſmum cũ reliqs vſq; ad. 83. 4ª. Aphor. 76. d

75 ‖ *Si ſanguinem, aut pus mingat: aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.*

Siue in renibus, ſiue in veſica vlcus factum fuerit, ſi quidem in vaſe aliquo effatu digno conſtiterit, & præcipue cum aliqua exeſione: ſanguinis excretio cõſequitur, ſine hoc aũt puris tantummodo. Contingit autem, vt facto vlcere in aliquo vrinæ meatuum, & pus, & ſanguis mingatur. Hi vero renes, ac veſicam interiacent, & oportet hos illis ſubaudire. Exulcerantur autem magna ex parte iis, qui in renibus lapidem habent, meatus vrinarij, quando à lapide aliquo acuto, aut ad-

A.li. 1. f. 2. d. 3. c. 6. fol. 54. c

B modum aſpero in ipſis interſepto excoriantur. Nam ex vlceribus, quæ in pene fiunt, etiã ſine vrina & pus, & ſanguis egreditur. Exit autem ſimul cum vrinis aliquãdo pus dirupto abſceſſu in aliquo ſuperiori loco. Quare (arbitror) plures expoſitores alteram ſcripturam magis probarunt, in qua coniunctio /&/ ſcribitur, in hunc modum: Si ſanguinem, & pus minxerit, renum, aut veſicę ulcerationem ſignificat: quaſi altero ſolo, ſcilicet pure per loca vrinæ exeunte, fieri poſſit, vt ſit ſignum non modo renum, vel veſicæ exulceratæ, ſed etiam alicuius partium ſuperiorum. Forte igitur & hi aliquid dicunt. Forte autem & verbum /mingat/ quod aliud oſtendit, q̃ minxerit, in ſeipſo continet diſtinctionem. Neque enim idem eſt vel ita dicere, Si ſanguinem & pus mingat: vel illo modo, Si ſanguinem & pus minxerit: In vno enim vel duobus vel tribus diebus potuit minxiſſe pus dirupto abſceſſu ad vrinæ inſtrumenta: Multis autem diebus, ac menſibus vbi hoc factum fuerit, renum, aut veſicæ exulceratio ſignificatur. Vtrum autem ipſorum magis ſit, & dolor diſtinguit, qui in differentibus accidit locis: & ea, quæ cum vrinis excernuntur: de quibus deinceps loquetur. Iam vero & de vrinariis meatibus eadem eſt ratio.

1. de Locis aff. 4ª. 2. d. & 6. 37. d

76 ‖ *Quibus in vrina craſſa exiſtente, carunculæ paruæ, aut veluti capilli vnà exeunt, iis à renibus excernitur.*

Idem in lib. de Natura huma. cõ. 2. t. 20. 7ª. 180. g

C Paruæ quidem carunculæ renum ſubſtãtiæ indicia ſunt, qui vero vti capilli, nullo modo renũ: neque enim fieri poteſt, vt ad talem ſubſtantiæ formam ren diſſoluatur: nam, qui hoc aiunt, renũ ignorant naturam. At neq;, cum veſica reſoluitur, & eroditur, vt quibuſdam viſum eſt, tales vrinę exeunt. Sunt enim huius particulæ, foliorum ſimiles magis, ſicuti & Hippocrates paulopoſt eas ſquãmas appellat. ‖ Sed rei veritas ita ſe habet: quod nobis forte quadam ſæpius videre contigit.

1. de Criſibus, 4ª. 128. a de Natura hu. cõ. 2. t. 20. 7ª. 180. h

† Sed alij quidam medici, quamuis in operibus artis multum exercitati, raro ſe aiũt vidiſſe vrinas tales. Vocant autem recentiores medici hanc paſſionem τριχίασιν, i. capillitium, quoniã capillis, & albis quidẽ magis ſimilia videantur, quæ ab vrina efferuntur. Nuper quidã talia corpora tam

A.li. 1. f. 2. d. 3. c. 6. fol. 54. f

longa mingebat, vt incredibilis longitudo videretur: nã quidam ex ipſis ad dimidium cubitum extendebantur. Hic autem toto ferè anno, qui anteceſſerat, orobum, & fabam comederat, ſæpiſſimeq́ caſeum & tenerum, & ſiccum: omnes q; alij, quibus talia mingere cõtigit, cibis craſſioribus veſcebantur. Tali igitur humore in renibus aliquo modo vſto, capillis ſimiles ſubſtantiæ generantur. Sane q; modus ipſe curãdi, rationi, quæ de cauſa habetur, atteſtatur. Nam ab extenuantibus, atque incidentibus medicinis, adhibito etiam alio victu humectante, tales ægri curantur.

Si vero tanta eſſet exulceratio renum, aut veſicæ, vt eorum ſubſtantia diſſolueretur: non modo

D nihil ex talibus medicinis iuuarentur, ſed etiam ſupra modum irritarentur. In his itaq;, ſicuti & in aliis, Hippocrates dignus eſt admiratione, cum ipſe eorum inuentor extiterit, quæ ne à pluribus quidem medicis ad hunc vſq; diem ex ſignis fuere comperta. Ipſa quoq; ſermonis diligentia magnam habet admirationem, cum dicat talia ex renibus excerni. Neq; enim, ſicuti in priore aphoriſmo ‖ renum cauſatur exulcerationem, ita & nunc dixit: verum ſimpliciter ex renibus inquit excerni, quemadmodum ſi quo mingente lapidem, ex renibus ipſum excerni dicamus, non q̃ ſit pars ſubſtantiæ eorum, ſed quoniam in ipſis ſuam habuit conſiſtentiam. Paruæ igitur carunculæ ſubſtantiæ renum vlceratorum re vera partes exiſtunt. Qui vero veluti capilli ſunt, in renibus quidem conſiſtentiam accipiunt, veluti & lapides: non ſunt autem partes eorum ſubſtantiæ. Male ergo in omnibus exemplaribus hic aphoriſmus ſine particula /aut/ legitur, Carunculæ paruæ veluti capilli. Nullo enim modo carunculæ paruæ aſſimilantur capillis. Verum oportet inter verbum /paruæ/ & dictionem /veluti/ mediam interponere coniunctionem /aut/: tanquam Hippocrates non de vna re, ſed de duabus faciat ſuo ſermone mentionem: quarũ vna eſt, Carunculę paruæ: altera vero, Veluti capilli. In iis igitur, quę ſunt veluti capilli, ſemper vrina eſt craſſa: cum pituitoſa ſubſtantia, quam venæ aggregarunt, per renes expurgetur: in carunculis autem non eſt neceſſarium. Nunquam tamen talem vidi renum diſpoſitionem: ſed, quæ ſunt veluti ca-

Infra apho. 81.

† *Ex græcis quibuſdam et manuſcriptis, & impreſſis. Sed et aly quidam medici in operibus artis multũ exercitati ſæpe ſe aiunt &c. & ita Laurẽtianus cod. tamẽ quidã nõ πολλάκις, i. ſæpe, ſed ὀλιγάκις, id eſt raro habet, vt Leonicenus uertit, et vetus ĩterpres impreſſus.*

Supra aph. 75.

runculę, ſępius à me viſę ſunt, in illis febribus, in quibus, & quæ ſunt ſimilia orobis, ſedimina con E
ſpiciuntur, ſanguine craſſo in renibus, aut in hepate exuſto: non tamen veras carunculas vnquam
vidi cum vrina exeuntes. Puto igitur poſſe contingere, ꝙ craſſa vrina ab ipſo dicatur, quæ medio
cris eſt & ſecundum naturam. Hęc enim tenui quodam modo opponitur. Neq; nos latet, ꝙ pro-
prie quidem ſecundum exceſſus oppoſitiones ita nominantur: per abuſionem autem, & medio
& mediocri, extremorum nomina tribuuntur: cum & ad maxime craſſum, tenue: & ad maxime
tenue, craſſum nominetur. Quod ſi ita accipiamus, ſermo talis erit: Quibus in vrina, quæ tenuis
non eſt, ea, quæ diximus, exeunt: renum eſt paſſio: ſi vero vrina ſit tenuis, totũ venoſum patitur
genus. Eundem intellectum mihi videtur etiam in ſequenti oſtendere aphoriſmo.

Idem in lib. de Natura hũana cõ. 2. t. 21. 72. clxxx. h

77 ‖ *Quibus in vrina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, iis veſica ſcabie laborat.* de Natura hu. com. 2. t. 21. 72. clxxx. h

Quando vrina tenuis fuerit: haud ſecundum naturam venæ ſe habent. Cum vero nõ tenuis
extiterit, ſed mediocrẽ habuerit ſubſtantiam (in quo ſignificato craſſa accipere oportet hoc loco)
ea, quę ſimul cum tali vrina excernuntur, circa renes, aut veſicam paſſionẽ oſtendunt. Cum enim
ex venis quidem vrina veniat {in renibus} autẽ percoletur, in veſica vero aggregetur, quicquid F
in ea præter naturam apparuerit, aut venas, aut renes, aut veſicam male ſe habere indicabit, ſicuti
& nunc furfurea veſicam ſcabie laborare, quando venæ nullum affectum habẽt. Feruntur enim
& ex ipſis aliquando furfurea, cum earum tunica patitur, quemadmodum & veſicæ: vel cum ſan
guis, qui in ipſis continetur, à febre ardente peruritur. Aptior autem ad hoc eſt, quicunq; humor
in eis craſſior exiſtit, & magis, qui veluti fęx ſanguinis eſt, quem ſolemus humorẽ melancholicũ
noĩnare. Sicuti enim cutis ſuperficies (quã epidermida, id eſt ſuperiorẽ pelliculam nominant) in
ſcabie, lepra, atq; lichenibus tenue quiddam remittit, quale eſt, quod ſerpẽtum ſenectus nomina-
mus: ſic, vbi in partibus interioribus ea, quæ eſt veluti cutis, tale aliquid patitur: & caſus erit paſ-
ſioni ſimilis. Hac ratione igitur & venæ ipſæ, atque veſica ſcabie laborantes, furfureos cortices
vnà cum vrinis emittent. Diſtinctio autẽ fiet ex tenuitate, ac craſſitudine vrinę, vt antea diximus.
Tenuis enim vrina venas: non tenuis autem veſicam pati indicabit. A. li. 1. f. 2. d. 3. c. 3. fol. 52. g

78 *Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, iis à renibus venulam ruptam ſignificatur.*

Quod dicitur /ſponte/ (gręce ἀπὸ ταυτομάτου) poteſt idẽ, quod ſine cauſa exteriori, oſtẽdere:
poteſt & quod veluti repente, nullo caſu pręcedente, quales apparent veſica vlcerata. In ipſa enim
venam rumpi ex influentis ſanguinis abundantia, quemadmodum in renibus accidere ſolet, eſt G A. l. 1. f. 2. d. 3.
impoſſibile. Neq; enim per eius venas ſanguis percolatur, ſed ſolum tm̃, quantũ ipſi ſufficiens eſt c. 6. fol. 54. g
pro alimento, contribuitur. Præterea neq; venæ, quæ in veſica, nudę, aut inſtabiles natura ſunt, ſi-
cuti, quæ renũ ventres ſubintrant, quarũ ora aperiuntur, & quę aliquando dirumpuntur, propter
humorũ multitudinem, ac craſſitudinẽ, qui in ipſis continentur. Diruptio itaq; puri ſanguinis fa
cit euacuationem. Ora autẽ aperta non vniuerſim ſanguinem effundunt, pręſertim cum parua eſt
apertio, ſed paulatim, atq; tenuiorẽ percolant: vnde totã vrinam ſubſanguineã efficiunt. Fit autẽ,
vt dixi, & venis veſicæ exeſione laborantibus, ſanguinis euacuatio, quã antecedunt vlceris ſigna
in veſica exiſtentis, hoc eſt & loci dolor, & pus, & ſępe ipſius corporis veſicæ quędam veluti fru-
ſtula. Hac ratione igitur melius & verbum /ſponte/ pro repente, accipere, & non pro ſine cauſa
manifeſta: ſiquidem ſanguis ex renibus ſępius & ſine cauſa excernitur manifeſta, vaſe ex multitu
dine rupto, ſed aliquando ob ſaltum vehementiorem, vel ex alto caſum, uel ictum.

79 *Quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, iis veſica laborat calculo.*

Non omnino ueſica laborat, ſed cõtingit & renes: quare manifeſte errat aphoriſmus, ſiue quia
Hippocrates ipſe dimidiã partem ſermonis neglexerit, ſiue quia primus librarius omiſerit. Siue H
enim in renibus, ſiue in ueſica calculi generantur, unà cum urinis exeunt arenoſa.

80 ‖ *Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pecti nem, & femen: circa veſicam labor eſt.* 7a. Apho. 39. 57. a

Duobus modis finis ſcribitur aphoriſmi: in quibuſdam exẽplaribus, labor eſt: in quibuſdam,
morbus eſt: & ferè in hoc nihil inuicẽ ſcripturę differunt. Cõmuniter autẽ ambæ errant, ſiquis
intelligat circa ueſicam ab Hippocrate dici, quaſi ipſam ueſicã laborare dixiſſet. Nam ij, quos me-
morat caſus, communes ſunt omnibus, quæ urinæ ſeruiunt, inſtrumentis, ueſicę, renibus, urina-
riis meatibus. Melius eſt itaq; hoc modo, quę circa ueſicam, accipere, non tanq̃ ſola ueſica ſignifi-
cetur, ſed & partes, quę illi annectunt. Adhuc aũt magis, ut ita accipiamus, hortabit ſequẽs apho-
riſmus, in quo non, quę circa ueſicam, ęgrotare dicit, ſed ipſius ueſicę eſſe exulcerationem: cum
non idem ſit, pati aliquid ipſam ueſicam ſimpliciter ſolam, enunciare, uel quę circa ueſicam.

81 ‖ *Si ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquamulas, & grauis odor adſit: veſicæ exulcerationem ſignificat.* 1. de Locis aff. 42. 2. d

Sanguis quidẽ & pus mingẽdo prodeũtia, omniũ inſtrumentorũ ulceratorũ, quę urinę obſer
uiunt,

A uiunt, ſigna ſunt cõmunia, odor autem grauis, hoc eſt moleſtus, & adhuc magis ſquamulæ, ſunt propria veſicæ. In pluribus igitur exẽplaribus, Si ſanguinem & pus minxerit, ſcriptũ inuenitur: In quibuſdam vero, Si ſanguinem vel pus minxerit. Oſtendet autem hæc ſcriptura ſecunda cõiunctionem/aut/eſſe diſiunctiuam, quaſi vtrũlibet horum, quæ dicta ſunt, vbi adſit, ſignificet vlcerationem: altera vero vult ambo aſſidere, vel ſimul inuicem, vel alternatim.

82 ‖ *Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur: ijs ſuppuratione facta, & eruptione, ſolutio.*

7ª. Apho. 57. 59.b

Ob ſermonis breuitatem nihil effatu dignum hoc haberi aphoriſmo ſuſpicabitur quiſpiam. Promptum enim eſt vnicuiq; intellígere, in meatu vrinario, qui in pene eſt, (hunc enim meatũ, fiſtulam vrinariam græce οὐρίθραν nominant,) ſi conſiſtant tubercula, & mox rumpantur, fieri ſolutionem. Verum, ſi diligentius animaduertimus, maius aliquid ex eo oſtendit. Contingit.n. vrinam aliquando retineri ob tale tuberculum: ex cuius diruptione ſanitas retentionis vrinæ Proculdubio ſequetur. Verum ex dictis quædam dubitatio ſuboritur, vtrum ſolũ velit hæc, quę hoc in loco ſunt nata tubercula, rumpi: vel ſæpius quidem hoc accidere, fieri tamẽ poſſe, vt etiam diſſoluantur: vel exemplum ſolutionum vnum hoc aliquod ſcripſit, diruptionem: quod & verius exiſtit. B

83 *Mictio noctu plurima facta, paruam ſignificat deiectionem.*

Quòd quidem neceſſarium ſit ventris humore diſtributo, minorem fieri alui deiectionẽ, vnicuiq; manifeſtum. ſed cum hoc & illud apparet, q̃ eo vnà cum cibis exeunte, aluus quidem humidior fit, atq; ideo plura deijciet, vrina vero paucior excernetur. Docebit autem nos hæc ipſa ratio & alui fluentis, & ſiccæ remedia. In quibus enim ſupra modum humida aluus deprehenditur, ijs potum minorem exhibebimus, ac præterea illi viam ad veſicã parabimus. In quibus vero ſiccior, & plus dabimus potus, & diſtributionem, quantum fieri poterit, prohibebimus.

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS
COMMENTARIVS QVINTVS.

1 ‖ *Conuulſio ex elleboro, letalis eſt.*



in Epiſtola ipſius Hippo. ad Democritũ, & & in Coacis ꝓnotionib. Exveratro conuulſio pernicioſa.

Ijs, qui elleborum acceperunt, album ſcilicet, (hunc enim ſimpliciter elleborũ nominare conſueuerunt, non, ſicuti nigrum, cum adiectione) ijs, inq̃, ſi ex purgatione conuulſio aduenerit, caſum ait eſſe letalem: fit.n.nõ ab initio purgationis, qñ periculũ eſt, ne homo ſtranguletur: ſed qñ vomentes vehementius lacerãntur, pp̃ ipſam quidem maxime, quę fit in vomitibus, contentionẽ laborantibus neruis, ob illam, quam habent cum ore ventriculi, in patiendo ſocietatẽ: Ob quod & alias vidimus, vbi fortius mordetur, fieri conuulſiones, ſicuti adoleſcenti, qui ærugínem euomuerat. Præſtat.n. ærugínem, non ærugínoſum vomitum, illum nominare. Erat enim talis, qualis, quę vera ęrugo nominatur, floridiſſimus: verum inter vomendũ, totum corpus conuulſum eſt: & ęrugine euacuata, febris ſtatim, & conuulſio ceſſauit. tale autem erat, quod euomuerat, ſicuti ſiquis optimam æruginẽ aqua perfunderet, adeo vt ex amborũ vnione talis ſubſtantia exultaret, quæ defruti craſſitudinem repræſentaret. Non impoſſibile eſt igitur (vt dixi), & per compatiendi ad os ventriculi ſocietatem fieri conuulſionem ex elleboro albo: & hæc foret conuulſio moderatiſſima. Contingit aũt, & propter ipſam euacuationem, ijs qui ſupra D modum purgantur conuulſionem aduenire: ſicuti, & choleram patiẽtibus, cõtractiones frequenter aduenium, maxime q̃ eorum, qui ſunt in furis, muſculorũ. Sed neq; illud eſt impoſſibile, propter pharmaci efficaciam ex neruis humiditates ad ſe attrahentis, atq; ideo, tunc eos male afficientis fieri conuulſionem. Sed & ellebori aliquando vi ad ſui diſtributionem impulſa vehementius, contingit neruorum ſubſtantiam violentius exiccari. Ipſa enim nos docuit Hippocrates, q̃ ‖ fit conuulſio ex repletione & inanitione, corporum videlicet neruoſorum, à quibus ſecundum electionem motus perficiuntur. Sunt autem hęc, nerui, ligamenta, muſculi, & tendones. Sicut enim in exterioribus videmus lora & chordas extendi, vbi vehementius exiccentur, aut multa madeãt humiditate: ſic & in corporibus animalium par eſt fieri non raro conuulſionem. Liquet igitur, q̃ ex repletione conuulſio, ſanabilis eſt per euacuationem. Ea vero, quæ fit ex inanitione, & neruorum ſiccitate, non facile admittit curationem. Fit autem (vt dixi) & propter compatiendi ſocietatem conuulſio: quam non debemus exiſtimare fuiſſe ab Hippocrate prætermiſſam. Eam enim quæ primum fit, conuulſionem oſtendit, cum ait conuulſionem ex repletione, atq; inanitione generari. Et quidem nouimus etiam morſus ratione fieri in ore ventriculi ſingultum, adeo vt quiſpiam, & neruos itidem pati exiſtimauerit. Et videbitur iſta conuulſio ijs, qui ab elleboro purgantur, non dicta ab Hippocrate, aliquando fieri: niſi per Iouem illam dixerit quiſpiã fieri ex inanitione,

* ἀπαρεγχεῖσι.

6ª. Aphor. 39. 50.f

nitione, cum humores mordaces vim habeant exiccandi. Hi itaq; modi sunt eorum, qui ex elle- E
boro conuelluntur. Sanatur autem ex ipsis, & qui propter morsum, & qui propter cōtentionem ex vomitibus fit. qui autem ex siccitate accidit, insanabilis est. Non absque ratione igitur totum hoc genus Hippocrates ait esse letale, quoniam non nullæ eius species cum difficultate sanantur: vna autem insanabilis est.

2 ‖ *Conuulsio ex vulnere, letalis est.*

in Coacis præ-not. ijsdem verbis.

Sicuti in eo, qui hunc antecedit, aphorismo mortalem dixit esse cōuulsionem, (quod idem est, ac si diceret periculosam, atq; ad mortem sępius terminantem) sic & nūc eam, quæ fit ex vulnere, conuulsionem letalem dixit esse, non tanquam ex necessitate, ac semper mortem afferentē, sed tā-quam admodum crebro. Sic & in multis ex prioribus aphorismis, letalis nomine visus est vti. Ex vulneribus igitur fiunt conuulsiones ratione sequentis ipsa inflammationis, vbi partes neruosas attigerit. Et primum quidem videntur conuelli, quæ è directo sunt partium inflammatione laborantium: deinde postquam, & principium attigerit, passio ad totum extenditur corpus.

3 ‖ *Vbi sanguis multus fluxerit, singultus, aut conuulsio superueniens, malum.* F

in ijsdem Coacis, vbi ait ī sanguinis fluxiōe multa.

Non aliud quidem ostendi est existimandum ex priori nomine letale, aliud autem nunc, cum malum dicit. Consueuit, siquidem Hippocrates casus illos ita nominare, quos letum sępe subsequitur. Sicui vero per magis, & minus differre hæc nomina videantur: maius periculum per vocem letale, quàm per malum, ostendetur. Quæ igitur fit ex multa sanguinis profusione conuulsio, ex altero genere causarum ipsam efficientium consistit, vt antea dictum est.

4 ‖ *Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum.*

in Epistola ipsius Hippo. ad Democritū, & in Coacis præno. Similiter ēt in nimijs purgationibus ex medicamentis. 6. Aph. 39. 50. f

Quod aliquando ijs, qui elleborum sumpserunt, diximus fieri hoc nunc ostendit in omnibus, qui quouis modo purgantur. Conuelluntur enim, qui vltra modum purgantur, easdem ob causas, quas diximus in ijs, qui elleborum assumpserunt: & ijs, qui hac ratione laborant, non paruum periculum imminet: siquidem multo peior est ea, quæ fit ex inanitione conuulsio, altera, quæ fit ex repletione, Quòd autem, ‖ & singultus conuulsio sit stomachi secundum Hippocratem, nos vtique nouimus.

5 ‖ *Si ebrius quispiam repente obmutuerit: conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut, vbi ad horam peruenerit, qua soluuntur crapulæ, vocem recuperet.* G

in 1. Pror. cō. 1 t. 50. 4ª. 175. g & com. 3. t. 29. 183. h

Repletis neruis talis conuulsio superuenit. Solet autem facile eos replere vinum, vt quod cali dam habeat temperaturam: talis siquidem natura prompte omnia subintrat, presertim cum non admodum crassam substantiam habuerit. Substātiæ igitur copia vinum neruis affert, cōuulsionē. Rursus autē qualitate sanat eam, quam fecit dispōnem, neruos calefaciēdo atq; exiccādo. &, si hoc aliqñ facere nequeat, mortem subsequi est necessarium. Qua autem vi diximus vinū sanare conuulsiones, eadem videlicet, & febris sanat. Hic vero maxime obseruanda est Hippocratis cōsuetudo, qui ἀφώνους. i. mutos noīat illos, qui quouis modo caro laborant. Verū proprie caros noīatur totius corporis insensibilitas, atq; immobilitas repentina. Hanc itaq; dispōnem consueuit Hippocrates ex vno casuum nominare: & fit proculdubio neruorū principio patiēte. Neq;. n. aliter pōt omnino conuelli corpus, antequam id principium patiatur, vel principaliter, vel per compassionem, altero prius patiēte membro. Liquet autem oēm noxam ex vino factam à Grecis omnibus crępalen nominari. Sicq; nō nulli vocabulo fecere etymologiam à carenon pallesthæ, quod significat caput concuti, Horam autem, qua crapulæ soluuntur, tempus nominauit. Est autē hoc tempus non præcisum, neq; circumscriptum oībus vna mensura. Quidam enim postridie à crapula H sunt liberati, quidam vero sequenti nocte, quidam vero tertio die prorsus: & fit hoc pro multitudine, ac vi epoti vini, & eius, qui potauit, natura. Sicuti igitur neq; cibus vnum habet in omnibus tempus coctionis præfinitum, sic neq; vinum. Aut igitur oportet nos ægri naturam habere experientia compertam, aut postremum terminum obseruare: in quo si neq; febricitare, neq; loqui anticipauerit, conuulsus morietur.

6 ‖ *Quicunq; á distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: si vero has effugerint, sani fiunt.*

in lib de Iudicationib. Quicunq; à distentione, &c.

Distentio græce tetanos morbus peracutus est, vt quę composita sit ex illa, quam Græci emprosthotonon, id est ad interiora distentionem: & opisthotonon, id est ad posteriora distentionē nominant. Atq; ita merito citius in ipsa fit iudicatio, non tolerante natura longiori tempore, quē fert distentio, laborem. In primo igitur circuitu dierum iudicatoriorum passio iudicatur.

7 *Quibuscunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt: quibuscunq; autem vigesimoquinto, commoriuntur.*

Proprie quidem passionis mutationes nominant, quando ex vna parte transeunt ad aliam: per abusionem

A abuſionẽ aũt,& oẽs ſolutiones ita nominantur.& mihi videtur Hippocrates ſecundi ſignificatus vſus eſſe appellatione.Non modo enim ad alias partes translatis ijs,qui morbum comitialem faciunt,humoribus,ſoluitur paſſio,ſed etiã omnino curatis.Sunt enim hi craſſi,frigidi,& pituitoſi. Ceſſant autem,& ob ætatem ad ſicciorem naturam tranſmutatam,& ob exercitationem,& victũ exiccantem,adiunctis ad hæc idoneis medicinis, Verum Hippocrates nunc ſolum eius meminit mutationis,quæ ex ætate fit:à qua docti,& formam victus vnà cum medicinis inueniemus. Quod igitur in altera parte aphoriſmorum dicit, ‖ Qui morbo comitiali laborant,ſi iuuenes fuerint,mutationibus maxime ætatis,& regionum,& victus liberantur: hoc nunc in ipſis paſſionibus declarauit,morbos comitiales,qui ante pubertatem fiunt, ceſſare dicens ex ætatis commutatione: qui vero vltra vigeſimumquintum annum proceſſere, commori inquiens. Vnde liquet, ꝙ pubertatis tempus vſq; ad vigeſimumquintum annum extendi arbitrat, ſumens initium poſt ſecundam ſeptimanam. Liquet autẽ,quo'd neq; omnibus ſanabitur paſſio ex pubere ætate, niſi & alia recte geſſerint: neq;,quibus in hac accidit, omnino permanet, ſi bonam victus rationem adhibeant. Verum, quo'd non habeant ex ætate ſanationem,ſed quantum ad eam attinet,paſſio conſeneſcat,liquido oſtendit.Non tamen adhuc manifeſte dictum eſt,quamuis videatur manifeB ſtum ijs,qui negligentius accipiunt verba illa/Quibus vero vigeſimoquinto anno, commoriuntur/Neq; enim ijs ſolis paſſio commoritur,quibus vigeſimumquintum annum agentibus aduenit: ſed multo magis etiam ijs,qui vltra hãc ætatem progreſſi ſunt.Addentes igitur ſermoni Hippocratis illud,quod deeſt,verum ex omni parte ipſum faciemus: Morbi comitiales, qui quidem ante pubertatem fiunt,in eius ætatis tempore ſoluũtur: qui vltra pubertatem procedunt, commoriuntur. Tempus autem pubertatis eſt poſt quartumdecimum annum vſq; ad vigeſimũquintum. Eſt autem,& alia ſcriptura talis: Quibuſcunque vigintiquinq; annorum fiunt,τὰ πολλὰ, i. multũ commoriuntur.ſignificante verbo/multum/idem,quod ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, i.magna ex parte.

2[a]. Aph.45.18.f

A de Vict.rat. in morb. acut. com.1 t. 27.[2]. 113.b. in Progn.com. 2.t.43.4 102.a

B In eodem,t. 57. 58 59. 61. 203.h.204.a b c c.

8 *Quicunq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem verturtur.*

Eam,quę fit per ſputa,euacuationem humorum facientium morbum lateralem, ſolet Hippocrates purgationem,ac repurgationẽ nominare: ſicuti,& iſtos [a] ‖ expuere,purgari, tã in libro de victu acutorum,quàm in Prognoſtico,nominauit. Verum nũc,& tempus prefinit purgationis, in quo ſi non fiat,ad ſuppurationem ait morbum verti lateralem: aut omnem,quæ fit ad pus,trãſmutationem ita nominans, (ſicut in Prognoſtico [b] ‖ ſepius) aut eam, quæ fit inter thoracem, & C pulmonem,puris effuſionem.fit enim vtrunq; horum,quando morbo laterali laborantes non expurgantur per ſputa. Verum ſecundum,quod diximus,ipſe in ſequentibus eruptionem ſuppurationis nominauit.

C in Coacis prænotionibus: Aetates periculoſiſſimæ ſunt, & c.

9 [c] ‖ *Tabes fiunt maxime ætatibus à decimooctauo vſq; ad trigeſimumquintum.*

D 3[a]. Aph.29. 26.b

In ſuperioribus aphoriſmis,quãdo morbos ſm ætates enarrabat, [d] ‖ Iuuenibus, dicebat,ſanguinis ſputa,tabes.Nunc vero etiam numerum appoſuit annorum,non propterea eadem rurſus ſcribens,quę antea,ſed propter paſſionum thoracis, atq; pulmonis communionem. Propter quid igitur iuuenes his morbis pręcipue corripiantur,antea diximus: de annis autem ætatum nunc determinandum,quoniam,& Hippocrates dixit tabem maxime fieri ętatibus à decimooctauo vſq; ad trigeſimumquintum. Quod.n.ætatibus numero plurali dicitur,quãdam habet ſignificationẽ, ꝙ non eandem Hippocrates ętatem exiſtimat eſſe mediam inter annos enumeratos. Neque ſanè vnà eſt,ſi diligentius conſideremus: verum ea,quę eſt à decimooctauo vſq; ad vigeſimumquintũ annum,adoleſcentium eſt: quæ autem ab hinc vſq; ad trigeſimumquintum,iuuenum.

E 2.de Morbis, vbi de Angina, Si vero faucib⁹ ac tumorib. & ceter & in Coacis præno. Quibus uero angi næ.&c.

10 D [e] ‖ *Quicunque ab angina liberantur,ijs ad pulmonem vertitur,& in ſeptem diebus pereũt.ſi vero has effugerint, ſuppurantur.*

De tranſmutatione nunc ipſi eſt ſermo,quæ fit ex angina ad pulmonem: quam ait plerunque ante ſeptimum diem occidere,ægro videlicet ſtrangulato: ſi vero id tempus poſſit euadere, fluxione in pus conuerſa,ſuppurari. [f] †

F †Antiqua tralatio hęc addit. Cognoſcitur ãt ad pulmonum migraſſe rõne pulſus: nã durus,& inordinatus, & inæqualis ad prĩcipale mẽbrũ translatam ſignificat materiam:mollis aũt,& æqualis,&ordinatus cũ bona reſpiratione,& ęquali certã dimiſſionem ſignificat.

11 [g] ‖ *Qui tabe moleſtantur,ſi ſputum,quod extuſſiunt,graue olet iniectum carbonibus,& capilli à capite defluunt, letale.*

G 2.ð Morbis: Huic ſi iam pili &c & in Coacis prænot. Quibus tabidis ſputum.

Eas,quæ ſunt in pulmone,vlceroſas diſpoſitiones,nunc tabes nominant,in quibus iubet odorem diligentius perpendi,id,quod expuitur,carbonibus iniiciendo. Sicut autem prius in vlceribus veſicæ,odorem dixit grauem ſentiri,ita & nunc tabidorum ſputum grauiter olere.Si vero & ex capite capilli defluant ita affectis,letalem eſſe notam: quoniam & maximus alimenti defectus oſtenditur,atq; aliquando humorum corruptio.

[h] ‖ *Quibuſcunq; tabe laborantibus,capillis a capite defluunt: ijs alui profluuio ſuperueniente,moriuntur.*

H in ijſdẽ Coacis,Quib. tabidis capilli.

12 De ijs,qui ex tabe iam morti vicini ſunt,nũc ſermo habetur: quos etiam male ſe habere oſtenderat

derat in defluuio capillorum. Alui autem profluuio ſuperueniente mortem appropinquare opi- E
nandum: cum hic caſus, & mala cauſa, & malum ſignum exiſtat. Fit enim ex virium imbecillita-
te, quæ prę terea ex ipſo caſu fiunt imbecilliores.

13 *Quicunq; ſpumoſum ſanguinem expuunt, ijs è pulmone eductio fit.*

Et pleraq; exemplaria, & quàm plurimi huius libri expoſitores norunt aphoriſmũ in hæc ver-
ba ſcriptum: Quicunq; ſanguinem ſpumoſum euomunt, ijs è pulmone eductio fit. Et quidam ip
ſum exponentes, aiunt verbum id multitudinem ſignificare, ac propterea à proprio eſſe trãslatũ:
aperte mentientes cõtra id, quod apparet. Sæpe.n. viſus eſt ſanguis ſpumoſus abſq; multitudine
euomi. Si igitur ita Hippocrates re vera ſcripſit, ipſum abuſum fuiſſe vocabulo dicemus. Neq; n.
ſanguis multus, ex pulmone eductionẽ ſignificat: paucus vero, ex alio loco. Si vero / expuunt / aut
extuſſiũt / ſcriptum ſit: tũc proprio vſum fuiſſe vocabulo, & oſtẽdere ſanguinẽ talẽ carnoſam pul-
monis ſubſtantiam (quę eſt ipſius propriũ corpus) affectam vlceribus eſſe: adeo vt vere quidẽ di-
catur ſolius pulmonis vlcera ex ſpumoſo ſanguine indicari: nõ vere autem, vlcerato pulmone, ex
neceſſitate ſpumoſum expui. Sępius.n. vidimus quibuſdam ex alto cadẽtibus, & calcitratis, atq;
in palæſtra percuſſis, ab illa maxime ictus parte, in quam cuipiam ad ſolum ruenti, alter ſuper tho F
racem inciderit, ſanguinem plurimum optime coloratum expui cum tuſſi ſine vllo dolore: quẽ
ratio dictat ex aliquo pulmonis vaſe dirupto prodire.

14 ‖ *Atabe habito profluuium alui ſuperueniens, letale.*

in Coacis præ-
not. Quibus ta
bidis alui.

Paulo antea dixerat, tabidis, cum ſputum graue olet, & capilli à capite defluunt, alui profluuio
ſuperueniente, mortem ſubſequi. Hic vero ſimpliciter dixit eſſe letale ſuperueniens alui profluu-
ium in tabe, nulla facta, neq; de ſputo, neq; de capillis mentione, tanquam illud ſolum ſufficiat
mortem ſignificare, non tamen ita è proximo, neq; tam cito ſecuturam, ſicuti cum defluuium ca-
pillorum adiungitur.

15 ‖ *Quicunq; ex morbo laterali fiunt empyi. i. ſuppurati, ſi in quadraginta diebus purgantur à die, qua fit ruptio, libe
rantur: ſi vero non, ad tabem tranſeunt.*

in ijſdem, Qui
ex pleuritide
ſuppurãtur &c.

Addens ſuo ſermoni / ruptionis / vocabulum, manifeſtum fecit ſe de illis loqui, in quibus lateris
inflammatione in ſuppurationem conuerſa, deinde dirupta, in ſpatio thoracis, atq; pulmonis in-
termedio pus continetur. His enim omnibus, niſi vt plurimum in quadraginta diebus puris eua- G
cuatio fiat per ſpuitiones purgati: neceſſarium eſt pulmonem exedi, pure proceſſu temporis pu-
treſcente. Morbo igitur laterali diem quartumdecimum, terminum poſuit purgationis, ſuppura
tis autem quadrageſimum. Dictum autem eſt plenius de differentia & aliorum dierum iudicato-
riorum, & horum, in eo tractatu, qui inſcribitur de diebus iudicatorijs. Quare, ſi quis vniuerſam
illam legerit contemplationem: ea, quæ ab Hippocrate de diebus iudicatorijs dicũtur, promptius
aſſequetur.

16 ‖ *Calidum, vbi quis ſæpius eo vtatur, hæc mala affert, carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, men-
tis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectiones: hæc, ad quæ mors.*

in li. de Humi-
dorũ vſu, haud
lõge à prĩcipio

De calidi, & frigidi vſu immodico, & modico dictum eſt nõ parum, & in libro de vſu humido
rum. Dicta ſunt autem, & hoc in loco aphoriſmorum omnia ferè capita, & primum hoc ipſum, q
calidũ, ſiquis eo vltra modum vtatur, has facit paſſiones, carnium effœminationem, hoc eſt debili
tatem: dictum eſt enim nomẽ per trãslationem, qm̃ fœmina debilior eſt maſculo: cui aſtipulatur
hoc, quod ſubiungitur / Neruorum incontinentiam /. Nam, & hi fiunt imbecilles, cum eorum ſub
ſtantia à calore diſſoluatur. Et rurſus mẽtis torpor, mentis eſt imbecillitas: cum ita ſcilicet ſubſtan H
tia cerebri, ſicuti etiam neruorum, diſſoluatur. Eodem modo, & calidi vſus immodicus facit ſan-
guinis profuſiones, in illis vtiq; corporis diſpoſitionibus, quæ ad ſanguinis profuſionẽ aptę ſunt.
Sequuntur autem ad ſanguinis profuſiones, defectus animi, & ad hos mors, ſicuti, & ad alia prius
dicta: ſed ad illa quidem tempore pluri, ad hæc quidem magis, ad hæc vero minus: ad ſanguinis
vero profuſiones, & animi defectus, ſtatim. Scriptus eſt autẽ finis aphoriſmi vario modo in exem
plaribus: ſcripturæ vero omnes dictam ſententiam oſtendunt. Eſt autem vnà hæc. His mors: alte
ra vero hæc, In quibus mors: tertia hæc, Quibus mors: alia, Hęc ad mortem.

17 *Frigidum autem conuulſiones, diſtentiones, liuores, nigrores febriles.*

in eodem.

Immodicum ſcilicet frigidum hæc facit, conuulſiones, diſtentiones, & neruorum refrigeratio-
nem. Sicuti enim nõ oportet ipſorum ſubſtantiam ab immodico calore diſſolui, ſic neq; vltra mo
dum conuenientem refrigerari, & in vnum cogi, ac cohiberi. Ac ſanè quidem nigrores ex refrige
ratione fiunt, & rigores febres aduocantes. Melius autem fuiſſet ita dicere: Rigores facientes, &
conuulſiones, & diſtentiones, & nigrores, & febres. Plenius autem de his ſeorſum diximus in li-
bro de caſuum cauſis.

Frigidum,

18 A ‖ *Frigidum, inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medullæ: calidum vero amicum.*

3. de Compos. medi. per gen. 5ª. 228. c

Quæcunq; partes sunt natura frigidiores (sunt autem in animalibus tales, quæcunq; sunt penitus exangues) citius, ac magis ab immodico frigidi vsu offenduntur: ijsdem autem rationabiliter calidum conuenientius.

in eodem lib. de Humidorũ vsu.

19 *Quæcunq; refrigerata sunt, excalfacere oportet, exceptis ijs, quibus sanguis fluit, aut fluxurus est.*

Hoc quod nunc dictum est, haudquaquam euertit illud theorema, ‖ Contrariorum cõtraria esse remedia: de quo plenius diximus in eo tractatu, qui de arte curatiua inscribitur: in quo ostendimus aliud esse theorema maxime necessarium, illa prius curari præcipiens, quæ magis vrgent, hoc est, quæ maius periculum afferunt, sicuti & nunc profluuium sanguinis. Ad hoc igitur prius obsistendum est: atq; ita deinde, quod passum est, ad bonam temperiem est reuocandum.

in lib. de Flatibus, non lõge à principio.

20 ‖ *Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, nigrorem obducit, rigores febriles, conuulsiones, distentiones.*

in 6. Epi. com. 3. t. 14. 3ª. 172. f 1. de Simpliciũ medica. facult. 5ª. 6. d. Et 4. 24. c

in lib. de Humidorum vsu, prope finem.

B Si proprio vtamur vocabulo, calidum mordax est: sensus autem similitudine, & frigida aqua vocatur mordax: non cum in cutem simpliciter incidit, sed vlceratam. Nam, quod mordax futurũ sit, eius, quod morderi debeat, substantiam oportet peruadere: quod in cute secundum naturam se habente, frigida aqua non potest efficere, quoniam densior est, quàm pro eius substantia, cutis. In vlceratis autem, vt quæ rariora sint, peruadere potest eorum substantiam, in profunda subintrans. Dictum autem est plenius de natura mordacium, in libris de potentia simplicium medicinarum. Vlceratis igitur frigidum est mordax: non vlceratis autem non solum mordax non est, sed & cutem facit duriorem, eius densando substantiam. Et quidem dolorem efficit insuppurabilem, natiuum refrigerando calorem, qui vlcera ad suppurationem perducit, & ea difflari prohibet, quę dolorem efficiunt. Quæ autem sequuntur, prius etiam dicta sunt ab ipso, & nigrores, & rigores febriles, & conuulsiones, & distentiones.

21 ‖ *Est autem, vbi in distentione sine vlceratione, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquæ multæ perfusio reuocationem caloris facit. Calor autem hæc soluit.*

3. de Temperamẽtis 1ª. 24. h 1. de Symptomatum causis 3ª. 17. f in 6. Epi. cõ. 2. t. 9. 3ª. 161. f & com. 6. t. 4. 3ª. 195. g 1. de simpliciũ medic. facul. 5ª. 2. h de iis quæ in medicatr. fiũt. cõ. 3. t. 32. 7ª. 210. h. & 221. d in li qui inscribitur. Introductio, seu medic. Isagog. 56. b

in Eodem.

Quæ raro iuuent frigidum, ac calidũ, post ea, quæ ante dixit, Hippocrates deinceps prosequitur: C & primum quidem de frigido inquit, vt in distentione (liquet autem q & in omni alia conuulsione) in medio æstatis tẽpore, cũ bene carnosus fuerit æger ac iuuenis, frigidæ aquæ perfusio reuocationẽ caloris faciẽs, passionẽ sanet. Vnde & manifestũ fit q nõ sua vi frigida aqua morbũ tunc sanat: sed ex accidenti, quoniam iuuenibus bene carnosis reuocationẽ caloris facit. In alia. n. ætate nil proderit, quoniã neq; reuocationẽ efficit: quando neq; in hac, vllo anni tempore, præterquam æstate media. Nam aquæ frigidæ occursus aut vincit natiuũ calorem, aut colligit: vincit quidem, cum debilis fuerit: colligit autem, cum fortis, ipsum continens, ac difflari prohibens. Excipit autẽ eas, quæ sunt cũ vlcere, conuulsiones, vt quæ nunquam ab aqua frigida sanari queant, neq; si æger iuuenis, & natura calidus fuerit, & æstiuo anni tempore, ac regione calida: quoniam (vt & ipse antea dixit) vlceribus frigidum mordax, dolorem insuppurabilem facit. Ijs igitur, qui ex vlceribus conuelluntur ob neruosorum corporum inflammationem, contrarium vehementer est frigidum, vt quod neque vlcus iuuet, neq; corporum neruosorum dissoluat inflammationem.

22 ‖ *Calidum suppuratorium, non in omni vlcere magnum ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, conuulsiones, & distentiones mitigat: & ex ijs, quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem: plurimum* D *autem confert ossium fracturis, sed nudis præcipue, † eorumq; maxime, qui in capite vlcera habent, } & quæcunq; à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & herpetibus exedentibus, sedi, pudendis, vtero, vesicæ: his calidum amicum, et iudicans: frigidum, inimicum, & permens.*

de Tumorib. 3ª. 84. b 2. de Præsag. ex pulsib. 4ª. 109. g 1. de arte cura. ad Glauc. 7ª. 101. a

in Eodem.

† *Al. maximeq; in capite. et ita videtur legisse Gal.*

Sicuti frigidum conuulsiones, & distentiones facere natura aptũ, tamen sanat aliquando, quam quam raro, distentionem: sic & calidum, quantum ex sui natura, ad suppurandum efficax, est aliquando prohibens suppurationem: siquidem vlcera putrida, & simpliciter omnia, quę fluxiones habent, adeo non suppurat calidum, vt his etiam plurimum noceat: atque hæc ambo in vnum coniunguntur, nocere vlceribus, & minime suppurare: sicuti contra, prodesse, ac suppurare. Maximum etenim est vlceri signum ad securitatem, & pus, & medicamen, quod habet id faciendi facultatem. Nihil enim mali potest aduenire vlceri pus generanti. Quæ igitur conuulsionem afferunt, non suppurantur omnino. Similiter autem & quæcunq; vlcera sunt putredini obnoxia, & quæ partes circunstantes exesas habent: atque hæc difficulter ad cicatricem perducuntur vniuersa & minime suppurantur: & quæcunque ex malis vlceribus propriis nominibus insigniuntur, veluti quæ cancrosa, chironia, telephia, & phagedænica, id est carnem comedentia nominantur, omnia & ipsa non suppurantur. Maximum igitur signum vlceri ad securitatem, est pus: & hoc potes

conijcere

conijcere ex calidi vſu. In quibus enim non congruit, videbis hæc à calido inſuppurabilia perdura re. Deinceps autem calidi opera, quæ frequenter apparent, enumerat. Etenim cutem induratam mollit, & craſſatam extenuat, & dolorem ſedat, & conuulſiones ac diſtentiones mitigat: nec, ſicuti frigidum, dolorem inſuppurabilem efficit, quoniam eſt à natura noſtra alienum, quæ eſt calor natiuus, quem coauget, vbi mediocriter adhæreſcit. Calor vero extrinſecus facit hæc omnia, quæ dicta ſunt, non nulla q3 concoquendo, & ad melius alterando: quædam diſcutiendo, & euacuando noxia, ad ſanitatem perducit: quo'd ſi non ex toto ſanet, ſaltem dolores mitigat. In capitis vero diſpoſitionibus & hæc eadem facit, & eas, quas καρηβαρείας, id eſt capitis grauitates, nominant, ſanat, concoquens atq3 diſſoluens, quæcunq3 moleſtant. Et quidem fracturis oſſium vtiliſſimum eſt, & magis nudis, hoc eſt carne exutis: adhuc autem magis ijs, quæ in capite fiunt, nam talia frigidum maxime offendit: vt quod non oſſibus tantum, ſed ipſi quoq3 cerebro ſit inimicum. Iam vero &, quæcunq3 partes ex algore emoriuntur, ijs calidum remedio eſt: ſic, quæ frigidum exulcerat, ſicuti hiberno tempore calcanea, & digitos, & omnino extrema, horum quoq3 remedium eſt calidum. Sanat etiam herpetas exedentes, quamuis ab humore bilioſo calido q3 fiant: nam propter exulcerationem frigidum eſt ipſis inimicum, vt quod eis mordax exiſtat. Sic & omnibus, quæ ſunt in ſede diſpoſitionibus, amicum quidem eſt calidum, contrarium vero frigidum, quoniam ſedes eſt ner F uoſa: frigidum vero neruis eſt inimicum: & quoniam per communicationem frigiditas facile ex ſede ad ventrem aſcendit, & eodem modo caliditas. Sic & vtero & veſicæ calidum quidem, amicum & iudicans: inimicum vero & occidens, frigidum: nam & hæ pariter neruoſæ ſunt, & ſupraiacentibus partibus facile tradunt frigiditatem. Quo'd autem omnibus, quæ in aphoriſmo dicuntur, communiter ſubiecit, his calidum eſſe amicum & iudicans, frigidum vero inimicum & occidens, liquet, etiamſi à me non dicatur.

23 in li. de Humidorũ vſu, in fine.

‖ *In his frigido vtendum, vnde fluit ſanguis, aut fluxurus eſt, & non ad ipſa, ſed circa ipſa vnde influit, & quæcunque inflammationes vel inflammina ad rubrum & ſubcruentum ſanguine recenti tendunt: nam veteribus nigredinem affert. Eryſipelas etiam non vlceratum iuuat: nam exulceratum lædit.*

in 6. Epi. cõ. 5. t. 14. 3ª. 172. f

Eas, quas facit frigidum, vtilitates, ac mala hoc tranſigit aphoriſmo. Primũ, in quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt, inquiens conferre ipſum, non ipſis partibus manantibus ſanguine admotũ, (vlceribus enim frigidum mordax) ſed circunſtantibus, & illis præcipue, vnde aliquid ad vlcera profluit. Et quidem ait omnes iuuare inflammationes, quas ipſe ſic nominat inflammina (græce ἐπισφλοὺς ἰματα) hoc eſt veluti ab aliqua ſuccenſa flamma, propter humorum, à quibus fiunt, cali- G ditatem. Nam & hæc frigido gaudent. Videntur autem hæc omnia intuenti, colore rubra & ſubcruenta, recenti ſcilicet, & non antiquo ſuffuſa ſanguine. Nam ſanguis antiquus floridum non habet colorem. Quare frigido admoto liuere, & nigras fieri contingit partes patientes. Eodem modo & eryſipelas non exulceratum iuuatur à frigido, ſicuti vlcerato mordax eſt frigidum, & dolorem affert: & hac ratione nocet, cum partes dolentes ſemper ad ſeipſas moueant fluxiones.

24 ‖ *Frigida, qualis nix & glacies, pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem, & deſtillationes.*

in 6. Epi. cõ. 5. t. 14. 3ª. 172. f h

Hactenus de aqua calida & frigida ſermonem habuit, nunc autem de niue & glacie differit, illud oſtendens, quo'd tanto magis hæ nocere poſſunt, quanto ſunt aqua frigida frigidiores, & quo'd thoracis partibus ſunt inimiciſſimæ, cum & tuſſes moueant, & vaſis plerunq3 diruptis ſanguinem manare faciant, & ex capite deſtillationibus thoracem offendant atq3 pulmonem: nam has quoq3 nix facit & glacies, cerebrum refrigerantes.

25 in li. de Humidorũ vſu, haud longe a fine.

‖ *Tumores articulorum atq; dolores abſq; vlcere, et podagricos quoq;, atq; conuulſa, horum plurima, frigida aqua large effuſa leuat, & extenuat ſoluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem ſoluit.*

6. de Compoſ. medi. per gen. H 5ª. 255. c

Quo'd quidem aqua frigida horum plurima iuuet, oſtendit. Sed, quę nam hæc ſint, dicere præter miſit: tanquam ex illis, quæ antea dixit, non ſit admodum difficile inuenire. Quæcunq3 enim inflammationes, vel inflammina ad rubrum & ſubcruentum recenti ſanguine tendunt, à frigida ait aqua ſanari, quę influxum ſcilicet cohibet, & hac ratione corpora euacuat: quapropter & dolorem in talibus ſoluit, quia eius cauſam abſcindit: refrigeratio etiam partium largior, affert torporem mediocrem, qui & ipſe dolorem ſoluit ſenſum hebetando.

26 2. Epid. ſect. 2.

‖ *Aqua, quæ cito calefit, & cito refrigeratur, leuiſſima eſt.*

de Ptiſſana 2ª. 47. a

Non pondere talem eſſe leuiſſimam dicendum eſt. Sic enim nihil magnum edoceret, præter id, quo'd per quendam circuitum illud inuenit, quod facile erat ſtatim inuenire. Nam, ſi pondere leuiorem aquam dignoſcere quærit: promptum ipſi fuit ad proprium eorum, quæ ponderantur, iudicium rem deducere, eius q3 per lancem ac pondus inquiſitionem facere. Sed nunc leuiorem dixit aquam, quæ ventrem non grauat, & quæ cito permeat: ſicuti iſti contrariam, grauem vocamus, quæ cito non permeat. Liquet autem, quo'd non ſolum hoc iudicium exiſtit virtutis aquæ, ſed quo'd cum alia in propatulo ſint, & omnibus nota, hoc vero aliquid habeat artificioſum: Sic ad

in 6. Epi. cõ. 4. t. 10. 3ª. 182. d
1. de Simplicĩ medic. facultatibus. 5ª. 5. b
de Bonitate aquæ, Spur. 75. h

*κριτήριον.

id prodendum

A id prodendum ſcriptis Hippocrates venerit. Sed quę nam ſunt alia? Primum quidem, ſi neq; turbida, neq; cœnoſa: deinde ſi neq; in guſtu, neq; in odoratu aliquam abſurdam qualitatem præ ſe fert: tum & illud, quod nunc Hippocrates dixit, ſi cito refrigeratur, & calefit: nã perſpicuũ exiſtit, talem eſſe bene altera bilem. Sicuti autem cibi virtus eſt eſſe bene alterabilem, ita & aquæ: ſiquidem facile tranſmutari volumus, quicquid concoqui debeat ab inſtrumẽtis, quibus eſt coctionis munus à natura demandatum. Quicunq; vero ſola potantium diſpoſitione, optimam aquam iudicant: certiſſimo quidem vtuntur iudicio: verum, ſi hoc tantum aſſumpſerint, non recte faciunt. Prius enim oportet de aqua ex dictis ſignis iudicare, antequam ad talem veniant experientiam. *τεκμηρίῳ.

A.lib.1.f.3.d.1. c.8.fol.64.a

27 *Qui noctu bibere appetunt, ijs admodum ſitientibus, ſi ſuperdormierint, bonum.*

Neq; ſi dandus, neq; ſi minime dandus ſit potus ijs, qui noctu admodum ſitiunt, quicquã oſtendit, ſed hoc tantum, q̃ ſuperdormire confert. Coquitur enim per ſomnum, vt liquet, & ſubdeſcendit id, quod efficit ſitim. Non tñ illud eſt in obſcuro, q̃ valde ſitientibus potus eſt dandus, ſiue ex potatione vini meracioris, ſiue ex defectu potus ſitis aduenerit. Nam & defectui exhibẽdo ſuccurrere: & illam, quæ facta eſt ex vino, caliditatẽ aqua reſtinguere, theorema eſt medicinale. Si tamen
B modice ſitierint, non omnino eis dandus eſt potus, ſed conſiderandum nunquid ex defectu humidi tale quid patiantur, ſiue ex nimia vini potatione: contingit enim & hos ex ſomno iuuari.

28 *Suffitus aromatum, muliebria ducit: ſæpius vero, & ad alia vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem.*

Muliebria dicit, vt liquet, ea, quę ex vtero mulieribus euacuantur in menſtruis purgationibus, & à partu. Clarum etiam illud eſt, q̃ & hoc in loco, illas, quæ vel propter vteri inflãmationem, vel euerſionem, aut talem aliam cauſam non purgantur, non aliter recte curabimus, q̃ eam curantes paſſionem, cuius eſt caſus ſuppreſſio menſtruorum. Illas vero, quæ ſine hac paſſione parcius purgantur, ijs, qui nunc ab ipſo docentur, ſuffitibus curat. In his enim vel ſanguinis craſſitudo cauſa eſt retentionis, vel obſtructio vaſorum, quæ pertingunt ad vterum, vel eorundem obſeratio, totius ve ipſorum ſubſtantię dẽſatio. Quodcunq; vero dictorum in cauſa fuerit, ex aromatibus ſuffitus ſanat diſpoſitionem, qui vi ſua aperit vaſorum fines obſeratos, extenuat q̃ humorum craſſitudinem, & obſtructiones incidendo remouet. Multoties vero & ad alia, inquit, vtilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. Nam totum corpus poterat continue ſuffiri per vterum in omnibus frigidis, atq; humidis diſpoſitionibus, niſi timeremus illam, quæ fit ex ſuffitu, capitis grauitatem, præ-
C ſertim in febribus. Quod vero omnia ferè aromata natura apta ſint facere capitis grauitatẽm: & experientia oſtendit, & ratio docet. Quæcunq; enim ſatis calefaciunt, omnia capitis grauitatem cauſant: vtpote ſui natura calido ſuperiora petẽte. Calida autem eſt ſufficienter omnium aromatum natura, præcipue q̃ Caſiæ, Coſti, Cinnamomi, & Amomi. * dolorem.

in 1. Epi.cõ.3. i.30.3ª.126.f

29 ‖ *Grauidas medicare † turgente materia } à quarto menſe vſque ad ſeptimum, minus vero has. Recentiores autem, & ſeniores verere oportet.* 4ª.Aph.1.27.a Τὴν ὀργᾶ.

Hic aphoriſmus dictus eſt & antea, vbi de medicatione ſermo habebatur. Sed & hic, vbi de mulieribus agitur, in quampluribus exemplaribus inuenitur. Quidam vero eximunt ipſum, ne bis ſcriptus inueniatur. Noua autem expoſitione non indiget præter illam, quam retro ſcripſimus.

30 *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lethale eſt.*

Non abſq; ratione. Si enim ſit febrilis morbus, neceſſe eſt ipſum febres habere continuas, Talis enim eſt morbus acutus: & in hoc duplex eſt periculum: Vnum quidẽ propter febrem ipſam fœtum occidentem: alterum vero, q̃ ex longo interuallo cibum dantes, ex alimenti defectu fœ-
D tum deſtruemus. Si vero, vt hunc ſeruemus, non verebimur crebro cibum exhibere, febres continuas victu intẽpeſtiuo augentes, matrem occidemus. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus fiat, veluti morbus comitialis, morbus attonitus, quem Græci apoplexian vocant, conuulſio, diſtentio: propter magnitudinem morbi & acutiem impoſſibile eſt laborantem euadere. * συντονίαν.

31 *Mulier vtero gerens, ſanguine miſſo ex vena, abortit, & magis, ſi fœtus ſit maior.*

Ex defectu alimenti fœtus deſtruitur, non modo miſſo ſanguine ex vena, ſed etiam ex longiori inedia. Oſtendemus autem hoc ipſum paulo poſt & per alios aphoriſmos. Nõ abſq; ratione autem & maior fœtus magis deſtruitur miſſo ſanguine ex vena mulieris, quia pluri indiget alimẽto.

d Venę ſect.aduerſ.Eta.6ª.6,c 5.Metho.med. 7ª.30.c Cõtra ea, quę à Iuliano ī Hippo.apho. dicta ſunt. Ext. ord, 66.f

32 ‖ *Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio.* 1.de Morbis. Mulieri ſanguinem vomenti. & c.ad initia.

Non abſq; ratione: Erit enim retractio ſimul, atque euacuatio ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Hoc quidem igitur & experiẽtia comprobat vtiliter fieri: nos vero ab ipſa excitati opera, quæ bene à natura geruntur, imitabimur: & mulieres hac paſſione laborantes, miſſo ſanguine è vena, vacuabimus.

Menſtruis

33 *Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.* E

Quòd quidem sit necessarium eum, qui singulis mensibus bene euacuatur, sanguinem, quando ob aliquam dispositionem fuerit retentus, mulierem lædere, & ꝙ per aliam partem euacuatus, omnem corporis tollet læsionem, vnicuiq; est manifestum. Cum vero multa sint lòca, per quæ potest euacuari, omnibus alijs aut maius, aut minus inest detrimentum: sola, quæ fit per nares, euacuatio innoxia est, quam nunc laudat Hippocrates. Non tamẽ, si qua etiam alia euacuatio sine noxa est, propterea aphorismus est falsus. Neque enim ꝙ sola per nares euacuatio deficiẽtibus menstruis bona sit, dixit: sed hanc simpliciter laudauit, non adiuncto, ꝙ sola. Siquis igitur eam, quæ fit per sedem, dixerit ita affectis mulieribus vtilem esse, non aduersatur aphorismo. Videtur enim ali quando Hippocrates per vnum exemplum de similibus omnibus pronunciare.

34 *Mulieri in ϒtero gerenti si aluus plurimum profluat, periculum est ne abortiat.*

Ratione euacuationis & nunc Hippocrates inquit periculum abortus esse, quemadmodum & antea in missione sanguinis è vena, ostendebamus.

35 *Mulieri, quæ ϒterinis molestatur, aut difficulter parit superueniens sternutatio, bonum.* F

Vnum in aphorismo verbum habet obscuritatem /vterinis/ (græce hysterícis.) Nõ nulli enim per id accipiunt oẽs, quę vtero aduenìunt dispositiones: nõ nulli vero illas tantum, in quibus passio contingit, quã vocant vterinam strangulationem, quę tñ non est vere strangulatio, sed apnœa, id est ablatio anhelitus: alij secundas (græce choria) intelligunt: nam & has vteros nominant. Verum hi aperte aberrant, quãuis maxime verum dicere videantur: ꝙ secundæ contentæ in vtero, ex sternutatiõe dirumpunt. Alius.n. de his ‖ aphorismus est ab ipso perscriptus. Et plurimum refert, an vterũ dixeris, an vterina. Falsum est etiam illud de oĩbus vteri passionibus dictum esse ab ipso sermonem. Neq; n. exulcerationes, neq; inflammationes, neq; erysipelata, sicuti neq; abscessus, sternutatio iuuat. Verum autem hoc, ꝙ in vterinis strangulationibus superueniẽte sternutatione, patiens aliquantulum leuatur, non solum quia bonum est signum sternutatio sponte aduenìens ijs, quæ ita se habent mulieribus, sed quoniã & causa, vt quæ sit huius passionis remedium. Signum itaq; bonum existit, quia naturam ostendit, quæ prius obstupuerat, excitari, ac reuiuiscere, & propriarum meminisse motionum: quando aliquam eijcit superfluitatem. Ostensum est enim in libro de causis accidentium, sternutationem hac ratione fieri. Causa autem, ob quam iuuat, est, quia G vehementiore concussu, atq; feruore partim quidem naturam excitat, partim vero excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant. Sic enim & singultum sanare solet.

infra, aph. 49.

36 *Mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus ϒenientes, purgationem indicant esse necessariam.*

In multis exemplaribus scripturam ita se habentem possumus inuenire. Mulieri menses tardi, nec per idem semper tempus venientes. Possunt igitur & menses tardi, hoc est, qui post consuetum veniunt circuitum, purgatione indigere humoris pituitosi, ob quem & decolores fiunt: non tamen egemus hac sola necessario: nam & per extenuãtem aliquando victum tales dispositiones sanauimus. Scriptum autem est à nobis de hoc extenuanti victu, libro vno seorsum. Suffitus insit per aromatum idem facit, & qui eandem isti vim habent, pessi adhibiti, epota q; medicamẽta, quæ incidunt, & humorum crassitudinem extenuant, quale est, quod calamento fit, quo nos assidue vtimur, quod q; sæpius tardantes mensium purgationes exciuit. Nam intentio sanationis in ipsis est, cum ora vasorum aperire, quæ pertingunt ad vterum, tum sanguinem extenuare. Ac sanè quidẽ purgatio totius corporis, vt dixi, quando crassi euacuantur humores tales sanat dispositiones. Si vero /decolores/ scriptum sit, multo magis purgatio sanabit ita se habentes mulieres. Neque enim H propter humorem pituitosum tantummodo, sed & propter melancholicum, & bilìosum menses fiunt decolores. Quomodo igitur ‖ dignoscere oporteat humorẽ superabundãtem, ipse in primo de muliebribus docuit: nunc autem, ꝙ per purgationem euacuandum sit: idem monstrauit. Verba autem illa /nec per idẽ semper tempus venientes /huic scripturæ magis consonant: vt totus sermo sit talis: Si menses decolores fiant, & non per idem tempus veniant, quo antea venire consueuerant, mulier purgatione indiget. Contingit enim in mulieribus, quæ malos humores habent, non modo decolores apparere menstruas purgationes, sed etiam tempus periodi non seruari: siquidem crassiores fuerint humores, & difficilius fluentes ijs, qui secundum naturam se habẽt, morando, & longius tempus expectando: sin autem contrarij, hoc est humidiores, ac tenuiores, consuetum terminum anticipando.

1. de Mor. Muliebrib. vbi ait, Cum mẽses ꝓdeunt, linteum cõplicatũ, &c.

37 ‖ *Mulieri ϒtero gerenti ‖ si mammæ graciles repente fiant, abortit.*

2. Epid. sect. 1ª. Velut abortiẽtium mammæ graciles fiunt.

Hic pariter aphorismus ex illorum numero est, quos diximus defectum alimẽti fœtui significare. Cões enim quędã venę sunt vteris, ac mãmis: quę, vbi parũ habuerint sanguinis, graciles quidẽ mãmas reddunt, atrophia aũt, i. alimenti cessatione non nunq; fœtum perimunt, non nunq; etiã ad excretionem

14. de Vsu partium. 1ª. 207. c 6. de Locis affectis. 4ª. 41 d 5ª. Aphor. 53. 42. c

« A excretionem excitant, illam ob causam, quam ipse in libro de natura fœtus, per hæc verba explicat: ‖ Alimentum, atque auctio à matre veniens, non amplius est infanti sufficiens, quãdo decem menses præterierint, & fœtus auctus fuerit. Trahit enim à sanguine ad se id, quod est dulcissimũ: & simul etiam lactis parte aliqua fruitur. Vbi vero hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens, quàm illud, quod adest: calcitrat, & membranas dirumpit. In lib. de Natura fœtus siue pueri, haud longe à fine.

Liquet igitur, ꝙ & ante decem menses fœtus est indigens alimẽto, & calcitrans, ac membranas dirumpens initium partus matri affert.

14. de Vsu par. 1ª. 205. b
6. de Locis aff. 4ª. 41 d
5ª. Aphor. 53. 42. c
de Anatomia viuorũ. Sp. 31. f

38 ‖ *Mulieri vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos habenti, alterum abortit: &, si quidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si vero sinistra, fœminam.*

Quod suprascriptus aphorismus de ambabus mammis dicebat, hoc in altera iste dicit: propter illam vero, quã diximus de venis cõmunibus causam, is, qui è directo est mãmę factę gracilioris, fœtus abortum patitur. Quòd autem existentibus geminis, altero mare, altero fœmina, si dextra quidem mãma gracilis fiat, solus mas: si vero sinistra, fœmina sola corrumpatur: ex illa ipsius pendet opinione, qua mares quidem in dextris, fœminas vero in sinistris magis concipi opinatur.

6. de Locis aff. 4ª. 41. b

B 39 ‖ *Si mulier, quæ neque grauida est, neque peperit, lac habet: huic menstrua defecerunt.*

6. de Locis aff. 4ª. 41. b

Ratio quidem longior existit: & oportet illum, qui eam exquisite assequi debeat, exercitatum esse in libris de potentiis naturalibus. Tantum tñ de his nunc à nobis dicetur, quantũ breuissime dictum possit ad præsentia conferre. Hoc quidem cõmune est oĩbus animalis partibus, quæ aptæ sunt humores aliquos vtiles generare, aut ad usum aliarũ partium, aut ad generis propagationẽ, aut ad conceptus nutritionẽ, esse humorem illum quandã ueluti superfluitatẽ partis ipsum generantis. Non enim quia norit, ad qd vtilis erit humor aĩali, ipsius facit pars generationẽ, nisi debeat talem habere intellectũ, qualem habere ciuitatum gubernatores arbitramur oportere, sed animalis quidẽ opifex illum habet intellectum, ipsa autem pars (ut ostensum est) potentiis regitur naturalibus, cũ aliis quibusdam, tum alteratiua, per quam assimilat alimentum sibiipsi. Quantũ igitur alimẽti ab ipsa alterati fuerit nutrito corpori exquisite assimilatũ, illi apponitur parti, ac nutrit eã. & hoc est, quod ipse ait: ‖ Alimentũ est, quod alit, & quod est ueluti alimẽtũ, & quod debet alere. Superfluũ uero, quod supereſt, similis quidẽ naturę partis humor existit, ĩ ossibus quidẽ id, quod in cauernis eorũ continet, in hepate uero sanguis: ex hoc genere est & spumeus humor, q in carC ne pulmonis continet, & qui in articulorũ cõpagibus glutinosus humor, & id, quod in testibus, & in uocatis paraſtatis, semen, & qui in lingua, cui nomen saliua. Sunt autẽ & quidã in mammis adenes, uim habentes id, quod ad eos influit, sibi ipsis assimilandi. Cum ergo hi sint exangues, & albi, propriũ efficiunt humorẽ, talẽ, quale est lac, eius q; maiorẽ copiã, quo plus alimenti defertur ad ipsos. Plus uero defertur octauo, & nono mẽse cõceptionis, qñ abundanter oppletę sunt communes uenæ uteri, & mammarũ, sicuti in animalium prẽgnantium dissectionibus manifeste conspicitur. Fit aũt & tale quandoq; licet raro, cum mulier grauida non est, qñ ad simílẽ peruenerint uenæ repletionem ex menstruorum retentione: cuius nunc dispositionis Hippocrates meminit. In lib. de Alimento, prope à principio.

40 ‖ *Quibuscunque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.*

2. Epi. sect. 6ª. I ipso libri fine.

Quòd quidem sanguis ad mãmas feratur, deinde ab adenibus, qui ibi sunt, in lac trãsmutet, in præcedenti scriptum est aphorismo: nunc autem, qñ intransmutabilis mãserit hic, qui ad eos sanguis peruenerit, furorem ait Hippocrates significari. Ego quidem nõ dum hoc accidisse uidi: &, si quando eueniat, ex iis est, quæ raro eueniunt. Hippocrates uero, ut qui uiderit, scribit: &, si uerũ sit, talem ipsius oportet causam existimare. Adenum natura, illorũ prẽsertim, qui in mãmis sunt, D exanguis est, & proculdubio frigida: oẽ enim exangue frigidum: atq; ideo sanguinem, qui defert ad ipsos, ad frigidius cõmutat. Quãto enim adenes hi sunt hepatis carne frigidiores, tanto lac sanguine. Cum igit multus aliqñ sanguis & feruens per totũ labit corpus, & caput præcipue petit, in furorẽ quidẽ capientur: qm̃ sanguis talis occupat caput: qui vero ad mãmas defertur, ad contrariã naturam alterari non poterit ita, ut lac fiat, tũ propter feruorẽ, tum propter exuperantiam.

41 *Si velis noscere, an conceperit mulier, cum dormitura est, ei aquam mulsam potandam da: &, si alui tormina patietur, concepit: si minus, non concepit.*

Tormina fiunt quidem & propter mordacitatem, fiunt etiam propter spiritũ flatuosum, qui facilem non habet exitum: quæ tormina fieri etiam nunc est arbitrandum in mulieribus, quæ cõceperunt, propter eam, quæ fit ex utero, angustationem. Dat autẽ aquam mulsam mulieri dormituræ, crudam uidelicet: ea flatuosa ad dignotionem opus habet: uolens & quiescere simul, & plenam esse cibis mulierem: hæc enim ambo conferent ad torminum generationem.

42 *Mulier, si marem concepit, bene colorata est: si vero fœminam, male colorata.*

Vt ad seipsam muliere collata uidelicet, non autem ad alteram, dictum est ab Hippocrate indi

cium,quod ex bono colore,ac malo ſumitur.Nam,quæ fœminam concepit,minus ſeipſa colora- E
ta apparet: quoniam frigidior eſt fœmina mare.Nunquam vero talem concepiſſet, niſi & viri ſe-
men,& vterus mulieris frigidior eo tempore fuiſſet,in quo concepit. Quare,quod dicitur,ex eo-
rum numero eſt,quæ ſæpius eueniunt. Contingit enim ita omnia recte agere mulierem poſt tem
pus conceptionis,vt bene colorata fiat. Liquet autem,quòd & alia ſigna ſunt, quę ſignificent ma
rem eſſe conceptum: ſicuti ipſius conceptus plurimæ,ac validæ motiones: quæ tamen neq; ipſæ,
ſigna perpetua ſunt. Contingit enim aliquando, licet ſit rarum, quòd concepta fœmina ſit mare
robuſtior,& multis,ac validis motibus moueatur: contingit etiam, vt aliquando mas ſit debilior
fœmina,ac paucioribus debilioribus que motibus cieatur.

43 *Si mulieri grauidæ in Vtero fiat eryſipelas, lethale.*

Nunquid ſolum eryſipelas in vtero mulieris grauidæ conſtitutum, putat eſſe lethale, an illam
etiam,quæ proprio nomine dicitur phlegmone,hoc eſt inflammatio? Quòd enim facto in vtero
eryſipelate,fœtus moriatur ex neceſſitate,manifeſtum eſt: quãdoquidem & febres acutæ aliquan
do ſine eryſipelate ipſum interficiunt. An vero vtero inflammationem patiente, poſſit aliquan-
do fœtus viuere: dignum eſt inquiſitione. F

44 *Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes, Vtero gerunt, abortiunt prius, quàm craſſeſcant.*

Secundum trẽs modos intellexerunt expoſitores libri huius,præſentis aphoriſmi ſententiam.
Quidã enim oĩno arbitrantur ipſas abortire: quidã vero,ſi non craſſeſcant,& reficiantur,ſed ma-
neant abſq; refectione,ac tenues: quidam vero,cũ reficiunt, tunc maxime eas exiſtimãt abortire:
quod minus vr,cp prius dicta,veriſimile. Verũtamen ita expoſuit Numeſianus, dictũ inquiens
eſſe aphoriſmũ in iis,quæ prẽter naturã extenuatæ ſunt,& quas prius refici oporteat: ſed, cũ con-
cipere anticipent,eas nõ poſſe refici ait, abſq; cp ſanguis ad cõceptus alimentũ deputatus, ad eius,
quæ concepit,nutritionem aſſumatur: quare non abſq; ratione fœtus ſufficienti indigẽs alimen-
to,corrumpitur.Sed & verba illa /Præter naturam tenues/ quidam ita acceperunt, ſicuti Nume-
ſianus,vt præter ſui ipſius naturam grauida mulier ſit extenuata. Quidam vero magnũ exceſſum
dicunt ſignificari,volente Hippocrate nobis inſinuare, non cp mediocriter extenuatę id ex neceſ
ſitate patiantur,ſed quæ valde ſunt extenuatæ. Vtraque autem expoſitio non caret ratione.

45 ‖*Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt ſecundo,aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta,iis aceta-* G de Diſſectione vuluæ. 1ª.109.f
bula Vteri plena mucoris ſunt,& non poſſunt ex pondere fœtum continere, ſed dirumpuntur. 15. de Vſu partium. 1ª.211.h
1. de Semine. 1ª.331.b
6. de Locis aff. 4ª.41.c

Sine manifeſta occaſione ait,febre vehemente,vel aluí fluxu,vel profluuio ſanguinis,vel eryſi
pelate in ipſo vtero conſtituto,vel ſaltu grauidæ mulieris vehementiore,vel clamore,vel triſtitia,
vel ira,uel timore,uel uictu parciore,uel alio tali aliquo actu ſeu paſſione. Eſt enim veriſimile in
his eſſe plena mucore ora vaſorum uenientium ad uterum, ex quibus ſecundæ pendent: quę ora,
acetabula nominauit,non (ſicuti quidam arbitrãtur) adnatas ipſis carnes adenoſas. Nam, ut ipſe
1. de Morbis muljebrib. circa libri dimid. inquit in primo libro de paſſionibus muliebribus,‖Si acetabula plena fuerint pituita, menſtrua »
fiunt pauciora.Et Praxagoras in primo de naturalibus, Acetabula,inquit,ſunt ora uenarũ,et arte »
riarum,quæ feruntur ad uterum. »

In lib. de Natura muliebri, Si ỳo craſſe facta fuerit mulier, &c. Et ĩ lib.de ſterilibus, iiſdẽ verbis,& in lib. De ſuperfœtatione,Si mulier prę pinguitudine &c.

46 ‖*Quæcunque præter naturam craſſæ, non concipiunt Vtero : iis omentum os Vteri comprimit,& prius, quàm extenuatæ fuerint, non concipiunt.*

Verba /præter naturam/ dupliciter etiam hoc loco accipiunt: quidam enim exceſſum ſignifi-
cari arbitrantur: quidam præter ipſius mulieris grauidæ naturam. Verior eſt autẽ prior acceptio:
nam ab omenti pinguedine comprimitur,atque anguſtatur uteri os iis,quæ ſupra modum craſſę H
ſunt: appellat autem nũc os,illud,quod intus eſt,ubi uterus quidem deſinit, collum uero incipit:
quod magis proprie os uteri diceretur. Nam altera colli extremitas, quæ muliebri pudendo con-
iungitur,non uteri,ſed ipſius colli os haud ſine ratione uocaretur.

* ἔμμοτον, i. liniamẽtariũ. † διὰ τῶν μοτῶν. 47 *Si Vterus in coxam Vergens ſuppuratur, neceſſe eſt linamentum fieri.*

Cui neceſſarium eſt fieri † per linea fila} curationem, linamentum nominauit. Quòd autẽ ute
rus ſuppuratus,& præſertim ad exteriora (nam hoc nunc uidetur dicere) curatione tali ex neceſ-
ſitate indigebit,non eſt obſcurum.

48 *Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ Vero in ſiniſtris magis.*

14. de Vſu partium. 1ª 205.b in 6. Epi cõ. t.44 3ª 169.a. Et com.4.t.13. 3ª.186.h

Quòd propter temperaturã,quæ ſtatim ab initio calidior exiſtit, fœtus maſculus generatur, in
cõmentariis de ſemine,eſt demonſtratũ. Calidior uero tẽperatura fœtibus aduenit non minime
ob locũ,qui eſt dextra uteri pars: hęc autẽ calidior ſtatim exiſtit propter hepatis uicinitatẽ: confe-
ret autem aliquid ad conceptus caliditatẽ & muliebre ſemen profuſum quidem ex propriis teſti-
culis per utrunq; corniculum,partim in dextrũ uteri ſinum,partim in ſiniſtrum, diſſimile tamẽ:

ut &

A vt & hoc ipſum oſtendimus. Si igitur ſeroſius eſt, atq; frigidius, quod in ſiniſtro teſticulo continetur ſemen: etiam iuxta hoc conceptus in læua parte vteri conſtitutus, non abſq; ratione fuerit frigidior. Dictum autē eſt de oībus talibus ſufficienter etiam in quinto libro ſectionis Hippocratis.

49 ‖ *Vt ſecundæ procidant, ſternutatorio impoſito, nares apprehendito, & os.* 2. Epid. in fine ſect. 5ª. Et ſup. aph. 35.

Non cum accentu circūflexo vltimam ſyllabam ὑστέρων, legere oportet, vt ſignificet vterum, ſed cum graui ὑστέρων, vt ſecundæ intelligantur. Neq; n. vult vteros ipſos excidere, tētione facta cum medicinis ſternutare facientibus, ſed ea, quæ choria vocantur, atq; ſecundæ. †

† *In tralatione Veteri impſſa hæc ēt habē tur, q̄ in alijs exemplaribus non inuenies.*

A.li 1. t. 4. c. 21. fol. 81. b

50 ‖ *Mulieri[a] ſi velis menſtrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.*

Sicuti menſtruorum, quæ aut parce, aut nullo modo fluunt, curationem Hippocrates docuit: ita & nunc illorum, quę vltra modū euacuantur, docet, iubens nos cucurbitulam q̄ maximam mā mis apponere. Melius eſt autem non māmis ipſis cucurbitulā adigere, ſed inferius ſub ipſis eam affigere, potiſſimū, vbi ſunt venę, quæ ad ipſas deſubter veniunt. Sane q; nō nulli his verbis apho riſmum ſcribunt, Cucurbitulam quā maximam ſub māmis pone. Vult aūt q̄ maximā eſſe cucur-
B bitulam, vt fortiorē faciat ex vtero ad ſuperiora reuulſionem, per cōes id venas artificioſe molitus.

Menſtruum hoc eſt humoribus pūgitiuis groſſum pūgētib⁹ inteſtinū, quod vocatur colon qui infirmū cogunt exprimere, ſi forte eos pūgētes poſſit emittere: vnde & hæc expſſio ſi mulieri grauidę euenerit, ſicut Hippocrates dixit, cauſa eſt abortiendi: nimius .n. expſſus nimiū facit motū: vnde abortire neceſſe eſt fœtū: quia rupit ligamētū.

3 de Naturalibus faculta. 1ª. 303. a 5ª. Apho. 54.

51 ‖ *Quæ vtero gerunt, ijs vteri os comprimitur.*

Maximum hoc eſt mulieris, quę cōcepit, indicium, ſi obſtetrix potuerit immiſſo digito os vteri tangere. Statim. n. cum ſemen intra ſe ipſas acceperint, totum ſui interius ſpatium contrahūt, & os claudunt. Videtur autem & propter durum tumorem, & inflammationem os vteri cōprimi: diſtinguitur q; ab eo, qui in grauidis, ex duritie vteri.

14. de Vſu parti. 1ª. 207. c

52 ‖ *Mulieri vtero gerenti ſi lac multum è mammis effluat, fœtum imbecillem ſignificat: ſi vero mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.*

Illo vidēlicet tempore fluit lac, quibus viſum fuerit fluere, quando natura fert, vt in grauidis generetur. Neq; enim in primis generatur menſibus. Quòd autem omnino fluat, & non maneat intus, hoc ideo fit, quia plurimum ex eo colligitur. Plurimum vero colligitur oppletis venis communibus, quæ à mammis pertingunt ad vteros: ſed adhuc magis implentur, quando minimum conceptus aſſumit: hoc vero ipſum fit ob eiuſdem conceptus imbecillitatem. Liquet igitur, q̄ neque
C mammas tenues oportet apparere, ſicuti in muliere non grauida (hoc enim ſignum defectum ſanguinis oſtēdit, & hac ratione fœtus in ipſis corrūpitur) neq; adeo plenas, vt lac effluat, ſed tūm ſubleuari, vt ſolidæ tangentibus videantur. Media enim eſt hæc conſiſtentia inter renitentes propter nimiam repletionem, & molles, ac laxas propter defectum ſanguinis. Quare merito laudat hoc ſignum Hippocrates, vt quod indicio ſit, neq; fœtum eſſe imbecillem, neq; deficere ipſi alimentum.

53 *Quæ corrupturæ ſunt fœtus, ijs mammæ extenuantur: ſi vero rurſus duræ fiant, dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit, & non corrumpent.*

2. Epid. ſect. 6ª.

Prius dixerat, [a] ‖ Mulieri vtero gerenti ſi māmę repente extenuentur, abortit. Dixerat etiam, [b] ‖ Et, ſi altera māma extenuetur gemínos habenti, alterius fœtus abortum ſecuturum: nunc vero ordinem conſecutionis commutauit, & non à ſignis, ſed à mulieribus fœtum corrumpentibus fecit initium, ipſis præcedere inquiens mammas tenues. Non eſt autem omnino idem, ſi dicatur ad māmas tenues ſequi corruptionē, &, futuræ corruptioni māmas tenues præcedere. Qui enim ait ad mammarum extenuationem ſequi corruptionem: hic [c] nō ſolum iſtud oſtendit eſſe ſignum
D futuræ corruptionis. Qui vero dicit ijs, quę debent corrumpere fœtus, māmas extenuari: [d] ſolūm hoc vī oſtendere ſignum præcedere fœtus corruptioni. Quare diligentius inquirēdum eſt, & obſeruandum in ijs, quæ apparent in mulieribus grauidis, ſi nunquam aliter fœtum corrumpunt, ſed ſemper præcedit mammarum extenuatio, vel ſaltantibus, vel magnopere vociferantibus, vel ira excandeſcentibus, vel nimio repente pauore correptis, [e] † contingit mammarum nō præcedere extenuationem. Contingit autem & quibuſdam, vt propter magnitudinem febris, aut factū in vtero eryſipelas, vel mucorem acetabulorum, aut aliquid aliud tale, fœtus corrumpatur abſque mammarum extenuatione. Cęterum videtur Hippocrates exiſtimare hanc ſemper præcedere: & mihi ſępius obſeruanti viſæ ſunt in ſupradictis occaſionibus ante corruptionem mammæ fuiſſe extenuatæ. Nunquid igitur, quando citra aliquam huiuſcemodi cauſam mammæ extenuātur, defectum ſanguinis eſſe in venis vtero, mammis q; cōmunibus, in cauſa exiſtimare debemus: vnde propter nutritionis ceſſationē fœtus corrumpitur: in alijs vero cauſis, in quibus aut propter paſſionem interit, aut dirumpitur fœtus, cum ipſum mēbranæ continētes diuelluntur, natura os vteri adaperiēte, & dolores excitāte, ob has ipſas cauſas ſanguinē ad genitales deferri partes? Hæc enim eſt quædā ratio cōmunis, in quibus natura aliqd violenter excernit, vt eo ſanguis, ac ſpiritus tendat: quibus duobus veluti inſtrumētis natura vtēs, ea, quæ infeſtant, per vim expellit. Atq; hac ra-

A Sup. aph. 37.
B Sup. aph. 38.
C * *Cod multi manuſcripti habēt* ὅτος ἀποφαίνεται ὁ τῆλο μόνον, *ut Leonicen⁹. Im ppſi tollūt particulam illam ὁ, id eſt, non.*
D* *impſſi cod. habēt* ὁ μόνον *i. non ſolum.*
E † *Al. enim vero contingit quidem interdū māmarum p̄cedere extenuationem.*

tione dolentibus partibus inflammationes aduenĩunt, natura excernere, atque expellere cauſam E doloris properante: vt vero hoc faciat, ſanguine, ac ſpiritu locum implente. Hæc itaq; à me dicta ſint in primam partem aphoriſmi. Secunda vero, quæ ſequitur (in qua contrariæ mammarũ meminit diſpoſitionis) talis eſt: Si vero rurſus mammæ duræ fiant. Cum vero dictio /rurſus/ græce πάλιν) duo ſignificet in huuſcemodi locutionibus, alterum quidem, quod antedictæ coniungitur diſpoſitioni, alterum vero, quod per alia verba dici conſueuit vice verſa: mihi verius, & magis Hippocratis ſententiæ cohærere videtur ſecundum ſignificatum: vt, quod in toto dicitur aphoriſmo, ſit tale: Mammæ quidem tenues omnino præcedunt fœtuum corruptionem: & non poſſunt iſti corrumpi ſine earum extenuatione præcedente. Duræ vero, corruptionem quidem non ſignificãt, ſed dolor quidam dictarum partium ad ipſas conſequitur: vt, ſicuti mammæ tenues, defectus ſanguinis ſignificationẽ habent: ſic durę, multitudinis: differentes ab illis, quas paulo ante dixerat ſolidas, in quibus rurſus reponente natura ad quaſdam partes materiam inutilem, illæ dolent, ſed fœtus nullam habet offenſionẽ. Quæſtio aũt occurrit hoc loco, ob quam cauſam ad corpus vteri natura nunc̃q; materiam reponit inutilem, & non facit inflammationem: vel cur inflãmato vtero, fœtus nõ corrumpitur. An, quod ab Hippocrate dicitur, aliud eſt? Neq; n. q̃ nunc̃q; ad mãmas duras corruptio fœtuum ſequatur, putandum eſt fuiſſe ab Hippocrate dictũ, ſed q̃ non ſemper, quẽ- F admodum in tenuibus: verum, ſi ad alterum locum natura reponat ſuperfluitates, (quod ex dolore cognoſcimus) corruptio non ſequitur. Et fiet rurſus, ſi ita intelligamus, ſermo talis: In mulieribus, quæ fœtum corrupturæ ſunt, ſemper mammæ extenuatæ præcedunt: duræ autem, ac plenæ, non ſemper. Omnino enim in his ad alteram partem materiam inutilem natura reponit. Si vero ad vteros ipſam expellat, fient & tunc omnino tenues. Nam ſecundum Hippocratis (vt apparet) ſententiam, etiam ſi propter aliud quic̃q;, & non ob defectum alimenti abortus fiat, omnino præcedet mãmarum gracilitas, ob cauſam antedictam: quare, etiamſi ob acetabulorum humiditatem conceptus effluet, tunc etiam ipſum natura expellente ad excretionem, motio ſanguinis erit ad vteros, & hac ratione mammæ fient graciles magis, q̃; prius erant.

54 ‖ *Quibus os vteri durum eſt, ijs vteri os comprimi eſt neceſſarium.* 3. de Naturalibus faculta. 12. 303. a

Dictum eſt & antea, q̃ os vteri comprimi, commune eſt ſignum & tumoris alicuius in eo præter naturam exiſtentis, & conceptionis in muliere, & q̃ oportet id ex duritie diſtinguere: grauidis enim molle eſt, & ſecundum naturam: durum autem, in quibus eſt tumor præter naturam, ſiue ſit inflammatio, ſiue tumor durus. Melius itaq; fuerat hũc aphoriſmum poſt illum ſcribere, in G quo dicebatur, ‖ Quæcunq; vtero gerunt, ijs os vteri compreſſum eſt. Supra, Aph. 51.

55 *Quæcunq; vtero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt ſine occaſione manifeſta, difficulter pariunt, & cum periculo: aut abortum facientes periclitantur.*

Accidit quibuſdam grauidis, in quibus vitioſi humores prius, quàm conceperint, ſunt aceruati, non nunquam à febribus vehementibus corripi, adeo vt ex neceſſitate abortiant: non nunq̃ vero à mediocribus quidem, ſed cum non purgentur ſufficienter, aliquid ſupereſt reliquiarum humorum in corpore vitioſorum, ex quibus febres erant inſtitutæ, vtpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod validum auxilium adhibere, aut exquiſita victus ratione in ipſis vti. Ob hanc igitur cauſam febris in ipſis frequenter reuertitur, & maxima temporis parte grauiter ſe habent. Non ſine ratione igitur fœtus aliquando nequit obſiſtere, ſed à febribus, & vitio humorum corrumpitur: non nunquam vero perdurat quidem vſq; ad tempus partus, ſed, cum & ipſe valetudinarius ſit, vt qui longo tempore laborauerit, & matrem habeat imbecillem, non ſine periculo paritur. Nam ad bonum partum, duorum corporum vigore eſt opus, & grauidæ mulieris, & infantis. H

56 *Ex fluxu muliebri ſi conuulſio, & animi defectus aduenerit, malum.*

Non ſtatim fluxu conſtituto hæc fiunt, ſicuti nec aliorum vllum, quæcunq; in ſequẽti ſermone quibuſdã alijs ait aduenire, ſed cum vel vehemẽtior fuerit, vel diu perdurauerit. Defectus quidem animi, communis omnis immodicæ euacuationis eſt caſus: conuulſio vero, etſi non communis exiſtat, ad plurimas tamen ex ipſis conſequitur, & magis, ſi pars, quæ patitur, neruoſa fuerit.

57 *Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi: & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt.*

Quibuſdam medicis viſum eſt ex multitudiune quidem multos fieri morbos, ex defectu autem 2. de Nat. hum. t. 1. 7. 181. e nullum. Verum Hippocrates ‖ arbitratur etiam ob defectum fieri aliquando morbos, non ſolum in mulieribus, ſed etiam in viris. Siquidem ad defectus conſequitur aliquando ſiccitas, aliquando frigiditas, aliquando vtrunque. Oſtenſum autem eſt, quòd intemperaturæ, quæcunq; tantam habent magnitudinem, vt poſſint iam lædere operationem, ſunt ex morborum genere. Verum, quantum ad hoc, neq; falſum, neq; obſcurũ eſt quic̃q; ab Hippocrate dictum. Quatenus autem, in pluribus quidẽ menſtruis ſimpliciter dixit fieri morbos, neq; /ex vtero/ adiecit in defectu autem

eorum

A eorum iſtud adiunxit, dignum eſt inquiſitione, nunquid in vtriſq; affectibus dictis, communiter /ex vtero/ ſubintulerit, an tantum hoc proprium ſit defectus menſtruorum. Hoc autem ſcire exquiſite, eſt impoſſibile, niſi omnes nouerimus cauſas, ob quas vel plura, q̄ opus ſit, vel pauciora veniant menſtrua. Poſſibile eſt igitur immodicas fieri menſtruorum euacuationes, ſi ora vaſorū, quæ pertingunt ad vterum, vltra modum aperiantur: & ſi ſanguis vel calidior, vel tenuior fiat: & ſi totum corpus propter malum habitum aliquem aggrauetur ſanguine, quem, licet modum naturæ conuenientem non excedat, expellit ad venas, quæ in vtero ſunt, vt in rheumaticis diſpoſitionibus accidit ex vna parte ad aliam. Eadem vero mēſtrua poſſunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menſtruam purgationem, comprimuntur: vel obſtruuntur ob craſſitiem ſanguinis, ſiue frigiditatem & robur ipſorum, quæ in vtero ſunt, vaſorum, adeo vt, quod influit, non admittant. Quodcunq; autem horum fuerit, neceſſe eſt proceſſu temporis & ipſum vterum pati aut ſimilem inflammationi diſpoſitionem, aut eryſipelati, aut duro tumori, aut cancro: quibus de nuo totū compatitur corpus. In immodicis vero euacuationibus nulla talis accidit vteris paſſio, adeo vt per compatiendi rationem totum corpus vnà laboret: quare fit veriſimilius in ſola retentione menſtruorum dixiſſe Hippocratem morbos contingere ex vtero.

58 B *Recto inteſtino, aut Vtero inflammationem patiente, Vrinæ ſtillicidium ſuperuenit: & renibus purulentis Vrinæ aduenit ſtillicidium: ‖ hepati autem inflammationem patienti ſingultus aduenit.* 7ª. Aphor. 17. 55.b

Quando aliquis parum, & frequenter mingit: hęc paſſio, ſtranguria, i. vrinę ſtillicidium nomi natur: & fit aliquando ex imbecillitate potentię retentiuę in veſica, non nunquam vero ex acritudine vrinę: imbecillitas ergo fit propter intemperaturam, & aliquem tumorem præter naturam: acritudo autem vel propter renum paſſionem, vel quia talis ad ipſos venit ex venis ſuperfluitas ſerоſa percolata. Recte itaq; Hippocrates inquit vrinæ ſtillicidium recto inteſtino, & vtero inflammationem patiente, & renibus ſuppuratis aduenire: In recto quidem inteſtino & vtero, per compatiendi rationem veſica patiente: in renibus autem purulentis, pure per veſicam euacuato. Hoc igitur ſui acritudine mordens veſicam, excitat ad excretionem: In vteri autem vel recti inteſtini inflammatione, vicinitatis ratione pati veſicam eſt neceſſarium, vt quę & intemperaturam participet & inflammationem, & prętерea prematur, atque anguſtetur à tumoribus prętер naturā, qui in illis exiſtunt. Dictum autem eſt à me etiam prius, q̄ nō ſimpliciter alterius paſſio alteri ſuperuenire apta eſt, ſed iis, quę magnitudinem habent effatu dignam. Sic igitur & hepati inflamma-
C tionem patienti ſingultus ſuperuenit propter neruorum communicationem, non quidem ſemper, ſed quando ad maximam attollitur inflammationem.

52. Aphor. 62. 43.e 59 ‖ *Si mulier non concipit, ſcire autem Velis, ſi conceptura ſit, pannis circūtectam deſubter ſuffias: & ſi odor Videatur per corpus ire ad nares & os, ſcito, quòd ipſa non ex ſeipſa ſterilis eſt.*

Verbum /ſuffias/ materiam indicat, quę naturam habet, ut ſuffiri poſſit, thus uidelicet, & myrrham, & ſtyracem, & quæcunque alia talia, quę calidam habent temperaturam, & ſunt ſatis odorata. Vult enim in totū corpus ferri uim, quę ab ipſis manat, ut, cum & os & nares attigerit, à mu liere manifeſte ſentiatur. In iis igitur ſolis totum non peruadet corpus qualitas ſuffitorum, quibus durum eſt, ac denſum uteri corpus: cum uero ſit tale, non eſt aptum ad conceptionē: ſicuti & paulopoſt ipſe inquiet: Quęcunque frigidos habent uteros & denſos, non concipiunt. Quod autem in fine aphoriſmi ſcribitur /Scito, quòd ipſa non ex ſeipa ſterilis eſt/ indicat eius rei uſum. Sę pius enim, ut permaneat genus alicuius ſacerdotis, uel regis, ſtudent ciuitates, ut prolem habeant, mares, ſeu fœminas, in quibus uel ſolis genus conſiſtat: atq; ita, ubi mulieres non concipiunt, quę ritur, utrius cauſa hoc accidat, ut facto diuortio mulieres concipiant: & hanc Plato in Theæteto
D innuit eſſe bonarum pronubarum artem. Totus autem ſermo dicetur paulopoſt, quando omnes expoſuerimus, qui ad ipſum pertinent, aphoriſmos.

60 *Si mulieri Vtero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.*

Et uerbum /purgationes/ numero plurali dictum, & ipſi uerbum /eant/ adiunctū, oſtendunt non eſſe paucum illum, qui excernitur ſanguis, neq; ſemel, ſed ſępius, & multum. Qui enim ſemel, aut bis paucus excernitur, in multis apparet abſq; hoc, q̄ fœtus quippiā patiatur. Cum uero nihil deficit multitudini purgationis menſtruorū, & ſeruat deinceps terminum circuituum per menſes, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum: ſiquidem ille, qui ſortis eſt, ad ſui alimentum abutitur ſanguine, qui ex toto corpore ad uteros fertur. Excretio uero, quæ in grauidis fit, uidetur ex uenis, quæ in collo ſunt, apparere. Nam ab interioribus, quæ ſunt in cauitate uteri, ſecundæ pēdent: quare nihil per illas poteſt in muliebrem ſinum excerni.

61 *Si mulieri ceſſent purgatiōes, neq; horror neq; febris ſuperueniat, et faſtidia incidāt: iudica ipſam in utero habere.*

In iis, quę recte purgantur, mulieribus, & quibus repente ſine cauſa manifeſta ſupprimuntur purgationes, ſermonem fecit Hippocrates, docens nos ea, quæ plurimę mulieres ipſa experien-

tia didicerunt. Cum enim faſtidium patiuntur menſtruis ſuppreſſis, tunc ſe concepiſſe coniiciũt: E
Fit autẽ faſtidium eadem, qua pica, ratione, lęſo ore ventriculi in mulieribus grauidis. Interdum autem contingit & propter vitioſos humores totum corpus occupantes, tale aliquid accidere: verum hoc cum horrore, & febre patiuntur, & his diſtinguuntur à grauidis.

62 ‖ *Quæcunq; frigidos, & ſpiſſos vteros habent, non concipiunt. Et, quæcunq; præhumidos uteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura: & quæcunque ſiccos magis & adurentes: nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunque vero ex vtriſque mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ ſunt.* de Natura humana com. 1. t. 11. 1ª. 29. c

Si mihi liceret omnibus aphoriſmis ordinem congruentem apponere, non eſſem veritus paulo antea dictum aphoriſmum in hunc locum transferre: vt finito ſermone de purgationibus, ille, qui de ipſis eſſet veteris, deinceps ſcriberetur, docente ipſo, quot modis mulieres ſteriles fiant. Primus igitur in ipſis erit aphoriſmus, in quo dixit, ‖ Si mulier non concepit, ſcire autem velis, ſi conceptura ſit, pannis circunfectam deſubter ſuffias. Secundus autem iſte, qui nunc eſt nobis propoſitus: cuius ſumma eſt, quòd bene temperati uteri ad cõceptionem ſunt idonei: male autem temperati, ſi parum à bonitate recedunt, difficulter cõcipiunt: ſin nimium, mulieres ſteriles reddunt. Supra, aph. 59.
ita vt ſimul etiam detur intelligi, vnde viri ſint ſteriles: ſed hoc multos latet. Qui vero ea, quæ di- F
cta ſunt, diligentius conſiderat: primum quidem ſciet, quam ob cauſam & quidam viri omnino ſteriles ſunt: ſecundo loco, poſt hoc de viris quidem, ac mulieribus bonam habentibus temperaturam, ꝙ ſemper generabunt, etiam ſi cum malam habentibus coeant: de habentibus autem malam temperaturam, ꝙ cum ſolis contrariam temperaturam habentibus coeuntes, gignent. Prius autẽ dicetur de mulieribus ſterilibus, quarum vterus ſtatim ab initio eſt male temperatus, exuperante ſcilicet vel vna primarum qualitatum, vel duabus: quemadmodum in cõmentariis de temperaturis determinauimus, oſtendentes octo eſſe numero omnes intemperaturas, ſimplices quidem quatuor, quarum & nunc Hippocrates meminit, compoſitas autem alias quatuor, his ſimplicibus inuicẽ complicatis. Vbi igitur immodica frigiditas exuperat adeo, vt vterus ſpiſſior efficiatur, anguſta quidẽ ſunt ſummopere in iis ora vaſorum, quæ ad ipſum pertingunt: mulieres vero ſteriles redduntur, cũ ſecundæ non poſſint vaſorum orificiis adnaſci, neq; ſi hoc fiat aliqñ, poſſit bene nutriri conceptus: vel enim nullo modo fiunt in hiſce mulieribus purgationes, vel oino paucæ, & hæ ipſæ vitioſę, ſolo tenuiore, atq; aquoſiore ſanguine perlabente. Sed & hæc quoque ora facile obſtruuntur cũ propter natiuam anguſtiam, tum quia magna ex parte hæ mulieres humorẽ aggregãt pituitoſum: ſiquidẽ & corpus totum, vt plurimũ, eſt veteris ſimile. Contingit au- G
tem & maris ſemen in talibus veteris refrigerari, niſi ſit natura calidiſſimũ. De prima itaq; frigida tẽperatura Hippocrates fecit mentionẽ, inquiens / Quæcunq; frigidos, & ſpiſſos vteros habent /, Non per Iouem volens ſimul coniungere in ipſis cum frigiditate denſitatem, veluti ſi ſiccitatem, aut humiditatem addidiſſet. Harum enim neutra ſemper conſequitur frigiditatem: & propterea ipſi modo vna, modo altera adiungitur. Denſitas vero ex neceſſitate valde frigidos vteros comitatur, ob quam non poſſunt concipere, vt diximus. Quare ita ſermonem totum huius aphoriſmi accipiemus. Quæcunq; frigidos vteros habent, non concipient, propter ſubſtantiæ ipſorum ſpiſſitudinem. Cur vero ſpiſſitudo aduerſetur conceptioni, dicere prætermiſit, vt nobis potentibus intelligere. Et quæcunque vteros nimis humidos habent, non concipiunt: extinguitur enim genitura, quẽadmodum in terra paluſtri cerealia ſemina. Et quæcunq; ſiccos ſiue adurentes habent vteros, propter defectum alimenti non concipiunt. Nam in ſiccis veteris tale quiddam accidit, quale, vbi aut arenæ, aut argilloſæ terræ, aut petroſæ mandantur ſemina. In habentibus autem immodicam caliditatem, quale, vbi valde calidæ terræ ſemina committuntur, quẽadmodum in ęſtibus ſub Cane contingit. Sic itaque quatuor qualitatum Hippocrates meminit, ſingulorum ſeorſum facultatem exponens: vt, ſi qñ inuicem miſceantur, manifeſta ſit earum commiſtio. Poſt hæc H
autem inquit, Quęcunq; vero ex vtriſq; modice temperatę ſunt, fœcunditatẽ habent. Ex quibus autem vtriſq;? non profecto ex qualitatibus, (ſunt enim quatuor) ſed, quæ ſunt ſecundum ipſas, oppoſitionibus. Sicuti enim dictum eſt in libris de temperaturis, vna quidem eſt bona temperatura, miſtis modice inuicem calido, ac frigido, altera vero humido, ac ſicco: & fieri poteſt, vt ſit aliquis vterus ſecũdum vnam quidem oppoſitionẽ bene temperatus, ſecũdum alteram vero, male. Sed, ne mulier concipiat, poteſt vel altera efficere intemperatura. Mulierem vero eſſe fœcũdam, ſine ambabus bonis temperaturis eſt impoſſibile. Hippocrates itaq; ſicuti totum ſermonẽ anteriorem de muliebribus ſcripſit, ſic & nunc dictũ de iis, quas habẽt uteri, trmperaturis conſcripſit, nec tamen addidit de viris ſermonem, vel quia promptum nobis ſit ex iis, quæ dicta ſunt, eaſdem intemperaturas ad ſemen transferre, vel quia diſtulit in poſterum, ſed poſtea oblitus eſt. Quidam tamen alterum deinceps aphoriſmum de maribus aſcripſere, cuius initium eſt, Similiter & in maribus. Sed probatiſſimi aphoriſmorum expoſitores aiunt ipſum ab Hippocratis mente, & elocutionis modo manifeſte deficere. Ac proculdubio ad proportionem illorum, quæ de mulieribus Hippocrates ſcripſit, licet nobis ad viros tranſeuntibus dicere, ꝙ vel propter tẽperaturæ frigiditatem non bene ſemen concoquitur: atq; ideo, ſi mediocris ſit intemperatura in ipſo, indiget vtero

calido

A calido ſufficienter: ſin immodica ſit eſt oĩno infœcundũ, vel propter humiditatẽ rurſus non concoquitur: & hoc etiam indiget, ſi modica ſit intemperatura, vtero calidiori, ac ſicciori: ſin ĩmodica, infœcundum eſt. Eodẽ modo & propter excedentem calorem ſemen fit toſto ſimile. Ob ſiccitatẽ vero, vbi primum excidit, neq; extendi poteſt: quod maxime eſt neceſſarium, ſi mulier debeat cõcipere. Oſtẽſum eſt enim in libris de ſemine, niſi per vteri cauitatem parte plurima ſemen extẽdatur, mulierem non concipere. His igitur veluti quibuſdam elementis à nobis aſtructis, deinceps dicamus id, quod paulo ante dicere diſtulimus, quod etiã à Platone in Theæteto proponitur. Inquit enim hoc eſſe maximum opus obſtetricum, ſcire coniungere inuicem corpora apta ad conceptionem, quod nunc in ſermone dictum eſt: & ſimul poſſe diſcernere, qui viri ſint infœcundi, & quæ mulieres ſteriles. Nam immodicæ intemperaturæ, horum ſunt cauſæ. Modicę vero ſi ſint, & contrarijs coniungantur, tunc concipient mulieres: ſi vero ſimilibus, non concipient. Neque enim fieri poteſt, vt frigidius ſemen in vtero frigidiore ſit fertile, quemadmodum neq; ſiccius in ſicciore: idem & de duobus alijs ſentiendum: ſed indiget ſemen quidem frigidius, vtero tanto calidiore, quando deficit ab optima temperatura: & humidius ſicciore: eodem modo & in alijs. Cognitio autem omnium immodicarum vteri intemperaturarũ eſt, quam paulo ante dixit Hippo-
B crates in ſuffitu, qui per aromata fit. Frigiditas enim ſpiſſitudinis ratione non permittit vſq; ad os, & nares ferri aromatum exhalationem: eodem modo & ſiccitas. Humiditas vero ſicuti ab ipſo dicta eſt extinguere geniturã, ſic & aromatum qualitatem. Reliqua eſt vehemẽs caliditas, † ſi quidem ea ratione q̃ vincit, aromatum facultatem alterat, atq; corrumpit, ac propterea nõ permittit ipſa ſeruantia ſui naturam ſinceram, circa os, & nares ferri: de hiſce naturis ex ſuffitu aromatum ſufficiens cognitio præſtabitur. Si vero non poteſt hæc ſufficienter haberi, ex alijs indicijs nobis erit talis natura inueſtiganda, hoc ipſum primum cognoſcentibus, q̃ rara admodum eſt huiuſcemodi temperatura in mulieribus: ſiquidem fœmina eſt mare natura frigidior. Vnde ob hoc ea, quam facit Hippocrates ex aromatum ſuffitu, dignotio, in ſterilibus mulieribus vtiliſſima eſt: vel quia omnis immodica intemperatura iſti ſubijcitur: vel quia rariſſime vna ipſam ſubterfugit in mulieribus illis, quę tenues apparent, nigrę, & hirtę: ita vt ex his ſignis percipiatur earum immodica intemperatura ſine ſuffitu aromatum.

† *Cod. Leonicen, & Laurentiani habebat* εἰ μὲν τῷ νικᾶν τὴν τῶν ἀρωμάτων, *&c. Sũt q̃ ex impũßis grę.ita uertãt non male. quæ ſi odorũ vĩ alterabit, et corrumpet, atq; propterea ipſum ſeruata ſinceritate non permittet ſubuehi ad os, & nares: ſatis tũ ĩ his ẽt calidioribus naturis eſſe poterit ad ſterilitatis cognitionem aromatũ ſuffitus: ſi vero hæc p̃ſtare nequeat, ex alijs, &c.*

63 *Similiter autem & in maribus: aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os: vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras: vel propter frigiditatem non concaleſcit ita, vt ad*
C *hunc colligatur locum: vel propter caliditatem hoc idem accidit.*

Qui hunc interpoſuit aphoriſmum: neq; proprias voces intellexit. Nam, cũ profiteretur eundem in viris ſermonem ſe facturum, ſicut Hippocrates in mulieribus ſcripſerat, non fecit hoc. Cum enim ille de quatuor intemperaturis feciſſet mentionem, oportuit hunc etiã quatuor in maribus, vt nos fecimus, in medium adducere: verum non ſic iſte, ſed primum quidem corporis raritatem ſtatim damnat, quæ in mulieribus fuit prætermiſſa: deinde nec eius ſermo, ſi ipſe ſeorſum diligentius examinetur, verus deprehendetur. Conſpiciuntur ſiquidem viri non pauci, qui, licet corpus rarum habeant, ſemen tamen habent fœcundiſſimum: neq; id mirum. Raritas ſiquidem corporis in calidioribus vna, atq; humidioribus prouenit temperaturis, quę potiſſimum plurimo ſemine, & fœcundiſſimo abundant. Nam & materiam habẽt, ex qua ſemen generatur copioſum, & vim, à qua concoquitur. Eiaculatur aũt ſemen vaſorum ſeminalium intentione compreſſum, non ſpiritus occurſu propulſum: ſiquidem ſubſtantia ſpiritualis cum humore miſcetur ſeminis, quæ & ipſa indiget exprimentibus, ſicut & humor: quí tantum ſiccum ſuperexcedit, quanto & celerius foras eijcitur, & ad longius ſpatium fertur. Hæc igitur ſunt ab eo ignorata, qui aphoriſmum adiecit, & præterea cum ait humorem propter ſpiſſitudinem non exire foras. Si enim alium hu-
D morem à ſemine dicit, ſermo delirus eſt. Si vero ait ſemen propter corporis totius ſpiſſitudinem non exire foras, ignórat omnino, quæ ſit ſtructura inſtrumentorum, quę ſeminaria vocantur: melius enim fuerat ipſorum cauſari anguſtiam. Sed &, quod deinceps eſt dictum, vſq; ad aliquid verum, non habet id, quod ſequitur, intelligibile. Nam, q̃ propter temperaturæ frigiditatem ſemen non concaleſcat, ac propterea ſit infœcundum, verum exiſtit: q̃ autem colligi nequeat ad locum hunc, ſuperfluo adiectum eſt, prẽter id, q̃ neq; locus ab ipſo explicatur, ſed à nobis intelligendus relinquitur: & tamen id verbum /hunc/ ad ea, quæ prius dicta ſunt, habet relationẽ. Sed hæc quidem parua ſunt: qui vero circa finem error, eſt magnus, cum dicat propter ipſius caliditatem hoc idem euenire: nam manifeſte ad illud, quod antea dictum eſt, ſermo iſte refertur. Dictum autem antea fuit, q̃ propter frigiditatem non adeo concaleſcat, vt ad hunc locum colligatur. Quare propter calorem oportet intelligere non concaleſcere, neq; colligi in vaſis ſeminarijs ſemen. Hoc autem eſt aperte abſurdum. Nam torreri, aut aſſari, aut tale aliquid ſemen pati propter calorem, rationem habet: non concaleſcere autem, eſt omnino perabſurdum.

64 *Lac dare caput dolentibus malum: malum vero & febricitantibus, & quibus hypochondria ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis: malum autem, & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi*

deiectio facta est. Conuenit autem & tabidis non ualde multum febricitantibus, dare: & in febribus longis, & par E
uis, si nullum ex supra dictis signis affuerit, & præter rationem consumptis.

Quòd lac facile alteretur, & q̃ duplicem habeat alterationem: q̃n pluri quidem adhæret calori, statim in nidorem abiẽs: q̃n autem pauco, cito acescens: tibi licet perdiscere, partim statim, cum ex mãmis excidit, ad ignem elixanti: partim ipsum iacere per se ipsum permittenti. Nam & elixatum in nidorẽ abit, & sibi dimissum omnino acescit, cito, vel tarde. Sic aũt & in sanis, si non bene concoquatur, in quibusdam acescit, in quibusdam aũt in nidorem abit: in ventriculo quidem frigidiore prorsus acescit, in calidiore vero in nidorem abit. Lac vero bene concoctum nutrit, & bonos facit humores: &, dum concoquitur, pariter attollit hypochondria, ac caput petit. Hos effectus & passiones in sanis etiam videbis. Verum, quę ęgrotis accidunt, percurrit Hippocrates: quæ semper quidem experiri volentibus manifestantur: & possunt etiam ante experiẽtiam cognosci. Vbi enim in ijs, qui integra sanitate fruuntur, videmus lac capiti dolorem afferre, & hypochondria inflare: non est admirabile colligere, q̃ ijs, qui iam caput dolent, vel suspensa habent hypochondria, sit inimicissimum. Recte aũt dixit hypochondria suspensa, licet dicere potuerit inflata & flatuosa. Neq; n. hæc sola potest lac offendere, sed & alia oĩa, quæ sunt quouis modo suspensa, pp aliquam F
talem, qualis est inflãmatio, vel erysipelas, vel tumor prędurus vel lassus, passionẽ. Adhuc aũt magis, si absessus nõ dum sit in hypochondrio, diruptus, est. n. his etiam lac inutile. Hęc itaq; oĩa vno verbo significat Hippocrates, inquiens, hypochondria suspensa. Nocere aũt ait, & murmurantibus lac, quæ alia sunt ab inflatis, & distentis: flatuosa siquidem, ac ventosa & hęc sunt. Maior itaq; offensio distentis hypochõdrijs obuenit, minor vero murmurantibus: sed tñ his quoq; lac est inutile: acescit enim in ipsis. Serum tñ lactis sale, & melle condientes, plurimis talibus exhibuimus, qui & iuuati sunt eorũ aluo subducta. Sitiẽtibus quoq; malum inquit lac esse: euaporat. n. in ipsis, siue natura sticulosi sint, siue ex aliqua occasione sitis aduenerit. Et bilioſa deijcientibus, in quibus etiam dicerem ipse lac in nidorẽ abire: non minus, q̃ in ijs, qui talia euomunt. Nam in vniuersum didicimus q̃ celerrime ab oĩbus causis calidis lac ad nidorosum alterari. Rationabiliter itaq; & ijs, qui acute febricitant, nocet: mihi q̃ videtur sermo melius in hunc modum se habere: Malũ autẽ, & quibus bilioſæ deiectiones, & acutis febribus. Neq; n. ambobus simul iunctis tantumodo noxium est lac, sed seorsum in vtroq;. His igitur passionibus lac plurimũ aduersatur. Vtile autem est ijs, quæ sequuntur, de quibus est ab Hippocrate scriptum in hunc modum: Conuenit autem tabidis non valde febricitantibus dare. Nam primum de tabidis facit mentionem. Intelligẽdum G
autem est ipsum ita nominare illos, qui tabem ex vlcere pulmonis patiuntur. Nam alios, qui alia ex causa sunt extenuati, ipse deinceps nominat in verbis illis, quorum initium est, Et in febribus paruis. Cõmune autem in omnibus, qui lacte indigẽt, q̃ cibus bonum generãs succum, & qui cito per venas distribuatur, illis est necessarius. Neq; mirandum est, si lac dicimus bonum succum generare, etiam si aliquid habeat flatuosum. Nam in vniuersum, bonum succum generare dicimus, quæcunq; post coctionem ad bonum humorem transmutantur, hoc est ad sanguinem: hic enim humor est nobis amicus. Cur autem, cum dixisset /Conuenit autem tabidis/, adiecit /Non valde multum febricitantibus/, mihi videtur dignum inuestigatione non parua: nam sufficiebat etiam sine valde dicere. Nunquid igitur & multum febricitantibus lac exhibet: solis autem ijs, qui valde multum febricitant, haudquaquam exhibet? an ab aliquo adiectum fuit verbum /valde/ sicut & pleraq; alia? Hæc itaq; quispiam per ocium inquirat. Sciat autem hoc nunc à nobis discens, multum febricitantibus lac dandum non esse. Miror autem, quo modo in illis, in quibus lac dari iubet, ascripsit /Si nullum ex supradictis signis affuerit/, cum sit à doctrina aphoristica alienũ: id enim erat ex ijs, quæ prius dixerat, cognitum, etiam hoc non adiecto, q̃ dandum est tabidis, & præter rationem extenuatis lac, nisi caput doleat, aut hypochondria intumuerint, aut bilioſæ sint deiectio- H
nes, aut tale aliquid aliud ipsis adsit. An non simpliciter, neq; semper seruare breuitatem videtur Hippocrates, sed, in quibus magnum aliquod periculum imminet, si negligentius, quod ab ipso docetur, accipiatur, in his bis ter ue repetere eadem non veretur?

65 *Quibus tumores in vlceribus apparent, non conuelluntur valde, neq; insaniunt: verum his euanescentibus, derepente quibusdam à tergo conuulsiones & distentiones fiunt: quibusdam ante insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum, si tumores sint rubicundi.*

Omnes præter naturam tumores Hippocrates œdemata, id est inflationes, nominat, sub quibus videlicet etiam inflammationes continentur: sane q̃ hoc ipsum nomen inflammationis antiqui omnes magis inflammínibus, etiam si sine vllo sunt tumore, adaptabant. Quod igitur dicitur, tale est: Quibus tumores vlceribus aduenĩunt, non admodum conuelluntur, neq; insaniunt. Hoc autem indicio est, q̃ non nulli quidem in ipsis conuelluntur, & insaniunt, sed raro hoc patiuntur, q̃n videlicet magnitudinem eflatu dignam vel malignitatem aliquam assumpserint. Si vero tumores derepente euanescant, conuulsiones, ac distentiones, q̃n in partibus posterioribus, hoc est in dorso, vlcera fuerint. Quæ vero deinceps dicuntur, si in partibus anterioribus fuerint, consequi

dicit.

A dicit. Posteriora siquidem neruosa sunt, anteriora autem venosa atque arteriosa. Quando igitur ab vlceratis partibus humor, qui fecit tumorem, ad aliquam partem principalem se cõtulit: in partibus quidem neruosis posterioribus conuulsiones fient ac distentiones: (nam hæ sunt neruorum passiones) in anterioribus vero insania, si feratur ad caput: lateris autẽ dolor, si ad thoracẽ humor conuertatur. Sæpius vero & hi suppurantur, si humor non dissolutus fuerit. Difficultatem vero intestinorum fore inquit, si tumores rubri fuerint & repente discedant: illam dico intestinorũ difficultatem, quam sanguineam nominant, quæ est sanguinis euacuatio per intestinum absq; exulceratione. Quòd igitur, si vel in dorso, vel in partibus anterioribus illi oppositis cõtigerit aliquando tumores de repente euanescere, in tales ægri incidunt passiones, nos vidimus: non tamen ipse nobis Hippocrates manifestauit, an de his partibus solis loquatur, an simpliciter de omnibus, ita vt crura etiã & brachia hoc sermone comprehendantur. In tibia itaque non sunt in partibus anterioribus musculi in chordas validas desinentes. In coxa vero in partibus genu anterioribus maximam videmus chordam, ob quã per compatiendi rationem rationabile est magis sequi cõuulsionẽ, quàm ob aliquem musculorũ, qui sunt in partibus coxæ posterioribus. Sunt enim omnes carnosi. Quare verum non videretur id, quod vniuersaliter ab Hippocrate dicitur, q̃ ex partibus tan
B tum posterioribus accidunt conuulsiones. Videtur quidem magna ex parte id fieri, non in cruribus modo, sed etiam in brachijs, forte quoniam hæ partes omnes è directo sunt dorsalis medullæ. Nascuntur autem ab hac & membrorum extremorum, & spinalium musculorum nerui.

66 ‖ *Si in vulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum.* 2. Epid. sect. 3ª.

Potest & vltimo aphorismi verbo /malum/ adiungi ingens: potest & priori parti coniungi. Fiet enim sermo talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor non appareat, ingens est malum. Vel talis: Vulneribus prauis existentibus, si tumor ingens non appareat, malum. Contingit autẽ & verbum /ingens/ communiter dici, ac si ita dixisset: Si vulneribus prauis existentibus, tumor ingens non appareat, ingens est malum. Melior vero ex tribus sermonibus meo quidem iudicio hic est: Si vulneribus prauis existentibus, tumor non appareat, malum est ingens. Dictum autem est & antea, quòd tumor (græce œdema) ab ipso generaliter dicitur de omnibus tumoribus præter naturam. Vulnera autem praua dici existimandum est, quæ sunt in capitibus aut finibus musculorum, et maxime neruosorum. Nam in capitibus musculorum, musculis nerui inseruntur, ex finibus
C autem chordæ oriuntur. Sicuti igitur paulo prius damnabat omnes tumores derepente euanescentes, ita nunc illos, qui neq; omnino adueniunt vulneribus prauis. Nam & in his suspicandum, ne humores ad vulnera defluẽtes, ad partes principaliores transmeent. Hoc in illis præsertim fieri vulneribus est existimandum, in quibus adest quidem dolor, & propter ipsum omnino aliquid influit, sed à medicis reprimitur valde infrigidantibus aut astringentibus medicamentis: nam, si dolor absit, neq; fluxio mouetur. Maxime autem dolores patiuntur partes neruosæ, quæ per medicinas calefacientes atque exiccantes curari desiderant.

67 *Molles boni: crudi vero mali.*

Hic sermo pars est antecedentis, docente Hippocrate omnes tumores, quicunque molles sunt, bonos esse: contrarios vero prauos. Proprie igitur molli opponitur durum atq; renitens: Hippocrates vero crudum ipsum nominauit. Neque enim fieri potest, vt sit tumor renitens bene concoquente membri natura humores ad ipsum confluentes.

68 ‖ *Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte recta vena incisa prodest.* 6. Epid. cõ. 2. t. 27. 3ª. 165. c

in 6. Epid. cõ. 2. t. 27. 3ª. 165.

D Non solum studet Hippocrates, vbi sit opus, euacuare, sed cum auersione. Auersio autem ad contraria fit, secundum longitudinem quidem supra & infra: secundum latitudinem vero hinc & inde, hoc est à dextris & à sinistris: secundum altitudinem vero ante & retro. In doloribus itaque partis capitis posterioris, cum auersione nunc euacuatio ex fronte fiet: sicuti anterioris ex occipite. Sic itaque diuturnæ oculorum fluxiones sæpius sanatæ sunt, ex partibus secundum occiput sanguine misso, vnà cum cucurbitulæ vsu.

69 ‖ *Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & viris parte corporis posteriore magis: quàm anteriore, veluti femorum, cubiti. Sed & cutis rara: indicio autem est pilus.* 2. Epid. sect. 3ª. & 6. Epi. cõ. 3. t. 19. 3ª. 174. c

de Tremore palpit. &c. 3ª. 53. h

in 6. Epi. cõ. 3. t. 19. 3ª. 174. c

Rigores omnes incipiunt quidem cum sensibili frigore: paratiores autem non solum ad suscipiendam, sed etiam sentiendam frigiditatem, sunt dorsi partes: quare non absque ratione hinc rigores inchoant: & hi citius fiunt mulieribus, quoniam fœmina est natura frigidior atque imbecillior. Recurrit autem hinc rigor incipiens, ad principium neruorum, scilicet caput, celerrime facta per spinalem medullam compassione, quoniam & ipsa, natura frigida est, sicut & cerebrum, & propter substantiæ mollitiem, vt cerebrum, alterationem facile suscipit. Ex partibus autem anterioribus rigores non inchoant, quoniam calidiorem habent, q̃ partes posteriores, temperaturam:

huius q̃

huius q3 argumentum ſumit ex cutis raritate: rurſus q3 raritatis ex pilorum multitudine. Dictum E
eſt autem à me de generatione pilorum ſufficienter in commentarijs de temperaturis.

70 6. Epi. com. 6. t. 7. 3ª. 197. c

‖ *A quartana capti, non admodum à conuulſionibus capiuntur. Si vero prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur.*

Quæ quidem fit ex euacuatione conuulſio, acutiſſima eſt, & pernicioſiſſima: quæ vero ex repletione partium neruoſarum, qualis in morbo comitiali, neq3 acutiſſima, neq3 ſimiliter periculoſa. Meminit autem Hippocrates nunc nõ de tali conuulſione: nam verba /capti/, & /capiuntur/ longitudinem temporis oſtendunt. Hanc itaq3 conuulſionem quartana non ſolum prohibet fieri, verum, ſi præfuerit, ſoluit. Fit autem ab humoribus lentis, ac pituitoſis, qui partibus neruoſis inſerti ſunt. Cum vero horum humorum duplex ſanatio ſit, excretio ſcilicet, & coctio: ambas habet quartana, excretionem quidem ex rigore (hæc.n. ſola agitatio ſufficiens eſt craſſum excernere humorem) coctionem vero, caloris febrilis ratione, qui rigorem conſequitur.

71 6. Epid. ſect. 6. † τελευτὰν. *quam dictionẽ pilotheus accipit pro iudicari vel ad vitã, vel ad mortẽ: ſi enim euphoria ipſos conſequatur, ad ſanitatem: ſi vero dyſphoria, ad mortem.*

‖ *Quibus cutes circumtenduntur aridæ, & ſiccæ, ſine ſudore † moriuntur: quibus vero laxæ, & raræ, cum ſudore moriuntur.* F

Morituri, qui quidem ſquallidas, duras, & ſiccas habent cutes, et extentas: ſine ſudore moriuntur: qui autem contrario modo, laxas videlicet & molles, & raras, cum ſudore moriuntur: prioribus ſiquidem humiditas vel omnino deeſt, vel cuti: alijs vero & cuti ineſt.

72 *Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.*

Ventoſos ab ipſo nunc dici eſt exiſtimandum illos, qui in ventre colligunt multitudinem venti flatuoſi, qui vel per ructus, vel flatus excernitur, vel remanet, & extendit, quæ ibi ſunt. Fit autẽ hoc non nunquam quidem ob debilitatem, & imbecillitatem partium ad ventrem attinentium, non nunquam vero ex pituitoſo, & frigido humore. Hi itaque, qui propter pituitoſum humorem ventoſi ſunt, contrarij ſunt laborãtibus regio morbo, qui ex bile accidit. Quare hi nunquam ob humoris exuperantis naturam ventoſi fiunt. Contingit autem ipſos ob partium imbecillitatem fieri aliquando ventoſos. Quare ſermoni adiecit /non admodum/ perpetuitatem quidem negationi adimens, oſtendens autem maiori ex parte, quod prius dixerat, fieri. Neq3 enim admodum inuenire contingit regio morbo laborantes, habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem. G

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS SEXTVS

1 2. Epid. ſect. 2ª.

‖ *In longis læuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum.*

Læuitas inteſtinorum (græce lientería) eſt velox exitus eorum, quæ comeduntur, atque bibuntur: quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Si quis vero vellet breuiorem afferre definitionem diceret eſſe priuationem, coctionis, cũ neq3 quo ad cõſiſtentiam, neq3 quo ad colorem, vel odorem, vllam'ue oĩno qualitatẽ, in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum. Tale autem nomẽ hæc paſſio ſortita eſt, exiſtimantibus illis, qui prius talẽ ei indiderunt appellationẽ, fieri ipſam propter intrinſecæ ſuperficiei inteſtinorum læuitatem, ob quam cibos, qui continentur in eis, non amplius apprehendunt, vt, cũ ſuam ſeruabãt ſibi à natura inditã aſperitatẽ, H
retinebant. In pluribus itaq3 alijs, qui primi nomina rebus impoſuere, quãuis ſint collaudandi: nõ tamen eos in læuitate inteſtinorum accepto, cum ignorauerint, q3 ipſius ventriculi proprium eſt cibos amplecti, ac ſe circunſtringendo, certo tempore detinere, & rurſus ad inferiora dimittere. Et, ſicut in velica fit vrinæ ſtillicidium, non expectãte, vt illa colligatur, ſed ſtatim tanquam mordentẽ, aut aggrauantem expellente: ſic et in ventriculo veloces exitus: hi enim ſunt communes omnium excretionum cauſæ: quas ſi illi ſciuiſſent, qui primi hanc paſſionem, læuitatem inteſtinorum nominarunt, talem de ea opinionem abieciſſent, & vice eius, tõtius ventriculi, atq3 inteſtinorum imbecillitatem in cauſa poſuiſſent, ob quam hæ partes corporis grauatæ à cibis aſſumptis, ipſos confeſtim excernunt. Fieri vero poteſt etiam aliquando, vt à quorundam humorum mordacitate in ſuperficie exulceratis fiat hæc paſſio: etſi ipſa vis non multum patiatur: nam & tunc erit neceſſarium, vt permeantibus cibis, partes exulceratæ dolorem ſentiant, atq3 ideo deorſum illos propellant, & à ſeipſis quàm citiſſime emittant: quo in omnibus partibus facto, velocitas exitus ſubſequetur, & nullum fiet initium coctionis: verum tali inteſtinorum læuitati cuiuſdam morſus inerit ſenſus. In illa vero, quæ accidit propter ventriculi, atque inteſtinorum imbecillitatem, abſq3 vllo doloris ſenſu fient deiectiones. Adeſt autem & hæc haud parua vtriq3 differentia. Quæ enim fit

ex humorum

A ex humorum acritudine in ventriculi, atque inteſtinorum abraſa ſuperficie, ceſſante humorum prauitate ſtatim ſanatur cibis, ac potibus, qui vim abſtringendi habent. Quòd ſi longiori tempore perſeueret, in alteram paſſionem, quæ dyſenteria, id eſt difficultas inteſtinorum nominatur, tranſmutatur. Quę autem potentiæ retentiuę ſequitur imbecillitatem, omnino quidem fit ex intemperatura, ſed vel ipſorum corporum, quę iam habitum quendam non facilem ſolui contraxerunt, eſt diſpoſitio, vel propter humorem aliquem, qui in ventriculo, atque inteſtinis continetur, euenit: ex quibus humoribus vnus eſt pituita. Vnde, & acidos ructus, qui tali paſſione laborāt, habent, quos Græci oxyregmias nominant, qui & ſine aliqua pituita quandoque in ventriculo frigidiore fiunt: & in quibuſdam lęuitatibus inteſtinorum, quæ ex frigiditate ortum habent, vnà fiunt, ſed progreſſu temporis ceſſant. Nam ab initio paruo quodam tempore cibi in ventriculo retinentur, procedente autem, atque aucta paſſione, neque hoc tempore retinentur. In quibus igitur paruo remanent tempore, fit quoddam veluti initium coctionis, & propter hoc non ſortitur effectum. Nos vero didicimus fruſtrationes coctionis ex frigiditate prouenientes, ructus acidos facere. In quibus autem cibi nullum habent coctionis initium: neq; vlla ab initio fit in qua litate mutatio: quare neque ructus acidi, niſi pituita, ac præſertim acida, in ventriculo abundet.

B Propterea Hippocrates non ſimpliciter dixit bonum eſſe ſignum acidos ructus in lęuitatibus inteſtinorum, ſed primum quidem/in longis/adiecit, quaſi cum incipientibus, vt dictum eſt, ſępius vnà eueniant: deinde, vbi prius non fuerint, inquit, Quęcunque enim à pituita ventriculum refrigerante fiunt læuitates inteſtinorum, ſemper cum ipſis ſunt acidi ructus, vt caſus quidam. Illis igitur, quæ neque incipiunt, neque ex pituita fiunt, non inſunt acidi ructus. quòd ſi quando fiant, ſignificat tantum iam tempus cibum in vẽtriculo retineri, quòd principium mutationis, ac cipiunt, & naturam ſuorum operum reminiſci. Hactenus mihi videor expoſitoris officium ſatis impleuiſſe. Si quis autem eorum, quæ dicta ſunt, vult capita omnia ſcientifice comprehendere: in tractatu, qui de potentijs naturalibus inſcriptus eſt, non paucas habet de ventriculi viribus demonſtrationes: in cauſis autem accidentium, de omnibus, quæ velociter excernuntur. Quoniam vero [a] † Eraſiſtratus in ſecundo de ventriculo mentitus eſt de medicis ſe ætate ſuperioribus, turbauitq; & confudit inteſtinorum læuitatis notionem: melius mihi viſum eſt hæc etiam ſuperaddere, ac primum ipſius Eraſiſtrati verba ſubſcribere, quæ ita ſe habent: De ea, quę læuitas inteſtinorum nominatur, dicẽdum: quam priores medici in tres partes diuiſerunt, in difficultatem inteſtinorum, in læuitatem inteſtinorum, & teneſmon, id eſt tentionem: quidam tamẽ in ijs, quæ

C excernuntur, differentias conſiderantes paſſionis, atque dicentes, Quando ſanguinolenta, atque mucoſa exeunt, quę à ventriculo fuere concocta, tunc difficultatem inteſtinorum nominabant: ſi vero exeuntia cruda, miſta autem ſanguinolentis, atque mucoſis, læuitatem inteſtinorum vocabant: cum vero bilioſa miſta cum ſanguinolentis, atque mucoſis excernuntur, tẽtionem, paſſionem appellabant. Hęc igitur Eraſiſtratus inquit, neſcio qua ductus opinione, adijciens crudis excrementis mucoſa ac ſanguinolenta. Hoc enim nullus appoſuit, neque eorum, qui eius ætate claruerunt medici, velut Philotimus, Herophilus, & Eudemus, neque eorum, qui poſt ipſum fuerunt vſque ad iuniores iſtos Archigenis ſectatores, neque, quos ipſe citat, priores medici, hoc eſt ipſo Eraſiſtrato ſeniores. Diocles liquidem in libro [b] † de curatione, & cauſa paſſionis, ſcribit in hunc modum: Tertia fit magna ex parte ex difficultate inteſtinorum: vocatur autem læuitas inteſtinorum, ad quam ſequitur deiectio humida, ac ſpumoſa, & cruda, & multa, & cita poſt cibum aſſumptum, ac potum. Praxagoras autem in ſecundo de aſſidentibus, inquit: Inteſtinorum læuitate laborantibus, quoniam lubricum eſt inteſtinum, ieiunum præſertim, neceſſe eſt cito ciborum fieri deiectiones. Poſt hæc deinceps, quòd neceſſarium ſit cito exeuntia, eſſe omnino cruda, Praxagoras ſcribit, maximam quidem paſſionis proprietatem in cita ponens deiectione: quòd

D vero cibi omnino incocti permaneant, hoc vnum faciens ex ijs, quę neceſſario conſequuntur. Neque enim, quia omnino incocti permaneant cibi, ideo cito deijciuntur: ſed, quia cito deijciuntur, idcirco nullam habent coctionem: atque ideo nos, & alij complures medici, citam ciborum nullam habentium coctionem, deiectionem, dicimus eſſe læuitatem inteſtinorum. Ad hunc modum, & alij antiqui medici de ipſa ſentire videntur. Nam in libro de paſſionibus Hippocratis, ſiue eius ſit is liber, ſiue Polybi eius diſcipuli, hæc de læuitate inteſtinorũ ſcripta inueniuntur: [c] ‖ Cibi deijciũtur imputridi, humidi, abſque dolore, corpus autem extenuatur. Liquet vero fuiſſe morem antiquum viris iſtis, vocare imputrida, quę nos incocta nominamus. [d] † In libro autem de victu ſalubri, qui, & ipſe Hippocrati aſcribitur, (licet, qui adulterinum cenſent, non nulli ad Ariſtonem, non nulli ad Philiſtionem, quidam ad Pherecydem referant) ſcribuntur hæc verba: [e] ‖ Patiuntur non nulli talia. cibus eis deijcitur humidus, incoctus, non propter morbum, veluti læuitatem inteſtinorum, neque aliquem ipſis affert dolorem. Hi quidem omnes Eraſiſtrato ſeniores. Sed, vt dixímus, mille alij, qui omnes Eraſiſtrati ætate, & poſtea viguerunt, in eãdem ſententiam de inteſtinorum læuitate ſcripſerunt. Quare neſcio, qua cauſa ductus de priſcis hominibus mentiatur, illos inquiens arbitrari in læuitatibus inteſtinorum ſanguinolenta, atque mucoſa cibis incoctis commiſceri.

A † *De hoc ẽt libro meminit Gal. lib. de vltimæ ſectione ad uerſus Eraſiſtratios. cap. 4. pag. 12. a*

B † *De paſſione cã & curatione, & ita videtur legiſſe vetus interpres impreſſus, & eſt illi liber de quo meminit Gal. 3. de locis affectis cap. de Melancholia quarta 18. g*

C ‖ in libr. de Affectionibus, vbi de Lięteria,

D † *Non ẽ idẽ liber hic, qui inſcribit Διαιτητικὸς ὑγιεινὸς τρίτος vel vt Gal. in com. 1. ſectiõis tertiæ primi Epidem. περὶ διαίτης ὑγιεινῶν, cũ eo q inſcribitur περὶ διαίτης ὑγιεινῆς: nã hic liber, de quo hoc in loco meminit Gal. eſt tertius liber de Diæta: cuius initium eſt: De Diæta hum. &c. Liber ãt de Diæta ſalubri ad iectus eſt libro de natura hu. qui ita ĩcipit: Idiotas ita oportet. &c.*

E ‖ 3. de Dięta vbi de repletione.

2 6.Epid.sect.6ª. ‖ *Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur: quibus vero contra* E
ria, salubrius degunt.

In siccioribus secũdum naturam temperaturis nulla omnino superfluitas manifesta neque sen sibilis per nares effluit ex cerebro, sicuti, neq; per cutem sudor: sed illa, quæ à medicis difflatio occulta nominatur, superflua extenuata in modum vaporis euacuat. Humidioribus vero naturis sensibiles fiũt superfluitates, & præsertim cerebri, qm̃ est natura frigidius. eisdemq; genitură, hoc est semen ipsum, ait esse humidiorẽ: sicut in siccioribus aquosa humiditate consumpta, crassius ac siccius est semen. Eos igitur, qui sunt humidiores, siue cerebro tm̃, siue corpore vniuerso, non contingit salubrem vitam omnis expertem noxæ traducere, verum continuo destillationibus ex parua occasione capiuntur. &, si superfluitas eis ad inferiora per palatum descendat, partes subiectæ offenduntur, fauces, guttur, aspera arteria, pulmo, gula, ventriculus. Tusses, itaq; in ipsis fieri, & difficiles anhelitus, & anginas, cruditatesq;, & ventris profluuia est necessarium, non nunq; vero, & difficultates intestinorum, quando, quod destillat, falsius quodam modo fuerit. Dixit autem, & ipse de his ‖ in libro de aquis, aere, & locis, sicuti, & in libris de ‖ morbis ac ‖ passionibus.

in lib.de Aere, aquis, & locis, c. 2.2ª.2.e f. & ca. 6.4.b.

3 ‖ *In longis difficultatibus intestinorum, cibi fastidia, malum, & cum febre peius.* F

1. de Morbis post principiũ non multis interpositis versi. in li. de Affect. vbi de Liĕteria 6.Epid.sect.7a.

Difficultates intestinorum fiunt quidem ex humoribus acribus. sunt aũt intestinorũ exulcerationes primum quidem in superficie abrasorum, progressu autem tẽporis, & profundiora habentium vlcera putrilagini, vt plurimum obnoxia: quo maxime tempore etiam ventriculus ipsis compatiens ad concoquendũ ineptus redditur: qua offensione magis, ac magis ad superiora puenientе, cum & os ventriculi afficitur, cibum fastidiunt, hoc est non appetunt. Sunt etiam, qui & ab initio non nunq; cibum fastidiant propter ichoras fluẽtes ab hepate, à quibus diximus abradi intestina, præsertim cum hi amaræ bilis naturam habuerint. Nam pars eorum superfluitãs, ad os ventriculi effertur. In longis vero difficultatibus intestinorum cum hic casus euenerit, mortificationem quandam ipsi iam aduenisse ventriculo compatiendi ratione significat, ex qua omnino interijt appetentia, opus ad vitam necessarium. Si vero vnà cum inappetentia febris aduenіat difficultati intestinorum, duorum alterum est, vel putredo aliqua circa vlcera, vel digna effatu inflammatio: atq; ita, vt dictum est, toto iam compatiente ventriculo, ægri se habent exitialiter.

‖ *Vlcera circumglabra, maligna sunt.*

4 Ibidem. G

Quando vel pilos videris defluentes à circumiacentibus vlceri locis, vel cutẽ squamulas è summa parte dimittere: scito ijs, qui ita se habent, prauos humores ad partem confluere, qui vlcus erodũt. Neque enim, si radices quidem pilorum possunt corrumpere, loca vlcerata ad cicatricem peruenire sinent.

Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atq; alijs partibus, an multum differant, perdiscendum.

5

Perdiscere oportet non modo locum dolentem, qualis nam sit, sed & magnitudinem doloris in eo, quanta sit. Hoc autem confert, & ad loci patientis dignotionem, & ad pręcognitionem eorum, quæ circa ægrum futura sunt, & pręterea ad curationis inuentionem. Si ergo in latere magnus fuerit dolor, primum hic esse non potest, quin patiatur membrana, quę subcingens nominatur: secundo autem non est absque periculo: deinde & maiori indiget curatione: si quidem ad clauiculam dolor pertingat, venę sectione: si vero ad hypochondrium, purgatione: quemadmodum ipse in ‖ libro de victu acutorum edocuit. sin autem mediocris fuerit dolor, & pręterea non pungat, vt qui in membrana subcingente est, neq; ad clauiculam aut hypochondrium pertingat: contingit ipsum carnosis costarũ partibus patientibus fieri, atq; ideo neq; esse periculosum, neq; H magno auxilio indigere. Sic & in singulis alijs partibus doloris magnitudo est cõsiderãda: velut si renum pars carnosa patiatur inflammationem, ‖ dolor est grauis: quemadmodum ipse inquit in Epidemijs, ita illum nominans, q̃ veluti cuiusdam põderis, loco incumbentis, inuehit sensum. Alijs vero partibus, quę sunt in rene, patientibus: dolor sentitur acutus. Dico autem alias partes tunicam hunc obtegentem, & ventrem eius interiorem, & eas, quę ad hunc terminantur, arterias, ac venas: ac præterea exortus meatuum vrinariorũ. Sic pręterea se habet res etiam in hepate. Nam eius parte carnosa inflammationem patiente, grauis fit dolor: tunica vero circunducta, vel vasis, acutus. & ipsius doloris acuti quantitas maior aut minor, causæ facientis affert indicium. humor siquidem bilиosus, & acris dolorem auget, sicut & spiritus flatuosus non habens exitum: exoluit autem pituitosus. Non solum autem magnitudo qualitatis aliquod nobis dat doloris indicium, sed etiam quantitatis. Augetur enim cuiuslibet causæ efficientis opus, eius aucta substantia. Si igitur vniuscuiusq; doloris volens à nobis magnitudinem considerari, hunc aphorismum scripsit Hippocrates: sufficienter ipsius vsum exposuimus. Si vero non solum, quo ad magnitudinem, dolorum differentiam dicit fore considerandam, sed generalius adhuc quiddam, ac veluti vniuersalius ostendit, consulens nobis omnes effatu dignas dolorum differentias inspicere: ma-

2.de victu acut. t.11 7ª. 117.h

6.Epid.com.1. t.6.3ª. 155.c

iorem

Aiorem adhuc ex eo fructum vtilitatis percipiemus. Fiet q3 huiuſcemodi ſermo: Non ſimpliciter partium dolorem cõſiderare oportet: neq3 arbitrandum eandem eſſe in omnibus diſpoſitionẽ: veluti ſi prius quidem Dion, poſtea vero Theon coſtam doluerit: non eodem modo vtrunq3 ſe habere exiſtimandum, ſed diſcere oportet, nunquid multum inuicem in dolore differant, an quodam modo ſimiles exiſtant. Fit autem hoc ex duobus perſpicuum, & ex doloris ſpecie, & ex vehementia. Ex ſpecie, ſi pungenti ſimilis, vel tendenti, vel torporem inducenti, vel grauanti, vel ſtimulanti, vel erodenti, vel ferienti, vel continuus, vel cum intermiſſione, vel æqualis, vel inæqualis. Ex vehementia, quis ſit maior, aut minor, aduertendum: quæ paulo antea, quo ad magnitudinem, differentia in doloribus dicebatur. Conſueuere ſiquidem medici verbo abutentes, omne vehementius, maius nominare, quamuis non ad quantitatem, ſed ad qualitatem id pertineat: febrem enim, quæ ſuam habet in caliditate ſubſtantiam, magnam, vel paruam, vel mediocrem omnes nominare non deſinunt. Quare non eſt mirandum, ſi & dolorem vehementiorem, maiorem appellant. Immo vero non eſt admiratione dignum, ſi, quæ ſpecie inuicem diſtant, magnum aiunt habere diſcrimen: veluti dolorem, qui ponderis cuiuſdam ſimilitudinem gerit, ab eo, qui videtur ferire, vel aliquod aliud pati ex iis, quæ antea diximus.

6 B *Renum, & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanantur.*

In ſenibus vix (inquit) ſanantur, hoc eſt multo negocio, ac longo tempore, quæ in renibus, ac veſica ſunt vitia: quoniã earum opus indeſinens eſt, quiete aũt opus eſt, ſiquid ſanari debeat: & quia per ipſas euacuatur ſuperfluitas acris, apta irritare, ſiue vlcus, ſiue inflammatio, ſiue aliqua alia paſſio in ipſis conſtiterit. Multo autem difficilius ſanantur in ſenilibus corporibus veſicæ paſſiones, quoniã & omnes alij morbi, præcipue q3 longi. ‖ Tales enim & ipſe ſuperius dixit cõmori omnes.

* πρεσβυτέροισι hẽnt plerique codices, vt Leon. legit: πρεσβύτησιν i. ſenibus aly.

7 *Dolores, & tumores ventris ſublimes, leuiores: qui vero non ſublimes, fortiores.*

2ª. Apho. 39. 17. h

Sublimes nunc intelligendi ſunt, non ſecundum longitudinem corporis, ſed profunditatem. Interſtringuuntur autem hi in locis ad ventrem attinentibus, interiore abdominis membrana, peritonęo græce appellata, adeo vt, quicunq3 ſupra hanc fiunt, ſublimes vocẽtur: qui vero infra, hoc eſt in ipſis inteſtinis, atq3 ventriculo, nõ ſublimes dicantur. Liquet aũt, q3 tales recte dixit eſſe fortiores.

8 *Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta difficulter ſanantur.*

C Docuit ipſe in libro de vlceribus, ª ‖ non prius ad cicatricẽ perduci vlcera, quàm ſufficienter exiccentur: hoc autem non facile fieri in iis, quos aqua inter cutem male habet, ob humiditatis immoderantiam.

A in lib. de Vlcerib. non longe a principio: vbi ait: At vbi deligare voles. & in lib. de capitis vulneri b. Siccius fieri vlcus oportet.

9 b ‖ *Latæ puſtulæ non admodum pruriunt.*

Sicuti tubercula omnia duplicem habent differentiam, quoniã quędam tendunt in acumen, & altum petunt: quędã ad maiorẽ extenduntur locum, non tamen in altũ attolluntur: ſic & puſtulæ nõ nullæ ſublimes, nõ nullæ latæ fiunt. Sublimiores aũt puſtulæ, atq3 tubercula à calidiore humore generãtur, humiliores aũt à frigidiore. Quare ob duplicẽ cauſam latæ puſtulæ non admodum pruriunt: diffluntur enim in latitudinem extenta, & facientem ipſas humorem minus acrem habent.

B 6. Epid. ſect. 2ª. t. 29. 3ª. 165. f

10 c ‖ *Caput dolenti, & circundolenti, pus, vel aqua, vel ſanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit.*

C in lib. de Iudicationib. prope finem. & 1. Prorrhet. com. 3. t. 60. 4ª. 186. h. & in Coacis prænot. Quib. capitis dolores, &c. & Capitis dolorem ſoluit pus per nares, &c.

Plura & alia ſic oſtenſus eſt Hippocrates dicere: in quibus niſi quis animum aduerterit, videbitur, quod ab ipſo dicitur, ſolum ad curationem paſſionis proficere, aliud vero nihil. Verum ipſe non hoc tantum dicit, ſed ſimpliciter, quòd pus, vel aqua effluens per nares, vel aures, morbum ſoluit. Quòd ſi vtique conuertens dixiſſet, quemadmodum ego nunc, ſermo foret irreprehenſibilis. Quando vel propter inflammationem, vel humorum crudorum multitudinem in capite aceruatorum fieri dolorem contigerit, tunc inflammatione ſuppurata, aut humore excreto, ſolutio fit morbi. Si vero propter ſpiritum flatuoſum, aut ſanguinis multitudinem, aut bilem mordacem, aut omnino ex intemperatura, dolor acciderit, per alia ſanabitur.

D

11 ‖ *Melancholicis, & renum vitio laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum.*

in lib. de Iudicationibus nõ longe a fine, quanquam ibi legitur τοῖς μελαγχολικοῖς μετὰ φρενῖτίδων ἐχομένοις, hoc eſt melancholicis phrenitide occupatis.

Non ſolum rõne euacuationis hæmorrhoides ſanãt huiuſcemodi paſſiones, ſed & ipſa qualitate humoris euacuati. Hæ etenim ſanguinẽ craſſum conſueuerunt euacuare, humore plenũ melancholico, talẽ habente in ſanguine conſiſtentiã, qualis eſt in vinis fæx: quare nihil mirũ, ſi melancholiæ, & rẽnũ paſſionibus cõferunt hęmorrhoides, vt q̃ humorẽ fęci ſimilẽ euacuare natura aptę ſint.

12 *A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire.*

Hęmorrhoidas fieri impoſſibile abſque hoc, q̃ propter multitudinem, & craſſitiem ſanguinis ora quarundam venarũ aperiantur, hepate ad ipſas reponente fæculentum ſanguinem, & melancholicum. Siquis igitur ei hoc intercludat iter, ſimul duritiem in hepate facit, ſimul multitudine

grauans

grauans ac craſſitie, calorem, in ipſo natiuum extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperingeſta ſuffocant ignem, atq; extinguunt. Si igitur à natiuo calore generatur ſanguis, perſpicuum eſt, quòd ipſo extincto non generabitur amplius. Aqua vero inter cutem fit, cum ſanguinis generatio fruſtratur. Quòd ſi quando poſſit hepar propellere multitudinem ad venas pulmonis, hîc vaſe aliquo rupto tabidi fiunt. Non fruſtra igitur conſulit vnam ſaltem ſeruare hæmorrhoidem, vt per hanc euacuetur fæculenta, ac vitioſa materia hepatis, præſertim in quibus ſolita eſt tempore longo per tales venas excerni. E

A ſingultu habitum ſternutatio ſuperueniens liberat.

13 infra, Aph. 39. Auctor eſt ipſe, ſicuti ‖ conuulſionem, ita & ſingultum, vel ex inanitione, vel plenitudine fieri. Quando igitur à plenitudine fit (maxima autem ex parte ita fit) violento opus eſt motu, vt veluti vecte quodam concuſſæ ipſum efficientes humiditates diſtillentur, atq; euacuentur: hoc autem facit ſternutatio. Eos vero, qui ex inanitione fiunt (qui rariores ſuperueniunt) non ſanat ſternutatio. Quòd vero ex plenitudine ſingultus iugiter fiat, indicant pueri crebro ſingultientes, cum ſunt repleti. Algor autem, & frigiditas omnis, eo quòd {omnia} neruoſa corpora efficiunt ad diſtillandum difficilia, ſunt cauſa, vt hæc repleantur, atq; ideo in ipſis ſingultiunt. F

‖ *Ab aqua inter cutem habito, ſi aqua è venis in ventrem defluxerit, ſoluitur morbus.* 42. Apho. 2. 27.h

14 in lib. de Iudicatiõib In his, qui hydrope detinentur, &c. & in Coacis ꝓnot. Hydropicis circa venas, &c. Vnum & hoc exemplum eſt earum, quæ ſponte fiunt, & vtiliter, euacuationum. Spontaneum autem dicimus, non, quod ſine cauſa fit, ſed quod noſtra cauſa non fit. Quando enim data à nobis medicina aquam trahente, talis fiat euacuatio: non amplius hanc ſpontaneam nominamus.

15 ‖ *A longo alui profluuio habito, ſponta neus vomitus ſuperueniens, morbum ſoluit.*

Et hoc pariter exemplum eſt eorum, quæ recte fiunt à natura, quod medicum imitari oportet. Vtilitas vero prouenit retractionis ratione.

16 1. de Morbis, vbi tractat, quę caſu, & ſponte in morbis contingũt, ibi ait, A profluuio alui forti &c. *A morbo laterali, vel pulmonia habito, alui profluuium aduenies, malum.*

Cum partes aliquæ patiuntur, non ſimpliciter aliæ compati ſunt natura aptæ, ſed cum forti paſſione detinentur. Secundũ hoc igitur, & hepate fortiter patiente, ſingultus ſuperuenit, cõpatiente ſtomacho: tuſſis aũt, & difficilis anhelitus cõpatientibus ijs, quę reſpirationi obſeruiũt, inſtrumentis. Sic & his ipſis peſſime affectis hepar compatitur: & hoc ipſum manifeſte oſtendit Hippocrates, cũ non ſimpliciter dixerit. In morbo laterali, vel pulmonia aluũ turbatã eſſe malũ ſignũ, ſed adiecerit /habito/ ac ſi dixiſſet detento, atq; vexato homini à talibus paſſionibus profluuiũ alui ſuperueniens, malum eſſe ſignum: qm̃ ita ſe habentibus profluuiũ alui ſolet aduenire, cum non bene poſſit amplius hepar ad ſe trahere alimentũ, neq; conuertere in ſanguinẽ, & quandoq; ventriculus alimentũ corrumpat. In mediocri aũt morbo laterali, atq; pulmonia profluuiũ alui ſuperueniens poteſt interdum prodeſſe, ratione euacuationis, et magis, cũ ſigna coctionis apparuerint ineſſe paſſionibus, neq; adeſt timor, ſed morbus eſt citra periculũ. Communiter autem & in his, & in omnibus alijs, quæcunq; eodem modo dicuntur, illud meminiſſe oportet, quòd ob nullum aliud extemporaneum, & manifeſtum, caſus ſuperuenerit, veluti & nunc alui profluuium non ex cibo, aut potu aliquo, ſed morbi ratione contingat. Nam, ſi alia ex cauſa, & non vi morbi fiat, non poteſt eius morẽ ſignificare: ſiquidem oportet ſignum ſecundum aliquid ei, quod ab ipſo oſtenditur, connecti. G

17 in lib. de Iudicationib. prope finem, & in Coacis ꝓnot. Lippienti ab alui profluuio. ‖ *Lippientem alui profluuio corripi, bonum.* 43. Aphor. 2. 27.h

Non vt ſignum, hoc, lippientibus bonum ab eo dictum eſt, ſed vt cauſa, quia humorum abundantia ſimul euacuatur, atq; ad inferiora retrahitur. Eſt autem & hoc apud ipſum exemplum vnũ eorum, quæ ſponte, & vtiliter euacuantur, quod medicum imitari oportet, & proculdubio ſic etiã omnes faciunt, in lippitudinibus aluum & clyſteribus, & purgationibus ſubducentes. H

18 1. de Morbis, Moritur autẽ ſiquis cerebrũ, &c. & in Coacis prænot. Moriuntur maxime &c. ‖ *Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore lethale eſt.* 6. Apho. 18. 47.h 6. Apho. 24. 48.e

Hoc verbũ /lethale/ Hippocrates ſępe in alijs libris, et in hoc etiam protulit de ijs, qui ex neceſſitate ſunt morituri, ſæpe etiam de ijs, qui magna ex parte. Quare nunc quoq; manifeſtum non eſt, nunquid omnino ſecuturã mortẽ diſcisſis his partibus velit oſtẽdere, an in quibuſdam raro hominem ſeruari cõtingat. Quòd igitur cor vulneratum mortẽ afferat neceſſario, vnum ex ijs eſt, quæ in confeſſo habentur: non tamen in alijs æque recipitur vulnus quodcunq; mortem afferre ineuitabilẽ, ſed illud, quod magnum eſt, atq; profundum, quod rationabile eſt à verbo /diſciſſa/ ſignificari: vt tota veſicæ tunica diuiſa vſq; ad interius ſpatium intelligatur: atq; in ſingulis alijs eodem modo. Siquidem in veſica confeſſum eſt tale vulnus non coaleſcere, ſicut & in parte ſepti neruoſa, & in tenuibus inteſtinis: in ventriculo autem dubitatur: nam quoſdam in eo vulneratos dicunt aliquando, ſed raro, fuiſſe ſanatos. Hepatis autem non ſolum profundum vulnus in fibris eius factũ,

ſed etiam

A ſed etiam fibram abſciſſam aiunt fuiſſe ſanatam. Neq; nos latet, q̃ in libro de vulneribus exitialibus, quædã ex his eius libri auctor conatur ſanare. Quòd vero partes ipſæ diuiſæ agglutinari non poſſint, in corde quidem ac ſepto tranſuerſo ex iugi eorum motu contingit: in velica autem, quia neruoſa eſt, aç tenuis & exanguis: nam eius collum videmus quotidie ſanari, cum lapis extrahit̃, q̃m carnoſum eſt. Hepar vero vulnera habet plurimo manãtia ſanguine: atq; idcirco prius moriuntur, qui ita ſunt vulnerati, quàm vulnera agglutinari poſſint: hoc autem ita dixi volẽs intelligi etiam venam eſſe diſſectam. Ob hoc ipſum igitur, qui vulnera in ſumma eius parte conſiſtentia aiunt ſanari, & fibras hepatis abſtuliſſe, verum † videntur dicere. Cerebrum autem vulneratum ſę pe ſanatum vidimus, ſemelq; in Smyrna Ioniæ, viuente adhuc præceptore Pelope, è vulnere effatu digno. Hoc itaq; rariſſimum eſt. Verum autem eſt, q̃ magna vulnera, quę cõſueuit Hippocrates nominare διαχοπὰς, i. diſciſſiones, afferunt mortẽ, fatenturq; omnes vulnera cerebri, quę vſq; ad aliquẽ eius ventriculũ penetrant, afferre mortem. Tenuium aũt inteſtinorum natura, & ventriculi magis, non parũ participant carnoſæ ſubſtantiæ: & ideo in ſumma parte vulnerata ſæpius agglutinantur: Tota autem diſciſſa, vſq; ad eorum cauitatem, rariſſime. Hoc autẽ non tã propter eorum ſubſtantiã mihi videtur accidere, q̃ q̃ non poſſumus æque intrinſecus, ſicut extrinſecus,
B medicamentũ vulneribus imponere. Quapropter is, qui librum de vulneribus pernicioſis conſcripſit, ſiue Hippocrates fuerit, ſiue quiuis alius, ſanare ventriculum per potiones conatur.

† Legitur negatiue in Aldino codice.

19 ‖ *Cum diſciſſum fuerit os, aut chartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque coaleſcit.*

7ª. Aph. 28. 55. h

1. de Morbis, Neruus præciſus, & in Coacis prænot. Neruus diſſect⁹, &c.

Augeri vocat talem aliquam generari ſubſtantiam, qualis eſt abſciſſa, ſicut in cauis vlceribus videtur caro germinare: coaleſcere autẽ, q̃n diſciſſi corporis labra agglutinantur. Quòd igitur neq; chartilago, neq; os generentur, eſt in confeſſo. An vero agglutinentur, nõ nulli dubitant. Inquunt.n. perſpicue videri oſſa perfracta agglutinari. Sed aberrãt, & doceri poſſunt in brutis, quorũ pars aliqua fracta contraxit callum. Hęc.n. ſeu viua, ſeu mortua, ſiquis velit inſpicere diſſecando, videbit manifeſte à callo, veluti vinculo quodam circunducto, partes oſſium diſciſſas eſſe conſtrictas: quas ſi abraſerint, fracturę profundum videbunt non agglutinatum. Sic igitur de ijs, quæ dicta ſunt, ambigunt, non nulli augeri dicentes, non tamen coaleſcere: quidam vero etiam coaleſcere, ſed raro. augeri igitur illa deſiderãt, quę per exeſum ſunt vlcerata: & nullum vidi taliter affectum, cui non increuerit caro: Agglutinari autem illa, quæ diuiſa ſunt, & non diſciſſa. Hæc enim inui-
C cem differunt, cum diſciſſa diuiſionem habeant, vſq; ad finem peruenientem: quæ nunc Hippocrates inquit non coaleſcere, non ob id tantum, q̃ neruoſa ſunt, atq; tenuia, ſed quoniam etiam, ex eo, q̃ talem habent naturam, labra vulneris non ſunt parum à ſe inuicem diſtantia.

20 *Si in ventrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.*

Quidam ſine articulo/ventrem/ſcribunt, volentes omnẽ ſignificari cauitatem, quibus aſtipulatur, quod/præter naturam/adijcitur: per quam adiectionem tale quiddam oſtendit Hippocrates: Si vnquam ſanguis à propria cauitate in aliam quancunq; cauitatem peruenerit: vt ſanguis permaneat, eſt omnino impoſſibile. Sic igitur, & in inflammationibus, & illis, quas Græci ecchymoſes nominant, fieri videtur. In inflammationibus quidẽ, per minimas partes diſperſo ſanguine ad eas, quę ſunt in muſculis, cauitates, quas ſola ratione contemplamur: in ecchymoſibus autẽ in ſpatia effuſo, quę vaſis circumiacent. Suppurari autem non eſt recte dictum, cum nomen ſit vnius mutationis in ſanguine factæ. quare non nulli ipſum ad generalius transferunt, hoc eſt ad corrumpi, id ab ipſo dicẽtes ſignificari. Sic enim fieri videmus, non permanere ſanguinem, cum à ſuo loco exciderit, ſed aliquando ſuppurari, aliquando nigreſcere, aliquando in grumos verti,
D præſertim quando in magnam cauitatem exciderit præter naturam.

21 *Inſanientibus" ſi varices vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.*

A. l. 1. t. 4. ca. 3. fol. 73. b

Hic inſaniam illam, quę propriè melancholia dicitur, vocat, nõ illum, qui fit ex bile, furorem, ſunt autem varices venæ latiores in coxis, & cruribus: quæ ex craſſo, & melancholico ſanguine contingunt, adeo vt pellente natura ad partes ignobiliores eos, qui inſaniam efficiunt, humores, præſertim cum melancholici fuerint, ac craſſi, dictarum paſſionum generatio ſequatur, & inſanię ſolutio.

* *Maniam.*

22 *Quæcunq; rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, venæ ſectio ſoluit.*

Melius quidam ſcribunt: Quicunque dolores. nam ruptum ipſum deſcendere, vnum eſt impoſſibilium: ſiquidem diuulſa, ac rupta muſculi parte carnoſa fit ruptum. Videtur, itaq; nõ nunquam manifeſte admodum collectus in loco ruptionis ſanguis: & diſcuſſione ſanatur. Reliqui vero, qui ſunt in dorſo dolores, ex defluente humore generantur, interdum ſolo, ſed magna ex parte craſſo ac flatuoſo ſpiritui aſſociato: quem excipere oportet, atque euacuare per venæ in cubito exiſtentis ſectionem, quando huc apparet fluens. Eſt enim eius præceptum, ſecundum q̃

humores

in lib de Hum. ſtatim in prin ip & 1ª. Aph. 21.10.a

humores repunt,facere euacuationes. Idemq; ſignificant verba hæc, ‖ Eo ducendum eſt, quò re- E
punt,per loca oportuna.Si autem de ruptis ſermo eſt ſcriptus ab eo:eos, qui fiunt compatiendi
ratione,dolores intelligendum eſt dici ab ipſo deſcendere ad cubitos,non ipſam carnoſæ partis di
uiſione: nam fieri poteſt,vt & talibus venæ ſectio vtilis ſit,communi euacuationis ratione.

23 ‖ *Si timor,atq; mœſtitia longo tempore perſeuerent,melancholicum tale eſt.*

2. de Sympt Cauſis. 3ª.24 3. de locis affectis.4ª.19.a A.l.1.f.3.d.5.c 1.fol.69.b

Siquis non ex cauſa manifeſta" metuat,aut mœſtus ſit,melancholici caſus manifeſte ſunt,† etiã
ſinon dum tempus acceperint. Sed ſi propter cauſam manifeſtam incipientes,diu poſtea perſeue
rent,non te lateat melancholiam ſignificare. Nam & plures viſi ſunt furore corripi,qui ab excan-
deſcentia,vel ira,vel mœſtitia principium habuit,ipſo ſcilicet corpore tempore illo prompte ſe
habente ad incidendum in tales paſſiones.

†*Cod. Leon. habebat* κἂν μὴ δι᾽ ἑαυτῶν τύχῃ κεχρονικότα, *impreſſi habent*, κἂν μᾶλλον εἰ τύχῃ καὶ χρονικότα, *i. & magis ſi longũ tẽpus perſeuerauerit. Videtur tamen magis quadrare Leoniceni lectio.*

24 [a] ‖ *Si quod intæſtinorum gracilium diſcindatur,non coaleſcit.*

Hoc,& in aphoriſmo paulo antea dicto monſtrauit,cuius initium, [b] ‖ Veſica,diſciſſa, vel cere
bro.Neſcio igitur,quo pacto nunc fruſtra fuerit aſcriptus. Idem autem vidimus, & in pluribus
alijs aphoriſmis: quos melius fuerit eximere. F

A in Coacis p̃not. Si inteſtinum quoddã ex gracilib.&c.

25 [d] ‖ *Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora,non eſt bonum: ab interioribus autem ad exteriora,bonum.*

Non ſolum eryſipelas,ſed aliud quodcunque,quod ex profundis,& principalioribus partibus
transfertur ad cutem,bonum eſſe ſignum,ac cauſam debemus exiſtimare: contra vero, ſi ad inte-
riora,& profunda tranſmutetur,malum. Sed,& alia multa videtur dixiſſe Hippocrates,quædam
veluti exempla ſermonum vniuerſalium,à quibus eius, quod ſolet euenire, experientiam poſſu-
mus habere manifeſtiorem. Talia etenim exempla oportet eſſe.

B Supra, aph. 18.

26 [c] ‖ *Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur.*

C 1.de Morb. Eryſipelas,ſi extra diffuſũ,&c. & in Coacis p̃not. Eryſipelas vero foris,&c.

Vtrum Hippocrates tales ſermones ſcripſerit, vt exempla magis generalium, atque vniuerſa-
lium ſermonum,an alij interpoſuerint,cęteris inquirendum relinquentes, illud tantum in ipſis
obſeruabimus,quod & antea dictum eſt,& nunc in febre ardente dicetur. Quæ enim hanc febrẽ
efficiunt cauſæ, in venoſo genere exiſtentes: quando ad neruos transferuntur,primum tremores
faciunt: compatiente vero principio,etiam delíria. Sicuti igitur in febre ardente translatio,ſic,&
in omni alia febre poteſt fieri: & omnino ex arterijs, & venis ad neruos transfluxus humorum G
noxiorum,ſicuti rurſus ex neruis ad has. Improprie igitur dictum eſt febrem ardentem à delirio
ſolui. Hęc enim ſolet Hippocrates dicere,quibuſdam ſuperuenientia,eorum ſoluere conſiſtentiã,
quęcunq; prorſus hominem liberant,non quę alteram generant paſſionem,quæ nihilo minus,
quam prima,ſit periculoſa.

D in li.de Iudicationib. Quibus in febrib. ard.trem. & in Coacis prænot. Tremores in febrib.

27 *Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes vruntur,aut ſecantur: ſi pus,aut aqua vniuerſim efflu-xerit,omnes moriuntur.*

Suppuratos præcipue conſueuit nominare, qui pus habent in ſpatio inter thoracem,atq; pul-
monem: ‖ quos quo modo vrere oporteat,dixit in libro de paſſionibus,cuius initiũ, Pulmonis ar
teriæ.Quidam hunc librum inſcribunt,De ſuppuratis. Vſtione igitur indigẽt,qui plurimum ha
bent pus,adeo,vt deſperent per ſpuitiones poſſe expurgari. Hos vero ipſos,& difficultas anheli-
tus vehementer infeſtat ex loci anguſtia: quæ etiam nos cogit,vt eos vramus.In iſs autem,q aquã
inter cutem patiuntur,illæ,quæ à Græcis paracenteſes, id eſt punctiones, nominantur, magis, q̃
vſtiones,medicis ſunt conſuetę. Verum,quod commune eſt vſtioni,ac pũctioni,nunc ſanè Hip-
pocrates conſulit caueri,hoc eſt multam,ac ſubitam euacuationem: ſic enim videtur contingere, H
vti ait. Scriptum eſt etiam ab Eraliſtrato exquiſitius de iſs,qui aqua inter cutem laborant, in plu-
ribusq; compertum dicit experientia,multam,ac ſubitam euacuationem febres,& mortem affer-
re. Videmus autem,& in alijs partibus ęque,atq; in thorace,quando aliquis magnus tumor ſup-
puratur,piculoſum eſſe ſubito multũ euacuare,cũ eueſtigio deficiat anima,viresq; cõcidant, nec
poſtea debilitas iſta facile remedium habeat. Videtur itaq; in his propter magnam corporum di-
ſtãtiam,& puris acrimoniam,ora quorundam vaſorum arterioſorum adaperiri,quæ prius,velu
ti quoddam operculum,pus continebant: quo vniuerſim euacuato,multi cum eo ſpiritus exeũt,
atq; excernuntur: vnde periclitantur.In aqua vero inter cutem non modo ob hanc cauſam ea la-
borantes offenduntur,ſed,& durities viſceris,vt quę non amplius ſuſtentatur ab aquoſa ſubſtan-
tia,& ſeptum tranſuerſum deorſum trahit,& viſcera,quæ ſunt in thorace.

in lib. de Internis Affectionibus,ſi vero erũpat pus in pectus, &c. poſt principiũ permultis verũb̃ interpoſitis.

διασάσεως. *ſed forte* διατάσεως, *i. diſtentionem*,

28 *Eunuchi neq; podagra laborant,neq; calui fiunt.*

Eunuchos ſectio teſticulorum ſimiles efficit fœminis. Sicuti ergo in eis caluities non accidit:
ſic neq; in eunuchis,propter temperaturæ humiditãtem. Nam enuchos podagra non laborare,
Hippocratis quidem tempore verum extitit: nunc vero nõ amplius,propter immodicũ ocium,
& victum

A & victum intemperantem. Res autem tota ita se habet. Necesse est pedes natura esse imbecilliores, siquis podagra corripi debeat: sicut & cerebrum, si morbum comitialem passurus sit: non tamen est omnino nessarium alterutrum pati, si nihil in vita deliquerit. Disces autem aperte, q̃ imbecillitas partis non sit sufficiens ad generandã passionem ex intermedio tempore accessionum: in quo prorsus nõ infestantur, quamuis naturalis imbecillitas continua sit. Clarum est autem hoc, & in podagricis manifestissime apparens, q̃ influẽte aliquo ad pedes humore superfluo, passio generatur. Si nunquam igitur hic humor influeret, liquet, q̃ neq; vnquam accideret passio: non influet autem, si semper vacans superfluitatibus corpus extiterit. Erit autem vacãs superfluitatibus, si mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit: vnde & desidiæ, & crapulæ eis nocent. Nocent etiam multa, & potentia vina bibita, præcipue cum aliquis ea ieiunus potauerit. Hęc enim neruosam substantiam prompte offendunt, sicut & coitus. Ætate igitur Hippocratis pauci podagra laborabant, propter vitæ moderantiam: nostris vero temporibus vsqueadeo auctis edulijs, vt nihil eis addi posse videatur, infinita est podagrarum multitudo: cum non nulli sint, qui ne exerceantur quidem, sed cruditatibus, atq; ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderate: non nulli vero, etsi non in his omnibus, in vno saltem aut
B duobus delinquant. Atqui peccatum magnum cum fuerit: sæpe in vno eorum, quę diximus, deliquisse sat est. Ob hanc igitur causam etiam eunuchi podagra corripiuntur, quamuis nullum habeant vsum venereorum. Talis enim est eorum desidia, ingluuies, ebrietas, vt etiam sine venereis podagra corripi possint. Hęc eadem & de articulari morbo dicta existimes: omnes siquidem, qui eo laborant, maxima ex parte prius podagrici fiunt. Accedit ad has causas, ob quas pleriq; incidunt in podagras, quòd multi & patres, & auos habuere podagricos, in quibus semen erat vitiatum: atq; ideo filijs vehementiorem fecerunt partium imbecillitatem.

πλήττουσι. i. percutiũt: habẽt multi cod. manuscrip. & rectè aly πλήσσουσι, i. opplẽt vt et Laurent.

29 ‖ *Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.*

de Venæ sect. aduersus Erasi. 6ª.7.a

Mulieres non fiunt podagricæ, ratione euacuationis. Ostensum est enim in præcedente sermone, quòd, nisi humores superabundauerint, ex sola partium ad patiendum habilitate non potest podagra fieri. Verum rursus & hìc, prius quidem erat verum, vbi non omnino menstrua defecissent, quia parua erant delicta, quę ætate superiore mulieres admittebant: nunc vero ob eorum magnitudinem, quædam podagra laborant, antequam menstrua deficiant, cum quampluribus pau-
C ca exeant, non nullis autem vel mediocria.

30 *Puer podagra non laborat ante vsum venereorum.*

Quòd magnam vim habeat ad podagræ generationem vsus venereorum, liquet etiam in pueris, quemadmodum paulo antea & de eunuchis dicebam. Eunuchos itaq; vidimus quosdam podagra laborantes, pueros autem non vidimus. Verum, siquis tali est passione correptus: vnà cum hoc, q̃ & genuum articuli, & manuum intumuerunt, in quendam articularis morbi modum repente incidit ob plenitudinem ex multis cruditatibus aceruatam.

31 ‖ *Dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum epotum soluit.*

1. de Diffe. feb. 3ª.41.g in 6. Epi. cõ. 6. t.5.3ª.196.a 6. de Simpliciũ medi. facul. 5ª. 40.d 3 Metho. med. 7ª.17.c 12. Meth. med. 7ª.75.d 7ª. Aphori. 46. 57.g

Singula horum, quæ dixit, magis experientia, quàm ratione aliqua, videtur mihi Hippocrates cognouisse. Nihil enim mirum, si homo dolens, cum isset ad balneum, dolore fuit liberatus: vel, si non permissus bibere vinum, deinde nullam ex hoc sentiens vtilitatem, motus est ad bibendum, alioqui multum appetens vini, & posthac melius se habuit. Sicut igitur & plura alia,
D quæ medici hoc modo inspexere, sunt ab eis scripta absque aliqua determinatione: ita & hæc mihi scripta videntur ab Hippocrate, neq; vt rationali dicente dispositiones, neq; vt empirico concursus. Cæterum vtilitas, quę nobis potest aduenire ex sermonibus hoc modo scriptis, est in inquirendo dispositiones, in quibus meri potio, & balneum, & vnumquodq; eorum, quæ seriatim dicta sunt, vtile sit: quod & mihi contigit. Nam, quòd omnino sint aliqui oculis dolentes, quorum non nulli meri potionibus, non nulli balneis iuuentur, fidem Hippocrati adhibens eram persuasus (neq; n. ipse scripsisset, si non vidisset) non tamen ab aliquo præceptorum tale auxilium ægris adhibitum fuisse conspexeram. Itaq;, primo cum omnes quæsijssem dispositiones, in quibus necessarium est non in oculo tantum, sed & in alijs partibus fieri dolores, deinde que mihi ipse persuasissem eas adinuenisse, hinc consideraui earum indicia dispositionum: &, postquam his etiam fidem adhibui, ausus sum remedia afferre dolentibus. Ac primum quidem adolescentem balneaui: cui medicus non absque ratione in die secundo ab initio venam secuerat, & deinceps curauerat medicinis, quas experientia cognouerat, cum inflammatio sola obsideret oculos. Dolebat autem vehementissime per quosdam insultus, in quibus aiebat ipse sentire se acres humores, qui vniuersim fluebant ad oculos: quibus excretis licet vehementia doloris sedaretur, non tamen dolor omnino cessabat: & hoc illi per totam quintam accidit diem, maius semper habens incremen-

tum. Cum igitur dolorẽ non posset tolerare, me & quendam alterum ex ocularibus medicis ad- E
uocauit tunc in vrbe Roma probatissimum. Illi itaq; videbatur vtendum esse collyrio quodam ex
ijs, quæ emplastica nominant, & anodyna, id est dolorem sedantia: cuiusmodi sunt, quæ ex cerussa
lota, amylo, & papauere componuntur. Nam sic maxime sperabat posse reprimi per emplastica
id, quod influebat, & simul sensum per stupefacientia torpescere. Ego vero ab initio suspecta habui
talia medicamenta. Neq; n. vehementes reprimunt fluxiones, sed excerni prohibent: atq; ideo, si
humores fluentes acres extiterint, corneam erodi contingit: si vero multi, extendi, ac vehementer
irritari, ac si rumperetur: ex quibus, nisi medicamentum fuerit magnopere stupefaciens, dolores
impatibiles excitantur. Si vero fuerit adeo stupefaciens, vt ex eo oculi maximam inflammationem
non sentiant, necessarium est simul vim visoriam lædi adeo, vt cessante inflammatione, vel debili-
ter, vel nihil oĩno videant: simul quandam præduram dispositionem, & quæ difficulter sanari pos
sit, in oculorum tunicis relinqui. Cum igitur ista nouissem, atq; animaduerterem humorẽ influen-
tem non paucum, valde q; & acrem, & calidum: primum fomento vtendum censui, experientiæ
gratia, tanquam ex ea certius cogniturus, qualis nam foret dispositio. Solet enim in his fomentum
parumper quidem dolorem mollire, sed alteram fluxionem aduocare. Qua. n. ratione potest id,
quod in oculis continetur, discutere: eadem ratione alteram quoq; ex vicinis locis attrahere valet. F
Verum quàm primum & aquam calidam, & spongiam afferri iussi: eger ipse dixit expertum esse
sæpius tota die id remedium, ac primum dolorem imminuere, sed paulopost maiorem adducere.
Quæ ego cum audissem, medicum ocularem expectare iussi, ipsi promittens me etiam absque fri-
gido medicamento ægrum à dolore liberaturum. Cum autem solo balneo vsus essem, ita dolorem
sedaui, vt tota nocte dormiret æger, nec semel aliquem eorum, qui iuxta dormiebant, aduocaret.
Ab hinc in reliquis, in quibus per signa cognoui influere quidem humores acres ad oculos, non
tamen corpus esse plenum: balnei vsu dolorem sanaui. Adolescens item alius fuit, qui, cp vicinus
vrbi non erat, oculorum inflammationem pluribus iam diebus rursi passus fuerat: hunc, quia in eo
dem statu perseuerabat, in vrbem profectum intuitus habere oculos squallidos quidem, sed valde
tumidas, ac plenas sanguine eas, quæ in ipsis venæ erant: iussi, vt, cum se lauisset, potu vteretur me-
raciore, & ita se sopori traderet: quod & factum est: somnus enim profundus ipsum inuasit, & ma
ne sine dolore surrexit: mihi q; fiduciam præbuit, vt, in quibus sanguinis copia crassioris in ocu-
lorum venulis cõtineretur sine plethorica totius corporis dispositione, vterer vini potione, vt quæ
diffundere sanguinem, atque dimouere possit, sui q; motus vehementia obstructiones aperire. Cæ
terum hæc quidem remedia doloris oculorum fortia sunt. Securissimum autem est fomentum, & G
omnino aliquam afferens vtilitatem, vel tanq; signum ad dignotionem, vel tanquam causa sanita-
tis oculorum. Nam, cum nihil omnino influit in oculos, fomentum dissoluens eã, quę in ipsis con
tinetur, superfluitatem, oculis sanitatem restituit. Cum vero adhuc influit: primo quidem, cum ad
hibetur suo calore aliquod affert vel mediocre leuamen: quòd si paulopost dolorem augeat, tunc
fit signum dignoscitiuum, ex quo nos dispositionem comprehendentes, ad totius corporis euacua
tionem peruenimus: ipso quidem "sanguine redundãte, per venæ sectionem: malitia vero humo A.l. 1. t. 4. c. j. fol. 73. c
rum infestante, per purgationem: neque enim difficile est admodum ab humorum malitia sangui
nis copiam distinguere.

32 *Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur.*

Sicuti psellizesthæ, id est balbutire, prolationis vitium est, nõ vocis: sic & traulizein, eiusdem si-
gnificationis verbum, non potente lingua exquisite eas dearticulare voces, quæ per t & r, profe-
runtur, qualis est hæc ipsa traulus, & similes hæ, trepidus, tremit, tradit, trochus, tristis, & quæcunq;
aliæ tales. Hæ siquidem omnes exigunt linguam se ampliantem, ac prioribus dentibus innitentẽ.
Cum igitur in aliquibus lingua fuerit imbecillior, male innititur, & sonum t & r, dearticulare ne- H
quit, atq; ita ad t & l, pronunciandum labitur. Hoc autem ei contingere potest, quia quoquo mo-
do sit breuior, cp ipsi conueniat: quod tamẽ rarissimum existit: & quia molliorem, atq; humidiorẽ
habet temperaturam: quam ob causam & pueri balbutiunt, cum tale quiddam ipsis in loquendo
contingat, quale etiã in ambulando euenit: nam & ambulare non nulli quidẽ prorsus nõ possunt,
non nulli vero nõ sufficienter cũ cruribus nequeãt propter mollitiem firmiter inniti. Quibusdam
etiã ætate integra, inter loquendũ fatigatis, balbutire contingit: sicut & illis, qui plurimũ tibia eeci-
nerint, & quibus vires ex morbo plurimũ sunt debilitatæ, & quibus demũ lingua est vehementius
exiccata. Verum siccitas tanta nulli inesse potest, qui habitum seruet naturalẽ: atq; ideo solius hu-
miditatis immodicę in ijs, qui natura balbutiunt, id prolationis detrimentum casus est, cum linguę
musculi nequeant firmiter stabiliri: atq; hoc ei potest accidere vel propter suam, vel propter neruo
rum imbecillitatem, quos videlicet à cerebro suscipit. Quare & ebrij aliqñ balbutiunt, partim quia
multa humiditate perfunditur cerebrum, partim quia etiam ab ipsius multitudine prægrauatur.
Continget igitur ijs, qui sunt balbi natura, vt vel cerebrum humidum habeant, vel linguam, vel
vtrunq;. Et à cerebro quidẽ talem tẽperaturam sortito, defluere multas par est humidas superfluita
tes, eas q; inde fluentes in ventrem suscipi: longis q; ideo profluuijs hominem capi. Lingua vero

admodum

A admodum humida ex natura exiſtente,& ventriculum talem eſſe par eſt, vt qui alteram ſui tunicam communem habeat ad linguam: imbecillis autem ex humiditate ventriculi propria paſſio eſt diuturnum profluuium.

33 *Qui acidum eructant, non ualde morbo laterali corripiuntur.*

Acidum eructantes, hoc eſt acidum ructum habentes, raro inquit capi à morbo laterali. Nam, quod dicitur /non valde/ idem oſtendit, quod raro, non nullo modo: vt quidã libri huius expoſitores ſcripſerunt. Dictum autem à nobis eſt, vbi de morbo laterali ſermonem habuimus, q̃ laterali um morborũ hic quidem, qui vnà cum pallidis & flauis fit ſputis, ex bilioſis humoribus ortum habet: hic vero, qui cum ſpumeis, ex pituitoſis: ſicut, qui cum nigris, ex melancholicis: qui vero cum rubeis, ex ſanguine. Eſt enim lateralis morbus inflammatio membranæ, quę ſubcingens nominatur. Cum vero vnaquęq; inflammatio ex alicuius humoris ſuperabũdantia gignatur, pro eius natura, & ſputi ſpecies morbo laterali laborãtibus aduenit, & ſpes ſalutis, ac mortis habetur. Non æque autem membranæ, ac pulmo ſunt natura aptæ humores ſuſcipere: denſa ſiquidem eſt membranarum ſubſtãtia, pulmo vero rarus admodum, ac laxus: quare huic quidem promptum
B eſt omnes ſuſcipere humores, membranæ autem ſubcingenti bilioſos magis. Ob hanc igitur cauſam, quibus pituita natura ſuperabundat, raro à morbo laterali corripiuntur, præſertim ſi ſalſedinem, atque acrimoniam aliquã ſibi adiunxerit. Talis enim inteſtina mordens, irritat ad deiectionem: in qua contingit nõ ſolum pituitam, ſed plures alias etiam ſuperfluitates excerni. Dicebat vero ipſe in libro de aere aqua & locis, ‖ eos, qui habẽt ventrem natura humidum, morbo laterali, atque ãliis morborum generibus minime corripi.

Lib. de Aere aquis. &c. ca 2. 2ª. 2. f

34 *Quicunque calui ſunt, iis magnæ uarices non fiunt: quibus uero caluis uarices magnæ ſuperueniunt, ij rurſus capillati fiunt.*

Non ita tamẽ dicit ĩ eo libro Hippocrates, ſed quòd fieri non poteſt, vt morbi acuti uigeant, vbi uentres ſint tumidi. fortaſſe ergo legendũ eſt, atq; aliis morbis acutis etc.

Quando in viri ſapientis libro aliquis ſermo inuenitur manifeſtum habens mendacium, non ſine ratione legentes dubitare contingit, & primo quidem ſibiipſis diffidere, quaſi neq; illa, quæ ſunt manifeſta, noſcentibus, deinde ſuſpicari, ne falſo fuerit interiectum. Quis enim neſciat caluitium eſſe paſſionem inſanabilem? Sed neque illud verum eſt, magnas varices caluis nunquã aduenire: ſicuti nec varicibus aduenientibus, caluitiem ceſſare: niſi forte (vt non nulli inquiunt) vocatum à medicis capillorum defluuium (græce madaroſin) caluitium nominet. Illud enim à vitio
C ſis humoribus generatur, ſicuti quæ ophiaſin & alopecian nominãt: atq; ideo, cum iidem humo-
A.li.1.t.4.c.3. fol.73.b res ad crura "decumbunt, poſſunt varices facere, & capillos reſtituere. Si enim prius contigerat, vt capilli à vitioſis humoribus corruptis eorum radicibus, corrumperentur: veriſimile eſt, vt eiſdem humoribus alio tranſpoſitis, ad primam naturam poſtmodum redeant.

7ª. Apho. 47. N.h 35 ‖ *Aqua inter cutem laborantibus, tuſſis ſuperueniens, malum.*

Superuenire paſſionibus alias paſſiones & caſus, priſci medici dicere conſueuerunt, quęcunq; ipſius paſſionis adauctæ ratione cõtingere ſolent. Talis enim eſt Praxagoræ liber de ſuperuenientibus inſcriptus. Sic & nunc de tuſſi dictum eſt. Neque enim cum ex alia fit occaſione in homine aquam inter cutem patiente, tuſſis ſignum eſt exitiale, ſed quando ipſius morbi ratione. Cum enim in hydrope aquoſa humiditas tantum adaucta fuerit, vt iam aſperas occupet arterias, ſi tuſſis ſuperueniat, tunc periculum imminet, ne homo haud ita multo poſt ſtranguletur.

7ª. Aphor. 48. 58.a 36 ‖ *Difficultatem urinæ, uena ſecta iuuat: ſecare uero interiores.*

Neque hic ſermo verus eſt, niſi /&/ coniunctionem aſſumpſerit, ita vt aphoriſmus talis fiat:
D Difficultatem vrinæ & venæ ſectio ſoluit. Re vera enim & venæ ſectio ſoluit difficultatem vrinæ, illam videlicet, quæ propter inflammationem & multitudinem fit. Quod autem ſequitur, Secare vero interiores: ſi de venis manuum dicitur, neque verum eſt neque conſentaneum Hippocrati. Videmus ſiquidem ipſum in omnibus libris ſuis, in partibus, quæ ſupra hepar ſunt, è manibus ſanguinem mittere: in inferioribus autem venas, quæ in poplite vel talo ſunt, ſecari iubet. Si quis vero de his ipſum dixiſſe arbitretur, Secare autem interiores: hoc dictum paruã vim habet. Ab vna enim ambæ naſcuntur, quæ in poplite trifariam diuiditur, quoniam & vna vena ad hoc peruenit membrum, non, ſicuti ad manum, duæ. Melius itaque fuerit & hunc aphoriſmum vnũ ex adiectis opinari.

7ª. Aphor. 49. 58.a 37 ‖ *Ab angina habito ſi tumor fiat in collo, bonum: foras enim morbus deducitur.*

Sermo verus eſt, & cauſa in promptu: ſiquidem ex intimioribus & principalioribus partibus paſſiones confert ad cutem transferri.

38 *Cancros occultos oẽs melius eſt non curare. Curati enim cito pereunt: non curati uero longius tempus perdurant.*

Occultos cancros dixit vel eos, qui ſunt ſine vlceratione, vel abſconditos, hoc eſt non appa-

rentes: quod rursus idem significat, ac si diceretur, qui in profundo corporis sunt. Sed & curare, E
duplex est: vnum quidem omnia agere, vt particula patiens ad sanitatem perducatur: alterum au
tem eam adhibere prouidentiam, quæ passioni congruat, hoc est ipsam mollire, ac mitiorem fa
cere, tum præcipue, cum adest exulceratio. Tunc enim est necessarium, vt, si non aliud agamus,
saltem ichoras abluamus, humido aliquo vtentes, non quocunque, sed vel per experientiam, vel
per indicationem inuento, quod neque putrefacere, neque irritare partem patientem sit aptum.
Ab hac igitur curatione neque absistere conuenit: neque illi, qui sunt sine vlceratione, cancri in
digent ea. Aliam vero, quæ fit per sectionem, vel vstionem (quæ sola sunt remedia cancrorum)
consulit, vt in cancris occultis non adhibeamus. Quòd igitur illi, qui sunt in partibus penitiori
bus, talia remedia non desiderant, etiam experientia docet. Equidem scio omnes, qui huiusmodi
cancros curare tentarunt, magis illos irritasse, & breui homines interemisse. Nam, & qui can
crum in palato constitutum, & in sede, & in sinu muliebri, vel vsserunt, vel secuerunt, non po
tuerunt vlcera ad cicatricem perducere, & homines in curatione afflictos, ac maceratos, vsque
ad mortem detulerunt: qui, si curationem non adhibuissent, longiori tempore vitam cum mino
ri molestia transegissent. Tales igitur cancros nullo modo curare tentemus. Ex eis vero, qui
in summa parte corporis hærent, illos tantummodo, quos possumus vnà cum radicibus ipsis, vt F
quispiam dixerit, resecare. Neque enim malum est per similitudinem, radices cancri nomina
re eas, quæ plenæ sunt sanguine melancholico, venas, & vsque ad loca circunstantia distendun
tur. Multi sanè magnæ auctoritatis medici, neque hos manus opera curari permittunt, sed il
los tantum, qui exulcerati, simul laborantes molestant, adeo vt ipsi vltro manu curari deside
rent: simul sunt in talibus partibus siti, quas possumus vnà cum radicibus resecare, & exurere.
Quidam vero neque hos amoliri permittunt, sed omnino absistendum consulunt à remediis po
tentibus in omni cancro. Quòd autem Hippocrates nunquam consuluisset curare potenter can
cros in partibus corporis penitioribus conditos, ex ipsa passionis natura licet coniectari. An ve
ro & eos, qui in summa parte corporis hęrent absque vlcere, incertum est, quantũ ex verbis aphio
rismi coniici potest. Ipsum vero scripserunt Artemidorus, & Dioscorides, vsque ad ea verba /me
lius est non curare/.

39 ‖ *Conuulsio fit vel ex repletione, vel inanitione: ita vero & singultus.*

2. de Sympto. causis. 3ª. 20.c 2. de Locis aff. 4a. 11.a. & 3. 17.e. & 6.40. g in 1. Prog. cõ. 1. t. 27. 4ª. 167.c. Et cõ 3. t. 29. 4ª. 183.b. Et 69. 188.a 11. de Simplic. me. f. 5ª. 80.b.c 8. de Cõp. me. sec. lo 5ª. 190.c 2ª. Aphor. 16. 16.b. Et 5. aph. 1. 37.d. Et 7ª. Apho. 18. 55.c

Conuulsio (vt & ipsum indicat nomen) conuulsis fit ad propria capita musculis, vt autem cla
rius diceretur, retractis, sicut etiam est motus eorum secũdum naturam. Verum hic quidem non G
fit sine animalis appetitu: conuulsio autem, passio est inuoluntaria, ad similem venientibus ner
uosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant.
Nam ex repletione ita nerui intenduntur, vt chordæ in valde humidis ambientis nos aeris consti
tutionibus, atque ideo propter hanc causam sæpe etiam rumpuntur: idem vero & in siccioribus
constitutionibus accidit: nam in sese colliguntur, ac conuelluntur omnia neruosa corpora violen
tius exiccata: veluti lora, si paulo magis ab igne calefiant: quibus similia patiuntur, & quę solis fer
uor exiccauit. Conuulsio igitur non absque ratione à contrariis fit causis. Singultus vero conce
datur conuulsio stomachi nominari, quando aliud fuerit sermonis propositum. Quãdo vero hoc
solum studuerimus, vt singultus substantiam cognoscamus: melius fortassis fuerit non conuul
sionem ipsum nominare, sed quendam motum eiusdem quidem generis, cuius vomitus, intentũ
autem, & illo vehementiorem. Nam stomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipso continen
tur, expellere, ad duos mouetur casus, vehementiorem quidem in singultibus, mediocriorem illo
in vomitibus: siquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in ventriculi spatio latiori conti
nentur, expellere: in singultibus autem ea, quæ sunt in ipso ventriculi ore penitiora. Per stoma
chum nunc à me intellexeris non solum eum, qui ita propriè nominatur, sed & ventriculi os. H
Quæ enim in hoc continentur, ipso appetente ventriculo expellere, singultus fit. Quòd vero eo
rum, quæ difficulter excernuntur, & quæ veluti absorpserit ventriculi os, fiat per singultus excre
tio, discere licet ex iis, quæ quotidie eueniunt, omnibus ferè, plus minus. Siquis enim acre aliqd,
veluti piper per se solum deglutierit, vel cum melle, vel aliquo alio, & postea vinum biberit aqua
calida temperatum, statim singultiet, calore quidem potus piper ad interiora deuehente, eius ve
ro acrimonia ventriculum molestante: vnde conatur motu violentiore rem infestantem expelle
re: demonstratum autem est à nobis in libris de causis casuum, & tussim, & sternutationem, & ri
gorem ex talibus motibus esse.

40 *Quibus dolor circa hypochondrium fit absque inflammatione, iis febris superueniens dolorem soluit.*

Sequitur quidem & ad morsus dolor: sed consueti sunt morsus nomine, non doloris, tales ca
sus appellare. Fit etiã dolor propter quandam similem inflammationi dispositionem. Sic autem
nominata est, quoniam & erysipelata dolor consequitur. Quando igitur nõ ob talem dispositio
nem dolor hypochondrium occupauerit, & morsus sensus abfuerit, relinquitur, vt dolor fiat, vel

propter

A propter obſtructionem, vel propter ſpiritum flatuoſum, vel ob aliquam intemperiem inæqualē, quæ omnia febrilis calor aptus eſt natura ſanare: hæc quidem incidens, extenuans, atq; diſſoluēs: hæc vero ad temperaturæ æqualitatem perducens.

41 *Quibuſcunq; ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit: ijs ob craſſitudinem puris, aut loci non innoteſcit.*

Duplex eſt huius loci ſcriptura, & duplex expoſitio, & vtraq; non caret ratione. Nam & propter puris craſſitudinem, & propter loci, ſæpius occultatur puris in aliquo loco comprehenſi notitia. Recte ergo non nulli ſcripſerunt, His propter loci craſſitudinem: non nulli vero, His propter puris craſſitudinem non innoteſcit

42 *Morbo regio laborantibus ſi fiat hepar durum, malum.*

† Morbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione.} Tunc enim durities oſtendit, vel tumorem prædurum, vel inflammationem in hepate exiſtere: quemadmodum & ſine hac contingit aliquando propter eius obſtructionem, morbum regium aduenire: contingit et ipſa natura per modum criſeos humorem exuperantem in venis contentum, ad cutem expellente.

† Hęc ẏba nō ſunt in exēplaribus græ. impſſis, nec in reliquis tralationibus: ac oīno videntur interpungenda.

43 B ‖ *Quicunq; lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, ijs ſuperueniente longa ‖ difficultate inteſtinorum, aqua inter cutem, aut læuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur.*

6ª. Aphori. 48. 52. d

in Coacis ſpno. Dyſenteria nō longa, &c. Et infra apho. 72. 60 g

Oportuit huic aphoriſmo illum præponi, in quo dicit, ‖ Lienoſis difficultas inteſtinorū ſuperueniens, bonum. Sed ille quidem inter ſequentes ſcribitur, poſt quatuor alios intermedios: nobis autem neceſſarium eſt nunc ipſius meminiſſe. Quicunq; enim lienoſi ſunt, hoc eſt, qui durum iā diu habent lienem, ijs ſuperueniens difficultas inteſtinorum ſoluit diſpoſitionem, quando ſcilicet ratione tranſpoſitionis, atq; euacuationis humorum craſſorum, ac melancholicorū lieni inſertorum euenerit. Sed, quoniam ſæpius huiuſcemodi euacuationes vltra modum extenduntur, & noxiæ ſunt laborantibus: conuenienter Hippocrates, quem finem habeat immoderata difficultas inteſtinorum, oſtendit, quæ talibus aduenit diſpoſitionibus. Læſis ſiquidem inteſtinis à trāſitu vitioſorum humorum, & vis eorum laborat, & temperies natiui caloris aboletur: ob hanc igitur cauſam, & aqua inter cutem, & lęuitas inteſtinorum, ſuperueniunt: lęuitas quidem inteſtinorum ex ſola inteſtinorum læſione: aqua vero inter cutem, propter hepatis compaſſionem, atq; lienis, & omnis venoſi generis.

Paulo infra apho. 48.

44 C ‖ *Quibus ex ſtillicidio vrinæ, ileos ſuperuenerit: in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit.*

in Coacis ſpno. In vrinæ ſtillicidio, &c.

In ileo nihil exit inferius, neque ſiquis acerrimo vtatur clyſtere. Vomitus autem ſtercoris aduenit ijs, qui exitialiter ſe habent. Quòd igitur intercluſa via inferioris exitus, hæc paſſio fiat, quod q; in tenuibus inteſtinis, non autem in craſſis, omnes ferè fatentur: cæterum, quòd propter inflammationem, & propter obſtructionem ſtercoris ſicci, vel humorum craſſorum, aut tenacium, dictum eſt à pluribus. Mihi vero videtur vel inflammatio, vel durus tumor, vel abſceſſus, tantam facere poſſe loci anguſtationem, vt nihil poſſit ad inferiora tranſmitti: Quòd autem humores craſſi, atq; tenaces in cauſa ſint, non admodum mihi videtur probabile. Verum & hoc (ſi libeat) ponito: & ſiquid aliud dicatur præter hoc. Verum id, quod eſt ab omnibus ferè ſuſceptum, qui aphoriſmos expoſuerunt, incredibile mihi admodum videtur. Aiunt enim, quòd, quando veſica inflammatur, anguſtia loci ex compreſſione in quibuſdam inteſtinis facta paſſionem affert, quæ ileos nominatur. Ego vero multos me puto in tota vita mea vidiſſe, non nullos tantum periclitatos, non paucos etiam mortuos ex retentione vrinæ, quibus tunc manife-
D ſte omnibus ſecundum propriam circunſcriptionem plena veſica apparebat, adeo vt ſupra modum eſſet extenta: dolor que, vt par eſt, inde accreſceret: & tamen nullus eorum factus eſt ileoſus. Quo modo igitur quiſpiam vnquam perſuaderetur, ob veſicæ inflammationem anguſtiore facto inteſtino, ileon aliquando prouenire? Non magis ſanè, quàm ex tumore vteri in muliere grauida: ſiquidem vſque ad hypochondria prægnantium tumor extenditur, & magis comprimere poteſt, atque anguſtare inteſtina tenuia: veſica vero, ſi in tumorem attollatur, ſolum poteſt rectum comprimere inteſtinum. Quidam vero etiam dicunt abſurdius, quòd febris ſuperueniens conferat ileo. Nam febris quidem ex inflammatione veſicæ non abſq; ratione fieret: quin, quanto illa maior, ac grauior, tantum augeri febrem contingeret, cum caſus ſit inflammationis. Ileos vero (vt ipſi aiunt) ex inflammatione ortum habuit, & vnam tantum ſpem habet ſolutionis, inflammationis ceſſationem, cum qua etiam febrem ſedari eſt neceſſarium. Bonum igitur ſignum ſolutionis earum, quæ ſunt in ileo, paſſionum eſt febris, vel remiſſa, vel ſoluta: ſuperueniens autem febris, vel aucta, neque bonum ſignum eſt, neque cauſa bona. Nouimus enim illis tantum morbis conferre febrem, qui ex frigiditate fiunt, aliquando quidem ſola, aliquando vero cum humoribus crudis, pituitoſis, vel flatuoſis ſpiritibus. Melius eſt itaque, ſi fateamur nos ignorare, quæ in hoc aphoriſmo Hippocrates dixerit: neque enim ratio, eorum indicat veritatem,

tem, neq; experientia docet. Tertium autem nullum aliud habemus ad fidem faciendam. Quod E
si vnquam talis ęgrotus visus est, aut ab Hippocrate, aut ab aliquo alio (neq; enim, an legitimus sit
hic aphorismus, dicere possum) multitudinem humorum crudorum vnà cum multa frigiditate,
melius est talium in ileo casuum, qui dicti sunt, causam arbitrari. Sic enim tãtummodo febris esset
medicina huiusce dispositionis, & retentarum vrinarum euacuatio: nam re vera cõsueuerunt vri-
næ crassæ, & plurimæ, repente simul illis concoctis euacuari.

45 *Vlcera quæcunq; annua sunt, aut etiam diuturniora: os abscedere est necessarium, & cicatrices cauas fieri.*

Quæcunq; vlcera longo tempore manent, vel cicatrice nullo modo adueniente, vel, si facta sit,
rursus resoluta, nihil videlicet medicis in curatione delinquentibus: necesse est vel propter influ-
xum vitiosorum humorum, vel propter dispositionem in membro longo tempore contractam
ex humoribus influentibus, vel ob aliquam passionem ossis in eo loco corrupti, difficulter sanari.
Alia itaq; vlcera semper maiora, & deteriora fiunt: atq; hæc omnia Phagedænas antiqui nomina-
bant. Quidam vero posteriores ea distinguere cogitarunt, propriaḿque singulis appellationem
indiderunt, quædam Chironia, quædam Telephia, quædam Phagedęnas nominantes, alias q; cu-
riosas adhuc magis appellationes afferentes. Nobis vero sufficiet ex ijs, quę aliquid loci circunstan F
tis occupant, alia Herpetas, id est repentes nominare, quæ summam cutem tantum infestant: alia
Phagedænas, id est exedentes, quæ carnem subiectam corrumpunt. Nam, quod putridum, atque
depascens à non nullis vlcus vocatur, non est propria vlceris differentia, sed passio implicita ex vl
cere, atq; putredine. Scimus autem, q & absq; vlcere putredo ipsa per se ipsam in multis corporis
partibus consistit. Vocatur etiam Anthrax, id est carbo, vlcus escarosum, cui adiungitur multum
partiũ circunstantium inflãmationis. Hæc igitur propriã habuere appellationem, Anthrax, Pha
gedæna, & Herpes. Quæcunque vero vlcera fiunt sine dictis casibus, hæc ipsa per se ipsa solebant
antiqui Vlcera tantum nominare: de quibus nunc Hippocrates loquitur, edocens, quæcunque
talia sunt vlcera, in longum tempus protrahi. Videtur autem experientia rationi astipulari: mul-
táque sępius ex hoc genere vlcerum, cum non post multum tempus fuerint ad cicatricem perduc-
ta, rursus inflammantur, ac iterum dirumpuntur, ipsarum cicatrice soluta. Fit autem hoc talem
aliquam ob causam: quando ex adhibitis medicamentis caro, quæ ossi superiacet patienti, exic-
cata contraxerit cicatricem, statim quidem integra sanitas restituta videtur: rursus vero paulatim
aliquo influente ichore ex osse corrupto in parte penitiore, iterum aduenit inflammatio, & pu-
ris generatio cõsequitur: à quo quidem cicatrix eroditur, caro vero exulceratur. Quę́nam igitur G
est talium ‖ sanatio vlcerum? Nõ profecto alia, quàm ab ipso scripta in libro de vlceribus, & à no-
bis in tertio de methodo curatiua demonstrata: siquidem vlcera omnia exiccari oportet, præci-
pue vero, in quibus patitur os. Terminus autem siccitatis est, vt abscedat pars ossis, quæ vitiata
est. Quare non absque ratione tantum fieri cauas cicatrices contingit, quantam habuerit abscef-
sus crassitudinem.

in lib. de Vlceri bus. Depurga- tio ventris deor sum, & c.

46 *Qui gibbi ex asthmate, aut tussi fiunt, ante pubertatem moriuntur.*

Gibbos (græce ὑβὰς, & κυφὰς) solet Hippocrates nominare, quos nunc omnes homines cõue-
xos (græce κυρτὰς) appellant. Nam & vere eis est spina in partem posteriorem conuexa. Conue
xo igitur opponitur cauum, gibbo recuruum, seu repandum (græce λορδὸν.) Sed hæc quidem
de sola spina Græci dicunt, illa vero de omnibus. Quo modo vero ‖ gibbositas fiat, ipse narrauit in
libro de articulis, sicuti & de ‖ repanditate, ‖ obstipitate, ‖ & quassatione. Hæ. n. sunt propriæ, atq;
præcipuæ spinæ passiones: oportet aũt illum, q vult istarũ passionũ habere notitiã, ijs, quæ in eo li
bro scribunt plenius incumbere. Nunc vero à nobis ea dicẽtur, quæ ad propositum aphorismum
videntur vtilia. Gibba fit spina aliquando propter ictum, aut casum: gibba etiam fit propter quę- H
dam tubercula dura, quæ in parte anteriore consistunt: à quibus siquando vna vertebra trahitur
ad anteriora, recurua fit eo loco spina: ita & si plures fuerint se ordine consequentes: qñ vero non
fuerint continuæ hę, quę tenduntur vertebrę, gibbositas fit tm̃ partibus retro tendentibus, quantũ
vertebræ extentæ sunt ad interiora reflexæ: nã hoc fieri videtur in oĩbus duris mediocriter ten-
tis, veluti calamis, viminibus, virgis, & oĩbus alijs huiusce modi: dictum est de his plenius in ex-
positionibus libri de articulis. Nunc vero eos, qui gibbi facti sunt ex asthmate, & tussi, ante puber
tatem cito inquit interire. Neq; n. vult in his thorax, vt ipse dixit, vna cũ alijs augeri, atq; ideo ma-
gna angustia premuntur ea, quæ respirationi obseruiunt, instrumenta. Oĩbus siquidem est com-
mune, qui spõte gibbi facti sunt, hoc est, quibus sine ictu, vel casu spina passa est: propter dura tu-
bercula, & concoqui difficilia, tales fieri. Sed, cũ multa sit in tuberculis, quo ad tumorem, duritiẽ,
& locũ, in quo consistunt, differentia: quæ dura simul, ac magna sunt, statim difficilem faciunt ho-
minibus respirationẽ, quę vero ex suo humore aliquid ad asperã mittunt arteriam, reddunt tussi-
culosos. Verũ, quæ talia sunt, vt mittant ex suo humore aliquid, non sunt dura exquisite, atq; ideo
necessarium est eis aliquãdo suppurari, & hominem occidere. Quæ vero nihil mittunt, ex crassis
humoribus ortum habent, atque ob id dura sunt, & incocta, & longo permanent tempore, anteq;

ā Articulis. cõ. 3. t. 1. vsque ad 54. 7ª. 268. c. & c.

suppurentur,

A ſuppurentur, atq; ideo non perimunt hominem. Quę vero (vt dixi) vnà cum tuſſi ortum habue re, properant ad ſuppurationem, atq; ideo ſunt exitialia. Sic & quæcunque cum difficili anhelitu fiunt, ſunt iis, qui adhuc augentur, pernicioſa: vel enim hęc magna ſunt: vel in loco thoracis ad vi tam opportuno. Cum igitur pulmo vnà cum corde in talibus augeatur, locus q; continẽs minor efficiatur, coſtæ vero non augeantur, & ſe flectendo, propter gibboſitatem thoracem faciant angu ſtiorem: neceſſarium eſt tantam breui tempore fieri anhelitus difficultatem, vt homo corrumpatur. Nam, ſi non dum gibboſitate ſuperueniente, propter ſolos tumores extra naturam, difficilem habebant anhelitum: quid debemus expectare, cum tubercula ſunt proceſſu temporis adaucta, thorax autem factus anguſtior? Quòd autem, cum multæ ſint ſpirandi difficultates, ſolam illam Hippocrates aſthma conſueuerit nominare, in qua cõtingit valde crebrum anhelitum fieri, clarum admodum exiſtit. Appellant que nunc homines eo nomine, illam, quæ fit in curſibus, & vehementioribus exercitiis, reſpirationem. Hippocrate autem poſteriores, & paſſionem aliquam pectoris diuturnam, non nulli ſimpliciter aſthma nominant, nõ nulli orthopnœam, quando abſque febre ægroti iugiter anhelitum habent difficilem.

7ª. Aphor. 53. 58.e

B 47 ‖ *Quibuſcunque venæ ſectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vere purgare, vel venam incidere oportet.*

Liquet, quòd de iis, qui adhuc ſani, ſed ægri futuri ſunt, niſi euacuentur, nunc ſermo habetur Hippocrati. Hos enim oportet, vt anticipemus euacuare vere adueniente, vel per venæ ſectionem, ſi plenitudinis paſſionibus ſubiiciuntur: vel per purgationẽ, ſi eis, quę ex corruptione proueniunt. Nos itaq; plurimos ita ſeruauimus annos, qui longo ante tempore ſingulis annis morbis capiebantur. Atque podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & non dum poros circa articulos facientem, ex tali euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. Eodem modo & ſanguinis ſpuitionem, morbum comitialem, apoplexiam, melancholiam, & alias huiuſcemodi diuturnas paſſiones in multis hominibus per dictam euacuationẽ ſuſtulimus. Venæ itaq; ſectio, cõmune auxilium eſt earum, quæ ex plenitudine fiunt, diſpoſitionũ: purgatio vero quamuis, ſi ſecundum genus inaudias, vnum quoddam auxilium exiſtat, non tamen ſecundum ſpeciẽ. Non nullis ſiquidem confert humores pituitoſos euacuare, non nullis vero amaram bilem, non nullis atram, non nullis ſeroſam ſuperfluitatem, ſecundum naturam earum, quæ cõſueuerunt ſuperuenire, paſſionum. Velut quidam ſingulis annis incidit in melancholiã, niſi purgetur: & eſt

A.li.1.f.3.d.5. c.1.fol.68.f

C res mira, quo modo morbo iam inchoante, ſtatim homo præſentit primã eius generationem: & me aduocato purgatis humoribus atris, ceſſet protinus melancholia: huic homini ex purgatione ambo hæc optima eueniunt, quòd & ſuperfluitates expelluntur, & q̃ ex acritudine eorum, quæ excernuntur, parumper aperitur os venæ, quam vocant hęmorrhoida, per quam excernitur pars aliqua ſanguinis vitioſi conſueti euacuari: quo retento ſuperuenit melancholia. Purgo igitur ipſum, non vere tantum, ſed etiam autumno: &, ſicuti dixi, ſi ex contemptu aliquando purgationem omiſerit, & morbum non anticipauerit, caſus perſentit paſſionis. Sic & mulierem quandam, ſingulis annis vere inchoante ſimiliter euacuans, cum aliquando tumorem cancroſum in mammilla pateretur, forti, atque frequenti medicamento purgãte atram bilem, ad ſanitatem perduxi. Et, ſi quando purgatio omitteretur, dolorem profundum ſentiebat: & me aduocato, ſtatim volebat euacuari. In altero elephantem inchoantem, primum per venæ ſectionem, & purgationem ſanaui: & ſingulis annis rurſus huic ſufficit vna purgatio: & ea omiſſa, ſtatim paſſio innoteſcit. Morbi itaq; huiuſcemodi, atri humoris exigunt purgationem: comitialis autem, & apoplexia, & aſthma, pituitoſi: articulares autem, ſi cum multa fuerint caliditate, amaram bilem volunt euacuari: ſi vero cum frigidis tumoribus, pituitam. Quidam alius tempore eſtiuo ſemper febri-

D bus tertianis corripiebatur: ſed multis iam annis non febricitauit: quoniam à nobis purgari pallida bilis circa finem veris anticipauit. Sic enim melius eſt tales euacuare, ſicuti illos, qui morbo comitiali, apoplexia, & melancholia, & articulari, & aliis paſſionibus, quæ ex craſſis humoribus generantur, præſtat circa veris initia euacuare: de quibus omnibus ſeorſum à nobis ſcriptum eſt in illo tractatu, qui inſcribitur, de iis, qui verno tempore egent euacuatione. Eſt autem iſte tractatus pars totius ſalubris tractationis.

6ª. Aphor. 43. 51.b

48 ‖ *Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum.*

Paulo antea hunc aphoriſmum expoſui, cum ſermo habebatur de aphoriſmo in hunc modum ſcripto: ‖ Quicunque lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, iis longa facta inteſtinorum difficultate, aqua inter cutem ſuperuenit, vel leuitas inteſtinorum, & moriuntur: quare iſti nunc propoſito nulla eſt expoſitio neceſſaria. Supra aph. 43.

49 ‖ *Quibuſcunque morbi podagrici fiunt, ij ſedata in quadraginta diebus inflammatione, finiunt.* In lib. de Iudicationib. Quicunque podagrici, &c.

Podagricorum inflammatio fluxione fit ad articulos pedum decũbente: hanc autẽ fluxionem ſuſcipiunt primum quidem loca dearticulationum, deinceps circunſtantia omnia vſq; ad cutem.

Quia vero impleri dicimus dearticulationes, liquet etiã esse necessarium ea, quę ipsis circũiacent, E
ligamenta extendi. Neruos enim, & chordas, seu tẽdones nõ est rationabile in ipsis inflãmari, sed
solum dolere, quia simul cum dearticulationibus extenduntur, argumento, qm̃ visus est nunquã
podagricus pati conuulsionem, quæ frequẽter solet in neruorum, ac chordarum inflammationi-
bus aduenire: verũ intentio sanationis in eis, cõmunis est omnibus inflammatione laborãtibus.
Nam, discutiatur, oportet, id, quod ad pedes fluxerit, si quidem tenuiorem habuerit substantiam,
tempore breuiore: si vero crassam vel tenacẽ, longiore: longius adhuc tempus requiret, si simul
crassum, atq; tenax illud, quod defluxit, existit: vltra tn̄ spatium dierũ quadraginta non proroga-
bitur curatio inflãmationis, si & medicus in suo opere nõ aberrauerit, & ęger illi in omnibus obe
dierit. Quæ vero carnosas partes occupat inflãmatio, morborum acutorum subiicitur termino,
diebus scilicet quatuordecim, qm̃ carnis substantia mollior est, ac rarior ligamentis: vnde & tar-
dius inflammari incipit natura ligamentorũ, chordarum, atq; neruorum ex ictu, & longiori tem
pore ad consistentiam inflammationis perueniunt, ac tardius sanantur. Qua enim ratione vix ali
quid in se humoris externi suscipiunt, cum duræ sint, ac densę huiuscemodi partes, hac ipsa ratio-
ne cum difficultate dimittunt. Quapropter Hippocrates podagricis inflammationibus terminũ
integrę solutionis non diem quartumdecimum, sed quadragesimum posuit, quia; qui in dearticu- F
lationibus humores insunt, per ligamenta ipsas amplexãtia oportet per modum vaporis euacua-
In progn. cõ. 1. t. 25. 4ª. 194. h ri: item qui in ipsa ligamẽta inciderunt. Meminit autem & in prognostico ‖ quadragesimi diei,
vt in quo iudicantur, quæcunq; non sunt diuturna exquisite, & acutorum terminũ exciderunt.
Dictum autem est plenius de talibus in tractatione dierum iudicatoriorum.

1. de Morbis nõ lõge à principio: Si vero sauciatum fuerit, &c. Et ĩ Coacis ꝓnot. Quib. cerebrum vulneratur, &c.

50 ‖ *Quibuscunque præciditur cerebrum: iis necesse febrem, & bilis vomitum superuenire.*

Præciso cerebro febris aduenit ea ratione communi, qua quolibet membro principali patiẽte
inflammationem, subsequitur febris. Bilis vero vomitus fit compatiente ventriculo propter eius
cum cerebro communicationem, ore præsertim ipsius, ad quod terminatur ex cerebro effatu di-
gna quædam neruorum coniugatio. Consueuit quidem & aliter in magnis doloribus, atq; mœ
roribus fortibus ad ventriculum fluere biliosa superfluitas: & multo magis, cũ ipse male affectus
fuerit. Ad ea enim, quæ talia sunt, feruntur partium proximarum superfluitates, præsertim quæ
tenuem habent substantiam, qualis est ipse biliosus humor, atq; cum eo quęcũq; serosa superflui-
tas, quę sępius in vomitibus bili cõmiscetur: siquidem raro admodũ accidit, vt bilis exquisita euo
matur, cui serosam superfluitatẽ non videamus admistam. Apparet autem & in sanis, cũ diu ª à ci G ª A. li. 1. f. 3. d. 2. c. 7. fol. 61. h
bo abstinuerint, in illis præsertim, qui natura sunt biliosiores, tales in ventriculum humores ad-
mitti: quod & ipsius morsus, & vomitus manifestant. Non solum autem cerebro vulnerato euo-
munt homines bilem, sed & dura membrana ipsum circũstante, quæ, cũ in multis partibus sit ce-
rebro agnata, citissime ei cõmunicat proprias passiones. Erasistrati aũt sectatores, cum membra-
nas velint esse principia neruorum, membranam crassiorem inquient suæ naturæ ratione, si sola
sit vulnerata, tales afferre casus: si vero vsq; ad cerebrũ vulnus peruenerit, quoniam ambæ mem-
branę prius illud admiserint, sic nuper dictarum passionum sequi ortum fatebuntur. Dixi autem
Erasistrati sectatores, & non ipsum Erasistratum talia dicturos, quoniã, cum iam senex esset, (vt
illi inquiunt) scripsit libros sectionum, in quibus cerebrum esse neruorum principium demon-
strauit. Dictum autem est de his in commentariis de Hippocratis sectione.

51 *Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.*

Mutos (grece ἀφώνους solet Hippocrates nominare non eos tantum, quibus lædítur vox, verũ
per exuperantiã quandam vnà cum eius lesione dat nobis intelligendas omnes, quæ sunt secun- H
dum electionem, operationes. Non nunquam igitur illis oblesis non interiit sensus. Quos igitur
ipse mutos appellat, contingit esse sentientes: sed sępius vtraque patiuntur: & talem affectum vo
2ª. Aphor. 42. 18. b cant apoplexiam. Est autem & hæc alia quidem debilis, alia vero fortis: atq; ideo dixit, ‖ Soluere »
apoplexiam fortem impossibile, debilem vero non facile. Videtur aũt nunc fortis apoplexiæ in- »
dicium apposuisse, quod stertere dixit, quod etiam profunde dormientibus accidit, quo ad dispo
sitionis similitudinem, secundum diuersum quidem vtrisq; modum: nihilominus, quatenus ali-
quid habent cõmune, vt stertant, consequitur. Est autẽ commune ambobus, eius, quæ fit per ner
uos, operationis debilitas: & dictũ est de his amplius in ea, quæ de locis affectis inscribitur, tracta
tione. Nunc vero, quantum ad expositionẽ aphorismi sufficiet, dicet à nobis. Quibus sanis dolor
in capite repente aduenerit, causam referre oportet in primis ad spiritum flatuosum: interdum ve
ro & ad influentis vniuersim materiæ multitudinem: quam & nunc ad cerebrum fuisse delatam
indicant casus, qui post dolorẽ superuenerunt, per quos, & ꝙ sit quædam materia pituitosa, com-
monstratur: atq; idcirco febris superueniens soluit dispositionem, vt quæ calefaciat, extenuet, atq;
resoluat spiritum flatuosum, & pituitosos humores. Fit autem hoc non nunquam tribus diebus,
aut quatuor, non nunquam vero pluribus, nõ tamen vltra dies septem, quia pars est principalis:

tales

A tales vero partes non diu tolerant fortes simul, ac diuturnas passiones, vt sepius ostendimus.

52 ‖*Oportet vero & considerare oculorum in dormientibus suspectiones: nã, siquid albũ commissis palpebris subinspicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & lethale valde.* in Progn. com. 1. t. 11. 4ª. 193. a

Aut ob palpebrarum siccitatem, aut propter potentiæ ipsas mouentis imbecillitatem, aliquid subinspicitur, cum oculi integre claudi nõ possint. Ob hoc igitur ipsum in alui profluuijs, & medicamentorum purgantium potionibus, oculorum albedinis aliquid subinspicitur, quando dormierint. Nam totum corpus exiccatur, & vires fiunt imbecilles, ex talibus euacuationibus. Plus autem siccitas in palpebris innotescit, quoniam sunt natura siccę. Sicuti ergo coria exiccata difficulter extenduntur: eodem modo similes corporis partes. Et quidem, quòd potentia existẽte imbecilli non possint exquisite oculos claudere, sed neq; os, vnde hiantes dormiut: liquet vnicuiq; rei naturam diligentius animaduertere volenti.

53 *Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores: quæ vero cum studio, periculosiores.*

Nulla quidem desipientia secura est, minus vero periculosæ, quæ cum risu fiunt: sicuti temerarię, vt ipse nominat, omnium periculosissimæ: in medio autem ambarum sunt, quæ cum studio fiunt. Fiunt autem omnes patiente cerebro, siue primo, & per seipsum, siue per compatiendi ratiõnem: differunt autem inuicem per causas ipsas efficientes. Quęcunq; enim ex sola fiunt caliditate sine humore vitioso, similes quodam modo sunt eis, quæ ex ebrietate contingunt. Quęcunq; vero ex flaua bile, cum studio perficiuntur: ipsa vero multum exusta, vt iam magis ad atrę bilis naturam accedat, sunt insanię satis furiosæ. Nam oportet ad memoriam reuocare ea, quæ in alijs locis de atra bile præfiniuimus, q̃ quædã ex flaua bile superassata gignitur, quæ omnino molestissima est. Quæ vero ex sanguinis (quispiam dixerit) limo, ac fæce, crassior quidem est illa secundum substantiã, sed plurimũ differens prauitate qualitatis. Dictum aũt est, q̃ eã, quæ est veluti fæx sanguinis, cũ volumus exqsite loqui, nondũ atram bilẽ noĩamus, sed humorẽ melãcholicũ. Noĩbus vero abutẽtes, & atrã bilem aliqñ vocamus, qm̃, si non prius euacuetur, paulopost atra futura est.

54 *In acutis passionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria, malum.*

Infantes sæpe videntur, quo tempore plorant, inspirare inspiratione interrupta, stante interim thorace, deinde rursus id, quod deest, adijciente: quod ipse in Epidemijs in hunc modũ explicuit. "C Duplex ‖ intro reuocatio, veluti superinspirantibus. Et accidit hoc non nunq̃ potentia fatigata, non nunq̃ ex duritie instrumentorum, non nunq̃ vero ambabus causis simul cõuenientibus, sed & aliqñ propter aliquam musculorum pectoris similem conuulsioni dispositionem. Nam, & vis imbecillis, qñ nequiuerit thoracem vno impetu tm̃ attollere, quantum animali est necessariũ, in media primum consistit operatione, deinde cum impetu iterum se effert. Et durum instrumentũ cum non prompte sequatur potentiam attollentem, ab ipsa vibratum violenter attollitur. De dispotione autem simili cõuulsioni, quid oportet dicere, q̃ talem faciat respirationem? Nam, si frigus vel musculos thoracis apprehenderit, vel neruos: durities quædam instrumentis aduenier, & motus conuulsioni similis, quam febris sua est apta natura sanare, & calida auxilia. Febris vero cũ his existens, nõ sinit causari musculorum thoracis siue neruorum frigiditatem, sed vel durities, quæ facta est, vel virium imbecillitarem, vel conuulsioni similem dispositionem. Quicquid vero horum in causa sit, non est bonũ, vt in morbo acuto contingat. Si igitur de sola prędicta motione instrumentorum respirationi obseruientium, luctuosa respiratio ab ipso dicta fuit, iam ad finem expositio peruenit: sin aũt, & cum aliquo tali sonitu vult dictam contingere respirationẽ, qualis flentibus accidit: vltra dictas causas quandam ostendet doloroſam dispositionem, ex qua, veluti D flentes, vel gementes, vel aliquem mistum, ex vtrisq; sonum edentes, in hunc modum respirant. 1. Epid. sect. 3ª. & 6 Epid. cõ. 2. t. 10. 3ª. 162. d, & in Coacis prænot. Spiritus, qui densus &c.

55 *Dolores podagrici vere, & autumno magna ex parte mouentur.*

Podagricę passiones, sicuti, & omnes alię articulares, vere augentur, atq; ideo ipse superius in enumeratione morborum vernalium, etiam articularium cõmeminit, in quibus etiam podagrici continentur. Excitantur quidem aliqñ, & autumno ijs, quibus per æstatem tempore, quo fructus maturantur, vitiosi aliqui humores fuerint coaceruati. Ostensum enim à nobis est in cõmentarijs de potentijs naturalibus, q̃ singulis partibus, sicuti aliæ potentiæ, ita & illa inest, quæ materias infestas excernit. Infestant autẽ aliquæ sua multitudine aggrauantes, aliæ vero extranea qualitate. Secundum vtrunq; igitur ijs, qui hyberno tempore in victu deliquerint, postmodum verno diuturnæ passiones excitantur, fusis humoribus, & mox à fortibus ad loca debilia detrusis: secundum alterum vero, tantummodo autumnali.

56 *In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus, apoplexiam corporis, vel conuulsionem, vel furorem, vel cæcitatem significant.*

Fiunt quidem, & propter pituitosum humorem apoplexiæ, conuulsiones, & cæcitates oculorum:

* πάχος habebat codex Leonicen. πάθος autẽ, i. passio impressi, et Laurentiani.

rum: Fiunt, & propter melancholicum: quoniam communis vtrisq; est crãssitudo. Non tamen E furor est passio communis. Nunquam enim hic ex pituitoso humore ortum habet, cum ad eius generationem humor, irritans, ac mordens exigatur. Talis autem est semper quidem flaua bilis: melancholichus autem humor non semper, sed cum supra modum exustus, aut putrefactus, mali gnam induerit acrimoniam.

57 *Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadrageſimo anno vſq; ad ſexageſimum.*

Non omnem apoplexiam, sed nuper dictam tantummodo (quę ex atra sola fit bile) contingit aduenire ijs, qui dictam agunt ætatem, quoniam in his maxime abundat atrę bilis humor, quem admodum etiam in autumno. Quòd si volumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia. Si igitur sermo debeat esse verus, iungendus est cum priore aphorismo, ac si ita diceretur: In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus apoplexiam corporis, quæ homines occupat à quadragesimo anno, vsq; ad sexagesimum.

58 ‖ *Si omentum excidat, neceſſario putreſcit.*

1. de Morbis. si vero omentum exciderit. & in Coacis prænot. Quibus omentum. &c.

Propter breuitatem falsus esse videbitur hic aphorismus ijs, qui non recte ipsum inaudierint. F Quòd.n. dicitur, huiuiusmodi est: Quando exciderit, hoc est, qñ nudatum fuerit, & extra peritonęon, id est membranam abdominis interiorem, omentum exierit, non contingit ipsum ad locũ proprium restitutum, sanum, & saluum fieri, sicuti si aliud aliquid extra prometetur, veluti intestinum, aut aliqua visceris fibra. Illa etenim, nisi longo tpe frigefiant, qñ vulnus in abdomine factũ, ad cicatricem perductum fuerit, pristinã recipiunt temperaturam. Omentum vero, ẽt si minimo nudetur tpe, reductum putrescit: quam ob causam medici partẽ illam, q̃ fuerit nudata, solent resecare. Hanc igitur sententiam habet aphorismus, licet confusius in verbis dictis proponatur. Siqs vero dicat se aliqñ vidisse omentum, quod paruo tempore extra prodierat, deinde ad suum locum reductum, non putruisse: perpetuam is quidem non esse probabit Hippocratis enunciationem: illud tamen non tollet, quod magna ex parte soleat accidere. Cõmune siquidem est huic aphorismo cum alijs ab Hippocrate dictis, vt perpetuũ quiddam, ex figura dictionis ostendatur: quamuis res ipsæ non semper eodem modo eueniant, sed, licet raro, interdum etiam aliter accidant.

59 ‖ *Quibuſcunque à coxendicum dolore {diuturno} moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, ijs mucores ſuperueniunt.*

12. de vſu partium. t^a. 192. h de Articulis, cõmẽt. 4. t. 42. t^a. 288. g

G

Sæpe in articulis humor pituitosus aceruatur, quem mucorem appellant: à quo madefacta de articulationis ligamenta, laxiora redduntur: atq; ideo facile à cauitate articulus excidit, & rursus non cum difficultate incidit, quæ nunc ait accidere ijs, qui ita morbo laborant coxendicum. Qñ autem coxam ait excidere, articulum coxæ debemus intelligere, quo modo etiam in libro de articulis dicebat, ‖ Humerum autem vno modo noui lubriçare: ac si dixisset articulum humeri.

de Articulis, cõ. 1. t. 1. t^a. 251. e

60 ‖ *Quibuſcunq; à coxendicũ dolore moleſtatis diuturno excidit coxa: ijs crus tabeſcit, & claudicant, ſi nõ vrantur.*

1. de Morbis, Claudi vero à coxẽdicũ morbo fiunt.

ic lib. qui' Introductio, seu med. inscribit. Isagog. 56. g

Hunc aphorismum non debemus à superiore seiungere, sed ipsum coniungentes, ita vnum sermonem intelligere. Vult enim dicere, q̃ à coxendicum morbo molestatis, quibus propter mucoris multitudinem articulus excidit, & rursum incidit, necessariũ est processu temporis crus contabescere, nisi prius vrendo mucorem exiccemus: ‖ quod in libro de articulis consulit fieri in brachio iugiter excidente. nam, & nunc eadem est sermonis vis, cum ipse suadeat aduri coxam, sicut in libro de articulis docebat: vt, & id, quod mucosum est, absumatur, & laxitas cutis, ad quam articulus lubricat, magis ex adustione cõtracta, arctet, ac prohibeat articulum transponi. Quòd si ob multitudinem mucoris extra suum locum diu coxa steterit (est enim hoc quidem claudicatio) H necessario crus contabescet: vt etiam alijs omnibus solet accidere, si priuata motibus fuerint, qui illis secundum naturam insunt.

de Articulis, com. 1 t. 41. t^a. 258. a

GALENI IN APHORISMOS HIPPOCRATIS COMMENTARIVS SEPTIMVS.

Omnes ferè, qui antea scripserunt, expositores aphorismorum, circa initia quidem vltra id, quod est vtile, sermonem extendunt: in processu vero ita remittunt, vt primo quidem, quo ad vtile fuerit, tantum progrediantur, deinde vero infra id etiam subsistant, & postremo, vsq; adeo contrahant expositiones, vt nec animaduertant plures aphorismos esse nothos, atque planè falsos. Verum, vt, qui sunt in disputationibus fatigati, prompte ad omnia annuunt: sic & ipsi omnes admittunt, quoscunq; scriptos inuenerint aphorismos, & ad vltimam suis in expositionibus breuitatem deueniunt, prioris loquacitatis obliti. Nos sanè cum alias eorum absurditates conati sumus

A mus euitare, tum omnes ex æquo ſtuduimus facere expoſitiones, quę & veritatẽ, & vtilitatem artis intenderent, & interpretando neq; ſe ad extremam breuitatem contraherent (hoc enim libro conuenit, non commentario) neq; ad tantam prolixitatem effunderent, quantam ipſi in principio expoſitionum inſtituerunt: id autem, quod optimum eſt in omnibus ſermonibus, quod quidem ſeruat mediocritatem in vnaquaq; tractatione, à principio vſq; in finem ſeruare ſtuduimus.

1 *IN morbis acutis frigus partium extremarum, malum.*

In morbis diuturnis, qui præſertim ſunt ſine febre, & hyeme, & ætate ſenili, partes extremas corporis, veluti nares, aures, pedes, & extremas manus frigidas fieri nihil abſurdum. Non tamen in acutis eſt mediocre malum, ſed caſus ſatis exitialis: quod vehementiſſimis accidit viſcerum inflammationibus. ‖ Acutos autem ipſe ait vocari morbos, quorum febres maxima ex parte continuæ ſunt: in quibus, cum fuerint ſine magna inflammatione, nedum extrema frigeſcere, ſed exuri contingit. Cum vero inflammationis calor adeo vehemens fuerit, vt ad ſe trahat per modum cucurbitulę ex toto corpore ſanguinem: iis, qui ita ſe habent, viſcera peruruntur, extremæ autem partes frigeſcunt propter defectum ſanguinis ad viſcera ſe recipiẽtis: & eorum pleriq; neq; tegumenta tolerant propter incendium, quod in viſceribus ſentiunt. de Vict. rat. in morb. acut. cõ. 1. t. 8. 7ª. 108. h

B

2 *In oſſe ægrotante caro liuida, malum eſt.*

Non enim in mediocribus oſſium læſionibus, ſed fortibus putrilaginibus talis ſpecies coloris circunſtantibus aduenit carnibus, extincto in eis ſcilicet calore natiuo.

3 *A vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum.*

Qualis paſſio eſt conuulſio muſculis, talis eſt ſingultus ſtomacho: qui humoribus infeſtantibus conuenit non nunq; totum ventriculum, non nunq; os eius, & gulam: quos per vomitiones abijciens, ſtatim à ſingultu liberatur: qui ſi neq; per iſtas ceſſauerit, duorũ alterum oſtendit, vel cerebrũ neruorum principium, vel ventriculũ pati non mediocrẽ inflammationẽ. Rubor vero oculorum vtranq; ſequitur diſpoſitionem, ſed præcipue illam, quæ in cerebro exiſtit ſimilis inflammationi.

4 C *A ſudore horror, non bonum.*

‖ Quòd iudicatoria, quæ non iudicant, partim mortalia, partim male iudicantia ſunt, ab ipſo dictum eſt: quoniam natura in huiuſcemodi diſpoſitionibus morbo ſuccumbit. 2. Epid. ſect. 1ª.

5 *A furore difficultas inteſtinorum, vel aqua inter cutem, vel mentis alienatio, bonum.*

Difficultatem quidem inteſtinorum, vel aquam inter cutẽ tranſmutationis rõne eſſe furoris ſanationem, non eſt extra rõnem, cum à capite noxij humores transferantur ad inferiora. Mentis aũt alienatio, tãtum abeſt, vt ſit furoris ſolutio, vt quiſpiam potius dicat eſſe incrementũ. Ac profecto, ſi modo re vera Hippocrates cõtinuum, atq; vehementẽ furorem, alienationẽ mentis nominauit: quendam nouimus à furore mediocri, quo prius detinebatur, fuiſſe liberatum: vnde ratiocinando perpendimus ex vehementi motu cauſarum efficientium furorem, ſolutionem fuiſſe ſubſecutam: quemadmodum in morbis acutis vehementiſſimi caſus ſolent aliquando bonas criſes operari.

6 *In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſinceræ, malum.*

Faſtidiũ cibi per ſe ſeipſum prauum eſt ſignũ in morbis diuturnis. Nam in iis, qui à talibus morD bis ſunt euaſuri, cõtrarius affectus ſolet accidere, vehemẽs. ſ. ciborũ appetentia. Quare cibi faſtidiũ haudquaq; bonũ eſt ſignũ: multo vero magis, quãdo fuerint etiam prauæ deiectiones. Sinceras vero deiectiones noĩauit impermiſtas aquoſæ humiditati, qm̃ ſolus humor euacuatus deijcitur, ſiue ſit bilioſus, ſiue melãcholicus, ſiue porri colorẽ præ ſe ferens, ſiue bilis, quæ æruginoſa nominatur: nam deiectiones huiuſcemodi exuſtã eſſe omnẽ natiuam humiditatẽ à calore febrili demonſtrant.

7 *Ex multa potatione, rigor, & deſipientia, malum.*

Quòd quidẽ multa potatio, nõ aquæ, ſed vini potionẽ ſignificet, vnicuiq; manifeſtũ. Deſipiunt aũt ex talibus potionibus aliqui, capite oppleto plurimo ſanguine, ac ſpiritu calido. Ob hãc ipſam vero cauſam & calidiores redduntur, p̃cipue quidẽ caput, ſed & corpus vniuerſum. Pauci. n. ex ipſis ſunt, qui cũ deſipientia rigeant, in quibus calor natiuus nõ accenditur, ſed ob multitudinẽ extinguitur, ſicuti ignis lignorũ multitudine ſuperiniecta, & lucernæ flãma oleo vniuerſim ſuperfuſo.

8 *A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectio fit.*

Tuberculum græce φύμα) nominauit, quod in alijs ipſe ſolitus eſt vocare ſuppurationẽ (græce ἔμπυημα.) Intus vero ipſius ruptionem, ad ventriculũ dicit: ad hanc. n. conſequitur vomitus, ſicuti

tuberculorum

tuberculorum in thorace, atq; pulmone ruptio, non vomitiones, sed ex necessitate quidem tussim E
excitat, sæpius etiam strangulat: quemadmodum suppurationum ad intestina ruptiones, puris faciunt deiectionem. Commune autem omniũ ruptionum est exolutio, & animi defectus, propter vitalis spiritus excretionem, vt alibi est demonstratum.

9 ‖ *A profluuio sanguinis, desipientia, ac conuulsio, malum.*

in Coacis prænot. In sanguinis fluxiõe &c.

Hic aphorismus magnam nobis affert vtilitatem ad credendum, ꝙ aliquando fiat desipientia ex defectu, quo manuum, ac pedum tremores. Nam & hæc membra propter potentiæ ipsa mouentis imbecillitatem, infirmas habent motiones, & cerebrum vacillantes: quapropter neq; vehemens est hoc desipientiæ genus, sed mediocre, atq;, vt quispiam diceret, deliràns. Ipse siquidem solet mediocrem insaniam, delirium nominare. Si ergo conuulsio aliquando tali desipientiæ coniungatur, omnino salus est desperata. Quędam igitur exemplaria, cum /&/ copulatiua coniunctione, scripta sunt: quædam autem /vel/ disiunctiuam quam vocant, habent, secundum quam desipientia non bonus est casus post sanguinis fluxum, etiam si sola contigerit: multo autem magis conuulsio, etiã si absq; desipientia facta fuerit. Maximum vero malum est ambarum conuentus, cum vel sola conuulsio ex immoderata euacuatione, casus sit admodum exitialis: nam desipientia minus malũ est. F

* λυρῶδες.
* λῆρον.

10 ‖ *Ab ileo vomitus, singultus desipientia, vel conuulsio, malum.*

in ijsdem Coacis Voluulosis vomitus &c.

In ileis nihil descendit ad inferiora, & hoc est proprium inseparabile passionis. Vomitus autẽ non semper adest, sed quando exitiales sunt: &, si vehementius distorqueantur, stercus eis ascendit, atq; singultiunt. Quidam vero desipiunt, & conuelluntur, compatiẽte neruorum principio stomachi passioni. Hæc vero mihi fieri videntur ab intestinis, in quibus passio talis existit, à se expellere stercus appetentibus, quando in longitudine temporis cœpit molestare, & non potentibus se exonerare propter eam, quæ facta est in partibus inferioribus, obstructionem, sed coactis contra naturam violenter moueri, & ad loca superiora materiam noxiam extrudere.

11 *A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum.*

In pluribus quidem exemplaribus in fine aphorismi adiectum est /malum/: in quibusdam vero ita simpliciter scribitur: A morbo laterali inflammatio pulmonis: volẽtibus illis, qui in hunc modum scribunt, non ꝙ sit bonum, vel malum, pulmonis inflammatio morbo laterali superueniens, nunc ipsum docere, sed simpliciter hoc vnum tantũmodo, ꝙ morbus lateralis soleat in pulmonis G
inflammationem transmutari, vel morbo laterali pulmonis inflammmatio superuenire. Transmutatur igitur morbus, quãdo priore cessante, aduenit alter: superuenit aũt, quãdo altero adhuc manente, alter adijcitur. Verũ hoc in loco videtur Hippocrates de superuenientibus agere, quibus statim hoc inest, ꝙ mala sint, adeo vt, etiamsi hoc verbũ /malum/ non adijciatur: vel subaudiendũ sit ſm modum à communi dictũ, vel potentia ostendi existimandum. Omnis. n. huiuscemodi superuenientium consistentia, neq; paruos, neq; mites insequitur morbos, sed magnos, atq; malignos. Exempli gratia statim in dictis in aphorismo passionibus, qñ non potest is, qui morbũ facit lateralem, in costis humor contineri, pars eius aliqua ad pulmonẽ fertur. Ad inflammationem quidẽ pulmonis morbus lateralis non admodũ cõsequi solet: qm̃, si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputũ expurgatur: in pernitiosis vero, anteq̃ costæ compatiantur, strangulat ægrum.

12 *A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.*

Quando à calido humore fit inflammatio pulmonis, quę multos vapores transmittit ad caput: cerebrum implet vaporibus, & facit phrenitidem. Alia autem communia sunt ad prius dictum aphorismum non huic solum, sed etiam sequentibus. H

13 *Ab æstibus fortibus conuulsio, aut distentio, malum.*

Multi expositores ita scribi hunc aphorismũ cognouerunt: Marinus vero, A vulneribus, scribit, & sequentem aphorismũ sibi ait astipulari. Verumq; sanè est, ꝙ à vulneribus fortibus fiunt inflammationes, ac conuulsiones. Sed, cum oẽs ferè expositores, & præcipue vetustissimi, illam norint scripturã, quæ habet: Ab æstibus fortibus: melius est, vt & nos etiam eandẽ exponamus. Quidam igitur pro æstibus, febres intellexerunt: non nulli vero aeris ambientis feruorẽ ita nominari dixerunt: alij pro cauterijs, & escharis: & oẽs verum dicunt. Superueniunt. n. his oĩbus haudquaq̃ ad bonum distentiones, ac conuulsiones, propter neruorũ siccitatẽ, quas diximus esse difficillimas.

14 *A capitis ictu obstupescentia, & desipientia, malum.*

Desipientia quidem agnoscitur loquentibus, agentibus've nihil consentaneum rationi: Obstupescẽtia vero (græce ἔκπληξις,) qñ neq; aliquid dicunt, neq; agunt, sed apertis oculis quieti manent, similes ijs, qui ex timore sunt attoniti. Quòd vero hæc omnia huiuscemodi fiant cerebro patiente, manifestum: ostensum. n. est in eo esse aĩæ principatum. Si igitur in fine aphorismi scriptum

sit /malum/

A ſit/malum/liquet,q̃ recte dictum fuit: indicio.n.ſunt,q̃ ictus intra ad cerebrum penetrauerit. Si vero nõ ſcribatur,nos nihilominus poſſumus ſubaudire,ſicuti antea diximus, à communi.Poſſumus aũt,& qa huiuſcemodi caſus vnà indicant cerebri læſionẽ,magnitudinẽ paſſiõis cõſiderare.

15 *A ſanguinis ſputo puris ſputum, malum.*

Quòd omnis hęc enumeratio ſit eorum,quæ proprie ſuperuenientia vocantur(de quibus Praxagoras vnum volumen ſcripſit haud paruum)manifeſtum eſſe arbitror, & ex ipſo aphoriſmo. Neq; enim omne ſputum ſanguinis,ſequens habẽt ſputum purulentum: ſed tantummodo,quod malignum exiſtit: lethale autem eſt õmnino ex pulmone.

16 ‖ *A puris ſputo phthiſis,& fluxus: cum vero ſputum retinetur, moriuntur.*

in libr. qui Introductio, ſeu medic. inſcribitur, Iſago. 56.f

Quam proprie Græci,& præſertim Athenienſes phthoen nominant,hanc nunc Hippocrates phthiſin appellauit,ob pulmonis vlcera inſanabilia,totius corporis cum febre parua extenuationem.Fluxum autem vel de capillorum defluuio,vel de humida deiectione protulit:ambo.n.conſueuerunt euenire,cum tabidi ad extremum mali perducuntur,alterum ex ſiccitate, altera ex po-
B tentiæ debilitate. Quòd vero in fine ſcribitur, Si autem ſputum retineatur, moriuntur: modum mortis oſtendit illorum,qui ex phthoe moriuntur.Eouſq; enim extenuati viuunt, donec extuſſire,& per ea,quę expuunt,poſſunt pulmonem expurgare.Cum vero intus manent,obſeratur quidem viæ ſpiritus,patientes vero ſuffocantur.

17 ‖ *In hepatis inflammatione ſingultus, malum.* 5ª. Aphor. 58. 43.b

Dixi,& antea,q̃ oẽs hi ſeriatim ſcripti aphoriſmi de caſibus docet,qui paſſionibus auctis,& iã deterioribus factis ſuperueniunt.Hoc mõ igitur,& nũc ſingultus hepati inflãmationẽ patienti dicitur ſuperuenire,non ſemper,neq; quomodolibet patiente,ſed quando ad magnitudinem attollitur,feruente inflammatione: in quo feruore ſtomachus ad compaſſionem trahitur, non nunq̃ communium neruorum ratione,qui ſunt (vt ipſe docuit in ſecundo Epidemiorum) breuiſſimi. 2.Epid.ſect.4ª. Quare tunc ſolum compaſſio fit ſtomacho ad hepar,q̃ inflammatio, & maxima,& peſſima fuerit.Saneq; bile ſatis calida,& multa in huius viſceris inflammationibus genita,ac confluente ad in teſtinorum principium,atq; ita ſuperfluitante,atq; ad ventriculum recurrente, contingit os eius
C morderi,atq; ideo ſingultire.Non nulli vero arbitrantur magnitudinem inflammationis ventriculum premere,ac ſingultum facere,non habente exitum ſpiritu,quemadmodum inquiunt.

18 *In vigilia, conuulſio, vel deſipientia.*

Quidam,& hoc loco/malum/ſubiũgũt.Nos vero,& prius diximus,q̃, etiãſi nõ ſubiungaſ,potentia continetur. Cur vero immoderatis vigilijs conuulſio ſuccedat,aut deſipientia,manifeſtum eſt ei,qui priorum meminerit.Nam dictum eſt ab ipſo Hippocrate ‖ conuulſionem, vt à repletio- 6ª. Aphor. 39. 50.f
ne,ſic ab euacuatione fieri.Ex ijs autem,quæ maxime euacuant,& exiccant,vigilię ſunt: atq; ideo conuulſionem ex ſiccitate faciunt,ac deſipientiam, immodicæ ſiccitatis ratione: ac præterea, qm̃ in longis vigilijs bilioſior redditur ſanguis. In quibuſdam tamen exemplaribus,& quidem diligentiſſime ſcriptis,hic aphoriſmus ſcriptus eſt ſine verbo/deſipientia/hoc modo: In vigilia con-
19 uulſio.quia,vt arbitror,peſſima.quæ ſuperueniunt,ab Hippocrate ſcribuntur hoc loco.

In oſſis exutione, eryſipelas.

Hoc in loco maxime oportet ſubaudire,malum. Neq; enim hoc dicit,q̃ ſemper, aut magna ex parte exutis oſſibus eryſipelas ſuperueniat(nam potius contrarium verum eſt, q̃ ita patientibus
D oſſibus,raro ſuperuenit eryſipelas) ſed q̃ caſus prauus eſt oſſe nudato carnem circunſtantem videri ab eryſipelate apprehenſam.

20 *Ab eryſipelate, putredo, aut ſuppuratio.*

Clarum eſt,& in hoc ſermone,quòd malignis eryſipelatis hæc ſuperueniunt.

21 *A ſorti in vlceribus pulſu, profluuium ſanguinis.*

In vlceribus inflammatis pulſus fit non ferente carne incumbente arterijs, illarum motum, ſe dolente,quando ſe attollentes exciderint. Eſt enim huiuſmodi pulſus, ſenſus quidam cum dolore ex arteriarum motione factus,quas neq; ab initio ſentiebamus,cum membra ſe haberent ſecũdum naturam,tum quia eorum adhæſus non eſt moleſtus,tum quia in ſpatio laxiore mouentur. Membris vero inflammatis,& loci anguſtatio,& diſpoſitio doloriſica,triſtem afferunt laborantibus ſenſum,ex motu arteriarum: quem non ſolũ medici,ſed oẽs homines pulſum appellant. Videtur autem,& hic arteriarum motus augeri in talibus diſpoſitionibus. Oſtẽſum ſiquidem eſt in cõmentarijs de potentijs naturalibus,q̃ eſt quædam in ipſis ẽt vis aliena excernens, quę & ſudores iudicatorios facit,& profluuia ſanguinis,& alui inferioris deiectiões,& quæcũq; alia huiuſcemodi

modi. Secundum hanc igitur vim non nunq̃ vehementius natura operans, magnum, & violẽtũ E
arteriarum efficit motũ, appetẽs illa, quę moleſtant, expellere: atq; ita profluuium ſanguinis facit.

22 *A Ventris dolore diuturno, ſuppuratio.*

Siue frigus, ſiue omnino aliqua inęqualis intemperatura circa ventrem fuerit, ſiue ventus flatuoſus, ſiue acritudo quædam mordax, fieri non poteſt, vt in longum extendatur, ſi omnia circa ægrum opportune fiant: hoc enim in omnibus ſermonibus talibus ſubaudire oportet. Relinquitur igitur, q̃ adhuc dolor perduret pp inflammationem, q̃ temporis proceſſu ꝓculdubio ſuppurabit, niſi hoiem morte præripiat: nam, & hoc ſubaudire oportet in omnibus ſermonibus talibus.

23 *A deiectione ſincera difficultas inteſtinorum, malum.* 7ª. Aph. 71. 60. 8

Deiectiones ſinceras ſolet (vt dixi) Hippocrates nominare impermiſtas aquoſæ humiditati, quę ſolum habent ſincerum illum, qui infra deijcitur humor, ſiue ſit flaua bilis, ſiue atra. Nihil igitur mirum, ſi in talibus deiectionibus aliquod inteſtinum exedatur.

24 *In oſſis præciſione, deſipientia, ſi in Vacuum apprehenderit.* F

Oſſe, quod in capite videlicet eſt, præciſo, nõ ſimpliciter, neq; vtcunq; contigerit, ſed vſque ad interiorem ſuperficiem, quam vacuus excipit locus, qui cerebrũ continet, deſipiẽtia fit: nã paſſio proxima tũc exiſtit membranis, & cerebro. Marinus aũt, neſcio quo modo, legendũ ſeorſum exiſtimat: In oſſis præciſione deſipientia. & rurſus ſeorſum facit principium aphoriſmi ſecũdum: Si vacuum apprehenderit. adijciens ipſi, Ex potu medicamenti cõuulſio, mortale. ita vt totus aphoriſmus talis fiat: Si vacuum apprehenderit ex medicamenti potione conuulſio, mortale. Rõnabiliter enim inquit hoc dici: ſemper. n. factam ex euacuatione conuulſionem damnari ab Hippocrate. Sed hoc quidem recte Marinus inquit, ꝓ propter immodicam euacuationem facta conuulſio eſt exitialis: ſic igitur, & facta ex potione medicamenti eſt exitialis. Verum non animaduertit, ꝓ ſermonem priorem falſum oſtendit: nã aperte falſum eſt, quod in oſſis pręciſione deſipientia fiat. Neq; enim ex alicuius oſſis alterius, neq; eius, quod cerebrum tegit, præciſione, dementia ſequitur, antequam ad membranas paſſio perueniat.

25 ‖ *Ex medicamenti potione conuulſio, lethalis eſt.*

in Coacis pręno. ſimilitet ex nimijs purgationib. ex medicamentis.

Medicamenti potiones, & medicationes, cõſueuit Hippocrates propríe nominare eas tm̃, quę G
cum purgantibus fiunt medicamentis. Quòd vero conuulſio, quæ fit iſtis ſupra modum euacuantibus, lethalis exiſtat, ſiquis eorum meminit, quę ſæpius à nobis ſunt dicta, non ignorat.

26 *In forti dolore Ventris, partium extremarum frigiditas, malum.*

Fit quidem (ſicut & ſupra dictum eſt) ob magnitudinem inflammationis in viſceribus partium extremarum frigiditas: fit etiam propter animæ defectum, vel quia calor natiuus extinguatur, vel quia propter multitudinem ſuffocetur, tum præcipue, cum frigida fuerit: fit inſuper, & propter dolorem vehementem medias corporis partes occupantem: ob quem natura in ſeipſam contrahitur, & ad eam conſequitur ſanguis, non ſolum extremas corporis partes derelinquens, veluti pedes, & manus, & caput, ſed, & cutim vniuerſam. Cauſam igitur quandam particularem dixit Hippocrates hoc in ſermone partium extremarum frigiditatis, ſicut, & in pluribus alijs ſermonibus hoc ipſum feciſſe oſtendimus. Sed mirandum non eſt illum, qui primus multa adinuenit, non omnium ſimul, ſed ſingulorum particulatim feciſſe mentionem.

27 *Mulieri Vtero gerenti ſi tentio ſuperuenerit, facit abortum.* H

Circa inteſtinum, quod rectum noiatur, tentio (grece teneſmos) fit, eandem habens cauſam, ac diſpoſitionem, quã in difficultatibus inteſtinorum ſuſcipit aliquod ex ſuperiacẽtibus inteſtinis. Hæc autem paſſio nomen accipit (vt inquiunt) ab illa, quæ fit in ea, tentione: ob quam, cum caca re vehementer appetant, continue exurgunt. Ob talem igitur tentionem, atq; moleſtiam, & totũ aliud corpus laborat, ſed præ cæteris matrix, quæ cognata eſt recto inteſtino. Nihil autem mirũ, ſi propter vehementes, atq; frequentes exurrectiones, conceptus aboritur, quando, & ex alijs omnibus fortibus motibus, atq; doloribus mulieres grauidę ſolent abortum facere.

28 *Quando os, aut chartilago, aut neruus abſcinditur in corpore, non augetur.*

6ª. Apho. 19. 48. b

Et hic aphoriſmus iam ſcriptus eſt antea, his verbis: ‖ Quando diſciſſum fuerit os, vel chartilago, vel neruus, vel maxilla tenuis, vel præputiũ, neq; augetur, neq; coaleſcit. & nos in ſexto commentario ipſum expoſuimus.

in Coacis præno. Hydropas, Leucophleg-matias appellatos &c.

‖ 29 *Qui alba pituita detinetur, ſi fortis Ventris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberatur.*

Conſueuere, & alij medici quãdam aquæ inter cutem ſpeciẽ, leucophlegmatian. i. albã pituitã, nominare,

A nominare, vel ꝙ ſit ẽt aliqua pituita liuida, vel ꝙ ſui quidem ratione ſit ſemper alba, ſed ꝓp miſtionem quorundã aliorũ humorũ verũ mutet colorẽ. Poteſt ẽt, ſicut in libro de articulis ſcripſit. ‖ Ver
« tebræ, q̃ in ſpina ſunt: nõ tanq̃ ſint alibi, diſtinguẽs, ſed ſimplici vtẽs adiectione: ſic & hoc in loco abſq; diſtinctione, albi feciſſe adiectionẽ. Hoc aũt, qd̃ ſubiecit, ex forti alui profluuio, vel diuturno (vtrunq;.n. ſcribitur) ſoluí albę pituitę ſuperabundantiã, cõe eſt ad multa alia, q̃ ita ab eo dicta ſunt.

de Articulis, com. 3. t. 1. 7ª. 268. c

30 *Quibus in alui profluuijs excrementa ſpumoſa ſunt: ijs ex capite pituita deſluit.*

Hoc indiſtincte dictum eſt. Fiunt enim aliqñ alui excremẽta ſpumoſa ſpirituoſo humore ex capite ad ventriculũ defluente. Fiunt & vaſis, quæ ad ipſum perueniunt, illum effundentibus. Fierẽt etiam aliqñ in ipſo ventriculo vnam habentia, vt quiſpiam diceret, cauſam cõtentiuam, quomodo cunq; excernantur aut fiant, antecedentes vero plures. Eſt aũt huius pituitæ cauſa cõtentiua flatuoſus ſpiritus, dum humori commiſcetur, vehementem habens motũ, & inæqualem ita, vt & ipſe dirumpatur & pituitã frangat in multas, ac paruas partes. Talis vero motus ipſius cauſa eſt, & propria natura, & caloris non nunq̃ multitudo. Sic & in ijs, quæ elixantur, apparet ſpuma, maxime q̃ cum tenacem habuerint naturã: & in mari violentis ventis agitato. Qui vero arbitrantur per pul-
B monem ad ventriculum pituitam deueniſſe, atq; ideo ipſam videri ſpumoſam, neſcio, quid inquiẽt de ijs, quibus fiunt à capite ad pulmonem fluxiones manifeſte. Oportebat ſiquidem in his alui excrementa eſſe ſpumoſa: verum hi neq; ſpumoſa per ſedem excernunt, neq; cum tuſſi expuunt, et tamen ſæpius manifeſte aſperæ pulmonis arteriæ ſunt eo, qui à capite fluxit, humore oppletæ, qui concoctus puri quidem eſt ſimilis, ſpumoſus autem nequaquam. Sed neq; ſemper ex pulmone ſpumoſum ſanguinem expuunt. Videtur itaq;, cum ex propria ſubſtãtia viſceris ſimul quicquam effertur, ſanguis eſſe ſpumoſus. Sanè, & qui morbo laterali laborãt, aliquando ſpumoſum expuũt, ſed raro. Hi vero etiam rarius, qui inflammationẽ pulmonis patiuntur, calore ſcilicet, vt mihi videtur, intemperato atq; igneo in patiẽtibus partibus aggregato. Si vero, quod à capite defluit ad aſperas pulmonis arterias, vt non nulli volunt, permeat ad inferiora: primum ad ventriculos cordis ipſum peruenire oportebit: poſt hoc duorum alterum eueniet, aut primum per cauã venam ad gibba hepatis, deinde illinc ad caua, & ita per portas ad inteſtinorum inuolucra: aut primum quidem ad magnam arteriam, deinde ſic ad illam, quæ eſt in meſenterio. Sed quomodo adhuc ſpumoſum remaneret, & ſanguini commiſtum, & tot cum eo venas pertranſiens?

31 C *Quibuſcunq; febricitantibus, in vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat.*

Et hic ſermo adhibita diſtinctione verus eſt & ab experientia comprobatus, nam ‖ tales vrinæ exitiales ſunt, ſicut etiam in Prognoſtico dictũ eſt: plurimi q̃ morte prærípiuntur, antequã ægritudo diutius protrahatur: &, quicunq; ex ipſis ſunt liberati, ijs omnibus in lõgum producta eſt ægritudo, cum diſpoſitio multam requireret coctionem, in qua talis vrina mingitur. Dictum autẽ eſt à nobis in libro de Criſibus, plenius de vrinis omnibus. In Epidemijs autem (ſufficit enim mihi de duobus ægris tantummodo feciſſe mentionem) in primo quidem libro de Sileno, ſecundo loco conſcripto poſt tres conſtitutiones: de quo in ſua enarratione ſic inquit: ‖ Minxit totum ſimul,
« ſubcraſſum: ſedimẽ inſtar farinæ craſſioris, album: extrema rurſus frigida: vndecima mortuus eſt.
« In tertio aũt de ægro, qui ordine tertius eſt, de quo ipſe ita ſcripſit in ſuæ enarrationis initio: Qui ia
« cebat in horto Dealcis: deinde paulo infra: ‖ Vrinæ tenues, variæ, habentes ſublimamenta parua
« inſtar farinæ craſſioris. Hunc autem dicit quadrageſimo die fuiſſe iudicatum. Liquet igitur & ex
« his exemplis, quòd, quicunq; mingunt vrinam ſimilem farinæ craſſiori, ſi ſaluari debeant, tarde liberantur. Quicunq; vero exitialiter ſe habent, contingit hos quàm cito interire.

in Progn. com. 2. t. 28. 3ª. 200. c. & in Coacis prænot. Periculoſa vrina &c.

1. Epid. com. 3. t. 19. 3ª. 121. f

3. Epid. com. 1. t. 18. 3ª. 133. h

32 D *Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutum morbum ſignificant.*

Bilioſum quidẽ ſemper acutos morbos operatur. Dictũ enim à nobis eſt, ꝙ amaræ bilis humorem ita medici priſci conſueuere appellare, ſicuti melancholicum ſemper cum adiectione dicunt, nõ ſimpliciter bilem proferentes, ſicuti flauam, ſed atram bilẽ nominantes. Quod aũt ſequitur, ſupra tenuia, hoc eſt aquoſa: (ſic enim conſueuit vti tenuis appellatione Hippocrates) non bene dictum videretur. Vrina ſiquidem aquoſa, cruda eſt & diuturna. Equidẽ nunquam vidi vrinam, cuius ſedimen bilioſum eſſet, pars vero ſuperfluitãs aquoſa. Non abſq; ratione igitur nõ nulli expoſitores dixere aduerbium /ſupra/ non locum, ſed tempus hoc in loco ſignificare, ac ſi ita diceretur: Vrinarum ſedimina, qñ ab initio tenuia ſunt, poſtea vero bilioſa fiunt, acutũ morbum ſignificant.

33 *Quibuſcunq; vrinæ diſtantes fiunt, ijs turbatio vehemens in corpore eſt.*

Si verbum /diſtantes/ in propria ſignificatione accipiatur, rem impoſſibilem oſtendet. Vrina ſiquidem ſemper eſt ſibi ipſi continua, nullum ſpatium vacuum habens interiectum. Si vero per id ſubſtantiæ inæqualitatem dici intellexerimus, recte dixit vehementem ſignificari perturbationem: nam ſuperante natura, omnia æqualiter vnita ſunt: ægris vero cauſis tumultuantibus, ac renitentibus ei, illud, quod ſuperatur atq; concoquitur, aliam habet formam: renitens vero atque

tumultuans

tumultuans,aliam: &, quando plura huiuſcemodi fuerint,variam magis oſtendunt vrinarum in- E
æqualitatem,& eius cauſam,perturbationem.

34 *Quibus in vrinis bullæ inſident,morbum renalem,& longum ſignificant.*

Bullę fiunt,circumextento humore ſpiritu flatuoſo. Solet autem hoc magis accidere,quando humor aliquid tenacitatis habet: tunc autē & bullæ ipſæ ſunt ſtabiles,& difficulter ſolubiles.Cum igitur ſpiritus flatuoſus vnà cum vrinis excernitur, ſignum eſt frigidæ ægritudinis renum. Hæc enim aggregat ſpiritum flatuoſum: atque ideo aiunt ægritudinem fore longam. Frigidum enim omne eſt difficulter ſolubile,& vix coctionem admittit,atq; ideo diu durat.Non nulli etiam aiunt ab acrimonia vrinarum aperiri ora arteriarum, quæ ſunt in renibus, atq; ita excerni ſpiritum aliquem,qui cum vrinis exit, & bullas facit.

35 ‖ *Quibus inſidens pingue,ac ſimul totum, ijs renum vitium acutum ſignificatur.* in lib. de Vrinis, & Galeno aſcribitur.4.2.114.d

Siue alui excrementum, ſiue vrina pinguis fuerit, colliquatione adipis fit non magis in renibus,q̄ in toto corpore,exiſtentis: quare neq; omnino morbi renalis eſt ſignum, ſed commune omnis adipis ab igneo calore colliquati. Aut igitur ita intelligendum eſt, tanquam in ijs, de quorum F
vitio renali non ambigitur, non paſſionis genus,ſed acutiem dignoſcat, ac prædicat in hoc aphoriſmo Hippocrates : vel pro verbo /nephritica/ quod ſignificat vitium renum , ſcribendum eſt, phrenitica : ſicuti quidam ſcripſerunt expoſitores.Quāquam neq; hoc ſolius phrenitidis ſignum exiſtit, neq; ſimplicis,neq; incendentis,ſed cuiuſcunque febris colliquantis. Quod vero totum ſimul ſermoni adiectum eſt, poteſt & breuitatem temporis ſignificare, poteſt nihilo minus & loci ſpatium. Quod.n.aſtrictum eſt,& in ſe ipſum contractum,ſimul totū (græce *ἀθρόον*) nominamus, contrarium exiſtens diſtracto,atq; diſperſo. Hæc itaq; à noſtris etiam præceptoribus huc vſq; fuere interpretata. Quid autem ego ſentiam, nunc explicabo. /Simul totum/ ſermoni adiectum, mihi videtur de tempore dictum,atq; ideo adipis renum oſtendere colliquationem. In alijs enim partibus corporis adipes colliquati,paulatim,& non vniuerſim cum vrina exeunt, primum colliquatione participata à venis illi vicinis, deinde ab ijs, quæ continuantur,& rurſus ab alijs,donec ad renes perueniātur. Adipis vero circa renes colliquati tranſumptio ad vrinas celerrima eſt, & non paulatim,ſed ſimul tota fit,atq; ideo in renibus ipſis diſpoſitionem eſſe monſtratur: cui rei & experientiam inuenies, ſi diligentius animaduerteris,conſentientem. Cum vero duplex extet ſcriptura,nam in quibuſdam exemplaribus inſidens,in quibuſdam ſubſidens ſcribitur: primam dicimus G
eſſe veriorem. Inſidet enim ſemper,quod pingue eſt,& non ſubſidet. Sane q̄ prioris aphoriſmi dictioni magis cōſonat iſta ſcriptura. In illa enim Hippocrates dixit: Quibuſcunq; autem in vrinis bullæ inſident,morbum renalem,& longum ſignificant. Conſentaneum igitur ei,quod dixit /inſident/ quod deinceps dictum eſt, Quibus inſidens pingue, & ſimul totum,ijs renum vitium,& morbum eſſe acutum ſignificatur.

36 *Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna, dolores q; circa ſpinæ muſculos fiunt, ſi quidem circa loca exteriora fiant : abſceſſus quoque exterius futuros expecta : ſi vero dolores magis circa loca interiora fiant : etiam abſceſſus expecta futuros interius.*

In prioribus quidē aphoriſmis ſigna docuit,per quæ renum vitia poſſemus dignoſcere: in hoc vero de ijs docet,quos longo tempore ſcimus morbo renali laboraſſe, inquiens in ipſis futurū abſceſſum labore,hoc eſt dolore,cum ſignis prædictis prægreſſo circa muſculos ſpinales, quos græce rhachiçus,& rhachitas medici nominant. Duplex aūt eſt horum muſculorum genus: vnū quidem retro ſub cute,totam ſpinā vtrinq; complectens: alterum vero in partibus anterioribus, non per totam ſpinā extentum,ſed ſolum per partes ad lumbos attinētes.In vtris aūt horum ſe firmaue H
rit dolor,illic quoq; abſceſſum futurum expecta. Nunquid vero renibus ipſis ſuppuratis, aut ſolis muſculis,aut aliqñ vtriſq;, nondum præfiniuit: experientia vero hęc omnia fieri oſtendit: nam & muſculi ſoli non nunq̄ hoc patiuntur vel interiores,& anteriores,vel poſteriores, & exteriores: & ſine muſculis renes, non nunq̄ introrſum,non nunq̄ extrorſum vergente in ipſis abſceſſu.

37 *Quicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare: ſi vero cum febre, malum. Curare vero adſtringentibus,& refrigerantibus.*

Quæ vomimus quidem,è gulâ, & ventriculo: quæ vero extuſſimus, ex aſpera arteria, & pulmone feruntur. Quidam vero huius libri expoſitores aiunt ſub verbo /euomunt/ comprehenſos eſſe & illos,qui ex aſpera arteria,atq; pulmone ſanguinem educunt. Atqui ſalutarem eſſe hanc paſſionem,hoc eſt curari poſſe, quando ęgri non febricitauerint, haudquaq̄ eſt verum. Siquis enim abſque febre,vel prorſus ex pulmone cum tuſſi ſanguinem emiſerit,periculum imminet,ne curatio fiat: &,ſi perdurauerit caſus,omnino poſtea febres ſuccedent. Ob hoc igitur melius eſt,vt accipiamus verbum /euomunt/ in proprio ſignificato: conſideremus q; deinceps,atq; diſtinguamus, & quid periculo vacet in ipſo, & quid cum periculo ſit ex febris præſentia,vel abſentia: nam illis,

qui

A qui febre vacãt, liquet nullã adeſſe inflãmationẽ in loco, vnde emittit̃ ſanguis. Quare vel alicuius vaſis ore adapto fit ſanguis vomitus, vel cũ vlcere quidẽ, ſed ſine inflãmatione. Curant̃ aũt, q̃ ſunt abſq; inflãmatione vlcera facile adſtringẽtibus. Quęcũq; vero cũ inflãmatiõe ſunt, ac febribus, nõ ſolũ curari nõ pñt, ſed neq; ĩ eadẽ pñt magnitudie pmanere. ſemp enĩ maiora fiũt, ac maligniora.

38 *Diſtillationes in ventrem ſuperiorem ſuppurantur intra viginti dies.*

Ventrem ſuperiorem nunc nominat, qui à thorace præfinitur, quem pulmo obtinet, atq; ideo in ipſum à capite diſtillatio ferĩ per aſperam arteriã. Suppuratur autem magna ex parte in viginti diebus, & non (vt multi ſcribunt) in vno & vigeſimo. Semper enim Hippocrates diẽ vigeſimũ iudicatoriũ facit, non vigeſimũ primum, quemadmodum in libris de diebus iudicatoriis oſtendi.

39 *Siquis ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in femur, & imum ventrem, pectinem que: quæ circa veſicam, male ſe habere ſignificatur.*

In omnibus ferè exẽplaribus hic aphoriſmus ſcriptus eſt: eximere autẽ ipſum oportet pp alterum, qui prius eſt dictus, quẽ nos expoſuimus in quarto horũ commentariorũ per hęc verba ſcri
4ª. Apho. 80. B ptum: ‖ Si ſanguinẽ mingat, ac grumos, & vrinæ ſtillicidio laboret, & dolor inciderit in imũ ven
36.h trem, & pectinẽ: quæ ſunt circa veſicã, male ſe habent. In propoſito autẽ aphoriſmo eſt vltima ſcri ptura duplex, vna, quæ antea ſcripta fuit: altera talis, Veſicam male ſe habere ſignificatur.

40 *Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum.*

Ἀκράτῃ, i. incõtinentẽ quidẽ nominat linguã, quę aut infirma eſt, ita vt nõ poſſit integre dearticulare vocẽ, aut ĩmobilis, & oĩno reſoluta: ſtupore aũt elanguentẽ (græce ἀπόπληκτον) aliquam corpis partẽ, quę reſoluta eſt. Cur vero hęc repẽte facta, dicat eſſe melãcholica, ignoro. Melãcho-
6ª. Apho. 23. lię enĩ in cuius noĩe oẽs Græci cõſentiũt, recte ab ipſo talia indicia ſunt prodita: Si timor, atq; mœ
48.c ſtitia lõgo tpe perſeueret, ex eo melãcholia ſignificat̃. Aliter autẽ, melãcholicas dicimus eſſe paſſiones, cancros, elephãtes, ſcabies, lepras, & vitiligines nigras. Sed neq; talium paſſionũ aliquã, neq; illã, quæ ab oĩbus nominat̃, melancholiã, linguę incõtinentiã videmus antecedere, ſicuti neq; alicuius partis ſtũporẽ. Quare ſupereſt, vt dicamus, cp, quẽadmodũ quartani circuitus cauſa eſt humor melãcholicus, ſic & dictarũ paſſionũ, & linguæ incontinentiæ, & partis reſolutionis: fieri q; poſſe, ut pp humoris craſſitudinẽ tales paſſiones cõſequant̃, quales ex craſſa, & lenta eueniunt pi
C tuita. Non igit̃ dicemus ſimpliciter utrũq; dictorũ eſſe melancholicũ, ſicuti neq; pituitoſum ſimpliciter, ſed pituitoſum ſimul, & melancholicũ. Additũ aũt eſt ſermoni aduerbiũ /repẽte/ propter mala, quę paulatim fiunt, ex inflãmatione duritiẽ retinente, & intemperatura difficulter ſolubili.

41 *Si ſenioribus ſupra modum purgatis, ſingultus ſuperuenerit, non bonum.*

Communis eſt hic ſermo ſm utrunq;, & quatenus omnibus ſupra modum purgatis nõ eſt bonus ſingultus, & quatenus ſenioribus omnia mala peiora fiunt propter ætatis imbecillitatem.

42 *Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti ſuperinfuſa, ſolutio fit febris.*

Ex hoc ſermone manifeſte declarat nõ oẽs febres ex bile fieri. Oſtẽdit q; etiã, cp reliquę oẽs exceptis iis, quę ex bile factę ſunt, aqua multa capiti ſuperinfuſa ſoluuntur. Secundum hunc ſermo-
1. Epid. com. 3. nem igit̃ in primo libro Epidemiorũ de Metone ſcripſit: ‖ Balneis uſus ſupra caput. Febres ſiqui
t. 42. 3ª. 123. d dem, quę ab exuſtione, ac frigiditate factę ſunt, à talibus balneis utilitatẽ ſentiunt, nec minus, quę ex laſſitudinibus fiũt, & quæ propter foraminũ anguſtationẽ, ſiue propter obſtructionẽ, ſiue ob clauſurã fuerint anguſtata. Reſpirare ſiquidẽ per ipſa oportet, & diſſolui calorẽ febrilem. Non tñ,
D ubi inflãmatio aliqua, aut abſq; inflãmatione humoris putredo igneum calorẽ accenderit, balneæ utiles ſunt, anteq̃ noxij humores euacuati fuerint, aut cõcocti. Verũ tales morbos, aut laterũ inflãmationes, aut pulmonis, aut hepatis, aut lienis, antiqui nominabãt, uolentes febrẽ nõ eſſe morbũ ipſum, ſed caſum morbi. In quibus aũt ſine partis inflãmatione, putreſcentes in uenis humores, febrẽ accẽdunt: in illis ſolis dicebãt hoiem à febre moleſtari, & ipſum à febre haberi. Atq; in ipſis febriũ ſcripſere dr̃ias, Hepialon, & Lipyriã, Eloden, & Typhoden, peſtilentẽ, & Cauſum. i. Ardorẽ nominãtes. Hepaticã autẽ febrẽ, uel lienoſam, aut pulmoniã, aut lateralẽ nemo dixit, adeo ut nũc ſermo ab Hippocrate habeat̃ de per ſe febribus, quę ſunt abſq; partiũ inflammatione. In plu-
In progn. cõ. 1. ribus aũt exẽplaribus nõ aqua, ſed ſudor ſcribit̃, talem habẽte ſcriptura intellectũ: Si febris nõ ex
t. 26. 4ª. 195. c bile ortum habeat, multus ſudor à capite defluens febrẽ ſoluit. ‖ nõ ex ſolo capite ſudorem fundi dicẽte Hippocrate, ſed à prima parte, quę ſubiicitur oculis, de toto monſtrãte corpore. Quantum igit̃ ad hanc ſcripturã attinet, ij, qui ex bile febricitãt, à talibus ſudoribus nihil iuuabuntur. Atqui ſępius manifeſte ſoluunt̃ cũ aliæ plurimæ febres, tum in quibus flaua bilis plurima eſt, Tertianæ, & Ardores. Melior igitur eſt prima ſcriptura, quę ueram docet curationẽ earum febrium, quę ex dicto genere ſunt, quæ uidelicet uel ob laſſitudines, uel exuſtiones, uel refrigerationes, uel oĩno cutis fiunt anguſtationes. Quod aũt à bile dicitur, & de pallida, et de atra bile intelligi poteſt: non

tamẽ in his solis ostẽdebamus, sed & ob pituitã putrescentẽ fieri febrẽ. & in hac sola videbit apho E
rismus nõ esse verus, nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionẽ in humorẽ bilio sum conuerti.

43 *Mulier ‖ ambidextera non fit.*

In expla. ling. Hippo. 72.e

Ambidexterum Euripides nominat ferrũ vtrinq; incidens: circũdextrum aũt Homerus Aste ropeum ambabus manibus similiter vtentẽ: ac si vtrinq; dextrũ dixisset. Eodẽ modo ambileuum Aristophanes in Tagenitis, vtrinq; sinistrũ. Hipponax ambidextrũ dixit in hoc versu: Ambidex ter enim sum, † & non aberrãs. Homines itaq;, qui ambabus manibus pro dextris vtunt̃, sepe visi sunt: mulier vero nulla ad hunc vsq; diẽ, ob naturæ imbecillitatẽ. Si enim ambabus manibus ob neruorum robur, ac musculorum quidam viri vtuntur, rationabiliter nulla mulier vtetur: cũ satis ipsi esse debeat, si sola dextra mediocriter vtatur. ‖ Amazonidas quidem ipse inquit mammã dex tram exurere, vt plurimo alimento ad manum vicinã proueniente, maior ei vigor adsit, vt quæ et ipsa sit natura debilis. Quidam tamen aiunt ambidextram dictam esse, quæ parte vteri dextra ge nita sit, quibus adhuc magis à ratione deuiant, qui de hermaphroditis inquiunt Hippocratẽ fuis se locutum, dixisse q; mari quidem muliebre pudendum adnasci, mulieri autẽ virile nequaquã.

† *Erotianus. et non aberro per cutiens.*

De aere, aquis, & locis, ca. 10. 2ª. 5.c

In progn. cõ. 2. t. 70. 4ª. 205.h

44 ‖ *Quicunque suppũrati vruntur, vel secantur, si pus purum fluxerit & album, euadunt: si vero subcruentum, & fæculentum, ac fœtidum, pereunt.* F

* ἔμπυοι

Suppurationes cõsueuit nominare, non eas tm̃, quę sunt in thorace, sed in quauis alia parte ad pus alterata tubercula. præcipue vero suppuratos illos ferè solos noĩat, quibus inter thoracẽ, atq; pulmonẽ aceruatũ est pus: quos vrere cõsuetos esse veteres, discere licet ex iis, quę dixit Plato co micus de Cinesia, hisce verbis: Post hęc Euagoræ filius Cinesias è morbo laterali aridus, † puris expers, } calamacea gerẽs crura, tabis nũcius, plurimis escharis corpus inustus ab Euriphonte in cõcionẽ prodiit. Quod quidẽ pus albũ, bonũ sit: fęculentũ vero, et fœtidũ, malũ, nemo ignorat.

* σκελετὸς

† ἄπυος sed forte ἔμπυος, cum de suppu ratis sermo sit.

45 *Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus purum fluxerit, & album, euadunt: in tunica enim his pus contine tur: si vero, qualis amurca, fluat, pereunt.*

Ipse causam dixit, ob quam non nulli pereunt, qui ita se habẽt, non nulli vero euadunt. Quibus enim in tunica est pus, nihil patiente substantia hepatis, saluantur omnes: quibus vero vsq; ad car nem hepatis corruptio pertingit, non absque ratione moriuntur. Quod autem amurcam oẽs no minent fęcem olei, & cp talem par est esse incoctam putredinem hepatis, liquet vnicuique. G

46 *Dolores oculorum, post meri potionem, & aquæ calidæ balneum, venæ sectione curato.*

6ª. Apho. 31. 49.c

Hic aphorismus mihi videt̃ ex iis vnus esse, qui fuere interiecti, cũ non cõsentiant vni ex illis, qui antea scripti fuerunt, huic scilicet: ‖ Dolorẽ oculorũ meri potio, balneũ, vel fomentũ, vel venę sectio, aut medicamentũ soluit. quẽ sanè aphorismũ in sexto exposui cõmentario, ostensis dispos tionibus, in quibus oporteat singula remedia in vsum deducere. Propositus vero aphorismus in vna vult dispõne tribus vti remediis. Siquis igitur nos sciat docere dispositionẽ, in qua tria hęc re media cõueniant, ei habebimus gratias. Quousq; vero exposuerint quidẽ hunc aphorismũ, quasi legitimũ, nos vero nõ docuerint, quę nã sit ea dispositio, eorũ expositionibus nullã præstabimus fidẽ. Quę igitur dicunt, qui oĩno aliquid conãtur dicere, etsi mediocrẽ habent probabilitatẽ, sunt huiusce modi. In quibus sanguis crassus superabũdat, atq; ideo euacuatione indiget, melius putãt ipsum fundere prius, deinde secare venã. fusilis autẽ fiet, si ægri merũ biberint, & se balneauerint. Sed eos, qui hęc dicunt, neque exquisite experientia nouisse illa, quę dicunt, sciunt in artis operi bus exercitati. Nam neq; vinũ, neq; balneum tolerat plethorica dispõ absq; maximo detrimento. Verum hęc auxilia sunt sanguinis crassi in aliqua parte cõpacti sine totius corporis plenitudine. H Sic enim Asclepiades vtitur vino post totius corporis euacuationem pro remedio extentionum. Si vero adsit in toto corpore plenitudo, prius disrumpẽtur oculorum tunicæ inter bibendũ, atq; lauandum. Quare, si absq; multitudine dolor fiat propter obstructionẽ, ac compactionẽ crassi san guinis, recte quidem lauabunt, & vinum dabunt, non recte autem secabunt venam. Si vero mul titudo fuerit, recte quidẽ venæ vtentur sectione, non recte autem lauabunt, & vinum dabunt.

* Al. κακὸν, *id est malum.*

47 *Aqua inter cutem laborans, si à tussi habeatur, desperatus est.*

6ª. Apho. 35. 50.c

Et hoc prius dictum est ab ipso in hoc aphorismo: ‖ Aqua inter cutem laborantibus si tussis su perueniat, malum.

48 ‖ *Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem, thorexis, & ‖ venæ sectio soluit. incidere autem interiores.*

2. Epid. sect. 6.

Quod στραγγεία, i. vrinę stillicidiũ significet vrinę stillatim exeũtis emissionẽ, nomẽ ipsũ ostẽ dit. δυσουρία vero. i. mingẽdi difficultas põt, & q̃ cũ dolore sit, mictio dici: põt & quę cũ difficulta te aliqua, adeo vt vix vesica operet̃. Vrinæ stillicidiũ, ipsius vrinę acrimonia facit, & potẽtię reten tiuę in vesica imbecillitas, q̃ ob intẽperaturã fit, præsertim frigidã. Vrinę vero difficultatẽ, si quidẽ

cum

A cum dolore fuerit, inflammatio, & abſceſſus, & vlceratio, & inæqualis intemperatura, & ſpiritus flatuoſus: ſin motus quidam difficilis ſit, vel potentiæ imbecillitas, vel tumor contra naturam. Ex omnibus autē hiſce diſpoſitionibus frigiditatem quidem ſoluit thorexis, hoc eſt vel ſimpliciter vini potio, vel meracioris: atq; eam etiā inflammationem, quæ propter obſtructionem ſanguinis craſſioris citra multitudinem facta fuit. Illam vero, quæ cum multitudine fit, inflammationē, adhuc autem & aliam, quæ ſine defectu eſt, & cum potentiæ robore, venæ ſectio ſanat. De eo autem, quod dicitur incidere venas interiores, dictum eſt à me & in libro præcedente, in quo hunc aphoriſmum expoſui: [a]‖Vrinæ ſtillicidium venæ ſectio ſoluit: incidere autem interiores.

A 6. Apho. 36. 50. c

49 [b]‖*Ab angina habito tumor, & rubor in pectore ſuperueniens, bonum: extra enim vertitur morbus.*

B 2. de morbis, vbi de angina, item in coacis prænot. Quibuſcūq; & tauces, & ceruix, & pectus &c.

Et hic aphoriſmus antea dictus eſt per hæc verba: [c]‖Ab angina habito tumorem fieri in parte colli anteriore, bonum. Expoſui autem ipſum in [d]‖quarto horum commētariorum. Hīc igitur videtur fuiſſe interiectus, volente aliquo adiungere: Extra enim conuertitur morbus.

C 6. Apho. 37. 50. d

50 [e]‖*Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt corruptum eſt, in tribus diebus pereunt: ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt.*

B Sphacelare ſępius in libro de fracturis, & articulis, pro corrūpere, vſus eſt: hic vero nō cōtingit cerebri corruptionē intelligere, cū adiectum ſit: Si vero hos effugerint, ſani fiunt. Si enim ſphacelus eſt corruptio ſubſtātię vniuſcuiuſq; partis, quę ſphacelari dicīt, nō cōtingit hunc, qui ita ægrotet, ſanari. Nunquid igīt aliqñ abutunt hoc verbo ad ſignificandū huius diſpōnis inceptionem, quæ tñ non dū exacte cōpleta ſit? Talia enim quædā etiā carnoſis partibus in gangrēnis accidūt: paſſione ob magnitudinē inflammationis inſenſibilitatē quādam, atq; nigritię, aut oīno mortici num colorē inferēte parti patienti: dicentibus autē nobis illos, qui in paſſionē incidere incipiūt, ad gangrēnā ire. Sicuti igīt gangrēnā ita iā completā, vt pars ſit intermortua, ſanare eſt īpoſſibile, dū vero adhuc ſit, poſſibile: ſic & ſphacelū. Et qdē partis carnoſę mortificationē ex magnitudine iflāmationis, quā ppric medici Gangrēnā noīant, Gręci Sphacelū ēt appellabāt. Sic igīt mihi vī & Herodotus dixiſſe coxā Cābyſis ſphacelari: cerebrū q; ita qſpiā diceret ſphacelari tantūmodo. Iā vero, pp quid velox in eo mors ſit, manifeſtū eſt, nimirū qa & morbus grauiſſimus, et pars principalis maxie ſit. Quod ſi ęger mori tribus primis diebus nō anticipauerit, ſed ad diē quartū peruenīat, ſperandū eſt & morbū declinare, & vires fortes ita eſſe, vt morbum oīno ſuperare poſſint.

D E In coacis pnot. Cerebro corrupto &c.

51 C *Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani. Aer enim intus contentus extra erumpit. Sonat autem, quoniam per angustum ipſi eſt exitus.*

Tales ſermones duo ſignificant, vnū, quod de omni re propoſita vniuerſaliter dicīt, velut hoc in loco de ſternutamentis: alterū, quod particulatim de quibuſdā tantū, velut hic de ſternutamentis ex cerebro factis. Primus igīt ſermo talis erit: Omne ſternutamentū fit ex capite cerebro calefacto, vel humectato eo, quod eſt in capite inani. Secūdus vero: Sternutamentū ex capite eueniēs, fit cerebro calefacto, vel humectato capitis inani: quod verius exiſtit. Non enim oīs ſternutatio fit calefacto cerebro, vel humectato in capite inani. Pennis enim quidā nares irritātes ſternutant: & cū tuſſi ſpiritus deſubter veniēs ad naris meatus, cauſa fit ſternutamēti. Prętерea opinari ſolum aerē, qui ex capite excernīt, eſſe, quod ſonat, eſt manifeſte falſum. Nam liquido apparet deſubter ex pulmone elatus aer vniuerſim ſe comprimente thorace. Sed & antecedente inſpiratione fieri ſternutamentū, natura aggregante aeris copiam ad ſternutamēti generationē, iis, quæ dicta ſunt, aſtipulatur. Solum itaq; illud ſternutamentū, quod habet ſuæ generationis principiū, naturā appetentē excernere flatuoſum ſpiritū ex capite, hoc modo fit, quē docere aggreditur aphoriſmus, neq; forte hunc omnē: nam, quod ait, humectato, ſuperfluum eſt ad ſternutamenti generationē.

D Nam, & ſi quis humor in capite ſuperabundat, non facit tñ ſternutamentum, niſi in ventum conuertatur: & hoc manifeſte vidēt in multis, qui, licet copiā humoris per nares excernant, non tamē propterea neceſſario ſępe ſternutant. Soli enim ex his ita affectis illi ſternutāt, quibus mordax eſt ea, quæ à capite fluit, humiditas, ceu & ſiquid mordax naribus imponas: ſicut enim tuſſis caſus quidā naturalis eſt ad expurgādas eas, quæ ſunt in pulmone, aſperas arterias, ſic & ſternutamentū manifeſte videt expurgare nariū meatus. Duplici autē in ipſis exiſtente perforatione, lata quidē ad os: p meatus vero tenuiores, ad cerebrū: quæ quidē eſt ad os perforatio, ab eo, qui deſubter, ſpiritu effert: qui vero ad cerebrū meatus pertingunt, ab illo, qui ab ipſo prodit, expurgātur. Atq;, ſi diligenter aduerteris, videbis ſternutamenta, quæ ex capite motus initium habent, leuare caput. Fiunt enim & rarefactis iis, qui ſunt in capite, humoribus, & naturæ impetu excretis. Rarefieri vero ipſis accidit concalefactis. Calefiunt autē natiuo calore excitato, ob cuius imbecillitatē prius erant ſuperfluitates aggregatæ. Cum igīt ait / calefacto eo, quod eſt in capite, inani / maxime quidem intelligendum eſt de eo, quod eſt in ventriculis cerebri: adhuc autem & de illo, quod ipſum ambit exterius: facile eſt enim & illi per cerebrum primo quidem ipſos ventriculos, inde vero nares ſubire. Quia vero repente totus ſimul erumpit, ſonitum edi Hippocrates inquit. Eſt autem commune hoc, vndecunq; venerit, ſiue ex pulmone elatus, ſiue ex capite delatus.

52 ‖ *Quicunque hepar circundolent, iis febris superueniens soluit dolorem.* E

Verbum /superueniens/ indicio est, q̃ prius, cum circumdolebant ipsi, non febricitabant. Si igitur hepar vehementer dolebat, vel propter fortem inflammationem dolebat, vel propter spiritum flatuosum, non aderat autem ipsis inflammatio, alioquí oĩno febricitassent: par igitur est, q̃ flatuosus spíritus sit causa doloris in ipsis. Dolet quidem etiã hepar p̃p obstructionem, verum mediocriter, & cũ quodam ponderis sensu potius, q̃ vehementis doloris. † Dolor autem vehemens propter flatuosum spiritum, vel inflammationem, maximam scilicet, aut suppuratam, accidit.

In coacis ꝓnot. Hepar de repẽte circumcirca, &c.

† *Antiquus interpres ipressus habet. Magn⁹ dolor ergo sine febre, ex ventositate est grossa, et inflatiua: cui si febris superueniat, sine dubio sua erit cura. Et est optimus sensus: et cũ verbis Hippocratis optime quadrat.*

53 *Quibus à venis sanguinem mittere confert, iis vere venam oportet secare.*

Hic aphorismus pars ẽ eius, qui prius dictus fuit in hęc verba: ‖ Quibus medicamentũ epotũ, vel venæ sectio confert, iis vere secare venã, vel purgare medicamento opus est. Atq; ideo in quibusdam exẽplaribus non est ascriptus oĩno: id quidam libri huius expositores sciũt, bis q; ipsum scribunt: nõ nulli vero neq; mentionẽ eius oĩno fecere. Non admirari vero illos non possis, qui non modo bis eundẽ scribunt aphorismũ, verum etiã in eisdem cõmentariis eũ exponunt, nulla facta significatione, q̃ iis, qui antea scripti fuerunt, quidã sunt ex toto iidem, quidã vero ex parte, cuiusmodi hic est. Quid'nam igitur visum fuit vel iis, qui hos adiecere aphorismos circa finẽ libri, F vel ipsi Hippocrati, vt bis de eisdem faceret mentionẽ, vel quibusdã expositoribus, qui vnũ aphorismũ bis exposuerunt, Deos testor me non posse coniectari. Nã neq; scriptorẽ ipsum aphorismorum credibile est tantarum rerum obliuione fuisse correptum, præsertim talis cum fuerit, qualem in omnibus fuisse Hippocratẽ nouimus: neq; illorũ, qui apposuerunt, aut obliuionem, aut malignitatem tantam cogitare possumus, vt propterea bis eadem ascribere voluerint. Adhuc autem magis illos decet expositores admirari, qui, cum bis eosdem exposuerint aphorismos, ne hoc quidem ipsum adiecerunt, secundam se expositionem facere: multo q; adhuc magis illos, qui de eisdem differentes scripsere expositiones in iis, quæ circa finem, ab illis, quæ per initia dixerant.

6ª. Aphor. 47. 52. b

54 *Quibus inter ventriculum, & septum transuersum pituita reposita est, & dolorẽ affert, non habens exitum neq; ad alterum ventrem: iis per venas ad vesicam pituita versa, soluuntur morbus.*

Non absq; ratione mihi vĩ dubitare Marinus, impossibile existimans inter septũ transuersum, & ventriculũ pituitam constitui. Defluet enim deorsum vsq; ad ossa pubis. Neq; etiam fieri posse arbitratur, vt in venas traiiciatur, sicuti in aqua inter cutẽ, tenuis, & aquosus humor trãsumptus excerniẽ per vrinas. Quare accipiendũ esse inquit, inter septũ transuersum, & ventriculũ, pro eo, G quod est inter propriũ septi transuersi corpus, quod carnosum est, & peritonęi, hoc est interioris mẽbranæ abdominis, verticẽ. Verũ, & si ita intellexerimus ò Marine, transumptionẽ ad venas, similiter facilẽ esse nõ est possibile. Nam hinc ad renes peruenire p̃ venas, neq; ex eo spatio, quod est sub mẽbrana abdominis interiore, est impossibile. Adde, q̃ oĩno impropria foret vẽtriculi appellationis abusio. Nihil enim est simile vẽtriculo, & mẽbranæ abdominis interiori, cuius gratia eandẽ participẽt appellationẽ. Melius est igiẽ ita intelligere, sicut oẽs intellexerunt, illud spatiũ ab eo dici, quod est quidẽ infra septũ transuersum, sed intra eã mẽbranę abdominis interioris partẽ, quę ad epigastriũ attinet: et cõsiderare, an possibile sit illud, quod dicit, cum sciamus, q̃ viam sem per materiebus inuenire naturam Hippocrates opinatur, qñ valida fuerit, etiamsi quam maxime sint quodam modo crassæ, & per angusta foramina debeant permeare: qñ & per ossa fieri, inquit absceſſus. Videmus autẽ & humorem illum, qui est inter thoracem, atq; pulmonem in suppuratis expui cum tussi: non nunquã vero & per cutem sanam existentem excidere sanguinem in ossibus, quæ fracta occalluerunt. Non igitur neq; in ea, de qua nunc Hippocrates dixit, pituita impossibile prorsus oportet arbitrari ad vrinæ vias fieri trãsumptionem. Verum & hoc ipsum agi à natura contingit paulatim pituitam extenuante, quemadmodum pus in suppuratis. H

55 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur.*

Aptissimũ hepar est vesicas quasdã aqua plenas, hydatidas græce appellatas, in ea, quæ ipsum ambit exterius, mẽbrana generare. Vĩ itaq; & ĩ iugulatis aĩalibus hepar his aliqñ plenũ. Siqñ igiẽ cõtingat eas vesicas rũpi, effũdiẽ aqua ad locũ mẽbranę abdominis ĩterioris, epigastrio, id est parti supra ventrẽ positę rñdentem, in quo ẽt aqua hydropicorũ congregatur: in omentũ aũt non põt aqua effluere, nisi aliquo modo ipsum exedaẽ: est enim solidũ, & firmũ vndequaq;, ita vt nihil ĩ ipsum ex aliqua parte possit incidere, nisi ex vẽtriculo, colo, ac liene, illis q; partibus, vnde ipm enascitur. Vel igiẽ vult omẽtũ exedi, qua parte vicinũ est hepati, hoc est dextra: vel in omentũ intelligere oportet, hoc est ad ipsius locũ. Ventrẽ aũt aqua ĩpleri, nõ de illo vẽtre dictũ est, in quo cibi recipiunt, sed de tota cauitate, quæ est infra thoracẽ: secundũ quod significatũ, vẽtrosi nominant, & mulieres dicunt gestare ventrẽ. Mori aũt eos, quibus hoc in loco aqua colligiẽ, considerãdum, an perpetuo, sit verũ, an magna ex parte. Seruant enim aliqui aqua inter cutem laborantes, quamuis & hic locus ipsis aqua repleatur. Sed neq; impossibile est, sicut in illis & per medicamenta aquositates purgãtia, & per epithemata, hoc est impositiones, eorũ, quę vim habent ciendi vrinam, & in

vapores

A vapores ſoluendi humorem talem, ſic & in his fieri curationem.

56 ‖ *Alyce, id eſt anxitudo, oſcitatio, horror: Vinum æquale æquali † potum ſoluit ægritudinem.* 2. Epid. ſect. 6.

† ὕδατι, id eſt aquæ, eſt aliqbus cod. græcis.

Soloecophanes viſa eſt quibuſdã rationabiliter figura ſermonis, atq; ideo nõ nulli caſu accuſatiuo ſcripſere: Anxitudinẽ, oſcitationem, horrorẽ, vinum ęquale ęquali potũ ſoluit. Nihil aũt refert ad præſens, vtrauis ſcriptura aphoriſmus exponatur. Primum.n. illud ſcire nos oportet, ꝙ alycen nominauit, quam multi Græci halen appellant: deinde, quæ ſit faciens hunc caſum diſpoſitio. Di cũt igitur ἀλύειν, i. anxitudinẽ habere illos ſanos, ꝙ ſemp̃ pręſentibus moleſtãtur, & ab vno negocio, atq; actione ad aliã tranſeunt. Eodẽ mõ & ęgros illos, anxios eſſe, qui accubitũ non ferẽtes, iacendi figurã euariant, quia ſemper p̃ſens aggrauat eos. Hoc vero pręcipue illis euenire conſueuit, ꝙbus in ore ventriculi (quod abutentes vocabulo, ſæpe ſolent ſtomachũ nominare) humiditatis proprietas quędã continet, ventriculo moleſta, quę neq; multa eſt, neq; in vẽtriculi fluitat cauitate, ſed eã ipſæ imbibere tunicæ. Sed & ″oſcitare, ſicuti, & pandiculari, contẽta aliqua in muſculis (per quos voluntarij quoq; fiunt motus) vel humiditate flatuoſa, vel ſpiritu vaporoſo fieri eſt à nobis demõſtratum. Horror aũt prauis humoribus per cutem currentibus accidit. Liquet aũt, ꝙ nunc à B nobis habet ſermo de horrore, ꝙ ex corpore prouenit inſalubri, nõ de illo, qui cauſam extrinſecus habet. Singula igitur hæc, quæ dicta ſunt, potus vini meracioris ſanat. Moderatam aũt temperaturam ipſe mõſtrauit inquiens: Vinum æquale æquali potũ. Vult.n. æqua portione aquæ vinum temperari, vt partim quidem pellat, & euacuet ex materia infeſtante, quicquid ceſſerit vini motui cum impetu lati, partim aũt, quod reliquum fuerit, temperet. Calefacit enim vinum, vt nouimus, corpus totum, citó que mouetur in omnes partes, & cum hoc omnes humores optimos reddit.

A. li. 1. f. 3. d. 2. c. 13. fo. 65. g

57 *Quibus in Vrinario meatu tubercula fiunt, ijs ſuppuratione facta, & eruptione, ſoluitur dolor.*

Et hũc aphoriſmũ in p̃cedentibus Hippocrates ſcripſit, nos ꝙ ipſum expoſuimus in hęc verba ſcriptũ: ‖ Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcunt, ijs ſuppuratione facta, & eruptiõe, ſolutio. 4ª. Aphoriſ. 82. 37. a

58 ‖ *Quibus cerebrum aliqua ex occaſione concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.* 1. de Morbis, haud longe a principio, Et ſi cerebrum concuſsum fuerit &c. & in Coacis præno. Quibus cerebrũ cõcuſſum fuerit, &c.

Etiam in hoc aphoriſmo in quibuſdã exẽplaribus poſſumus inuenire verbũ /mutos/ ſcriptum numero plurali, caſu accuſatiuo: in quibuſdã vero /mutum/ numero ſingulari, per modũ figuræ ſoloecophanis. Sed neq; hoc loco quicq̃ ad præſentia refert, modo nouerimus ſæpe cõſueuiſſe Hip C pocratem ab vno accidente notiſſimo, vocis amiſſione, noĩare, & oſtendere illos, qui neq; vllum alium motum ſeruant ſecundum electionem, neq; quicq̃ oĩno ſentiunt, ſed iacent eodẽ modo, quo apoplectici, ſine ſenſu pariter, & motu. Fit aũt hoc, & p̃p alias cauſas: nunc vero cõcuſſionis cerebri Hippocrates meminit, ipſam ꝙ talẽ ait totius corporis diſpoſitionẽ ſequi. Concuti aũt hoc modo cerebrũ contingit p̃p aliquẽ caſum totius corporis violẽtũ ex locis altioribus factũ. Tales enim caſus ſolent, & in ſpinę vertebris facere concuſſionẽ, qñ ipſarum harmonię, i. coagmẽtationes fuerint cõmotę, & ſpinalis medulla, quæ in earũ cauitate continet, laborauerit, valde ꝙ concuſſa periculum adduxerit, ne quis neruus eorũ, ꝙ ab ipſa naſcuntur, abrumpat: id quod non minus in ipſo quoq; ſit cerebro, & tanto magis, quanto plus vacui loca hñt, quæ ipſum circunſtãt: magis ꝙ ẽt in ſenioribus, quẽadmodũ in diſſectorijs tractationibus diximus. Contrahit aũt ſe vis aĩalis in ſeſe talibus diſpõnibus, à motu periculoſo moleſtata, atq; idcirco quieſcit. Proceſſuũ vero nõ nulli quidem ſufficienter tendunt, quidã vero aliqua ex parte diſtrahũtur: atq; interim, donec ſe rurſus vis aĩalis collegerit, mutum, atq; immobile totũ iacet, quod ita afficitur, animal. Si vero cerebrum auelli contigerit, aut aliquam eius partem conuelli: qui ita patiuntur, non amplius reſtituuntur.

59 D ‖ *Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit. Fames enim corpora ſiccat.*

7ª. Aphor. 59. 59. d 2ª. Aphor. 16. 12. g

Quòd oĩa, quæ exiccant, ſint paſſionum humidarum remedia, manifeſtum eſt: ſiquidem ‖ contraria contrariorum remedia ſunt. Quòd autẽ & fames ex accidenti corpora exiccet, non eſt dubium. Siquid.n. defluat à corpore, ſicuti & antea {dixi,} nec inſup ab alimẽto ſuppleatur id, quod fuerit euacuatum, neceſſarium eſt corpus effici ſiccius. Liquet enim ꝙ in cuiuſq; animalis corpore prius illæ partes abſumũtur, quæ ſunt humidiores, qñ & ipſe defluxus idcirco fiat, quia corpus extenuatur, atq; in vapores reſoluitur: id ꝙ duplici de cauſa, extrinſecus quidem ab aere ambiente: intus vero à calore natiuo. Quæ autem per hyemem latent animalia, cum neq; extrinſecus calefiãt, & neq; intrinſecus, vel nihil prorſus vel parum oĩno diſſoluuntur: atq; ideo non nulla eorum ne alimento quidem vllo penitus egent, non nulla vero minimo prorſus. Poſt præſcriptos aphoriſmos alij duo ferè in oĩbus exemplaribus inueniuntur, quorum huius libri expoſitores ferè omnes meminere: quídam etiã ipſos expoſuere, ſed aliter, atq; prius fecerant, ne hoc quidẽ ſolum adijcientes, ꝙ ijdem aphoriſmi ſuperius ſint ſcripti. Nos vero in quarto commentario illos expoſuimus, parum verbis ab iſtis differentes. Alter.n. eorum, qui nunc ſcripti ſunt, ſupfluo adiectum habet, Vt deuorare nõ poſſit, niſi vix. Alter vero cõtra non hẽt verbũ /vix/: vt prior quidẽ ſit talis: ℂ *Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus ſtrangulatio repente ſuperueniat, & non poſsit deuorare, niſi vix,*

in Lib. de Flatib⁹ circa principium.

ꝟix, lethale. Secundus vero ſic. ℂ *Si à febre habito collum conuertatur, & deuorare non poſſit: tumore non* E
exiſtente in collo, lethale. Priores vero, quos dixi in quarto horum cõmentariorum fuiſſe expoſitos,
4ª. Aphor. 34. 31. b ita ſe habebant: ‖ Si à febre habito, tumore non exiſtẽte in faucibus, ſtrãgulatio repente ſuperueniat, lethale. Deinde, q̃ deinceps ſequitur: ‖ Si à febre habito collum conuertatur, & vix poſſit de-
4ª. Aphor. 35. 31. e uorare: tumore non exiſtente in collo, lethale. Quod igitur in priore aphoriſmo dictum eſt ſuperfluere, nunc conſideremus. Etenim id fieri vidimus, vbi ęgri omnino exitialiter à morbo haberen tur. Quare, ſiue nullo modo poſſint deuorare, ſiue vix, non exiſtente tumore in faucibus (nam hoc licet perſpicuò cognoſcere, ſi plurimum os aperiatur, & lingua verſus mandibulam inferiorem prematur) in tali, inquam, conſtitutione, q̃ difficulter deuoret̃, cauſam eſſe ſuſpicandum commu nionem tunicæ, quæ ſubnata eſt ex partibus gulæ, & gutturis interioribus. Nam oſtenſum eſt hãc cibo os permeante, ipſam quidem trahi inferius, guttur vero totum retrahi ſuperius. Tumeſcente igitur in gutture inflammatione, non nunq̃ quidem nullo modo, quãdoq; vero vix ventriculum ſequitur attrahentem, atq̃ ob hanc cauſam vel nullo modo deuorant, vel vix.

60 *Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rurſus caleſit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificatur.* F

4ª. Aphor. 40. 32. d. Et in lib. de Iudicationi bꝰ. circa mediũ Et hunc aphoriſmum in quarto commentariorum expoſuimus, ijſdem ferè verbis ſcriptum, quibus & hic. Eſt enim ſcriptura talis: ‖ Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus frigeſcat, vel rurſus caleſcat, & ſi alius ex alio color fiat, morbi longitudo ſignificatur.

61 *Sudor multus calidus, vel frigidus ſemper fluens, humorẽ abduci, robuſto quidẽ ſupra, debili vero infra, ſignificat.*

4ª. Aphoriſ. 42. 32. g Antea alium aphoriſmum in quarto horũ cõmentariorum expoſuimus hoc modo ſcriptum: ‖ Sudor multus calidus, vel frigidus ſemper fluens, frigidus maiorem, calidus minorẽ morbum ſignificat. Et taliũ ſudorum diximus eſſe diſpoſitionẽ, multitudinẽ humiditatis, quæ in ægri corpore continet̃. Propterea igitur, qui nunc proponit̃ aphoriſmus, abduci præcipit ſuperfluum humo rem, robuſtis quidẽ ſupra, hoc eſt per vomitus: debilibus aũt infra, quod & ipſum ſignificat, per al ui ſubductionẽ. Quo'd quidem igit̃ ſemper ſit neceſſarium ſuperfluas corporis humiditates eua cuare, planè eſt manifeſtũ. An vero robuſtis ſupra tm̃, debilibus vero infra, mihi dignum videtur animaduerſione: nam forte melius eſt, non hac ratione diſtinguere remediorum vſum, ſed vt in tractatione curatiua de talibus oĩbus fuit à nobis diſtinctum. Quare & hunc aphoriſmũ arbitror fuiſſe aſcriptũ. Poſt ſupraſcriptos aphoriſmos, alij tres inueniunt̃ in pluribus exẽplaribus, qui pa- G
4ª. Apho. 43. & 44. & 45. 32. e. f. g riter, & ab expoſitoribus ſcripti ſunt, & parum verbis euariant ab illis, qui in quarto horũ cõmentariorum habent̃. Scribunt aũt eos hoc modo: ℂ ‖ *Febres, quæcunq; non intermittẽtes, tertia die fortiores fiunt, periculoſæ: quocunq; autem modo intermiſerint, ſignificant, quòd non ſunt periculoſæ.* ℂ ‖ *Quibuſcunq; febres longæ, ijs vel tubercula, ad articulos, vel dolores decumbunt.* ℂ ‖ *Quibuſcunq; tubercula diutina, aut in articulos dolores ex febre decumbunt, ij cibo pleniore vtuntur.* Liquet aũt, q̃ hi interiecti fuerũt, à prioribus nihil, aut parũ admodũ verbis differẽtes: nos vero ipſos expoſuimus in quarto horũ cõmentariorũ.

62 *Siquis cibum febricitanti dederit: vt ſano robur, ſic laboranti morbus.*

Scribitur aũt & ſic aphoriſmus: Siquis febricitanti cibum dederit, ſano quidẽ cibus eſt, laborãti vero morbus. Vtraq; vero locutio ab ea interpretatione, quæ ſm naturam eſt, ad eã, quam cacozelon nominant, receſſit: neſcio quid ſibi volentibus illis, qui ita libri finẽ tam varijs modis diſpoſue runt, non nulla quidẽ eiſdem verbis ſcribentes, quibus ipſe antea vſus erat, non nulla vero paulu lum cõmutantes, aliqua vero tota interponentes, veluti hunc propoſitum aphoriſmum, qui neq; 2ª. Aphor. 10. 32. c prope accedit ad Hippocratis interpretationẽ. Ipſe ſiquidẽ prius dixit: ‖ Non pura corpora quan to magis nutries, magis lædes. Et, ‖ ſi ex morbo cibũ aſſumens aliquis non corroboratur, ſignifi- H
2ª. Aph. 8. 11. h cat corpus pluri vti alimento: Si vero cibũ non aſſumente hoc fiat, ſignificat, q̃ euacuatione indiget: & quædam alia huiuſcemodi, quæ germanam, natiuam q̃ habent interpretationẽ. Qui vero propoſitum appoſuit aphoriſmum, male æmulando, in cibo dixit: Qui ſano robur, hic laboranti morbus. Vult enim dicere cibum robur quidem in ſanis efficere, nocere aũt ęgris: vel, per louem, ſanis quidem augere robur, morbum vero laborantibus. Abſurde autem id interpretatus eſt, inquiens, cibum ipſum robur eſſe ſanis, morbum vero laborantibus: qui neq; robur eſt, ſed roboris effectiuus: neq; morbus, ſed morbi effectiuus, vel quod rectius diceretur, auctificus.

63 *Quæ per veſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia, qualia ſanis, excernuntur. Quæ igitur minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora: quæ vero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa.*

in Progn. cõ. 1. t. 5. 4ª. 190. g Omnia, quę ſunt ſanis ſimilia in toto corpore, dictum eſt ab Hippocrate & in ‖ Prognoſticis, & in omnibus alijs libris bonũ aliquod ſignificare: quæ vero diſſimilia, contrariũ. Hoc igitur nunc conatur dicere, qui hunc compoſuit aphoriſmum. Suſpicor. n. neq; hunc eſſe Hippocratis, conie ctans ex ipſa elocutione, quæ non habet eandẽ cum Hippocratica formam, & ex dictis ipſis, quæ non æque ſunt, vt ipſius auctoris alia, exq̃ſita. Cum igit̃ inquit, Quę minime ſimilia ſunt his, hæc

morboſiora:

A morboſiora: qs non reprehẽderet ipſum dicentẽ illa morboſiora, pro eo quod morboſiſſima, aut ſumme morboſa? Nam verbũ /minime/ cum quadã exuperantia dicitur, & multã ſignificat ad id, quod eſt præter naturã, euerſionẽ. Vnumquodq; enim, quod præter naturã eſt, quantum receſſit ab eo, quod ſm naturam, tm̃ habet prauitatis. Quæ igitur minime ſunt ijs, quę ſecundum naturam ſe habent, ſimilia, ſunt ijs, quæ ſunt ſecundum naturam, maxime contraria, & ideo morboſiſſima.

64 ‖ *Et quibus deiectiones ſi ſtare permiſeris, & non moueris, veluti ſtrigmenta ſubſiſtunt: & ſi pauca, paucus eſt morbus: & ſi multa, multus: ijs confert alui purgatio: quòd ſi aluo non purgata dederis ſorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

in Lib. de Iudicatiõibus. Alui egeſtiones ſi in idẽ cõcedere, ac conſiſtere permiſeris: &c.

Per aluũ exeuntia ſolet Hippocrates deiectiones, ac ſubductiones (græce ὑποχωρήματα, & ἀφεχωρήματα) noiare: & propterea quidã hoc loco acceperunt eius ſermonem eſſe de ijs, quæ per aluum euacuant. Verũ his aduerſant verba illa, quæ in ſermone proponuntur /ſi ſtare permiſeris, & non moueris/. hoc. n. proprie conuenit humidis: atq; ideo alij rurſus de vrinis eundẽ accepere ſermonem. Vtriq; vero rurſus diuiſi: aliqui ſcribunt, inſiſtunt: aliqui vero, ſubſiſtunt. Neutrũ aũt horum verborũ vrinis repugnat, quia & per ea, quæ ſubſiſtunt, & per ea, quæ inſiſtunt, conſueuimus
B & præſentium, & futurorum etiã aliquid cognoſcere. In alui autem excremẽtis, verbum inſiſtere, competit quodã modo magis. Neq; n. ſicut in vrinis prompta eſt, atq; expedita ſubſiſtentium cognitio, ſic & in alui contingit excrementis. In vrinis etenim & ipſum vas ex vitro factum oſtendit eorum, quę ſubſiſtunt, naturã: & ſi in alio vaſe etiam continerẽtur, poſſumus id, quod ſupernatat, abijcientes, ſola ſubſiſtentia relinquere: in alui autem excrementis, neutrum probabile eſt. Rurſus id, quod deinceps dicitur /veluti ſtrigmenta/ ijs, quę per aluum excernunt̃, congruit: illis vero, quæ quouis modo vrinæ inferuntur, ſiue ſuperius, ſiue inferius, non congruit. Nam quædã ſtrigmentis ſimilia per aluũ ſępius excernuntur: & ita ea non modo Hippocrates, ſed ẽt alij medici nominare conſueuerunt, non tm̃ in vrinis. Hic igitur tam nominum, q̃ verborum vſus improprius oſtendit præſentem aphoriſmum interiectum fuiſſe. Adhuc aũt magis, cum dicit his conferre alui purgationem: neq; enim ſimpliciter, neq; quouis modo illi, cuius ſtrigmẽtis ſimilia alui excremẽta ſunt, confert aluum purgare: ſicuti neq; ij, qui ita affecti ſunt, neceſſario lędūtur in aliquo, ſi cibum acceperint. Videmus ſiquidem, cum alui inferioris excrementa bilioſa fiunt, quædam ſimilia ſtrigmentis per aluum excerni, in quibus neq; oẽs lędūtur, ſorbitiones accipientes, neq; prius eos purgare eſt neceſſarium modo iam, quicquid bilis ineſt, fuerit euacuatum. Adhuc autem magis,
C ſi vrinis aliquid inferatur, quod ſit veluti ſtrigmenta, purgare nõ conuenit. Accedit ad hoc, q̃ difficile eſt formã agnoſcere, qualẽ eſſe velit eorum, quæ veluti ſtrigmenta inferuntur vrinis. Verum, qui hos aphoriſmos interpoſuerunt, mihi videntur ad hunc finem eos compoſuiſſe, vt ſermo confunderetur, tanq̃ ænigma quoddam, & multa indigeret inquiſitione, in qua ſe ipſos eorũ, quæ dicuntur, expoſitores cõſtituentes, apud adoleſcẽtes laudẽ aſſequerent̃. Quòd aũt oẽs obſcuri ſermones dent ſophiſtis garrulitatis occaſionem, fiet tibi in hoc ipſo aphoriſmo manifeſtũ. Quidã enim eorum, qui eum expoſuere, aiunt non vetare Hippocratẽ, quin dentur ſorbitiones hoc modo affectis, ſed plures ſorbitiones, cum dicat, Quãto plura dederis, magis lędes: quaſi non ẽt alij, quicunque indigent ſorbitionibus, non lędantur à pluribus, vel quaſi non conſequatur ad illum, qui dicit, Quanto plura dederis, magis nocebis: putare ex paucioribus minorem fore lęſionem. Verũta men propter malum interpretationis modum, ſophiſtis datur facultas inueniendi ſolutiones, & magis, quando licuerit addere aliquid, vel adimere, & ſcribendo tranſponere, quod in obſcuris ſermonibus facere conſueuerunt. Statim enim in hoc aphoriſmo quidam ipſum exponentes, coniunctionem /&/ adijcientes, quod alij ſequentis aphoriſmi fecere principium, id huius finem conſtituunt, vt ſermo ita ſe habeat: Si vero aluo nõ purgata dederis ſorbitionem, quanto plures dede-
D ris, tanto magis nocebis: & quibus infra cruda deijciuntur, quanto videlicet plura dederis, magis lædes: deinde aliud initium facientes ſcribunt, q̃, vbi atra bilis ineſt, ſi plus, maior eſt morbus: ſi minus, minor. Plures vero expoſitores aliter exponunt, & ſcribunt eo modo, quo ſubſcriptum eſt:
℄ ‖ *Quibuſcunq; cruda infra deijciuntur, atra bilis ineſt: ſi plura, maior: ſi pauciora, minor eſt morbus.* Dictũ autem eſt antea, q̃ & aliæ quædã ſcripturę ſunt: licitũ eſt. n. in obſcuris vnicuiq; pro arbitrio ſcribere, cum nulla lex ſit tranſcribentibus poſita. Sæpius autem non propter obſcuritatem, ſed propter ſermonis falſitatem coguntur aliquid addere prius inuentis, aut adimere, aut ſcripturam tranſponere: veluti exempli gratia in hoc aphoriſmo, cuius verba primi expoſitores aphoriſmorum, ſicuti Herophilus Bacchius, & Heraclides, ac Zeuxis empirici, in hũc modum ſcripſerunt: Quibuſcunque inferius cruda deijciuntur, atrę bilis ſunt: ſi plura, pluris: ſi pauciora, paucioris. Quia vero hic ſermo particulare quiddam explicat, dictus autem eſt tanquam vniuerſalis, ideo prębuit dubitandi occaſionem: ſed id, quod dicitur, quãtum ad verba attinet, nullam habet quæſtionem, cum eorum ſcriptor velit oſtendere, quibus cruda deijciuntur, in eorum inſtrumentis, quæ concoquendi vim habent, eſſe atram bilem, ex qua refrigerata deterius concoquunt. Modus incoctionis eſt, qui à cruditate fit: cui flaua bilis contrarium agit: nam, quæ propter eam incocta remanent, nidoroſa fiunt. Quidam vero & hunc ſermonem etiam de vrinis dictum arbitrantur.

in eodẽ. Quib° vero in egeſt o ne inferne bilis atra &c.

65 *Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ, ſanguineæ, bilioſæ, & fœtidæ, omnes malæ: cum vero bene excernuntur, bonum eſt, & per veſicam: &, vbi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum, malum.* E

4ª. Aphor. 47. 32.b Et hic aphoriſmus ſupra ſcriptus eſt, hoc modo: ‖ Excreationes in febribus nõ intemittentibus: liuidę, ſanguineæ, fœtidæ, omnes malæ: ſed, ſi bene excernuntur, bonum eſt, & per aluum inferiorem, & per vrinas: Si vero aliquid per hæc loca excernitur, quod non conducat, malum. Nos vero ipſum expoſuimus in quarto horum commentariorum.

66 *Corpora oportet, vbi quis purgare voluerit, fluida facere: & ſi ſupra, ſiſtere aluum: ſi vero infra, humectare.*

1ª. Aph. 9. 12. a Et huius ſermonis pars prior fuit in ‖ precedentibus ſcripta, nõ adiecto verbo /ſupra/ & ſequẽtibus, quæ quiſpiam volens adijcere hoc in loco, rurſus ſcripſit aphoriſmum cum expoſitione, per quam verus eſſet. Quòd autem ſit altera expoſitio verior, quam nos multa experientia inueſtigauimus, dictum eſt ſuperius in ſecundo commentariorum.

67 ‖ *Somnus, vigiliæ, vtraq; modum excedentia, morbus.* 3. de Locis affectis. 4ª. 16. g

4ª. Aph. 3. 11. e Et hic aphoriſmus in quibuſdam exẽplaribus fuit interiectus, qui ‖ prius dictus eſt totus eiſdẽ F verbis, præterq; in fine: hic.n. morbus, illic autẽ malum ſcribitur, quæ ſcriptura eſt longe melior. in 1. Pror. cõ. 1. t. 48. 4ª. 175. d

68 *In febribus non intermittentibus ſi exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat, lethale.*

4ª. Aphor. 48. 33. a Et hic aphoriſmus imprudenter ſcriptus eſt, cum melius ‖ ſupra dicatur ſine verbis illis /& febris habeat/. Nam, cum in principio dixerit, in febribus non intermittentibus, vana eſt rurſus in fine ſermonis adiectio, Et febris habeat.

69 *In febre non intermittente ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium peruertitur, ſi non videat, ſi non audiat, & iam debilis ſit: quicquid horum fuerit, mors propè eſt.*

4ª. Aphor. 49. 33. b Et hic aphoriſmus antea dictus eſt, his verbis: ‖ In febre non intermittẽte, ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium peruertitur, ſi non videat, ſi non audiat, & iam debilis ſit: quicquid horum fuerit, mors propè eſt.

70 ‖ *A pituita alba, aqua inter cutem ſuperuenit.*

1. de Morbis, haud longe à principio, vbi de morbis, q in alios morbos tranſeunt. Quod dicitur, tale eſt: Quibus in vaſis, et in totius corporis habitu multa pituita alba fuerit acer G uata, ijs aqua inter cutem (quæ leucophlegmatias ab alba pituita nomen habet) ſuperuenit.

71 *Ab alui profluuio, difficultas inteſtinorum.*

A communi videlicet ſubaudire oportet, ſuperuenit, abraſis paulatim inteſtinis, deinde in profundũ malo ſubeunte, atq; ita vlceratis. Prius vero in aphoriſmo legitimo melior ſcriptura eſt hoc

Supra Aph. 23. 55. c modo: ‖ A ſincera deiectione, difficultas inteſtinorum: & nos hunc aphoriſmum expoſuimus in ſexto horum commentariorum.

72 ‖ *A difficultate inteſtinorum, lenitas inteſtinorum ſuperuenit.*

1. de Morbis, haud longe à principio. Et hic aphoriſmus eſt pars prius dicti, per hęc verba: ‖ Qui lienoſi à difficultate inteſtinorũ corripiunt, ijs ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua inter cutem ſuperuenit, aut lęuitas inteſtinorum, & pereunt. Nos vero ipſum expoſuimus in ſexto horum commentariorum. 6ª. Aphor. 45. 51. b

73 *A ſphaceliſmo, abſceſſus oſſis.*

A communi hic quoque ſubaudiendum eſt, ſuperuenit. Vtrum vero ad oſſis ſphaceliſmum ip H ſius oſſis ſequatur abſceſſus, vel carnis circunſtantis, non manifeſtauit. Vtrunque autem poteſt eſſe verum.

74 *A ſanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio ſupra. A tabe, fluxio ex capite: A fluxione, alui profluuium: Ab alui profluuio, aſtrictio purgationis ſuperioris: Ab aſtrictione mors.*

In pluribus exemplaribus, & apud plures expoſitores ſcriptum eſt: A ſanguinis vomitu corruptio. In quibuſdam tamen exemplaribus hæc habetur ſcriptura: A vomitu ſanguinis, tabes. Videntur autem & hæc ex pluribus Hippocraticis enunciationibus fuiſſe collecta, & corrupte com-

Supra Aph. 15. & 16. 55. a poſita, ab illis præcipue aphoriſmis: ‖ A ſputo ſanguinis, puris ſputum, & fluxus: cum vero ſputum retinetur moriuntur.

75 *Qualia fuerint veſicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & ſicubi alibi à natura corpus exierit, ſi parum, paucus eſt morbus: ſi multum, multus: ſi valde multum, lethale eſt.*

Hic vltimus aphoriſmus in multis exemplaribus ſcriptus eſt, in quibuſdam vero, & alij adiecti ſunt eodem modo, quo & illi omnes, quos decurrimus ex legitimis ita fraudolenter concinnati,

A nati, vt non nulli eisdem verbis scribantur, non nulli parum euarient, non nulli parua facta adiectione similes sint ijs, quos scripsit Hippocrates: quare ne ipsos quidem duximus adijciendos: nam neq; hic nunc propositus aliquid plus nobis ostendit ijs, quæ sæpius Hippocrates manifestauit. Sed & modus explicandi haudquaquam Hippocrati conuenit. Nam, qualia vesicæ fuerint aut alui excrementa, redditione indigent. Summa tamen (vt dixi) vera est: nam, si paruus sit à natura exitus in quauis parte, minorem morbum: si vero plus, maiorem: si vero admodum multus sit à natura recessus, mortalem debemus morbum iudicare.

SVbscriptus aphorismus est in antiquis codicibus græcis. & in tralatione veteri adest expositio Galeni, quam hic posuimus.

APHORISMVS.

B *In lethargo tremor, malum.*

GALENI EXPLANATIO.

Lethargia est apostema in puppi cerebri ex materia phlegmatica generatum. Tremor igitur in ea malum est: significat.n. materiam propter incontinentiam sui ad neruos motiuos deuenisse, qui à parte posteriori sunt magis, vt dictum est alibi: ex cuius infusione nerui sunt remolliti: vt spiritu non omnino sed aliqualiter deficiente, nec neruis, vt in paralysi, omnino remollitis, virtute regitiua membra sursum ferantur: &, quia nerui remolliti non sufficiunt dare membris sufficientem & firmam sedem & stabilem, iterum sua grauedine descendunt: ex quibus motibus contrarijs fit tremor. Vel in lethargia fit tremor, quia materia ventositatis resoluta, meningas & neruos, qui ab eis oriuntur, mouet & concutit: vnde tremor fit.

PHILOTHEI EXPLANATIO.

Lethargus passio est in cerebro consistens, ex humida frigida q; materia generationem habens, ex qua etiam difficilis expergiscentia vnà cum spiritus animalis imbecillitate prouenit. Cæterum C cum febre debili passio hæc fit. Si igitur in lethargo tremor appareat, malum est, vel etiam periculosum: indicat.n. tãtam esse frigidam materiam, vt & dorsalis medulla particeps ipsius fiat: inde q; neruosum genus ob repletionem spasmo corripiatur. Alius quidam aphorismorum explanator tremorem in lethargo malum esse dicebat, propterea quòd immodicam siccitatem significet.

ET infrascriptum aphorismum vna cum explanatione (quę, quamuis ad Galenum referatur, mini me tamen ipsi tribuenda est) in antiquo codice græco in fine huius septimæ particulę inuentum, tibi traduximus. idem aphorismus in sexto epidemiorum sectione quarta habetur, & à Galeno exponitur.

APHORISMVS.

6. Epid. com. 4. t. 10. 3ª. 185. b

‖ *Aquæ potio & vigilia, vorax.*

EXPLANATIO

Hic vltimus omnium aphorismus scriptus est: inueniuntur tñ in alijs libris alij quoque apho- D rismi post hunc scripti, qui Hippocratis ne, an Polybi, an alterius cuiusdam viri sint, haud scio: scri buntur certe. Exponendum autem est, quid & hic aphorismus dicat. Ait.n. quòd aquæ potio & vigilia *βορὸν* & *λαιμαργὸν* i. vorax & edax est. Scribitur autem non his tantum verbis, in alijs codicibus, sed & alio etiam modo. Aqua vorax, vigilia vorax. Sciendum autem est aquam nutrimentũ esse non proprie, sed per accidens, *βόρον*. n. proprie dicitur ipsum nutrimentum: aqua autem, frigida cum sit, tum calidam intemperiem in stomacho existentem, tum inappetentiam ab illa intemperie prouenientem expugnat: nam aqua oblata stomachum refrigerat: dum autem ipse refrigeratur, contrahitur: dum q; contrahitur ac veluti inspissatur, alimentum requirit: mox q;, dum appetit, cibaria ingerimus, quæ postea alterata ac in chylũ redacta, per venas meseraicas in iecur asportãtur: illic q; sanguinis naturam nacta, in totum deinceps distribuuntur corpus, à vena, quam à caudicis similitudine stelechiæan nominant, nutritum. Nutrimentum autem est eius, quod iam dissipatum ac deperditum est, restitutio. At vero etiam aqua post vigiliam sumpta nutrimentum est primaria ratione. Nam vigilia corpus exiccat ac calefacit: frigidum autem & humidum siccitati & caliditati contrarium est: epota ergo aqua corpus nutrit: nam, cum à siccitate & caliditate asportetur & facile attrahatur, nutrimentum fit.

* Videtur hic *βορὸν* accipi pro comestibili.

Galeni



GALENI ADVERSVS LYCVM, QVOD NIHIL IN EO APHORISMO HIPPOCRATES PECCET, CVIVS INITIVM, ‖QVI CRESCVNT PLVRIMVM HABENT CALORIS INNATI.

1ª. Aph. 14. Sec. ord. 7. a

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Ex postrema recognitione interpretis ad veterum exemplarium græcorum fidem.

Lycum non recte laudare, aut redarguere Hippocratem potuisse, quòd ne elementa quidem artis ipsius tenuerit. CAP. 1.

VM in Hippocratem nulla in se conflata hominum inuidia scripserit cum Lycus, tũ cuicunq; collibitũ hoc est, longe adhuc minore eos onerandos inuidia existimo, si qui, quæ perperam in illum cõgeruntur crimina, diluere valẽs, veluti apud vtrorũq; libros in iudicio lecturos, defensionem paret, præsertim cum, qui accusat, ante q̃ ea, quę dicuntur, di scẽdo percipiat, audacius agit, qui vero defendit, in veteris magistri pla G citis exercitatus sit. Cõmentarios itaq; scripsit quidem Lycus Hippocratis aphorismos exponentes, vtrobiq; autem hominis placita male accipit, & cũ reprehendere, & cũ eorũ, quæ ab illo dicũtur, nõ nulla laudare se putat, nec minus, in quibus contradictionem molitur: nam, nec quæ ab eo laudantur, inter Hippocratis placita ponuntur, verum Lyci commenta sunt, & per quæ contradicit aperte seipsum prodit, Hippocraticæ artis ne elementa quidem tenere: cui vero elemẽ torum scientia non adsit, multo is sanè minus artis illius syllabas, aut eorum quæ ab ea procedunt, aliquid nouerit. Itaq;, si primus ego, aut vnus demum essem, qui censere Hippocratem dicerem ex calido frigido, humido ac sicco animantium cõstare corpora, minus fortasse audacter Lycum accusarem, q;, ante q̃ Hippocraticæ artis elemẽta teneret, librorum ipsius scribere enarrationes aggredere tur: neque enim aut eos, qui alienis placitis nomen dedere, aut ne principia quidem, artis vtilia agnoscunt, explanare aphorismos decet, sed quemadmodũ ab ineũte ętate didicere, eius rursus pro bant, aut dãnant placita. Lycus aũt Hippocraticæ artis ignarus adeo est, vt, cũ primas cõmentariorũ eius in aphorismos expositiones perlegissem, Deos testor oẽs non potuisse me reliquæ libri parti percurrendæ aium adhibere, adeo mihi visus est à veteris magistri sententia aberrare. Cum vero H amicorum cuidam visum fuisset, vt ijs, q̃ ab illo in aphorismo, in quo ait, Quæ augentur plurimum habent caloris innati, scripta sunt, aures accommodarem, deinde alij etiam quàm plurimi me hortarentur, vt eius obiectionibus responderem, hac ductus necessitate scribere ista aggressus sum.

Hypotheses pro multiplici corporum caliditate asseueranda. CAP. 2.

SEd, quò facilius, quæ ab illo dicuntur, & à nobis dicenda aduersus ea sunt, intelligant, qui ferre de re hac sententiam debent, præfari pauca quædam oportet. Calorem inesse nobis in aperto apud oẽs est, vtrum aũt ex cordis, atq; arteriarum motu generetur is, an vero, quemadmodum con natus cordi motus est, ad eundem etiam modum se habeat calor, diuersa de his sensere medici. Cæterum, si quis est, qui perdiscere scientifice cupiat aiantium cunctorum generationis primordia ca lidum esse & frigidum, & siccum, & humidũ, vnũ his cõscriptum à nobis librum habet, in quo, qd de hoc Hippocrates sentiat, explicamus demonstramusq;, cui quidem titulum fecimus de elementis secundum Hippocratem: ab hoc deinceps libri de temperaturis habentur, in quibus, quæ nam corpora maiorem calidi elementi portionem, quæ ve minorem adepta sint, ostendimus, vt q; hanc ipsam ob causam calidiora hæc, illa frigidiora natura facta sint: nam, cum vniuersis nobis calidum insit elementum à prima statim origine innatum, quam sortiti ex semine ac sanguine mẽstruo sumus,

A mus, distamus tamen inuicem, q̃ magis minus q̃ alius alio calidior reperiatur: sunt tamen latitudi
ni huic quidam tanquam termini præfixi, quos vltra si temperamentum progrediatur, aut ægro-
tare nos, aut iam interire necesse sit: vt enim plus iusto refrigerati morbos contrahimus frigidos,
sic, cum extra sanitatis campum excalfacti fuerimus, febrem incidimus: quin etiam febrium ipsa-
rum quædam exacte siccæ habentur, sicuti exquisiti ardores: quædam vero summe humidæ, quod
genus illæ sunt, quas græci τυφώδεις vel ἑλώδεις appellant. Quòd si alicui vocabula hæc nõ admo
dum placent, aut res alias istiusmodi nomenclaturis notare consueuit, huic ego clarum oratione
faciam, quales esse humidas febres dicam: cũ à prima statim die ægrotantes sudant, sudore q̃ ipso
aut parum, aut nihil leuãtur, has ego humidas appello febres: siccas è diuerso eas voco, in quibus
sitis vrget vehemẽs, ac scabra visitur lingua, durata q̃, tanq̃ corium, cutis, plurimus q̃ in vniuerso
adest corpore squallor. Sunt & aliæ quædam febres cutis totius transpiratione tangentibus infe-
sta, vt & pungi, & morderi videantur, quod ipsum etiam dupliciter fit: nam, quod sentimus aereũ,
siccum interdum nobis, interdum humidum, veluti vapor quidam, apparet, nec iam aliæ in sanis
reperiuntur temperaturarũ inter se differentiæ, quas à recta declinare tẽperie dicimus, quarum q̃
naturalem, quantum fieri à nobis potest, intemperiem corrigimus: quæ non postrema est sanita-
B tem tuentis artis pars. Quæcunque vero temperata natura corpora instituit, in his nihil se huius-
modi tangentibus offert, quippe quæ exquisita temperie constent, vt nec caloris defectum sen-
tiant, quod senibus, refrigeratis q̃ accidit, neq̃ vero excessum, quod his euenit, qui labore vti sunt
nimio, aut æstiuo se soli diutius exposuere: ac multo sanè minus mordacitatis, aut molestiæ quic-
quam horum obtinet calor. Verum, vt, quæ dicuntur, apertius intelligantur, optime à nobis fiet,
si in memoriã balnea reuocabimus, in quibus, vna cum sit temperatorum formula, multæ visuntur
intemperies: vna certe balnei intemperies ea est, cum plus, quàm vsus postulat, repertum id frigi-
dum fuerit: altera, cum ad molestiam vsq̃ excalfactum sit: tertia, cum nec frigiditatem eius, nec ca-
liditatem damnantes, vapore tum repletum esse dicimus, hoc q̃ illud nomine culpamus. Quis
enim est, qui nesciat, qui modo homo sit, temperatam sępius non solum aquam reperiri, sed ad eun
dem etiam modum aerem, atque vaporem? sic etiam temperatus in ipsis balneis lapis est, in quo
nec caliditate nimia, nec frigiditate, nec ariditate, nec iam humoris redundantia culpata, volutari
possumus. Igitur, quemadmodũ in aqua, lapide, aere, eodem modo in vapore tempera ta ineſt cali-
ditas. Qui quoties balneum temperie hac præditus repleuerit, qui lauantur, balneum quidem hu-
iusmodi damnant, de q̃ eo queruntur, non tamen frigidius id, aut calidius appellant. Quòd si hu
C iusmodi etiam aliquid accesserit, duplici balneum culpa notant, frigidum id esse dicẽtes vaporis q̃
plenum, quemadmodum rursus nimio cum vapore immoderate calidum: non tradamus itaque
hæc obliuioni, neq̃ præ nimia, quam non nulli ostentant, sapientia, quæ vniuersim hominibus cũ
ctis aperta sunt, destruamus. Verum, quoties dicentem de animali audiemus aliquem, q̃ huius tem
peratus calor sit, intemperatus illius, balneorum recordati cum erimus, non erit ad diuersum quip-
piam dirigenda cogitatio, sed illuc, quò, quicunque communes notiones integras seruant, quoti-
die cum in alijs permultis, tum vero in his, de quibus mentionem iam fecimus, balneis dirigunt,
transferenda: calidum itaq̃ balneum esse inquiunt, ac frigidum: vaporis item plenum, siccum ve,
atq̃ aridum, singulis his nominibus propriam rem aliquam significantes. Est igitur præter hæc,
quæ retulimus, aliud quoddam balneum fumo plenum, & eo mehercle numerosissimarum specie-
rum: siquidem alius ex roboreis lignis, ex siculneis alius, oleaginis ve cõstat, ac pro vnaquaque ar-
bore alius, atq̃ alius: sed his particulatim differentijs in præsentia non egemus: satis nunc sit, si vni
uerso genere hoc vnica nomenclatura atque intelligentia comprehenso fumidum esse balnei ae-
rem dixero, nihil hic nec calore illius, nec frigore damnato, aut etiam (si forte ita contingat) vtrobi-
que culpato, & quòd calidum balneum, & q̃ fumidum sit: verum omissis iam balneis, age eorum,
D quæ quotidie domi nobis accidunt, recordare, quoties ædium, in quibus degimus, nunc humidi-
tatem, nunc vero frigiditatem nimiam, aut caliditatem culpamus. Num igitur ad eundem mo-
« dum domus aerem in magnis sub Cane caloribus damnamus, & cum repletus is fumo fuerit, an
« potius hic quoq̃, quemadmodum in balneis, non nunquam calore inter se nihil quidem distant?
« est autem horum alter hoc tantum vnum, nempe calidus aer, alter præter id fumidus etiam: ac ca-
« lidus quidem aer lachrymas nunquam ciet, cum tamen fumidus, etiam si modice calidus sit, id
« semper faciat. Quam ob rem planum hoc in loco aperte factum esse arbitror mordacem calidita-
« tem, non q̃ magis excalfaciat, verum alia quadam re, differre. Quocirca sæpenumero, cum ad flam
« mam, quæ fumo careat, maximam proxime accesserimus, adeo calescimus, prope vt aduramur,
« nullus tamen, quod euenire in fumo solet, morsum sentit, nec lachrymas oculus mittit: miremur
« igitur siquis sit, qui hanc in fumo quidem, ac flamma differentiam deprehendat, in corporibus
« vero nostris interdum quidem vehementissimam caliditatem non persentiat, qualis est flam-
« mæ, interdum autem, qualis est fumi, mordacem infestam q̃: nec sanè minore admiratione pro-
« sequamur, siquis animantium caloris intemperies, ijs, quæ in balneis, domibus q̃ reperiuntur,
« proportione respondere non concedat. Ergo, quemadmodum alius domus aer est fumidæ,
« alius calidæ solummodo, ad eundem, opinor, aperte modum diuersus ab his est, in quo accensa-

rum

rum lucernarum multitudo ſit,aut facis,quæ fuliginem mittat: quo fit, vt fumidum alterum voce- E
mus aerem,alterum fuliginoſum,nimirum eum, qui ex materia ad plenum peruſta venit : ſiquidem,cum vtrunq; flammæ excrementum ſit, hoc eſt inter fuliginem, ac fumum diſcrimen, ꝙ fuligo terreæ eſt materiæ ad plenum peruſtæ exhalatio,fumus neq; ex peruſta,aut terrea,verum ex ſemiuſta,ex q; humida,terrea q; ſubſtantia compoſita materia fit. Quicunque igitur in Hippocratis placitis legitime verſatus fuerit, is demum didicit eius, quam medici omnes vſitato iam vocabulo ſenſum latentem tranſpirationem appellant,qua difflantur corpora,aliam quidem talem eſſe qualis vapor eſt,aliam autem qualis aer ſiccus, atque aliud eſſe, cum,quæ videri poſſunt, exeunt humiditates. *Deſiderantur quædam.*

Lycum,dum calorum differentiam non agnoſcit,artium omnium conſtitutionem quam Plato, & reliqui Philoſophi docuerunt, euertere. CAP. 4.

HÆc ſunt,quæ attulit Lycus verba, dum probare nititur nihil alium ab alio differre calorem: quæ iam nō quidem,dum à nobis refellantur,expectant,cum ipſa ſponte ſua corruant: quid enim tandem ait? Calor,qua calor intelligitur,nullam obtinet cum calore alio differentiã: ſi igitur F
nihil orationi appoſitum ſignificat hoc,qua calor intelligitur, ſubtrahamus inde penitus id: ſin aliquid notat,aperte calorem à calore ſecundum quidem hoc minime,ſed ſecundum aliud tamen aliquid diſtare mõſtrat: nam,ſi nulla ratione differt,quorſum attinuit verbum /qua/ addere? ſin alia quidem ex parte differt,nam hoc differt, ſm id, quod differt, dr̃iæ intelligantur: ſi nanq;,ſm quod vnumquodq; dicitur, tantummodo cõſideretur,iam rerum omniũ diſcrimina tollas,licet: animal, quatenus animal eſt,nihil ab alio diſtat animali: planta,quatenus planta,nihil ab alia diſtat plãta: arbor, quatenus arbor,nihil ab alia differt arbore: num propterea animalium dr̃iæ non ſunt volatile,pedeſtre,natatile,aquatile,terreſtre,aereum,aut mortale,& immortale, autrationale,& irrationale,aut domeſticum,& ſylueſtre,aut timidum,& audax,aut aliorum, quæ ſcimus, diſcriminũ vnum quodq;? nam quid attinet plura referre? Sic etiam inter plantas arbor aliud eſt,aliud frutex,aliud ſpina,herba aliud,ſuffrutex etiã aliud: an potius,cũ aialia omnia, quatenus aialia, nihil inter ſe diſtent,tñ has,quas modo retuli,vniuerſas,ac præter eas permultas ẽt alias aialis eſſe differentias vere quis dixerit? nec iam aliter dicendum de plantis: neq; enim planta à planta eo diſtat, ꝙ hæc quidem rationalis ſit,illa irrationalis,neq; ꝙ volatilis hæc,pedeſtris illa ſit,neq; vero ſm aliquam earũ, quas modo enumerauimus, differentiam: quemadmodum ſanè nec animal ab animali differt, ꝙ G
hoc quidem frutex ſit,illud ſpina,hoc arbor,illud herba,hoc ſuffrutex,illud cedrus,verum plantarum potius generi huiuſmodi attribuitur ſectio. Quin etiam morborũ dr̃ias Lycus ipſe plurimas colligit: atqui morbus à morbo,quatenus morbus,nihil differt,ſicuti nec ſymptoma à ſymptomate,quatenus ſymptoma: horum tñ nihilominus dr̃ias ſcribere aggreditur Lycus,ſicuti lateralis etiã doloris,ac aliorum morborum omnium: atqui laterum dolor,qua dolor laterum, à laterali dolore alio minime diſtat: cum tñ inter hos alius ſit,qui dolorem ad iugulum vſq;,alius,qui ad præcordia extendat: ad eundem modum alius eſt, in quo infectum colore aliquo ſputum viſitur, alius huic oppoſitus, in quo nihil expuitur,qui ἄπτυστος à non nullis vocatur i. ſputo carens,aliæ q; præterea differentiæ plurimæ ſunt,ſm quarum diuerſitatem diuerſam ẽt eſſe curationem cõtingit: quas tamen ipſas, ac febrium præterea ipſarum differentias nobis nititur Lycus tradere: atqui, ſiue illæ ob caloris redundantiam,ſiue ob qualitatis mordacitatem fiant, febris cum febre, qua quidem febris eſt,nulla conſtituetur differentia. Quamobrem orationem ineruditam adeo perquirit Lycus, vt non ſentiat artes ſe inde planè omnes euertere: ſiquidem in rei vniuſcuiuque differentijs noſcendis artes conſiſtunt : de quo Plato etiam in Philebo prolixius inter ipſa ſtatim libri initia diſſeruit,nec ab illius diſceſſerunt opinione Ariſtoteles, Teophraſtus,& Chryſippus,& Mneſitheus, H
ac nullus quidem eſt,qui non eadem in opere de arte diſſerat de hac oratione. Verba porrò, quæ primum de artium conſtitutione Plato attulit,ad hunc ſe habent modum. Socrates. Vna quidem, »
quæ ore egreditur, in nobis vox eſt, ac multitudine rurſus infinita tum omnium, tum vniuſ- »
cuiuſque. Protarchus. Quid ni? Soc. atque ex horum neutro ſapientes reddimur,neque eo quòd »
infinitum illius ſciamus: neq; vero,quòd vnum,verum quòd,quot qualia q; ea ſint, nouerimus,id »
eſt demum,quod noſtrum vnumquenq; grammaticum reddat. Prot.veriſſime dicis. Soc.nec iam »
muſicum quod faciat,diuerſum ab hoc eſt. Prot.quo nam modo? Soc.vox vtique,quòd ad artem »
illam attinet, vna in ea eſt. Prot. quid ni? Soc. ponamus autem duo,graue,& acutum,ac tertium »
præter hæc æquitonum, an aliter tibi videtur? Prot. ita cenſeo. Soc. non tamen propterea edo- »
ctus adhuc probe muſicam fueris, cum hæc ſola ſciueris, nec, niſi ad plenum (vt ita dicam) ea te- »
neas,quicquam egeris. Prot.non ſanè. Soc. verum id tum amice aſſequere, cum vocis, quod quidem ad eius ſpectat grauitatem,acumen q;,quot ſint numero interualla, ac qualia, & interuallorum terminos apprehenderis, tum quæcunq; ex his ipſis factæ compoſitiones fuerint: quas,cum, »
qui ante nos fuere,perſpexiſſent,nobis, qui illos ſequimur, vocandas reliquere harmonias. Nec »
minus in corporis rurſus motionibus alias ineſſe huiuſmodi affectiones cenſent, quas ipſas nu- »

meris

« A meris dimenſas oportere aiunt rythmos, menſuras q3 appellare, ſimul etiam illud intelligendum
« ad hunc eſſe modum, in re omni de vno, ac multis inſimul conſiderādum. cum enim hæc ipſa hoc
« apprehenderis pacto, tunc ſapiens euaſiſti: cumq3 rem quācunq3 aliam hoc modo conſideratam
tenueris, ſic demum in hoc factus prudens es. Ac ſanę quidem mentis auditoribus ſatis hæc fu-
rat ex Platone audijſſe pro artium vniuerſarum conſtitutionis indicatione. neque enim fieri po-
teſt, vt vel ſolius rei artifex quis ſit, niſi rerum prius differentias teneat: non tamen ab re fuerit, ſi,
quemadmodum Plato non contentus ſola ſermonis ſumma, in exemplum præter hæc claritatis
gratia addidit grammaticam ac muſicam, ita nos exemplum quoque afferamus vnum, artis qui-
dem pictoriæ, ſed cui ſubiecta colorum materia ſit. nempe enim hoc etiam in loco, affirmemus, li
cet, inter colorem, & colorem, qua color eſt, nullum eſſe diſcrimen: exq3 hoc vniuerſas eorum diſ-
ferentias tollamus: id quod Plato etiam tandem ipſe in Philebi notauit principio. Cum enim vo
luptates diſtinxiſſet Socrates, nec eas, qui cū eo differebat, inter ſe diſtare omnes concederet, qua-
tenus voluptates ſunt, ſimillimas q3 eſſe illas diceret: huic iſtius rationi verbis his obuiam ait So-
« crates: Etenim inter colorem etiam, & colorem ō vir diuine, ſecundum hoc nihil diſtat, quatenus
« quidam color horum vnuſquiſq3 eſt, omnes tamen albo nigrum prę̃ter id, quō̃d diuerſum ab eo
« B ſit, etiam contrarijſſimum eſſe ſcimus. quin etiam figura omnis cum alia ſecundum idem gene-
« re vna eſt, illius tamen partium quędam oppoſitiſſimæ ſibi inuicem ſunt, quædam diuerſitatem
« inter ſe obtinent infinitam: ac permulta etiam alia ſic ſe habere comperiemus. quare noli fidem
« rationi huic adhibere, quæ vnum cotrarijſſima omnia faciat. Hæc ſunt fermè eius de coloribus, ac
« figuris verba: in quibus vero de voluptate diſputat, ſic habent: Voluptate quidem affici dicimus
« & proteruientē hoīem, & modeſtū, nimirū hoc iſto quō̃d modeſte agit: voluptatem ēt ſentire in-
« ſanum dicimus, inſanarumq3 opinionum, ac ſpei plenum: ſed & prudenter agentē, eo ipſo q3 pru
« dēter agat: nec ſanè merito pro inſano habeatur, ſiquis voluptates has ſimiles inter ſe eſſe vtraſq3
« dixerit. Cęterum, quemadmodum voluptatum differentias verbis his Plato breuibus demonſtra
uit, plenius autem eas per vniuerſum librum expoſuit, ſic artium in duobus libris diſcrimina ex-
plicuit, Sophiſta, ac Politico. Quid igitur? Scientiarum, ac voluptatum differētiæ erunt plurimę,
ac colorum præter hæc, figurarumq3, vocis q3 tonorum, tum etiam ætatum, horarum, regionum,
morborum, rerum deniq3 aliarum omnium, in ſolis vero calidis, aut nullę omnino erunt, aut quę
cognoſci ab hominibus non poſſint? Cęterum Lyci ratio hęc vnius (vt ipſe quidem exiſtimat) ca
loris, re autem vera rerum aliarum omnium differētias tollit, ſiquidem rationis vis huius eodem
C omnibus modo conuenire poteſt. Eadem enim de humoribus quoque ipſis deinceps dicam, ni-
mirum nihil eos diſtare inter ſe, quatenus humores ſunt. In quo vero inſigniter prę̃ter alia peccat,
hoc eſt, quō̃d artes etiam vniuerſas de medio tollit, quippe quæ ex ſpecierum conſtituantur diffe-
rentijs. Et Plato quidem, cum prius de artium conſtitutione in ſumma dixiſſet, exemplo deinceps rationem aperuit, dum oſtendit, quemadmodum cognitis demum conſtituatur vocum diffe
rentijs grammatica ars. At Lyci ratio tum hanc, tum cum illa pariter muſicam tollit, aliasq3 præte
rea omnes, dum videlicet vocis huius, quatenus hoc aliquid intellígitur, vnicam cenſet eſſe differentiam. videto igitur, quo modo prius quidem grammaticam artem, deinde vero alias quoque
« omnes ratio ipſius tollat. Impoſſibile videtur mihi, ac nulla fieri ratione poſſe, vocem hanc, qua-
« tenus intellígitur, conſideranti, vt cum alia voce ſecundum quidem pronunciationem ipſam, diſ-
« ferentiam habeat, cum tamen proprietate quadam differat, nempe qualitate, quæ in pronuncia-
tione ponitur. Quæ ſanè ratio eadem vndecūq3 eſt, atque illa, quæ inter prima Lyci verba ſcripta
eſt, ijsq3 ipſis illius verbis omnibus conſtat, vno tantum caloris vocabulo in vocis nomen muta-
to, vt ſi valida illa futura, hæc quoq3 ſit: at valida hæc non eſt, neq3 igitur illa erit: niſi forte Lyci po
pulares vocem ε, non iam diuerſam ab ο eſſe exiſtimauerint, nec vocē ο, ab ω differre: ſin has quo-
D que ipſas diuerſas inter ſe eſſe fatebimur, præter q3 has, α, ι, υ, tum reliquas quaſcunque literas, hæ
quidem quatuor & viginti erunt. quæ vero illarum differentias nouit ars, eſt grammatice: ſicuti
muſica quoq3 ipſa vocum acumē, ac grauitatem callet, quas tamen ipſas quoq3 nihilo ſanè minus
Lyci ratio tollit. vox enim, quatenus vox eſt, à voce nō diſcrepat, cum vocis tamen mediæ ſonus,
ſicuti extentæ, mediarum tono acutior, ita eius, quæ prope mediam eſt, tono grauior ſit: ac rurſus
inter has ipſas vocis extentæ ſonus tono ſubprincipalis mediarum acutior, eius vero, quæ prope-
mediam eſt, grauior ſonus hemitonio tertię diuiſarum, horum q3 deinceps acutiores alij, alij gra-
uiores, atq3 alij deinceps, quouſq3 ad acutiſſimum omnium, grauiſſimumq3 ſonū perueniamus.
« Quæ ſanè omnia nō animaduertit à ſe optimus Lycus tolli, dum dicit, Impoſſibile mihi, nec vlla
« ratione fieri poſſe videtur, calorem hac certe ratione conſideranti, qua intelligitur, nempe ſecun-
* dum calefactionem, vti ab alio item calido differat. Mirum vero, ni, dum inter colorem quoque,
qua color eſt, differentiam eſſe vllam negat, pingendi artem de medio tollat, quę rubrum, album,
nigrum, flauum, atque alios id genus colores ſub oculos ponit. magis ſcilicet perſuadebit, quæ de
coloribus affertur ratio, cū quæ dicta eſt de calído. calidum enim à calido diſtare quidem, non ta-
men alterum alteri contrarium eſſe dicimus: colorem vero à colore non diſtare ſolum, ſed etiam
albo oppoſitiſſimum eſſe nigrum.

De

De colorum, & humorum differentijs aduerſus Lycum. CAP. 4. E

DIcet hic Lycus, quonam tandem fieri modo poteſt, vt color, qua color intelligitur, colori cõ trarius ſit: & vere quidem (ita me Dij ament) exiſtimabit colorem, quod quidem ad colorem attinet, colori contrarium nullum eſſe. verumtamẽ, quemadmodum verum hoc eſt, ſic etiam illud, nempe nigro album non ſolum differre, ſed hactenus etiam differre, vt contrarijſſimum illi ſit. Et quonam tãdem pacto fieri poteſt, dicent fortaſſe ij, qui Lyco omnia deferunt, vt idem vnũ ſimul ac contrarijſſimum ſit, ſicuti in nigro & albo: quibus hoc ſaltem dicemus, vt, ſi quidem impoſſibile eis videtur idem ſimul cum nigro album eſſe, ſimul etiam illi contrarium, alterũ horum eligant. Nam Plato, quemadmodum ſanè & Ariſt. & Theoph. fieri poſſe exiſtimat, alterius ab altero cum genere idem ſit, tantam tamen haberi ſpeciei differentiam, vt cõtrarijſſimum ei ſit. At ij, ſi non ſermonem verum eſſe vtrunq; cenſent, manifeſtiorem eligant. Porrò manifeſtius eſt, quanto id etiam magis apud omnes in confeſſo eſt, nigro cõtrarium eſſe album. ꝙ ſi verum hoc eſt, verum autem ſermonem vtrunque eſſe poſſe negant illi, & qui nigro contrarium eſſe album dicit, & qui idem non ſanè recte exiſtimant, cum à nigro quatenus color eſt, nihil differre album dicũt. Atque is quidem, qui in Platonis libro cum Socrate vna diſputat, venia fortaſſe dignus ſit, dum à diſſecanda in differentias voluptate Socratem prohibet. nusq; enim iſtiuſmodi adhuc inueniebatur liber, qui fieri poſſe doceret, vt, tametſi multa multis genere eadem eſſent, eouſque tamen differrent, vt cõtrarijſſimam ſibi inuicẽ ſpeciem, naturamq; obtinerent, Cum vero ſcriptus aliquando à Platone Philebus ſit, in quo rei docet veritatem, ſi quidem librum hunc Lycus nunc; in manus legendum ſumpſit, hominis doctrinam ſuſpicio: ſin, cum legiſſet, non intellexit, tamen ingenij perſpicacitatem demiror. ꝙ ſi, poſtq; intellexiſſet, perſuaſus inde non fuit, fœlix eius iudicium agnoſco. Pro deum immortalem, reperietur aliquis, qui dialectica ipſa ne à limine quidem ſalutata ſermones interroget: Græcũ tu aliquem inuenias medicum, grãmaticum, rhetorẽ, philoſophũ, aliũ omnino quẽpiam, qui modo literis incũbat, qui Platonis non legerit Philebum: ꝙ quid Philebum dico: neq; enim in eo ſolum propoſitam rationẽ edocuit Plato, ſed in libris multis etiã alijs mentionem de hoc fecit: ex quibus vnũ ſaltem oportuerat optimum Lycum euoluiſſe, eũ, qui ſermones perquirere ſcientificos ſtudebat: cum turpe ſit eũ, qui Hippocratẽ redarguere conatur, & ſermones interrogat, (vt ipſe, quidẽ exiſtimat) quod volunt, perficiẽtes, videri ne prima quidem tenere eorum, quę inter philoſophos tractantur. Cęterũ admirandũ ſanè de humoribus exemplũ attulit. hoc eſt enim, quod vult, quatenus humores oẽs ſunt, nihil eos inter ſe diſtare: ſecundum ꝙ autem ij quidem acidi ſunt, illi vero acerbi, ij ſalſi, dulces illi, in hoc differre, in quibus ſuam ipſe vocem ignorat. cum enim, qua humores differunt, dicat, arbitratur inde ſe nullum eſſe in his diſcrimen probare, fruſtra q; horum differentiam Hippocratem attuliſſe, fruſtra etiam vniuerſum de ſuccis opus conſcripſiſſe Theophraſtum. Atqui vocabulum quoq; hoc ſuccus humoris differentiam quandam præſefert: quę item, tametſi humoris differentia quędã ſit, nihilominus in plures ſecari poteſt differentias alias. Verum nihil ſanè admiratione dignum ſit Lycum, qui eouſque rerum ignarus eſt, vt putet aſtringentem in aceto ineſſe qualitatem, hanc aduerſus Hippocratem auſum fuiſſe contradictionem ſcribere. quę enim tam ſunt manifeſta, Anazarbeus quoque Dioſcorides nouit, tum quicunq; de materia commentarios ſcriptos nobis relinquere, in quibus alia quidem ſalſa appellãt, alia ſalſilaginoſa, alia amara, alia dulcia, alia auſtera, alia acerba, alia adſtringentia, alia acria, alia acida. At eminẽtiſſimus Lycus, aut quod inter acidam, aſtringentem q; qualitatem diſcrimen ſit, penitus ignorat, aut guſtandi amiſit vim prorſus, vt nullam humorum differentiam percipiat. Apparet enim eum non alium ex aceto, quàm ex pyro, aut meſpilo aliquo, aut pomo, aut cydonio ſenſum capere. Atqui omnes homines ex pomis quædam acida vocant, quædam aſtringentia, non nulla dulcia, ſicuti mala quoq; punica, opinor, tum acida, tum adſtringentia, tum vero dulcia appellant. At in vinis adſtringẽs qualitas ab acida ſeparata, vt bonitas à vitio, eſt: quorum, quæ adſtringenti qualitate prędita ſunt, generoſa ſunt, acidum vero ſecundum naturam nullum: quin, ſi quid his vel parum acoris acceſſerit, continuo vt in acetum mutentur, fore ſuſpicamur. Fortaſſis igitur neq; oxylapathum, neq; oxalida Lycus à lapatho, & lactuca diſtinxerit, quibus vt aſtringẽtis qualitatis ne minimum quidem, ſic acidę plurimum certe vtríſque ineſt. Mirum igitur profecto ſit, ſi, cum ab acida qualitate denominata iſta ſint, nihil illius acetum participet, quod ὄξος Græcis dicitur. ita fit, vt, qui ne communes quidem ſenſus integros ſeruat, Hippocratem accuſare Lycus audeat. Itaque multo ante quæſtionem nouit, qua naturales de humorum numero tractant. ſecundum enim hoc nihil videtur inter humorem, & humorem diſcriminis eſſe, quatenus quidem humor eſt. Scirem igitur perlibenter, cuinam tandem rei differentiæ conueniant hæ, dulcis, acidi, acris, amari, ſalſilaginoſi, vel ſalſi, acerbi, auſteri, aſtringentis, pinguis. Nam, ſi humorum differentiæ non ſunt, erunt fortaſſe aut vocum, aut colorum, aut odorum, aut tactu notæ hæ nobis fient, cum præter hos ſenſus teneamus alios nullos, ſed quinque in vniuerſum ſint, guſtus, auditus, viſus, olfactus, tactus: &, vt res alias ſenſibiles ſenſibus alijs, ſic humores guſtu dignoſcamus. Porrò, ſicuti in humoribus differentiæ inſunt multæ, ſic etiam in ſenſibus: qui tamen, qua ſenſus ſunt, nihil diſcrepant. Verum Lycus egregie ſcilicet

A licet in dialectica inſtructus, non permittet, vt aut humorum, quas diximus, differentias colligamus, aut ſenſuum, quas tamẽ nouere omnes, aut etiam colorum, nempe album, nigrum, fuſcum, flauum, fuluum, rubrum, puniceum, cœruleum: quando nec color à calore, quatenus quidem color eſt, diſtat. Delirant itaq; medici pariter ac philoſophi omnes, qui putant colorum quidem eas eſſe differentias, quas diximus, humorum autem acidum, amarum, acre, tum quaſcunq; paulo ante retuli, ſicuti ipſorum quoq; ſenſuum: cum nec color à colore, quatenus color, neq; à ſenſu ſenſus, neque ab humore humor diſcrepet, quo ſanè pacto nec à febre febris differt, quippe nec à calore calor diſtat. Ergo planè deſipiunt medici, quicunq; febrium differentias tradidere multas, ardentem, lipyriam, hepialam, typhodem, peſtilentem, hemitritæam, quotidianam, tertianam, quartanam. Quin Lycus etiam ipſe febrium alibi differentias ſcribit, ſicuti aliarum quoque rerum fere omnium.

De flammæ differentijs. CAP. 5.

QVid igitur in mentem illi venit, vt nunc diſſectionis in proprias cuiuſq; differentias oblíuiſceretur, adeo vt nec in ſuccenſo ex paleis igne, cuiuſmodi ad fabrefaciendum aurum vti ſolemus, vllam ineſſe differentiam exiſtimet, qui tamen ab ijs, qui materias diuerſas ſor
B tiuntur, differt? nam, tametſi ab igne, ignis duntaxat, qua ignis eſt, nihil differat, maioris tamen ac minoris ratione differt: cum fieri poſſit, vt alius alio vehementior, infirmior q; ignis ſit, & eũ quidem, qui ex paleis conſit, eſſe inualidiſſimum arbitratur, ad aurum q; conflandum appoſitum ait: liquefieri enim ac diffluere, ſi vehementiorem experiatur flammam. Enimuero optime Lyce, dixerit fortaſſe ei quiſpiam: ſi, quo modo flammę generentur, naturales philoſophos quęrentes audiſſes, earum, opinor, differẽtias intellexiſſes. itaq; nos, q̃ poterimus breuiſſime, pręciſum ſermonem tibi de his nõ paruum explicabimus. Vidiſti, opinor, materię, quæ comburitur, extra, lationem fieri quandam particulis inter ſe diſperſis, quas inter aer quidam interceptus neceſſario quidem concaleſcit, non tamen exiguam obtinet ſecundum magis minusq; differẽtiam: tum corporum, quę ſurſum feruntur, non in vnaquaque flamma æqualia viſuntur ſpatia, quo etiam modo exhalationis natura ipſius diuerſa eſt. verum tam magnitudine & paruitate inter ſe differũt, quæ ex combuſta materia exiliunt particulæ, q̃ denſitate etiam, ac raritate, tum q; ſemuſtæ hæ ſint, illæ vero ad plenum aduſtæ, tum vero in vniuerſum, q; hęc magis, minus illa correpta igne ſint. Cum igitur tanta in his differẽtia appareat, tum vero, qui illa excepit aer, interdũ magis, interdum etiã minus concaleſcat, maioríq; ac minor ſit, arbitror diuerſitatem neceſſario ingentem, ac non paruã
C eſſe flammæ differentiam: nam miſtionis inęqualitas eſt, quę differẽtiarum faciat multitudinem.

Quæ de triplici calore attulerit Lycus aduerſus Hippocratem. CAP. 6.

CÆterum, quemadmodum temere de igne pronunciauit Lycus, ad eundem etiã, opinor, modum aberrat, cum, poſtq̃ tripliciter calidum multum accipi dixiſſet, vnumquodq; ſignificatorum enarrat. Etenim aliter calidum, inquit, multum ſecũdum ſubſtantiam, aliter ſecundũ qualitatis intenſionem accipitur, atq; aliter ſm functionis propriæ robur. ſed nec ſm ſubſtãtiam multum ineſſe in his, qui creſcũt, calidi, vtpote in exigua corporis mole: neq; ſm qualitatis incrementum, quando calidius, q̃ quod in vigentibus ætate ſit, haudquaquam appareat: in ſolo tamen functionum propriarum robore eorum, qui creſcunt, excedere calidum concedit, improprie tamẽ dici. Sunt porrò, quibus hæc oſtendit plurima eius verba: verum ego more meo facturus videor, ſi, quod in ſuperioribus feci, nunc quoque faciam: nam & illa complura cum eſſent, non omnia adſcripſi, ſed opportuniſſima quęque elegi. Ad eundem igitur modum nunc quoque faciamus, ac,
« quęcunq; ex illis ad propoſitum maxime conferre videbũtur, exaremus hic. Et alterum quidem
« ſermonem hoc concludamus fine. Nunc ad reliquum tranſeamus, etenim meminiſſe debetis du-
« plicem me ſtatim ab initio propoſuiſſe quæſtionem, alteram, an recte Hippocrates verbum inna
« D tum addiderit, alteram, an recte dictum ab eo ſit, plurimum ineſſe in ijs, qui creſcunt, caloris. atq;
« alteram quidem quęſtionem cum abſoluerimus, ad eam, quę reſtat, veniamus, incipiamus q; di-
« ſquirere, an dictum recte ſit, plurimum in ijs, qui creſcunt, caloris ineſſe. Itaque in comparatione
» alterius calidi cum altero tria ſunt, quę in diſquiſitionem veniant, plurimum q; inter ſe diſtantia.
« primum quid ſit, plus aliud alio calidum eſſe: alterum quid, aliud alio calidius: tertium quid, aliud
« alio calidum validius. Si quis igitur à nobis quærat, cuiuſmodi ſit, quod plus, aliud alio calidũ eſt,
« quod tale proportione ſit, reſpondere debemus, quomodo etiam interroganti, qualenã ſit, quod
« alterum altero plus humidum eſt, reſpondebimus. nam, quemadmodum hic interrogatio pri-
« mum in id, quod dictum eſt, tẽdit, par eſt, vt nihil reſpondeamus aliud, quàm hoc vnum, nempe
« id quod ſubſtantia ſuperet, ſiquidem plus humoris amphoram dimidio cõtinere dicimus: ad eun
« dem etiam in calido modum, ſiquis hac eadem interrogatiõe perquirat quale nam ſit, quod plus
« altero calidum eſt, nihil ſanè aliud reſpondere conueniet, q̃ quod ſubſtantia plus ſit, nimirum eo
« q; plus in eo ſubſtantię ſit, & maiorem capiat locum: ac nihil ſanè prohibet, vt in eodem & plus
« inſit calidi, & minus tamen caloris, ęque ac humidum, quod plus ſubſtantia eſt, minus tñ eſſe diffuſum poteſt. Ergo ad interrogationem hanc recte hoc pacto reſpondebimus. Rurſus, cum hoc
« quæritur, cuiuſmodi ſit, quod alterum altero calidius eſt, recte dicemus, quod intenſiore calidi-

tate

tate eſt,etiamſi in minore ſubſtãtia reperiatur.Quemadmodum enim cum quis interrogat, quale F »
nam ſit,quod alterum altero candidius eſt,nõ ſanè perperam reſpondemus, cum quod qualitate »
candida intenſiore ſit,dicimus: quo ſanè modo,niuẽ,etiamſi exigua eius ſit quãtitas,quocũq; alio »
albo candidiorẽ eſſe affirmamus: ſicuti quoq; ad interrogantẽ,qualenã ſit, quod altero humidius »
eſt,recte rñdemus,quod fuſum magis ſit: vti aqua melle,ac pice humidior, etiãſi exigua admodũ »
aquæ ſubſtantia ſit,mel aũt,& pix longe vincant: ſic ẽt de calido interrogati, quale ſit,quod alterũ »
altero calidius ſit,recte reſpondemus,quod caliditate intenſiore ſit: cuiuſmodi ignis habetur: licet »
in exigua id ſubſtantia cõlideretur: alterum aũt,quod cum hoc comparatum tepidius calidum eſt, »
maiorem,q̃ hoc,ſortitum ſubſtantiam ſit.& hoc quidem pacto ad hæc reſpondemus.Ei vero,qui »
quærit,qualenam ſit alterum altero validius calidum, non eadẽ erit,ſicuti prius, parata reſponſio, »
cum neq; quod caliditate intenſiore ſit,neq; quod in ſubſtantia ſpectetur maiore reſpondere de- »
beamus,ſed quod operis perfectione excellat. Cæterum,quod dico,ad hunc ſe habet modũ.mul- »
ta viſuntur caloris opera,quippe qui alia fundat,alia congreget,ac valde plurima tranſmutet, at- »
que (vt priuatim dicamus) in corporibus noſtris alimentum in ventriculo concoquit,atq; inteſti »
nis,confectũq; id in corpus deducit,ad ipſum q; ĩmutat,noſtris q; inoleſcere id corporibus facit, »
concoctione nimirum,atq; augmento. Ergo alterum altero validius dicetur calidum, quod iſta F »
præſtare magis poterit,atq; hoc non id ſemper eſt,quod aut qualitate intenſiore ſit, aut ſubſtan- »
tiæ plus habeat: ſæpius nanq; minore præditum ſubſtantia,ac caliditate minore perficiendo ope- »
ri efficaciſſimum reperitur.ſicuti enim antea dicebamus,nõ quod intentũ maxime, ſed quod ma »
xime commenſuratum ſit,vt proprium nobis opus præſtet,validius eſt: quando, quod inſigniter »
calidum fuerit,interdum etiam nocumentum operi inferat: cuius rei ſatis eſſe argumẽto poſſunt, »
quę prius de calidi proprietate expoſui. Cum hæc ita ſe habeant,ſint q; tria, ſicut prius diximus, »
quæ in comparatione alterius calidi cum altero, in diſquiſitionem trahantur, hoc q; in loco Hip »
pocrates,Qui creſcũt,plurimum habere calidi innati dicat,de tribus vnum fateamur,neceſſe eſt: »
aut enim proprie voce hac vſus falſi aliquid dixit: aut ſimul & male voce hac vtitur,& falſi aliqd »
dicit: aut,vt verum aliquid dixerit,voce tamen vſus falſa ſit,neceſſe eſt. Nam,ſi plurimũ in ijs,qui »
augẽtur,ſecundum ſubſtantiam ineſſe calidi dicat,veluti ſiquis plus,q̃ amphora, continere humi »
di dixerit,quòd duplo maius vas ſit,voce vſus quidem probe erit,verum falſi eum quippiam om »
nino protuliſſe neceſſe fuerit,ſiquidem in ijs,qui creſcunt,plus ſecundum ſubſtantiam calidi non »
ineſt,cum nec maior horum corporis moles ſit,q̃ ætate florentium, ſenum q;: at innatus calor ad »
vniuerſi corporis molem diſtributus eſt. Sin eo,q̃ intenſior horum caliditas ſit, plus ineſſe in ijs, G »
qui creſcunt,caloris dicat,quemadmodum ſiquis,cum niuem albam aliqua re alia cãdidiorem af- »
firmare volens,non illam quidem eſſe candidiorem,aut candidam magis,ſed in ea plus ineſſe can »
doris dicat,videri poterit vtrobique aberraſſe Hippocrates,dum nec voce recte vtitur,& alioqui »
falſi aliquid pronunciat.Et praue quidem voce vſum eum fuiſſe videri hinc poterit, cum voce »
hac,qua in maiore ſubſtantia explicanda vtimur, abuſus ipſe fuerit, dum intenſiorem quandam »
caloris qualitatem oſtendere nititur.Falſum autem q̃ dixerit,hinc videbitur,q̃,cum in ijs,qui cre- »
ſcunt,intenſiore non ſit qualitate calor,non ſanè recte calidiorem eſſe ætatis huius, q̃ aliarum, ca- »
lorem dicemus,cum hunc ille in ijs,qui creſcunt,eſſe intenſiorem affirmet. Quòd autem minime »
verum ſit magis eſſe in ijs,qui creſcũt,intenſum calorem,facile vnuſquiſq; diſcat, licet, cum calo- »
ris in ijs,qui creſcunt, maiore ſecundum excalfactionem intenſione prædiți inuentum ſignum »
nullum ſit.Nam,quod ab eo in libro de natura humana,quòd plurimum in ijs,qui creſcunt,calo »
ris inſit,ſigni affertur,ſtultum penitus eſt: etenim ‖ calidiorem eſſe ętate priore hominẽ pronun- »
ciat,coniecturam ex eo,quod nunc maxime viget, incremento faciens. Neq; enim vi, inquit,ac »
præter naturam,dum augetur corpus,in contrarium grauitati ſuæ locum raperetur alimentum, »
niſi validum aliquid eſſet,quod cogeret: nam hoc, non q̃ magis ſecundum excalfactionem cali- H »
dum intendatur,ſed q̃ validius ſit,ſigni eſt.Porrò autem validius ſicuti antea diximus,non id eſt, »
quod intenſiore caliditate prædituṁ eſt, ſed quod ad perficiendum opus temperatum maxime »
ſit. Quamobrem,cum hęc ita ſe habeant,ſi quidem hoc pacto Hippocrates ea,quæ creſcunt,plu- »
rimum habere caloris innati dicat,dupliciter errat,partim quòd nõ recte voce vtitur ipſa,partim »
etiam,q̃ falſi non nihil alioqui pronunciat: ſin autem,quemadmodum tertio loco dicebam,plu- »
rimum eſſe in ijs,qui creſcũt,calidi ad hunc modum intelligat,vt validiſſimum ad opus perficien »
dum ſit,quod ex eo,quod temperatum maxime ſit, prouenit, non quod aut maiore ſubſtantia, »
aut caliditate intenſiore notetur, voce ille quidem videbitur non recte vſus, propterea quòd »
cum validiſſimum debuiſſet calorem eſſe dicere, plurimum dixit. ſed tamen, quod dictum ab »
eo eſt, recte dictum videri poterit, nam ad hunc modum augmentum ab innato calore fit: er- »
go,quemadmodum dictat ratio,quin is in ijs, qui creſcunt, validiſſimus ſit, fieri nullo pacto po- »
teſt. Ac mihi ſanè recte de hoc dictum placebit, quod in libro de natura humana dicitur: Neceſ- »
ſe enim eſt,quod augetur, atque ita vi procedit corpus,calorem validiſſimum obtineat. Cuiuſ- »
modi tandem ſunt hæc Lyci verba? plurima illa quidem, ſed quæ nihil præter ea, quæ nos ante
diximus,explicent.ſi nanque ſubſtantiæ commenſurata mole plus eſſe in ijs, qui creſcunt, calidi

de Natura humana com. 2. t. 12. 13. 14 & 15. 7ª. clxxx.

A Hippocrates ait, falli eum opinatur, propterea q manifesto minus in pueris spectetur corpus: q si id dicat, quod calore intensiore sit, huic rursus apparentia obstare ait: sin, quod opus validius præstat, vere quidem hoc dici concedit, voce tamen illū non recte vsum fuisse affirmat: non enim plus oportuisse, sed validius ad opus perficiendum dicere eorum, qui crescunt, calidum.

Aduersus ea, quæ à Lyco dicta sunt de triplici calore, ac quæ sit propria caloris innati substantia. CAP. 7.

VErum videto optime Lyce (dicet hic fortasse aliquis calumniæ eius in Hippocratē apologiā meditans) ne vana, quę dicuntur, sint. Iam primum enim calidum, quod secūdum substantiā est, non absolute ita corporis vniuersi mole dijudicatur, verum, quemadmodum ipse met aliqñ Lycus alibi dixit, maximum esse hominis cerebrum affirmans, non quidem accepta absolute magnitudine, sed habita potius animalis cum animali proportione. Ergo sicuti paruulum adeo puerum maius habere elephante maximo cerebrum affirmat, non sola habita corporis magnitudinis consideratione, sed adhibita præterea proportione, sic etiam fecisse illum in calido corpore oportuit, examinatione antea facta corporum, quæ in nobis sunt, quod nam innatum sit, i. primo genitum, quod ἀρχήγονον vocant, siquidem ipse etiam nomen hoc scit, & in Hippocratis libris scriptum re-
B periri, & pro eo accipi corpore, quod primitus generandis adsit, id est ex quo primam sortiuntur generationem: quod quid aliud quæso sit, q̄ sanguis menstruus semen que? Ego certe nihil noui præter hæc tertium. Quoniam autem corporis in ijs, quæ generātur, substantia ex his constat principijs, quæ prima exacte fuerit constitutio, non ex pluribus ijs, quæ diximus, sed ex solis corporibus constabit, quāquam cur primam exacte dico? Si nāq; qualis ab Hippocrate expositā sit ‖ dierum sex genitura, recordabimur, innatū adhuc in illa corpus permanere, aperte dignoscemus, cū, antequam aliqua ossis, aut venæ, aut arteriæ, aut nerui, aut chartilaginis, aut ligamentis in fœtu natura appareat, vnum ei corpus calidum innatum adsit. Sāguinis enim grumo persimilis, mollis q̄ caro, ac effigie carens, primum fœtus excipit effigiationem, tāquam ‖ sanguinis vibices, vt Hippocrates nominat, continentē, ex seminis substantia ipsa, cū candor ei adsit: fiunt deinde ob multam, & quæ assidue fit, mutationem ossis lineamenta quædam, ac chartilaginis, & ligamenti, & nerui, & arterię, & venę, quo quidem tempore innatus adhuc perseuerans calor fœtus ipsius corpus est: verum, quo magis, magis que crescit fœtus, eo sanè minus redditur calidum illi innatum corpus, quod nihil, q̄ sanguis, semen q̄, aliud est. Corporum vero acquisitionem varietas accedit quædā, cum eorum, quę enumerauimus, innatum animantibus nullum sit, sed acquisititia oia habeantur.
C Quòd si fieri posset, vt totum aliqñ animal ex ossibus, aut neruis constaret, hoc sanè modo innatus deperderetur calor. Nunc fieri quidem hoc non potest, vt tñ maior ossium, chartilaginū, ligamentorum, neruorum, arteriarum q̄, ac venarum substantia sit, fieri potest. Quam etiam ob rem, quæ extremam senectutem agunt animalia, cum sanguineæ naturę minimum obtineant, tota ferè ex solis ossibus, neruis, membranis, ligamētis, arterijs, venis, chartilaginibus q̄ constāt: nam inter animantis partes sola est caro, quæ sanguinea sit, quam, quæ consenuere corpora, minimam in se continent, & eam tum sanguine præditam exiguo, tum duriorem, aliarum vero partium, quæ sanguinea sit, nulla est. Connati igitur corporis, quod ab efficacissima, quæ in eo est, qualitate innatū calidum appellatum fuit, non absolute ita metiri magnitudinem oportet, sed facta potius cum non innatis comparatione, eorum inter se inspicere proportionem debemus. Quemadmodum enim in balneo vaporem, siue fumum malis, multum, aut huiusmodi esse aliquid dicimus, non ita absolute ad domus referentes magnitudinem, sed ad proprium potius balnei aerem: ad eundem etiā in homine modum, aut multam, aut paucam esse innati caloris substantiam dicemus, facta cū non innatis corporibus comparatione: vt enim cuncta in infantibus sanguinolentissima reperiuntur, adeo, vt in ossibus quoq; non nihil huiusmodi appareat, contra in senibus fit, vt exāguia maxime
D cuncta sint, vsq; adeo, vt caro quoq; huiusmodi sit, quam etiā ipsam minimo præditam sanguine obtinent: corpus porrò calidum innatum sanguis erat. Quare ex his colligitur, & ijs, qui crescunt plurimum inesse corporis calidi innati, & ijs, qui consenuere, minimum: sic etiam semen, quod ex serosa humiditate, ac spiritu, qui in ea est, cōstat, in his quidem, qui consenuere, exiguum admodū est, at in horum, qui crescunt, corporibus plurimum, atq; inter ipsos in his potissimum, qui nati nuperrime sunt, quemadmodum in commentarijs de semine demonstrauimus. Num igitur ambiges, an eorum, qui crescunt facile absumatur, atq; diffluat corpus? atqui in cęteris non te sanè fugit aquam calidam, aut oleum, aut siquis est alius id genus humor, exiguo temporis interuallo per halitum digeri totum, id quod neq; in terra notari, neq; in lapide potest, nec iam in alijs, siqua frigida, & sicca natura sunt: nam, vt duę sunt in vniuersa rerum natura, quę per halitum facillime digerantur, qualitates, caliditas, atq; humiditas, sic è diuerso, quæ perdurēt, duę, siccitas, ac frigiditas. Quā obrem nihil videri mirū debet, si quidem puerorū ob humiditatem, & caliditatem facile diffluantur corpora: senum vero non facile, vt qui à frigiditate, & siccitate coagmentatā substantiā obtineant. Quare, quæ in te dici rectius possent, alteri obijcis Lyce optime. Certe principale documentum quoddam, quod nullus, qui modo legitime introductus in disciplinas sit, nescit, visus es ignorare: nam multam substantiam, quæ simplex sit, corporis quidem dijudicat moles: at, quæ ex diuersis componitur

in Lib. de Natura pueri in historia de famula cantrice.

in eodem lib. & eadē historia.

componitur,eorum,quæ immiſta ſunt,proportio, ſicuti cerebrum etiam, aut aliarum partium ali- E
quam: ad quẽ ſanè modum ij quoq;,qui vinum aqua bibendi cauſa miſcent,aut vini,aut aquæ eſſe
plus, aut horum neutrum ſuperare dicunt, cum forte cõmiſta ita temperate ea fuerint. Tam vero
obſtupidus nullus eſt,vt,cum ad vini doliũ aquę heminam addiderit, plus eſſe in dolio aquæ dicat,
q̃ in paruo poculo ſit,cũ verbi gratia ex tribus,qui in eo cõtinẽtur,cyathis,vnus aquæ, reliqui aũt
duo vini fuerint. Lycus porrò ipſe medicamentum,quoq;, quod tetrapharmacũ appellãt, ex cera,
adipe,pice,ac reſina,æqua oĩum portione conſtans,non plus continere,opinor, picis dicet, ſiquis
duplam illam iniecerit: Verum hic quoq; iubebit nos animaduertere,vtrum tetrapharmaco medi
camento plenum dolium totũ ſit,an vero paruum aliquod vaſculũ, ac deinde plus in dolio ineſſe
picis dicet,q̃ in vaſculo,ẽt ſi in altero æqua oĩa portione inſint, in vaſculo aũt picis ad alia duplum *
ſit. Quòd ſi igitur omnia huiuſcemodi errata,cum cætera non poſſint, ſecundum proportionem,
ac miſturam multum diſcernit, ac quod ſimpliciter ita, ſm communem mẽſurandi modũ dicitur,
non ſanè ad eum ſe res modum habet,quemadmodum Hippocratem Lycus reprehẽdit: nam tam
eſt in ijs,qui creſcunt,caloris innati ſubſtantiæ plurimum ad aliorũ videlicet proportionem, q̃ etiã
vnà cum hac,qualitatis, ſiquidem à ſubſtantijs ſeparari propriæ qualitates nequeunt, vti ſanè nec
facultates: atq; ad hũc modum,ſi in tetrapharmaco plus iniectum, facta ad alia proportione,picis F *
fuerit,non eius tm̃ ſubſtantiæ,ſed etiam qualitatis, facultatis q; plus ineſſe dicet, ob id q; humorem
etiam,quicunq; is picis ſit,auctum eſſe. Itaq; planum factum eſt ſecũdum tria, quæ Lycus ſcripſit,
multi ſignificata tã in tetrapharmaco plus ineſſe picis, dici poſſe, q̃ caloris innati in animantibus.
Atque hoc in his, in quibus, quæ admiſcentur, tota inter ſe non contemperantur, manifeſtius fit,
nempe ſecundum tres,quos Lycus retulit, modos, plus alterum altero eſſe dici, ſicuti ſanè in hoc,
quod inter vſitatiſſima eſt,medicamento ex iride,ariſtolochia,orobi farina, ac thure,æquo omniũ
pondere confecto, poterit quis, cæteris æquis ex his vnum aliquod triplicatum immiſcere, vt ari-
ſtolochiam verbi gratia: in qua miſtura dici vere poterit ariſtolochiam, & ſubſtantia, & qualitate,
& efficacia, reliqua exuperare, atq; huius ineſſe plus. Id ipſum de balneo quoq; pronunciare licet,
in quo non ſolum contẽperatus inſit aer,ſed ẽt fumi, vaporis q; aliquid accedat, ex quibus interdũ
fumi,interdũ vaporis plus eſſe cõtinget,quo modo ẽt naturalis non nunq̃ balnei aeris plus: porrò
abſolute ita pronunciatum,plus,ſm ſubſtantiæ intelligimus exuperantiam,cum qua vnà qualita-
tem,& quæ ab hac fit, efficacĩa augeri neceſſe eſt. Supponamus igitur maiorẽ reliquis duobus fu-
mi ſubſtantiã reperiri,rectè hic fumi ipſius qualitatem ẽt,ac efficaciam maiorem eſſe dicemus,cum
tm̃ in confeſſo ſit qualitatẽ qualitate maiorem non effici, ſed vehemẽtiorem,ſicuti nec minorẽ, ſed G
imbecilliorem: verum is vocabulorum vſus tam in vniuerſa vita,q̃ in artibus oĩbus frequẽtiſſime
vſurpatur. Qua in re quid attinet aliorũ mentionẽ facere? cum manifeſtũ orationi noſtrę à febri-
bus ẽt ipſis ſumere teſtimonium poſſimus, quas nunc maiores, nunc ẽt minores factas eſſe dicen-
tes quotidie audire oẽs licet: & alium alio aliq̃ plus, aliq̃ minus febricitare, atq; de eodem etiam
heri,q̃ hodie. Ad hunc igitur modum cum ſupponatur ſecundum qualitatem multum dici, nihil
videri mirum debet,ſi,in quo balneo maior ineſt fumi ſubſtantia, in eo maiorem etiam factam eſſe
qualitatem dicamus: vti efficaciam quoq;,ſi quidẽ proprio vtemur vocabulo,validam,vehemen-
tiorem q;, ſin eo abutemur,maiorem,copioſiorem q; nominabimus: quippe mordicus oculos fu
mus vellicabit,quo magis eius adaucta ſubſtantia fuerit: quapropter,cum ſubſtantijs vnà proprię
etiam earum qualitates excreſcant,atq; efficaciæ, non perperam quis in huiuſcemodi balneo plu-
rimum ineſſe fumi dixerit. Rurſus,vt dicebamus,vaporis quidem,ac fumi æquę ſupponãtur por-
tiones, plurimum autem proprię aeris ſubſtantiæ ineſſe, quæ innato animantium calori propor-
tione reſpõdet,ac generatur: hic ſanè in balneo caloris proprij plurimum ineſſe dicetur. Num igi
tur diſſimile huic eſt, quod in animãtium humoribus inſpicitur, ex quibus in vaporem reſolutis,
reſultans calor extrinſecus tangentes ferit? etenim alius ſanguinis accẽſus calor eſt, pituitæ alius, H
vt in flaua, atq; atra bile alius. Ergo in pueris plurima ſanguinis ineſt ſubſtantia, nimirum ſecun-
dum miſturæ proportionem, (nam in hoc veluti ob lethargum dormitantes identidem excitandi
ſunt,qui talia effutiunt,qualia Lycus ſcripſit) & quæ præterea cum ea vnà increſcit qualitas huiuſ
modi,qua mitem ſe ac tangentibus amicam, non iam aduerſam mordacem'que prebeat, nec non
etiam efficacia,ſecundum quam nequaquam nidoroſæ concoctiones fiunt, neq; vero, vti in pitu-
ta,acidæ. Omnibus igitur,Lyce optime,modis plurimum ijs,qui creſcunt,caloris innati ineſt,quo
circa nihil iam deliquit Hippocrates,at te potius ipſum conuiciatorem eſſe deprehendimus: pla-
num enim ex ijs,quę ſcripſiſti,fecimus,vt à nullis introductus præceptoribus fueris, quo Hippo-
cratis dogma aliquod percipere potueris,vt q; manifeſto,quæ prorſus ignoras,ipſe reprehendas,
tum contradictionem moliri ignorãtiæ plenam declaratus es eam,qua artis vniuſcuiuſq; conſti-
tutionem demoliẽdam aggrediebaris,cum q; eorum,quæ de his ſæpenumero ſcripſit Plato, nihil
teneas,tibi ipſi pugnantia ſæpe affers, in adoleſcentium detrimentum, quicunq; ratiocinatiuæ, ſi-
cuti tu,ſcientiæ ignari verã à falſa diſtinguere orationem nequeunt: poſtremo audaciſſimus prę-
ter hæc,ac nihili viſus es,dum prius,q̃ ea planè didiceris,eorum,quæ ab Hippocrate dicuntur, ex-
poſitiones conſcribere aggrederis.

Galeni



GALENI CONTRA EA, QVAE A IVLIANO IN HIPPOCRATIS APHORISMOS DICTA SVNT.

Iulio Alexandrino Tridentino interprete.

Ex postrema interpretis recognitione ad exemplarium antiquorum græcorum fidem.

Quòd sæpe medici spontaneas naturæ vacuationes imitentur. CAP. I.



Consultius quidem esset, si, quemadmodum statutum legibus est, vt eadem, qua reus, pœna, si damnatus fuisset, puniat is, qui falso accusarit, ita digna in eos erratorum pœna animaduerteretur, qui ijs, quæ ignorant, falso contradicunt. Sed, qm̃ nescio quo pacto iniurias persequi iudicio licet, lex autem falso contradicẽtibus statuta nulla est, arbitror nõ immerito in optimos viros impurissimum quẽq; inuehi audere. Siquidem, sicuti in Ægypto olim artium inuentum vnũquodq; à communi eruditorum consessu probatũ columnis inscribebatur quibusdã in sacris locis positis: eodẽ modo factum apud nos oportuit collegiũ proborum simul, doctorum q; hominum, qui examinatis recẽtiorum scriptis, in publicum, quæ bona sint, exponant, mala vero quæcunq; fuerint, perdant: satius autem esset, si ne scribentis quidem ab his nomen reciperetur, quemadmodum antiquitus ne in Ægypto quidem: hoc enim pacto nimiæ gloriæ contentioni apud istius cupidos obuiam maxime iretur. Nunc, cum & passim scribere omnibus liceat, & vnicuiq; sententiam ferre apud vulgus, audacissimus quisq; maxime commendatur: quemadmodum Thessalus ex ijs, quæ contumelioſe aduersus Hippocratem scripsit: cum tñ librum is composuerit, in quo, dum aphorismos damnare se putat, aperte se ipsum prodit, ne minimam quidem Hippocraticæ artis partem didicisse. Atqui æquum fuerat, cum prius hanc ipsam edoctus fuisset, ita demum contradictionem moliri. An hoc fortasse non à me recte dictum est? neq; enim (si quidem eam probe nosset) tam fuisset audax, vt se veris opponeret, nisi ex illis esset, qui omnem funditus pudorem exuerunt, cuiusmodi nunc etiam Alexandriæ repertus est Iulianus, cuius quadraginta octo esse libri dicuntur contra Hippocratis aphorismos scripti, in quorum secundum nuper incidi, in quo aphorismum ipse quidem hunc

» esse falsum existimat, ‖ In ventris perturbationibus, & ijs, qui sponte sua fiunt, vomitibus, si qualia
" D purgari debent, purgentur, prodest, & leuiter ferunt, sin minus contrariũ: sic vasorum quoq; exi-
" nanitio, si quidem qualis fieri debet, fiat, prodest, & leuiter ferunt, sin minus, contrarium. Et Dijs quidem gratia, q̃ is nobis primum sese obtulit legendus liber, ne frustra consumptum mihi tempus fuisset legendis in longum ijs, quæ contra aphorismum primum scripsit, qui cæterorum deinceps procœmium est: fortassis enim, cum coactus aduersus ea scripsissem, nihil feciſſe magnum videri possem: propterea quòd ad medicam considerationem non dum accedit sermo ille. Ac prædictus aphorismus non sanè de minima artis parte disputat, medicum admonens, cum per superiorem, inferiorem'ue ventrem spontaneæ fiunt euacuationes, vt eas, quæ iuuent imitetur, tum, quæ illæ sint, docet, ac quemadmodum dignoscendæ, non minus, q̃ eas, quæ lædunt, suis notatas indicijs. Quòd si artem Iulianus ab Hippocraticis magistris percepisset, non sanè ausus esset veritati contradicere, sed, cum neq; ipse, nec iam is, qui talis, tantæ'que stoliditatis auctor ei extitit, Thessalus artem nouerint Asclepiadarum, mirum non sit, si ea isti ignorant, quæ ne hi quidem nesciunt, qui repudiata ratione mederi se profitentẽ: quippe licet eos dicẽtes audire incrementum ex imitatrice maxime experientia suscepisse artem: nam, quæcunque casu facta ægris profuere, ea nos inquiunt, sæpenumero secuti constituimus, diuisis'que his naturalia appellant, quorum de corpore causa prouenit, quorum autem extrinsecus, à fortuna, vt iam non solum naturæ, sed etiam fortu-

1. Apho. 2. Ext. ord. 3. b. Et in Epistola ad Democritum.

næ imitator medicus sit. Ac multa sanè allata ab illis exempla sunt eorum, quę à fortuna profuere: E vt́ que inter alia is, cui, cũ cecidisset, disrupta in fronte vena fuit, quod in similiter affecto non sunt veriti facere, vt eandem secarent venam, nimirum eiusdem, aiunt, successus spe. Quin etiam phleg mone laborantes oculi, à satis q̃ abunde cita aluo adiuti maxime nos ad id imitandum excitarunt: ad eundem modum morbo regio affectis profusa bilioſorum excremẽtorum copia visa est sæpius contulisse: vt aqua inter cutem laborantibus, aquoſorum: vt q̃ ijs, qui morbum, quem elephanta vocant, patiuntur, nigricantium humorum confert inanitio: vnde argumentari aperte licet debe re medicum imitatorem esse. Quid autem attinet euacuationes spõtaneas referre, cum præcepto rum quoq; facta secuti artẽ adiscamus? an, si clysteri quocunq; ventrem subducens Thessalus ęgro tantem curet, imitari hunc discipuli debeant: si sponte is fluat, nõ debeant? an, cum suppressa men strua fuerint, sanguinis q̃ vomitus mulierem inuaserit, tunc, si prouocata purgatione, vena ue se cta affectum hunc sanet Thessalus, non sanè delinquant discipuli magistrum imitati, spõte autem profusis menstruis si leuetur ægra, hoc nõ iam imitari eos conueniet? Atqui nihil interest ad hoc, vt vtrũq; imitemur, si, vel, cum obstetrix euocauerit menstrua, vel eum Thessalus, vel cum horum neuter, at sponte fluentibus ipsis leuetur ægra, quando ab euacuatione, non vnde hæc sit, vtilitas prouenit: hoc q̃ ipsum Hippocrates docens aphorismum aliquando illum inscripsit, Mulieri san F guinem vomenti prorumpentibus menstruis, solutio. Quomodocunq; prorumpant menstrua, sol uetur, inquit, affectus, siue naturaliter id, siue à nobis fiat: non enim, quæ hoc facit causa, sed quod factum est, ægros iuuat, vnum modo menstruis adsit, nempe confertim effluere, quod voce illa pro rumpentibus Hippocrates notauit, solitus largiores euacuationes nomine illo appellasse, æque ac si verbis vsus esset huiusmodi, ‖ Mulieri sanguinem vomenti menstruis confertim profusis solu tio. Dies me certe deficiet, si, quæcunq; sponte facta imitentur homines, referre velim: nec sanè de hoc alius ambigit quispiam, sed tanquam communem notionem agnoscunt omnes. soli sunt, qui dubitent, perditi sophistæ. quicunq; tandem, quantum quidem ad artis opera attinet, vulgo quoq; ipso deteriores sunt, at abiecto pudore texẽdis aduersus optimos medicos prolixis nugis exercita ti: cuiusmodi nuper extitit Iulianus is, quem in artis operibus nũquam versatum esse, nullo autem pudore contumelijs veteres incessere medicos nouere omnes.

5. Aph 32. Ext. ord. 40. d. Et. 1. de Morb. vbi d ijs agit: q̃ sponte sua, et casu i morbis cõtingunt.

Galeni excusatio, quòd aduersus Iulianum scripserit. CAP. 2.

EA igitur, quæ contra paulo ante dictum aphorismum scribere ausus est, ne dici quidem potest, quantum præseferant, ignorantiæ dicam, an impudentiæ, an audaciæ, an potius (siquidem di cendum verum sit) cuncta hæc simul, atq; his longe plura conueniunt? Quapropter commodius G fortasse factum fuisset, si ne digna quidem ea iudicassemus, quibus scribendo contradicatur, & in quæ aliquid absumatur operis: verum, cum complures à me amici studiose exegissent, vt, quæ cunq; post allatum ad nos librum, in quo aphorismum prædictum Iulianus reprehendere aggre ditur, disputassem, descripta in commentarijs eis traderem, subij, & hoc non sanè exiguum certa men, ac longe quidem maius (siquidem fateri verum licet) q̃ cum extemporalibus sermonibus vsi sumus, quos per dies sex, aut his etiam plures fecimus, dum nugarum conamur ostendere co piam, quarum plenus sermo est is, quem scriptum in libro reliquit. Etenim in hunc istud optime dictum quadrat, quod vulgo dicitur, homine hoc loquacius inuenias nihil. Vnus olim Therſites plus iusto loquax fuisse dictus, at id huic quanto, quàm Therſitæ, conueniet magis, facile omnes, quotquot vnquam fuere, loquacitate superanti? quapropter, qui sermonibus his interfuere, cum illos legerent, duobus hominem nominibus notarunt, loquẽdi immodicitate, atq; infinitate. Itaq; Vlysse potius quodam opus illi fuerit, qui eum sceptro assidere iubeat: me autem, vt eum pruden tia instruam, minime: tam enim obstupidum prudentem reddere ne musarũ quidem chorus pos sit. Cum igitur inuitus adductus sim, vt ista scriberem, ne forte ab ijs, qui hęc lecturi sunt, reprehen derer, præfari hæc volui. Cum enim futurum sit, vt hominem redarguam indoctum, stolidum, opi H nione sua sapientem, nugis inter ineruditos adolescentes versatum in vniuersa vita, apud quos, quo nomine veteribus maledicebat, aliquis tandem esse visus est, hoc cum peragere necesse ha beam, quæso, liceat mihi verbis huius ignorantiam castigare asperioribus, quibus ego vti alioqui non soleo. Iniquum quippe foret, si quidem huic in optimum quenq; veterum congerere maledi cta liceat, nobis non liceat eius ignorantiam demonstrationibus detegere manifestis, quæ tantum suscepit incrementum, vt, vnde nam ordiatur quispiam, non sit facile inuenire.

Quæ Iulianus pro Methodicis attulerit. CAP. 3.

AC in libri quidem principio is prætermisso Hippocrate, longa in Sabinum oratione inuehi tur, id quod in vniuerso opere factitasse videtur: cui tamen titulus præscribitur, non iam in Sabini expositiones, sed in Hippocratis aphorismos: deinde, quemadmodum consueuit, multa inconsiderate profert collectis immanifestis quibusdam, inanibus q̃ verbis: quorum siquis repre hendere aliqua conetur, maximum prius his librum confecerit, quàm rem inchoare ipsam videri possit, etiam vt non omnia dicantur. Hæc igitur perdifficile est scribentem disponere, ac potius summe arduum, nos tamen in extemporalibus sermonibus, quos apud eruditos viros sæpenu mero fecimus, facultatem ostendimus quandam ex similitudine expositionum in veteres inuen tam,

A tam: nam quemadmodum eorum in publicis disputationibus propositum librum explicamus.

* *Desunt non nulla.* *

« Quòd si dissimulata naturę perscrutatione methodicus nec elatus, nec magnifice de se loquens, ne
« que vero superiorem latentis dogmatis radicem in medium proferens duos esse dicat corporis af-
« fectus: secundum naturam enim constituto duas veluti insidiari aduersarias inter se obuersiones,
« atq; immutationes, dum aut plus satis clausum, aut infusum est, videri sanè poterit, intelligibilia di
* cere, non quidem naturam scrutantibus philosophis, ac de rerum omnium materia disceptãtibus,
* sed tamen medicis naturalibus. Et hæc quidem ex mirabilibus Iuliani sermonibus verborum se-
« ries vna est. Quibus ab ijs recedens, quę Asclepiades, et Themison, & Thessalus elementa posue-
« re, in prædictos tendit philosophos, qui ex mundo hoc vacuum funditus sustulerunt. Alteram au
« tem deinceps subdit ad hunc modum: Neq; vero linguæ vlterius imperare possum, quin dicam:
* quid enim mihi id? vt propterea, q̃ huiusmodi conuersiones, quemadmodum elementorum se-
* quitur generatio, sic calidi etiam natura, & frigidi, & humidi, & sicci: ab his enim veluti parenti-
« bus fieri postremo hęc quoq; opera possunt. Vide, quàm in altissimis thronis, ac valde sublimibus
« B sedens latuit methodus, quam, cum præ humiditate modestia q̃ delitescere cuperem, cœlo osten-
« di, vnus q̃, atq; idem primus detexi, obductam illi nebulam discutiens, soluens q̃. Hæc sunt, quæ
« Iulianus dicat, atq; ab his deinceps. Ego repudiatis eius elementis cum Epicuro non sentio non
« vnam faciente substantiam. In libro itaque de methodo hæc, multá que præterea alia scripta sunt
à Iuliano, qui totus inscriptus ab eo est Philon: at in alio, vbi de animæ, corporis q̃ affectionibus
« institutus illi sermo est, in hunc rursus modum scribit. Igitur contractionis, diffusionis q̃ moderа-
« tum statum, commensuratum q̃ statuentes in humanis coagmentis, sanitatis illum nomine appel
« lamus: isti porrò mediocritati cum insidiæ à morbis tenduntur, necessario fit, vt patiantur corpora
« contracta, ac dura, sicciorá ue, aut diffusa, molliá que facta, atq; humida.

Platonem, Stoicos, & Peripateticos dissensisse à Iuliano de elementis, & causis morborum. CAP. 4.

HÆc sunt igitur eminentissimi sophistæ verba methodicos medicos affirmantis Platonem sequi, vnà cum Zenone, atque Aristotele: nos contra admonebimus ipsos horum vnum-quenque philosophorum, plurimos q̃ præterea, qui post illos viguere, sanitatem esse existimare
C calidi, frigidi, humidi, siccí que temperiem: horum autem singulorum tum excessu, tum defectu morbos gigni eos, qui in victus consistant ratione: ineſſe porrò in corporibus humores etiam, qui morbis proportione respondeant, hos quidem facultate sua humidos, siccoś ue, illos calidos, aut frigidos: sic Plato cum sectatoribus vnà suis, sic Aristoteles censuit, quí que illum secuti sunt, Peripatetici: sic etiam Zeno, Chrysippus q̃, alij q̃ præterea Stoici. At Iulianus ne librum quidem legit vllum virorum, quos retulimus, nec prorsus, quid consequens, sibi q̃ pugnans sit, intelligit: non enim eum fugisset, quemadmodum sectæ, quæ vacuum tollit, hæc conueniunt: ita alteri, quæ hoc ponat, conuenire illa, nempe in meatuum symmetria quadam sanitatem cõsistere, sicuti in flu xu, clausu q̃ rerum, quæ per id feruntur secundum victus rationem, morbos. Quid igitur faciam? Aristoteliś ne, ac Chrysippi, cęterorum q̃ Peripateticorum omnium, ac Stoicorum deinceps ver ba subijciam, in quibus bilem, pituitaḿ que causantur, primos q̃ morbos esse quatuor affirmant, non aliter sanè, q̃ elementa, calidum esse, & frigidum, & humidum, & siccum: an hoc, cum non duo tantum libri compleri inde possint, sed tres etiam, & quatuor, atque his plures, prætermittendum à nobis est, abunde q̃ nobis esse existimandum, quę à Platone tãtum dicta sunt? Cum igitur ita facere consultius sit, ne per omnia cum nugaci sophista diutius nugemur, finem de his faciam,
D si prius hoc solum de Peripateticis, Stoicis q̃ philosophis dixero: Neq; Aristotelis, nec iam Theo phrasti librum vsquam inuenias, in quo, siquid de morbis necessario dicendum illis sit, omissa ca-lidi, frigidi, humidi, sicci mentione orationẽ absoluant. Quin cum horum, tum vero vtriusq; non raro bilis mentionem faciunt, nigræ simul, ac flauæ, sæpius etiam pituitæ, quippe qui huiusce explicent discrimina: & hãc quidem aridam, salsam illam, salsilaginosaḿ ue, aliam autem dulcem appellant. Neq; vero aliter sentit Chrysippus, semper q̃ ad eundem modum, tum de morbis, tum de humoribus disputat. Horum igitur trium tantummodo siquis verba colligat, non sanè paucos is conficiat libros, præsertim si quantum Iuliano Alexandriæ supererat, tantum etiam huic ocij su-perfit: q̃ si, quæ ab alijs tam Stoicis omnibus, quàm Peripateticis dicta sunt, collígere vniuersa ve-lit, iustam is etiam bibliothecam expleat. At nobis, sicuti iam diximus, satis erit omissis his, vnius Platonis verba referre, nusquã ab Hippocratis placitis discedentis. Neq; vero ex omnibus vndiq; libris ea deligam, qui plurimi certe habeantur, sed vno contentus Timæo hæc inde transumpta
« subijciam. Sanè, quemadmodum morbi consistãt, id nemini obscurum: cum enim, ex quibus cor
« pus conflatum nostrum est, genera quatuor sint, terræ, aquæ, ignis, aeris, horum præter naturam
« excessus, defectus q̃, propriæ q̃ sedis cum aliena commutatio, tum ignis, atq; ẽt cæterorũ vnum-
« quodq; (quando plura vno genera hæc habeantur,) quod sibi conuenit, non suscipiens, omnia q̃

huiuſmodi, perturbationes, morbos q3 afferunt: cum enim à natura horum vnumquodque rece- H »
dit, commutatur´que, quæcunque prius frigida erant, nunc concaleſcunt, atq3 antea ſicca, humecta »
impoſterum fiunt, nec non lenia, grauia q3, atq3 omnimodas prorſus tranſmutationes ſuſcipiunt. »
Hoc in loco, quantum ad elementa prima ſpectat, eorum q3 qualitates, aperte Hippocratem ſequi- »
tur Plato: deinceps vero morborum cauſas in humores quoque deriuans ad hunc modum ſcri- »
bit: Albida autem pituita ob bullarum ſpiritum intus detenta ſeuit: ſumpto vero extra corpus ſpi »
ramine mitior illa quidem, varie nihilo minus corpus pingit, vitiliginum in eo ſpecies, leucas, al- »
phos q3, atque id genus morbos procreans: at, cum atræ miſta bili in capitis diuiniſſimos orbes di- »
labitur, hos q3 ipſos infeſtat, vt in ſomno mitior, ſic cum vigilantes inuaſerit, diutius vrget: qui ſa- »
nè morbus ſacratioris naturæ cum ſit, ſacer meritiſſimo appelletur. His q3 deinceps verbis alia ad- »
dit. Hæc porrò ſalſa, arida q3 pituita morborum omnium eorum, qui cum fluxu vnà fiunt, caput »
eſt, à locorum, in quæ fluit, diuerſitate multimodas quoq3 appellationes ſortita. In hunc modum »
de pituita, atra q3 vnà bile ſenſit Plato: cęterum, quæ de flaua differat, poſt hęc attende. In corpore »
vero, quæcunq3 eo, quòd ardeant, vrantur´que, inflammata dicuntur, cuncta à bile fiunt: accepto »
itaq3 hæc reſpiramine omnimodos tumores foras feruens emittit: at incluſa intus morbos gignit »
perurentes plurimos, hunc´que maximum, quoties ſanguine commiſta puro fibrarum genus ex F »
proprio ordine deturbauerit, quæ ea gratia diſtributæ in ſanguinem ſunt, vt nec tenuis nimis, »
nec craſſus nimis eſſet, neque iam ob caliditatem, quippe qui humidus foret, ex raro corpore de- »
fluat, neque rurſus nimia denſitate motioni ineptus, vix ſe in venis conuertat. Hanc vtique vti- »
litatem fibræ naturæ generationi largiuntur, quas ſiquis emortuo ſanguine, refrigerato´que inter »
ſe colligat, quod reliquum eſt ſanguinis, vniuerſum diffluit: quod ſi derelinquantur, quàm pri- »
mum vnà cum ambiente frigore congelantur. Hac cum præditæ facultate ſint in ſanguine fibræ, »
bilis, quæ natura vetus facta eſt ſanguis, cum rurſus ex carne in hunc eliquata mittitur calida, hu- »
mida´que, ſenſim primo inuecta ob fibrarum vim gelaſcens coit, gelata´que, ac reſtincto illius »
violenter feruore tempeſtates intus, tremorem´que excitat: at, ſi maiore ſe vi inferat, euictis à ca- »
liditate propria fibris, confuſo´que earum ordine efferueſcens victrix euaſit: ac, ſi ad extremum »
vſque perdurare validior poteſt, ad medullas vſque penetrans, perurens´que animæ ibidem diſ- »
ſoluit quædam tanquam retinacula, hanc´que ipſam liberat: at, cum minor huius copia eſt, cor- »
pus´que ei liqueſcẽs reluctatur, deuicta, aut per vniuerſum corpus excidit, aut in inferiorem, ſupe »
riorem´ue ventrem per venas expulſa, de´que corpore veluti ex diſcordi ciuitate eiecta inteſtino- »
rum læuitatem, difficultatem´que, cętera´que huiuſmodi mala affert. Hęc ſunt, quæ Hippocratem G
ſecutus Plato in Timæo tantum ſcripſit: at, ſiquis, quæ in reliquis eius libris reperiuntur, vniuerſa
colligat, videri is poterit, quod quidem ad ſermonis attinet prolixitatem, Iulianum imitatus, mul-
tò´que etiam magis, ſi, quæ de calido, frigido, humido, & ſicco, bile, pituita, ſanitate, ac morbo ſcri
pſere Theophraſtus, Ariſtoteles, Chryſippus Peripatetici, Stoici´que omnes, adſcribat ſingula:
& quidem nunc aliquos eſſe arbitror, qui noſtræ huius in obſtupidi ſophiſtæ redargutionem com
poſitæ orationis longitudinem reprehendat. Qui enim (pro Iuppiter Dei´q3) Platonem quidem,
& Ariſtotelem, & Zenonem, horum´que ipſorum ſectatores veritus non ſit laudibus efferre, quę
vero de corporis elementis dicta ab Hippocrate ſunt, refellere, an hunc cenſes in reliquis omnibus
verecunde quicquam dicturum?

Neque ex ignoratione, neque ex diſcordia philoſophorum in nomine naturæ prohiberi, quin naturaliter ſe, aut præter naturam homines habere affirmemus. CAP. 5.

OMittantur tamen hęc, notentur, quę deinceps ſcribit, dum ne naturæ quidem, vt videtur, vo »
cabulum conſiderandum permittit, vtitur autem verborum hoc initio. Non hercle nobis »
hi perſuaſerint, neq3 vero ſibi ipſis, modo verum fateantur, non ignorare ſe, quid natura ſit, quam H »
in omnem partem vexant, magnifica vbicunq3 verba ſonantes, aut ſimplex calidum, aut attempe- »
ratum, miſtum q3, aut frigidi ſpiritus q3 ſubſtantiam. His q3 deinceps multa addit, naturæ eos noſſe
ſubſtantiam concedens, quaſi vero in propoſito nobis nunc aphoriſmo naturæ adſcripſerit no-
men Hippocrates, ac non potius de ſponte factis euacuationibus loquatur: vnde igitur in men- *
tem illi venit naturæ vocabulum? Vnde quęſo magis, q̃ ex Iuliani nugandi conſuetudine, vt lon- *
gioris ſibi ſermonis anſam arriperet? quem ſiquis explicet, facile is eius deprehendat nugas. Cum
igitur medici oẽs has quidem à natura, illas vero caſu fieri affirmẽt, vt oſtendant eorum interdum
cauſam ex ægrorum oriri corpore, interdum extrinſecus accedere, occaſionẽ nactus hanc eſt, vt ali
quid de naturę vocabulo nugari poſſet. Eſt porrò, quod dicere nititur (vt in ſumma dicam) eiuſ-
modi: Non par eſt eos, qui naturã, quę ſit, ignorent, naturales euacuationes in ore habere. At eadẽ
ratione, ſophiſta audaciſſime, nobis, neq3 vt animam teneamus, neq3 ſenſum, neq3 vero mentem,
aut rõnem, aut memoriam, cognoſcere licebit: quippe quorum oĩum nõ facile dignoſcat eſſentia, »
quod minime mirum ſit. Nam, cũ Solem etiam ipſum, quem tñ apertiſſime videmus, qua´nam ſit
eſſentia, non exacte ſatis ſcimus, exiſtimabimus, ſ. nos de natura, de aĩa, aut memoria, aut reliquis id
genus rebus poſſe audacter decidere? Verũ, quẽadmodũ recte iſta diximus, ſic, cum horũ vniuſcu-

iuſq3

* A iuſq; notionẽ, ſubſtantiæ q3 dignotionem tenemus manifeſtam, adijcienda ea oratione eſt, à natura enim planta omnis regitur, at animal omne à natura ſimul & anima: ſiquidem nutritionis, atque augmenti, effectuum q3 huiuſmodi cauſam naturam appellamus oẽs, vt ſanè aiam, qua ſentimus, mouemur q3. Quo fit, vt nec falſa naturæ opera proferat noſtrum quisq̃, nec iam, ſi illa nouerit aliquis, ſtatim hunc neceſſe ſit eius quoq; eſſentiam noſſe, quemadmodum nec Solis, quem vt orientem manifeſto, ſic etiam occidentem videmus, loci q3, interuallum vtriuſq3 præfinito tempore ordinatim percurrentem, huius tñ quæ'nam ſit eſſentia, per ocium quærimus. Quòd ſi igitur fieri non poſſet, vt, naturales quoties fierẽt excretiones, ſciremus, niſi prius has ipſas faciẽtis naturæ ſubſtantiam cognoſceremus, non ille quidem immerito, cum hanc incognitam eſſe oſtendiſſet, ſimul etiã harum ipſarum dempſiſſet cognitionem: nunc cum liceat, etiam ſiquis illam ignoret, has tñ ipſas ſcire, ſuperuacanea ſunt, quæ nugatur: & hæc quidẽ omnia optimus Iulianus. At nos, quoties alicui nullo ſumpto purgante medicamento vomitus accidit, aut multa cõtingit inferior euacuatio, ſiue ea per inteſtina, ſiue per vterum fiat mulieris, huiuſmodi omnia natura facta eſſe dicimus, vel à natura, vel naturaliter (nihil enim refert) ea q3 ipſa cum manifeſto ægrorum emolumento imitamur. Videtur autem Iulianus neq3 id ſcire, quod quotidie in ore oĩum eſt, vulgo q3 non neſcitur,
B nempe ſecundum naturam ſe habere ſanos, ægros vero præter naturam: nam, ſi prius, q̃ naturæ
* eſſentiam nouerimus, nullis nobis huiuſcemodi nominibus vti licuerit, neque ſm naturam ſanos, neq; vero præter naturam ægros ſe habere dicendũ nobis erit. Demus tñ illi, ſi placet, hoc ex abundanti ratione, concedamus q3 fieri non poſſe, niſi prius ex calido, frigido, humido, & ſicco corpora noſtra conſtare ſciuerimus, bona, quæ à natura vel caſu fiunt, vt imitemur. Quid igitur obſtat, quo minus hoc ipſum ſciamus, dum & placiti huius demonſtrationẽ afferre poſſumus, et optimus quiſque philoſophorum, qui tibi quoq; ipſi admirabiles ſunt, cum Hippocrate vnà, atq; inter ſe etiam conſentiunt? Niſi vero diſcordiam aliquis ſatis eſſe argumenti putet ad monſtrandam placiti huius ignorantiam, de Stoico repente ambiguus quidam factus. Nam, ſi ſermoni huic perſuaſus credis, affirmanti eorum nihil, de quibus philoſophi inter ſe digladiantur omnes, in cognitionem cadere humanam poſſe, cur non multo etiam magis, q̃ alijs oĩbus tuis illis pulchris cõitatibus, quas in cœlis habitans methodus generauit, fidem abrogas? at has aliorum medicorum nullus obſcure, quin aperte potius nouit, licuti quidem exiſtimat Theſſalus, quod q3 hoc maius ſit: cum enim has Theſſalus glorioſiſſimo medicorum, qui circa ipſum ſunt, choro ſibi viſas oſtenderit, nemini tñ inter illos conuenit: quinimmo maius ad hanc vſq3 diem bellum inter ſe exercent, q̃ cum vnà
C cum cõdiſcipulis ſuis altercabatur Theſſalus. Quòd ſi ex diſſenſione rerum ignorationis ſignum ſumitur, profecto ante omnia Theſſali cõitatibus, quanto etiam magis de his ambigitur, abroganda fides eſt. Enimuero de corporis noſtri natura, quam vel ex aere, & igne, & aqua, & terra, vel humido & ſicco, calido ac frigido temperate ſibi inuicem miſtis conſtare dicunt, dubitatum quidem olim eſt, ſed non adeo tñ, vt de Theſſali cõitatibus, cum & Plato, & Zeno, & Ariſtoteles, & Theophraſtus, & Eudemus, & Cleanthes, & Chryſippus, alij q3 præterea philoſophi quàm plurimi, qui ſe partim Stoicos, partim Peripateticos, partim etiam Platonicos noĩari voluerunt, eadem de illis ſentiant. At à Theſſalo prolatæ cõitates, tantum abeſt, vt cæteris probentur medicis, vt ij etiam diuerſa de his ſentiãt, qui re vera amethodi cum ſint, glorioſo tñ methodi vocabulo quodã tanq̃ prætextu vtuntur, neq3. n. Hippocrati, neq; Diocli, neq; Pliſthonico, neq; Praxagoræ, nec Mneſitheo, nec Philotimo, nec Eraſiſtrato, nec Herophilo, neq; medicorum alicui logico, empirico've Theſſali placuere communitates. Quòd ſi conferendæ inter ſe diſcordiæ ſint, eam, quæ de Theſſali cõitatibus eſt, longe alteram ſuperantem inuenies: cum. n. tres ſint genere (vt illi dicunt) in medicina ſectæ, Theſſali q3 cõitates tam qui ſe empiricos, q̃ qui dogmaticos profitentur, tollant, non ſanè exiguam cenſendũ eſt diſcordiam hanc eſſe, immenſam q3 adeo, vt vinci non poſſit: quippe cum eas,
D neq3 qui harum habitus eſt parẽs Themiſon, neq3 alius ab eo quiſpiam, at nec amethodorũ Theſſaliorum vllus obſeruet. Itaq3 non facile quẽquam inuenias, qui non illis aut addiderit, aut detraxerit aliquid, aut aliqua ſaltem ex parte mutarit, neq3 tñ, etiam ſi ipſi inter ſe oẽs conſentirent, parua eſſet eorum cum alijs diſſenſio: cum vero de his omnibus ipſi quoq; inuicem diſſideant, ſolus hic relinquitur Theſſalus, eum q3 præter Iulianum iſtum ſecutus nemo eſt, & is verbo tantum, nam re apertum fecimus, quàm illi maxime aduerſetur: quorum ſi quis fidẽ ſumere certã velit, noſtros is de ſecta methodica cõmentarios adeat. Porrò Theſſalus, etiam ſi ſolus pro veritate contendentibus dicat eorum, quę alijs viſa ſunt, conſenſum, demonſtrationem eſſe quandam, ac iudiciũ, illum nemo dãnauerit, & poſtea Theſſalum, qui ab oĩbus diſſidet alijs, non damnabimus? Hippocrati, cui præter optimos medicos, philoſophorum etiam optimi conſentiunt, fidem non adhibebimus ob vnam diſſenſionem? quis hoc tandẽ ferre poſſit? quis tot tantas q3 toleret nugas? quis non potius doleat, cum tẽpus cotradicendo abſumat homini, qui nec, quę dixerit, recordetur, nec, quæ ſcripſerit, intelligat, ac tantummodo (vt in prouerbio eſt) quicquid in buccam venerit, effutiat?

Aduerſus Iulianum & Aſclepiadem, quòd plenitudo ſit cauſa continens quorundam morborum. CAP. 6.

VErum omiſſis iam ijs, quæ deinceps dicat, audiamus, ac primum cum præſentis aphoriſmi principium eſſe ait, ac caput, nempe quòd morborum continens cauſa humorum

ſit

ſit plenitudo. Rectius autem fecerimus, ſi hoc quoque in loco verba ipſa, vt habent, omnia adſcri- E
pſerimus: proditum igitur ab eo eſt ſtatim in hũc ferme modum (tempus eſt enim iam, vt recta ad
contradictionem veniamus.) In perturbationibus ventris, ſic vt, quod reliquũ eſt aphoriſmi, prin »
cipium habeat, ac caput, nimirum ex humorum plenitudine, vt à cauſa continente, morbifica affi- *
ci corpora. Quapropter demonſtratum cum ſit affectuum non eſſe cauſam humores, (hæc enim »
exploſa iam eſt opinio) ſimul etiam aphoriſmi detectum eſt exitium, vt qui obſcuro, falſo q3 innita »
tur fundamento. Hæc ſunt eius verba: optimum autem factu foret, ſi theatro conſtituto, pleno q3, »
non quidem quale Theſſalus inſtituit, dum ſeipſum in ſuis illis garrulis libris coronat, ſed erudito
rum potius hominum pleno percunctaremur ab ipſo, quanam tandem demonſtratiua methodo
duce ſermonem exiſtimet verum eſſe à ſe dictum, qui ſanè, ſi quidem recte illum quiſpiam inter-
pretetur, ad hunc ſe fermè modum habebit: Qui vacuationibus iuuari ægros aiunt, neceſſe eſt hos
exiſtimare continentem morborum cauſam plenitudinem. Quòd ſi verus ſermo is eſt, lubens ſa-
nè inter doctorum hominum cœtum Iulianum interrogarem, vt ex eorum multitudine ſtoliditatem aliquando agnoſceret ſuam: nam ex ijs, quæ dicuntur, fieri non poteſt, vt agnoſcat, huiuſmodi cum ſit.

Deſiderantur pauca. F

Seipſum detegit in libris: at in theatro, quẽadmodum recte iſta tractentur, nũc exponam. Mul- *
tis ex ijs, qui febre laborant, ſanguinẽ mittit Theſſaliorum aſellorum grex: ſi quidẽ hoc faciũt, cen
ſentes nocumento eos ex euacuatione affici, non recte faciunt: ſin iuuari credunt, cauſam ſuppo-
nant hi, neceſſe eſt, continẽtem eſſe plenitudinem, quod tamen negant. Dicat hic mihi horum for-
taſſe aliquis, quæ tandem neceſſitas eſt, vt iuuante euacuatione continens ſit cauſa plenitudo? cui
ego facile ita reſpondere poſſum: neceſſitas quidẽ nulla eſt, de grege tũ veſtro is eſt, qui iſta dicat.
Iulianum q3 monſtrabo, ſimul q3 æquum eſſe dicam, vt ſuarum ille nugarum rationem reddat, &
hoc quidem modo in theatro cum eo egerit quis. nunc vero (neq3 enim theatrum habemus) pau-
cis huiuſmodi datur occaſio. Quin omnes, quæcunque collibitum, effutiunt, ſeu vera ea, ſiue aper
te falſa ſint, id quod Iulianus ſemper facit, ſine delectu, quicquid in mentẽ venerit, ſcribens, nihil q3
vnquam veritatem curans. Ego autem in vniuerſa vita mea cum nihil æque ſtuduerim, q3 demon
ſtrandi prius ſcientiam tenere, deinde ſummo hanc ſtudio exercere, fruſtra laboraſſe videor: nam,
quicunq3 demonſtrationẽ, quid ſit, percipiunt, ſpes eſt hos re cognita, Iuliani fortaſſe abijcere nu-
gas poſſe: at, qui gregarius illius eſt, is ne eorum quidẽ, quæ dicuntur, quicquam intelligit. Quam
ob rem dictum antea quoq3 à me eſt, non exiguum imponi mihi certamen hoc ab amicis, quorum G
gratia ſcientificos tracturus ſum ſermones. Enimuero nõ ſolum oportuit Iulianum cauſarum dif-
ferentiæ cõuenientia proferre vocabula, ſed etiam eorum obſeruare ſignificata: nunc autem (hoc
enim habet methodicorum omnium ſtoliditas commune) ad nomenclaturas vſq3 continentium
cauſarum progreditur ille quidẽ, at, quo ab antecedentibus modo differant, non intelligit: neq3. n.
latuiſſet eos morborum ab antecedentibus cauſis augmentum fieri: quæ enim principio morbos
facere conſueuerunt, neceſſe eſt hæc, donec ſimile quippiam agunt, eoſdem adaugeant: vt medica-
mentum, exempli cauſa, acre adeo, vt vlcus facere poſſit, cuti hora impoſitum tantummodo vna
cuticulam vulnerabit ſolam, ἐπιδερμίδα Græci appellant: longioris vero temporis tractu adhæ-
rens opus peraget euidentius, cute primum ipſa, deinde ſubiecta quoq3 carne correpta, quo mo-
do etiam, quæ putrefacientia noĩamus, ad oſſa vſq3, regente hæc ipſa carne exuſta, deſcendunt in-
terdum. Hac igitur præditæ natura cum ſint antecedentes cauſæ, fieri non poteſt, vt, ſi quidem illæ
remaneant, quod factum eſt morbi, perſanetur: cum enim, ſicuti monſtrauimus, maior ſubinde
morbus fiat, non ſanè, antecq3, quod facit, tollatur, perfecte ſanabitur: ſunt igitur cauſæ antecedẽ-
tes, cuiuſmodi quoq3 plenitudo eſt. Supponamus. n. ante alia hoc in ſermone, antecedentẽ niſi quis
abſciderit prius cauſam, fieri non poſſe, vt, qui factus eſt, affectus curetur: ob id q3 ipſum Aſclepia- H
des morbos à plenitudine incipere exiſtimat, ægris q3 adiumento huius eſſe euacuationem ait, pe-
tit q3 curationẽ à medicis perfici, nõ morbos, quos plenitudo faciebat, ſoluẽtibus, ſed, ne adaugean
tur, prohibentibus: ſupponatur tñ cauſam morborũ continẽtem interdum eſſe plenitudinem, ne-
ceſſe ſtatim eſt, vt huius euacuatione tollatur morbus. Atqui, vt Aſclepiades ait, nunquã cauſa eſt
continens: ſatius. n. fuerit, relicto hoc in loco garrulo Iuliano, cum Aſclepiade ſermonem confer-
re, qui, vt cætera deſint, legitime certe ſophiſtam agit: oratione enim vti vir conſueuit, cui credi
maxime poſſit, non illepide fucata, quod ſophiſtæ, vt arbitror, officium eſt, non diſſimilem tamen
huic ſermonem protulit Iulianus, eum, quem deinceps ſcripſit, nõ mehercle facultate in hoc vſus
ſua (tales enim vbique ſcripſiſſet) ſed eorum, quæ Aſclepiades dixerat, recordatus: q3 ſi ex propriis
eſſet Iuliani ſermonibus, non aliter, quàm ſuperiores, nugatorius videretur. Itaq3 ait Aſclepiades.
Si continens morborum cauſa eſſet plenitudo, factis non nunq3 largis inter morbi initia euacua- »
tionibus, fore, vt nocumentum ſtatim à ſe oẽ æger depellat: nunc contra viſi ſæpius ſunt, purgata »
plenitudine, morbi tamen ipſi augeri. ſatis eſt ratio hæc probabilis, propriaq3 ob id eget ſolutione, »
neq3 tamẽ ad ea, quæ in Hippocratis aphoriſmo dicuntur, accedit: nam illa ex communi potius ho
minum oĩum ratione, qua empiricos quoq3 vti diximus, quàm ex dogmate vllo, fidem ſumpſere:

ideo q3

A ideo q3 Asclepiadis rationẽ diluemus ipsam, non sanè tanq̃ ad ea, quæ in aphorismo dicuntur, pertinentem, sed q̃ consultius existimemus esse, postq̃ Iulianum hucusq; garrientẽ ꝓtulimus, propius ad hoiem accedere, sophista qui sit, qui cum dialecticorum aliqñ more exercitatio instituatur. Cum igitur plenitudinem nominabit Asclepiades, interrogetur, vtrum dicat eam ne, quæ ex facultate, an eam, quæ ex vasorum capacitate æstimatur, quam etiam κατὰ τὸ ἔγχυμα noiare solent, atq3 vtrũ eam, quæ in toto corpore, an potius, quæ in sola eius parte consistat. Ea porrò, quæ ex facultate est, ne noiari quidem ab ipso potest, vt qui facultates ferè omnes, quibus gubernatur animal, sustulerit: quæ vero ex vasorum capacitate, duplex illa quidem etiamnum est: aut enim ad mensuram refertur, quæ ꝑm naturam sit, aut hoc vno, nudoq3 intelligitur, nempe q̃ non intra vasa capiatur, potest q3 horum vtrunque, aut in toto consistere corpore, aut in vna, pluribus ve eius partibus: ostensum q3 à nobis est in his commentarijs, quibus symptomatum causas enarrauimus, atq3 vbi tumores præter naturam tractauimus, conuulsionem interdum, tremoremq3, ac in vniuersum phlegmonen, & erysipelas, id q3, quod à recentioribus medici œdema vocatur, alios q3 præterea affectus, plenitudinis inniti hypothesi, tum, si plenitudinem euacuet quis, ad naturalẽ quàm primum statum redire membrum. Diximus porrò alibi quoq3 de continentibus causis, vbi ostendimus tam no-
B men ipsum, quàm rem, cui impositum nomen sit, ex Stoica esse secta, neq3 recte recentiores medicos genus hoc totum aut noiasse, aut tractasse: nos q3, ne de noibus contendere videamur, ꝑm eorũ sæpius sententiam causæ quædam vt sic noientur, concedere, non mehercle quæ ex ijs, quæ absolute esse dicuntur, sint, sed quæ in generatione ipsa essentiam habeant, in quo sophismatis consistit explicatio. Cæterum, quæcunq3 Iulianus garrit, in hunc transferre locum nostri non est muneris, quin potius ad aliam quæstionem veniamus, quę cõis in vniuersum est. Causarum, quæ in humoribus consistunt, duplex habetur genus, alterum ex plenitudine, ex corruptela alterum, facilem q3 vtriusq3 aiunt esse curationem, cum momento temporis liceat, & quod ex redundãti superuacuum est, emittere, & quod corruptum sit, vniuersum inanire sic, vt nunq̃ perduret morbus: quam sanè
« rationem dilucidam simul, ac breuem Iulianus obscure, prolixe q3 verbis his scripsit. In ipso statim
« aphorismo indemonstratum lemma extortum esse, nempe q̃ morbos humoris faciat plenitudo,
« aut in impropriam qualitatem transmutatio, quam spẽm oẽm, corruptelam medici vocant: quare
« eo, quod morbum faciebat, educto, insigne opinatur iuuamentum futurum: sic sine controuersia,
« antecq̃ appareat humoris alicuius in corpore contenti indicium, plenitudinem morbi causam esse
« existimat, aut, si minus hanc, transmutationẽ certe, quod nec intelligi potest, nec sanè ad veritatem
« C proxime accedit. Sic.n. existimemus, licet, facile morbos tolli vniuersos posse, nec iam diturnus vl-
« lus foret, atq3 vnius esset rationis curatio ois, nullam in se operosiorem difficultatem continens:
« simplex.n. ac promptum, atq3 adeo in ipsis manibus esset, quod morbum facit, exinanire, in ipso q3
« statim principio, prima q3 eius consistentia morbũ soluere, vt iam nullo alio, q̃ euacuatio auxilio
« indigeat, atq3 huius, qualicunq3 tandẽ accidat tpe, accõmodari vsus possit, ac, si in causa sanguis sit,
« sola contenti erimus venæ sectione, si pituita, quæ pituitam educant, dabimus, si bilis, quæ bilem.

De curanda vtroque plenitudine, & humorum corruptione aduersus Iulianum. CAP. 7.

HÆc sunt Iuliani verba, quorum omnium, vt dicebam, ratio ita se habet: Si, quæ morbos faciunt, causæ humores sunt, fieri põt, vt exinanitis quàm primũ ijs, nullum diutius consistere permittamus morbum: atqui multi, etiam si inter initia satis inane reddamus corpus, diutius tñ perdurant: non sunt igitur humores causæ. Quæ sanè ratio, si quidem de corporis vniuersi plenitudine accipiatur ea, quæ ad vasorum capacitatem refertur, vera est: nam, si in morbi ipsius principio, quod superuacuum est, inanire volumus, vniuersum exinanibimus plethoricum affectum: sin plenitudinem accipias, cum parte aliqua plenior collecta redundantia est, falsa, cum ostensum à nobis sit nõ semper fieri posse, vt huiusmodi plenitudo subito euacuetur. Sic etiam, si de corruptela ratio
D interrogetur, hæc solui facile potest, quippe quam nõ statim euacuare possis, perinde ac si vase aliquo contineretur, aut dolio: ex quibus tñ cum prauum euacuauerimus humorẽ oẽm, non statim, nisi detersо prius, eloto q3 diligenter vase, meliorem infundimus. Num igitur fieri potest, vt ex humano corpore corruptum euacuemus sanguinem, eius aũt loco meliorem quàm primũ eius addamus partibus? Quo nam igitur modo (inquiunt) exinaniri statim corruptio potest? sic.n. hoc, vt alia omnia, facile pronunciant, nullo rerum respectu, neq3 vllam in consideranda re vniuersa adhibentes diligentiorem examinationem: enimuero, quẽadmodũ, cum bilis vis multa in corpore continetur, sæpius facile sit, dum febris absit, eam ipsam euacuare, sic, cum ante acuta correptus febre homo fuerit, difficillimum id redditur: neq3 enim licuerit absq̃ periculo, purgante tunc vti medicamẽto: ad eundẽ modum de pituita, de q3 serosis excrementis existimãdum. Dictum sanè à nobis de his omnibus est in alijs libris: opusq3 est, qui scire ista exacte voluerit, inde sibi discenda hæc petat. Morbus igitur plethoricus vt sit phlegmone, non in ipsis solum vasis plenitudine detenta, sed etiam vniuersos occupante musculorum sinus, ex eo potissimum libro discas licet, in quo de tumoribus pręter naturam scripsimus: q̃ vero subito curari phlegmone omnis non possit, diximus in libris de curandi ratione, ꝑm eam potissimum operis partẽ, in qua curandorũ pręter naturã tumorum via instituitur: fit.n. interdum, vt tam valide, tam q3 tenaciter adhæreant carni viscidi, crassi q3

humores,

humores, periculum vt ſit, ne, cũ diutius perſeuerauerint, ſequatur ſcirrhus: at ij, qui nihil horum E
ſciunt, dum potiſſimam artis partem ignorant, damnant Hippocratem: atqui è diuerſo quis, cum
ſolidum corpus refrigeratum, aut excalfactum aliquod fuerit, promptum fore illi ad naturã recur-
ſum dicet, quo modo etiam, cum denſius, rarius ve redditum fuerit: neque enim refrigeratum ex-
calfacere, excalfactum q3 refrigerare, denſius q; rarefacere, ac rarum denſare laborioſum fuerit: at
pertinaciter adhærentem parti carnoſę humorem, aut craſſum, aut glutinoſum educere, laborioſiſ-
ſimum: nam, cum ex vaſis etiam laxis ijs haud promptũ ſit ſordes expurgare, facile id. ſ. in carnoſis
exiſtimabitur. Quare ſumme deprauata ratio ea eſt, quæ cauſas in humoribus cõtentas curatu faci-
les ſemper magis eſſe dicit ijs, quæ in ſolidioribus partibus ſunt. Nam, ſi in vniuerſa corporis habi-
tudine abſolute plenitudo inſit contenta in vaſis, quam proprie plenitudinem nominamus, nõ ſa-
nè difficile factu fuerit, & primo quoq; tẽpore hanc ipſam exinanire, & prouenientibus inde ſym-
ptomatis ægrũ liberare: contra, cum vitioſus ſuccus aliquis, aut corruptela adſit, fieri non poteſt, vt
abunde facta euacuatione ſanitati homo reſtituatur. Nec ſanè alio ſe modo res habet ipſa: plures. n.
inuenti ſunt, quibus cum degrauaretur corpus, tenſionis q3 accederet ſenſus, venæ quàm primum
ſectione ſymptomatis his ſoluti ſint: non nullis contra per totum menſem corruptionis nocumen
tum permanſit, dum nec deprauatum ſanguinem potuimus vbertim exinanire, nec meliorem aliũ F
reponere: nam, vt ex cibarijs recte in corpore cõfectis bonus generatur ſanguis, ſic periculum eſt,
ne, dum idonea concedimus alimenta, cum prauo, qui prius inerat, bonus vnà corrũpatur. Quam
etiam ob rem nõ omnem ſe pollicentur corruptionem ſanaturos, ſed illam vnam, in qua validum
adhuc corpus ſit, vires q3 robuſtæ, non cum æruginoſus penitus factus ſanguis fuerit, & qui indi-
tum alimentũ trahere ſecum in corruptelam poſſit, ſed qui potius ab hoc ipſo cõtemperari queat:
ſed nec, cum ad vires æſtimata plenitudo fuerit, ſanari continuo æger poteſt, eo q; cum inanitione
vnà ipſa diſſoluantur interdum vires. Diximus de huiuſmodi affectu in opere de medendi metho
do. Ergo raro inanitione hominem continuo ſanum reddes: continget tamen quandoque hoc,
quemadmodum apparet: & huius ſanè rationis veritatem clare oſtendit experiẽtia: quidam enim
ab euacuationibus ſtatim ipſis omni liberantur moleſtia: ſed nec hoſce affectus noſſe medico cui-
uis promptum eſt, nec, vt eos norint, ſtatim etiam dignoſcere eos valent. Ij ſunt igitur, qui maxime
nugentur, inter quos, vt verum fateamur, primas obtinet Iulianus, qui, cum nullum vnquam cum
artis operibus commercium habuerit, ex his tamen, quæ ipſe nouit, audaculus reperitur. Cæterum
nos ſæpius inter ipſa artis opera poſt vtriuſq3 plenitudinis inanitionem homines ſanitati conti-
nuo reſtitutos oſtendimus, vtranq; dico, & quam ex vaſorum æſtimamus capacitate, cui plethoræ G
nomen eſt, & quam ex viribus metimur, quæ inanitione non diſſoluatur: atq; hæc, cum primum
ægros quis viſere inceperit, vnà cum ijs, qui ſanare nouerint, percipiet omnia.

Aduerſus Theſſalum & Iulianum de humoribus, qui à purgantibus pharmacis trahuntur. CAP. 8.

VIdeamus ea, quæ deinceps dicuntur, in quibus Aſclepiadæ rationem tractandam ſuſcipit Iu-
lianus peruulgatam illam, qua perſuadetur non proprios trahi à purgantibus medicamen-
tis humores, ſed ab his generari. Sanè pauca quædam de re hac diximus in calce libri de elementis
ſecundum Hippocratem, ſicuti in primo quoque de naturalibus facultatibus: poſtremo ſocijs ita
rogantibus librum etiam de hoc ſcripſimus vnum, cui titulus de purgantium medicamentorum
facultate: quare vniuerſum de his ſermonem, qui ſcire voluerit, inde ſibi petat: nos hoc in loco ijs,
quæ à Theſſalo dicuntur, reſiſtemus: prius tamen eius verba adſcribam: Athletam, quem volent, »
capiamus bona præditum habitudine, naturaliter q3 ſe habentem: huic bona in corpore cum inſit »
materia, firma que, medicamentum exhibemus, quæ que excernuntur, ſumme corrupta oſtendi- »
mus, vnde colligimus, nemine, qui ijs contradicere queat, reperto, cum, quæ nunc excernuntur »
acerrima ſimul ac corrupta, antequam medicamentum exhiberetur, talia athletæ non adeſſent H »
(bona enim is habitudine erat) nihil aliud nobis reſtare dicendum, quàm vtraque hæc à medica- »
mento fieri: primum quidem materiam ab eo in corruptelam verti, deinde etiam excerni, ſiue per »
vomitum id, ſiue per aluum fiat. Hæc ſunt Theſſali verba: audiſtis autem priuatim à me, quòd in
bonæ habitudinis aliquo humores purgentur omnes, id non magis, quòd nunc illi generentur,
declarare, quàm quòd antea contineantur: fruſtra igitur iſta attulit, neutrã neceſſario, aut compro-
bans, aut demoliens ſectam: quòd ſi aluum ſubducens aliquid exhibeat, non tamen medicamen-
toſum hoc illis eſt. Neq; vero inuerecundi Therſitæ more exhibemus, & oſtendimus, dicere de-
buit, cum neque exhibuerit id, neq; oſtenderit vnquam, nec iam exhibentem alium, aut oſtenden-
tem viderit. At nos ij certe non ſumus, qui ea, quæ minime præſtamus, dicere, aut ſcribere audea-
mus, ſed oſtenſa operibus prius ipſis veritate, tum demum rerum explicamus artem: id quod ex
his quoq;, qui de Theſſali grege ſunt, audias licet, partim quot ex ijs, qui aqua inter cutem labora-
bant, medicamento dato, quod aquam educeret, ventrem quàm primum ad æqualitatem reduxe-
rimus, partim etiam quot ictericos ſanitati continuo reſtituerimus, bilem trahente medicamento
exhibito. Verum neq; hæc, neq; aliud huiuſmodi quicquam vidit vnquam Iulianus: athletis pur-
gãs, inquit, exhibeo medicamentum, & oſtendo: veriſimile videlicet eſt, vt tanta præditus amentia

athletas

A athletas bonis prædítos ſuccis purget, aqua inter cutem laborantes non purget, non regio morbo affectos, non atra percitos bile, non eum, qui morbo, quem elephanta vocant, correptus ſit, non cancro affectum, non quem phagedæna, aut eryſipelas, aut alius quiſpiam, qui ex malo generetur ſucco, morbus infeſtet: ſatis nobis de his ipſius nugis dictum ſit: nam, ſi, quæ audire dignus eſt Iulianus, dicere omnia inſtiterit aliquis, huic non iam vno aut altero, ſed longe pluribus libris
« opus fuerit. Veruntamen eorum, quæ deinceps dicit, aliqua audiamus, hoc modo ſcribens: Aliud
« affero validiſſimum, quo maxime inſpecto reſipiſcere eos æquum fuerat, nō atra omnino bile agi:
« cum enim ſubeſſe bilem arbitramur, pituitam purgans medicamentum damus, nec iam pituita, ſed
« bilis excernitur: cum vero pituitam, hanc ipſam educente medicamento dato non pituita, ſed bilis
« vtrobique deiícitur: hydropicis aquam ducens medicamentum damus, tunc q3, cum manifeſto in
« hydropicis aqua contineatur, præter omnium maxime opinionem exire aqua non videbitur: par
« enim eſſet, vt, cum bilem trahens medicamentum exhiberemus, bilis, cum pituitam, pituita educeretur. Hæc ſunt, quæ dicat, in quo admiratione dignum eſt, quod primum dixit, non oportere ab
« atra omnino bile agi: nimirum nos atra percitos bile dicit, quicunque Hippocratem laudamus.
Quòd ſanè lepidum ſermonis genus illis potius conueniebat, quibus atrabilarios ab atra infeſta-
B ri bile placet: porrò fabuloſo Æſopi aſino ſimillimus eſſe Iulianus reperitur, qui, cum vnà Ariſtoſito domino accubantem melitenſem quendam catellum vidiſſet, circum'que ipſum ſaltitantem, ac delitioſe ludentem, mota ſubinde cauda, iucundam præterea quandam emittentem vocem, ob quæ læti conuiuæ erant, ipſum'que exoſculabantur omnes, nihil moratus ſit, quin in ſellam confeſtim inſiliens ruderet, ac ſeſe, caudam identidem quaſſans, verteret. Huic perquam ſimilis Iulianus cum ſit, cauilloſe in nos inuehitur, obiecta nobis per iocum melancholia, quæ ab atra, vt ipſe ait, bile fit. Sine igitur, in te nos de atra bile dicamus, qui, cum arte minus etiam quàm pueruli medici valeas, in Hippocratem inueheris: qua quæ nam maior inueniri melancholia poteſt? quę manifeſtior ignorantia? quæ tandem petulantior audacia? His nos iocoſe inceſſis Iuliane, indoctis q3 ea ita ſermonibus complicas, vt iam ne puerum quidem latere poſſit, quàm abſurda hæc ſint. Nam, cum Hippocrates dixerit nullam neque ætatem, neque anni tempus, neque aliud omnino inueniri tempus vllum poſſe, in quo ex corpore noſtro humor aliquis totus pereat, vt quos ſemper nobis ineſſe dicat, ſintq3 nimirum ij, ſanguis, pituita, atque vtraque bilis, quos in omnibus ineſſe omnes exiſtimat, incrementum autem ſuſcipere in alia temperatura, natura'que corporis, ætate, tempore, regione, morbo, ipſius te demoliri rationem putas; ſi bilioſo
C pituitam ducens medicamentum cum dederis, hæc quidem euacuetur, ipſa bilis non euacuetur.
Age vero, demus hoc manifeſto fieri, vt non ſemper proprium ſibi humorem euacuet medicamentum, num falſum propterea videri debet Hippocratis dogma? ſi nanque humores omnes æqualiter attrahit purgans medicamentum vnumquodque, ipſos autem in propriam ſpeciem
* quandam mutare ſolet, nihil erit inter venæ ſectionem, ac purgationem diſcriminis. Quòd ſi hæc ita habent, haud ſanè difficulter experientia poſſumus dogma ipſum probare, duobus'que propoſitis hydrope laborantibus hominibus, quibus eadem adſit magnitudo, idem corporis habitus, ætas eadem, alteri eorum aliquod, quod aquam trahat, medicamentum dandum, alterius ſecanda vena, conſiderandum q3 deinde, vtri eorum profuerit id, aut nocuerit: par autem fuerat, vt idem in vtroque fieret euacuationis modus, ac tot mitterentur ſanguinis heminæ, quot eſſent euacuatæ (vt ij quidem exiſtimant) aquæ à medicamento purgante. Verum demus etiam hoc illis, & in altero quidem, qui purgatur, aquæ heminæ euacuentur, verbi gratia, quindecim, in altero autem, cui ſecta vena eſt, duæ tantum, videamus nunc, vter horum iugulatus ſit (nam quid aliud, quæſo, dicendum ſit de hydropico, cui miſſus ſanguis fuerit?) atque vter adiutus maxime.
Quid mihi hic dices ò bone vir? num ſimiliter, atque ad eundem nos modum refellimus, quemad-
D modum paulo ante tu faciebas? bilem purgans medicamentum alicui detur, inquit, qui aqua intercute laboret: bilem hoc etiam ò bone vir euacuabit, verum modicam, omne q3 citra emolumentum. Bilioſo, quod aquoſam detrahat materiam, detur, hoc quidem aquoſa euacuabit, ſed modica, nec ſine detrimento: è diuerſo, quod aquam trahat, aſcite laboranti detur, quod bilem icterico, hic & plurimum euacuabitur homo, & maximo præterea cum iuuamento. Hæc, ſi apud medicorum aliquem ſcripta nondum legit Iulianus, hominis admiror diligentiam: ſin, cum iſta legiſſet, auſus eſt, quæcunque ſcripſit, ſcribere, par eſt, vt illius prudentiam admiratione proſequamur. Ego enim eorum, qui iſta audierunt, offendi aures puto. Iulianus, autem, cum de his ſcribit, inſanire nos arbitratur. Reſpondeat itaque ijs, quos laudauit, philoſophis in memoriam reuocatis, à quo nam ipſorum demonſtrandi legem huiuſmodi acceperit, cuiuſmodi vſus ipſe eſt. Si enim, inquit, bilem trahens medicamentum, animantis natum eſt bilem expurgare, non ipſam generare, in pituitoſis non ſanè bilis euacuaretur: quàm vero mire id, quod conſequens eſt, nouit? O præclaram ſophiſtæ huius dialecticam. Quid'nam tam vnquam prudenter Chryſippus, Ariſtoteles, Plato dixit? Qui, ſi de ijs propoſita illis foret conſideratio, cum nulla penitus contineretur in corpore bilis, id prorſus ſequi affirmarent, nullam quoque omnino à bilem trahentibus medicamentis exinaniri, cum vero modica ineſſet, quæ ab ijs traheretur, modicam quoque futu-

ram

ram esse dicerent, quemadmodum sanè plurimam, cum plurima contineretur. At nouæ huius dia E
lecticæ sophista Iulianus, cum modica quandoq; in corpore bilis insit, nullam prorsus bilem, hanc
ipsam ducentia medicamenta sequi censet, & postea nos quidem insanire dicit, quicunq; aqua in-
tercute laborantibus aquam ducens medicamentum damus, seipsum vero prudenter agere, cuius
placitis consentanea est venæ in his sectio. Simillimũ his ipsius sermonibus est, quod in sequẽtibus
verbis his affert: & quod magna ex parte vicissim intenditur, ac remittitur, indeterminata sanitas »
similis aliquis factus quantum ad nos, secundum omne continuitatis, quantum ad nos, in eo, quod *
rarenter, nec sæpenumero fit. Per hæc Iulianus opinionem refellit existimantium corporeos sem- *
per esse passionum affectus intensionibus, ac remissionibus in testimonium adductis: id q; facit, ra
tus se in hoc methodicorum opinioni consentire, à veteris autem magistri placitis dissentire, cum
tamen diuersissimum hoc sit. Nam, qui in solidis animantis partibus insunt affectus, obfirmati in-
sunt ac durabiles: at quæcunq; humida sunt, præterquam quòd in alias animantis particulas subin
de decumbunt, par est etiam, vt partim in halitum tenuefacta digerantur, partim etiam per meatus
sensui patentes excernantur, & nunc quidem à gubernatrice animantium natura concocta, melio-
ra, nunc à febrili immutata calore, deteriora fiant: ac quædam ob calorem hunc difflentur, quædam
rursus bonis admista alimentis meliora euadant, non nulla autem à prauis illis confluentibus cor- F
rumpantur, siue ea prius etiam, quàm assumerentur, praua fuerint, siue non recte ea ventriculus
concoxerit.

Desunt quædam.

Accensas vero ob putrefactos humores febres, nihil sanè mirum sit, si, prout collecti ij per loca
fuerint, putrefacti q3, atque exinaniti, ita generationes, ac declinationes sortiuntur: verum hoc il-
los fortasse quispiam dicentes ferat: at, quod deinceps Iulianus scribit, non iam cum alijs commu-
ne, sed ipsi proprium hoc nunc referam: satius autem visum mihi fuit vniuersa illius verba, quan-
quam prolixiora, adscribere, ad hunc modum habentia. Quod vero intelligi nõ potest, cum in ple »
nitudinem, aut corruptelam pro eo, quod præsens poni debet, morbi refertur causa, quis nam quę- *
so exactissime aliquid dignoscet? affectu de toto corpore abeunte necesse est, omnia in omni par- »
te, particula q3 redundare fateamur: vnà enim cum affectu perduret, opus est, continens causa: per »
totum autem eunt affectus, quales febres sunt, & quamplurima alia, in quibus in toto inesse pleni- »
tudinem oportet, plurimam q3, cum plurimus morbus fuerit, atque ita concessum dicere. Quòd G
si vero * * quod contradicit humoris plenitudo: atqui Iuliano non placet morbo-
rum, qui in vniuerso consistunt corpore, continentem causam in vno consistere loco, sed, si
quis fluxum etiam in bubone continentem esse supponat, febris cum sit, in tantam incidet sermo »
dubitationem: nam dissoluto bubone, nec permanere illam, nec cessare possibile est, cum manen-
te quidem necesse sit, vt & febris soluatur: soluta autem continentem sui ipsius causam bubonem
habeat, oportet: ex q3 hoc præclari huius defensoris subuerti rationem necesse est, qua ait fieri non
posse, vt morbi, vniuerso in corpore qui sit, causa vnico consistat loco, cum tamen nullam aliam
continentis causæ afferre rationem possit, quàm quòd ab ea aliquid fiat, ac cum ea pariter cesset,
nisi forte hoc etiam in loco, quemadmodum in alijs quoq; facere consueuit, repente se
Stoicum rursus profiteatur: verum cum hoc fecerit, non modo morbi, sed
ipsius etiam sanitatis causam afferet aliquam, &, quod minime vult,
calidum esse morbum aliquem, & frigidum, & siccum, & hu-
midum dicere cogetur. Quamobrem desinat ina-
nes has nugas afferre, neq; * modum,
verum alia excogitet, dum laudibus H
quidem nunc Stoicos extollit,
nunc ipsorum etiam
placita tollit.



GALENI LINGVARVM,
HOC EST, OBSOLETARVM
HIPPOCRATIS VOCVM,
EXPLANATIO,

Mario Nizolio Brixellenſi interprete:

Hunc librum Auguſtinus Gadaldinus, ex plurium Græcorum codicum collatione, pluribus in locis nuperrime emendauit.



CVm volueris ò Teuthra linguas, {hoc eſt voces obſoletas,} quę apud Hippocratem reperiuntur, quàm breuiſſimè fieri poſſet, à nobis exponi, libenter & prompte tibi paruimus, huiuſmodi ſtudiis pulcherrime morem gerere, pulcherrimum exiſtimantes. Erit autem, vt ipſe iuſſiſti, ordo orationis noſtræ ex ordine literarum, à quibus ipſæ linguæ initium capiunt: ſi prius tamẽ illud definierimus, inter expoſitionem omnium verborum Hippocratis, & ſolarum ipſius linguarum, quid interſit. Quæcunque igitur voces antiquis temporibus erant in vſu, nunc autem non amplius ſunt, huiuſcemodi voces linguas vocant, & ad has exponendas accedimus. Alias vero omnes, quæcunq; inquiſitionem quidem non minorem deſiderant, vſitatæ tamen in hunc vſque diem ſunt, in ipſorum librorum expoſitionibus ſuper his inſpicere commodius fuerit. Quid enim iudicium, & quid diuinum, & quid integre, & quis in ſummo bonus habitus, & omnia, quæ talia ſunt, oratione quidem longiſſima ad explanandum indigent, in communi tamen vſu verſantur nihilominus, quàm vita, & breuis, & ars, & longa, & opportunitas temporis, & velox: quanquam & harum vocum non nullæ expoſitionis alicuius egent. Ex quo mihi in mentem venit admirari eos, qui omnia Hippocratis verba ſe expoſituros pollicentur, ſi quidem non intelligunt plura ſe præterire, quàm docere. Dioſcorides quidem, non Herophilius ille cognomento Phacas, ſed iunior quidam patrum noſtrorum memoria multis libris ſcriptis non modo dimidiam, ſed ne tertiam quidem, aut quartam partem omnium verborum Hippocratis exponit. Ac præter alia multa, cumulus etiam accedit horum duorum, quæ ab eodem in toto opere peccantur: primum quia de manifeſtiſſimis nominibus mentionem facit, ad quæ intelligenda non modo multa, ſed ne minima quidem explanatione opus eſt: deinde, quòd hoc ipſum non ſemel tantum, ſed ſæpiſſime facit. Hæc igitur nos contempſimus, & præter hæc etiam omiſimus exponere formam vniuſcuiuſque arboris, & herbæ, & eorum, quæ ex metallicis fodinis eruuntur, tum autem & piſcium, & animalium omnium, de quibus frequenter mentionem facit Hippocrates. Quæ quidem Dioſcorides is, de quo loquor, non erubeſcit tranſcribere ex libris Nigri, & Pamphili, & Dioſcoridæ Anazarbæi, atque ante hos Crateuæ, & Theophraſti, & Heraclidæ Tarentini, & aliorum innumerorum. Idem quoque notiſſimarum vrbium nomina exponit, ſimiliter'que Aſtrorum manifeſtiſſimorum, quæ ne puer quidem ignorare poſſet. Atque in his exponendis non hic ſolus, ſed etiam alij complures peccant. Hæc igitur omnia ſi quis amputet, linguas explanauerit ſolas, vt Herophilus fecit, & Bacchius, cui Ariſtarchus grammaticus multitudinem exemplorum congeſſit, vt aiunt: nos autem (vt ſcis) plura etiam, quàm illi, excerpſimus, ea'que in commentariis habemus. Quæ celeriter & ipſa, ſi volueris, latiore enarratione colligemus tibi. Nunc autẽ, quod iudicatum eſt, & longioribus illis commentariis demonſtratum, roganti tibi, vt per capita habeas, præſens liber compoſitus eſt, complectens non ſolum omnia nomina, quæ cum ab alijs antiquis vſurpata fuerint, nunc amplius in vſu non ſunt, ſed etiam quæcunq; ipſe Hippocrates proprio aliquo modo ſibi fecit, vel transferens à conſuetudine, vel figuram accommodans aliam,

vel ſignificationem mutans: nanque antiquos multa ſibi nomina feciſſe, oſtenſum quidem ſatis E
eſt ab Eratoſthene in libris de antiqua comœdia, [a]† ſed ego quoque idem tibi paucis per exempla
poſſum demonſtrare, cum pauci admodum facultatem habeant euidentius diſcernendi, quid
nam lingua ſit, & quid linguæ ſimile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Ariſtophanis
exempla ex Dętaleis abunde ſatisfactura, quæ ferè ad hunc modum habent: Ad hęc tu dic Ho-
mere, quá nam lingua vocant κόρυκα. in illa enim fabula ſenex quidam ex Dętaleis proponit
procaci filio primũ, κόρυκα quid ſint, vt exponat: poſtea vero, quid vocẽt ἀμφηνὰ κάρηνα: Et ille
quidem viciſſim proponit linguam, quę in tabulis Solonis eſt [b]† ad cauſas differẽtes} hoc modo.
Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid vocent, ἰδοὺ σίτε. Deinceps proponit, quid
nam ſit bene facere: ex quibus manifeſtum eſt linguam antiquum eſſe nomen, quod ex conſue-
tudine decidit. Quod autẽ vnuſquiſlibet eorum, qui [c]† in ſtudijs doctrinæ} verſabantur, putabat
licere ſibi facere noua vocabula, ſatis indicat: & Antiphon, qui, quomodo ea facienda ſunt, edo-
cet. Indicat etiã & ipſe Ariſtophanes in eadem fabula his verbis, ἄλις ὀρέλη καὶ μύρον καὶ ταινίαι.
Poſtea ſenex irridens ἥδεσ' ὀρέλη iſtud eſt ab Lyſiſtrato. Rurſus autem, cum Procax filius dixiſ-
ſet, fortaſſe à nobis non perterreberis tempore: & hoc filij dictum ſenex irridens, ait, hoc perter-
reberis à rethoribus eſt: tum rurſus, cum ille dixiſſet, quò tandem tibi hęc verba euadent. Rurſus F
ſenex & hoc, euadent, tanquam ab Alcibiade ſumptum carpit, ac filius quidem nondum deſinẽs,
neque reuerens ſenem, quid coniectas? etiam malos viros diceres eos, qui exercent probitatem.
Poſtea ſenex, ὦ Traſymache, quis horum patronorum te liberat? Manifeſtum igitur puto ex his
tibi factum eſſe, vt dixi, eſſe modum linguarum, cum nomen commune omnibus à conſuetudine
ſuperante cecidit, vel factum ab aliquo antiquorum non omnino receptum fuit in conſuetudi-
nem. Sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quæ vſitata non ſunt, aliqua aſſumit, aliqua ipſe
facit, aliqua autem [d]† nouis adiũctis ſententijs} mutat, quorum vnũquodq; vnà cum linguis ex-
ponendum cenſemus, cum ex conſuetudine, quæ nunc eſt, cecidiſſe videbitur. Sic igitur, ſi cuius
etiam ſtirpis nomen, vel animalis, vel vrbis valde obſcurum fuerit, hoc tibi inter ipſas linguas ex-
ponemus: & omnino hoc ſpectabimus, vt non tibi ſoli, ſed etiam alijs, qui modo primas literas
attigerint, liber hic vtilis exiſtat. Si vero quiſpiam neſcit, quid ſit ἀνερήσομαι, & ὑποφρόσω, & ἄμ-
φω ἀμφίεσμα, & alia, quęcũq; talia ſunt, ad Dioſcoridem eum, & ad illius ſimiles remittemus, vt ad
eos, qui talia docere non indignum putant. Cum igitur aperte definitum ſit à nobis, quid nam ſit
lingua, quid vox vſitata, & cum dictum ſit exiſtimaſſe nos idipſum, quod iudicatum eſt à nobis,
& demonſtratum in alijs libris, hic tibi ſolum ſine demonſtatione eſſe ſcribendum, ad explanatio G
nem iam ipſarum linguarum accedamus, eligentes ipſas ex omnibus libris non ſolum vere
Hippocraticis, ſed etiam ex ijs, qui Hippocrati quoquo modo ſunt inſcripti. Quòd autem
multæ à Bacchio prætermiſſæ linguæ hic ſcriptę ſunt, quod que nullam nos
prætermiſimus, ipſe liber docebit, quemadmodum & illud. quod
prout videtur oratio poſtulare, [e]† aliquãdo quidem in-
terpretamur ipſam locutionem, qua cum expo-
ſuimus linguam}: in plurimis autem id fa
cere negligimus, cum [f]† ſine interpre
tatione} ſperamus ipſam ex-
planationem fore
manifeſtam.

a† *Hoc in loco, vbi codices græci impreſſi habẽt,* ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων ἐχόντων γινώσκειν ἐναργέστερον οἷον μέντοι &c. *manuſcripti duo habent.* ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων, ὑπὲρ τοῦ γινώσκειν, &c. *vt ſic poſtea vertatur. Sed et ego quoque nunc tibi breuiter poſſũ per pauca exẽpla oſtendere, quo euidentius cognoſcas quid nam lingua, etc.*

B† *Aliqui codices habent,* εἰς δίκας διαφέρουσαν, *i. ad iudicia, ſeu cauſas ſpectantem.*

C† περὶ λόγους.

D† *ſignificatis.*

E† ποτὲ μὲν παραγράφομεν αὐτῶν τὴν ῥῆσιν ἐξ ἧς ἐξηγησόμεθα τὴν γλῶτταν, *i. aliquando quidem adſcribemus ipſã orationẽ, ex qua exponemus linguam.*

F† χωρὶς ῥήσεως.

LITERAE A.

A† Quasi dicas, ansulatũ, vel annulatũ, ea forma qua ἁλυσειδωτὸν catenatum, & chiridotõ, manicatũ dicim⁹.

B* Cod. Henrici Stephani uiri græcæ & latinæ linguæ peritißimi, habet κυρτώματος, i. gibbositate.

C† Quo medi ci uulnera, vel ulcera ptentãt.

D *Vulgo spicas vocant.

E † Dũ hunc libriũ præ manibus haberẽ, Melchior Guilãdin⁹ rei herbariæ professor celebris, hæc ad me de hoc unguento scripsit. Duplex hoc loco error elucet, tũ quia unguẽtum Aegyptium non est Metopium: tũ quia Metopiũ haudquaquã conficiebatur ex floribus spinæ ægyptiæ: quã spinã Dioscorides Acaciãnuncupat. Caterum unguentũ Aegyptium idẽ esse quod stacten, quã sacræ Hebræorum literæ ueteris uersionis Guttam uocãt, testis ẽ Didymus apud Athenæũ δειπνοσοφιστῶν decimoquinto. Vnde uero cõstaret, quod Metopiũ dicebat, ψεῦδος docet Dioscorides, Paul⁹, cæteri. Hæc Melchior.

*† Ἀγκυλιδωτόν. Ansulam vel annulũ habens, dictum est autem de ᵇ currũ.

c† ἀγκυροειδὴς. Speciũ siue specillum hamatũ.

d *ἀγγλιθες. Partes capitis allij.

ἀγρία κολοκύνθη. Colocynthis, i. agrestis cucurbita, vt Crateuas, & Dioscorides, & Pãphil⁹.

ἄγροφον. Montanum, syluestre.

ἄγυια. Imbecillia, {quasi membris carentia.}

ἀγχόμβυος. Qui suffocatur.

ἀδηλάξαδες. Morderi cum pruritu.

ἀδηνέως. Negligenter, sine cura.

ἄετωμα. Pars tecti in sublime erecta, vt triangulus. B

ἀτελγεται. Remittitur, resoluitur.

ἀθήρ. Et tuberculi, quod in palpebra oculi natũ a similitudine hordei Crithe dicit, pars acuta est, vt in secundo de morbis minore, & eius partis summum, quæ in cuspide sagittæ πώγων, hoc est barba appellatur, vt in quinto de morbis popularibus.

ἀθώρηκτος. Qui non ebrius est.

ἀγλίν. In oculis albicans cicatrix, vt in maiori de prædictione, & albescentes humores concreti, vt in Coacis prænotionibus.

ἀιγοκέρας. Quod & βουκέρας, & τῆλις, i. fœnugræcum.

ἀιγύπτιον ἔλαιον. Ægyptiũ oleum, quod ipsi vocant cicinũ: veteres quidẽ ex ricino ricininũ. C

ἀιγύπτιον ἔλαιον λευκὸν. Ægyptium oleum album, quod ex liliis conficitur, & lilinum, & susinum nominatum est.

ἀιγύπτιον μύρον λευκὸν. Ægyptium vnguẽtum album, quod & mẽdesium nominatum est, confectũ ex liliis, et aromatibus, propterea q; vnguentum non oleum vocatur, idem q; lilinunguentũ, et susinum vnguentum appellatum est.

ἀιγύπτιον μύρον. c †Ægyptium vnguentũ ex flore ægyptiæ spinæ, quod & metopium nominatum est.

ἀιγύπτιον στυπτηρίαν. Ægyptium alumen, quod & scissile, & triscissile nominamus. D

ἀεί. Significat aliquando, apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.

ἀιθάλη. Idem quod {fumus vel} fuligo.

ἀιθιοπικόν. Subaudiendum est cuminum.

ἀιθύλικες. In summa cute circuli, similes circulis rubris, qui ab igne excitantur, ab ἀίθειν, quod est vrere nominati, & ἀιθυλικόδια. videlicet his circulis similia, quæ multi vocant αἱμάλωπας.

αἱματοφλοισβοισάσιες. Sic. n. Dioscorides scribit, compressiones supertumescẽtis sanguinis existimans significari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis sanguinis effusionibus retentio opportuna. plures tñ scribunt αἱματοφλεβοισάσιες, & venas inflatas sanguinis plenas ex nomine significari putant.

αἱμοκέρχνα. In sanguinis effusione asperitãtem inducentia, hoc autem est morsus quidam subasper irritans in aspera arteria. *κίρχνον.

αἰνειάτης. Ab Ænea ciuitate Thraciæ, quem eundem & αἰνειοτικὸν aliquando vocat.

αἰόλαδζ. Quasi vagari, & errare.

αἰών. Vita.

ἀκαλήφη. Quæ quidem & vrtica.

ἀκεσά. Curabilia, nam ἄκη, medicamenta sunt.

ἀκήρατος. Incorruptibilis.

ἀκὶς. Sic nominatur ferrum sagittæ.

ἀκόνην. In adiunctis libro de ratione victus, sic noiauit mortarium, similiterq; Theophrastus in libro de stirpibus octauo.

ἄκουσα. Repleta.

ἀκράλεια. † Filia fœmina, Minerua, Venus. † ἄκρεα.

ἀκρέσπερον. Summa vespera, hoc est, prima, & incipiente.

ἄκρητον. Impermistum. sic. n. nominatur omne, quod cum altero mistum non est, & puram suam seruat naturam.

ἀκρητοχόλους. Puram contrahentes bilem.

ἄκρειτον πάγος. Velut immensum spatium. dictũ est autem in libro de hebdomade de eo, quod est extra mundũ, vel infinito, vel inani, quod cogitatione informari non potest.

ἀκροώλοα. Superne, & tanq; in summo nãuigãtia, sic & ἀκροώλοι, in summo nãuigantes. * ἐμπλέοντα quã dictionẽ alij vertũt natãtia, vel fluitantia.

ἀκροστίς. Lingua sic dicta est in septimo de morbis popularibus, tanq; sua ipsius extrema non informans, hoc est inarticulata propter motus difficultatem.

ἀκροστατὲς. In superficie mutatum. * ὀπωλὴς est in aliqbus co. ut uertit interpres, in alijs ὀπὶ βραχὺ, i. parum.

ἀκρόψιλον. In summo glabrum, hoc est nudũ.

ἀλαΐα φθίσις. Incomprehensibilis corruptio. Sic nominata est in libro de locis in homine, tanquam cæca, & inuisibilis. * tabes.

ἀλάπης. Qui est ex Alaptis, Alapta enim oppidum est Thraciæ.

ἀλάστορες. Et ipsi homines, qui talia perpetrant, ob quæ cruciari mereantur, & vindices dei, qui eos persequuntur.

ἀλγήματα. {Ægrotationes, nam} sæpe & de ipsa ægrotatione nomẽ inducit, & τὸ ἀλγεῖν similiter pro ægrotare, & aliquid pati, & alia ab ipso.

ἀλεάζειν. Calefacere.

ἀλέϊον ὕδωρ. Aqua conferto imbre cõgregata.

ἀλέϊον. Congregatum, confertum.

ἀλεξητήρια. Remedia, & auxilia, quæ malis arcendis adhibentur, nam & ἀλέξαδζ auxiliari est.

ἀλέουσιν. Congregant.

ἄλειφα. Oleum, vel adeps.

ἀλέως. Collectim.

ἀλεότητα. Congregationem.

Ἀληθέωσιν. Decipiant, imponant: dictum est autem & in errore.

vel ſignificationem mutans: nanque antiquos multa ſibi nomina feciſſe, oſtenſum quidem ſatis E
eſt ab Eratoſthene in libris de antiqua comœdia, [a]† ſed ego quoque idem tibi paucis per exempla
poſſum demonſtrare, cum pauci admodum facultatem habeant euidentius diſcernendi, quid
nam lingua ſit, & quid linguæ ſimile ab antiquo aliquo factum. Puto autem tibi Ariſtophanis
exempla ex Dętaleis abunde ſatisfactura, quæ ferè ad hunc modum habent: Ad hęc tu dic Ho-
mere, qua nam lingua vocant κόρυκα. in illa enim fabula ſenex quidam ex Dętaleis proponit
procaci filio primũ, κόρυκα quid ſint, vt exponat: poſtea vero, quid vocẽt ἀμφηνὰ κάρηνα: Et ille
quidem viciſſim proponit linguam, quę in tabulis Solonis eſt [b]† ad cauſas differẽtes} hoc modo.
Tuus quidem, meus autem hic frater dicat, quid vocent, ἰδοῦσίτε. Deinceps proponit, quid
nam ſit bene facere: ex quibus manifeſtum eſt linguam antiquum eſſe nomen, quod ex conſue-
tudine decidit. Quod autẽ vnuſquiſlibet eorum, qui [c]† in ſtudijs doctrinæ} verſabantur, putabat
licere ſibi facere noua vocabula, ſatis indicat: & Antiphon, qui, quomodo ea facienda ſunt, edo-
cet. Indicat etiã & ipſe Ariſtophanes in eadem fabula his verbis, ἄλις ὀρέλη καὶ μύρον καὶ ταινίας.
Poſtea ſenex irridens ἥδεσ' ὀρέλη iſtud eſt ab Lyſiſtrato. Rurſus autem, cum Procax filius dixiſ-
ſet, fortaſſe à nobis non perterreberis tempore: & hoc filij dictum ſenex irridens, ait, hoc perter-
reberis à rethoribus eſt: tum rurſus, cum ille dixiſſet, quò tandem tibi hęc verba euadent. Rurſus F
ſenex & hoc, euadent, tanquam ab Alcibiade ſumptum carpit, ac filius quidem nondum deſinẽs,
neque reuerens ſenem, quid coniectas? etiam malos viros diceres eos, qui exercent probitatem.
Poſtea ſenex, ὦ Traſymache, quis horum patronorum te liberat? Manifeſtum igitur puto ex his
tibi factum eſſe, vt dixi, eſſe modum linguarum, cum nomen commune omnibus à conſuetudine
ſuperante cecidit, vel factum ab aliquo antiquorum non omnino receptum fuit in conſuetudi-
nem. Sic igitur & Hippocrates ex nominibus, quæ vſitata non ſunt, aliqua aſſumit, aliqua ipſe
facit, aliqua autem [d]† nouis adiũctis ſententijs} mutat, quorum vnũquodq; vnà cum linguis ex-
ponendum cenſemus, cum ex conſuetudine, quæ nunc eſt, cecidiſſe videbitur. Sic igitur, ſi cuius
etiam ſtirpis nomen, vel animalis, vel vrbis valde obſcurum fuerit, hoc tibi inter ipſas linguas ex-
ponemus: & omnino hoc ſpectabimus, vt non tibi ſoli, ſed etiam alijs, qui modo primas literas
attigerint, liber hic vtilis exiſtat. Si vero quiſpiam neſcit, quid ſit ἀνερήσομαι, & ὑποφρόσσω, & ἄμ-
φω ἀμφίεσμα, & alia, quęcũq; talia ſunt, ad Dioſcoridem eum, & ad illius ſimiles remittemus, vt ad
eos, qui talia docere non indignum putant. Cum igitur aperte definitum ſit à nobis, quid nam ſit
lingua, quid vox vſitata, & cum dictum ſit exiſtimaſſe nos idipſum, quod iudicatum eſt à nobis,
& demonſtratum in alijs libris, hic tibi ſolum ſine demonſtratione eſſe ſcribendum, ad explanatio G
nem iam ipſarum linguarum accedamus, eligentes ipſas ex omnibus libris non ſolum vere
Hippocraticis, ſed etiam ex ijs, qui Hippocrati quoquo modo ſunt inſcripti. Quòd autem
multæ à Bacchio prætermiſſæ linguæ hic ſcriptę ſunt, quod que nullam nos
prætermiſimus, ipſe liber docebit, quemadmodum & illud. quod
prout videtur oratio poſtulare, [e]† aliquãdo quidem in-
terpretamur ipſam locutionem, qua cum expo-
ſuimus linguam}: in plurimis autem id fa
cere negligimus, cum [f]† ſine interpre
tatione} ſperamus ipſam ex-
planationem fore
manifeſtam.

[a]† *Hoc in loco, vbi codices græci impreſſi habẽt,* ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων ἐχόντων γινώσκειν ἐναργάστερον οἷον μέντι &c. *manuſcripti duo habent.* ἐπὶ παραδειγμάτων ὀλίγων, ὑπὲρ τῶ γινώσκειν, &c. *vt ſic poſtea vertatur. Sed et ego quoque nunc tibi breuiter poſſũ per pauca exẽpla oſtendere, quo euidentius cognoſcas quid nam lingua, etc.*

B † *Aliqui co. habent,* εἰς δίκας διαφέρκσαν, *i. ad iudicia, ſeu cauſas ſpectantem.*

C † περὶ λόγος.

D † *ſignificatis.*

E † ποτὲ μὲν παραγράλομεν αυτὴν τὴν ῥῆσιν ἐξ ἧς ἐξηγησόμεθα τὴν γλῶτταν, *i. aliquando quidem adſcribemus ipſã orationẽ, ex qua exponemus linguam.*

F † χωρὶς ῥήσεως.

LITERAE A.

A † Quaſi dicas, anſulatū, vel annulatū, ea forma qua ἀνσειδωτὸν catenatum, & chiridotō, manicatū dicim⁹.

*† Ἀγκυλιδωτόν. Anſulam vel annulū habens, dictum eſt autem de ᵇ currū.

ᶜ † ἀγκυρομήλη. Speciū ſiue ſpecillum hamatū.

ᵈ * ἀγγλιθές. Partes capitis allij.

ἀγρία κολοκύνθη. Colocynthis, i. agreſtis cucurbita, vt Crateuas, & Dioſcorides, & Pāphil⁹.

ἄγροφον. Montanum, ſylueſtre.

ἄγυια. Imbecillia, {quaſi membris carentia.}

ἀγχόμβυος. Qui ſuffocatur.

ἀδλάξαδς. Morderi cum prurītu.

ἀδληνέως. Negligenter, ſine cura.

ἄετωμα. Pars tecti in ſublime erecta, vt triangulus. B

ἀτέλγεται. Remittitur, reſoluitur.

ἀθήρ. Et tuberculi, quod in palpebra oculi natū à ſimilitudine hordei Crithe dicit, pars acuta eſt, vt in ſecundo de morbis minore, & eius partis ſummum, quæ in cuſpide ſagittæ πώγων, hoc eſt barba appellatur, vt in quinto de morbis popularibus.

ἀθώρηκτος. Qui non ebrius eſt.

ἀγλίη. In oculis albicans cicatrix, vt in maiori de predictione, & albeſcentes humores concreti, vt in Coacis prænotionibus.

αἰγοκέρας. Quod & βουκέρας, & τῆλις, i. fœnugræcum.

αἰγύπτιον ἔλαιον. Ægyptiū oleum, quod ipſi vocant cicinū: veteres quidē ex ricino ricininū. C

αἰγύπτιον ἔλαιον λεύκον. Ægyptium oleum album, quod ex lilijs conficitur, & lilinum, & ſuſinum nominatum eſt.

αἰγύπτιον μύρον λεύκον. Ægyptium vnguētum album, quod & mēdeſium nominatum eſt, confectū ex lilijs, et aromatibus, propterea q̄ vnguentum non oleum vocatur, idem q̄ lilinunguentū, et ſuſinum vnguentum appellatum eſt.

αἰγύπτιον μύρον. ᵉ † Ægyptium vnguentū ex flore ægyptiæ ſpinæ, quod & metopium nominatum eſt.

αἰγυπτίην στυπτηρίαν. Ægyptium alumen, quod & ſciſſile, & triſciſſile nominamus. D

αἰεί. Significat aliquando, apud Hippocratem etiam donec, & apud multos alios antiquos.

αἰθάλη. Idem quod {fumus vel} fuligo.

αἰθιοπικόν. Subaudiendum eſt cuminum.

αἰθύλικες. In ſumma cute circuli, ſimiles circulis rubris, qui ab igne excitantur, ab αἴθειν, quod eſt vrere nominati, & αἰθυλικόδεα. videlicet his circulis ſimilia, quæ multi vocant αἱμάλωπας.

αἱματοφλοισβοισάσιες. Sic.n. Dioſcorides ſcribit, compreſſiones ſupertumeſcētis ſanguinis exiſtimans ſignificari. Quoniam & alibi ait, in inflammatis ſanguinis effuſionibus retentio opportuna. plures tñ ſcribunt αἱματοφλεβοισάσιες, & venas inflatas ſanguinis plenas ex nomine ſignificari putant.

αἱμοκέρχνα. In ſanguinis effuſione aſperitātem inducentia, hoc autem eſt morſus quidam ſubaſper irritans in aſpera arteria. * κίρχνον.

αἰνειάτης. Ab Ænea ciuitate Thraciæ, quem eundem & αἰνειοτικὸν aliquando vocat.

αἰόλαδς. Quaſi vagari, & errare.

αἰών. Vita.

ἀκαλήφη. Quæ quidem & vrtica.

ἀκεσά. Curabilia, nam ἄκη, medicamenta ſunt.

ἀκήρατος. Incorruptibilis.

ἀκίς. Sic nominatur ferrum ſagittæ.

ἀκόνην. In adiunctis libro de ratione victus, ſic noīauit mortarium, ſimiliterq̄ Theophraſtus in libro de ſtirpibus octauo.

ἄκουσα. Repleta.

ἀκράλεα. † Filia fœmina, Minerua, Venus. † ἄκρεα.

ἀκρέσπερον. Summa veſpera, hoc eſt, prima, & incipiente.

ἄκρητον. Impermiſtum. ſic.n. nominatur omne, quod cum altero miſtum non eſt, & puram ſuam ſeruat naturam.

ἀκρητοχόλους. Puram contrahentes bilem.

ἄκριτον πάγος. Velut immenſum ſpatium. dictū eſt autem in libro de hebdomade de eo, quod eſt extra mundū, vel infinito, vel inani, quod cogitatione informari non poteſt.

ἀκροώλια. Superne, & tanq̄ in ſummo nāuigātia, ſic & ἀκροώλιοι, in ſummo nāuigantes. * ἐμπλέοντα quā dictionē alij vertūt natātia, vel fluitantia.

ἀκροσαθίης. Lingua ſic dicta eſt in ſeptimo de morbis popularibus, tanq̄ ſua ipſius extrema non informans, hoc eſt inarticulata propter motus difficultatem.

ἀκροσαπές. In ſuperficie mutatum. * ὑπὸ πολῆς eſt in aliqbus co. ut uertit inter pres, in alys ὑπὸ βραχὺ, i. parum.

ἀκρόψιλον. In ſummo glabrum, hoc eſt nudū.

ἀλαΐα φθίσις. Incomprehenſibilis corrūptio. Sic nominata eſt in libro de locis in homine, tanquam cæca, & inuiſibilis. * tabes.

ἀλάπης. Qui eſt ex Alaptis, Alapta enim oppidum eſt Thraciæ.

ἀλάστορες. Et ipſi homines, qui talia perpetrant, ob quæ cruciari mereantur, & vindices dei, qui eos perſequuntur.

ἀλγήματα. {Ægrotationes, nam} ſæpe & de ipſa ęgrotatione nomē inducit, & τὸ ἀλγεῖν ſimiliter pro ægrotare, & aliquid pati, & alia ab ipſo.

ἀλεάζειν. Calefacere.

ἀλέϊον ὕδωρ. Aqua conferto imbre cōgregata.

ἀλέϊον. Congregatum, confertum.

ἀλεξητήρια. Remedia, & auxilia, quæ malis arcendis adhibentur, nam & ἀλέξαδς auxiliari eſt.

ἀλέισιν. Congregant.

ἄλειφα. Oleum, vel adeps.

ἀλέως. Collectim.

ἀλεότητα. Congregationem.

Αληθέωσιν. Decipiant, imponant: dictum eſt autem & in errore.

D * Vulgo ſpicas vocant.

E † Dū hunc librū præ manibus haberē, Melchior Guilādin⁹ rei herbariæ profeſſor celebris, hæc ad me de hoc vnguento ſcripſit. Duplex hoc loco error elucet, tū quia unguētum Aegyptium non eſt Metopium: tū quia Metopiū haudquaquā conficiebatur ex floribus ſpinæ ægyptiæ: quā ſpinā Dioſcorides Acaciā nuncupat. Cæterum vnguentū Aegyptium idē eſſe quod Stactē, quā ſacræ Hebræorum literæ ueteris uerſionis Guttam uocāt, teſtis ē Didymus apud Athenæū δειπνοσοφιστῶν decimoquinto. Vnde vero cōſtaret, quod Metopiū dicebat, ꝓſpicue docet Dioſcorides, Paul⁹, cæteri. Hęc Melchior.

ἀλθεῖν. Curare, ſanare.
ἄλθεξις. Curatio, ſanatio.
ἀλθίσκειν. Curare, ſanare.
ἄλκαρ. Remedium, Auxilium.
ἀλλογνοῶν. Deſipiens, & tanꝯ alia percipiens, quam quæ ſunt, ſic & ἀλλοφρονήσας dictum eſt ab ipſum, de eo, qui mente alienata eſt.
ἀλλοιοτροπεῖται. Vertitur varie.
ἀλλόκοτον. Obſcurum & incognitum.
ἀλλοφάσοντες. Deſipientes, inſanientes.
ἀλαοί. Cæci, quod & ἀλαὸς cæcus eſt.
ἁλυκόν. Salſum.
ἀκρητόχολον. Sic nominat eum, quem & ἀκρόχολον, hoc eſt, qui puram congregat bilem.
ἀλύζει. Fluctuat, iactatur: ſic & ἀλύξει in futuro dictum eſt.
ἀλυσμόν. Quod & fluctuationem quãdam, et hæſitationem, quin & agitationem vocant, & ἀλυχὴ hoc idem.
ἄλφιτα. Non ſolum ex hordeis farinæ ſic vocantur: nam in primo de morbis mulierum ἄλφιτα πυρινὰ, hoc eſt farinæ triticeæ dictũ eſt: in ſecundo autem de morbis maiore, & lentium, & eruorum ſiccatorum. Omnis igitur moliti grani mediocri magnitudine fragmẽtum ἄλφιτα appellant, nam maiora fragmenta, κρήμνα, hoc eſt craſſiores farinę, minora autem ἀλέυρα, hoc eſt tenuiores farinę nominantur.
ἄλφιτα προκώνια. Quæ ante coni ſiue metæ cõſtructionem fiunt, hoc eſt ex recẽtibus, & teneris hordeis, conus.n. quidam in areis etiã nunc erigitur, & maxime in pluuioſis regionibus, lignum rectum, circa quod componuntur fructus in coni, vel metæ formam.
ἀμαλδύνεται. Ipſi vſitatũ eſt, quaſi offuſcatur, & quaſi obſcuratur, vt in ſecũdo de morbis mulierum, oculi offuſcantur.
ἀμαλῶς. Et molliter, quod idẽ valet, quod non valde, vt in libro de purulentis. Hoc autem molliter vitãt: Et facile: vt in primo de morbis maiore, Et oculis non facilẽ videt. & in ſecundo maiore, Et cibos non facilẽ recipit.
ἀμαμήλιδας. Genus quoddam meſpili, plurimum in Italia naſcẽs, vt Dioſcorides ait, quidam autem θημηλίδας aiunt eſſe poma paruа ſylueſtria.
ἄμβη. Altior eminentia.
ἀμβλυωσμός. Scilicet abortio, ab eo quod eſt, abortare, ſed et ἀμβλυωπία, hebetudo viſus, vt in maiori de prædictione.
ἀμβλυοπώτερα. Obtuſius videntia, hoc eſt obſcurius.
ἀμίρων. Auferens, & accipiens.
ἀμμηνόν. Inualidum.
ἀμῆ. Quodam modo, ex aliqua parte, mediocriter.
ἀμήνας. Qui eliſit, & laniauit.
ἀμοίη. Sic in libro † de ijs, quę ad chirurgiã pertinent, Dioſcorides ſcribit, Mediocri com-

E * preſſu viciſſim declinent ad augmentum, et reformationem carnium faciant. Cæteri aũt ſcribunt ἀλλοίη, Ait autẽ Dioſcordes ἀμοίη, mediocria eſſe, ſed teſtimonium nullum apponit.
ἀμυσί. Totum ſimul, ſine clauſione labrorum.
ἀμφιβραχίων. Locorum, quæ ſic vocantur, circa tonſillas.
ἀμφίδεον. Oris vuluæ rotũda extremitas, quę labris cucurbitulę ſimilis eſt, per metaphoram à mulierum armillis nominata, quæ & ipſe ἀμφίδια vocantur ab eo, quod eſt comprehendere circulariter, & tanꝯ circũligare.
ἀμφιδέξιος. Tanꝯ vtrinq; dextra: hoc eſt vtriſque manibus, vt dextra vtens: talis enim eſt F & apud poetam ambidexter, ſic Hipponax dicebat, ambidexter enim ſum, & nõ pecco. Quidam ἀμφιδέξιον intelligunt, non recte, eam, quę in dextris partibus vuluę cõcipit.
ἀμφιμήτειον σημεῖον. Sic nominauit in ſecundo de morbis popularibus, quod affectionũ vuluæ ſignificatiuum eſt.
ἀμῶς. Quodam modo, ex quadam parte, mediocriter, ἄμη, de quo ſupra dictum eſt.
ἀναγνῶναι. Sententiam mutare, veteribus dediſcendis noua diſcere.
ἀνάκαρ. In ſuperiorem partem, vt ὄπικαρ, in inferiorem partem ex montibus.
ἀνακινίσσιν. Reſiliunt.
ἀνακῶς Caute vel apte ad cuſtodiendum. G
ἀνακοχή. Intermiſſio, dilatio.
ἀνάλδεες. Quod non alitur, quod non augetur.
ἀνάλμυροι. Inſulſi, vel nõ ſalſi, Dioſcorides ſic, Multi diuidentes legunt.
ἄναλτον. Sine ſalibus, & non ſalſum.
ἀναπλάξεις. Illinitiones, Inunctiones.
ἀναπλῆσαι. Forare, perforare.
ἀνάῤῥινον. Per nares retro verſum iens. Quidam diuidunt, ἀνὰ ῥινόν: vt ſit per cutem.
ἄναυδος. Qui bene, & apte verba facere neqt: ἄφωνος autem, qui omnino vocem emittere nõ poteſt. In tertio morborum popularium deinceps inuicẽ de Pythione dicta ſunt: ſic habet, & illud apud poetã de equo. Loquentem autem fecerat Dea alba vlnas luno.
ἀναφέρειν. Significat interdum, et ſubſingultire reſpirantem, vt in primo de morbis minore, H & ἀναφέρειν, vt pueri cubantes, flentesq;, & in nares retrahentes ſpiritũ: hoc idẽ eſt, cum ſpiritus in aliqd impingens, dũ extra ferẽ, retro duplici reuocatione, atq; intrò recipitur.
ἀναχαίνεται. Suſcitatur.
ἀνδρογένειαν. Per viros ſucceſſio generis: nam per mulieres ſucceſſio tale aliud nullum nomen habet ſimile.
ἀμβήξατο. Cum tuſſi expuit.
ἀνειλύματα. Tormina, στρόφους.
ἀνειλιθῶσιν. Surſum verterint, conuoluerint.
ἀνειρυθέωσιν. Euulſi fuerint.
ἀνείσας. In ſublime maxime ſurſum pendens, compoſitum

---

*Hen. Steph. legendum putat τινες, id eſt quidam.

* ἀμολῶς.

† de ijs, quæ ĩ medicatrina fiunt.

* Codices quidem ꝑĕs græ. quos viderim, habent Dioſcorides. Galenus tamẽ in proœmio libri d ijs, quæ in medicatrina fiunt, citat librum Dioclis de iis, quæ in medicatrina fiunt:

* concepta vide et iam aph. 43.

compoſitum eſt ex ſurſum & profectus.

ἀνεμῶνται. Inflatur.

ἀνεῤῥίτων. Inconcuſſorum.

ἀνεσταραμμένα. Perturbata, dictum eſt de vrinis.

ἄνους. Mutus, & mente perculſus.

ἀνώνυμος. Carens moleſtia, & illæſus.

ἀνωτέρω. Non diuiſo in minuta, ſed ex vltimis farinæ craſſioribus partibus compoſito.

ἄνθεα. Flores non ſolum hos ad coronas, ſed ad alia omnia ſic nominat: ac ſemina ſimiliter aliquando vocat, vt ſecundo de morbis mulierum: ſed & rubores, vt in Coacis prænotionibus, & ſputa ἀνθηρὰ rubra, & ſubcruenta dicit in ſexto de morbis popularibus.

ἀνθίνην οἶνον. Hoc eſt, florulentum quod ita nominatur, vel ex floribus grato odore prædito. quemadmodū & κυκεῶνα ἀνθινόν, hoc eſt potionem quandam floribus conditam nominauit in ſecundo de morbis maiore.

ἀνθινὸν ἔλαιον. Lilinum, vel irinū dicitur, quod ipſum etiam ſuſinum vocatur.

ἀνθινὸν μύρον. Quod & ſuſinum vnguētum, & lilinum vnguentū. Differt autem à florato oleo ante ſcripto varietate odoramētorum.

ἀνέθυντο. Videlicet ſurſum direxerunt.

ἀνωργισμένον. Quod eſt & remollitum: quoniā ὀργᾶσαι eſt mollire, & tanquam ſubactū & emollitum, vt in ſecundo de morbis maiore.

ὀργῶν.

ἀντικοντώσιος. Reuerberationis eius, quę remo fit. Quod & σκήμπων vocatur.

ἀντίῤῥινα. Herba quædam, quam bucraniō, & lychnida agreſtem vocant.

ἄορτρον. Pulmonis pars ſeparata ex vtraq; parte, vt in libro de morbis maiore: preterea & ἄορτειν, hoc idem aliqñ appellat, vt Dioſcorides arbitratur: ſed hoc non ſatis conſtat.

ἀπαρτίως. Perfecte & exacte. Dioſcorides autē ait hoc verbum totum contrarium ſignificare, vt in libro de ratione victus acutorū, vbi ait, Et plerunq; perfecte in talibus temporibus tranſeunt ad ſorbitiones. Mihi autē & hoc loco videtur perfecte, & exacte ſignificare: atq; hoc modo Attici hoc nomine vtuntur: cuius plurima exempla in paruis commentarijs habere poſſis.

ἀπεβράσετο. In quinto de morbis popularibus ſic ſcribit Dioſcorides, & ait ipſe hoc ἀπεβράσετο verbo ſignificari, & ἀπεβήσετο, cum alij ferè omnes ἀπεβῆσετο, hoc eſt euenit ſcribant. Dioſcorides enim, & Artemidorus cognomine Capito, ex eo quod alijs vſitatum erat, nomina multa tranſmutauerunt, nihil diuerſum ab antiqua ſcriptura indicantia: quorum nobis quoque neceſſe eſt meminiſſe.

ἀπεκλήθη. Excluſus fuit, κλεῖν enim claudere.

ἀπέρχθη. Excluſus eſt.

ἀπόγονα. Fœcunda, quidam intellexerunt inſęcunda.

ἀποκεκαρπωκὸς. Quod oī fructu exhauſtū eſt.

ἀποκεκιμένοις. Separatis.

ἀποκηδέστερον. Negligentius.

ἀποκναίειν. Maxime quidem abradere, ſed & corrumpere, & extenuare.

ἀπομυλήνας. Protendens labra compreſſim.

ἀπονενοημένως. Sine reuerſione, ſiue irreuertibiliter, vt ita dicam.

ἀποπαλλήσιος. Expulſionis, hinc et ἀποπαλλώσεται. i. expelletur, aliqñ quidē actiuum ἀποπάλλειν. i. expellere ſignificat, vt ī primo de morbis mulierū: aliqñ & paſſiuū ἀποπαλλήσεται expelletur, vt in libro de natura hoīs.

ἀπορέγει. Porrigit.

ἀποσαεὶς. Extinctus.

ἀποσιτικά. Quæ faſtidium cibi, & inappetentiam faciunt.

ἀποσκήψεις. Scarificationes ſiue venarum ſectiones, vt in primo de morbis maiore.

ἀποσκληρύνει. Exiccat, indūrat.

* ἀποσκελιτεύει.

ἀποσπαρθάζουσιν. Palpitant, vel ſaliūnt, vt in ſecundo de morbis.

σφύζουσιν.

ἀπόσφαγμα. Fœculēta colatura, quod & ὑπόσφαγμα dicitur.

ἀπλίστων. Integrorum, in integras farinas diuiſorum, imperfecte fractorum, parte ſurfuracea non ſecreta.

ἀπυρομήλη. Acumen non habenti, hoc eſt, auriculario ſpecillo.

ἀραχίδας. Triticea legumina minuta: legumē enim eſt aracos.

ἀρβύλαι. Calceī alti.

ἄργης. Serpens quidam ſic nominatus.

ἄρδας. Sordes quædam, & ſpurcitia, & ἀρδαλῶσαι. Fœdare.

ἄρθρικον. Articulis accommodatum.

ἀρικύμων. Quæ cito prægnans fit.

ἄρις. Non ſolum inſtrumentum, ſed etiam herba quædam ſic nominatur.

ἀρκτιὸς. A ſeptentrione ſpirās, quidam autem ἄρκτιον omnino ſcribunt.

ἄρμης. Suturæ in capite.

ἁρμίως. Statim, Dorica vox.

ἀρρόιας. Suppreſſiones menſtruorum.

ἀρτίζωα. Paruo tempore viuentia.

ἀρτίσομα. Vndecunq; plana, æqualia.

ἀσκαρίδες. Vermes tenues, & longi in recto in teſtino geniti.

ἀσκὸς. Figulinas ollas, quas & πυελίτας, & φακὸς nominant.

ἀσᾶται. Et ignēſcit, vt in primo de morbis mulierum, & faſtidioſa ſatietate, ac grauiter affectus eſt, vt in ſecundo de morbis maiore.

* πυρᾶται. codices duo manuſcripti habēt πλησθῆται. i. replentur.

ἀτέραμνα. Difficilia ad conficiendum, & dura.

ἄτρακτον. Non ſolum eum, qui ad lanificium vtilis eſt, hoc eſt fuſum, ſignificat, ſed etiam lignum ſagittæ.

ἀττικὸν ἀγγεῖον. Atticam ollā, aliquando quoque echinum appellatam.

αὐαντὴ, vel αὐαλὴ. Quidam deſiccās morbus.

αὐτίτην οἶνον. Vinū huius anni, præſentis anni.

Extra ord. Kk iij αὐτόδεσμον.

ἀυτόδρομον. Quod per ſe mouetur, vt in libro de Hebdomadibus.

ἄυτως. Stulte.

ἀφὰς. Vincula, ἀπὸ τὸ ἅπτειν. i. ab eo quod eſt vincire.

ἀφαστόμφα. Fricata, & ἀφασταμφίη, quę fricauit, vel contrectauit.

ἀφρέζει. Deſipit, intelligendi expers eſt.

ἀφρώδεα. Spumantia, bullę modo tumeſcētia.

ἀφύει. Dealbatur, & tanquam aphyæ colorem habet, ſic & ἀφυώδης vocat aphyæ colore ſimile.

ἀχιλληίδας κριθὰς. Bene nutrita hordea, & magna, à quodā Achille nominata, vt aiunt, agricola Babronij.

ἀψίρροον. Retro fluens.

ἀψυχεῖ Animo deficit, & ἀψυχίη animi defectus.

β

βάκχαεις. Lydium quoddam vnguentum.

βάλβις. Concauitas oblonga.

βαλοῖος. Qui ex Valœa vrbe Macedoniæ.

βδέλλω. In maiori de prędictione, & ſecundo, vt quidam inſcribunt, varicoſam venam ait ſic nominari Dioſcorides: mihi autem videtur propriè dici nomen de ipſo animali: etenim affui olim cum hoc diceretur in eo libro, & dubitantibus multis de his, quæ fierent, ſolus ego ex ſcripto aggrediens prægnoui veritatem.

βηκείοις. Ouibus.

βησσικὴ. Ex Beſſis in Thracia.

βλακεύειν. Paruipendere.

βλαβεραί. Humidæ, mucoſæ.

βληχρόν. Legumē quoddam; quod & βλήχιον ſcribitur.

βοαίθεμον. Bouis oculus, quod idem chryſanthemon nominatur.

βόλβιον. Quale ipſum eſt Hippocrates docet in [a] libro de morbis mulierum: male igitur quidam bulbi nomine narciſſum ſignificari putauerunt.

βολβιτία. Quæ à multis βομβύλια appellātur, genus autē eſt hoc paruorum polypodum.

βολιτόν. Stercus boum.

βομβύλιον. Poculum quoddam anguſtum os habens, vel potio, ſiue poculum à reſonando dictum.

βοὸς θαλασσίου. Bouis marini, chartilagino ſus eſt hic piſcis.

βραβάλιος. Cucumer agreſtis.

βυκέρας. Fœnum græcum, [b] Mēnitheus in appellationibus medicamentorum, & anagallidem ſic appellari ait.

βυπρίστης. Et animal cantharidi ſimile, eſt & quoddam olus agreſte, cuius mentionem facit [c] Dioſcorides in primo de ſanitate tuenda, & in libro de oleribus.

βρῆγμα. Quod cum tuſſi expuitur, in primo de morbis maiore, & βρήσσειν cum tuſſi expuere, quidam hæc ſine litera rho ſcribunt.

βρόγχης. Charthilagineæ arteriæ.

βρογχὰς. Ranæ dicit, quidam autem omnino βατράχους ſcribunt.

βρυγμός. Stridor, qui ex dentibus colliſis effici tur, & βρύχειν ſic ſtridere.

βύζην. Cumulate, vel [a] dēnſe.

γ

γαλιάγκωνες. Qui paruum, & gracile habent brachium, partes autem circa cubitum turgidiores, vt muſtellæ: qui autem aiunt γαλὸν brachium nominari, & hoc poſitum eſſe nomine, fortaſſis videri poſſint male intelligere, non enim γαλιάγκωνας, ſed γαλιοβραχίονας oportebat ipſos nominari.

γαμφὰς. Curuaturas habentes quaſdam.

γαυσὸς. Curuatus in partem exteriorem.

γιγγλύματα. Contrario modo ineunt inter ſe, vt in ianuis cardines.

γῆ σμηκτίδι. Cimoliæ, id eſt albæ cretæ.

γῆ κεραμιτίδι. Argillæ.

γῆ χαλκίτιδι. Nihil plus ſignificat, q̄ chalcitis lapis.

γήχυτον. Exterior pars terræ, quę mollis eſt, & minime lapidea.

γλαμυρὸν. Aquoſi, & humidi.

γλοιάζειν. Conniuētes verſare oculos, & γλοιῶδες per ſimilitudinem, dormitanter, {vt eo vtar vocabulo,} dicebant.

[b] γλυκύμυς βοτάνης. Glycyrrhizę, vel dulcis radicis appellatæ.

γόγγρωνα. [c] Tumorē gulæ, } ab eminentijs rotundis, quæ in truncis arborum naſcuntur, vt Theophraſtus in primo de ſtirpibus, ſic inquiens, Non nullæ autem gongros à quibuſdam vocatos habent, [d] † vel quod pro arboris natura reſpondeat, } vt olea.

[e] † γογγύλιον. Rotundum, } & [f] γογγυλίδια, parui globuli, vt pilulæ.

γριφόμφα. Quæ inuoluūtur, dictum à gripho quod eſt rete piſcatorium.

δ

δακτύλιος. Circulus, Rotula, in libro de ſterilibus.

δαυτίδες. [g] Mągnæ lampades, [h] † ardētes q̄ vocantur, } abutentibus autē aliquando ſignificat etiam allij caput, eo quod ex multis ſpicis compoſitum colligatur, vt lampades.

δίεδρος. Tranſparens. In ſecundo de morbis maiore.

δλαννύει. Idem quod mœrore afficit, quod ipſum & δλαννάει dicitur.

δλαπεπλημμύρα. Multū circa crurum exortū diuaricata, πληχὰς enim quod inter exortum crurum,

---

A * πυκνῶς quam dictionē aliqui uertunt, frequenter.

B * Al. γλυκυσίδης.

C * bronchocelen.

D † ἢ τὸ ἀνάλογον. Al. quod ꝓportione reſpondeat, ſ. gongrus.

E † Quidam cod. habēt γογγυλὶς, ſ. ρογγύλη, id eſt rotunda.

F * Al. γογγύλια.

G * Aliqui cod. μικρά, i. parua.

H † καὶ μμαυτε δύτα. eſt in impreſſis Aldinis. manuſcripti quidā cod. habent καὶ μμάλιστα ὄντα, i. ardentes q̄ lampades. Locus Homeri Illiadis λ & ρ.

A * ſecundo.

B * μμυθδὶς eſt ῑ impreſſis quàquam inferius ī dictione, indicalegitur in impſſis μμυεδδὶς. Illic tamē ī manuſcrip. legit μμυεδδὶς.

C * Cod. duo vetuſtiſſimi græci habent hoc in loco Diocles, cuius Galenus ſæpius meminit in libris de Alimentorū facultatibus, citās librū eius de ſanitate tuenda, et in quarto de Articulis com. 32. citat librum de Oleribus.

crurum inter est.

δίστημα. Tanquam lanis simílem corporum ipsorum compositionem.

δισσομωτείδα. Specillum dilatans.

δισφλύξιες. Effusiones.

δισφλυχθεῖσα. Perfusa, humectata.

δισφλυχθέν. Humectatum.

δισφλύοντα. Humectantia.

δίσφορος. Spumans.

δὶ χωείη. Ex interuallo.

δίδυμη. Radix herbæ, quæ & ὄρχυς nominatur.

δίεβλήθησαν. Decepti fuerunt.

δίῆσαι. Concutere, in secundo de morbis mulierum significat transcolare, & diuidere.

δίυδρος. Humida, exudans.

* Hen. Steph. legit δίμερῆς. i. bipartita. s. portæ, genitiuo casu.

δίκλειδος. Bipartitus, vt possit inferiore parte clausa superpositam aperire.

δίκρουν. Tanquam biceps, quod & bifidum dicitur, quod ipsum etiam ἦδικρουν significat.

δίοπτος. Tepli curator, ὡς ἀπὸ τὸ διοπτεύειν ἢ διέπειν, i. à dispiciendo, vel curando, quæ sunt in ipso.

διορρώσιος. In serosum, & aquosum mutationis.

δίπνοον. Foramen paruum eorum, quæ ad vacua perforata sunt, & tanquam duobus oríbus respirant.

δόρπου Cœnæ.

δρεπτά. Dilacerata.

† Eũdem libru duas ĩscriptiones tam diuersas habere verisimile nõ est. Vel igitur de natura ἔρωτος. i. amoris tantum legendum est, vel de natura ἀρετῶν, i. uirtutũ. prior tamen lectio videtur probabilior. Error est in nominis similitudine: & alterum uidetur esse glossema.

δυσανίης. Critias in libro †de natura amoris, vel virtutum, sic exponit nomen, δυσανίης autem est quicunq; propter parua tristatur, & propter magna magis, quàm alij homines, vel diutius.

δυσήνιος. Qui non facile tristatur, est autem & difficulter frenabilis, & morosissimus.

ε

ἐβλημάθη. Mollificatus est, molle factum est.

ἐγγαστρίμυθοι Qui clauso ore loquuntur, quia videntur ex ventre loqui.

ἐγκάμψει. Innixu, & ἐγκεκαμμένοι inflexi, innitentes, incumbẽtes ve, & adunci, dictum est autem de vnguibus.

ἐγγρύες. Congenitum, proprium.

ἐγκας. In profundo.

ἐγχαλίνωται. Frenis velut circundatus est.

ἐγλευκισμένος. Qui subterrestris, & subliuidus est, qui desijt albus esse.

ἔγρησις. Vigilantia.

ἐέρχαται. Constringunt.

ἔθρασεν. Pungebat, stimulabat.

ἐκβήσει. Eijcit, expellit.

ἔκδεξιν. Successionem.

† ΑΡ ἐκκολύψας. Qui corticem detraxit.

ἐκλούσω. Significat aliquando, & inundetur, vt in libro de sterilibus, & in adiunctis libro de vulneribus capitis.

ἔκμαγμα. Et subacta massa, et crocomagma, vt in libro de sterilibus.

ἐκμάξαι. Et formare: aliquando etiam aliud facere, & mutare, vt in libro de sterilibus, digito formare, hoc est tanquam rotulam effingere, sed & exprimere, vt in libro de morbis primo maiore, de spongia, & mercuriali herba, & sambuci foliis.

ἐκματεῖσαι. Inuestigare.

ἐκμιαίνεται. Emundat semen.

ἐκνεφίας ὄμβρος. Imber cum sole factus.

ἐκνεφίας πυρετός. Humida simul, & inflammata febris, quemadmodum & sol, cum quo simul imber fit.

ἔκνυξεν. Strepebat, nomen formatum est à strepitu.

ἐκνύπτη. Explicata, explanata.

ἐκπεπλιγμένον. Detortum.

ἐκρήγμασιν. Scissuris pannorum.

ἐκσυείγγηνται, Aperiuntur.

ἐκτόμου. Veratri nigri.

ἔκτειψιν. Ad viscera mutationem.

ἐκφινδάνει. Erũpit, sic aũt & ἐκφλύει, i. ebullit.

ἐκχύμωσις. Effusio humorum.

ἔλαιον ῥόδινον. Oleum rosatum, quod aromatibus conditum non est.

ἐλατήριον. Non solum ex agresti cucumere factum, sed etiam omne, quod deorsum ventrem purgat.

ἔλεια. Agrestia.

ἐλιθερὲς. Tanquam à sole calidum.

ἐλιθερέω. Insoletur.

ἐλιννύειν. Quiescere.

ἐληχένδυσάμην. Plurimum differui.

ἔλκυστῆρι. Instrumento quodam ad infantem ex vtero extrahendum. * Hen. Steph. legendũ putat ἐλεγνδυσαμην

ἔλυτρα. Velamenta.

ἐμβάφιον. Acetabulum.

ἔμια. Vomitus, Atticum nomen.

ἔμπλην. Propè.

ἐμπίους μοτὲς. Linamenta concerpta, & quæ circumuoluuntur, & vulneribus induntur, ad saniem purgandam, vel lemniscos.

ἐμυκώθη. Dioscorides quidem ait, concluſit, plurimi autem, adnascẽtias habuit humidas, vt & fungi.

ἐμπλώθη Induruit.

ἐμυλήθη. Contabuit.

ἐνθλάσει. Infringit.

ἐνθρύασει. Vrgens pungit.

ἐξαλίπτης. Illitor, vnctor.

ἐξαλίζοιτο. Exinaniretur.

ἐξαύτης. Sanus.

ἐξαράγμα. Confractio, collisio.

ἐξαρύαται. Euacuatur, exprimitur. Quidam vero, hostiliter aggreditur, minas facit.

ἔξαρυσις. Exhaustio.

ἐξασίας. Quidam lina exurgẽtia à summis linteis scissis, & à pannis vilibus fila, mihi aũt etiam ante quàm scindãtur extantia eodem

modo videtur appellare.
ἐξητριασμένον. Panno tenui colatum, est autem ἤτριον tenuis quidam, & agrestis pannus.
ἐξείνει. Euacuat.
ἔξουρα. In angustum contracta, quæ & μύοπα* nominant.
ἔπακρα. In angustum desinētia, quæ & ἔξουρα.
ἐπαλύνων. Spargens: apponitur autem, & ad magis.
* ἐπικέρας Fœnū græcum, quidam aliam quandam herbam sic nominatam.
ἐπικτένιον. In mulieribus pubes, quæ vocatur, nam supra pectinem est, in stuppa autem, vel lino pectini insidētem puluerem in opificio.
ἐπιμηλίδα. Dioscorides quidē in primo de materia, genus Mespili σιτάνιον etiam appellatum, quidam autem mala parua syluestria, quę & ἀμαμηλίδεις nominantur.
ἐπιμυλίδα. † Os, ceu conchula quædam genu tegens, latum, & rotundum, quo genuum commissura obtegitur, vulgo patellam vocant.}
ἐπισκληροῖς. Induratis.
ἐπίστημος. Cunctatrix, cogitabunda, hæsitans.
ἐπίχνουν. Humorem concretum lanuginosum.
ἐπορηξάμεναι. Extensæ, in longum porrectæ.
ἐπόσχιον. Palmes, ex quo natum est quippiam, vt ex colocynthide.
ἐπῶδες. Fœtens, & tanquam male olens.
ἐπωκεστέρη. † Aceto multo vtens.
ἐρυγάνει. Abijcit, repudiat.
ἐρευγῆ. Ructus, eiectio.
ἐρίκιδες. In crassiores partes diuisa hordea, quidam bifariam diuisa, nam & ἐριγμὸν, hoc est legumen fresum ab eo, quod est bifariam diuidi, aiunt nominatum esse: mihi autem παρὰ τὸ ἐρείκειν, id est, ab eo, quod scinduntur omnia talia, videtur nomen factum esse, quod non bifariam diuidere est, sed frangere simpliciter, vnde placenta etiam ipsa ex sesamo, & melle ἐρείκιον nominatur, quoniam facile frangitur.
ἔριξ. Dicitur quidem & de iecinore, scriptū est in plurimis θρίξ, significat autem partem hepatis superiorem. qua iecinoris fibrę à se mutuo diuiduntur.
ἐρυγματώδης. Ructuum effectiuus, morbus flatuosus.
ἐρυθροῦν στέαρ. Sanguinolentus adeps.
ἐσαφάσας. Ad interiorem partem molliēs, vel aperiens, vt μασᾶσθαι quod est, quæratur.
ἐσφηκωμένα. Colligata, constricta.
ἐς χεῖρα. Significat & propè.
ἔτνος. Omne ex ligumine fracto decoctum.
ἐυάνθημον. Quod & ἄνθεμις dicitur, & chamęmelum.
ἐυθεσίην. Ingenitum corporis habitum, quemadmodum alicubi, & annus ἐυθεσίης vocatur, qui fertilitatem efficit.
ἐυκάρδιον. Stomacho vtile.
ἐυνή. Non solum significat lectum, sed & coitū, vt in secundo de morbis mulierum, & offenditur vehementissime coitu.
ἐυοργητοτέρα. Moratior, ὀργαὶ enim mores sunt.
ἔφλυβον. Depressi fuerunt.
ἐχέτρωσις. Alba Bryonia.
ἕψημα. Quod & σίραιον, hoc est mustum ad tertiam partem decoctum, id est sapa.
ἐψῆλόν autem genus piscium.

ζ

ζείας. Farris. * Olyræ.

η

ἠγκίστρευται. Implicatus est.
ἠγκυροβόληται. Intus adhæsit, vt in anchora.
ἠδέ. Insuper.
ἠδέλφισται. Amicus familiaris, & tanquam frater factus est.
ἡδυνθὴν πίσσαν. Odoribus conditam picem, coquitur autem cum aqua, & aromatibus.
ἡδυνθὸν στέαρ. Adeps in aqua, & aromatibus coctus, & aromata, & vnguenta odorifera.
ἡμίοπον. Dimidium.
ἡμιτύβιον. Lintei crassioris pars.
ἦναι. Percutere, & ἠνίων, percutientium.
ἠοίας. Matutinas horas.
ἠραχνίωκεν. Tenuibus simul, & multis venulis, cuiusmodi sunt aranearum telæ, implicauit.
ἠρμᾶσθαι. Firmatum esse, innixum esse, vel aptatum esse.
ἤσας. Consueuisti.

θ

θαλερόν. Calidum vt à sole, nam ab eo, quod est θέρεσθαι, hoc est calefieri, nomen factum est.
θέρετρον. Locus ad cōmorationem æstatis idoneus, quidam θέντρον scribunt.
θημών. Aceruus.
θηρίον. Lumbricum, et sęuum vlcus, vt in libro de locis hominis, sęuum vlcus in corpus aduenit propter hoc, & cum aduenerit sanies defluens, putrefacit, & tumefacit, cum in libro de humoribus, vnde curatur, ante dixisset. Postea in alijs cum θηρίον dixerit, animalia in intestinis consistentia significat, lumbricos scilicet, & ascaridas, quemadmodum & cum dixerit autumnorum τὸ θηριῶδες ab aliquo dictorum nominat: videtur autem et aliquando φθινῶδες sic appellare.
θλάσιν. Fœtus infractorem, quod & † πίεστρον vocatur, nomen in primo de morbis mulierum.
θλασπόσιος. Pro Thlaspis, sic appellatæ herbę.

θολερόν

* Hen. Steph. legendū putat μύουρα.
† Vide superius in dictione ἀμαμηλίδας.
† τὴν ἐπιγονατίδα, τὴν μύλην.
† Ap. ἐπωκτέρη
† Cod. quidam manuscriptus hēt ἑψητὸν, quæ lectio & à viris doctis probat. de hac ēt voce plura Hen. Steph.
† Ap. ἐκπίεστρον.

θολερὸν πνεῦμα. Spiritus magnus,& impellẽs.
θρόνον. Sedem † vtrinq; peruiam.
θρύπτεται. Pungitur,ſtimulatur.
θρὶξ. Scribitur,& τρὶξ, Pilos vocant ſacerdotes, cum apparuerit in ſimo iecinoris in dextra pinnula venula anguſta,recta,nigra.
θύη. Suffitus, Odoramenta.
θύματα. Suffimenta.
θυμβραίαν. Sic nominat ſatureiam.
θύμου. Ex Thymis,gens autẽ eſt hęc ex Thracia.
θώρηξις. Vinolentia,vel ebrietas.

ἰδρῦται. Obliquatur,in ſe reſidet.
ἰθαγλῆς. Ingenuum,vt ait ſapiẽs,Sed me ęque, atq; ingenuos honorabat.
ἴκθαρ. Propè apud Atticos: Apud Hippocratẽ vero in ſecundo de morbis mulierum, mulieris teſticulus vocatur.
ἰλλαίνειν. Diſtorquere,vel circũagere oculos.
ἰμερωθεῖσαι. Cum viro miſtæ.
† ἰνδικὸν. Qui ſcripſerunt noĩa medicinarum, vt Mneſtheus,& Andreas Chryſaris,& Xenocrates, & Dioſcorides Alexandrinus indicum nominant zingiberi, decepti ex eo, quod quidam putãt ipſum piperis radicem eſſe,ſed Dioſcorides Anazarbeus aperte diſtinxit, & definiuit de zingibere, & pipere. Dioſcorides igitur iunior, qui linguas ſcripſit, ſtirpem eſſe ait in India ſimilẽ ſtirpi piperis, cuius fructus appellatur Myrtidanũ, quia myrto ſimilis eſt.
ἰνέει. Euacuat,& ἴνηθμος. Euacuatio,& ἰνεῖται. Euacuatur.
ἰξάλην. Perfectę caprę corium.
ἴξιαι. Varices.
ἴξιν. Rectum progreſſum,vel acceſſum.
ἰξίον. Folium albi Chamæleontis.
ἰξύας. Pars,quẽ eſt inter vertebras coxarum,& lumbum.
ἴπος. Potio in curatione oſſis luxati.
ἱππόφεως. Hoc non ſolum lappago nominatur,ſed & carduus,& ſtybum.
ἰσενύσσαι. Adæquantes, mediæ ætatis exiſtentes.
ἰσάλλην. Pellem caprę,corium.
ἰσχαλέαι. Tenues,& ἰσχαλέον, tenue.
ἰχθυήματα. Squamulæ corticum.
ἰχθύην. Squatinę marinę pellem aridam: poteſt etiam ferreum vnguem ſignificare, quo in extractione, vel ſectione infantis immaturi adhuc in vtero exiſtentis vtimur, propter ſquamarum piſcis ſimilitudinem.

κ

καθαπτόμενοι. Sentientes vehementer.
καθετῆρι. Tortili linamento vulnerario,ab eo, q̃ demittatur in vulnus,in ſecundo de morbis mulierum, † in vulnus indere tortile linamentum ex linteis factum.
καιαγγελίη. Maledicentia,procacitas.
κακοήθεα. Maligna. *
κακοσινώματα. Nocentiſſima.
καλλίφυτον. Quod & capillus veneris,& adiantum nominatur.
καλλιωνύμη. Piſcis cuiuſdam ſic vocati.
κάμμορον. Et animal paruę ſcillæ ſimile, & aconitum, ab eo quòd illius radices ſunt huius animalis ſimiles,ſed neutrum horum intelligi poteſt in libro de locis hominis, inflãmatis aſſumpto cãmoro,vnde [a] Erõtianus non ſolum ipſum animal cammoro, ſed adhærentem ipſi muſcum,ſic vocari ait: Zeno autem Herophilius cicutam: Zeuxis autem medicinam refrigerantem.
κακόνιαι. Qui rectis,& [b] prõmiſſis ventribus ſunt.
[c] κἀρικὸν. Edulium quoddam ex nucibus ſic nominat, cuius & confectionem ſcribit in [d] primõ libro de vlceribus.
καρυκοειδέα Sanguinea, vocant autem id proprie medici.
καρύκη. Lydium edulium varium ex ſanguine confectum.
καρχήσιον. In ſummo velo habens rotulam,& καρχήσιοι in ipſo funes extenti nominati.
καταβλακεύσιν. Paruipendunt.
κατάβλημα. Indumentum data opera factum ad tegendum ſubiectas partes.
καταγύοι. Ad extremum inutilitatis,vel imbecillitatis ducit.
κατακορέα. Vocat ſic,& nimis biliioſa excremẽta,& pectora κατακορέα, talis humoris generatiua: quidam piloſa intellexerunt, ſed & κατακορεῖς ἀνθρώπους ſimiliter noĩat: pharmacũ quidem κατακορὲς, vel ꝓpter euacuatum ab ipſo humorẽ, vel propter proprium colorem: appellat autem, & ſitim quodã in loco κατακορεῖ, quæ.ſ. propter talẽ humorẽ facta eſt vehementior,vel ad ſummum intẽſam, ſic igitur & eneruare κατακορεῖν.
κατακύρην. Nouaculæ tonſuram, ſic melius eſt ſcribere,inquit Dioſcorides, κατα κορυφὴν κυρηδὸν τομὴν, i. in vertice puellarem tonſurã, τὸ κείρειν, i. tondere hinc,& apud Theophraſtum κυριζομένη, id eſt tonſa abies pro ſecta.
κατακρούειν. Diffringere,vel diſcindere.
καταλείφειν. Illinere,vel iungere.
καταμώσας. Qui demiſit cauſa quęrendi, facta enim eſt vox à quærendo, quemadmodum & qui quęritur.
καταναισιμοῦται. Conſumitur.
κατάσημα. Cõfirmatio,& animaduerſio,in ſecũdo de morbis popularibus, & κατασῆσαι animaduertere.
καταφρονέοντα. Remiſſe ſentientem,in maiori de prædictione.
κατάχλοα. Valde virentia.

Extra ord. Kk v κατιαλλόμεναι

† ἀφοδευτικὸν. i. qua utiũtur ad deijciẽdam aluum.

† μοτὸν ὠμολίνῳ καθετηρίῳ.

A * Hoc ego non inuenio in Erotiano. Cod. Aldinus hũc Ερωτινῶν cũ aſteriſco. Aliqui manuſcripti Ερωτίνος. Aliqui Ερωτιανὸς ut etiã Hen. Stepha. Germanicus ἠρόφιλος.

B * προεσαλμύοι Hen. Stepha. legẽdum putat προσεσαλμύοι.

C * καρικὸν. καρικοντι ἕτως ὀνομάζει eſt in Aldino. in Germanico autẽ, et alys. καρικὸν. καρικοντι ἕδισμα οὕτως ὀνομάζει. Sed iudicio meo non recte: in libro enim de Vlceribus, medicamenti cuiuſdam efficacis. καρικῦ appellati confectio deſcribit, non eduly: arbitror ergo legendum καρικὸν φαρμακοντι οὕτως ὀνομάζει. Vt illic habetur.

D * Delenda eſt hæc dictio primo, cũ nec etiã in græcis cod. inueniat.

† Hippocrates in ſecundo de morbis mulierũ, prope finem, hæc verba habet. Indicum (quod perſę piper uocãt, & in hoc eſt rotundum, quod appellãt myrtidanum) cũ lacte &c. Vnde etiã infrà dict. μυρτίδανον. & dict. ſρογγύλη.

κατιαλλόμβῳ Colligatæ.

κατηνύει. Reſipiſcebat, quaſi expergiſcebatur.

κατεπλήσετο. Stupidus factus eſt.

καθηβολίσι. Circularibus initijs paroxyſmorũ.

κατήρτητο. Placidum, & temperantem reddebat.

κατ' ἰητρεῖον. Ad chirurgiam pertinentia.

κατωπῆρι. Eo inſtrumento, quod ἑδροδιχοτόλην, i. ſedem dilatans vocãt, vt et διώπτρα inſtrumentum, quo mulierũ natura dilatatur, & inſpicitur.

κατωμοσαδέω. Subaudiendum eſt vici, vt κατωσωσιλέω.

καυλός. Radix quidem herbæ Silphium propriè vocatur, Caulis autem, & ſuccus, vt aliorum. Scribit igitur ipſe in libro de ratione victus acutorũ, vel Silphium, vel caulis, vel ſuccus. †

† Additur in cod. Hen. ſtc. ἔστι καὶ καῦλος ὁ τόπος .i. eſt & Caulus, locus quidam.

καύσωμα. Inflammationem, in primo de morbis minore.

καυτῆρα. Æreum Calamulum quendam perforatum in fondo, per quem cauteriolum apparens demiſſum vrere poteſt.

κάγχρυος ῥίζαν. Thureæ radicem: cum autem pluraliter dixerit τὰς κάγχρυς, toſta hordea intelligenda ſunt.

κέδματα. Ex fluxu diuturnas affectiones, vel in omnibus articulis, vel præcipue circa vertebrum coxarum: próprie autem tibi hoc expoſuimus, ſicut & alia quædam verba.

κεκωμῶδες. In ſomno eſſe, vel veterno.

κερχναλέον. Aſperitatis effectiuum: ſic & aſperitas nominatur gutturis, et in pulmone ſtrepitus, & aſperum, & aſperari, et aſperationes ſimiliter ſignificant.

κεφαλοειδῆς. Caput habentis.

κιγκλισμός. Breuis, continuata motio, à Cinclo animali.

κιθαρὸν. Pectus.

κίων. Beſtiolarum congregatio, quæ triticum comedunt, quarum vnaquæq; cion nominatur, in fine ſecundi de morbis mulierum nomen eſt.

κλεῖθρον. In gula locus ſub tonſillis.

κλιμακεῖς. Tranſuerſi in ſcalis ligni: quidam autem κλιμακῖς ſcribunt, ſine ε, & per climacium, altera quędam talis.

κλισμόν. Lectum, in ſecundo de morbis mulierum.

κνημεῦ. † Cruralis, ſi ita dici poſſet. }

κνήματα. Raſuræ, & κνῆσαι radere.

κνῆστρον. Idem quod κνέωστρον, inſtrumẽtum ſcalptorium.

† τῶ τῆς κνήμης.

κνήστρω. † Cultello quodam } eſt autem cultellus quo raditur caſeus.

† τῶ τυροκνήστῃ.

κνιδώσιες. Punctura quędam vellicationis modo, quales ab vrtica herba fiunt.

κνιπότητα. Vellicationem: quidam autem aridítatem oculorum intellexerunt.

κνύμα. Factum nomen eſt ad imitationem ſtrepitus. Sed & leniter ſuſpirans, κνυζόμβος dicitur ab eodem, & in canibus mugitus, κνυζιθμός, id eſt gannitus.

κόγχην κεραμίδα. Hoc eſt figlinum vas, nihil plus ſignificat, quàm κέραμις, id eſt Figlinum vas.

κόγχον. Concham hiatulam.

κόκκαλον. Plurimi nucleum nucis pineæ. Dioſcorides autem cnidium coccum diminutiue.

κόκκωνα. Coccum cõmuniter appellatum, nõ cnidium, quod ipſum aliquando coccum ſine additione nominat.

κόλλικας. Rotulas, & illud {Ariſtophanis} in Acharnenſibus, κολλικοφάγε, i. Rotuliuora Bœotiole, de paruis panniculis dictum eſt.

κολοκύνθην ἀγρίην. Colocynthidem.

κοπείων. Fauorum: plurimi autem ſcribunt κηρίων. Significat autem expreſſorum.

κορήν. Herbam, quæ hypericon nominatur: habet autem fructum κορίῳ ſimilem.

κορθύς. Ex ramis adnaſcentias, nouas germinationes.

κορυφάδων. Orãrum contractionis ad vmbilicum.

κοτίδι. † Neruo ceruicis, } cerebello.

κότινον. Sylueſtrem oleam, ſiue oleaſtrum.

κοτυλίδα. Concauitatem vertebri coxæ, & in adiunctis libro † de curandis luxatis, } & in ſecundo de morbis maiore.

κοτυληδόνας. Ora vaſorum in vuluas deſcendentium, vt in libris de Hippocratis Anatome demonſtratum eſt.

κοχώνην. Iuncturam in vertebris coxarum ad ſedem, propter quam omnis locus circa ſedem ſic vocatur.

κλάδα. Fici rami maiores.

κραίνεσι. Deſinunt.

κεραμβίω. Crambes decocto.

κρέκην. Nomen factum eſt, odioſum ſonum, in ſecundo de morbis maiori.

κρήγυον. Bonum.

κρημνοί. Labra vlcerum, vt in libro de locis hominis: & alæ pudendi muliebris.

κρήθρα. Farinæ tritici, euolatio quam vocant, & ſacculus quidam lineus.

κριμνά. Craſſiores farinas: cum autem dixerit, κριμνά ἀλφίτου ἀδρὰ craſſiſſimas farinas ſignificat.

κρόταφος ἰητρικὸς. Pulmonis chartilagineæ concauitates. In primo de morbis.

κρότωνος ῥίζα. Crotonis radix: hoc Ægyptij cion nominant.

κυάμου καρπόν. Fabæ fructum. Dioſcorides ait ipſum hyoſcyami dicere: ſic enim in primo de morbis mulierum. Quidam autem Ægyptiæ intelligunt.

κύαρ. Acus foramen.

κύβιθον. † Os cubiti, qui & cubitus. } Dioſcorides autem nodum brachij ſic nominari ait.

κύκλοι

† τῶν ἰνίων.

† Mochlico. ut ita inferius.

* Ant. co. hẽs κνησέρα. et ita Erotianus.

* Cod. quidem oẽs græci, quos uiderim, hũt, Dioſcorides. Scio tamẽ Galenũ citare libros Diocles de morbis mulierũ. 6. Epi. ſect. 2ª. com. 44.

† τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἄγκων.

κύκλοι προσώπου. Malæ, in primo de morbis maiori.

κυγχνίδα. Et paruum calicem, et vasculum medicinale.

κυρβασίην. Pileum acutum, quem & Tiaram.

κυρήβια. Paleæ, significat & furfures, & hordei purgamenta.

κυρίησιν. Diebus quibus ad talia iudicanda creditur.

κύρσεον. Podicem.

κύστιγγα. Vesicam paruam.

κώδεις. Capita papaueris.

κωλεός. Concauum in vulnere, aliter membrũ in vulnere, καὶ βέλτιον ἐξαιρέσιος.

† καταφορὰ. κῶμα. † Somni vehementis impetus} scriptus est autem, vt scis, à nobis de hoc libellus.

κωνίαν. Vinum picatum, iniicitur cum cortice piceę semihemina in vas stiglinum: & aliqui quidem excolant, postquam ebulliuit, alij vero prætermittunt.

κωφοί. Languidi, inualidi, κωφοὶ vero verbum tertiæ personæ tertiæ coniugationis, langue facit, & retundit, significat.

λ

λαβή. Initium accessionis febris, maxime autẽ ex circuitione.

λαγνεία. Significat aliquando etiam ipsum semen, vt in libro de natura pueri, Sic & τὸ λάγνευμα, id est semen.

† al. λαγώπυρος. λάμπυρος †. Lagonate appellata herba.

λαμπτὴρ. Quem multi φανὸν, hoc est pharum, vel lampadem nominãt, In secundo de morbis maiore. Apud alios, & maxime atticos, in quo ligna comburebantur præbentia lumen. sed & fax & lucerna aliquando λαμπτὴρ nominatur.

λαπαχθῆναι. Proprie quidem euacuari, propter hoc autem & μαλαχθῆναι, id est mollire.

λαμπυρά. Spumosa, splendet enim spuma.

λάσιον. Sindon, Linteum.

λεβηρίδα. Serpentis exuuium. Quidam autẽ concham vacuam.

λέγνα. Extremitates oris vuluæ ex translatione: sic enim vocantur ab extremitatibus indumentorum: nominat & alibi extremitates has ἀμφίδεα.

λεκιθον Quod est intra lentis corticem.

λεπάδες. Petris adhærentes conchæ.

λεπτά. Sic aliquando vocat rara, vt in libro de locis hominis.

λευκὴν ῥίζαν. Albam radicem dracunculi.

λευκοΐε καρπόν. Albæ violæ semẽ sic vocari ait Dioscorides.

λεῶς. Omnino, ὅμνια.

λιβανωτῦ καρπόν. Ipsum forte appellatum sic thus, quoniã semen thuris arboris in vsum venire nescimus.

λιβηρῷ. Humido.

λίβος. Destillatio quædam oculorum fluida, facta est autem vox παρὰ τὸ λίβειν, i. ab eo quod est stillare, quod proprie videtur significare guttatim cadere.

λιγνυώδης. Denigrans, λινὺς enim nigra.

λίθον μέλανα. Quem & molarem vocant, cochlacem.

λιμακώδεις. Humidi, & herbacei.

λίπα. Oleum. In secundo de morbis mulierum.

λιρίον. Lilium, Oleum autem ex eo aliqui λίρινον, cum litera ν, scribunt, aliqui vero sine ν, λιρίον. Vocatur autem non solum κρίνινον, id est, lilinum, sed susinum, & anethinum. De hoc supra dictũ est in litera ἀνθινην: vnde hic legendũ puto ἀνηθινὸν, nõ autem anethinum.

λῶν. Non solum lauare, sed & humectare: sic et λῶσθαι, id est lauari duo significat apud ipsum: & alia similia.

λυπρά. Nuda, & arida loca.

λύσιας. Interualla, quibus articuli iter se disiuncti sunt.

λωῶδες. Insaniens.

μ

μαγίδα. Et velut offam, & massam, & magnã magdaliam.

μακρόπνους. Scilicet valde spirans, vel per longum interuallum spirans.

μαλακείοισιν. Sic vocantur quæcunque aquatilium spinãm non habent, vt polypus, & loligo, & sepia, & vrtica: hæc ẽnim & sanguine, & visceribus carent. * Al. spinas. * δὲ i. autem

μαλθώδεα. Mollientia, † et velut cerea, μάλθη enim cera est, & maxime mollita. † ἤ κηρώδη, id est vel cerea

μαρίλη. Quam multi θερμοσωδιὰν, id est cinerẽ calidum vocant.

μάσθλης. Caloris.

μάσσειν. Non solum miscere vel subigere, sed etiam exprimere, vt in primo de morbis maiori.

μάσσον. Plus, in maiori de prædictione.

ματος. Quæstio, & inquirere μᾶτᾶσθαι. † Al. ματίσαι.

μαχαιρίδι ὀξυβελεῖ. Cultello acuto, phlebotomo.

μαχαιρίδι σηθοειδεῖ. Scalpello medico ventroso.

μέλαινα. Dicitur et morbus sic ex nigra bile cõstans.

μέλαιναν ῥίζαν. Aspalathi aromatici appellati radicem.

μελαῖνις. Cum accentu circunflexo Dioscorides legendũ putat, μελαῖνις capra, μελαῖνις vacca, & significari ait ex Melænis. Vrbs autem ipsa ad Crisæum campum sita ante Criphium, pascua bona habet, & bonum lac gignentia, vt inquit Dioscorides.

μελάνεον. Quod est in Prognostico. Quidam

coniunctim

coniunctim legunt, vt sit denigrãs: quidam autem distinguunt, viride vel nigrum ἰὸν, pro eo quod est existens.

μέλανι φαρμάκῳ. Nigro medicamẽto: hoc quo modo paretur, in libro de Vlceribus ipse docuit.

μέλαν τὸ κύπριον. Cyprium cinerem, quo ad oculos vtimur.

μελεδαίνοντι. Curam habenti, curanti, & μελαιδὼν cura, non vt apud Homerum tristitia.

μελιηδέα. Non solum suauem, sed & cum mel le mistum, vt in primo de morbis maiori, in eodem autem & μελίχρων nominat huiusmodi vinum.

μεμήρυκεν. Conuoluit, à lanis, quæ nentur.

μεμιασμένον. Fœdatum, vt est apud poetam.

μεμολυσμένους. Quidam refrigeratos, quidam autem induratos, & lapideos putauerunt.

μεμωρωμένα. Carentia sensu.

μεσοδμή. Obstaculum trabis ligneæ separans in vna domo in duas partes diuisa, tanquam columna quædam in medio posita, quidam autem & superpositum tectum μεσοδμὴν vocant.

μεσόβλημα. † Vt si, μεσέντη, dixisset.

μετακήρας. In libro de ratione victus acutorũ, lactea commistio.

μηκώνιον. Peplum vocatum, quem & † succum papaueris} nominat.

μήλην διασομωτρίδα. Specillũ ad diducedum, adaperiendum q3 idoneum.

μήλην ἐξωτίδα. Specillum auricularium.

μήλην ἰσχνρήν. Specillum vulnerarium.

μήλῃ πλατείῃ. Specillo lato in modum rudiculæ.

μήλης τῷ πλάτει. Cyathulo ocularis specilli.

μῆλά. Ouiculæ.

μηλιὰς. Ex Mele insula.

μηλιάδος ὠμῆς. Chalcitidis, vel aluminis ex Melo.

μηλιάδι. In primo de morbis minore, μηλιάδι inquit, à Melo insula.

μήτρη. Tegmen & tanquam inuolucrũ quoddam ἐπιδιδυμὶς nominata: est autem varicosus quidam tumor in summo imminens didymo.

μηνίειν. Mandere, edere.

μύκη. Præclusio, suffocatio.

μυοχάνη. Epitheton hiantis, Si autẽ μυριοχαύνη scribatur, in millibus fuerit hians.

μύῤῥαν. Apud Æoles σμύρναν, id est myrrham, duplici ῥ scribitur.

μυρτίδανον. Plurimi quidem piper, Dioscorides autẽ Anazarbeus in primo de materia, adnascentiam inequalem, & tumidam circa myrti ramum. Atq3 Hippocrates fructum sic nominat ex arbore, quã ipse ait † ab aliis} appellari piper.

μύτις. Vocatur quidem sic & in ore sepiæ atramentum, & piscis quidam ab Hippocrate significatur.

μυττωτόν. Intritũ Dioscorides esse ait alliorũ, vel ceparum.

μώλυζα. Allium simplex caput habẽs, & non diuisum in spicas: quidam autem moly herbam.

μωλυόμενα. Paulatim extabescentia.

ν

ναυσιώσιες. Effusiones sanguinis, quas & ἐκχυμώσεις appellat: translatum est autem nomen ab iis, qui in nausea sanguinem vomunt.

νεῖον. Nuper, vel nouum.

νεόμενον. Natantem, aduenientem, ab eo quod est νεῖσθαι, hoc est venire, in primo de morbis mulierum, vtrunque, alterum in lõco, alterum in {partu imperfecto.}

νηπέλει. †. Impotens est.

νυκτάλωπες. Per noctem non videntes.

ξ

ξηρὴ σηπεδονώδει. Videlicet gangręna, vel aliquo hoc generaliori morbo.

ξύμη. Quod vocatur pruritus.

ο

ὀά. Quæ à multis ὄα vocantur, id est sorba.

οἰναρίῳ. Viti.

οἰναρίδων. Palmitum vitis.

ὀΐσπη αἰγός. Sordes inter pilos capræ nascens, & maxime in eis, qui circa sedem sunt, consistens.

ὀισοφάγος. Ventris stomachus, tanquã gũttur quoddam existens.

ὀισυπίδας. Ouis sordem, hoc est lanam sordidam.

ὀισυπίδες. Ouis sordes conglobatæ, significat & lanæ sordidæ vellus.

ὄκρις. Eminentia oblonga.

ὀλερόν. Male olens, vel nigrũ, à sepiarum atrãmento.

ὀλισθράξοντα. Labentem.

ὀλοκωνίτης. Herba quædam agrestis oleracea.

ὄλον. Atramentum sepiæ.

ὀλώδεα. Turbida vel nigra.

ὀλοφλυκτίδες. Pustulæ, quæ subito erumpunt.

ὀνεύεσθαι. Per ἄξium conuersionem extendere, ὄνοι enim & ὀνίσκοι axes, scribitur & κατονεύεσθαι.

ὄπλα. Funes ex stuppa, vel lino, vel canabe.

ὀπός. Succus silphij per excellentiam, quemadmodum & thyrsus: vocat autem silphium etiam radicem solam.

ὀπῶ

---

* μεσοδμὴ. Hen. Steph. legendũ putat μεσοδομὴ.

† Al. μεσόβκειον.

* Al. μεσεντέριον

† μηκωνῖτην

† Al. μήλεια

* Cod. antiqui duo habent μηείην.

† ὑπὸ πεπερέως hẽt cod. Aldinus, alij ὑπὸ ἑτέρων. Ego uero legendum puto ὑπὸ περσῶν, id est à Persis. Vide supra in dictione ἰνδικὸν in margine, et infernus in dict. τρογγύλα.

* χορίε † ἐμβρύου

† Al. νηπόλη

* ὀισύπη legit Hen. Steph.

* ὀισωφάγος quã dictionem suspectã habet Hen. Steph.

* ὄλε

* forte axem legendum.

* καυλὲς

ὑπὲρ καρπόν. Silphij ſemen, quod & folium ſingulariter, & magydaris à quibuſdam vocatur.

ὀργάσασθαι. Commiſcere, contemperare.

ὀρθοπρίονι. Cibo, quantum in diem ſatis ſit.

ὀροκομπίδιον. Alia ſcriptura, ὀλοκωνίτιδος. de qua ante dictum eſt: ait autem Dioſcorides in monte natam ὀροκωνίτιδα nominari.

ὀρρώδεων. Vſque ad caudam extenſorum.

ὄρρος. Sacri oſſis extremitas, quod etiam ὀρροπύγιον vocatur.

ὄρχεα. Sacculus teſticulorum.

ὀσχίῳ. Circa os vuluæ flexuoſa extuberantia: ὄσχος enim, & μόσχος, palmites, & clauiculæ: idem autem & ἀμφίδεον, & λέγνα, nominat.

ὀτίδος. Auis, Ariſtoteles ὠτίδα per, ω, vocat, Xenophon autem in primo Cyri expeditionis ὀτίδα per o, ſcribit.

π

παλίνοπτα. A ſole auerſa.

παλύναι. Inſpergere.

παράλαμψις. In nigro oculorum ſplendens cicatrix, eo φ aliquanto craſſior ſit ægide.

παράλιον. Species tithymali, vocatur autem et quædam braſſicula παράλιον marina.

† τὰς ἐπιδυμίδας. παραστάτας. † Quædam vaſa ſpermatica, } in libro de venis, qui adiectus eſt libro de curandis luxatis.

† παράψασθαι μετὰ κακόσεως. παραφᾶσαι. † Aberrante manu attingere, } cũ deceptione, vt & ἐπαφᾶσαι inficientem manum attingere: hinc & occulta loca iuxta muliebre pudendũ παραφάσιας nominant.

παραφάσσειν. Deſipere, vt & ἀλλοφάσσειν, tu multuari, cũ tenui autem legendum eſt, non vt quod eſt ante ipſum παραφᾶσαι, ineſt enĩ in eo τῆς ἀφῆς, id eſt tactus nomen.

παρθένιον. Millefolium, vocatur autem παρθένιον & anthemis, & helxine, & mercurialis, & amaracum, ſed & Dioſcorides nũnquam ait intelligẽda eſt vel helxines, vel mercurialis ſpecies parua habens folia.

* μή ποτε, i. nunquid per interrogationẽ.

† ὁ κεγχραλέτης. πασπαλέτης. † Panis vel farina milij ſubtilis } πασπάλη vel πάσπαλος enim milium eſt.

παπαλίσκῳ. Paruo palo, diminutiue.

παπλάζουσιν. Nomen fecit, errantes, & reſumentes in differendo ſignificare volens.

* πέζαι πέζαι. In ſecundo de morbis mulierum ſic ſcriptum eſt, & pedes tumeſcunt pueri maxime. Zenodotus quidem in gentium vocabulis πέζαν ait pedem vocare Arcades, & Dores. Hippocrates autem videtur vel planitiem appellatã pedis ſic nominaſſe, vel talos pedum.

πέλλα πελία, ὑπόκιρρα. Liuores ſubfului, hæc eadem & πελιρὰ vocat. Zenodotus autem in vocabulis gentium Sicyonios ait gilluum πέλλον nominare.

πεμφιγώδεες. Vel humore, & humiditate pleni, vel ventoſi.

πέπλιον. Quod & peplis, & portulaca agreſtis.

πέπλος. Idem, & humilis ficus, & papauer ſpumeum, & † ſuccus papaueris. } † μηκώνιον, cuius medicamenti purgatorij ſæpius habetur mentio ab Hippoc. vt in fine lib. quarti de diæta acut. & in libro de fiſtulis. & in 7. Epid. nõ procul à fine.

περιτηρίῳ. Terebro recto, & acuto: eſt enim et aliud chœnicis.

περιστέλλετο. Indumentis ſeipſum tegebat.

περικεκαλμένοι. Inflexi, aduncí, & curuati.

περινήματος. Circuminundationis.

περινεῖ. Circuminundat, circumnatat.

περινῷ. Perineo, eſt autem locus inter ſcrotum & anum, vbi veſicæ collum eſt.

περιξύσας. Qui circumlacerauit.

περιποδίην. Circulariter ſub pedibus exiſtentem, & infra.

περιῤῥῆδες. Perfractum vtrinque.

πέρηναί. Nigricantes, & liuentes.

* Hen. Steph. arbitratur legendũ eſſe περ xvαὶ ex Erotionis auctoritate.

περόνην. Aliquando quidem os totum cœli, aliquando quidem adnaſcẽtiam oſſis, aliquando adnaſcentiæ tumorem.

περσύας. Anni præteriti vinum, tanquã περισύας, hoc eſt anni præteriti quoddã exiſtẽs, vt αὐτίτην nominat τὸν αὐτοετίτην, id eſt, eiuſdem anni.

πήρινα. Perineum, in libro autẽ de hæmorrhoidibus, & fiſtulis, & ſedem dicere videtur.

† ἐμβρυοθλάσην πίεστρον. Inſtrumento, quod † fœtus imperfecti in fractorem } vocant.

πικέριον. Butyrum.

πιτυΐδι. Picea reſina.

πιτύλοις. Remigationibus, vel remis.

πλαταμών. Eminens in mari petra lęuis, & humilis, circa quam dilatantur fluctus. *

πλεκτανέων. Cirrhorum, apprehenſionum circumplicantium.

πλεννεραί. Mucoſæ, & πλέννα mucus.

πλευμοῖ. Pulmonarius fit, vel tabeſcit.

πλεῦμος. Corruptio, vel pulmonaris affectio. * φθόη

πλήμνην. Modiolus rotæ.

πλήσιγγας. Ferulas, ab eo quod eſt πλήσσειν, id eſt percutere.

πνευματώδης. Et inflatus, & difficulter ſpirãs: vocat enim ſæpe & ipſam difficultatem ſpirandi, ſpiritum.

ποίη. Primæ lactis partes ex ſe ipſis coagulatæ.

ποίνη. Quæ habet folium ſimile viti natura, vt ciſſampeli appellatæ ſpecies.

πολυγράφω. Multiuorę, καὶ γόνος αἰζῶν ἔγρασε κηδεμόνα. Callimachus pro eo, quod eſt deuorauit.

πολύκαρπον. Cratęgonon appellatũ, {genus herbæ.}

πομφοί. Puſtulæ cutis tumentes, ſimul & liuidæ, & rubentes.

πόσῳ. Modico.

ποταίνια. Recentia, Dores.

πότι. Aliquando.

πρός. Præterea autem.

πράμνιος. Vinum quoddam ſic appellatur, nigrum

grum,& auſterum.

πρηνές. Ad terram pronum.

πρήσμα. Inflatio,et πρησίως, inflationis,et πρησικώτατον maxime inflatiuum.

προαυξέας. Morbos quoſdam ſic nominat,qui in prouectis ætate fiunt,nam & ipſos ſic aliquando vocat ætate prouectos.

πρόκα. Repente.

προκώνια. Ex nouis hordeis farinas: quidã autem ex non ſiccatis ſolas.

† al. προμίκη μαχαιρίδι. προκίδι μαχαιριδίῳ †. Phlebotomo.

προμυλλαίνει. Procidit, prominet in anteriorẽ partem.

προμυλλήνας. Protendens extra labra.

προσέχει ἡ νοῦσος. Pro eo, quod eſt pmanet morbus,in ſecundo de morbis maiore.

προτρέπεσθαι. Mutari.

προσωδέστερον. Graueolentius ſine ſiota , cum iota autem προσῳδέστερον à tumore facto tumidius ſignificat, vt in ſecundo de morbis maiori.

προτιθέμενοι. Protendentes.

πρόφυσιν. Germinationem.

† Neſcio quid ſibi velint hæc verba οὐδὲ ὅλως, cũ Gal. 2. de diæta acut. 42. dicat πυθμένοθεν Hippo. ſignificari vel τὸ παντελῶς, i. penitus vel τὸ ἐξ ἀρχῆς, i. ab initio: vel igitur delẽda ſũt hæc verba, vel pro οὐδὲ ὅλως legẽdũ uidetur παντελῶς.

πυθμενόθεν. †Non omnino} factum eſt autem nomen à fundo vaſorum, tanquam ſi, integre,diceret,vel perfecte,vel planè, vel ab initio,vel omnino.

πυρίας. Feruentes ª pânes,vel fragmẽta accenſa ex ſcoria ferri.

πυρήνας. Grana,dictum eſt de Thure.

πυρὸς ἀγρίης. Eryſipelatis.

ρ

A* κόχλακας ῥᾶγεῖσα. Significat aliquando collectim impetum faciens,vt in ſecundo de morbis maiore & αἱμορραγία ipſa,hoc eſt ſanguinis effuſio ab hoc compoſita eſt.

ῥαιβοειδέα. Retorcum.

ῥᾶον. Paratius,& facilius,non nulli quidem feracius,copioſius ue intellexerunt.

ῥαφίῳ. Subula,qua perforantes artifices talium commodos vſus lini traiectioni faciunt.

ῥέγξιν καὶ ῥέγκος. Ronchus, nomina facta ſunt ab eo ſtrepitu,q in ſtertendo fit,vt et ῥέγκειν, id eſt ſtertere.

ῥέμβει. Errat.

Quidam cod. habent ῥέμβη πλάνη τινὶ κὶ ὄλη,i. ῥέμβω, errationẽ quadã & vacationẽ, cuius ẽt lectionis meminit Hen.Ste. ῥέμβην. Errationẽ & quædam alia, ab eo quod eſt ῥέμβεσθαι, hoc eſt circumagi.

ῥηγῆσι. Sciſſuris,Fracturis.

ῥημέσιν. Agnis.

ῥινέσιν. Agnis.

ῥήνικας. Pelles agninas.

ῥηνός. Agni.

ῥηχίησι. Tanquã inundationibus: nam ῥηχίη tanquam inundatio quædam eſt.

ῥίζα. Sic vocatur herbula quædam ſine caule, & ſine flore, & ſine fructu, habens tria folia ex omni parte oblonga humi iacẽtia duorum digitorum magnitudine, ſimilia foliis anchuſę,radicem autem tenuem leuiter purgantem.

ῥίζαν λευκήν. Radicem dracunculi.

ῥικνόν. Rugoſum.

ῥοικά. Retorta.

ῥόμματος. Liquoris ad ſorbendum, vel actus ipſius ſorbendi,hoc eſt ſorbitionis.

ῥόα. Ex moro mora immatura, & ſiccata, & cõtuſa,vt obſoniis inſpergantur, vt & proprie appellatus rhus,vt Dioſcorides in primo de materia inquit.

ῥόπτων. Sorbitionum, vel omnium, quæ quoquo modo ſorbentur.

ῥύματα. Ab eo quod eſt ῥύεσθαι, id eſt ſeruare, remedia.

ῥωγματίης. Fractum aliquid intus habens,quẽ & ῥηγμητίαν nominat.

σ

σαράπες. Quæ diſtractos,& diſtantes habet digitos pedum.

σαρκάζειν. Propriè quidem per labrorum morſum ſubſannare. Hippocrates autem & ſummis labris contractis vellere aliquid.

σατυρισμοί. Circum aures prolixi tumores † durarum concretionum carnis in ſe ipſam conuolutæ.} Quidam autem pudendorum intenſiones intellexerunt. †τῶν ἀδένων

σαυρίδιον. Naſturtium herba à figuræ ſimilitudine,eadem & cardamum vocatur.

σελάχεσιν. Sic vocãtur omnes piſces, qui ſquamas non habent,& animal pariunt.

σεσηρός. Deflexum & plurimum diſtãs labris, quod & ἐκπέπλημένον nominatur. * Hen.Ste.ũ iectatur,legẽdum eſſe ἐκπλημένον.

σηριγγώδη. Laxa,rara, multis foraminibus diuiſa: hęc enĩ foramina σήριγγες,& σήραγγες vocãtur,et tale corpus σηριγγῶδες,& σηραγγῶδες, hoc eſt foraminoſum.

σήσαμίς. Seſamidis appellatæ. * Hen. Stepb. arbitratur legendum eſſe σησάμινης genitiuo caſu.

σιτανίῳ. Præſentis anni tritico, hoc eſt, vere ſato.

σιτανώδει. Vel ex præſentis anni frumentis, vel ex excuſſis, & tenuibus farinis, hoc eſt purgatis.

σιάλῳ δαιδὸς καὶ σιάλῳ αἰγός. Pinguis cõuiuij, & pinguis capræ.

σιαλώδεα. Pinguia,opimata.

σιδιοειδεῖς. Luteas † vt cortex mali granati. † vel pallidas.

σικύην ἄτμητον. Cucurbitam agreſtem indiuiſam.

σικυώνην. Quatuor ſignificat apud ipſum,colocynthidem,Pyro ſimilem cucurbitam, medicinalem cucurbitam fundo carentem, & coni ſimilem cucurbitam.

σικυώνης σπόγγον. Colocynthidis ĩterior pars.

σιπύδα. Pyxidem,ſignificat etiam aliàs nomẽ hoc,fictile quoddam vas in quod farina inijcitur.

σινόμωρα. Quæ mali moris ſunt.

σιραὶῳ

† Hen. steph. nõ sine ratione suspicatur legẽ dum esse γλευκεῖ, ἐψήματι.

σιραίῳ. † Dulci decocto.
σικανός. Malitia insidiatoria, causa occulta.
σκαφίδα. Attici quidem pastoralem mulctram vt aliquando dicunt, situlæ & mulctralia facta, quibus mulgebãt: Hippocrates autẽ marinam concham prolixiorem, quam mulli μύακα, id est mutilum vocant.
σκέθρη. Exacto.
σκελιφρός. Aridus, contractus.
* σκεπαρνηδόν. Effracte, nam σκέπαρνος ipse fascia à fabrilibus nominatus esse asciis videtur.
σκήμψις. Consideratio, conclusio, in sexto de morbis popularibus.
σκιαυγεῖ. Cęcutit.
σκιμπέσθω. Concludatur.
σκίμφθη. Duo significat apud ipsum, & diuisum fuit, & admotum fuit.
σκληήματι. Arefactione, contractione.
σκληρά. Desiccata, & ab eo omnia eadem ratione.
σκληρύνει. Desiccat, & σκληρύνεται, desiccatur.
* χάσμης σκορδινᾶσθαι. Extendi & maxime cum hiãtu.
σκύρος. Callus, & σκυρωθῶσι, occalluerint.
σκύμψαι. Verberare, secare, diuidere.
σκύτα. Quæ in articulo ceruicis sunt.
† χιμωλίην. σμηκτίδα γῆν. † Cretam terram albam, qua fullones vtuntur.}
σμωδικᾶ. Ad vibices sanandas apti, ad σμώδικας, hoc est liuores, qui ex percussione fiũt, proficientis.
σπάδων. Conuulsio, fœmininum nomen.
σπαργᾷ. Luxuriatur, turgescit.
σπατίλη. Humidum excrementum.
σπέρμα. Significat etiam fructum.
σπερχνή. Festinans, assidua.
* ἀδένες σπόγγοι. In faucibus tõnsillę, in quarto de morbis popularibus.
σποδίτῃ ἄρτῳ. Pane subcinericio vocato.
σποράδες. Differentes, non eiusdem generis aliæ aliis conuẽnientes.
* συμβαίνουσαι, id est euenientes. σταδιεύς. Dioscorides ait, stadiis mensurãs ambulationes.
σταλαγμᾶ. Destillationis à capite.
στέαρ ἡδυπότον. Adeps in aromatibus quibusdã, & aqua coctus.
στεῖλαι. Supertegere, inungere.
στενυγρῶσαι. Angustare. Quidam autem claudere humidorum exitus, & siccare.
στυθοειδεῖ μαχαιρίῳ. Scalpello medico latiore.
στιτῶδες. Adipe obesum.
στίον. Calculus, lapillus, στίαι enim sunt iuxta mare calculi, & στιῶδες hinc, durum.
στίφραι. Aridæ, contractæ.
στοίβης καρπόν. Lappaginis semen.
στολιδωδέστερον. Rugosius.
στομάργου. In secundo de morbis popularibus Dioscorides sic scribit, & significari ait, loquentis furiose. Alij συμάργου scribunt, & nomen proprium intelligunt.
στόμβον. Grauisonum, grauiter sonans.
στρεβλοί. Quos & strabones nominant.
στρέφει. Dolorem intestinorum præbet.
στρέφεται. Tanquam inhabitat, in libro de aeribus, & locis, & aquis.
στρογγύλον μήλην. Spathomelen specilli genus.
στρογγύλου. Pipĕris, ipse enim sic scribit, & Indicum, quod vocant Persę piper, in hoc autem est quiddam rotundum, quod vocant Myrtidanum {id est piper.} * Myrticani. vide supra ĩ dictione Indicũ, & ĩ dict. Myrtidanum.
στρυβλήιν. Vertibilem, in libro de hæmorrhoidibus, & fistulis.
στρυμάργου. Agnoscit & hanc scripturam Dioscorides non solum στομάργου. Atque hoc non vt proprium nomen exponit, sed furiose affectum circa rem veneream significari ait, dicta enim esse apud Hippocratem & alia eodem modo epitheta, vt myochane, sarapos ῥυπαλώπεξ vel gripalopex, sed & apud Erasistratũ ait Rhinocoluros, hoc est qui mutilatis naribus est.
συπληρίη χαλκίτις. Quam simpliciter vocamus chalcitim {vulgo vitriolum vocatur.}
συγκομιστοί ἄρτοι. Sordidi panes, quod omnes simul farinæ colliguntur, & non secernuntur.
σίκα. Tumores carnosi in partibus palpebrarum facti.
σύκιον. Ficorum aridarum decoctum.
συκῆς. In primo de morbis mulierum, & fomentum συκῆς à radice, æque atque συκύας hoc est mori, quod alibi tanquam exponens ait mori radicis.
συλλογίας. Congregationes, translatio à congregatis {in exercitibus.} † εἰς τὲς λόχους
σύναγμα. Vel humor quidam concretus, vel † internus tumor, } vel hypostasis, vel callus, & melius in sexto de morbis popularibus dicit. † ἐναιώρημα * πῶρος
συναριθμᾶται. Coaptatur.
σύνδεσις. Significatur aliquando & tanquam densitas, & astrictio.
συνδεάγνεται. Conduplicatur.
συνεκχυμᾶν. Commiscere, & contemperare sanis succis.
συνέρξει. Velut conclusione.
συννεφές. Obtectum, adumbratum.
συννερόμενα. Coaptata, vt in libro de curandis luxatis.
συννηωμένα. Coniuncta, vel coeuntia.
συρμαῖα. Moderata eorum, quę in ventre sunt, purgatio.
σύσταθμον. Par pondere.
συστροφάς. Tubera, Durities.
σφαδάζει. Ægre fert.
σφάκελος. Corruptio omnis quocunq; fiat modo: scis autem & de hoc à nobis pluribus demonstratum esse.

σφάκερος. In adiunctis libro de vulneribus capitis, dolens caput autem, & sideratus si fuerit, cepæ contrarium, in plurimis autem manifeste σφαλερὸς scribitur.

σφενδόνην. In libro de articulis à funda lapides iaciente appellatum, ad restitutionem membri vtile, in libro autem de sterilibus vocatum custodem. significat autem & muliebre pedum tegumentum, & quæcunque huic similia.

σπυράδες. Caprarum, & ouium excrementa.

σκάσαι. Tria significat, laniare, excernere, relaxare.

σχεδιάδα. Anchusam, herbæ genus, dicitur enim & sic.

σχέσει. Compressione in continẽdo, & detentione, & alligatione, & pressione. cum autẽ dixerit, differt quidem aliquid & habitu corporis, tanquam habitum significat.

* σχέσει

* σχισμὸς

σχινδυλήσει. Figura calami, sic enim videtur cãlamus dictus esse παρὰ τὸ ἐσχίσθαι, id est ab eo, quod scinditur.

σχῖνον. Non solum fruticosam stirpem, sed etiã speciẽ quandam scillæ, vel potius omnis scillæ bulbum.

σχοῖνον ἡδύοσμον. Iuncum odoratum.

τ

τάμισον. Coagulum.

τέγγειν. Humectare.

τελεῖν. Consumere, vt in libro de affectionibus dicit.

τέλσον. Finem & vltimum.

τέρμινθοι. Terminthi arboris fructui similes in cute præter naturam consistentes tumores.

τέρθρον. Proprie quidem sic nominatur summitas antennę, & τέρτριοι ipsi rudentes inde in summum velum perueniẽtes. Hippocrates autem in secundo de morbis mulierum, cum hic inquit, τέρτρον fuerit morbi, æque vt si diceret, summum & supremum, & curationis maxime egens.

τεταρσωνται. Dilatata fuerunt, ταρσὸς enim omne dilatatum est.

τετράγωνα βέλεα. Sagittę quatuor habentes cuspides.

* Al. τετραμμύῳ.

τετράγωνῳ. Quidam exponunt, inuentis in stibio crustis. Quidam autem ipsum stibium.

τετραμένει. Trémit.

τετρομός. Tremor cum frigore.

τέως. Donec, & tunc, & prius.

τηλέφιον. Genus herbę, quod semperuiuũ agrestæ, & portulacam agrestem vocant, Romani autem Illecebram.

τὴν ἐν τῷ ἀλεύρῳ, βοτάνην ῥοφέοντας. In farina herbam sorbent, Mercurialem herbam visus est dicere: quoniam & alibi ait, Sorbiturum autem mercurialem.

τομεῖον. Incisor, sic vocatur ferreum instrumentum bilabrum, quo fabri ferrarij & ad alia multa, & ad tollendos, & commouendos claUos vtuntur.

τοξεύματα. Sagittæ.

τορνεύματα. Ramenta.

τροφῆς. Bene nutritus, pinguis.

τροφιῶδες. Habens illata quædam infixa, à τρέφεσθαι, quod est infigi.

τροχοί. Cursus.

τρυχνεῖν. Domare, Attenuare.

τρώειν. Vulnerare, † secare venã, } vt in secundo de morbis mulierum. † ἀποσκάλλειν

τρωθῆ. Læsa fuerit, male affecta fuerit, et τρῶμα, læsio.

τρώσκεσθαι. Parere abortum.

τρωκτοῖσιν. Crudis deuoratis, vel immaturis.

τύρσιν. Turrim & præcipue, quæ est in muris.

τυφώδης. Qui mente alienatus est, cerritus.

τυφομανίη. Mistus ex phrenitide, & lethargo morbus.

υ

ὑβοί. Gibbosi, & ὕβωμα, gibbositas.

ὑδαταινύσησιν. Hydrope laborantibus, vel in aquam mutantibus sanguinẽ, & aquosa tollentibus, purgantibus ue.

ὑδατόχλοα. Vt si aquiuiridia dixisset.

ὑδατώδεας. Hydropicos.

ὕδριον. Parua situla, Diminutiue.

ὑδρωψ. Dioscorides in secundo de morbis popularibus cum accentu in vltima syllaba legit, & significari ait ὑδροποιόν, hoc est, speciem hydropis præ se ferentem.

ὑπάλειπτρον. Frustulum, quo aliquis sublinere posset oculos.

ὑπάλειπτον. Medicamentum quod illini potest.

ὑπεζύγωται. Subiectum est.

ὑπειλληθέωσιν. In se subuoluantur.

ὑπερινός. Vltra modũ vacuatus homo, & ipsa vltra modum euacuatio. sic igitur exponent quidam, & vltra modum vacuatur, vel attenuatur. videtur autẽ longum spirans, & bre ue spirans dupliciter sic dici.

ὑπερτονεῖ. Vltra modum extenditur.

ὑπέρυδρον. Valde plenum infusa aqua.

ὑπερχολήσει. Multa repletione bilis.

ὑπεψύχθη. Mediocriter remissus est à calore febrili.

ὑπνῶσα. Somnolenter habens, somno sopita.

ὑπολείβεται. Destillat, Defluit.

ὕπομβρον. Subhumidum, subpingue.

ὑπομύσαρα. Male olentia, & digna, quę omnes abominentur.

ὑπονησαμένη. Quæ subnatauit, quæ subiuit.

ὑπόξηρα. Subcaua, humiliora.

ὑπόξυρος. Aduncus nasum, ga humiliora sunt, quæ circuncirca sunt, quàm ipsa sublimitas.

ὑποξύρες

ὑποξύρυς. Humiliores, cõtractos, dictum est autem de ventribus in maiori de prædictione.
ὑπόσφαγμα. Totius atramenti sępie tanquam subsidens fæx.
ὑποτροπή. Non solum reuersio, sed & vicissim mutatio, vt cum dixerit, lasciuiens in mutatione per vicem. * κωματώδης
ὑποψέφαρα. Caliginosa, suboscura.
ὑποψαφαρα. Asperiora, nam ψαφαρόν, hoc est cano situ obductum inest in nomine.
ὑπωμεὶη. Subiectum sic dici posset vel inhume rali vel humero. * ἐπωμίδι
ὑφύδρυς. Aqua inter cutem laborantes.

φ

φαγεδαίνη. Vlcere exedenti.
φαίνηται. Significat & transparens in igne fiat, vt in secundo de morbis mulierum.
φαλαρά. Rotunda cum lęuitate.
φαρκιδῶδες. Rugosum.
φαύσιγες. Proprie quidem ab igne in cruribus exorientes circuli rubri, abusiue autem & reliqui circuli.
φέρβεται Exest, consumit.
φήρεα. Oblongæ sub auribus glandulosæ eminentiæ, quales & Satyri habent. Quidam autem & φῆρες, & θῆρες vocantur, vt sit tanquã ferine dictum.
φθίνει. Significat, colliquefit, attenuatur, minuitur, non nutritur. * φηρεακτικῶς Hen. Ste. putat legendũ esse φήρεακτητικῶς. Vt sit nomen possessiuum.
φθόεις. Rotulas.
φιάρην. Splendens ob humiditatem.
φιβάλιος. Genus fici.
φιλεταίριος. Quam & lappam in lente nascentem vocant. *
φιλίστιον. Idem & hoc videtur esse, quod Aparine, & philetærium id est, lappa. *
φλάζυσιν. Obscure, & indistincte loquuntur, factum est nomen.
φλεβοτομίαν. Non solum cõsuetæ sectionis venæ hoc est, sed & aliam quomodocunq; distinctam à venis euacuationem sanguinis significat, & φλεβοτομηθῆναι hoc est phlebotomari similiter.
φλέγμα. Non solum humorem hunc album, & frigidum, sed & inflammationem significat.
φλέγυρον. Ignitum, & tanquam ardens.
φλεδονώδεα. Nugacem, φλεδόνες enim nugæ.
φλέυ. Verbasco similis quædam est hæc, & papyracea stirps, quæ texta circũponitur olearijs fictilibus.
φληνύυσα. Nugans.
φληναφώδεις. Nugaces.
φλίας. Ligna recta è regione fixa, vt & neruorum parastatas. * φλιαὶ aliter φλέβες.
φλεγεαί. Rubræ.
φλογιᾷ vel φλογεῖται Ignitur cum rubore.
φλυδᾷ. Humectatur, putrescit. * μυδᾷ

A φληδάρην Humidam.
φλύεται. Humectatur.
φλυζύσῃσιν. Scaturientibus.
φλυζάκια. † Pustulæ genus quoddam. † ψυδράκια
φλύσιος. Eruptionis pustularum, in superabundantia existentis in corpore humidi.
φοινίκινος. A colore sic dictam esse elephãtiasin suspicari vtique posset aliquis.
φοινηκίη. Morbus in Phœnice, & in aliis orientalibus partibus abũdans, significari autem & hic videtur elephantiasis.
φολλικῶδεα. Tanquam folliculosa, & laxa.
φονᾷ. Necare cupit.
φορίνη. Pellis.
φόρος. Facilis captu.
B φορύξαντες. Cum miscuissent.
φύλλα. Hortensia, & herbacea viridia odoramenta.
φύλλια. Odoramenta hortensia, quæ ementibus olera addunt, vt coriandrum, menta, ruta, apium.
φύλλια. Silphij semen, eo quod latum est, in secundo de morbis mulierum, addit autem & ipse in oratione aliquando quidem Libycũ, aliquando Æthiopicum.
φύσιγρα*. † Caulium exortus qui vocatur, } & maxime concauus. * al. φύσητρα † τὸ καλούμενον ἐκκαυλημα
φυτάνη. Serendi tempus.
φυτευτυρίων. Lignorum quæ in terrã feruntur, panguntur'ue.
C φωΐδες. † Ab igne in cruribus exurgentes circuli rubri, } de quibus dictum est. † φάυσιγγες vel φαύσιγές
φονὴ περιπνευμονηκή. Vox aspera. * κερχνώδης

χ

χαλκίτις ςυπτηρίη. Æque valens, vt chalcitis.
χαραδρωθέωσι. Bifidum habuerint. *
χαράκτωρι. Exacerbato ob characterem.
χάσκον. † In diuersum trahens } Dioscorides legit, & ait sic dici vuluas ex eo, quod aperiuntur. † χασκῶν cum accentu circumflexo,
χειμίη. Frigus, {gelu} rigor.
χειμίυσα. Infrigidata, gelu correpta. * rigore
χελίσκιον. Aridum, Diminutiue dictum est
B χελίσκιον parua tussicula, arida autem est, cum nihil humoris, qui excreetur, in os accedit.
χαρᾰδέως. Confertim, Factum est autem à torrente. A * χαραδρεως
χεῖς. Qui effudit. * χαράδρας
χηλήν. Specillum bifidum in summo, dissectũ vt forfex.
χήλωμα. Bifidam cauitatem sagittæ, qua parte in sagittando sagittam neruo applicant.
χήμην κηραμίδα. Cauatiorem concham & maiorem.
χλοηροῖσι λαχάνοις. Hortensibus odoramentis.
χλοιῦνται. Vt si, virescunt, dixisset.

χλῦς

χλοῦς. Viriditas.
χλοῶδες. Virens.
χλώρασμα. Viriditas clare fulgẽs, & ad aqueũ colorem declinans.
χολήιον. Bilis eductiuum.
χυτλάζηται. Vt si, inundetur, dixisset.
χυτριδεαν. Ollam.
χυτρίδεον. Ollam.
χύτριον. Ollam.
χωλεύσειεν. Mutilum aliquo articulo faceret.

ψ

ψάγδας. Genus quoddam vnguenti.
ψαίρειν. Innatare, attingere.
ψεστὴν μάζαν. In melle & oleo subactam, quoniam & libã sic madefiunt.
ψάφαρον. Fragilem.
ψέφαρα. Tenebrosa, nigricantia, ψίφος enim tenebræ.

E ψόφῳ καθαπτόμενοι. Strepitum facile sentiẽtes, & timentes, vt si, formidolosos, dixisset.

ω

ὠδεῖ. In malo, Arcesilao autem, & malum, sic videlicet sine iota scribitur, non cum iota, vt id quod sequitur. * ὦδει
ᾠδεῖ. Tumescit: manifestum autem est cum iota hoc scribi, quoniam & οἰδεῖν, hoc est tumere.
ὠμήλυσιν. Ex nõ siccatis hordeis farinę crassiores, & farinæ tenuiores: nam velut crudã farinã, proprie aiunt ὠμήλησιν nominari, magis abusiue autem omnem aliam farinam.
F ὠρεόντων. Curantium, nam & cura ὦρα.
ὠρσὺ. Anno.
ὤρουσαν. Impetum fecerunt.
ὠτειλάς. Non solum cicatrices, sed etiã vlcera.
ὠχέτευτα. Effluxiones, & exitus possedit.

* ψωσθ

* Hen. Steph. arbitratur legẽdũ esse ὦρα citatq; locum ex libro de septimestri partu.

FINIS.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones, præter Ii ternionem, & Kk quinternionem.



VENETIIS, APVD HAEREDES
LVCAEANTONII IVNTAE.





PATRIS INSOMNIVM

GALENO

ASCRIPTI LIBRI

QVI VARIAM ARTIS MEDICÆ farraginem ex varijs auctoribus excerptam continentes, optimo, quo fieri potuit, ordine sunt dispositi, & in vnum corpus redacti.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *non parum ornamẽti consequuti, ob complures nouas emendationes, & ob aliquot versiones recenter factas, deniq; ob librum vnum nunc primum in lucem editum.*

Locis etiam Hippocratis nuperrime in margine notatis.

Librorum seriem sequenti pagina habes.

Τὰ Νόθα.



VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.



CRISIS PRAECOGNITIO



GALENI DOCTORES



AMANTIS DIGNOTIO



HEPATICI COGNITIO



PALESTRITE CVRATIO



SPVRII LIBRI HI SVNT

De Hiſtoria philoſophica líber,à Iulio Martíano Rota latínitate donatus. fol. 2
Prognoſtica de infirmorũ decubitu ex mathematica ſciẽtia,à IACOBO MARISCOTO Medico Florentíno translatus,& quamplurimis locis ad antíquorum grẹcorum codicum fidem emendatus. 12
De Partíbus artis medicinæ liber ex veteri Nícolaí Rhegíni Calabrí translatione reſtitutus. 16
De Dynamídíjs líber ſine príncipio. 18
Alter liber de Dynamídíjs,magna ex parte ex Aetío deſumptus, plurimís in locís correctus. 19
De Spermate líber. 36
De Natura,& ordine cuiuslíbet corporis. 41
De Anatomía parua. 42
De Anatomía víuorum. 43
De Anatomía oculorum,Nícolao Rhegíno Calabro interprete. 57
De Compagíne membrorum,ſíue de natura humana 58
De Vírtutíbus noſtrum corpus díſpenſantíbus,ex Galení líbrís. 60
De Voce & anhelítu. 60
De Vtílítate reſpírationís. 62
Compendium pulſuum. 65
De Motíbus manifeſtís,& obſcurís líber,quem Ioannítíus de grẹca língua ín arabícam tranſtulít,Marcus autem Toletanus de arabíca ín latínam. 66
De Díſſolutíone contínua. 71
De Aquís,ex Galeno,& alíjs prẹſtantíſſímís medícís, capíta ſex Oríbaſíj, Auguſtíno Gadaldíno ínterprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inſcríptus,mutílus legebatur. 75
De Vínís ex Galeno, caput ſextum líbrí quíntí Collectíonum medícínalíum Oríbalíj ad Iulíanum Imperatorem,Auguſtíno Gadaldíno ínterprete. 76
Præſagíum experíentía confírmatum,Georgío Valla ínterprete. 77
De Vrínẹ ſígnificatione ex Hippocrate,eodem Georgío ínterprete. 78
De Símplícíbus medícamentís ad Paternianum. 79
De Vírtute Centaureæ,Nícolao Rhegíno Calabro ínterprete. 92
De Cathartícís. 94
De Gynæceís.í. paſſionibus mulíerum,Nícolao Rhegíno Calabro ínterprete. 95
Líber Secretorum ad Monteum. 96
De Medícínís expertís líber,cuí títulus eſt,Medícínalís experímentatío. 103
De Melancholía ex Galeno , Rufo , & Poſídonío caput nonum líbrí ſextí Aetíj, Iul. Martíano Rota ínterprete. 109
De Cura lcterí líber. 110
De Cura lapídís líber. 111
Quẹſíta ín Hippocratem. 113
De HVMORIBVS Auguſtíno Gadaldíno ínterprete.
De PLANTIS translatus Marſílíæ per Dominum Grumerũ Iudícem de Placentía, & per magíſtrum Abraham medícum de Arabíco ín latínũ,& eſt De medícínís occultís quas noluit propalare,nec conſignare ín líbrís ſuís alíjs,quæ ſunt experímentatẹ, & probatæ.

Siquid ſupereſſe videbitur in antiquis translationibus, quod in hiſce nouis non reperiatur: id titulorũ diuerſitate contingere ſcias, non quia prætermiſſum aliquid ſit. Nihil eſt enim in ueteribus illis codicibus, quod in hiſce nouis non contineatur: nam aut idem ſunt, uerum alio nomine inſigniti: aut compendia: aut partes: aut fragmenta. Exempla aliquorum ſubijcientur. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem eſt, ac id, quod hic De compoſitione medicamentorum ſecundum loca inſcribitur. Libri item de iuuamentis membrorum, compendium ſunt librorum De uſu partium. Libellus de præſagitura, finis eſt libri De conſtitutione medicinæ. Et qui de commoditatibus theriacæ inſcriptionem habet, fragmentum eſt libri De theriaca ad Piſonem.



GALENI
LIBER DE HISTORIA PHILOSOPHICA

Iulio Martiano Rota interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Liber longe Plutarcho dignior, quàm Galeno.

Qualis Philoſophia fuerit ante Socratem: Quas ipſe Partes addiderit: ac de Propoſito Libri.

CVm illi, qui ſe primum ad philoſophiam contulerunt, de rerum natura ſolummodo diſceptarent, atq; in ea finem ſtudiorum ſuorũ poſuiſſent, multis poſt ſeculis natus Socrates, illorum ſniam improbauit, fieri nõ poſſe dicens, vt ab hoĩbus ea percíperentur, quæ tam remota à noſtro ſenſu forent. Exiſtimabat.n. ſummę difficultatis eſſe tam abditarum rerum certã notitiam conſequi: plusq; vtilitatis hoĩes habituros, ſi ſcrutarẽtur, quo modo quis feliciter vitã traduceret, & ſe, quãplurimis bonis fruẽs, à malis oĩbus tueretur. Hoc itaq; cũ vtilius fore Socrates iudicaſſet, diſſertationes de natura rerum, q; parũ humanæ vitæ conducere viderentur, omiſit: & eam diſciplinã excogitauit, quę quid bonum, quid malum: quid turpe, quid honeſtum: quidq; honore, aut vituperatione dignum ſit, inueſtigat, arbitratus illos, qui hæc antea ſecũ meditati fuiſſent, ab oĩbus vitæ incõmodis ſe facile explicaturos: Atq; philoſophiæ pars altera hinc addita eſt, q̃ de moribus agit, & illos inſtruit, qui vitam optime degere velint. His aũt ita mente præſumptis, idem quoq; cum aĩaduerteret, opus ſibi fore, vt quos inuentorũ ſuorum participes eſſe vellet, eos ẽt aſſentiri faceret: idq; ſolum fieri poſſe, ſi qbus cum ſermonem inſtituiſſet, vere q̃ diceret affirmare videretur: rerum oĩum magiſtram diſſerẽdi facultatem adinuenit: cuius argumẽtationibus ducti & à malis diſcedimus, & ea amplectimur quæ, p deſſe ſemper, obeſſe nunq̃, ſuapte natura queunt. Sic itaq; Socratis opera, philoſophia, quæ ad ipſum vſq; naturalĩũ rerum cognitionẽ non exceſſerat, tres partes obtinuit. Hęc præfari nos oportebat, vt calle quodã ad philoſophiæ hiſtoriã veniremus: de qua nobis recenſere hoc in libro propoſitum eſt, nõ quia noui aliquid ipſi apportemus, verum vt q̃ ab antiquis de primo eius genere D ſparſim & fuſe dicta ſunt, in vnum colligamus, breuiterq; & dilucide ea explicemus: ne, ſi prius hæc noſtra legerint, qui diſcẽdi ſtudio tenentur, expoſitoribus egeãt: ne ue per ſe ipſos vnaquaq; in re, quid ab antiquis philoſophis pronunciatũ ſit, aperte non intelligant. Cõmodius aũt, quod dicimus, efficiemus, ſi & enunciatorum comprobationes, et verborũ phaleras omittemus: nã neque oſtentationis gratia ſcribere hæc aggreſſi ſumus, ſed vt his cõmodi eſſemus, q ſibi vtile quippiam ex philoſophia ſumere decreuerint: quiq; non ſolũ abolla & pallio indutos, philoſophos arbitranť, ſed ẽt eadem qua cęteri veſte vtentes, mõ animũ philoſopho dignum habere ſtudeant. Perſpicue vero nũc oĩa, q̃ à doctoribus meis accepi, quæq; ipſe legendo conſecutus ſum, in vnũ redigere curabimus: vt ex his intelligat vnuſq; ſq;, vnde primũ philoſophia ad Græcos puenerit, qui busq; auctoribus in Græciam trãſierit: ac demũ qui ipſi aĩum adijcientes cæteris præſtare viſi ſint.

De Succeſſione Philoſophorum.

COnſtat igitur inter q̃ plurimos Thaletem Mileſium, philoſophiam primũ apud Iones inuexiſſe: vnde & eius ętatis ſapientiã oẽs Ionicam appellarunt. Huius familiaris Anaximander extitit: qui & ipſe eodẽ pacto philoſophatus eſt, Anaximenẽq; doctrinę ſuę ſucceſſorẽ, & æmulũ reliquit. Anaximenes Anaxagorã docuit, q Mileto relicta, migrauit Athenas, vbi Athenienſem Archelaũ ad ſtudia philoſophiæ cõcitauit. Archelaum Socrates audiuit, is q & ætatis ſuę, & poſt

ſe genitis hoibus, in cauſa fuit, vt ſyncero animo philoſophiæ incũberent: oẽs. n. fermè quotquot E
ad ipſum accedebãt, philoſophiæ deſiderio inflãmatos dimittebat. Quãuis aũt multi fuerint appel
lati Socratici, in præſentia tñ eorum tantum mentionem faciam, qui diſciplinæ ſucceſſores ab eo
relicti ſunt. Horum vnus Plato fuit, qui cęteris oĩbus plurimum excelluit, &, vt aliquis diceret, ſo
lus inuidia ſuperata, Socratici nomen obtinuit. Clarus itaq; apud oẽs cum eſſet, veteris academiæ
princeps extitit. Hunc Speuſippus ſecutus eſt, qui in eiſdem quidem inuentis mãſit, ſed in articu-
larem morbum incidens, non multo poſtea naturæ cõceſſit, Xenocrate relicto, qui Platonis auun
culi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo ſucceſſit, qui & ipſe à Platonis diſciplina non deuia-
uit, Cratemq; inſtituit, in quo vetus academia finem habuit: nam Archeſilaus, qui Cratẽ audiuit
mediã academiã inuexit, & ἐποχὴν hoc eſt ſententiæ ſuæ reticentiam, excogitauit. Hunc ſecutus
Carneades, academiæ nouæ fundamenta iecit, Clitomachumq; dogmatis ſui ſectatorem reliquit.
Fuerũt pręterea duæ aliæ academię, quarũ priori, Philo: poſteriori, Antiochus præfuit. E reliquis
aũt Socraticis, quos plures admodum fuiſſe conſtat, multis parem, inferiorem nemini Antiſthe-
nem arbitror: is enim auſterã vitam agens, philoſophiam primus in opus deduxit. Antiſthenem
Diogenes ſectatus eſt, & illi ſimilis vitę inſtituto fuit. Hũc Zeno Citieus audiuit, qui & Stoicam
ſectã inuenit, & Cleãtem docuit. Chryſippi magiſter Cleanthes fuit: amboq; Zenonis doctrinã F
& vitæ inſtitutum tenuere. Chryſippus Diogenem Babylonium diſcipulum habuit: Diogenes
Antipatrum inſtruxit: Antipater Poſſidoniũ docuit. Rurſus quoq; Ariſtippus vnus ex Socra-
tis auditoribus fuit, à quo Cyrenaicus cum eſſet, Cyrenaicam ſectam accepimus. Sed nec Mega-
renſium dialecticã (hoc enim nomen ea ſecta habuit) iure quiſpiam deſpiciet: huius auctor Eucli-
des Megarẽſis fuit, qui Stilponem docuit, & ingenij ſubtilitate nemini eorum, qui Socratẽ audie-
runt, inferior fuit. Stilponem Menedemus Erytrienſis audiuit à quo Erytriaca philoſophia co-
gnomen accepit. Phædonem Elienſem nemo non nouit, vt inter Socraticos è primis vnus habi-
tus ſit. Hũc Anaxarchus Abderita ſectatus eſt, qui Pyrrhonẽ docuit, Scepticæ philoſophię aucto
rem. Ariſtoteles autem diu quidem Platonicis inuentis adhæſit, ſed randẽ ſe ipſum nouo dogma
ti addixit, & Theophraſtũ ſcholæ & diſciplinæ hæredem ſibi elegit. Theopraſtus Stratonem do-
cuit, qui ſuo quodam iure, de rerum natura diſputauit: nam Epicurus philoſophiæ, vt quidã opi-
nantur, eruditione cõtempta, diſciplinæ genus quoddam inuexit, quod ab accuratis philoſophis
non eſt approbatum. Epicurum vero Metrodorus audiuit & Hermachus, qui Epicuro ſucceſſit.
Porrò philoſophorum genera duo ſuprema fuerũt, Ionicum & Italicum. Sed de Ionico multa ſa
tis iam diximus: Italici vero, eius quidem, quod Crotone & Tarento viguit, princeps extitit Py- G
thagoras: eius autem, quod Elææ floruit, Xenophanes Colophonius, quem pleriq; dubitando
potius, quàm aliquid ſtatuendo, philoſophatum ferunt. Xenophanis placitis delectati ſunt Me-
liſſus & Parmenides, quem abditarum rerum notitiam adeptum ſic tradunt, vt Zenonem Elęatẽ
cõtentioſam philoſophiam. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, qui primus atomos ex-
cogitauit: quod dogma ſuſceptum à Democrito, & ſtabilitum eſt. Democriti Protagoras diſci-
pulus fuit, qui primus oratoriam faculatem philoſophiæ coniunxit.

De Cognominibus Philoſophiæ.

PHiloſophia vero cognomen adepta eſt, Partim ab auctoribus, vt Pythagorica & Epicurea:
Partim ab eorũ patria, vt Eretrica, Megarica: Partim à fine, vt Eudæmoniaca, ſiquidẽ Ana-
xarchus philoſophię, quę ſuo tempore viguit, finem eſſe fęlicitatẽ dicebat: Partim ab actionibus,
vt Peripatetica, Ariſtoteles nanq; deambulando cum ſermonẽ ad diſcipulos haberet, hoc cogno-
mine philoſophiam ſuã appellandã cenſuit: Partim ab aduerſando, vt Cynica: Partim ab aliqua
eius portione, cui pręcæteris operam dederint, vt Dialectica: Partim à locis, in quibus diuerſaban
tur, vt Academica, & Stoica: Partim ab affectu, quo docentes vtebantur, vt Sceptica: Partim ab
auctoribus, fine, & patria ſimul, vt quam Ariſtippus introduxit, quæ ab ipſo Ariſtippica dicta eſt, H
ab eius patria Cyrenaica, à fine Voluptuaria, voluptatem enim philoſophiæ dicebat finem eſſe.
Voluptatem autem illum pleriq; ſignificaſſe affirmant, non illam ſenſuum motione excitatã dul
cedinem, ſed eum animi ſtatum, qui moleſtia careat, nec illecebris vllis mulceatur.

De Ordine & Definitione Philoſophiæ.

Eam philoſophiæ partem, quę nobis diſſerendi artem tradit, duabus reliquis eius partibus an-
teponendam cenſuere, qui poſterioribus ſeculis extitere philoſophi, arbitrantes eos qui accurate
velint philoſophiæ operam dare, non prius alias partes attingere debere, q̃ diſceptandi peritiam
adepti ſint, & quid ſit vnumquodq; cognoſcendi: philoſophiam nanq; cognoſcẽdi facultatem eſ-
ſe quidam dicebant, & artem vitam optime traducendi: optimam autem vitam eſſe ſecundum vir
tutem viuere. Quidam vero ipſam definiebant, exercitationem artis ad vitam optime degendam
neceſſariæ. Ac exercitationem quidem philoſophiam eſſe omnes exiſtimant: artem vero ſapien-
tiam, quæ humanarum diuinarumq; rerum comprehenſio eſt. Quidam vero ipſam eſſe potius ar
bitrati ſunt facultatem ſpectandi quæ eligenda fugiendaq; ſint: per eligenda, bona: per fugienda,
mala ſignificantes: bona enim eſſe, quæ propter ſe ſequenda ſunt, & adepta poſſidentibus vtilita-
tem apportant: mala vero, quæ vitanda, & obtenta damnum habentibus inferunt.

De

A *De Partibus Philoſophiæ.*

Philoſophiæ partes ex ſententia plurium,& eorum,qui diligentiſſimi fuiſſe creduntur, tres eſſe in ſuperioribus iam diximus. Harum prima Rationalis dicitur,qua ſcimus vniuſcuiuſq; rei ſubſtantiam ab accidẽtibus diſcernere, & quo quidq; ab alio differat. Secunda Naturalis vocatur,per quam intelligere valemus,quid in cauſa ſit,vt cœlum tanto ordine circũuoluatur, & quę partium eius tarditatis ac velocitatis ratio ſit,ac id genus alia. Tertia, quæ alijs duabus magis eſt neceſſaria, & ad opus vitæ longe vtilior,Moralis nuncupatur: qua commode colloqui,& pacate conuerſari ſcimus: ac imperioſos,quidem & elatos,non odio proſequendo, ſed partim eludendo,partim miſerando, comtemnere: manſuetos autem & officioſos è contrario diligere. Horum autem vitam agere melius atq; facilius eſt, cum expoſiti omnium commodis ſint: illorum autem, & malum & difficile,quia nec adiri volunt,& adeuntibus moleſti ſunt.

De Sectis,quid Secta ſit, & Quot numero.

Sectam aliqui tribus modis dici affirmant,cõiter,proprie,& proprijſſime: ac cõiter quidẽ conſenſum eſſe aliqua in re, quæ ad vitam degendam pertinet: proprie vero conſenſum in artis alicuius exercitatione: proprijſſime autem, conſenſum rerum ad philoſophiam ſpectantium. Hanc
B ſic ex notione definiunt. Secta eſt collectio multorum dogmatum ſibi ipſis concordantium,& ad vnum finem tendentium. Sectæ vero quas maxime generales exiſtimant ij, quibus iſta curæ fuerunt, quatuor enumerantur. Dogmatica, quæ in multis conſtituta & ſtabilis eſt. Sceptica, quæ de ſingulis dubitat. Contentioſa,quæ cauillis ſuperior eſſe in concertationibus ſtudet: ſunt aũt cauilli,ſicut ſi dixeris,quod ego ſum,tu non es: homo ſum: ergo tu non es homo: & id genus aliæ pueriles & litigioſæ deductiones. Miſta, quæ licet multa decreta habeat, de multis tñ adhuc dubitat, nec ita de ſingulis diſputat,vt ea conſtituat. Dogmaticos fuiſſe tradunt Pythagoram Samium & Epicurum Athenienſem Sceptícos Zenonẽ Elæatem, Anaxarchum: Abderitam,& Pyrrhonẽ, quem exactiſſimum in hoc genere fuiſſe dicunt. Contentioſos aũt appellarunt Euclidem,Menedemum,& Clitomachum. Miſtos vero Xenophanẽ,qui de rebus oĩbus dubitauit, illudq; ſolum aſſeruit,cuncta vnum eſſe: Deumq;,& finitum,& immutabilem,& rõne præditum: Itẽ Democritum,qui nulla alia de re ſententiam ſuam protulit,ſed tantũ atomos vacuũ & infinitũ aſſeuerauit.

De Exortu Philoſophiæ,& Cur inuenta.

Principium philoſophiæ tribus modis dicitur,inueſtigandi,conſtituendi,demonſtrandi. Principium inueſtigandi,eſt quod primos hoĩes in opinionem philoſophię induxit: conſtituẽdi,pars
C ea philoſophiæ, quæ prior in artem redacta fuit: demonſtrandi, illud vnde probare incipimus ea, quæ apud nos inuẽta & conſtituta fuerunt. Xenocrates ideo repertam philoſophiam aſſerit,quia cum turbulenta ſit actiua vita,ſe ad contemplationis ſtudium prudentes hoĩes contulerunt.

De Signo.

SIgnum à dialecticis diffinitur proloquiũ mentis cõiunctum: item antecedens,cui conſequẽs aliquod adnexum ſit. Signorum autem quædam oſtendere,quædam admonere dicũtur. Oſtẽdunt,quæ ſic adnexa ſignificatis ſunt,vt cum primum apparent, nos in cognitionem rei ſignificatæ ducant, vt fumus: quẽ ſimulatq; conſpeximus,ignem ſubeſſe ſtatim intelligimus. Admonent, quæ non niſi prius obſeruata in notitiam rei ſignificatæ nos abducunt, vt lac in papillis: id enim vbi prius adeſſe cognouerimus,antea peperiſſe mulierem intelligimus.

De Syllogiſmo.

Syllogiſmus eſt oratio,quæ ex conceſſis ab eo,cum quo diſputamus,inexpectatum aliud quippiam colligit, veluti in primo de republica, Thraſymacho concedente, iuſtum id eſſe quod vrbiũ magiſtratibus eſt vtile, magiſtratusq; interdum aberrare,colligit Socrates iuſtum quoque id eſſe, quod magiſtratibus inutile ſit.

D *De Definitione.*

Definitio eſt conciſa oratio, quæ nos ducit in cognitionem vniuſcuiuſq; rei. Vel definitio eſt oratio,quæ breui quadam cõmonefactione, nobis propoſitas res detegit. Definitionũ aliæ à ſubſtantia,aliæ à notione ſumuntur.

De Diuiſione.

Diuiſionem exiſtimant ſeparationem eſſe eorum,quæ in vnum conuenerint: diuidi autem nomẽ, in ſignificationes: totũ,in partes: genus, in ſpecies & differẽtias: ſpecies,in ſingularia: & hęc, in accidentia: accidentia, tum in ſe ipſa,tum in ſubiecta.

De Iudicio.

Iudiciũ eſt rẽ diſcernens conſideratio. Duplex aũt iudiciũ habemus,vnũ quo viuimus,alterum quo res eſſe vel nõ eſſe diiudicamus. Tribus modis vero dr̃ iudiciũ,cõiter,,pprie,et maxime,pprie.

De Vero.

Verum eſt,quod alicui oppoſitum cum re conuenit. Differt autem verum à veritate, ſubſtãtia, conſtitutione, potentia: Subſtantia, quoniam verum incorporeum eſt, cum dignitas ſit quæ ab oĩbus proloqui ſolet, veritas autem corpus: nam omnium rerum ſcientia eſt, ſcientia principalis animi facultas,principalis facultas ſpiritus eſſe videtur,qui merito corpus exiſtimatur: Conſtitu-

tione, quía verum euídens eſt, vt ego diſputo: veritas autem à nobis inquiratur oportet, cum bo- E
na vniuerſa comprehendat: Potentia, quoniam verum malis & ineruditis hominibus, nam vera
interdum & ipſi dicunt: veritas autem non niſi probis & eruditis viris ineſſe poteſt.

De Demonſtrationum Generibus.

Qm̃ ad eam philoſophiæ partem, quam logícam vocant pertinere vī de demõſtratiõnibus do-
cere, conſentaneum eſt, vt de his quoq; aliquid dícamus. Demonſtrationes voco ſyllogiſmos, qui
euidentibus propoſitione & aſſumptione, concluſionem oſtendunt: vel qui nulla alia egeãt com-
probatione. Sunt autem bifariam diſtincti: nã alij cathegorici i. prædicatiui, alij hypothetici hoc
eſt conditionales, appellantur. Horum alij modum habent, alij modo carent, alij miſti ſunt, alijq; ſe
cundum, alij tertium adiacens prædicant. Conditionalium ſpecies ſunt ſeptem. Prima eſt in qua
duobus poſitis, quorum vnum præcedat, alterum ſequatur, præcedens aſſumitur, & ſequens infer
tur: vt, ſi dies eſt, lux eſt: ſed dies eſt: ergo lux eſt. Secunda eſt, quę ex antecedente & oppoſito cõ-
ſequentis, oppoſitum præcedentis colligit: vt, ſi dies eſt, lux eſt: ſed lux non eſt: ergo dies non eſt.
Tertia eſt, in qua ex annexo negato & oppoſito vnius partis, alterius partis oppoſitũ deducitur:
vt, non ſi dies eſt, lux non eſt: atqui dies eſt: igitur lux eſt. Quarta eſt, in qua ex diſiuncto & partis
vnius oppoſito, alterũ probatur: vt vel dies vel nox eſt: ſed dies non eſt: igitur nox eſt. Quinta eſt, F
in qua ex diſiuncto & vna eius parte, altera nõ eſſe arguitur: vt vel dies vel nox eſt: atqui dies eſt:
igitur nox non eſt. Sexta eſt, quæ ex coniuncto negato & vna eius parte, reliquã non eſſe conclu
ditur: vt, non & dies & nox eſt: ſed dies eſt: igitur nox non eſt. Septima eſt, in qua ex cõiuncto &
parte vna negata, alteram colligimus: vt aut dies aut nox eſt: ſed dies non eſt: ergo nox eſt.

De Naturali Philoſophiæ Genere, ac primo de Efficiente, & Materia.

QVantum igiť par fuit de his agere, quæ ad rõnalem philoſophiæ partem attinẽt, à nobis eſt
alio in opere ſuſe conſcriptum. Hic autem pauca quædam ſolummodo perſtringẽtes, ad ea
recenſenda properamus, quę de natura rerum antíqui tradidere. Nemo vero mihi ſuccen
ſere debet, ſi quæ ab alijs inuolute & perplexe ſcripta ſunt, ea nos facile & explicate referre confi-
dimus: nã & hoc fieri poſſe non dubitamus, & rudibus ſatis fore cenſemus hinc philoſophię dog-
matibus, tanquam ſacris quibuſdam, initiari. Exordium autem faciemus à primis rerum natura-
lium principijs, tam efficientibus, q̃ materialibus: quibus cum animum adieciſſemus, iure oĩbus
anteponendum duximus cauſas efficiẽtes: inter quas Deus principem locum obtinet, quem om-
nium quæ ſunt, quæq; in dies fiunt, auctorem & artificem, vt ita dixerim, veteres aſſerunt. Plato
ſiquidem & Stoicus Zeno quid eſſet Deus explicantes, non mundũ, ipſum eſſe dixerunt, ſed præ G
ter hæc omnia quiddam aliud, incorporeum quidem, vt Plato ſentit: corporeum vero, ſicut Ze-
no aſſeuerat: Neuter tamen, quę Dei forma ſit exponere eſt auſus, ſed Epicurus humanam ipſum
habere figuram credidit: Stoici propriam quidem eum ſemper non retinere, ſed igneus ſpiritus
cum ſit, oĩum, quibus affluxerit, formam facile ſuſcipere, illisq; ſimilem effici. Locum illi deter-
minatum Epicurus inter mundos aſſignat, vbi Deum incedere, & ambulare dicit: Stoici rebus om-
nibus eum cõnaſci, illisq; ſimilem effectum, cum eiſdem & moueri & locum mutare dicunt, ac ex
ingenita ſibi virtute, cuicunq; rei ſibi coniunctæ proſpicere: ijdem quoq; Deum quidem cuncta
gubernare dixerunt, ſed nullius rei curam peculiariter habere. Stoicis Epicurus hac in parte con-
ſentit, affirmans beatam incorruptibilemq; naturam, neq; ipſam in ſe moleſtias vllas habere, neq;
alicui alteri negocium faceſſere, vniuerſis tñ hominibus bona Deum elargiri. Plato aũt opinatus
eſt Deum, & oĩum ſimul, & vniuſcuiuſq; priuatim, curam habere in illis ſolũmodo, quæ ad vitam
ſpectant. Quicunq; mũdum genitum putant, Deum inquiunt ipſius extructorem fuiſſe: non tñ
omnes qui genitum mũdum concedunt, eandem quoq; de ipſius fine ſentẽtiam habent. Verum
Plato ex admirabili artificio eius, qui ipſum conſtruxit, neq; diſſolui, neq; aboleri poſſe mundum
exiſtimat. Stoici contra abſumi mundum putant, idq; ignis opera fieri, qui in cauſa eſt, vt exuſtus H
in infinitum commutetur: ſub quo certo quodam tempore materia quieſcit, totq; cõmutationum
vacationem accipit, donec rurſus in contrarium ſtatum vergentibus rebus, alia quoq; elemẽta de-
nuo prodire incipiãt: & rurſus diuino iuſſu ſegregata, atq; in vnum corpus redacta nouum mun
dum conſtituant. Ac cæteri quidem omnes, qui Deum cunctarum rerum auctorem crediderũt,
ipſum quoq; vnum horum omnium cauſam ſtatuũt: Solus Plato ideas introduxit, quarum exem
plum Deus in conficiendis rebus ſequeretur: item materiam omni qualitate carentẽ, ex qua ſingu
la quæq; componeret, & diſſimiles inter ſe res diſtinctasq; faceret: neq; enim ex his vnum aliquid
ſufficere, ſed tria ſimul hæc requiri cenſet, ſiquid abſolui debeat. Verum qm̃ de efficiente princi-
pio ſatis multa attulimus, tempus eſt vt de materia quoq; aliquid dícamus. Oẽs qui de rerum na-
tura aliquid locuti ſunt, cõcordes materiam eſſe concedunt: quę nam vero ſit, non oẽs conſentiũt.
Sed Pherecydes Syrus, terram eam eſſe credidit. Thales aũt, aquã. Anaximandrus, infinitũ. Ana
ximenes & Diogenes Apolloniata, aerem. Heraclitus, & Hippiaſus Metapontícus, ignem. Xe-
nophanes Colophonius, aquã & terrã. Hippo Rheginus, ignẽ & aquã. Oenopius Chius, ignẽ
& aerẽ. Empedocles, quatuor elementa, terrã, aquã, ignem, & aerẽ: His amicitiam & litem adiũgit,
quarũ altera cõiungit & vnit, altera ſegregat & diſtinguit. Democritus & eum ſecutus Epicurus,

atomos,

A atomos oīum rerum materiam opinantur. Heraclides Ponticus,& Aſclepiades Bythinus,rerum principia faciunt moles quaſdam oī actione carentes. Anaxagoras, minimas quaſdam & ſiles rerum particulas. Diodorus,qui Cronus appellatus eſt, indiuidua minimaq; corpuſcula. Pythagoras,numeros. Mathematici corporum fines. Strato Phyſicus cognomēto,quas voeāt qualitates. Plato,Ariſtoteles,et Stoici,naturam quandam informē,ex qua primum quatuor elementa,tū reliqua fiant: ſed Ariſtoteles elementis quintum corpus addit, qđ circūuoluitur, & eſt immutabile.

De Principij & Cauſæ Differentia.

PRincipiū & cauſam aliqui nihil inter ſe differre putant. Aliqui principium quidē rerū oīum originem precedere volunt,non tñ ipſum euentus huiuſce cauſam eſſe dicunt,ſed id,quo ſm vnumquēq; modum res fiunt. Cauſarum gña quatuor ijdem ſtatuunt: Præcedens,quod ab euentu ſeparari pōt,idq; quod iam effecit pmanet: Continens,quod rem quā facit non deſerit,nā eo p̄ſente,res gignitur,abſente deſinit,vrgente creſcit,deſiſtente minuitur: Perfectum, quod per ſe ſolum rem peragit: Cōcauſans,quod cæteris pares in euentum confert: vt in arādo videmus,in quo vel plurimum affert,qui minimum etiam adiumenti confert, vt bobus quidem duobus arator indigeat, ſed multo facilius opus abſoluat,ſi tertium iumentum adiunctum aliorum laborem leuet.

B *De Principij & Elementi Differentia.*

Cum Iones elemētum à principio nihil differre arbitrarentur, plurimum Plato ītereſſe iudicauit,atq; ita vtrūq; diſtinxit,vt Elemētū id ſit qđ compoſitum & effectū eſt, qūo terrā,aquā, aerē,& ignem elemēta vocamus: Principiū vero dicatur,quod ſe prius quicq; nō habet,ex quo gigni potuerit: alioquin principium nō rore elemētis, nāq; priora ſunt tum materia informis & perēnis: tū forma,ſpēs,& ἐντελέχεια hoc eſt perfectio nūcupata: demū priuatio, quā abſentiā deſiniūt rei,q̄ tum adeſſe debeat. Merito igitur Plato reperta differentia,veterem Ionicorū ſniam improbauit.

De Natura.

Naturam aliqui deſiniūt arte p̄ditum ſuapteq; motu in gñationem tendentem igneum ſpūm. Alij nihil aliud,quàm minutorū corporū cōgreſſum & diſceſſum. Ariſtoteles principiū motus & quietis eius,in quo eſt primo & nō ſm accidēs: Naturalia vocat, cū elemēta quatuor, tū cætera q̄ ex eis fiunt,aīalia,ſtirpes,metalla: & quæ in aere gñantur imbres,niues,fulmina,grādines,venti.

De Motu.

Motum oēs penè concedunt,quicunq; paulo diligentius philoſophati ſunt, Locorum cōmutationem: vt cum quis Alexandria Romam venit,vel Alexādriam Roma diſcedit: Qualitatum
C variationem,vt ſiquis ex frigido calidus fiat, vel ex calido frigidus euadat: Naturæ vicißſitudinē, vt ſi quis antea non exiſtens homo,nunc eſſe incipiat: vel cōtra exiſtens homo, eſſe deſinat: Staturæ mutationem,vt ſiquis è paruo magnus creſcat,aut è magno in paruum decreſcat.

De Corpore.

Reliquis corpus eſſe dicētibus quodcunq; ſiue agat,ſiue patiatur, Mathematici corpus eſſe definiunt,quod trifariam extentum eſt,in longum,in latum,& pfundum: Punctum nanq; eſſe, qui partes non habeat: Lineam vero, longitudinem tantum: Superficiem, latitudinem longitudini coniunctam: Hanc, ſi profunditas accedat,corpus appellari: Quidam etiam corporum fines corpus crediderunt. Plato molem eſſe corpus aſſeruit,quę & locum occupat,& intra ſe molem aliam non admittit,neq; enim duo corpora vnum locum obtinere ſimul poſſe.

De Figura.

Figura,corporis ſuperficies,circunſcriptio,& finis eſt. Figurarum vero,aliæ rotundæ ſunt,alię angulares,quarum infinita pene variatio eſt.

De Forma ſeu Idea.

Forma,ſubſtantia eſt incorporea,quæ quidem ex ſe non ſubſiſtit, ſed formis carētem materiam
D informans, omnia, quæ videmus extare facit. Socrates & Plato formas arbitrantur naturas eſſe à materia ſeparatas in intellectu cogitationeq; Dei,hoc eſt in mente diuina ſitas. Ariſtoteles autem formas quidem & ſpecies non abſtulit, ſed eas materiæ coniunctas eſſe voluit. Stoici noſtras intellectiones formas appellarunt.

De Mundo.

STOici mundum vnum eſſe dixerunt, quem & totum eſſe, & corporeum arbitrati ſunt. Empedocles mundum quidem vnum eſſe concedit,totum tñ ipſum negat,ſed exiguam quādam totius particulam,reliquum vero,ocioſam materiam. Plato mundum vnum eſſe & totum,tribus argumentis coniectat,quia perfectus non eſſet,ſi omnia nō contineret: nec exemplari ſimilis,ſi vnicus non eſſet: nec æternus, ſiquid extra ſe haberet. Metrodorus tam abſurdum eſſe putat vnum mundum in infinito natum dicere,q̄ in agro magno,vnam ſpicam: nam cum infinitæ cauſę ſint, mundos quoq; infinitos eſſe neceſſum eſt. Sunt autem infinitæ cauſæ,i.atomi, quare & infinitos effectus eſſe oportet,hoc eſt mundos, cum eorum quiſq; finitus ſit.

De Conſtitutione Mundi.

Mundus rotunda figura hoc pacto conſtitit. Indiuidua corpuſcula, quæ tum fortuito motu ferebantur,cū vnū in locū plurima conuenißent,magnitudine,& figuris differebant. Quæcūq; igit

angulosa,magna,& grauia fuerunt,subsistere: quæ vero parua,leuia,& rotunda, in superiorem lo E
cum ab illis extrusa sunt: nec prius ascẽdere desierunt,q̃ impulsionis violentia cessauit: tunc.n.re-
tro acta,cum inferius descendere non possent,in loca sibi cõgrua deuenere,ea autem sunt quæ cir-
cumposita. Vt igitur inter se satis coagmentata sunt,quæ circum vndiq; erant, extimum cœlũ ge-
nuerunt: quæ vero illis & loco & natura proxima extiterunt, planetas effecerunt: nã aerem exha-
latorum corporum multitudo cõposuit, qui concitatus in ventum, cœlum agitare cœpit, & eum
in orbem actum circũuersare: quem motus ordinem stellas adhuc seruare videmus. Vt aũt ex cor
poribus in sublime eiaculatis, cœlum, ignis,& aer, ortus est, ita ex subsidentibus nata est terra: quã
multa materia nimium adhuc corpulentam, cum ventorum impetus,tum stellarum splendor cõ-
pingendo attenuarunt,& ad eam quã spectamus paruitatem,redegerunt aqua expressa: quæ flui-
da cum sit, per decliuia labi cœpit in loca concaua: vel ipsa per se aqua huc illuc discurrens alueos
sibi & latos sinus excauauit. Sic itaq; præcipue mundi partes in lucem prodierunt.

De Deo.

QVæ de Deo inter initia omisimus,ea nunc explicare nobis in animo est. Nã ex antiquis phi
losophis quosdam inuenimus, qui Deos non esse dixerunt: nõ tñ id palàm fateri ausi sunt,
sed an Dij essent, ignorare se dicebant.Fuerunt aũt Diagoras Milesius, Theodorus Cy- F
renaicus, Euemerus Tegeata,& Euripides Athenienſis,quanq̃ id ipse non dicit,sed Sisyphum id
dicẽtem introducit ob metum Areopagitarum. Sed istos missos faciamus, & Anaxagorã potius
audiamus,qui diuinam mentem asserit,res oẽs à primordijs mundi inter se confusas distinxisse,at-
que ita res omnes procreasse: Vel Anaximandrum,qui stellas cœlestes Deos arbitrabatur: Aut
Democritum,qui mentem igneo circulariq; corpore vtentem, hoc est mundi animam,Deum es-
se affirmabat. Nam Pythahoras ex hisce, quæ ipse inter principia collocauit,vnitatẽ,hoc est vnius
naturam, & mentem ipsam, Deum atq; bonum existimauit: dualitatem vero, Dæmonem,& ma-
lum, quam corporea moles circunstat,id est quem aspicimus mundum. Socrates autem & eum se
cutus Plato,Deum id inquiunt esse,quod vnum,quod solum,quod bonum,& ex sese est: quæ oĩa
illuc tendunt, vt Deum mentem esse significent nulli materiæ commistam, nulliq; effectui obno-
xiam. Aristoteles vero supremum Deum formam esse definit,separabilem quidem, æthereo tan-
tum corpori, quod quintum appellat,inhærentem. Id autem cum in plures sphæras natura quidẽ
coniunctas, ratione vero distinctas,separet, quãq; sphæram animal esse censet, ex anima & orbe
compositum: quorum hic æthereum corpus est,in circuitum volubile: illa ratio,quæ ipsa quidem
motum non admittit, sed tñ motus est causa. Stoici Deum esse pronunciant, ignem arte prædituũ, G
rationeq; & via ad mundi generationem procedentem,atque oẽs rerum omnium rationes conti-
nentem, quibus vniuersa fato eueniunt: Item aliter, spiritum toti mundo infusum, qui varias ap-
pellationes sortitur pro diuersitate materię, in quam diffusus est.Deos autem existimant cum stel
las & cœlum,tum præcipue mentem. Epicurus Deos omnes humanam speciem habere credidit,
videri tamen à nobis non posse,ob summam tenuitatem atomorum, quę ipsos componũt. Qua-
tuor etiam alia rerum genera sempiterna statuit,atomos,infinitum, vacuum,& similitudines,quæ
ab eo eiusdem rationis partes & aliorum elementa censentur.

Vnde in Cognitionem Dei venimus.

Dei vero cognitionem habuimus ex pulchritudine, quã cœlo inesse spectamus: nihil.n.teme-
re,aut casu, pulchrũ oritur,sed artificis alicuius opera: quamobrem & Euripides stellas inquit or-
natus gratia ab Opifice sapienti cœlo inditas fuisse. Deuenimus autem in huiusce modi cognitio-
nem,cum ex alijs stellis, tum præcipue ex Sole & Luna, quæ subterraneum iter emensa, eodẽ co-
lore,eadem figura,eadem magnitudine nascuntur,eademq; & tempora & loca seruant.

De Heroibus & Dæmonibus.

Thales,Pythagoras,Plato,& cum his Stoici,vnanimes asserunt, Dæmones naturales substan- H
tias esse: Heroas aũt,animas à corporibus separatas: & harũ bonas esse,q̃ hoĩum fuerint sancte vi-
tam traducentium: malas aũt male viuentium. Epicurus tam Dęmones,q̃ Heroas non concedit.

De Anima.

CVm multa de anima ab antiquis inter se controuersa dicta sint, nemo me à proposito intro-
ductionis modo discedere arbitretur,si paulo fusius ea cõmemorauero,quæ ab illustrissimis
quibusq; dicta sunt. Animam igitur existimant aliq spiritum esse toto corpori adnexum, non tñ
æquabiliter, sed vni mẽbro magis, alteri minus: hoc Asclepiadis sectatores dicunt. Eandem alij
facultatẽ qua viuimus arbitrant: Quidam principium motus oĩum, q̃ fiunt & sunt. Epicurus aũt
aerẽ illum,quem respirando attraximus,aĩam esse credidit. Cuius substantiã alij incorporeã dixe
runt,vt Plato: Alij corpoream,vt Zeno, & ipsum secuti Stoici,nã spũm ipsam esse opinati sunt:
Item mortalẽ alij, vt Epicurus & Diocles: Alij immortalẽ, vt Plato & Stoici, ipsam existimarũt: *AP. Dicæar
quãq; Plato suo se motu semper mouentem, nec vnq; interituram ipsam asseueret: Stoici contra, chus.
tam diu animã durare,quoad mundus dissoluatur, tunc enim ipsam quoque corrumpi. Rursus
alij sic adnexas corporibus animas aiunt, vt ex eis ipsas sponte natas dicant: hocq; in causa esse,
vt corporeis voluptatibus tantopere delectentur. Alij vero animam volunt Dei particulã quan-

dam

A dam esse, nec vllum extare elemẽtum, quod ocioſum ſit, quodq; in compoſitarum rerum rationem non veniat. Peccare vero animas inquiũt, Alij quia liberæ cum ſint, ſuopte arbitrio ad malum ferantur: nam cum voluptates appetant, vt eas aſſequantur, vitia perſequi flagitioſum eſſe non iudicant. Alij, cuncta fato euenire putantes, aiam quoq; nulla electione habita delinquere poſſe concedunt. Pœnas dare ſceleratorum animas, vbi à corporibus ſolutæ fuerint, exiſtimat Plato: bonorũ autem, ad Deum poſt mortem reuerti, et in aſtris habitare. Stoici nihil iſtorũ admittunt, ſed poſtq;, aiunt, ſeiunctæ à corporibus fuerint, quę intemperanter vixerunt, & voluptatũ adhuc auidę ſunt, corpus aliud iterũ ſubeunt, deſiderio voluptatum illectæ, quas corporis miniſterio aſſequuntur: id autem eas tandiu facere, quoad virtutem edoctæ, in cognitionem veri boni deueniãt, ac meliorem vitam trãducant: à qua ſtatim, vbi ſolutæ & iam ab impedimentis corporis liberę fuerint, ipſis per ſeſemet interlucentibus honeſti ac decoris, ideis vniuntur, à quibus nunq; ſic affectæ poſtea diuelluntur. Partes animæ Plato tres fecit, rationem, iracundiam, & concupiſcentiã. Ariſtoteles quartam addidit, naturalem, quæ corpus vegetat. Stoici & ipſi partes animæ quatuor enumerant, ratiocinandi, ſentiendi, loquendi, & gignẽdi facultatem. Alij ſimplicem & partibus carere animam arbitrantur: nihil enim aliud ipſam eſſe, q; prudentiam, quam tum mentem, tum intellectum, ap-
B pellant. Menemachus vnus ex ſectatoribus ſtoicæ diſciplinę, vbi ſuſpitionem addidit, loquendi et gignendi poteſtatem ademit, eas ſentiendi facultatibus attribuens. Non nulli demum in ſenſum & rationem animam diuiſerunt, quibus aliquis merito potius aſſentiri poterit.

De Minimo.

ANte quatuor elementa non nulli fragmenta quædam eiuſdem rationis paruiſſima & rotunda, ceu elementorum elementa, extitiſſe dicunt. Heraclitus quoq; fruſtula quædam cum minima, tum indiuidua, cogitatione tantum apprehenſibilia concedit.

De Colore.

Color eſt qualitas corporis viſibilis. Pythagorici colorem appellant ſuperficiem corporis. Empedocles, quod meatibus oculorum quadraret. Plato flammam è corporibus prodeuntem, cuius partes apte oculis incidunt. Zeno is, qui Stoicorum princeps fuit, colores eſſe definit, primos materiæ habitus. Qui pythagoræ ſucceſſerunt philoſophi, colorum genera quatuor fecerunt, album, nigrum, rubrum, et pallidum: reliquas autem colorum varietates ex diuerſa elementorum commiſtione oriri: animalium vero etiam ex aeris & locorum diuerſitate conſurgere.

De Miſtione.

C Priſci miſtionem elementorum fieri dixerũt, ex mutua inter ſeſe per primas qualitates actione. Anaxagoras, & Democritus ex eorum ſolummodo congreſſu. Empedocles è paruiſſimis micis elementa cõponit, quas minima q̃dam fruſtula, et veluti elementorũ elementa, eſſe dicit. Plato tria tm̃ corpora ex ſe mutuo fieri credidit, ignẽ, aerem, & aquam: terram nanq; ſolã immutabilem eſſe.

De Vacuo.

Qui à Thalete manarunt philoſophi ad Platonem vſq; vacuum oẽs abnegarunt. Empedocles intra mundum, inquit, vacuum res nulla, nec extra eſt. Leucippus, Democritus, Epicurus, & Metrodorus atomos quidem multitudine, vacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra mundum vacui quidẽ nihil eſſe, extra vero infinitum: Alij tantum vacui ſolũmodo extra mundum eſſe, quantũ ad reſpirationẽ mundi faciat: mundũ enim, igneus cũ ſit, euentatione indigere.

De Loco & Receptaculo.

Stoici & Epicurei locum à receptaculo differre cenſent: ac locum quidem eſſe, quod corpus totum tangit vt ſuperficies: receptaculum autem, quod parte ſolum, vt in vaſis vinarijs contingit.

De Tempore.

Pythagoras tempus eſſe arbitratur, continentis nos cœli machinam. Plato mobilem æternita-
D tis imaginem, vel interuallum motus cœli. Eratoſthenes Solis circumuolutionem. Temporis autem eſſentiam Plato cœli motum exiſtimat. Stoici ferè omnes motum ipſum. Ac cæteri quidem ingenitum tempus arbitrantur: Plato genitum ex ſenſus noſtri cogitatione.

De Ortu & Interitu.

Parmenides, Meliſſus, & Zeno Elæata, ideo nec generari nec corrumpi quicq; aſſeruerunt, q vniuerſum immobile ponunt. Epicurus & cæteri, quotquot è minutis corpuſculis mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni, & eorum diſceſſu aboleri cuncta affirmant. Hi autem neq; oriri quicq; neq; interire proprie dicunt: nam cum ex congerie nõ ex alteratione gigni res velint, non qualitatis ſed quantitatis motum, ortus & interitus momentum præcedere faciunt. Pythagoras, & alij quicunq; materiam pati ſupponunt, ortum & interitum proprie aſtruunt, cum velint elementorum qualitatibus immutatis naſci res, & diſſolui.

De Neceſſitate.

Thales validiſſimam eſſe neceſſitatem dixit, cum vniuerſo dominetur. Pythagoras mundo eam incubare credidit. Parmenides, & Democritus, omnia neceſſario euenire dicunt: eandemq; ipſam eſſe cum fato, cum iudicio, cum prouidentia. Plato quędam in prouidentiam, quędam in neceſſitatem refert. Neceſſitatis aũt eſſentiam Empedocles arbitratur cauſam principijs & elemen-

tis

tis vtentem. Democritus, reſiſtentiam motum & impetum materiæ. Plato, non nunquam materiam: interdum habitum eius, qui circa materiam operetur. E

De Fato.

Heraclitus omnia fato euenire dicit: ipſumq; idem eſſe quod neceſſitas. Plato quãuis in hominum animis & vita fatum conſtituat, ei tñ & libertatem noſtram adiũgit. Stoici Platonem hac in parte ſequuntur: ac neceſſitatem quidem definiunt, inſuperabilem & violentam cauſam: fatũ vero cauſarum ſeriem, in qua tñ illa quoq; cauſa cõtinet, quæ in nobis eſt, vt quædam fato fiant, quædam non fiant. Fati vero eſſentiam Heraclitus eſſe definit rationem, ſubſtantiã vniuerſi permeantem: Fatum autem corpus æthereum, quo tanq; ſemine vniuerſum gignitur. Plato perennem rationem & legem naturæ totius vniuerſi. Chryſippus vim ordine cuncta gubernantem: Itẽ in definitionibus, fatum, inquit, eſt ratio ſeu lex, cuius prouidentia reguntur omnia, quæ ſunt in mũdo: vel ratio, per quam, orta nata ſunt, naſcentia oriuntur, oritura naſcẽtur. Reliqui vero Stoici fatum deſcribunt cauſarum ſeriem, hoc eſt ordinem & nexum intranſgreſſibilem. Poſſidonius tertium ipſum à Ioue facit, vt primus ſit Iupiter, ſecunda natura, tertium fatum.

De Fortuna.

Plato fortunam definit cauſam, quæ ſectetur & incidat rebus quas facere eligimus. Ariſtoteles F cauſam, quæ hiſce rebus interuenit, quas alicuius gratia & volentes facimus, obſcuram tamẽ & inſtabilem: Differre vero fortunam à caſu, ex eo, quia quæ fortuna fiunt, caſu quoq; fiant, cum fortuna ſolum in noſtris actionibus verſetur: quæ vero caſu fiunt, non omnia fortuna, in his enim caſus etiam conſiſtit, quæ ad actiones noſtras non attinent: Inſuper fortunam ad homines tantũ ſpectare: caſum autem non ad homines ſolum, ſed ad bruta, & ad reliqua quoq; vita carentia. Epicurus inconſtantem & ipſe cauſam modis temporibus perſonis, fortunã dicit. Anaxagoras & Stoici, cauſam quæ humano diſcurſu aſſequi non poſſit: Atq; alia quidem neceſſitate, alia fato, alia electione, alia fortuna, alia caſu fieri.

De Finitate & Infinitate Mundi.

PYthagoras primus hãc rerũ oĩum congeriẽ mundũ appellauit, exactã eius diſpoſitionẽ cõtẽplatus. Thales, & qui ab eo deriuarũt, vnũ mũdũ aſſeruit. Democritus & Epicurus, & vtriuſque magiſter Leucippus, infinitos, in infinita vacui amplitudine ſitos. Empedocles cum in ſuprema parte mundi Solẽ circũuolui faciat, mundũ finitũ ſtatuit: Seleucus aũt infinitũ. Diogenes vniuerſum quidẽ infinitũ dicit, mundum aũt finitũ. Stoici multum inter vniuerſum & totũ intereſſe dicunt: ac vniuerſum quidẽ infinitum eſſe, cum vacuũ quod infinitum eſt, cõprendat: totum autẽ G quia vacuum excludit, finitum eſſe: quare cum totum & mundus idem ſint, mũdum finitum eſſe.

De Figura Mundi.

Ariſtoteles & Stoici rotunda figura mundum conſtare dicunt: Alij partim cono, partim ouo ſimilem malunt. Epicurus, & his, & id genus reliquis, mundum conſtare poſſe concedit.

De Anima Mundi.

Reliqui oẽs aĩam habere, prouidentiaq; regi mundum arbitranr. Democritus & Epicurus, & quotquot atomos ac caſũm introducũt, neq; aĩam habere, neq; prouidẽtia regi ipſum inquiũt, ſed bruta quadã natura. Ariſtoteles non aĩa, non rõne, nõ mente, nõ prouidẽtia, prædituũ mundum oĩbus ſuis partibus exiſtimat, ſed cœlum tantummodo: cœleſtes enim orbes ſingulos & animam & vitam habere: reliqua vero infra cœlum poſita, omnibus his carere: q; ſi ordine aliquo frui videantur, non ex ſe illa ipſum habere, ſed incidenter, quatenus à cœleſtibus corporibus reguntur.

* inane

De Æternitate Mundi.

Pythagoras & Plato factum à Deo mundum arbitrantur, ac quantum in ipſo eſt, interire poſſe: nam cum ſenſibus percipiatur, corporeum eſt & diſſolubile: non intercidet tñ Dei prouidentia & cuſtodia præuentus. Epicurus & Stoici mundum interiturum concedunt, ortus cum ſit: id quod H & reliquis accidere videmus & aĩalibus & ſtirpibus. Xenophanes ingenitum, ſempiternũ, indelebilem, defendit. Ariſtoteles, quæ infra Lunam ſunt, mortalia: quæ vero ſupra, immortalia ſtatuit.

An Mundus Alatur.

Ariſtoteles, qui mundum ſempiternum tuetur, nullo ipſum alimento indigere concedit, nam ſi nutrimento egeret, interiret tandem. Heraclitus ex ijs, quæ hic corrumpuntur, ipſum ſibi mundum immutatione quadam nutrimentum ſubminiſtrare putat. Philolaus ex Pythagoricis vnus, corruptiones duas eſſe dixit: interdum nanq; ignem è cœlo deſcendere, interdũ vero lunaris aquę circunuerſatione aerem effundi: horum itaq; exhalationibus cœlum nutriri.

A quo Elemento Mundus Exordium ceperit.

Phyſici mundũ à terra exordiũ ſumpſiſſe dicũt, tanq; à centro, quod rotundis oĩbus eſſe principiũ ſolet. Pythagoras ab igne. Empedocles æthere primo extitiſſe dicit, tum ignem, poſtea terrã: de qua circũuoluentis ſe cœli impetu vehementer aſtricta, exilijt aqua: quæ in vaporem conuerſa, aerem peperit: Cœlum autem æthere, Solem igne ſolo conſtare credit: reliqua vero, quæ hic apud nos ſunt, ex alijs. Plato cum viſibilem hunc mundum ad imitationem mũdi intelligibilis factum exiſtimet, animũ primum extitiſſe dicit, tum corpus: quod ex igne & terra primo, ex aere & aqua

ſecundo

A ſecundo conſtat. Pythagoras cum quinq; tantum figuras ſolidas eſſe cerneret, quas etiam Mathematicas appellant, è cubo terram natam credidit, e pyramide ignem, ex octaedra aerẽ, ex icoſiedra aquam, è dodecaedra cœlum: atq; Plato hac quoq; in parte Pythagoram ſectatus eſt.

De Ordine Partium Mundi.

Mundi partes ita inter ſeſe complicatas Parmenides aſſeruit, vt vna ab alia contineat: ac quamuis oẽs ex raro & denſo conſtent, eas tñ quę in medio ſunt, ex opaco & lucido miſtas: quę vero cęteras continet, inſtar muri ſolidam eſſe. Leucippus, & Democritus tunicam & membranam quãdã mundo circũponunt. Epicurus partim raro, partim denſo, mundos operimento inuoluit, quorum alios circũagi putat, alios aũt minime. Plato ſupremo loco ętherem collocat, tum ignẽ, poſtea aerem, deinde aquam, vltimo terram: interdum tñ ætherẽ igni coniungit. Ariſtoteles ætherẽ primo collocat, quem incõmutabilem, & quintum corpus facit: ab eo commutabilia diſponit, ignẽ, aerem, aquam, & infimo loco terram. His autem ita motum attribuit, vt quintum corpus, hoc eſt cœleſtes orbes, circumuoluantur: alia vero, quæ infra cœlum ſunt, recto motu ferant: ac leuia quidem aſcendant, ignis, & aer: grauia vero deſcendant, aqua, & terra. Empedocles nec definita, nec eadem loca ſemper habere ſenſit elementa, ſed in alterius locum omnia ſuccedere.

B *De Mundi Inclinatione.*

Diogenes & Anaxagoras poſt mundi conſtitutionem & animalia genita ex terra, ſponte mundum vnam ſuam partem ad auſtrum inclinaſſe aiunt, alteram ad ſeptentrionem extuliſſe: fortaſſe vero diuina prouidentia, vt quædam mundi partes habitari poſſent, quædam non habitari, pro caloris, frigoris, & temperiei cõditione. Empedocles, aerem inquit Solis impetu adactum, boreales plagas extuliſſe, auſtrales autem depreſſiſſe, atq; ita totum mundum inclinatum eſſe.

An Extra Mundum Aliquid ſit.

Qui duce Pythagora philoſophati ſunt, extra mundũ vacuũ eſſe dixerũt: vacuũ nãq; reſpirãdo mundus attrahit, expirãdo remittit. Stoici quoq; ideo vacuũ foris eſſe volũt, vt cũ mundus conflagrabit, in ipſum diffundi queat: id aũt vacuum infinitũ eſſe: quanq; Poſſidonius infinitum ipſum non facit, ſed tm ſolummodo, quãtum ad diſſolutionẽ mũdi ſufficiat, libro primo de vacuo. Diogenes vacuum & ipſe aſtruit. Plato & Ariſtoteles nec intra mundum nec extra vacuum ponunt.

De Dextra & Siniſtra Mundi Parte.

Pythagoras, Plato, Ariſtoteles, dextram mũdi partem orientalem faciunt, vnde motus incipit: occidentalem vero ſiniſtram. Empedocles, q̃ ad ſolſtitium, dextrã: quæ ad brumã, ſiniſtrã definit.

C *De Cœli Eſſentia.*

ANaximenes extimam mundi circunferentiam, terream eſſe credidit. Empedocles cœlum ſolidum eſſe putat, conſtareq; ex aere in morem cryſtalli ab igne durato, & vtroq; hemiſpherio tam ignem, q̃ aerẽ continere. Ariſtoteles è quinto corpore, ipſum facit: Reliqui ex igne, ipſumq; ex calidi frigidiq; commixtione compactum.

De Cœli Segmentis.

Thales, Pythagoras, & qui ab eis manarũt, cœlũ in quinq; circulos diuidũt, quos zonas appellant. Horum is, qui nobis ſemp apparet, arcticus vocat: ſequens, ſolſtitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: vltimus, antarcticus, qui noſtris oculis hic aſpici non poteſt. Obliquus autẽ circulus, quem Zodiacũ nominant, tres medios coniungit: ductos autem à ſeptẽtrione ad auſtrum, ęquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram vero ferunt Zodiaci obliquitatem primum animo concepiſſe, quod ſibi tamen Oenopides Chius arrogare, tanq; à ſe inuentum, non dubitauit.

De Stellis.

THales è terra quidem conſtare ſtellas opinat, verũ ignitas eſſe. Empedocles ignem tm, quem æther compreſſus, quo tempore dirimebantur elementa, illuc ſubmiſit. Anaxagoras ætherẽ
D igneum eſſe ex ſua natura putat, ipſumq; circumuolutionis ſuæ vehementia, lapides è terra ſurripere, quos ſurſum euectos & inflammatos, ſtellas aſſerit. Idem rurſus alio in loco ſtellas appellat ſaxa latentia, quæ crebro in terram decidentia extinguũtur: ſicuti contigit cum in Aegos fluuiũ candens ſaxum in morem ſtellæ cecidit. Diogenes ſtellas opinatur, perinde atq; pumices & raros lapides, ac per eos mundum reſpirare. Empedocles fixas, cryſtallo (ſic enim ipſe cœlum appellat) adnexas: errãtes autem, ſolutas aſſeuerat. Plato quamuis ſtellas maiori ex parte igneas eſſe credat, tamen aliorum elementorum expertes eas non iudicat, ſed elementis glutinis vice contineri. Xenophanes è nubibus accenſis conſtare ſtellas arbitratur, eaſq; interdiu extingui, noctu accendi, nõ aliter atq; carbones ſolent: ortumq; & occaſum nihil aliud eſſe, q̃ nubium accenſionem & extinctionem. Heraclides & Pythagorei ſingulam quanq; ſtellam, vnum mũdum eſſe, terram, aquam, aerem, & ætherem comprehendentem, ferriq; per aerem infinitum: hæc opinio in ſacris Orphei contineri perhibetur, quibus initiati quãq; ſtellam vnum mundum arbitrant. Epicurus nihil iſtorum non admittit, cum id genus omnia contingere poſſe concedat.

De Stellarum Figura.

Stoici ſtellas rotundas exiſtimant, vt & mundum, & Solem, & Lũnam. Cleantes, coni figura. Anaximenes, tanquam clauos cœlo adactos. Alij tanquam folia candentia, & picturas.

De

De Ordine Stellarum.

Xenophanes vna ſuperficie ſtellas oēs moueri credit. Stoici quaſdam altius, quaſdam ſubmiſſius ferri. Democritus ſtellas ita diſponit, vt fixæ ſummum locum teneant: vagæ ſuccedentem, inter quas Solem & Lunam reponit. Plato poſt fixas Saturnū collocat, deinde Iouem, poſtea Martem, deinde Venerem, poſtea Mercurium, deinde Solem, vltimo Lunam. Mathematicorum alij Platonem ſequuntur, alij Solem in medio ſtatuunt. Anaximandrus & Metrodorus Chius, atque Crates, ſupremum locum Soli dant, ſuccedentem Lunæ, tertium ſtellis fixis & vagis.

De Motu Stellarum.

Anaxagoras, Democritus, & Cleanthes, ab ortu in occaſum ferri ſtellas oēs exiſtimāt. Alcmęō & mathematici vagas ex aduerſo fixis incedere dicūt, hoc eſt ab occaſu in oriētem. Anaximādrus vehi ſtellas exiſtimat ab eo orbe, cui inſunt. Anaximenes eodē pacto ſub terra, quo ſupra, moueri. Plato & cum eo mathematici Solē, Venerē, & Mercurium eodē tpe curſum ſuū abſoluere dicūt.

De Stellarum Lumine.

Metrodorus oēs ſtellas tam fixas q̄ vagas lucem à Sole accipere iudicat. Heraclitus & Stoici nutriri ſtellas putant è vaporibus ſurſum eleuatis. Ariſtoteles non indigere nutrimento cœleſtia dicit, æterna cum ſint, & corrumpi nequeant. Plato vt mundum, ſic ſtellas è ſe ipſis, nutriri ſentit.

De Stellis quas Caſtoris & Pollucis vocant.

Xenophanes ſtellas, quę in nauigiorum malis et antennis quandoq; videntur, nubeculas quaſdam eſſe credit, quæ certo quodam motu agitatæ reſplendent. Metrodorus nautis timore conſternatis, oculos interlucere putat.

De Stellarum Significatione.

Plato, Solem, Lunam, & alias ſtellas, tam vagas, q̄ ſtabiles, occaſu & exortu ſuo tempeſtates, quę æſtate & bruma contingunt, ſignificare non dubitat. Anaximenes non ex alijs, ſed ex Sole ſolo, hæc intelligi vult. Eudoxus & Aratus ex omnibus indifferenter.

De Sole.

ANaximander orbem Solis eſſe putat octies vigeſies terra maiorē, ſimilemq; rotæ plauſtri cāthum habentem, concauum, igne plenū, quem nobis ore quodā paruo, tanq̄ per modioli foramen oſtendit, hocq; Solem eſſe. Xenophanes è ſiccis vaporibus igniculos quoſdam conuenire dicit, qui in vnum corpus redacti, Solem conſtituant: vel Solem accenſam nubem eſſe. Stoici Solem inquiunt ignitum fluentum eſſe, è mari illuc euectum. Plato ipſum maiori ex parte, igne conſtare credit. Ariſtoteles globum, è quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus vitro ſimile, quod ab igne, qui in mundo eſt, lucē ſuſcipit, & eam ad nos remittit: quamobrē tria requiri ad Solis cōſtitutionē, ignem, qui in cœlo eſt: corpus, quod ab ipſo perinde atq; ſpeculū quoddam igniri & illuſtrari poſſit: & tertio lucem, quæ ab eo ſpeculo repercuſſa ad nos vſq; diffundatur: nam & hanc lucem Solem appellare ſolemus, tanq̄ ſimulachrū ſimulachri. Empedocles duos Soles exiſtimauit, vnum præcipuum atq; primum, hoc eſt ignem, qui eſt in oppoſita & dimidia cœli parte, quam replet, quiq; ſemper ex aduerſo ſuæ imaginis, hoc eſt Solis noſtri, incedit: Alterum, eū quē ſpectamus Solem, qui repercuſſio eſt lucis eius, quam ex præfata cœli parte aere concalefacto plena antedictus ignis ſuffundit, ac in corpus ſolare, quod eſt cryſtallo perſimile, mittit: vbi refracta ad nos deſcendit, & ad primi Solis motum circunfertur. Atq;, vt tam multa duobus verbis explicem, Sol eſt repercuſſio ignis, qui circa terram mouetur. Epicurus collectionē terrę, pumicis ſpongiæue perſimilem putat, quam ignis eius foramina permeans accendit. Heraclitus collectum vaporem, qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De Magnitudine Solis.

Anaximandrus Solem quidem æqualem terræ credidit, orbem vero quo fertur, & è quo reſpirat, ſepties vigeſies terram excedere. Anaxagoras multoties Peloponneſo maiorem. Heraclitus, quantum eſt humani pedis longitudo. Epicurus omnia quę hactenus attulimus, aliàs contingere poſſe: talem tamen hunc eſſe, qualem ipſum ſpectamus, pauloq; vel maiorem vel minorem eſſe.

De Figura Solis.

Anaximenes Solem, vt folium extentum iudicauit. Heraclitus peluis inſtar intus cōcauum foris deuexum. Stoici rotundum, vt cœlum eſt, & ſtellæ. Epicurus ipſum poſſe hiſce omnibus eſſe figuris admittit.

De Conuerſione Solis.

Anaximenes ideo Solem conuerti putat, q̄ ab aere denſato & obnitenti retro pellatur. Anaxagoras eum repelli ab aere, qui ſeptentrioni ſubeſt, cenſet: quemq; Sol ipſe compingens valentiorem iam dēſitate reddidit. Empedocles cū ab orbe, qui ipſum defert, tum à brumæ & ſolſtitij circulis, Solē prohiberi credit, ne rectà ad polos deſcendat: Diogenes, quia Sol extingueret, frigore calorē oppugnante. Stoici eatenus Solē progredi volunt, quoad alimētum inueniat: oceanū aūt & reliqua maria Soli nutrimentum ſubminiſtrare vapores ſubmiſſos, cum quibus terræ quoq; exhalationem admiſceri volūt. Plato, Pythagoras, Ariſtoteles, ob ſigniferi obliquitatem, qua Sol obliquе meare cogitur, & ſm brumæ ſolſtitijq; circulos progredi. Hæc autem oia ænea ſphæra docet.

De

A *De Solis Defectu.*

Thales interuentu Lunæ, quę ſuapte natura opaca eſt, Solem deficere primus dixit, idq; ex ſuppoſito Soli ſpeculo facile diſcerni. Anaximander clauſo foramine, per quod ignis euaporat. Heraclitus conuerſione partis eius, q̃ concaua eſt, ad ſuperiora: eius vero quæ deuexa eſt, ad noſtros oculos. Xenophanes deficientem Solem extingui putat, rurſuſq; renaſcentem alium accendi: narratq; Solem aliquando integro menſe defeciſſe: rurſus alio tempore ſic ex toto defeciſſe, vt interdiu nox eſſe videretur. Sunt qui putent denſam nubem noſtris oculis incompertam Solem occupare. Ariſtarchus Solem in errãtibus ſtellis annumerat, terramq; circa Solis circulum mouet, qua inclinante Solis orbem adumbrari credit.

De Luna.

ANaximandrus orbem Lunæ decies nouies terra maiorẽ exiſtimat: ac quemadmodũ de Sole diximus, rotæ plauſtri ſimilẽ canthum habere, concauum, igne plenum, vno foramine vaporantẽ. Xenophanes accenſam nubem. Stoici corpus ex igne & terra compactũ. Plato ignẽ maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus ſolidũ, ignitum, campos, montes, & valles habẽs. Heraclitus terram nebula incluſam. Pythagoras & ipſe, ignem eſſe lunare corpus exiſtimat.

B *De Magnitudine Lunæ.*

Stoici maiorem terra Lunam computant, quemadmodum & Solem. Parmenides æqualem Soli, à quo Lunam quoq; illuſtrari dicit.

De Figura Lunæ.

Stoici rotundam Lunam dicunt, ſicut & Solem. Empedocles, diſco ſimilem. Heraclitus pelui, hoc eſt orbicularem & concauam. Non nulli oblongam. Figuram vero Luna ſeptem modis aſſumit. Nam ab interlunio diſcedens, cum primum apparere incipit, cornuta ſpectatur, tum dimidia, poſt ſemiplena, demum rotunda: rurſus à plenilunio reuertens ſemiplena euadit, hinc dimidia, poſtea cornuta, videri poſtremo deſinit, donec iterum nouetur. Multa vero hac de re vltro citroq; dicuntur. Quidam id vmbra terræ contingere credunt, quæ modo totam, modo partem aliquam eius occupet.

De Lumine Lunæ.

Anaximander, ipſam peculiarem lucem habere cenſuit, rariorem tamen. Antipho proprio Lunam ſplendore fulgere docet: q̃ ſi paulatim abſcondatur, id illi cõtingere Solis propinquitate: ſic enim à natura inſtitutum eſſe, vt minor lux maioris acceſſu ſopiatur: id quod & reliquis ſtellis eue-
C nit. Thales & qui ab eo deriuarunt philoſophi, Lunam à Sole illuſtrari dixerunt. Heraclitus idem Lunę, quod Soli, contingere defendit: ſtellas enim, quoniam concauæ ſunt, & vapores excipiunt, lucere videri, ac Solem quidem ſplendidius cum in puriori aere feratur: Lunam vero languidius, quia turbulento magis incedat.

De Lunæ Defectu.

Anaximandrus ideo Lunam deficere putat, q̃ os rotæ obſtruatur. Beroſſus, quia ad nos cõuertat partem, quæ minus lucet. Heraclitus quia auertat partem, quæ caua eſt. Pythagoreorum quidã Lunam aſſeuerant reflectere, & intercipere lucem: illudq; noſtra, hoc antipodum terra, fieri. Plato, Ariſtoteles, Stoici, & Mathematici, concordes aſſerunt Lunã cõgreſſu Solis occultari, digreſſu illuſtrari: deficere autem terrenæ occurſu vmbræ, quæ tum temporis ex diametro plus minus inter vtrunq; ſydus porrigitur.

De Maculis Lunæ.

Pythagorici Lunam idcirco maculis interpunctam arbitrantur, quia maiora animalia, et proceriores arbores habeat, q̃s hic apud nos reperiantur: eſſe vero decies quinquies animalia illa noſtris grandiora rubuſtioraq;, nec vſitatum vllum excrementi genus emittentia: diem quoq; quantum
D diximus, longiorem noſtro. Anaxagoras in diuerſitatem partium hoc refert: Lunam enim ex attenuatis & corpulẽtis partibus cõponi, quamobrem opacam lucidis interiectã videri: ſtellam'que lucis ementitæ Lunam ideo nuncupari. Stoici quoq; non integre compactam Lunam fatentur, quia diſſimiles partes habeat.

De Diſtantia Lunæ.

Empedocles plus duplo Lunam diſtare cenſet à Sole q̃ à terra. Mathematici decies octies plus. Eratoſthenes Solem à terra diſtare computauit ſtadiorum millibus centum triginta, Lunam autem viginti octo.

De Annis.

ANnus is qui Saturno attribuitur, annorum eſt triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorum: qui Soli, menſium duodecim: Veneri totidem & Mercurio deputantur, eodem enim tempore, quo Sol, curſum ſuum peragunt. Lunę vero annus dierũ eſt triginta: tot enim dies menſis comprendit, ſiquis à congreſſu ad egreſſum numeret. Annum vero quem magnum appellãt; quidam octauo quoq; anno compleri dicunt: alij decimonono: quidam ſexageſimo primo: Heraclitus decem & octo millibus annorũ ſolarium: Diogenes è trecentis ſexaginta quinq; annis tam longis, q̃s eos Heraclitus facit: non nulli ſeptem millibus ſeptingentis octoginta ſeptem.

De

De Circulo Lacteo. E

CIrculus lacteus è nubibus constat: is noctu in aere semper apparet, lacteusq; est de suo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse vestigiũ incendij stellæ cuiusdã, quæ Phaetontis tpe suis sedibus excidit, & loca per q̃ circumuoluta est, exusit. Alij Solẽ antiquo tpe illac iter suum peregisse dicunt. Quidam nihil istorum volunt, sed id modo sic nobis apparere ex multitudine luminis cœlestis ignis, q; illis in locis à cœlo tanquã à speculo quodam fractus, ad nostros oculos reijcitur, id quod etiã cœlestis arcus nubes facere consueuerunt. Metrodorus, hũc Solis circulum esse putat, qui Solis discessu conspici potest. Parmenides rarum denso commistũ, lacteum colorem procreare asseuerat. Anaxagoras vmbram terræ lacteum circulũ existimat: quẽ ideo cœlum ita occupare vult, quia Sol cum terrę subest, omnia illustrare non possit. Democritus splendorem multarum, paruarum, & cohærentium stellarum: quæ crebræ cum sint, cõiunctam lucem fundere videntur. Aristoteles exhalationis siccæ incendium, quæ iugiter & abunde succedit, nõ aliter atq; in crinitis fit: quas infra planetas esse non dubitamus, & ab igne accẽdi. Stoici ignis ætherei raritatem, ipsumq; superiorem planetis. Possidonius & ipse ignis aceruum, lacteum circulum credidit, qui licet stellis clarius luceat, splendorem tamen continuum habet.

De Crinitis & Discurrentibus stellis ac Trabibus. F

PYthagoreorum aliqui crinitas inquiunt stellas esse de numero illarum, quę non semper apparent, sed certis quibusdam temporum spatijs oriuntur. Aliqui repercussionẽ visus nostri ad Solem, non aliter atq; in speculis fieri solet. Anaxagoras & Democritus conuentum duarum plurium ue stellarũ sese illustrantium. Aristoteles siccæ exhalationis accensam congeriem. Strato syderis alicuius lucem densa nube retentam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem prælatam illic à superna luce illustratam: eandem hic barbatis, areis, trabibus, colũnis, & id genus alijs, causam assignat, vt oẽs peripatetici faciunt, qui exinflammatis vaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes vaporem terræ commistum, in altum eleuatum, ibiq; accensum. Boethus ardentis aeris id speciem esse credit. Diogenes, stellas quidem crinitas putat, sed quæ impendẽs alicuius periculum significẽt. Anaxagoras, quas discurrentes stellas vocant, perinde atq; scintillas ex ętherео igne cadere putat, quamobrem statim quoq; extingui. Metrodorus ex Solis radijs violenter nubem, vt sagitta solet, irruentibus, discurrentis stellę speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones incursiones ue existimat.

De Tonitruo, Coruscatione, Fulmine, Turbine, & Conuolutione.

ANaximandrus hæc omnia spiritu contingere existimat: is enim densæ nubi inclusus, erũpere nititur, qua parte tenuior & leuior ea fuerit: nubis diruptio, tonitru: spiritus expansio secus nubem atram, coruscationem facit. Metrodorus cum in nubem, inquit, densitate compactam spiritus irruit, frangendo & discindendo tonat, percutiendo & diuellendo micat: q; si inter motus festinationem à Sole quoq; calorem spiritus is acceperit, fulmina: fulmen autem cũ impotens fuerit, in turbinem degenerat. Anaxagoras, cum calor, inquit, frigus impetit, hoc est cũ ætheris pars spissum aerem inuadit, crepitu, tonitrum facit: colore, quem ex vicinitate nubis atræ promit, coruscationem: luce vero cum multa, tum magna, fulmen procreat: corpore paulo plus densato cõuolutionem gignit, nubilosiore turbinem absoluit. Stoici nubium cõcursionem, tonitrũ definiunt: coruscationem, earundem accensionem attritu excitatam: fulmen, violenter actæ nubis incensionem: turbinem, tardius motæ nubis progressum. Aristoteles omnia ista è siccis vaporibus componit, qui cum in humidos inciderint, erumpere conantur: dum igitur sicci humidos impellũt & discindunt, strepitus excitatur, id tonitru est: dum protrudunt & erumpunt, inflammantur, hæc quoq; coruscatio est: cùm vehementiori impetu tanquam è catapulta exilierint, multo magis accensi ruunt, fulmen hoc appellatur: nam turbo à conuolutione hoc differt, q; ille calidiori, hęc densiori materia constat, vtrunq; tamen multam habet. G H

De Nubibus, Pluuia, Niue, & Grandine.

Anaximenes ex aere plurimũ densato consistere nubes arbitratur: idem ex eodem adhuc plus inspissato, pluuiã exprimi putat: q; si, dum cadit pluuia, gelascat, niuẽ procreare: & grandinẽ, si à vento aliquo frigido cõprendat. Metrodorus è vaporibus aquosis in sublime delatis nubes componi censet: Epicurus ex atomis: rotundari vero grandinem & pluuiam longo per aerem descensu.

De Arcu Cœlesti.

Eorum quæ in sublimi fiunt, quædã re vera corpus aliquod sunt, vt imber & grando: quædam aũt quãuis solidi nihil in se habeant, inanẽ tñ quandam sui speciẽ oculis nostris obijciunt, quod genus est arcus cœlestis: de quo tũ deniq; aliquid dicemus, si prius quo pacto cernamus explicauerimus. Quicquid videmus, vel recta, vel curua, vel fracta linea videmus. Nemo vero existimet lineas oculis aspici posse: nam cum incorporeæ sint, mente tantum spectari queunt. Rectis lineis videmus omnia, quæ in aere sunt: quæq; cornu, vitro, speculariq; lapide interposito, spectamus, rara enim hæc sunt, & rectis meatibus videnda transmittunt. Curuis lineis aspicimus, quæ aquis subsunt: quapropter & remi siquis eos è longinquo spectauerit, curui apparent: curuatur enim visus necessario, cũ sit aquæ natura densior aere. Fractis lineis intuemur quas in speculis videmus

imagines,

A imagines, ad quas arcum quoq; cœleſtem referri dicimus oportere: priùs tamen humidam exhalationem in nubem mutatam concipiendum eſt, tum roris inſtar ex ipſa minutas guttas manare. Cum igitur Sol in occaſu, vel ortu fuerit (nam arcus Soli contrarius ſit, oportet) tum oculi guttas, quas diximus, ſpectantes, Solis lucem in eis refractam vident, id eſt arcum ipſum cœleſtem: guttę vero non figuræ, ſed coloris, cauſa ſunt. Tres enim colores arcus habet, phœniceum, viridem, & purpureum: phœniceum, quia Solis radij ſinceri penè remittuntur: viridem, quia plus aquę commiſti, minus puri redduntur: purpureum, quia magis adhuc turbidi ſunt & inter guttas diſperſi. Exemplum ſibi quiſq; conficere poteſt, ſiquis aquam ore ſumat & eam aduerſo Soli compreſſis labijs ita propellat, vt nubis rorem imitetur: nam, ſi ſe lux ad guttas refrãget, arcum protinus formari videbis: ſed & qui lippientibus oculis ſunt, ſi ad lucernam reſpiciant, iridem illic vident. Verum hæc Platonis, & Ariſtotelis mens eſt. Anaximenes vero cœleſtem arcum fieri credit, quoties Sol in aduerſam nubem radios mittit, quos, denſa craſſa & nigra cum ſit, euadere non ſinit, ſed eos in ſe detinet. Anaxagoras lucem Solis ab oppoſita denſa q̃; nube repercuſſam, arcum appellat, quem ſemper è regione Solis conſiſtere dicit. Eandem quoq; cauſam affert, cur duo Soles, vt frequenter in Ponto contingit, verum Solem hinc inde aſtare videantur. Metrodorus, cum Solis radij nubẽ,
B inquit, intrarint, tunc nubem viridem, radios purpureos apparere dicit.

De Virgis, & Gemino Sole.

Virgæ, quas in cœlo videmus, & ſoles gemini, partim corpus aliquod habent partim non habent: habent, quia è nube, quam conſpicimus, conſtant: non habent, quia color, quem ſpectamus, propriùs ipſis non eſt, ſed aduenticius, vt qui ex ijs rebus ſit, quę non ſunt, ſed apparent: hi autem oẽs affectus, tam qui per naturam ſunt, q̃; qui per adumbrationẽ fiunt, ſimiles inter ſe ſunt.

De Ventis.

ANaximandrus ventũ exiſtimat fluxum aeris eſſe, cuius ſubtiliſſimas maxime q̃; humidas partes ſol iam aſſumpſerit. Stoici ventum oẽm fluentis aeris impetum arbitrantur, qui varias appellationes pro locorum diuerſitate ſortiatur: nã ab occaſu ſpirans, Fauonius appellatur: ab oriente veniens, Subſolanus vocatur: ab Vrſa flãs, Aquilo dicitur: ab Africa prorũpens, Africus noĩatur. Metrodorus vẽtos alios tum cõmoueri dicit, cum ſol aquoſæ exhalationis humorẽ excuſſerit. Eteſias autem, aere iam ad ſeptẽtrionem inſpiſſato, recedentem ſolem peracto ſolſtitio ſubſequi.

De Hyeme, & Aeſtate.

Empedocles & Stoici hyemem fieri dicunt, aere præualente ſurſum q̃; ſua ſe denſitate protru-
C dente: æſtatem autem contra, igne inualeſcente, ac ſe deorſum ad nos agente.

De Terra.

THales, & qui ab eo deriuarunt philoſophi, vnam tantum terram eſſe dixerunt. Pythagoreorum aliqui duas, hanc, & huic aduerſam aliam. Stoici vnam & finitam. Xenophanes infinitam ex ea parte, qua deorſum tendit, atq; ex aere & igne compoſitam eſſe. Metrodorus terram aeris, ſolem ignis ſedimentum exiſtimat.

De Figura Terræ.

Thales & eum ſecuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximandrus columnæ ſimilem, quę tñ planam nõ rotundam ſuperficiem habeat. Anaximenes menſæ, Leucippus tympani figuram habere credit. Democritus diſco quidem ſimilem, verum magnitudine concauam putat.

De Situ Terræ.

Qui Thaletem ſecuti ſunt, terram in medio poſitam arbitrantur. Xenophanes primam, vt quę in infinitum radices ſuas porrigat. Philolaus Pythagoricus ignem in medio ſtatuit, quẽ totius naturæ meditulium cenſet: ſupra quem terram huic noſtræ contrariã, & inde noſtram collocat, quam ex oppoſita ſitã illi dicit, & circa eam ferri: quamobrem eos, qui illic ſunt, à nobis videri non poſſe.
D Parmenides oĩum primus terram extra duos circulos habitabilem dixit, ſolſtitialem & brumalem.

De Inclinatione Terræ.

Leucippus terram in auſtrum propendere credit, ob exilitatem, quæ adeſt illi parti, eo q̃ ſeptentrionalis plaga, quæ ſummis algoribus infeſtatur, compacta ſit, auſtralis autem è contrario, combuſta. Democritus demiſſiſſe ſeſe ad meridiem terram putat, quia ſatis ea, quę illic naſcuntur ſuſtinere non poſſit: nanq; ſeptentrionem, cum intemperie laboret, pauca gignere: meridiem, bene temperatus cum ſit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De Stabilitate Terræ.

Cæteri quieſcere, Philolaus moueri terram aſſeuerat circa ignem per obliquum circulum, eo more, quo Solem & Lunam videmus. Heraclides Põticus, & Ecphantus Pythagoricus, q̃uis moueri terram dicant, non tamen eam locum ſuum exire concedunt, ſed inſtar rotæ circa proprium centrum ab occaſu in ortum ferri. Democritus initio terram, leuior & rarior cum eſſet, vagaſſe fatetur, verum procedente tempore grauiorem & denſiorem factam, conſtitiſſe.

De Diuiſione Terræ.

Pythagoras ad imitationem cœli terrã quinq; cingulis diſtinxit, ſeptentrionali, ſolſtitiali, æquinoctiali, brumali, & auſtrali: horũ medius & duo proximi mediã terrã cingunt, atq; pars hæc combuſta

busta nuncupatur, vtrinq; quod succedit, vsque ad australem & septentrionalem cingulum, bene E
temperatum cum sit, habitabilis regio dicitur, inde quod supereſt, nimio gelu torpeſcit.

De Concuſsione Terræ.

Thales, & Democritus terræmotus cauſam in aquam referunt. Stoici concuſſionem terræ ſic diffiniunt: Terræ concuſſio eſt exitus vaporis humidi e ſubterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terræ ſiccitatem, & humiditatem cõmotionis cauſam aſſignat: quarum illam æſtus, hanc pluuia gignit. Anaxagoras terram tremere putat ob incluſum aerem, qui cum in ſuperficiem terræ incidat, nec eam præ denſitate penetrare valeat, ambientem locum ſuccutit. Ariſtoteles ob frigiditatem vndiq; ambientem, & in abeuntis locum ſuccedere volentem: nam exhalatio leuis & calida cum ſit, in ſuperiorem locum euadere nititur: ſed, cum viarum anguſtijs, & obliquitate impediatur, ac ſuccedenti quoque locum dare cogatur, conatus, & altercatio vehemens oboritur, ex qua commoueri terram oportet. Metrodorus rem nullam aſſeuerat, modo proprium locum obtineat, moueri, niſi violenter inde propellatur, vel abſtrahatur: quamobrem terram quoq; ſua in ſede morantem commoueri non poſſe, partes tamen eius interdum loca inter ſeſe commutare. Parmenides, & Democritus terram æqualiter vndiq; receſſiſſe, æqualiter quocunq; propendere dicunt, nec habere cauſam, ob quam plus huc, q̃ illuc, vergat: hinc q; fieri, vt vibrare ſe poſſit, F
mouere tamen non poſſit. Anaximenes ideo terram ſuccuti putat, quia terram, lata cum ſit, aeri tanquam vehiculo inſidere credit: alij, quia perinde atque cruſta, ſeu tabula mari incumbat. Plato ſex genera recti motus enumerat, ſurſum, deorſum, in dextram, in læuam, ante, retro: horum nullo terram moueri concedit: nam, cum non habeat quò plus inclinet, immota remanet, quædam tamen eius loca concaua ab incluſis flatibus agitari. Epicurus fieri poſſe dicit, vt ab incluſo, craſſo q; aere, vt qui aquæ naturam adhuc ſapiat, terra concutiatur, & veluti ſubter pulſata quatiatur: fieri quoq; poſſe concedit, vt, cauernoſa cum ſit, ab interfuſo ſpiritu huc illuc per cauernas diſcurrente commoueatur.

De Salſedine Maris.

ANaximandrus humoris primi reliquias mare exiſtimat, maiori nanq; parte, quæ dulcis erat, igni conſumpta, reliquum, quod extenuari non potuit, amarũ ſubſtitiſſe. Anaxagoras, cum, inquit, inter initia ſtagnaret aqua, cõtinua ſolis obambulatione vri cœpit, atq; ita factum eſt, vt pinguis in vapores ablato, reliquum & amarum, & ſalſum remanſerit. Empedocles terram putat Solis caloribus æſtuantem ſudorem fundere, eum q; maris fluctibus elutum ſalſedinis cauſam eſſe. Antipho quoq; ſudorem corporum æſtuantium mare credit. Metrodorus mare putat tanquam per G
colum à terra trãſmitti, atque ita craſſitiem & ſalſedinem ab ea mutuari: non aliter atq; tranſmiſſa per cineres aqua ſolet. Platonici, aquam dicunt, quæ gignitur ex aere frigoris opera, dulcem eſſe: quæ vero caloris ope reſudat, aut euaporat, ſalſam.

De Acceſſu, & Receſſu Maris.

Anaximenes, & Heraclitus ſolem dicunt ventos complures excitare, & circũducere: flantibus igitur ventis, Athlanticum mare pelli, pulſum intumeſcere, tumens littora inundare: rurſus ceſſantibus ventis aquas retrahi, hoc q; receſſum, illud acceſſum eſſe. Euthymenes Maſſilienſis ad incrementum, & decremenum lunæ, mare creſcere, & decreſcere iudicat. Plato, mare attolli credit aquis inſurgentibus: ſubſidere, deſcẽdentibus: oſtium enim quoddam eſſe per quod aquæ vltro citro q; reciprocant, inde q; maris accurſum, & recurſum fieri. Timæus cõplures fluuios è Celtarũ montibus in Athlanticum pelagus labi putat: horum incurſu protrudi, & inundare mare credit, defectu reuocari, & ſubſidere. Seleucus, cum & ipſe moueri terram opinetur, exiſtimat eã ſua conuolutione in Lunæ obuolutionem incidere, ſic q; afflatum inter duo corpora repercuſſum, in Athlanticũ pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile eſt.

De Incremento Nili. H

THales, Eteſias ventos aduerſus Ægyptum flãtes Nilum attollere credit: nam cum aduenientis pelagi tumor ipſum erumpere non ſinat, increſcat, oportet, & alueum exeat. Euthymenes Maſſilienſis externis oceani maris aquis, quas ipſe dulces exiſtimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras Æthiopiæ niuibus, quæ per hiemẽ denſatæ, æſtiuo tẽpore liqueſcant. Democritus & ipſe niuibus, ſed quæ in ſeptentrione ſint: peracto nanq; ſolſtitio reſolui niues illic iudicat, & eas in vapores primũ, ac nubes mutari, tum ab Etheſijs in meridiẽ, & Ægyptum expelli: repẽtinos itaq; illic imbres effundi, quibus Nili paludes reſtagnent, & Nilus ipſe abundet. Herodotus is, qui conſcripſit hiſtoriam, æqualem dicit æſtate, & hieme Nilum è fontibus manare, per hiemem tñ minorem eum videri, ob Solem, qui tum vicinus Ægypto diſcurrens, eius aquas extenuat. Ephorus hiſtoriarum ſcriptor & ipſe, narrat æſtiuo tempore Ægyptum vniuerſam laxari, atq; ita magnã aquarum vim erũpere: Arabiam quoq; & Libyam, rara, arenoſa q; terra cum ſint, ad id plurimum contribuere. Eudoxus ab Ægyptijs ſacerdotibus ſe accepiſſe memorat, permutationem æſtatis in hiemem cauſam eſſe, vt Nilus quotannis exundet: nam, quãdo nobis, qui ſub Cancro degimus, æſtas ingruit, habitantibus ſub Capricorno hiems adeſt: quo fit, vt inde aduectus Nilus, continuis pluuijs auctus increſcat, & ruptis alueis latiſſime ſpatietur.

De Senſu

A *De Sensu.*

SEnsum ita Stoici definiunt. Sensus est rei sensilis comprehēsio. Multis autem modis sensus dicitur, nam & habitus, & potentia, & actus, & imaginatio ea quæ per instrumētum aliquod res comprehendit, & id postremo quod ipsi octauo loco numerāt animæ principatum, à quo sensus omnis manat. Rursus instrumentum sensus appellatur, spiritus intelligens à principatu animæ in membra sensuum missus. Plato sensum enunciat corporis & animæ societatem, ad ea quæ foris sunt cognoscenda: vim nanq; quę id facit, animæ: instrumentum quo facit, corporis esse: cō ueniunt autem vtraq; ad ea percipienda, quæ extrinsecus posita sunt. Leucippus, & Democritus sentire & intelligere nos putant è simulachris rerum nos obuiantium, neminem enim intelligere aut sentire posse, cui simulachrum eius rei non occurrat.

De Veritate Sensuum & Imaginationum.

Stoici sensus omnes veros arbitrantur: imaginationum vero quasdam veras, alias falsas: ac sensum quidem vno tantum modo falli, in ijs quæ ad intellectum pertinent: imaginationem vero tam in ijs quæ ad sensum, q̄ in ijs quæ ad intellectum spectant, aberrare. Epicurus tam sensum, q̄ imaginationem, veram putat, sed opinionum alias falsas, alias veras esse.

De Numero Sensuum.

B Stoici quinque particulares sensus enumerāt, visum, auditum, olfactum, gustatum, & tactum. Aristoteles sextum quidem non addit, sed cōem quendam sensum oium iudicem constituit, ad quem singuli sensus sua visa renunciant: is.n. singula discernit, & quo modo ab vna re ad aliā ventum sit docet, veluti figura vel motu. Democritus plures sensus bruta, q̄ deos, habere credidit.

De Notionibus, Anticipatione, & Ratione.

Cum (inquiunt Stoici) homo nascitur, præcipuam animæ partem habet, perinde atq; mēbranam scribendis literis aptam, siquidem in ea notiones quasq; notat. Primus adnotādi modus est, qui per sensus fit, vt si quis tunicam albam videat, is ea remota tunicæ memoriam habet: ac si multoties ipsam videat, multas memorias habebit: memoriæ multæ, experientia nuncupantur, experientia quippe nihil aliud est, q̄ eiusdem rei specie plures memoriæ. Notionum autem aliæ natura fiunt, quo diximus pacto: aliæ disciplina & arte comparantur: atq; hæ tantum notiones appellantur, illæ anticipationes ēt nominantur. Ratio vero, qua rationales dicimur, anticipationibus intra primum ætatis septenarium completur: est autē discursus de re imaginabili: res autem imaginabilis simul atq; in rationali anima suscepta est, ratiocinatio dicitur, nomine à ratione ducto. Quapropter in reliquis animalibus imaginabilis res nō cadit, verum in nobis tantum, & in dijs:
C sed quæ in nobis cadunt, ea genere imaginabilia sunt, specie vero discursus.

De Imagine, Imaginario, Imaginatione, & Imaginabili.

Chrysippus inter se differre quatuor hæc existimat, imaginem, imaginarium, imaginationem, & imaginabile, vt Imago sit animæ affectio, quæ tam se, q̄ auctorem ostendat: veluti, cum quis albedinem intuetur, ex aspectu affectio quædam in illius animo nascitur, ei q̄ res ipsa, quę alba est, respondet: quod de visu diximus, id quoq; de reliquis sensibus censeatur. Imaginarium autem id est, quod in animo sui imaginem causare potest, cuiusmodi sunt alba, frigida, & omnia quæ exteriores sensus mouere possunt. Imaginatio, affectio est animi nullo quinque sensuum obiecto, sed potius quadam animi propensione excitata, sicut tironibus contingit, qui se ad prælium exercentes, speciem hostis concipiunt, & aduersus eam ictus suos dirigunt: nihil tamen ipsis adest, quod ense diuerberent: nihil igitur extra imaginationi quemadmodum imagini respondet. Imaginabile autem est illud, in quod inani quadam imaginatione ferimur: atq; crebro hoc deuenit in ijs, qui atra bile & furore laborant, quales Orestem & Theoclymum legimus.

De Modo Videndi.

D DEmocritus & Epicurus è re visa simulachrū quoddā attolli putant, id q̄ in oculos aspicientis incidere: nō nulli radios ab oculis ad res egredi, et inde ad oculos reuerti, concedūt. Empedocles radios simulachris cōmiscet, cōpositum q̄ istud radios simulachri noīat. Hipparchus radios ingt vtroq; ab oculo ad res peruenire, atq; earū superficiem tanquā manum, attrectare, & sic rem foris visam intus renunciare. Plato videre nos cēset duorum luminum conuentu: vno, quod ab oculis emissum ad certam distantiā prodit: altero, quod è rebus consurgens obuiam procedit: aerem vero, qui medius interuenit, affinis luci cum sit, facilē vtriq; cōgressum præbere, præsertim cum ignea vis oculorum ad id plurimū conducat: atq; hęc est, q̄ Platonis collustratio nuncupat.

De Speculorum Imaginibus.

Empedocles à rebus visis, quos simulachri radios appellat, effluere dicit: hos in superficie speculi collectos ab ignea vi, quæ de speculo prodit, & secum trahit aerem, in quem radij feruntur, ostēdi. Democritus, & Epicurus, in speculis simulachrum illud videre nos credunt, quod assidue manat è nobis: nam simul atq; in speculum incidit, cum vlterius tendere non possit, conuertitur, atque ita se nobis inspiciendum exhibet. Pythagorici eas imagines fieri censent ex confractis visus nostri radijs: feruntur enim, ceu ferrum intenti, sed speculi densitate & leuore retusi, in sese redeunt, non aliter atq; manus solet: quæ si quid offendat, ad hominem se retorquet. Hoc ad superius caput potius attinere videbitur: sed illuc, & alia quoq; referri possunt.

De Tenebris.

Stoici tenebras videri dicunt: ex oculis enim, in ipſas lucem quandam prodire: nec re vera falli viſum, ſed tenebras comprehendere: nam tenebrę viſum colligunt, intercipiunt, ac retundunt: lux autem eundem diſpergit, extendit, & ad res vſq; videndas producit: quamobrem aer lucidus, medij vicem nobis præbet: tenebroſus, obiecti. Chryſippus ita nos videre inquit: à principali facultate animi ſpiritus, non ater aut obſcurus, ſed igneus & ſplendens, ad oculorum pupulas mittitur: inde ſi propinquus aer ſimilis, hoc eſt lucidus, fuerit, in coni morem ad res vſq; ſe profundit: ſin diſſimilis id eſt opacus extiterit, tenebris obuiat, atque ſic eas aſpicit.

De Auditu.

EMpedocles audire nos cenſet, aere partem intimam aurium impellente: ea ſiquidem in modum cochleæ obuoluta, ac tanq; tintinnabulum edito in loco ſuſpenſa, irruentis aeris pulſus oēs agnoſcit. Alcmæon autem iſtud idem fieri dicit, q aures intus vacuæ ſint: vacua nanq; oīa reſonare, quoties in ipſa vox aliqua feratur. Diogenes aerem, quem in capite habemus, percuti vocibus & commoueri credit. Plato, & qui ipſum ſecuti ſunt philoſophi, pulſari volunt aerem, qui auribus inſidet, pulſum in principalem animæ ſedem ferri, ſenſum q; ſic auditus illic committi.

De Olfactu.

Alcmæon in cerebro præcipuā animæ partē conſtituit: atq; ipſam odores inter reſpirandū attractos percipere cenſet. Diogenes autem, qui ipſam in cordis arterijs ponit, vnà cum ſpiritu, qui ad pulmonē deſcendit, odores quoq; cordis ſinus ingredi putat: atq; ideo, cū quis grauiter ſpirat, vt qui deſtillationibus laborant, exaſperatis & inuiſcatis plena meatibus, odores non percipere.

De Guſtu.

Alcmęon, cum humiditate & temperato calore, tum mollitie, ſapores internoſcere linguam arbitratur. Diogenes autem, q inſtar ſpongiæ rara & tenera ſit, ſapores combibere, & eos per venas, quæ plurimæ ad ipſam perueniunt, in cor tranſmittere cenſuit.

De Voce.

PLato vocē ita definiuit. Vox eſt imperio cogitationis emiſſus ore ſpiritus, & aer impulſus, q per aures & cerebri neruos in animū vſq; peruenit: proprie vero hoīum locutio, improprie aliorum quoq; animantium ſonitus, & mutarum etiam rerum crepitus, vox appellatur. Epicurus vocē aſſeuerat atomorum fluxum, qui è loquentibus, ſonantibus, aut aliter ſtrepentibus prodit: has autem atomos ad ſibi ſimiles primum effluere: ſibi ſimiles appellat, quę ſunt eiuſdē generis, vt rotundæ rotundis, triangulæ triquetris: demum auribus impingentes, vocum ſenſum iſtic cōmittere: colligi vero, quod dicit, tum ex vtribus, cum muſto pleni efflant, tum ex infectoribus, qui veſtibus inſufflare conſueuerunt. Democritus aerem quoq; dicit in ſimiles atomos ſciſſum, vnà cum vocis atomis ad aures vſq; conuolui: nam vt in prouerbio eſt, graculo graculus aſtat, & ſimilia Deus ſemper coniungit. Stoici non ex atomis compoſitum, ſed per totum cōtinuum aerē eſſe, nec interſparſum vacuum habere contendunt: pulſus igitur aer à ſpiritu, fluctuat in gyrum, nō aliter atq; ſtagnum ſolet iniecto lapillo: illud tm̄ intereſt, q aquæ ſuperficies ſubinde maiores circulos cōmittit, aer autē vndiq; totus in orbes exundat. Anaximandrus vocem oriri putat cum aer ſpiritum repercutit, & eū ad aures vſq; retorquet: quo modo conficiī, & quā noīamus echo.

De Voce Corpus ne ſit, nec ne.

Pythagoras, Plato, & Ariſtoteles, incorpoream vocem arbitrantur: neq; enim aerem ipſam eſſe, ſed aeris ſuperficiem certo quodam oris impulſu figuratam. Stoici corpus defendunt: nam omne quod agit, aut etiam facit, corpus eſt: vox autem & agit, cū in auribus noſtris reſonet: & facit, cum in ſenſu, quod percipiamus relinquat. Inſuper omne quod mouetur, corpus eſt, vox mouetur: nam ſi in loca polita incidat, vt pilā à pariete, ſic vocem ad nos inde reuerti videmus: id quod in Ægypto comprehendi facile poteſt: ſiquis enim intra Pyramides ſemel inclamet, quater aut quinquies ſubinde vox eadem remittetur.

De Præcipua Animæ Parte, & Quo modo ſingula comprehendat.

SToici ſupremam quandam animæ partem ſtatuunt, quam principalem facultatem, & rationem appellāt. Ab hac ſeptem alias deriuari volunt: Viſum, quem definiunt ſpiritū à principali facultate in oculos vſq; protenſum: Auditum, quem ſimiliter deſcribunt ſpiritum à principali facultate in aures extentum: Olfactum, quem eodem modo ſpiritum dicunt, à principali facultate ad nares vſq; productum: Guſtatum, quem itidem inquiunt ſpiritum à principe facultate in linguam tranſmiſſum: Tactum, quem & ipſum quoq; ſpiritum aiunt à principali facultate delegatum in vniuerſam corporis ſuperficiem, quò illic omnia comprehenderet, quæcunq; adhærendo vel prodeſſe vel obeſſe nobis poſſent. Superſunt duo, quorum vnum ſeminis procreatrix facultas nominatur, quam item definiunt, ſpiritum à principali facultate miſſum in membra ſemini conficiendo deputata: alterum vocis artifex facultas nuncupatur, quam ſimiliter & ipſam inquiunt ſpiritum à principali facultate miſſum in membra formandæ vocí accommodata.

De Sede Principatus Animæ.

Democritus, & Plato, ſedem præcipuę partis animæ in toto capite ſtatuunt. Strato in ea capitis parte, quæ ſupercilijs reſpondet. Eraſiſtratus in membrana, quæ inuoluit cerebrum. Herophilus in

A lus in concauitatibus cerebri. Parmenides,& Epicurus in toto pectore. Stoici cuncti in toto cor de,vel in spiritu cordis. Diogenes in arteriis cordis solum,quæ spiritum continent. Empedocles in sanguine. Quidã in ceruice cordis: alij in mẽbrana vestiente cor: non nulli in septo transuerso. Iuniores quidẽ in ea corporis parte, quæ à capite ad septum transuersum peruenit. Phythagoras vitalem facultatem in corde,mentem autem & rationem in capite,tanq̃ in arce,habitare credidit.

De Respiratione.

EMpedocles initio respirationem fieri sic arbitratur. Cum primum fœtus humor incipit minui,nam plurimus in eius ortu fuit,tum primum aer ad vacuum replendum patẽtibus meatibus succedit: postea calor innatus erumpere cum velit, aerem foras eijcit, & eo reuertẽte, rursus aer subsequitur: hoc inspiratio, illud expiratio, cognominatur. Nunc autem sanguine procursu suo per nares aerem pellente,& recursu eundem attrahente,respirationem confici iudicat. Id nos in clepsydris spectare monet. Asclepiades pulmonem infundibuli vicẽ prestare dixit, causam q3 respirationis esse attenuatum aerem in concauitate pectoris: illuc enim externus aer, quòd crassior sit,fertur,& inde reijcitur: cum pectus tale sit, vt neque multum aeris continere, neque prorsus eo carere possit. Is igitur qui in pectore subsistit aer, tenuior paulatim efficitur: & quia totus
B simul nequit excerni, ingredientis ponderi cedens, foras egreditur: non aliter ac in cucurbitulis euenit. Idem voluntariam respirationem esse credidit: collectis quibusdam angustissimis meatibus,qui pulmoni insunt,& voluntati nostræ obtemperant. Herophilus motricem facultatem relinquit in neruis,in arteriis,& musculis: pulmonem q3 censet motus quatuor habere: vnum,quo extra positum aerem attrahit: alterum, quo attractum in pectus exprimit: tertiũ, quo expressum denuo recipit: quartum,quo receptum foras demum eijcit. Sed hi motus partim quatuor,partim duo sunt: nam primum & tertium pulmonis extensio facit: secundum & quartum eiusdem visceris contractio peragit. Pectus autem bis tantum mouetur,semel cum se dilatat,& aerem à pulmone adducit: iterum,cum se colligit,& acceptum anhelitum eidem restituit.

De Affectibus.

STOici sensus in principali facultate animi collocant: affectus in membris quos afficiunt. Epicurus vtroq3 in membris affectis reponit. Strato tam sensus,q̃ affectus, in principe animi facultate statuit: in ipsa siquidem tolerantiam sitam esse, quemadmodum ex doloribus & cruciatibus colligi potest: quas fortes intrepide subeunt, meticulosi plus æquo formidant.

De Diuinatione.

C Plato,& cum eo Stoici,diuinationem admittunt,quæ vel numinis alicuius præsentia,vel propriæ mentis diuinitate, vel soluto per somnum animo,celebratur. Verum hi plura diuinationis genera probãt: omnia Xenophanes, & Epicurus tollunt. Pythagoras aruspicinã tantum improbat. Aristoteles & eum secutus Dicæarchus duas relinquũt, somnium,& furorem: nam licet animas immortales esse non concedant, eas tamen diuinum in se quiddam habere fatentur.

De Insomnio.

Democritus insomnia fieri putat simulachrorum obseruatione. Strato cogitationem, aliam quãdam naturam in somnis habere: tunc enim melius ipsam sentire credit, atq3 ideo magis etiam cognoscere. Herophilus partim à Deo submitti somnia dicit,quæ necessario contingere iudicat: partim à natura confingi, cum animus rerum sibi vtilium vel futurarum etiam formas effingit: partim casu fieri, confusa hæc sunt,& imaginum occursu procreata: tunc enim ea spectantur,quę desideramus,id quod amantibus euenit,qui sibi per somnium amicas tenere videntur.

De Semine.

ARistoteles, excrementum vltimi alimenti semen definiuit, quod in se vim conficiendi tale aliquid cõtinet,quale est id,à quo proiectum est. Pythagoras optimi sanguinis spumam se-
D men asserit: vel nutrimenti partem quandam superabundantem,qualis et medulla & sanguis est. Alcmæon cerebri particulam. Plato spinalis medullæ profluuium. Epicurus corporis & animæ modicum quiddam auulsum. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus semen deriuari credit,vt ossibus,carne,venis.

An Semen Corpus sit.

Leucippus,& Zeno,corpus,ipsum dicunt: semen enim pars est animę,anima vero secundum eos corporea. Pythagoras, Plato, Aristoteles,vim seminis, quæ ipsum ceu mens disponit,incorpoream: affusum autem humorem,corpus asseuerant. Democritus, & Strato,vim quoq3 corpus esse contendunt,spiritus cum sit.

An Fœmina Semen afferat.

Pythagoras,Epicurus,& Democritus,fœminas quoq3 semen effundere censent, seminales alueos cum habeant, qui in vterum ex aduerso profluunt: atq3 istud causam esse, vt etiam mulieres seminis vsum appetant. Aristoteles,& Zeno,humorem quidem eas emittere concedunt, non tamen concoctum id semen esse dicunt, verum ex congressus fatigatione, quendam veluti sudorẽ. Hippo fœminas non minus maribus semen effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformationem fœtus non conducere,cum extra vterum incidat: hinc mulieres aliquot,viduas præsertim, absque virili concubitu semen interdum emisisse.

De Conceptu. E

ARiſtoteles cõcipere fœminas arbitrat̃ vtero mẽſtruis expurgato: cũ mẽſibus nanq; puri ſanguinis quoq; portionẽ quandã deſcẽdere, q̃ virili ſemini cõgrediẽs fœtũ exordit. Impediri vero cõceptũ iudicat, vteri ĩmundicia, animi cõſternatione, mulierũ ſterilitate, virorũ impotẽtia.

Vnde Mares Fœmin æ ue naſcantur.

Empedocles pro caloris frigoris ue cõditionibus mares fœminas ue gigni pronũciat: hinc q; illud, quod fertur manaſſe, primos maſculos in oriente & meridie natos è terra, fœminas autem ſub ſeptentrione & occidente. Parmenides oppoſitum ſentit, mares ob dẽſitatem in ſeptentrione, fœminas ob raritatẽ in meridie genitas. Anaxagoras tum maſculos procreari dicit, cum dextræ partis ſemen, in dextram vteri ceciderit, & ſiniſtrę in ſiniſtram: fœminas autem cum locorum permutatio facta fuerit. Cleophanes, cuius mẽtionem fecit Ariſtoteles, mares è dextro, fœminas è lęuo teſticulo, prodire credidit. Hipponax in naturam ſeminis cauſam refert: nam ſi validum & compactum extiterit, mares: ſin imbecillum & diffluens, fœminas procreat.

De Monſtris.

Empedocles monſtra naſci dicit, ſi multum fuerit ſemen, ſi paucum, ſi diuulſum, ſi euanidum, ſi inordinato motu immiſſum. Strato, vel quia additum, vel quia detractum, vel quia tranſpoſitum, vel quia tumidum aliquid ſit. Non nulli medici, quia tunc vterus ſpiritu diſtortus fuerit. F

Cur Mulieres, quamuis Frequenter concumbant, Raro tamen concipiant.

Diocles medicus ſæpe concũbentes fœminas raro concipere iudicat, vel quia ſemen non emittant: vel quia minus, q̃ conueniat: vel quia tale, vt in eo vis prolifica non ſit: vel quia caloris, frigoris, humiditatis, ſiccitatis q;, plus minus ue, quàm par ſit, habeat: vel denique quia reſolutus vterus, ſemen non contineat. Stoici virilis membri obliquitatem culpant, vt qui recte ſemen eiaculari non poſſit: item genitalia ſi inter ſeſe parum conueniant, veluti cum vterus introrſum abſtitit, penis autem illuc non attingit. Eraſiſtratus vterum tãtum accuſat, qui modo latior eſt, q̃ deceat, modo anguſtior: aut callos habeat, quibus vteri meatus obſtruantur.

De Geminis & Trigemmis.

Empedocles abundantia ſeminis, & diſtinctione, duos tres ue ſimul infantes concipi dicit. Aſclepiades id ipſum naturæ ſemini aſcribit: nam vt hordeum reperitur, quod duarum & trium ordinum ſpicas gignit, ita fertiliſſimum ſemen extat, quod duos plures ue fœtus procreat. Eraſiſtratus in apprehenſionẽ matricis cauſam refert, vt in brutis quoq; contingit: nam earum vterus cum bene purgatus fuerit, tunc ad corripiendum ſemen deſcendit. Stoici vuluas dicunt habere oculos: cum igitur in duos ſemen inciderit, geminos: cum in tres abierit, trigeminos fœtus edi. G

Vnde Similes Parentibus Filij gignantur.

Empedocles fœtum illi ſimilem fore dicit, cuius ſemen ſuperarit: diſſimilem, ſi calor qui ſemẽ inſequebatur, euaporarit. Parmenides è dextra parte vteri patri ſimilem prodire infantem arbitratur, è ſiniſtra matri. Stoici è toto corpore & anima ſemen deſcendere cenſent, eius q; vnamquamq; particulam ad ſimilitudinem membri illius, à quo deſcendit, componi, perinde ac ſi pictor aſtaret, qui ex alicuius inſpectione vultum ſimilibus coloribus effingeret: atq; hoc pacto generis forma figura q; retinetur: Cum vero tam mater, q̃ pater ſemẽ effundat, ſi matris ſemen vincat, matri ſimilem filium naſci: ſin vincatur, patri.

Cur Diſſimiles Parentibus Filij naſcantur.

Complures medici caſu & fortuna id euenire putant: nam ſimul atq; tam maris, q̃ fœminę, ſemen refrixit, diſſimiles parentibus nati reddũtur. Empedocles ad mulierum cogitationẽ, quam inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit: ſiquidem illas q̃ pictam imaginem ſtatuam ue aliquam eo tempore adamabant, imaginibus ſtatuis q; ſimiles fœtus plerunq; genuiſſe. Stoici tacita quadam diſcordia radiorum & ſimulachrorum mentis, quo tempore ſemen effluebat, parentibus filios diſſimiles reddi arbitrantur. H

Vnde Mares Infœcundi, Fœminæ Steriles fiant.

Medici fœminas ſteriles inquiunt vteri denſitate, raritate, duritie, obſtructione, quam vel caro vel callus faciat: item animi lãguore, corporis tabe, & eiuſdem malo habitu: vel demum, quia diſtortus conuulſus ue ſit vterus. Diocles viros infœcundos arbitratur, vel quia ſemen prorſus non emittunt, vel quia minus q̃ cõueniat, vel quia infœcundum: vel quia vieto pene ſint, aut ita diſtorto vt iaculari ſemen in vterum non valeat, aut ita puſillo vt in vuluam non aſcendat. Stoici diſcordes coeuntium vires qualitates q; culpant, quas ſiquis diuellat, & ſui generis alteri coniungat, euincet natura, & fœtum procreabit.

De Mulorum Sterilitate.

Alcmęon mulos ideo non generare credit, q̃ genituram nimis tenuem habeant, id autem frigiditate contingit: mulas autem non concipere, quia ipſarum vulua non hiſcat, id eſt os non pandat. Empedocles in eius paruitatem et anguſtiam cauſam refert, vt quam prę exiguitate, cũ etiam ventri retorte cohæreat, nec iactus ſeminis attingat: nec, ſi attingeret, ipſum excipere poſſet. Diocles Empedocli conſentit, ſe plerunq; in diſſectionibus vidiſſe ſcribens mularum vuluas oblique collocatas: euenire que, vt ea de cauſa mulieres quoq; non concipiant.

An

A *An Fœtus in Vtero sit Animal.*

PLato fœtum in vtero adhuc existentem, animal idcirco arbitratur, ꝙ se moueat, ꝙ alimẽtum capiat, ꝙ demum increscat. Stoici contra partum ipsum ventris defendunt: non aliter enim infantes, atq; fructus, quos arborum partes esse constat, cum maturuerint, decidere. Empedocles & ipse respirare quidem, non tamen animal esse fœtum in vtero putat. Diogenes sine anima partus effundi sentit, magno tamen calore prædítos, qui statim vt in lucem editus est infans, in pulmonem conuenit, & ex eo loco frigentem aerem trahit. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, spirationem adimit: motionum autem instrumenta, neruos esse: sed partum tum denique animal euadere, cum primum editus aerem attrahere cœpit.

Quomodo Fœtus in Vtero Nutriatur.

Democritus, Epicurus, infantes dicunt in vtero commorantes nutrimentũ ore suscipere: hinc fieri vt in lucem editi partus, mammillas quàm primum ore conquirant: nam & intra vuluam papillas quasdam esse, è quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per vmbilicum fœtibus transmitti nutrimentum asserunt: & hac de causa obstetrices ipsum statim, vt quis editus est, ligare consueuisse: oris ꝙ rictum digitis aperire, quò cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmæon,
B perinde atq; spongias, vndiq; toto corpore alimentum fœtus assumere credidit.

Quid Primum in Vtero Absoluatur.

Stoici mẽbra pariter oĩa cõpleri dicunt. Empedocles spinã primo, quæ carinæ spẽm inter corporis mẽbra p̃ se fert. Alcmæõ caput, in quo princeps animi facultas cõsistit. Aristoteles cor, à quo venæ pulsantes & quietę originẽ ducunt. Aliqui magnũ pedis digitũ: Quidã vmbilicũ malunt.

Cur Septimestres Infantes Viuant.

ARistoteles, & Hippocrates, ita hac de re sentiunt. ‖ Si intra septem menses vterus impleatur, deorsum inclinat, & id quod editur viuit. Sin impleatur quidem, sursum autem repat, fœtus quidem in octauum mensem ortum differt: sed cum extensione debilitatus vmbilicus, alimẽtum vix adducere queat, infans vbertim, vt solebat, non nutritur, atq; ideo semienectus fame nascitur. Quòd si nonum mensem expectet, vtero iam descendente, tum quoq; integer egreditur. ‖ Polybus dies centum octoginta duos & dimidium sufficere putat, vt ortus aliquis viuat: quod spacium quãuis sex menses comprehẽdat, septimum tñ computatur, quia dies vltimi septimum mensem incurrunt: tot autem diebus à bruma ad solstitium Sol peruenit, ac redit: Octo vero mẽsium non viuere, quia sursum rediens vterus vmbilicũ distendat, distentus non facile nutrimentũ transC mittat, atq; ideo fœtum imbecillẽ reddat. Mathematici octauum mensem ideo nascentibus inimicum pronunciãt, quia nulla societate octauum zodiaci signum cũ primo teneatur: septimum amicum, qm̃ opposita radiatione iungat: ꝙ si quis octauo mense nascatur & viuat, infœlicem & breuem omnino vitã traducturum. Sunt autẽ à se inuicẽ disiuncta Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Pisces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles & Empirici scire se dicunt octauo mẽse natos viuere, infirmos tñ eos, atq; iõ frequenter mori. Timæus duodecim mensibus partum gestari credidit, nouem tñ eos interdum existimari, interdum & septem, quia non semper statim à conceptione menstrua supprimantur.

Hippo. in libro de septi. partu ad principium.

In eodẽ in principio.

De Ortu Animalium.

QVi mundum genitum dicunt, aĩalia quoq; genita concedunt, & interitura: qui ingenitum asserunt, ea sibi volunt semper succedere, partes. n. mundi sunt animalia. Quamobrẽ Anaxagoras, & Euripides, nihil, inquiunt, interit eorũ quę sunt, sed in aliud cõmutatum, diuersam speciem suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primum orta, spinosis ꝙ corticibus inuoluta fuisse: verum postea cum ætatis processu in siccum exiuissent, obtrito cortice modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primum edita, quẽadmodum & stirpes etiam,
D nequaquam inter se recte commissa credidit, sed parum conuenientibus partibus composita: secundo nata, sic inter se partibus iuncta fuisse dicit, vt quales nunc statuæ sunt, tales viderentur: tertio postmodum orta membris ex sese prodeuntibus extitisse: quarto demum genita non amplius ex vno aliquo simili vt terra vel aqua constitisse, verum è sese, iam fœminarum pulchritudine ad procreandum viros incitante. Cuncta vero animalia pro temperaturæ conditione quatuor generibus esse distincta: sponte nanq; alia aquas petunt, tanc̃ naturæ suæ plus accommodas: alia aerem adeunt, ꝙ eius in se plurimum contineant: alia terram incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc trahantur: alia toto pectore vocem effundunt, ꝙ æquali temperatura constituta sint.

De Generibus Animalium: & an Omnia Sensu prædita Rationis Vsum habeant.

Extat liber Aristotelis, in quo quatuor generibus animalia facit, terrestria, volantia, aquatica, cœlestia: stellas nanq; ac cœlum ipsum arbitratur animal immortale ratione ꝙ prædítum. Democritus, & eum secutus Epicurus, cœlestia non enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationem agendi quamuis continere non dubitet, omnibus tamen, quam passibilem & mẽtis interpretem appellamus, non concedit. Pythagoras, & Plato, bruta quoq; rationem habere fatentur: corporis autem intemperie rationis vsu carere, prę̃sertim cum loquendi facultatem non habeant, vt canes & simiæ, quæ licet aliquid gannĩant, non tamen illud quicquid id est, eloquí valent. Diogenes & ipse non expertia quidem bruta rationis asserit & intellectus, verũ partim corporis crassitie, par-

tim humore nimio, nec discurrere, nec aduertere, sed affici perinde, atq; furentes solent, in quibus E
præcipua animi facultas delinquit.

Quanto Tempore Fœtus in Vtero Formetur.

EMpedocles in hominibus à trigesimosexto die fœtum incipere dixit, vnde quinquagesimo partibus omnibus absolui. Asclepiades in masculis, ꝙ calidissimi sint, vigesimosexto die mẽbra distingui, quinquagesimo consummari credidit, quosdam tamen etiam intra hoc tempus formari: fœminas autem intra duos menses incipere, quarto compleri, frigidiores cum sint: alias autem animantes ex elementorum facili congressu pariter totas & inchoari, & absolui.

Ex Quibus Elementis Membra singula Constent.

Empedocles carnem ex æquali quatuor elementorum portione constare voluit: neruos ex igne, terra, & aquæ partibus duabus: vngues ex neruis, aeris contactu refrigeratis: ossa ex aquæ & terræ partibus æqualibus composita quidem videri, constare tñ è quatuor elementis, in quibus ignis & terra dominantur: sudores & lachrimas, attenuato & eliquato sanguine manare.

Quo Tempore Homo Perfectus sit.

Heraclitus, & Stoici, homines inquiunt perfectos esse, transacto secundo septennio, quo tempore semen adolescentes excernere incipiunt: nam & arbores tum perfectas haberi, cum fructum F
gignere cœperint: imperfectas, quoad fructum effundere nõ valuerint. Aristoteles post septem annos hominẽ perfectum existimat: ab eo siquidem tempore boni mali q; notionem pueris inesse, disciplinæ q; tum eos capaces haberi. Alij tertio septenario perfici nos arbitrantur, ꝙ iuuenes facti tunc pubescimus, & plurimum corporis viribus præstemus.

De Somno & Morte.

ALcmæon sanguinis recessu in venas ipsius confluxui deputatas somnum fieri censet: mortẽ vero, si prorsus ois illuc abscedat, quia frigidum corpus, ita nimium redditur: expergisci vero nos idem sanguinis eiusdem reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato, mortem, oboriri credidit. Diogenes, si, inquit, sanguis, qui per vniuersa membra diffusus est, venas impleat, et aerẽ qui in venis continetur, non tñ totum in pectus & ventrem pellat, somnum pariet, & ea mẽbra solito plus incalescent: sin totum protrudat, mortem inferet. Plato, & Stoici, dormire putant animalia quiescente spiritu illo, qui sensibus vigilantibus ministrat, non quia velut in terram concidat, sed ꝙ ad principem animi facultatem feratur, quæ intra supercilia sedem habet: occidere vero, si spiritus ille prorsus omnem motum amittat.

Somnus & Mors Animi sint an Corporis. G

Aristoteles tam ad animum, q̃ ad corpus, somnum quidem spectare iudicauit: somni vero causam esse vaporẽ, quem venter in caput submittit, & calorem, qui in corde viget, crudo alimẽto refrigeratum: mortẽ vero solius corporis esse, mori nanq; animam non posse. Anaxagoras ex longa corporis fatigatione somnum excitari credidit, corpus q; non aium ipsum affici: cæterum aias quoq; mori, cum à corpore separãtur. Empedocles mortem opinatur discessum eorũ, ex quibus homo constitit: propterea q; tam aias, q̃ corpora, occidere: somnũ vero caloris secessu aduenire.

An Stirpes Animalia sint.

EMpedocles non solum animatas, sed animalia quoq;, stirpes arbitratur: id autem coniici, ꝙ se commoueant, ꝙ ramos intentos teneant, ꝙ adductos vix sequi permittant, ꝙ remissos celeriter adeo reducant, vt pondus etiam secum auferant. Aristoteles animam quidem eas habere, non tamen animalia esse concedit: animalia nanque sentiunt, appetunt, & ex eis aliqua etiam intelligunt. Stoici, & Epicurei, stirpes ne animam quidem habere volunt: animalia nanque solum animam habere, ac eorum alia concupiscere & prosequi, alia rationem quoq; possidere: stirpes autem non animæ, sed casus instinctu, pullulare.

Quo pacto Stirpes Augeantur. H

Empedocles, inter animalia stirpes primum è terra natas asserit, ante q̃ Sol circumageretur, dies q; à nocte discretus esset: Eas quoq; maris & fœminæ rationem coniunctas habere, ex temperamenti conueniẽtia: Crescere vero ob calorem, qui terræ subest: quamobrẽ ipsas sic terræ partes esse, vt fœtus vteri: Fructus autem ignis & aquæ illius, quæ stirpibus insunt, excrementa censeri: Frõdes amittere, quibus æstatis calor humorem absumpserit: semper frõdere, quæ maiorem succi copiam habent, vt laurum, oleam, palmam: Saporum varietates, cum ex alimenti diuersitate, tum ex stirpium differentia, nasci, quę è terra id quod sibi simile est, attrahunt: neque enim tam vitium differentiam, quàm soli diuersitatem, dissimilia vina procreare.

De Nutrimento & Incremento.

Empedocles animalia censet alimenti conuenientis accessu nutriri: crescere, multi caloris prę-sentia: minui, caliditate diminuta: tabescere demum & extingui, vtroq; ablato: Huius autem ætatis homines, si primo genitis hominibus comparentur, infantium instar esse.

De Febre.

ERasistratus ita febrem definiuit: Febris est motus sanguinis cõceptacula spiritus subintrãtis nullo febriẽtis assensu factus. Nã vt mare cũ nullis ventis infestatur, quiescit: cũ aliquo vento prẽter modũ impellitur, vndiq; fluctuat: sic in corpore cum sanguis excitat, spiritus conceptacula

subit,

A ſubit,ſbi q3 calefactus totum corpus incendit. Placet quoq3 ipſi febrem ẽt vnum ex illis accidentibus eſſe,quę alicui morbo ſuperueniunt. Diocles ex ijs,quæ videmus, ea quæ latent intueri nos monet: & cum videamus,inquit,inflammationibus,abſceſſibus,vulneribus q3 febrem ſubſequi: oborta febre, licet aliquid iſtorum fieri non cernamus: intus tñ aliquid eiuſmodi factum eſſe credendum eſt. Herophilus etiam nullo præcedente morbo,febrem quandoq3 concitari dixit.

De Morbis.

Alcmæon ſanitatem conſtare credidit ex æqualitate caloris,& ſiccitatis,& frigoris,& humiditatis,item dulcedinis,amaritudinis & id genus alijs: morbos autem excitari, quoties iſtorum vnũ aliquod cæteris dominetur: ſingulorum nanq3 exceſſus ſocietatem diſſoluit, atq3 ita morbum parit. Diocles,cum ex inæqualitate elementorum, quibus corpus compoſitum eſt,tum ex aeris conſtitutione, morbos oboriri exiſtimat. Eraſiſtratus ægrotare nos arbitratur ob alimentum vel nimium, vel inconcoctum,vel corruptum: ſanos viuere, ſi ciborum quantum ſufficiat, aſſumpſerimus: & dum eos aſſumimus, ordinem quendam ſeruemus.

De Senectute.

Stoici,& medici pariter omnes,conſentiunt ſenectam inopia caloris aduenire: ac qui plus ca-
B loris habuerint, tardius ſeneſcere. Aſclepiades, Æthiopas arbitratur celerius alijs in ſenium deuenire, ſexageſimo ſiquidem ætatis anno,quoniã eorum corpora Sol plus, q3 par ſit,excalfacit: Britannos contra annis centum viginti perdurare: nanq3 cum frigidam regionem incolant, calorem ingenitum diutius conſeruant: Æthiopes enim,quos iugiter Sol relaxat, rarum: Britannos,cum ſub vrſis degant,ſpiſſum corpus habere,atq3 ideo longiorem vitam ipſos traducere.

GALENO ASCRIPTVS LIBER CVI TITVLVS PROGNOSTICA DE DECVBITV EX MATHEMATICA SCIENTIA

C

Iacobo Antonio Mariſcotto Florentino Medico interprete.

Expreſſa autem ferè ſunt Græca verba Latinis verbis, nequa forte fiat ſenſus permutatio aut ambiguitas. Atque ex collatione vetuſtorum exemplarium multa loca caſtigata & reſtituta.

CENSVRA

Magnæ experientiæ liber, pleriſq3 tamen neglectus, quia pleriq3 etiam diuinæ ſunt Aſtrologiæ ignari. E quibus aliqui ob id ipſum q3 illam ignorant,eandem etiam contẽnunt.

Laudat Scientiã Mathematicã priuatim q3 Aſtrologiã, quã in Medicina vtilem eſſe affirmat. CAP. I.

D probandum quidem eſſentialem eſſe Mathematicam ſcientiam vel ipſa Stoicorum philoſophorũ virorum authoritas ſufficiebat, qui tũ libros elaborarunt,tũ vitam,qualis ſit,oſtenderunt. Nihilo minus tñ, qm̃ etiam in præſenti ſermo nobis eſt de illis, quæ ars medica pollicetur,neceſſariũ eſt eorum teſtimonia afferre, qui in ea fuere probatiſſimi,vt notum fiat cunctis ipſos ẽt medicos,quos aſciſcere ſibi oportuit præuiſiuam ſuæ artis partẽ, ſi quidem non oẽs, pleroſq3 tñ,Mathematicæ ſcientiæ illã tuliſſe acceptã. Hippocrates igit̃ & vetuſtate admodum notus,& ſcientia admirandus,inquit, Quicunq3 exercentes me
" dicinã,Phyſiognomoniæ ſunt expertes, horũ mens in tenebras deuo
" luta torpida ſeneſcit. Non ſolũ dixit haud recte facturos, verum etiã erraturos: nam dixit per tenebras vagari mẽtem illorũ, qui Phyſiognomonia vſi non fuerint. At Phyſiognomonica pars, aſtrologiæ eſt particula maxima. Qui igit̃ aliquã laudauit particulã,multo magis celebret ipſum totum. Diocles verò Caryſtius {medicus} & rhetor non ſolũ aſſerit ipſe (vt tu quoq3 noſti) ſed & veteres inſuper teſtatur ab illuminatione & curſu Lunæ morborũ prognoſtica ſolitos eſſe conficere. Quando igitur tanti ac tales tũ dignitate tum ſcientia viri, non tm̃ eius quæ in medicina habeẽ, præcognitionis hæredes, ſed ẽt facti ſuarum ſectarũ authores, {huic atteſtãtur, quo pacto hoĩes,} qui hanc quaſi per manus acceperunt,fructũ q3 ex alienis laboribus capiũt, quicquam de his addubitabunt? Quocirca tu quoq3 Aphrodiſi chariſſime, ſi accurate decubitus elaboraueris modũ,& prædictos viros fueris ſectatus, è pulcherrima tuę artis parte capies fructum,præcognoſcẽdo ac prædicendo, quę ſint ægrotantibus euentura. Hinc vero tractationem inchoemus.

Ex antiquis manuſcriptis codicibus adiecta.

De Lunæ tum motus tum luminis incremento ac decremento, quocunq; loco Zodiaci sit: E
varia q; eiusdem cum reliquis Planetis configuratione CAP. 2.

ANte omnia Lunã considerare oportet, num ea moueatur addẽdo an demẽdo numeris, non luminibus, sicuti decepti sunt quidam. Si ergo, vbi quis decubuerit, Luna in aliquo duo-
Ex antiquis. decim partes constituentium signorũ incipiat {propriæ magnitudini addendo &} propriis numeris moueri, progrediens ad equipartiũ: est aũt Æquipartium idẽ quod diameter {siue oppositum:} maximã faciet episemaliã {id est assignationẽ, seu cõmotionẽ, seu turbationẽ.} Maximè verò, si ẽt coniũctionalis fuerit, vbi scilicet cõiunctione soluta tẽdit in pleniluniũ, et feratur in cursus quantitatẽ maiorem, sub centesimũ & octogesimum gradum interficit. Si verò, vbi quis de-
Ex antiquis. cubuerit, Luna demendo moueaĩ, morbus vsq; ad oppositũ faciet cõmotionem. {Luna enim ad oppositum hoc est ad centesimum & octogesimum gradum conuersa} morbum in magis salubre conuertit. ☾ Aduerte autem animum ad motus testimonia q; stellarũ. Si enim, vbi quis de-
†*Ex antiquis.* cubuerit, Luna in maius moueaĩ, † Marti Soli q; } cõfigurata, augebit morbũ, & periculosum red-
**videtur legẽdum Saturno.* det. Si vero, luminibus numeris q; augeaĩ, circa oppositum, periculũ proculdubio afferet. Si ve-
**Al. quadratũ* ro phaetonti {id est splẽdenti} Ioui quocunq; modo fuerit cõfigurata, morbos sine periculo faciet: vel in quadrato facta cõmotione incolumes reddet ad oppositũ. Si vero phlegethõti Satur- F
no configureĩ numeris demẽs, circa nonagesimum gradũ instabiles reddit ac periculosos. Quòd si coniunctione soluta ad minora feraĩ, circa centesimũ & octogesimũ gradum absq; ullo dubio interimet. Si vero Soli vel Marti in decubitu configureĩ, numeris demens, vel etiam lumine desiciẽs, minuetur morbus ad gradũ nonagesimũ, & facta cõmotione ad sanitatẽ conuerteĩ. Quòd si coniunctionẽ soluerit, & adhuc minuatur, circa cẽtesimum & octogesimũ gradum incolumitati restituet. ☾ Verum assumere reliquas etiã stellas oportebit, per singula signa, quo pacto se habent, illinc etenim, duodecim signa Luna permeãte, causæ morborum cognoscuntur. Ante oĩa autem scire oportet, si quis neglegenter se in calculis gesserit, nihil ei secundum verum esse succes-
**Ex antiquis.* surum: si vero non succedat, in ipso, non in re, causam errõris merito futuram. Numeri autem non secus ac in ipsa natiuitate disquirantur, ex hisce enim veritas certa cognoscetur.

De configuratione Lunæ in Ariete. CAP. 3.

SI factus fuerit decubitus, quando Luna est in Ariete, & Marti vel Soli configuratur, morbus à capite eritã à Solis æstu, atq; meningem dolebit, & erunt continuæ febres, & insomniæ, & ardor, & litis, & aspera lingua, et thoracis incendium, vel hepatis dolor, & pulsus elati ac inordinati.
His vtile fuerit sanguinem educere, & adhibere omnia quæ frigefacere queant & mitigare, nã G
erit delirium atq; phrenitis. Quòd si nulla benefica Lunæ complicetur, habeat q; Saturnus eandem figuram, vsq; ad diem septimũ interibit in primo quadrato, & Maxime si Luna numeris vel lumine augeatur. ☾ Si autem factus decubitus fuerit, vbi Luna est in Ariete, & aliqua malefica-
rum ex opposito vel quadrato ei configuratur, vel cum ipsa apparet, stellam ipsam videre oportebit, quæ nam sit. Ac si quidẽ fuerit Saturnus, causæ in capite sunt, lethargus, sine sensu, alto somno oppressi, infrigidati: adhuc autem inæquales, nunc quidem remisso morbo, nunc vero intẽso.
Quòd si illa quoq; luminibus, vel numeris, vel vtrisq; demat, vt tibi antea dixi, ad dictum gradũ nonagesimum, maximam habebit commotionem. Sed & reliquas quoq; adiunge. Nam si Iup-
**Aliter Sol.* piter vel Venus aliqua annuerit configuratione, in summum veniet discrimen, at oppositũ prætergressus seruabitur. Si autem solus Mercurius propositæ cõstitutioni configureĩ, absq; dubio morietur. Et si igneus quoq; Mars propositæ figuræ configuretur, redẽptores tu potius existimabis. Quare oportebit te omni prudentia vti, scientem huiusce stellæ frigidiores esse affectus atq; rheumaticos. ☾ Si vero Luna configuretur Marti vel Soli, numeris addens vel etiam lumini, inducet ea in capite affectus, alienationes mentis, phrenitides, circumdolentias, inflãmationes, incẽdia, αἱμαγμὸς quasi cruẽtationes. Oportebit igitur in cunctis, vti illis quæ frigefacere valeãt
et discutere, atq; hisce quidem maxime circa quadratum: nam post tertium {vel quintũ} diẽ au- H
Ex antiquis. geri incipit morbi magnitudo: affectus vero periculosi erũt & acutissimi vsq; ad oppositum. Si
**ὥραις τε, ẽ in ἰπρεßις, sed ui detur legendũ ἐώραίς τε, i. gestationibus.* autem Mercurius propositæ figuræ configuretur, periclitatus seruabitur: namq; hic consentit cũ Marte, econtra vero à Saturno dissentit. ☾ Si vero vbi factus fuerit decubitus, Ioui, vel Mercurio & Veneri, vel etiam alteri ipsorum tantum, Luna configuretur, morbos quidem facit inæquales, & in diuersos affectus deuoluuntur, sed omnino seruãtur. Te ergo oportet diætis adhibere animũ, hõris q;, & deambulationibus, & balneis, & vino exhibendo: qui enim Saturno con
figurante decubuere, & balnea cupiẽt, & quietẽ, & lectũ cibum q; multum, & calẽtem potũ: Qui autẽ Marte, potum frigentem, motum, vinum, ventos. Oportet ergo te à proprio iuxta quamlibet stellam desiderio haudquaquã retrahere: quælibet enim stella, quibus rebus † delectatur &
optat, his etiã iuuat.} Vt enim mihi videtur optime Aphrodisi, ne putato huiusce modi curationes medicæ rationi aduersari. Ego enim, qui cognitas habeo stellarum naturas, effatus sum tibi, quibus rebus quelibet delectetur, vt in cunctis, labi non possis.
† *Aliter ex ãtiquis manuscriptis. proprietate est affinis, hisce facit, vt ẽt infirmus delectẽt, atque hæc desideret: hisce et iuuat.*

De configuratione Lunæ in Tauro. CAP. 4.

SIquis vero decubuerit, quando Luna est in Tauro, & Saturnus in eius est quadrato, vel oppo
sito, vel cum ipsa vnà, præsertim vbi ea & lumini & numeris demit, morbus etiam in princi-
pio à

A pio à crapula erit,& ferculis,& plenitudine: & erunt febres astrictæ,& hypochondriorũ dolor,et labor articulorũ,& pulsus elati ac inordinati,& totius corporis inflãmatio, & in pulmone ac latere sinistro sensus grauitatis. Hos iuuat sanguinis detractio,ea q3 oĩa,quę valent habitũ demoliri. Si igit beneficę vsq3 ad oppositũ,nõ complicent,proculdubio morietur. Quòd si etiã Mars eãdẽ figurã,aut Sol,retineat, in primo quadrato interibit. At si beneficę adsint,Lunã q3 aspiciãt,periclitatus seruabit. ☾ Si vero qs decubuerit,qñ Luna est in Tauro,præcipue vbi dies est, Mars aũt cũ ea est simul,vel in eius opposito aut quadrato,morbus erit ex plenitudine sanguinis, & adstrictio,& incendiũ,& dolor colli ossiũ q3,excessus q3 insomnię,& magnũ vini desideriũ & frigidæ. His ergo sanguinis detractio cõducit,& oĩa quę relaxãt. Quòd si Saturnus eandẽ cũ Luna obtineat figurã,nullã q3 benefica cõplicet,nonũ diẽ non superabit: si aũt beneficę p̃sentes adsint, vel cõfigurent,periclitatus vsq3 ad vigesimũ diẽ seruabit. ☾ Si vero quis decubuerit, qñ Luna est in Tauro,ac iuxta ꝓpositã cõstitutionẽ & lumina & numeros iminuit, ipsi vero Saturnus quomodocũq3 cõfiguraꝫ,præsertim si Mercurius vnà cõprehendaꝫ, affectus iuxta sanè signi ꝓprietatẽ in ipsis initiis tarde mouebunt,& ęgre inotescẽt,veluti si nõ adsit morbus: & corporibus imbecilli, & interrupti loquelis, & stomacho nihil appetẽtes,& calefactiões q̃ sunt in ꝓfundo ostẽd ẽtes,et B articulis dolẽtes,& toto corpore resoluti. Hęc aũt ego tibi signa in quolibet signo propono,vt si quod ex illis appareat,facile videas,qd de infirmis sit ꝓnunciandũ. Natura enim hoc signũ, cũ habeat significationes aquarũ,inducit & terra & mari tempestates,& excitat diuersorũ turbationes ventorũ. Quare te capitis curã gerere oportet, hoc enim ostẽdet tibi principij fixãm ęgritudinis * ἀπαθὲς cãm: vnde & neruosum oẽ cõpatiet,& noxę stomachi cõsequent, pulsus q3 abditi & formicãtes, præcipue p̃ diẽ. Quã ob rẽ nutrire quidẽ oportet,non autẽ vereri ob pusillanimitatẽ,& detractiones sanguinis,& vẽtris subductionẽ,oĩa q3 quę euacuãt, vt quę magnã admodũ debilitatẽ inducant: à quadrato autẽ vsq3 ad oppositũ diligẽtius seruare. Si enim cõiunctione soluta assignatiões mutabit in melius,morbus in opposito dissoluet: at si cõiunctione soluta, in deterius assignationes faciet,præsertim si nulla benefica in decubitu fuerit cõplicata, oppositũ non prætergredietur. ☾ Si vero quis decubuerit,qñ Luna est in Tauro,& Marti vel Soli cõfiguratur,præsertim si plena lumine sit,vel gibba vtrinq3,numeris augescens, in collo & hypochondriis erũt causæ ex plenitudine,& febres ardentes ac cõstrictę,& in lingua asperitas, & oris amaror: ipsi vero oculis torue tuentes,facies q3 prorsus minabũda,ac verbis temerarij, & frequẽtius in domesticos amarulẽti insultãt,& sunt sticuloſi. Oportet itaque ventris curã gerere,ne sit adstrictus,atq3 in primis sanC guinis detractionibus vti,neq3 à desiderio frigidi potus admodũ retrahere, nã morbi à principio vsq3 ad quintũ siue septimũ erunt acutiores. Oportet autẽ esse attentũ. Si enim videris † Leonẽ in quarto,} erit affectus cardiacus. Quare oportet in septimo singulis horis esse attentũ, & ad vini ac frigidæ potionẽ prẽparari. A septimo autẽ, si ad deterius vertaꝫ, eius salus est desperanda, nam ineuitabiliter morietur. Inspicere aũt oportet & horas in hac cõmotione,quo pacto possis horã adaptare ad beneficas,& nutriendo,vel lauãdo,vel vinũ exhibendo,opitulari. Si enim in hac cõmotione cibus deꝫ,medicę id rationi aduersetur: at si in hora detur beneficarum,magnopere iuuerit. ☾ Quòd si Lunæ,dum ad eum,qui dictus est,se habet modum,Iuppiter vel Mercurius vel Venus configuretur,siue addat illa numeris,siue demat,vsq3 ad oppositum manifesta fiet ad salutem conuersio. Oportet ergo citra omnem adiectionem diminuendo cibare. † Aliter,solẽ in Leone.

De configuratione Lunæ in Geminis. CAP. 5.

SI vero aliquis decubuerit,qñ Luna est in Geminis,& Saturnus est cum ipsa, vel opposito aut quadrato aspicit, origo morbi à labore & vigilia erit,vel in primis ab itinere, si Luna lumini demat & numeris,habebit enim in articulis dolorẽ: & paulatim se retegit morbus,& à tertio die incipit augeri vsq3 ad vigesimũ: febres enim tenues erũt, & corporis totius extenuationes ob eas, D quę frequẽtius noctu fient,intẽsiones: & dolor splenis. Quòd si nulla benefica cõplicet, & eãdẽ igneus Mars figurã obtineat, post trigesimũ diẽ morietur. Sed si adfuerint beneficę, ac Lunã intueantur,in diuturnos et periodicos delapsus affectus seruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Geminis,& Mars vel cũ ipsa est,vel ex opposito seu quadrato aspicit,tum autẽ numeris lumine q3 augescit,instabilis morbus ac periculosus erit. Nam cõtinuę erunt febres adstrictę q3 ac ardẽtes,& pulsus elati ac inordinati. His igit cõducet detractio sanguinis. Quòd si nulla benefica Lunã aspiciat,& eandẽ Saturnus figurã obtineat,vsq3 ad diametrũ morietur. Sed si eam benefica aspiciat,periclitatus seruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna est in Geminis, procatarctica mõrbi causa à labore erit & balneis: atq3 oĩs humiditas morbũ retinebit. Quòd si * Ex antiquis cõfiguret splendẽs Saturnus scintillantẽ Mercuriũ sociũ assumẽs, præcipue si Luna à cõiunctione numeris demat,opertas scoptulas dolebit & lumbos, & totũ corpus erit ignitũ, ac in superficie veluti ex adustione dolẽs. Erũt aũt inutiles sanguinis detractiones, quod quidẽ ipsi exoptabũt: & cõtraria erit frigidę potio vsq3 ad septimũ. Cum aũt ea cõiunctionẽ soluit, & ad minora mouetur,ꝓculdubio interibit. Si vero in ꝓposita cõstitutione aliqua beneficarũ in decubitu cõfigurẽtur,ab aliis in alios decidũt affectus,vt ischiadas, & alios quosdã in ipsis articulis dolores. Quãtitas autem tpis innotescet tibi ex ipsa Lunę copulatione, hoc est ex ipso stellę beneficę progressu, nã proculdubio seruant. Eadẽ autẽ ratio in oĩ signo. ☾ Si vero decubitus fiat omniũ carens cõfi-

guratione

guratione ſtellarũ, inęquales morbi ſunt, ſub oppoſitũ autem liberantur. Inęqualitas vero ita tibi E
ſtatuatur, quocũq; in ſigno Luna extiterit, in eo ipſam imperium aſſumere: indicat enim tibi ipſa
ſtella per ſingulos dies, vtrũ intendetur an remittetur. ☾ Si vero in propoſita decubitus cõſtitu-
tione Luna fuerit in geminis, & cõfiguretur ei quocũq; modo Mars, aut Sol, aut vterq;, ac præci-
*Al. maxima pue ſi ipſa plena lumine fuerit vel gibba vtrinq;, feratur aũt in mãgna ſuo motu, erit quidẽ ægroti
ea præſumptio, ſuã vt ſalutẽ deſperet: & lachrymantur, q; tali ſtatu ſint: exiliunt autẽ, & ſunt in lo
quendo audaces, ſimulachrorũ imaginationibus inſilientes: quibus oĩbus augeſcẽtibus augeſcit
affectus. Interdiu autẽ & ſtomachi eſt debilitas, & affectus circa meningẽ, vt fiãt & fractis viribus
& ſine pulſu. Oportet ergo colligãdo atq; fouendo curã gerere extremorũ, & cogitare opportu
nas eſſe ſanguinis detractiones: iuxta autẽ ſignum, & præcipue ſi ipſi appetant, adaugere cibos:
à coniunctione enim cognoſces ſignũ, & ſoluere morbũ audies, ſi & ſtomachus validior tibi eſſe
videbitur, & meninx ab affectu liberata, ſeruabuntur hi proculdubio. Quòd ſi ab oppoſitione *
morbus tendat ad incrementũ, & per ventrẽ tenuia reddantur, proculdubio intereunt. Magno-
pere aũt conducit, ſi quæ conſueta ſunt, exhibeãtur. Si autẽ beneficæ iuxta hoc ſignũ propoſitæ
cõſtitutioni cõfigurent, ac ſi Luna vel demat vel addat, omnia quidẽ medicamina abdicare opor-
tet, regere autẽ balneis ſimplicibus & placidis, & geſtationibus, & exercitamentis quę per manus F
fiunt, nã abſq; dubio ſeruantur. Quidam autem in ipſo quadrato, morbo liberantur.

De configuratione Lunæ in Cancro. CAP. 6.

SI vero aliquis decubuerit, qñ Luna eſt in Cancro, & ei iungit Saturnus, vel oppoſito aut qua-
drato aſpicit, morbi origo à balneis erit & frigefactione. In thorace erit fluxio & tuſſes, & cor
poris adſtrictio, & febriculæ tenues ac malignæ, & pulſus tenues debiles q;, & lateris dolor. His
igitur cõuenient calefacientia omnia. Quòd ſi benefica Lunã nõ aſpexerit, morbo producto hic
Ex manuſcri- obibit vſq; ad diẽ quadrageſimũ. Si autem benefica Lunã aſpexerit, {in primo quadrato} multis
ptis. vexatus malis ſeruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quãdo Luna eſt in Cancro, & cum ea eſt
χολέρας. Mars, vel ex oppoſito aut quadrato aſpicit, morbi origo à vomitibus erit, & chõlera, ac ſtomachi
ſubuerſione. His igitur cõuenient frigefacientia & adſtringentia omnia. Quòd ſi beneficę Lu
nam haud aſpexerint, in primo quadrato interibit: at ſi benefica Lunã aſpexerit, in primo qua-
drato ſeruabitur. ☾ Si vero quis decubuerit, quãdo Luna eſt in Cancro, morbus erit ex vini in-
gurgitatione ac vſu immoderato. Incipiet autẽ à diſtentione & eleuatione membrorum collabo
rantũ: & diſſerendo declarant locũ affectũ. Erit autem à frequentioribus vomitibus, atq; abun-
dantia bilis. Ægre igitur reſpirant, & coſtas dolent proiectãtes ſe valde, ac volentes frigido in aere G
eſſe continentur, vt etiam operimenta abiiciant, & circa artus dolentes frequentius exurgent, præ-
cipue ab oppoſito. Quare oportet non ſolum abſiſtere à frigida exhibenda, ſed adhibere etiam
quæ valeãt frigefacere, & diſcutere, pcipue q; in principiis. ☾ Si vero Marti, aut Soli, aut vtriſq;,
quocunq; aſpectus modo Luna cõfiguretur, erunt febres per additionẽ & augmentũ, & pulſus
inęquales, aliàs quidẽ aucti, aliàs autem attenuati. Quare ſanguinis detractio conducit, à quinto
enim gradu vſq; ad nonageſimũ hoc eſt quadratum lateris, ſucceſſiui & maligni affectus conſe- *
quentur. Quòd ſi nulla benefica complicetur, quouſq; ſoluerit cõiunctionẽ, in neruoſo patiun-
tur, & delirant acclamantes ac vociferantes. Naturaliter autẽ iuxta hoc ſignũ in noctibus ſuper-
ueniunt affectus. Si autẽ coniunctionẽ ſoluerit, & ad minora moueatur, ac beneficæ copuletur,
in periodicum affectum veluti quartanarium delapſus ſeruabitur. At ſi maleficæ copulet, modo
nihilo minus periodico perdetur. Si vero in prædicta conſtitutione, nulla fuerit media vſq; ad
oppoſitum, ſi Luna coniunctionẽ ſoluat, & tendat ad minora, ſeruabitur. At ſi à coniunctione ad
maiora moueatur, malefica autẽ media fuerit, Saturnus inquam, vſq; ad oppoſitum periclitatus
ſeruabit. Naturaliter autẽ qui hoc in ſigno decubuerũt, morbis laborabunt, qui ægre intermittãt,
atq; malignis: & quæ illis conferre medicationes vident, aduerſant. Cõuenit autẽ & vini exhibi- H
tio, & balnea, & cibi qui celeriter valeant diſtribui. Si vero in propoſita conſtitutione Saturnus
Al. Mercu- aut Vẽnus configurentur, morbi quidẽ remittentur, vt oſtenſum eſt tibi, ſed reſtabunt magis do
rius lores in articulis auribus q;: quidam autẽ in pulmone vel hepate retinent affectus: ita autẽ diutur
næ erunt ęgritudines. Si ergo in hac figura Luna numeris demens moueat, diu durant affectus,
& nihilo minus in affectu morientur. Quòd ſi Luna augẽdo & numeris addat & lumini, ac Iup
piter quocunq; modo aduocetur, decumbent tam diu, dum Luna ad decimũ à decubitu ſignum
deuenerit. Si vero nec à maleficis nec à beneficis aſpiciatur, in ipſo ſigno morbo liberabuntur.
Quod ſi beneficę tantum atq; Mercurius quocunq; modo configurentur, vſq; ad quadratum
ipſos ſoluunt affectus. Oportet ergo à frequentioribus balneis abſtinere, cõuerti autem ad exer-
citamenta geſtationes q;, namq; hoc modo morbi mitigabuntur.

De configuratione Lunæ in Leone. CAP. 7.

† Ex manu- SI vero quis decubuerit, quãdo Luna eſt in Leone, & †{Mars cum ea eſt,} vel oppoſito aut
ſcriptis. quadrato aſpicit, morbi initiũ erit ex plenitudine & cruditate. Erit enim in pectore ac hypo-
** videtur le-* chondriis dolor, & erunt intenſæ febres, & caliditas in profundo q; in ſuperficie maior, & aluus
gendum ſa- adſtricta. His igitur omnia conuenient, quæ recalfaciunt & relaxant. Quòd ſi beneficæ Lunã
turnus. haud aſpexerint, vſq; ad oppoſitũ interibit. At ſi beneficę Lunã aſpexerint, multa paſſus mala ſer-

uabitur.

A uabitur. ☾ Si vero quis decubuerit,qñ Luna eſt in Leone,& ſimul cum ea eſt Mars, vel oppoſito aſpicit aut quadrato,morbi initium à ſanguinis plenitudine erit. Et erunt febres fluidæ, & pulſus debiles atque abditi,& animi defectus, & appetentiæ collapſę, & grauitas, & cataphora, & totius corporis languor, & cardiaca diſpoſitio. His igitur conuenient conſtringentia & infrigidantia cuncta. Quòd ſi benefica nulla Lunam aſpiciat,vſq; ad nonum interibit. At ſi beneficæ eam aſpiciant, poſt oppoſitũ periclitatus ſeruabitur. ☾ Si vero quis decubuerit, qñ Luna eſt in Leone quocũq; in gradu (hoc autem ipſum in aliis etiam ſignis aduertatur, licet ego de illis nõ decernam) horoſcopante Leone,erit morbus ab animali principio,& moleſtis laboribus,aut negociis,& aliis ſollicitudinibus.Pectus quidem erit ardens,extrema autem frigentia,& cauſæ in capite erunt,& oculi cauati,& naris contracta,& videbuntur ſine pulſu eſſe ægrotantes, & morbũ oſtẽdent diuturnum,& quãtum ad plenitudinem viribus valent. Oportet ergo eueſtigio ſanguinem detrahere (ſi quidem fieri poteſt) dum Luna in ipſo ſigno mouetur, & præcipue quidẽ ſi inceperit ad maiora moueri: ſi minus, vſq; ad tertium: & extrema fricare, ac exagitare omnia, quæ ſunt infra thoracem. ☾ Quòd ſi Mars & Sol,Lunæ addenti vtriſq;, nempe numeris ac lumini,configurentur, cardiacus erit affectus proculdubio vſq; ad quintum diem: ſub quadratum
∗B vero latus ſi ceſſet à numeris,aut etiam adaugeat, Saturno autẽ configuretur, ſaluus fiet. ☾ Si vero Iuppiter aut Venus Lunæ in decubitu configurentur, vbi ipſa Luna ad tetragonum venerit, ſeruabitur. Si vero ipſa quoq; ſola numeris demens moueatur,ſaluus fiet. Vtiles autem fuerint ipſæ vini exhibitiones,& balnea,& poſt tertium aut quintum geſtationes. ☾ Si vero in propoſita figura,quando in decubitu Luna eſt in Leone,ac ad magna mouetur, vel lumini addit, Saturnus ipſi configuretur ac Venus,vel beneficarum vna,ea quidem,quæ ſunt prædicta, vſq; ad quadratum euenient,nihilo autem minus dolores in ueſica erunt,& ſtomachi inflationes, verum ſeruantur. Quòd ſi ea à coniunctione maiora percurrat, proculdubio ſeruabuntur. Quòd ſi propoſitæ figuræ Saturnus,& Mars,aut alius quiſpiam cõfiguretur, ipſa q; borealem verſus tendat, vbi ea ad oppoſitum venerit,morbi omnino ſolutio fiet. Oportet autem haud ſouere, neq; in locis tenebroſis habere decũbentes,continenter vero longe à cupiditate retrahere. Eſt vero vtile frigidam exhibere: & vtiles cibi qui implere valeant,nõ autẽ imminuere. ☾Si vero ipſa Luna cunctis ſit inconſpecta,ad magna autem moueatur,vbi venerit ad oppoſitũ,facta criſis commotione morbum ſoluet. Quòd ſi ad minora moueatur, ægrotus,quoad illa coniunctionem ſit prætergreſſa,inæquali morbo detentus,frequentius q; in morbum relapſus,ſeruabitur.

*Aliter, non oſtendent.

*Aliter,μεσου paνισει, id eſt fuerit in medio cœli.

C *De configuratione Lunæ in Virgine.* CAP. 8.

SI vero aliquis decubuerit,quando Luna eſt in Virgine,& Saturnus cum ipſa eſt, vel ex oppoſito aut quadrato aſpicit,morbi origo erit ex tarditate & cruditate ventris,& dolor inteſtinorum, & hypochondriorum inflammatio: & febres adſtrictæ, & in remiſſione & intenſione inæquales: & pulſus abditi,crebri q;,ac inordinati. His ergo conuenient calefacientia omnia & relaxantia. Quòd ſi beneficæ Lunam non aſpexerint,circa quadrageſimum periclitabitur. Si autẽ beneficæ Lunam aſpexerint,longum paſſus morbum ſeruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quando eſt in Virgine Luna,& cum ipſa eſt Mars,vel oppoſito aut quadrato aſpicit,erit morbus à fluxu ventris,& in affectum vertetur dyſentericum,& erit ſanguinis fluor,hulceratio q; in inteſtinis,febres tenues fluidæ,& pulſus debiles crebri q;,& collapſæ appetentiæ,& ſtomachi ſubuerſio. Hiſce conuenient omnia,quæ conſtringunt. Quòd ſi beneficæ Lunam non aſpexerint,trigeſimo die interibit. Si autem beneficæ Lunam aſpexerint, ſeruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit,quãdo Luna eſt in Virgine,erit morbus à diſpoſitione cœliaca,doloribus q; ac inflatione ventris: atq; incipient veluti ex †lęſa coctione} alia quidem per ventrem acuta effluere, alia vero † ἀπεψίας
D per vrinas ferri viridia, & male olentia: præcipue vero punctiones tanquam in diaphragmate fiunt,ac ſtomachus reſoluitur,totum vero neruoſum collaborat, ab initio enim ſtatim oculi ſunt aſſidue vigilantes. Quòd ſi ea ex minimo etiam curſu impulſa ad maiora moueatur,cõfiguretur autem illi Mars, vel Mercurius, vel etiam Sol, delirabunt quoque loquelis impediti. Oportet ergo illis vti,quæ denſare & contrahere humida poſſint: inutilis autem frigidæ exhibitio,& omnis ſuccus frigidus. Quòd ſi à quadrato ad maiora vertatur, accuratius à quocunque frigefacientes arceantur,etenim vſque ad diametrum periclitati in affectum cœliacũ, vel dyſenteriam deuoluuntur,atque ita protracto morbo deficiunt. Si autem huic conſtitutioni Saturnus cõfiguretur cum Mercurio,vel Venere, vel Ioue ſolo, nihilo minus erit diuturnus morbus, & ſplenici affectus atq; renales,niſi q etiam ſic quoque protracto morbo, atq; illo afflicti, ſeruantur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna ſola mouetur, neq; aſpicitur, ſiue addat ſiue demat, ſiue quocunque alio figuræ modo ſe habeat,ſanguinis fluxum patietur.Soluit autem hoſce morbo Luna, circuitione peracta. Pallidi autem & coloris atri multo tempore ægrotantes fiunt, nihilo tamen minus ſeruantur. Si vero Iuppiter,vel Venus, vel Mercurius, vel quilibet ipſorum, vel etiam omnes, in decubitu annuant, nihilo minus, quæ ſunt in ventre, fluxu laborabunt: in ipſo autem ſigno vſque ad quintum ægritudines ſoluunt. Oportet vero vini quidem vſum indulgere, balneorum autem deuitare.

De

De configuratione Lunæ in Libra. CAP. 9. E

SI vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, & Saturnus cũ ipsa est, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi origo erit ex potu vini, & maxime ex crapula, si lumini numerisque Luna demat, fiat q3 in nocte decubitus. Affectus autẽ in capite & thorace erunt, defluxus & tussis à principio, & in capite sopor, & ablatæ appetentiæ, & duplices intẽsiones, & continuę febres, & † crebrę} atque imbecilles. His ergo conuenient calefacientia omnia. Quòd si cum Marte quoq3 eandem retineat figuram, proculdubio in opposito morietur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Libra, & Mars cum ipsa est, vel opposito aut quadrato aspicit, erit morbus ex sanguinis abundantia, & erunt febres intensæ, & elati pulsus, & mentis alienatio, & phrenitis, & insomniæ excessus, & in toto corpore inflammatio. His cõueniet sanguinis detractio, ac omnia, quæ valeant habitum extenuare. Quòd si benefica Lunam non aspexerit, in diebus decem interibit. Si autem beneficæ aspexerint, vsq3 ad oppositum periclitatus seruabitur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Libra, causa erit ad extrema, dolebunt etenim ipsa, & ignea erunt, atq3 eam quæ in profundo est magis, caliditatem manifestabunt: statim vero soporãtur, & magis oculos tanquam ad somnum conuertunt, & absq3 appetentia iacent. Ita ergo naturaliter in hoc signo morbi fiunt, in quo fallunt aliqui, † assiduũ nutrimentũ} causantes. ☾ Si vero, quãdo F ipsa mouetur ad minora, Saturnus, vel Venus, vel Mercurius, vel quilibet ipsorũ accesserit, vsq3 ad oppõsitum proculdubio phrenitissant. Quare calefacere oportet, atque vti iis, quæ discutere queant & repercutere, & asseruare in quiete atq3 custodia, ne forte aquam furtim bibant. Ita enim quæ sunt in ventre excreta vsq3 ad oppositum, morbi facient dissolutionẽ: nihilo autem minus in longiora & inæqualia mala deuoluti, veluti periodica, hoc pacto seruabuntur. At si solus Saturnus fuerit, peribunt. Si autem in prædicta constitutione magno cursu feratur, vsq3 ad oppositum ob febrium intensionem & remissionem † multa passi} seruantur. ☾ Si vero, quãdo Luna est in Libra, Mars & Sol Lunæ opponantur, causæ in capite erũt, cephalalgia, & rheumatismus, & hemicrania. Quòd si Mercurius accedat, causæ erunt in oculis, suffusiones, glaucedines, pupillarum dilatationes. Oportet ergo vt plurimum sanguinis detractione vti: vtiles autem & excretiones per ventrem. Sic vero diu perdurantes, nihilo minus periclitabuntur, in eodem affectu manentes. Quòd si Iuppiter aut Venus quocunque configurationis modo complicentur, salui fient, in eisdem affectibus manentes. Quòd si ipsa haud aspiciatur, ac si decrescat, malignę quidẽ ægritudines erunt, & inordinati pulsus, qui difficulter cõprehendi queant: nihilo tamen minus, vbi ad oppositum Luna peruenerit, morbum soluit. Hoc autem sciatur, in omnibus tropicis & G æquinoctialibus signis, malignas esse ægritudines.

† videtur legendũ, pulsus crebri.

† Al. nutrimẽti defectũ.

Al. quadratum.

† In manuscriptis quibusdã, ὀχυλέντες καὶ ἀνωμαλίσαντες, i. Vexati et inæqualiter affecti.

*Additum ex antiquis.

De configuratione Lunæ in Scorpione. CAP. 10.

SI vero aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum ea, vel opposito aut quadrato aspicit, morbi origo erit ab exhulceratione aut inguinum aut locorum abditorum ad anum vel pudendum. Quòd si Luna numeris addat aut lumini, seruabitur ægrotus, ac præcipúe si beneficæ intueantur. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & cum ea est Mars, vel opposito aut quadrato aspicit, lumine autem deficit, ac numeris demit, maxime si beneficæ intueantur, in primo quadrato seruabitur, aut vsque ad oppositum: nam morbi erunt mites, & qui facile mutentur. Scito autem eandem esse rationem in omnibus signis, quando huiuscemodi figuræ inciderint. ☾ Si ergo aliquis decubuerit, quãdo Luna est in Scorpione, morbus erit ab horroribus minimis. Hi enim contemnentes {morbos atque deambulantes,} augebunt affectus. Causa autem procatarctica erit in vesica, & partibus quæ coxas interiacent, aut etiam hulceratio sedis. Ad tertium vero vsque diem rectus febricitans, morbum augebit. Quòd si numeris addat, & præcipue ab ὀppositione, & cum ipsa sit Mars, per Scorpionem & ferrum in occultis locis noxam patientur. Quòd si Sol quoq3 vnà fuerit ac configuretur, apo- H stematum ad costas noxam patientur. Si autem ad maiora vertatur: est autem hoc, {quãdo diurnus Lunæ motus graduũ est} circiter quindecim p longitudinẽ, noxam ad costas accipiẽt, & per vomitiones sanguinem aut excretiones eiicient. Oportet ergo à frigidæ potu arcere continenter, & in quiete asseruare. Inutiles vero sunt clysteres, & quæ frigefacere queant cataplasmata, & sanguinis per cucurbitulas detractio: inutilia etiam balnea. Vbi vero Luna vsq3 ad vndecimum venerit, tum sic prætergredientes longos faciunt affectus, tum itidem periclitantur. Quòd si Iuppiter & Venus vnà cum Luna fuerit, aut configuretur, erunt quidẽ mala proposita, at mora protracta seruabuntur. Temporum autem vel dierum quantitas à complicatione stellarum tibi innotescet, nam durant affectus vsq3 ad earum aspectũ. Determinatus enim est decubitus vsq3 ad oppositum, prætergressæ autem oppositum diuturnas stellæ faciunt ægritudines. ☾ Si vero aliquis decubuerit, quando Luna est in Scorpione, & Saturnus est cum illa, aut configuratur, & minora percurrit, vel etiam ad coniunctionem fertur, proculdubio resoluentur: & deuoluentur in mala diuturna, veluti qui defluxum circa pudendum aut proxima sedi loca patiuntur. Quòd si nulla benefica applicetur aut configuretur, in ipsis interibit malis. Quòd si Luna ad maiora excitetur, & ei Saturnus configuretur, proposita quidem mala obuenient, at protracta mora seruabuntur.

*Sunt in antiquis.

*Al. coniunctione.

† Sunt in antiquis.

A ſeruabuntur. Naturaliter autem iuxta hoc ſignum ſunt inutilia balnea, omnia´que quæ poſſint fluxionem ciere.

De configuratione Lunæ in Sagittario. CAP. II.

SI vero quis decubuerit, qñ Luna eſt in Sagittario, & eſt cum ipſa Saturnus, aut oppoſito quadrato´ue aſpicit, erit morbi initium ex humidorũ tenuium q3 & acutorũ rheumatũ fluxione. Dolebunt autẽ articulos, & patientur febres, quæ cũ rigore inuadunt, & aſſignationes erunt cum rigore, ac frigebunt extrema. Quando igit̃ Luna lumini numeris q3 maxime demit, duplices erũt aſſignationes, & febres aſtrictæ, & abditi pulſus. His conuenient ea, quę reſoluunt & calefaciũt. *Aliter συςάσεως, i. conſtitutione.

Quòd ſi benefica Lunã aſpexerit, periclitatus ſeruabitur, vbi oppoſitũ prꝛterierit. {At ſi benefica non aſpexerit, vſq3 ad oppoſitũ interibit.} ☾Si vero quis decubuerit, qñ Luna eſt in Sagittario, & cũ ipſa eſt Mars, vel oppoſito aut quadrato aſpicit, vel lumine eadem augeſcit & numeris, ex plenitudine & crapula inſtabilis erit morbus & periculoſus. Erunt enim continuæ febres, & intenſæ & fluidæ, & chólerici affectus, & ventris fluxiones, & debiles pulſus. His igitur conuenient frigefacientia cuncta & aſtringentia. Quòd ſi maleficæ Lunã aſpexerint, die ſeptimo interibit. At ſi beneficæ eam aſpexerint, vſq3 ad oppoſitũ periclitatus ſeruabitur. *Ex manuſcriptis.

B ☾Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna eſt in Sagittario, morbus à balneo erit & frigido aere, & totũ corpus rheuma infeſtabit, & erunt in facie pulſus, & gingiuárum dolor & dentium: cauſa autem procatarctica in pectore erit. Quòd ſi Luna minora percurrat, prꝛcipue vero ſi ad Solem feratur, & cũ illa ſit Saturnus, vel Mercurius configuret̃, erunt in pulmone hulcerationes, & in ſepto tranſuerſo inflammationes, totum q3 corpus erit inflammatum. Oportet autem adhibere vim habentia ſiccandi. Sunt vero etiam vtiles ſanguinis detractiones vſq3 ad quintũ. Quòd ſi etiam à decimotertio gradu ad decimumquartum moueatur, afflicti, vſq3 ad quintũ peribunt. Si autem Iuppiter vel Venus propoſitæ conſtitutioni fuerint præſentes, futura quidem ſunt ea mala quæ diximus, ſed ſeruabuntur. Quòd ſi Luna ad maiora moueat̃, & ſola ſit, ſeruantur. ☾Si vero Luna ad maiora feſtinet, & illi Mars & Sol configurentur, maxime quidem frigore aut tuſſibus corripientur. Naturaliter aũt iuxta hoc ſignũ vigiliꝛ fiunt, & noctu mala intenduntur: fiunt autem valde parui pulſus. Oportet vero fouere, & in obſcuro loco habere cubantes. Balnea autem ſunt inutilia, & vniuerſa, quę facile reſoluunt. Si igitur beneficę intueantur, periclitatus ſeruabitur. Quòd ſi Luna à beneficis aſpicit̃, aut ab vna ex ipſis, morbi ſoluent̃ non admodũ vehementes facti, in oppoſito. *Al. aurium.

C

De configuratione Lunæ in Capricorno. CAP. 12.

SI vero aliquis decubuerit, qñ Luna eſt in Capricorno, atq3 tum numeris tum lumini demit, & Saturnus iungitur ei, vel oppoſito aut quadrato aſpicit, initium morbi à perfrigeratione erit balneorum, & rheumatis tenuibus, & in thorace erit ſenſus grauitatis atq3 in pulmone, tuſſes q3 à principio, & aſſignationes cum rigore, & intenſiones nocturnæ, & febres intenſæ. His igitur calefacientia omnia conueniunt. Quòd ſi beneficę Lunã non aſpiciant, vigeſimoprimo die moritur. Si vero eam beneficę aſpiciant, viuet quidem, ſed patietur longum in pulmone affectum. *Al. multis.

☾Si autem decumbat aliquis, qñ Luna eſt in Capricorno, ac iungitur ei Mars, vel oppoſito aut quadrato aſpicit, initium morbi à vomitu erit, & chólera, vel corruptione †, vel} tarda coctione. Morbus igit̃ erit periculoſus & acutus, & neruorũ contentio, & fluxus ventris, & in ano acrimonia, † & hulceratio.} His conuenient oĩa, quæ frigefaciunt & adſtringũt. Si ergo nõ aſpiciat benefica Lunã, quinto aut ſeptimo die interibit. At ſi eã benefica aſpiciat, poſt ſeptimũ periclitatus ſeruabitur. ☾Si vero qs decubuerit, qñ Luna eſt in Capricorno, cauſa procatarctica à labore erit, & indigentia. Erit aũt in dorſo dolor, & horrorũ inſultus, & inſultuũ frequẽtiores aſſignationes, vt & ſecunda & tertia fiat: & corpis totius pilorũ erectiones, & febres adſtrictæ, & ordines interD rupti. Hæc ego tibi frequentius propono, vt ex hmõi ſignis aſſequare & coniicias ęgritudinẽ. * χολέρας. †Aliter, ex † in manuſcr. eorũ loco, hæc ſunt, et febres continuæ & fluidæ, & debiles pulſus, et in thorace incendium.

Quòd ſi numeris demat, frangit ęgrotis vires, & morbũ adauget, & in loquela balbos reddit, & cũ tarditate ſurſum ſpectantes. Si aũt Saturnus etiã configuretur, aut ſit vna, periclitantur quidem vſq3 ad oppoſitum propter febrium intẽſiones: at ſi benefica complicetur, ſeruantur, ac diu perdurant in malis. Si vero in propoſita conſtitutione Mars vel Sol configurentur, affectu quidem liberabuntur, ſed in affectus periodicos incidunt, & ita ſeruantur. Quòd ſi Luna addendo, numeris augeſcat, ſit q3 ei præſens vel configuretur Saturnus aut Sol, augeſcunt mala vſq3 ad oppoſitum, & cũ periculo ęgrotant. Si autem in quinto augeſcãt, oppoſitũ omnino non ſuperabũt.

Si vero Luna fuerit cũ Ioue vel Venere, † vel Mercurio, } vel etiam vtriſq3, erunt quidem cauſæ propoſitę, ſed ſeruabuntur. Animum ergo aduerte, naturaliter enim iuxta hoc ſignum morbi periculoſi fiunt. Quare balneis oportet abſtinere, frigidę´que exhibitione: ad † geſtationes vero ſeu lectos penſiles, } vnctiones, atque exercitamenta conuerti. † Videtur vacare. † In impreſſo μετεωρισμὸς, ῑ manuſcripto διάρας.

De configuratione Lunæ in Aquario. CAP. 13.

SI autem decubuerit aliquis, qñ Luna eſt in Aquario, numeris addens ac lumini, & ei iungitur Saturnus, vel ex oppoſito aut quadrato aſpicit, initium morbi erit à laboribus, vel inſomnia, vel itinere. Erit igitur inęqualis in intenſione & remiſſione morbus: & vſq3 ad oppoſitum ſeruabitur,

bitur,preſertim ſi benefica Lunã aſpexerit. ℂ Si vero aliquis decubuerit,qñ Luna ẽ in Aquario, E lumini demens ac numeris, & Mars iungitur ei, vel oppoſito aut quadrato aſpicit, erit morbus {acutiſſimorũ affectuum: & periclitatus ſeruabitur poſt nonũ diem, preſertim ſi etiam beneficæ Lunã aſpexerint. ℂ Si vero aliquis decubuerit, qñ Luna eſt in Aquario, erit morbus} ex pręgreſſa aliqua cauſa bubonis oborti,vel ex ocreę,aut ex pudendorum dolore. Et ita febres erunt ardentes & intenſæ,& imprimis incendiũ extremorũ,ſitibundi q3 ac frigidę appetentes, & frequentius exurgentes. Quòd ſi ea per magna feratur,& configuretur †, vel accedat inſuper Mars,vſq3 ad quadratũ mente permutabitur. Vtiles autẽ erunt ſanguinis detractiones: item q3 ſi non à frigidę deſiderio prohibeãtur,& ſi in luce decumbant. Si vero etiã ad maiora percurrat,vbi ea fuerit in quadrato,ac nullatenus fuerit morbus imminutus, vſq3 ad oppoſitũ interibunt. Si autem propoſitę conſtitutioni Iuppiter,vel Venus,vel vtriq3, atteſtẽtur,& ipſa Luna ad minora feſtinabat eo tpe,quo decubuit,vſq3 ad oppoſitum periclitatus ſeruabitur. Si vero lumini demat & numeris,configuretur autẽ Saturnus,vel etiam Mercurius inſuper accedat,mala quidẽ eadem erũt, ſed largos fluxus ad artus patientur: reddet autẽ mala longiora, & hydropem aliquo pacto oſtendet. Et ſi etiam à media conſtitutione per minora moueatur,in ipſo affectu morientur. ℂ Si vero Luna ſub decubitum per mẽdia percurrat, quæ quidem propoſita eſt, cauſa erit, vbi vero diu F egrotarint, ſeruantur. {Si vero Luna à nullo aſpiciatur,ſit'que cum Venere, vel Mercurio,vel Ioue,in decubitu,vbi in ęqualiter habuerint, à morbo ſeruantur.}

Ex antiquis cod.

†Additur ex manuſcriptis, Sol.

**Al. magna.*

Adduntur ex manuſcriptis.

De configuratione Lunæ in Piſcibus. CAP. 14.

SI vero aliquis decubuerit,qñ Luna eſt in Piſcibus,ac lumini demit numeris q3, & iungitur illi Saturnus,vel oppoſito aut quadrato aſpicit,morbi initiũ erit à balneis,& frigefactione,vel tenuibus fluxionibus.Extrema enim crebo frigeſcent,& erunt cum rigore febres,& aſſignationes duplices,& capitis conſtrictio,& punctura in mammillis,& dolor hypochondriorum,& pulſus abditi tenues q3,& articulorum dolor. His conuenient cuncta, quę calefaciunt & quæ relaxant. Quòd ſi benefica Lunã aſpiciat,oppoſitum prętergreſſus ſeruabitur: habebit autem diuturnũ articulorum dolorem. ℂ Si vero,qñ eſt in Piſcibus Luna,numeris addens, & lumine augeſcens, Mars ei iungitur,vel oppoſito aut quadrato aſpicit, initiũ morbi erit à plenitudine,vini potu, & crudítate. Incipit enim à die tertio augeri morbus,noctu autẽ erunt intẽſiones, & thoracis ardores,& ratiocinationũ interruptio,& phrenitis,& in capite conſtipatio,& febres ardentes,& ſitis, & vini deſiderium,& pulſus elati. His conueniet ſanguinis detractio,& omnia quę poſſunt habitum demoliri. Si ergo beneficæ Lunã non aſpexerint, in primo quadrato interibit. At ſi Lu- G nã beneficę aſpexerint,vbi oppoſitũ prętergreſſus fuerit, periclitatus ſeruabit̃. ℂ Si vero quis decubuerit,qñ Luna eſt cum Ioue,vel Venere,aut in oppoſito quadrato'ue, id q3 ſi quis in quolibet ſigno decubuerit,vſq3 ad primũ quadratũ vel oppoſitũ [a]†. [b]† At ſi maleficę Lunã aſpexerint, nullo morbi ordine ſeruato vexatus,vſq3 ad oppoſitũ} ſeruabitur. Magnum quid autẽ in decubitu conducit etiã hora.Nam ſi beneficę in horoſcopo ſint,vel cœli medio, Luna vero ſit cum maleficis,vel in oppoſito quadrato'ue,vitã tutabuntur. Si vero contra maleficę in horoſcopo ſint [c]†vel cœli medio,}Luna vero ſit cũ beneficis,ei officiunt qui decubuerit. Oportet igitur optimũ medicum mathematicę quidem ſcientię memini ſſe,ſcrutari autẽ diligenter diem horam q3 decubitus: & mundũ contueri,quo pacto habeat,nihil enim fit ſine mundi conſenſu. ℂ Si vero aliquis decubuerit,qñ Luna eſt in Piſcibus,cauſę morbi procatarcticę à balneis,vel frigida potione,erũt. Statim enim neruoſum patitur,& ſunt circa ſtomachum dolores,nudi autẽ diſcurrunt,laterũ dolores,& ſpirant difficulter,et febres adſtrictæ & in profundo,& pulſus tenues comprehenſu'que difficiles in aſſignationibus,quos tamen infra duas horas immutant,& remiſſius continenter habent: & quę circa ventrem,tenuia ſunt,deinde urinę male olent. Vtiles autẽ ſunt {adhibitę cucurbitulæ,at inutiles} ſucci oẽs,qui infrigidant. Quòd ſi Luna à quadrato maiora percurrat, Sa H turno configurata,uſq3 ad oppoſitũ periclitati ſeruantur. Si uero in propoſita conſtitutione Luna percurrat,Ioui,uel Mercurio,uel etiam utriſq3,configurata, erunt quidem cauſę propoſitę,ad hęc uero uentrẽ dolent: ac frequentius exoluuntur,ut ſine pulſu fiant. Quòd ſi à media figura ad minora feratur,configurata Saturno,ne quidẽ quadratum prętęribũt. Si autem Venus quocunq3 modo complicetur,qui oppoſitũ prętęrierint,decidunt in dyſenteriam, pallentes q3 fiunt, ac pedes intumeſcunt,& carnes collabuntur: cum autem hoc pacto diutius vitã traxerint, nihilo tamen minus intereunt. Si uero currat ad magna, pariter q3 Marti, uel Soli,uel utriq3,configuretur,cauſę procatarcticę erunt omnes,† inſuper tamen & febres intenſę, & inflammatio in hepate,ac toto corpore dolentes,extrema autem ardentia propter aſſignationes inuicem ſuccedentes. Conuenit ergo diętis uti, quę ualeant nutrire: naturaliter enim in hoc ſigno neq3 ſanguinis detractiones per phlebotomiam factę† cõducent. Quòd ſi nulla beneficarum complicetur, uſque ad oppoſitum periclitabitur. At ſi Iuppiter uel Venus aſpiciãt, uel ipſa Luna ad minora feratur, uſq3 ad oppoſitũ ualde uexati ſeruantur. Vtendum ergo ęqualibus remediis,& quę facile adhibeant̃. Si uero Iuppiter uel Venus configurent̃ Lunę,quę & ipſa Marti uel Soli configuretur, numeris q3 addat & lumini,nihil proderunt beneficæ,namq3 interibunt.

**Al. Saturno.*

** ὅρου.*

**Al. oppoſitũ.*

† videtur addendum, quas diximus.

† Addũt manuſcripti, neq; balnea.

A † Videtur hic deeſſe alterũ, ſeruabitur.

B † Ex antiquis.

C † Ex antiquis.

Ex antiquis.

De

A *De partubus casibus & vulneribus: de Chirurgia eligenda, & vario eius euentu: de euentu tandem Duorum, qui eodem tempore sint morbo correpti.* CAP. 15.

VOlo autem nihilo minus & hoc te scire, ea quæ circa partus accidũt, & casus, & vulnera quæ repente fiunt, & quæcunque his sunt similia, eodem modo esse inspicienda, quo in decubitibus ostensum est: Chirurgias vero, quæ ex delectu fiunt, & quæcunque his similia sunt, nempe chirurgiæ in oculis, verbi gratia dilatationis pupillæ, vel suffusionis, vel glaucomatis, & quæcunque his sunt similia, tunc esse exercendas, quando Luna lumine ac numeris ad augmentum tendit, & ei beneficæ configurantur. ☾ Reliqua vero, quando illa minuitur, vel beneficæ complicantur, aggredienda & inchoanda. Hulceribus vero depascentibus, tumoribus que, medici adhibeant manum, quando Luna lumine deficit, & Ioui ac Mercurio configuratur, magis autem, quando etiam hi horoscopum contuentur. Quando vero illa Soli coniungitur, vel cõiunctionem soluit: vel à maleficis aspicitur: & vel est in Virgine vel Capricorno vel Piscibus: nemo incidat, nam quibus incidítur, detrimento afficiuntur. Quòd si cum Luna maleficę quoque horoscopum inspiciant, maxime autem Saturnus, non curabitur id quod est incisum, nisi rursum incidatur. ☽ Nosse autem oportet, cum augescit Luna, & numeris addit, & iunguntur ei Mars aut B Sol, vel configurantur, consumi corpora illis, quibus ignis adhibetur: Cum vero illa minuitur, et numeris demit, atque ei Saturnus vel Mercurius iunguntur, aut configurantur, consumi corpora illis, qui infrigidantur. ☾ Illud vero tibi adiicio, Quando duo eodem die atque hora decubuerint, hoc pacto considera, eorum ętates comparando. Atque si Luna numeris demat, quando aliqui decubuerint, & configuretur Saturnus aut Vẽnus, qui iunior est, prius conualescet, sicuti antea quoque dixi in superioribus præceptis: & vltra signi congruentiam, in opposito liberabitur. Qui vero est senior, periclitabitur, vel in alios affectus deuoluet pro signi congruentia †: vel morbo diuturno detentus seruabitur. Quòd si Luna augeatur numeris & lumine, & Mars aut Sol configuretur, periclitabitur iunior post quadratum et oppositum iuxta signi, in quo Luna fuerit, congruentiam. Sed si Luna beneficis & in senioribus & in iunioribus configuretur, iuxta ipsius signi cõgruentiam seruabuntur. Hęc ego tibi idcirco enarraui, vt hac ipsa considerandi ratione vtens, nulla in re labi possis.

Ex antiquis manuscriptis adiecta.

**Al. Mercurius.*

†*Additur in manuscriptis, in quo Luna fuerit.*

C

GALENI LIBER DE PARTIBVS ARTIS MEDICÆ

CENSVRA

Liber, qui nisi Galeni fuerit, eo tamen auctore dignus videtur.

Non nullæ Medicæ artis Partitiones nulla methodo constitutæ. CAP. 1.

D

ON absq; ratione mihi quidem, Iuste charissime, de partibus Artis medicæ dubitare videris: quippe quum alios alio modo eas partiri animaduertas. Sunt enim quidam, quos possis audire secantes totam artem in pharmaceuticen & chirurgicen & dieteticen, id est in eã quæ medicamentis, & eam quæ manuum opera, & eam quæ victus ratione medetur: & has deinde in alias partes, non tamen vt omnes mox eodem modo has partiantur. Non nulli vero in therapeuticen id est in curatricem, & eam quæ hygieine id est salubris appellatur. Alij & prophylacticen id est pręuisoriam, inter has in prima statim partitione introducunt: sicut quidam & analepticen, quasi resumptiuam dixeris. Sed aliqui præter has, euecticam hoc est eam, cuius munus est, optimum corpori habitum introducere. Sunt pręterea qui istis omnibus gerocomicam, hoc est eam partem, quæ senes regit, annumerant: quemadmodum alij eam partem, quæ infantium curam habet, quam græci pædotrophicam vocant. Alij vero præterea cosmoticen id est decoratoriam, quam à fucatoria commotica græce appellata, diducunt. His autem non contenti quidam, prædictis partibus aliam quandam

dam exiguam quidem partem primæ ſtatim ſectioni addunt, phoneticen id eſt vocalem appella- E
tam: & hoc non nulli ita indiſtincte proferunt: Alij vero diſtinguunt, atque oſtendunt, tam illis
qui vocem commodam cupiunt, quàm illis qui prout eorum natura exigit, opus eſſe vt non ſe-
cus vocem, ac alias eorum actiones habeant. Hi tamen nunquam ad id deueniunt, vt ſigillatim
has huius artis partes, proſequantur: nempe ſi hoc feciſſent, non omnino à ratione hæc eorum
partitio videretur eſſe aliena. Verum, quum partibus aliis neglectis, vnius tantummodo memi-
nerint, ipſi ſe ipſos videntur redarguere, quòd ſuam abſque methodo & ratione partitionem in-
ſtituant, vtpote qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipſarum parti-
tione in minores particulas, conſentiunt omnes: ſed Alij, vt ex his quaſdam tanquam huius artis
partes admittunt, ita quaſdam omittunt: alias tamen præter has primæ partitioni annumerant,
quemadmodum illi qui phyſiologicam quaſi naturalium rerum inueſtigatricem, ac etiam patho
logicam quaſi affectuum perſcrutatoriam, dixeris: Alij vero & materialem iſtis addunt, & eam
quam græci ſemioticen quaſi ſignificatiuam dicunt: & quidam cauſalem addunt ętiologicen ap-
pellatam à græcis.

De Partitione Medicæ artis ſecundum Empiricos. CAP. 2.

EMpirici omnes ferè in hoc conueniunt, quòd nimirum duplices ſecundum genus primas F
artis differentias conſtituunt: alias enim aiunt finales eſſe, alias vero conſtitutiuas. Dum ve-
ro has particulatim enumerant, non æque deinde inter ſe conſentiunt. Ex ipſis enim non nulli
ſunt, qui ſignificatiuam ac curatricem dicant eſſe finales: alij vero, ſalubrem: alij etiam decorati-
uam & vocalem illis ipſis addiderunt. At inter conſtitutiuas, eam quam græce autopſian appel-
lant (& eſt eorum obſeruatio atque memoria quæ vnuſquiſque ipſe inſpexit) & præterea hiſto-
riam, inter partes reponunt quidem omnes, ſed non ita deinde omnes tranſitum ſimilis artis par-
tem faciunt. Dum ſigillatim etiam vnamquanque harum in partes minores ſecant, minime ſunt
vſquequaque concordes Empirici cum Dogmaticis. Et nimirum ſi quis ita omnes voluerit me-
dicinæ partes appellare, vt Romę fieri conſueuit, vbi in multa & ad minima ferè illas partiuntur,
vt alios dentarios medicos vocent, alios auricularios, & eos etiam qui ani morbos curant, ſuo no-
mine appellant, in anguſtias multas detrudetur hæc eorum ratio: quanquam huiuſce rei occa-
ſionem præſtiterit ocularíorum medicorum nomen, quod non modo nunc, ſed iamdiu, impoſi-
tum eſt. Porrò ſiquis oculorum ſolummodo ſit futurus medicus, non erit deinde abſonum,
quin & dentium ſit alius, atque ita etiam ſigillatim cæterarum particularum omnium noſtri cor-
poris, vt ſint tot ſubinde medici, quot ſunt ipſæ particulæ: & præter ea ſuffuſionum punctores, G
herniarum'que ac calculorum inciſores. Vnde mox, ſi ita liceat loqui, plures etiam ſint futuri me
dici, quàm ſint corporis particulæ: pro quocunque enim affectu vnus erit medicus. Nempe mi-
rum non eſt, ſi ars ea quæ maxima ſit, tot admittat ſectiones, atq; etiam ſi in maxima ciuitate pro
harum vnaquaque ſtatim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur: neque enim in exiguo
quodam oppido poſſet quis ſibi victum parare, qui tantum ſuffuſiones oculorum pungeret, aut
hernias incideret: Romæ vero & Alexandriæ, præ mortalium in eis multitudine, poſſunt quem
cunque alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitętur. Vnde huiuſcemodi me-
dici, vrbes ſæpe mutare coguntur, vt idem tota (exempli cauſa) Gręcia illis afferat, quod aliis qui
in Italia ſunt, ſola Roma.

De Simplicibus & Inſtrumentariis Partibus humani Corpocis. CAP. 3.

VErum enimuero mihi operępretium fore exiſtimo, ſi ſermonē vt ego ſentio, ita inſtituero.
Nam quales ex ipſa natura, ſint minimæ artis particulæ, iam primū dictum eſt. Reliquum
autē eſt, vt mox exponamus, quas oporteat minimas particulas appellare: id vero exemplo quo-
dam explanabimus, quod non erit à noſtro propoſito alienum, immo deſumetur à re, quæ nobis
ſit vtilis proculdubio futura. Itaq; vt in corporum noſtrorum ſectionibus particulas oēs ad mi- H
nimas vſq; ſecundum ſpeciē ſcrutamur, quæ etiam elementa ſenſilia appellamus: ita etiā artiū mi
nimas oportet particulas inueſtigare, quæ & ipſæ ſint ſenſilia elementa. Et quidem inſtrumēta
ſunt caput, manus, pedes, cætera q; huiuſce generis: ſed horum dein ſunt etiam ſuę partes, capitis
inquam aures, facies, naſus, & collum etiam poſſumus inter partes capitis connumerare, & præ-
terea cerebrum, & ambas membranas, caluariam, arterias, venas, neruos, & poſtremo cutem, quæ
omnes ex prima ſtatim inciſione inueniuntur. Harum vero partium quælibet in alias diuiditur
particulas, de quibus omnibus abunde in adminiſtrationibus anatomicis actum eſt: quantum ve
ro ad præſens negotium ſpectat, ſatis erit ſi vniuerſas ſigillatim proponendo, corporis ſectionem
ad elementa vſque inſinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplici
tunica conſtat: iam enim ſatis monſtrauimus, quare videatur ipſa triplicem ac etiam quadruplicē
habere tunicam. Porrò ex eius tunicis, altera obliquas habet fibras, altera vero rectas: quas fibras
non amplius in aliam quampiam ſpeciem partiri poſſumus, quippe quæ minimę ac indiuiduæ
ſpecie ſint. Nempe ea conſuetudo eſt, vt partes illę, quibus actio quæpiam demandata eſt, quæ
vniuerſo animanti aut neceſſaria aut appríme vtilis ſit, à nobis inſtrumenta, à grecis organa, ap-
pellentur: minimas vero illarum particulas, non hoc tantummodo, ſed ſenſilia etiam elementa,

appellamus.

A appellamus. Huius generis sunt fibræ, è quibus vnum quodq; instrumentorum contextum est, sicuti arteriæ, venæ, nerui, intestina, ventriculus, vterus, & vesica: hęc enim omnia è tunicis constãt, quę ex huiuscemodi fibris contextæ sunt. Ex his etiam fibris sunt membranæ, ligamenta, & caro tum ea quæ simplex est: tum etiam illa, quæ est vnicuiq; viscerí peculiaris, quamq; non nulli parẽchyma appellant, quasi affusionem quandam dixeris. Et eundem ordinem cũ his seruant, os, chartilago, adepsq;, ac cætera quæ eiuscemodi sunt, quæ potest merito quis nostri corporis sensilia elementa appellare. Sed præter has sunt partes instrumentariæ, quas non erit malum recensere, nimirum arteriæ, venæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, vterus, intestina, renes, ventriculus, lien, iecur, pulmonesq;, & cor, & cætera omnia, quæ huiusce ordinis sunt.

Exemplo Partium nostri corporis Medicæ artis Partium constitutio. CAP. 4.

PRo istius itaq; exempli similitudine, pũctoriam suffusionum artem talem vniuersæ artis medicæ partem existimabimus, qualis ea est corporis pars, quam instrumentum, seu (vt græci) organum appellamus, cuius vnaquæq; particula ex proportione respondet sensilibus corporis elementis. Huiuscemodi vero partes artis, sunt notiones illę, quas non nulli græce theoremata vocant: latini vero præcepta. Prima nanq; cognitio secundum speciem est illius instrumenti, quod
B pungendum est. Secunda est illius particulæ huius instrumenti, vbi pungere oportet. Tertia est mensuræ, quę sit pro affectus ratione. Quarta conuersionem respicit. Quinta remotionem suffusionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa astrictionem versatur. Hæ profecto sunt notiones vltimæ, minimæ, atq; etiam simplices, quæ in alias simpliciores non amplius secari possunt. Nihil aũt in præsentia refert dicere notitias, aut notiones, aut scientias, aut theoremata, vel p̃cepta, sicut neq; si partes dicamus, vel particulas, vel portiones. Igitur ea scientia, quę de pũgendis est suffusionibus, his constituta est particularibus scientijs, quas nuper explicaui: vniuersa tñ ratio curãdi suffusiones, alijs quibusdam notitijs eget, et illis quidem duplicibus secundum genus. Sunt autem hæ: prima quidem pręparatoria: secunda vero illa, quam apotherapeuticen græci appellant. Siquis etenim velit aliquem repletum plurimum, aut prauis humoribus refertũ, vel etiam ſm caput dolentem, ad hmõi operationem deducere, is inflammationes in membranis, quę puncłę fuerint, facile excitabit, & vniuersum caput male afficiet: quod ne fiat, arte pręparatoria erit opus: cuius institutum est, corpus totum ab excrementis succisq; superfluentibus expurgatum & vacuum, atq; ẽt caput ab omni dolore immune reddere. Vnde & ea pręcepta, quibus hoc agẽdum est, artis sunt elementa: quemadmodum & ea, quę ad íd pertinẽt, vt post manuum opus expeditum, oculus ab
C inflammatione, caput vero ab omni lęsione custodiatur. Et huiuscemodi præcepta sunt elementa artis medendi, hoc est vltimę atq; minimę illius particulę. Nimirum is sermo sit à nobis propositus in exemplum pro cęteris alijs affectibus vniuersis, quorum scientia sigillatim eum inter partes artis ordinem obtinere videtur, quem in animali pars ea, quam instrumentum appellamus. At definiri hoc exacte absq; labore non paruo, omnino non potest. Putabit enim facile quispiam, ꝙ eodem penitus modo se habeat notitia curandæ inflammationis, quo illam se habere diximus, qua curandæ sunt suffusiones: & id ipsum etiã de curando vlcere, aut fractura, aut erysipelate, deq; alijs affectibus dicemus. Id tamen verum non est, quia eandem rationem, quam in animantis corpore pars ea obtinet, quam instrumentum appellamus, eandem inquam curandę inflammationis notio inter artis partes obtinet: & quem ordinem oculus inter animalis partes seruat, eundem ea cognitio, quę curat lippitudinem, seu (vt græci aiunt) ophthalmiam. Est vero ophthalmia inflammatio externę oculorum tunicę: sicuti peripneumonia græcis dicta, pulmonis inflãmatio est: & pleuritis, membranæ costis prętensę: vnde hi omnes affectus inflammationes quędam sunt. Et alia est ars curandę inflammationis generatim: alia vero eius, quę ex certa particula definitur, quę male affecta sit: sicut etiam cum instrumentum communi quadam appellatione dicimus, et cum de cer-
D to quodam & definito instrumento loquimur, aliqua intercedit differentia. Sanè nos in libris de curandi methodo monstrauimus, aliam esse artem curandę inflammationis in vniuersum: aliam vero huiusce, quę hanc particulam occupauerit.

Medicæ artis Partitio à corporis Affectibus. CAP. 5.

AT Empiricus negat vllam esse generalem ipsius inflammationis ſm se ipsam curandi rationem: nulla tamen necessitas est impręsentiarum in his verborum subtilitatibus versari. Sed summatim dicamus, ꝙ posteaq; ars medicinalis est de morborum curationibus, notitię curandorũ morborum simplicium, atq; etiam mox compositorum, in primas principalissimasq; partes partiendę sunt. Nos vero in eo libro, quem de differentijs morborum inscripsimus, quot sint morbi simplices, quotq; compositi, monstrauimus. Quo'd si non modo morbis profligatis ad medicinalem artem pertinet corpora restituere integrę valetudini, verum (vt in alio libro à nobis ostensum est) sanos tueri & seruare, alia quoq; erit huius artis pars, Salubris appellata, quę priori, curatrici inquam, ex opposito diuisa est. Et istius alię quoq; sunt particulę, ipsa nimirum pręcepta, quibus singillatim omnium nostri corporis partium valetudo tuenda est. Sed si tertia etiam quędam corporis constitutio reperitur, quam neutram appellant, necesse quoq; fuerit esse tertiam artis partem, quę Prouisoria dicenda erit. In hoc vero statu íj esse videntur, qui manifestam quidem

habent intẽperiem, non dum tamen ęgrotant, quippe cum possint adhuc suas obire solitas actio- E
nes, quiq; nullo adhuc malo tenentur, quod sensibile sit, sed tm̃ insensibili: quẽadmodum illis cõ
tingit, qui à cane rabido morsi sunt, vel qui venenum hauserunt, quod non nisi post tempus ali-
quod interficit. In his affectibus versari videtur pars artis præuisoriæ, quemadmodum rursus ad
aliam huius artis particulam, quam resumptricem vel græce analepticen appellamus, illi attinẽt,
q nuper ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt viribus imbecilles, vt neque balneis vti, nec ea,
quæ soliti sunt, agere queant. Est & pars alia, quam Gerocomicam vocant, de senibus regendis,
quæ nullam videtur certam habere constitutionem: siquidem senectus nec omnino morbus est,
nec integra omnino sanitas. Non nulli & rationem educãdorum infantium in hunc ordinem re
digunt, quam Pędotrophicã appellant: aiunt.n.ꝙ corporis cura sic habenda est, vt illius status exi
gere videtur. Addunt præterea quidam partem aliam, quæ, ꝙ optimum habitum corpori indu-
cẽdum studeat, ab illis Euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant: Vt tandem primæ
maximæq; artis istius, quæ circa corpus versatur, partes hę sint: curatrix, resumptoria, præuisoria,
senum custodiẽdorum ratio, infantium educatrix, euectica seu optimi habitus inductrix, ac etiam
salubris. Quæ si eo modo diuidantur, quo paulo ante curatricem monstrauimus, ad simplicissimas
deuenietur præceptorum differentias: quæ ostensa sunt esse veluti quædam artis elementa. F

Partitio à Ratione, & Differentijs Operationum: & quàm varij fuerint Empirici in ea tradenda. CAP. 6.

VNiuersa hæc partitio à corporis affectibus deducta est. Est tamen & alia, quæ à ratione ope-
rationum & earum dr̃ijs depromi potest. Dicũt.n. aliqui manuum operationẽ, medicamen
ta, victusq; rationem esse primas maximasq; artis medicinalis partes. Quæ partitio quibusdã fieri
videtur penes materierum dr̃ias: quippe cum oĩs nostri corporis particula seruari & iuuari suapte
natura possit aut victus ratione, aut medicamẽtis, aut manuum opera: Nos tm̃ forsitan magis pro-
prie dixerimus, ea quæ offeruntur, quæ administrantur, quæ euacuantur, & quæ extrinsecus occur
runt. Summatim vere dicere possumus, ꝙ qui occasione accepta ab his affectibus, quos hæc ars cu
rat, aut à quibus tuetur, vniuersam hanc artem in partes dissecuerunt, tot huiusce artis partes fece-
re, quot sunt affectuum differentiæ. Sed alij non modo ab his, sed ab vniuersa etiam ea materia,
quæ cognitioni medici exposita est: & ij physiologicam hoc est rerum naturalium indagatricem,
atq; etiam illam, quæ materialis proprie appellatur, prædictis artis partibus annumerant. Sed alij
ex ipsis actionibus huiusce artis partes distinguentes, prẽter victus rationem, medicamenta, & ma
nuum operationes, significatiuam introdunt. At nõ nulli hanc in affectuum cognitricem, græ- G
ci pathognomonicen dicunt, & præsagitricem, quam prognosticen appellant, partiti has præ-
dictis partibus addiderunt. Maxima autem empiricorum pars inter finales quidem ponunt signi
ficatiuam, curatricem, & eam quæ salubris dicitur. Verum curatricem deinde in victus rationem
diducunt, medicamenta, atq; manuum functiones. Qui nominibus quidem aberrant, in ipsis ve-
ro rebus minime: nam neq; oportebat eos operationum nomina, sed scientiarum potius, appone-
re. Porrò melius egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis aliqui dixerunt) vnam esse
istius artis partem significatiuam, aliam curatricem, tertiam vero salubrem: & significatiuam par-
tes habere, pathognomonicen hoc est affectuum cognitricem, & prognosticen hoc est præsaga-
tricem: quemadmodum curatrix, medicamentariam, atq; illam, quam vocant chirurgicam, nem-
pe quę manibus agit. Optime igitur aiunt, cum inquiunt primam generalissimamq; ipsarum ar-
tis partium esse differentiam illam, qua eas partimur in finales, & constitutrices: finales siquidem
sunt, quæ finem efficiunt: constitutrices vero, quæ has cõstituunt, & (vt ita dicamus) in causa sunt
cur illæ consistant. Sed non æque deinde bene agunt, cum existimant, significatiuam, esse parti ar-
tis curatrici, aut salubri æquiparandam, quamuis illa ex necessitate præcedat: neq; enim vnquam
vel custodiri vel curari quis poterit, nisi cognoscatur prius, qualis sit is affectus, quo corpus tene- H
tur: tamen ex ipsa significatione in finem artis nunq̃ peruenturi sumus. Et pari etiam modo tran-
situs ad simile non est pars, quæ comparãda cum historia sit, aut cum illa quæ ea complectitur, quę
ipse quis vidit. Verum de hoc nõ instituimus præsentem sermonem, quippe cum id satis alio quo
dam, & eo toto libro monstrauerimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat: verum enimuero
cum ille, tum etiam quicunq; professi sunt empiricam sectam, prætergressi sunt hunc librum. At
ego facto principio perinde ac empirici, ad alia deinceps transibo: tu enim iam calles quo modo
sumpta methodo ex indicatione ad hæc accedendum sit.

Medicæ artis Partes, quæ à Fine desumptæ sunt, & quæ has antecedunt. CAP. 7.

ITaq; dicamus illas quidem primas & proprias & quam maxime esse artis medicæ partes, per
quas istius artis finem assequimur: alias vero istis esse superiores. Porrò, tot fm numerum pri
mę proximęq; sunt, quot sunt maxime propriæ rationes medendi: medicina nãque affectionibus
nostri corporis medetur, siue modo illæ duæ sint, siue tres, siue etiam plures. Nos tamen eo libro,
qui ad Thrasybulum dicatus est, ostendimus primam harum constitutionum differentiam dupli-
cem esse, ac vtrãq; ab omnibus ferè proprio nomine esse appellatam: siquidem alteram nos sanita
tem, alteram ægritudinem appellare solemus. Sed in vtraq; deinde harum duplices reperiuntur
species:

A ſpecies: nam vtrobiq; ea conſtitutio, aut in habitu eſt, aut in habitudine. Salubrem nimirum conſtitutionem, quę in habitu eſt, illa pars ſibi aſciuit, quam ſalubrẽ appellamus: & iſtius præcipuas partes, euectícam ſic ab eis dictam quidam ponunt, & analepticen quaſi reſumptiuam, & gerocomicam quaſi ſenum cuſtoditricem. Quæ vero ægritudines reſpicit habitu vel habitudine, nominibus caret, quibus partes hę medicatiuæ nominentur: ægritudines vero ipſę quidem aut acutæ dicuntur, aut chronicæ ideſt longæ. Partium itaque huius artis, aliæ quidem primæ ac proximæ ſunt: aliæ vero ſine quibus illæ minime eſſe poſſint. In his igitur prima eſt ſignificatiua, cuius duæ ſunt partes, altera quidem præſentium cognitrix, altera vero futurorum preſagatrix. Fieri enim nequit vt rationem affectum aliquem curandi reperiamus, niſi ille prius cognoſcatur: neque etiam (niſi terminus futuræ iudicationis prænoſcatur) recte vnq; curari poterit. Has tamen partes neceſſario alię item prędecedunt, vtpote ea quę omnium particularum ſtatum exponit, ea vero diſſectione comprehenditur: inſuper vero & illa, quæ de earum actionibus: ac tertio illa, quæ de earum vſu eſt vel vtilitate. Verum & his ſunt aliæ priores, ea nimirum, quæ contemplationem elementorum corporis: ac ea quę de iudicijs: nec non & illa, quæ de naturalibus facultatibus, quæ & ipſæ ex ſectione animantium comprehenduntur. Nimirum in tot tandem princi-
B pia ſignificatiua pars diſſoluitur, quam diximus ꝙ omnino curatiuam ac ſalubrem præcedat: quæ omnia ſeorſum ſuis libris expoſita ſunt. Verum enimuero eſt & alia pars præcedens curatiuam, quam etiam ſignificatiuæ annectunt: ea autem eſt, quæ omnes cauſas docet, tam ſalubres q̃ morboſas: quam materialem non nulli appellant. Hæc profitetur cognitionem cauſarum omnium, quę his in primis conſtant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ vacuantur, & quæ extrinſecus accidunt: horum enim omnium vires perpendit. Nos autem in libris de ratione curandi monſtrauimus, quam hæc vtilitatem arti præſtant.

Partitio Medicæ artis ab Vno Corpore, quod illi ſubijcitur, deſumpta. CAP. 8.

HÆc itaq; eſt partiũ artis medicæ perſcrutatio, ab ipſius prima maxime ac propria materia deprompta: ſed quę ex ſecunda materia, nec ita propria, hoc ſe habet modo. Corpus enim humanum medicinalis artis ſecunda eſt materia, ac (ita dixerim) per accidens, ea inquam ratione, qua ſanitas & morbus iſtius corporis affectiones ſunt. Nec modo huius artis, ſed naturalis etiam philoſophiæ materia hoc ipſum corpus eſt, & ipſius etiam per accidens, eo ſ. ꝙ generationem ſubeat & interitum. Naturalis nimirum philoſophia ea contemplatur, quę generantur & intereunt: vnde & ipſius prima materia generatio eſt, & propter hanc deinde corpus etiam generabile: nam
C & ob id corpus humanum naturalis materia eſt, quia generationem ſubit & interitum: medicę vero artis non hac de cauſa, ſed potius quoniam morbis ac ſanitati ſubiectum eſt. Vnde cum corpus humanum ſit quodam modo artis medicæ materia, hæc ars pro ratione partitionis illius, ipſa etiã in partes ſuas ſecanda veniet. At duæ ſunt ſcdm genus primæ differentiæ, altera enim circa elementares partes conſiſtit, altera vero circa inſtrumẽtarias. At vero vtręq; tam elementares inquã, q̃ inſtrumentariæ, animalis particulæ ſunt: & harum omnium affectus quilibet propria erit huius artis pars, quam ſuperius, dum de punctione ſuffuſionum ageremus, in particulares actiones ſubinde diuidi oſtendimus: harum ſiquidem notitiæ ſunt elementares particulę totius huiuſce artis, ſicut in ijs, quæ medicamenta vniuſcuiusq; cõplectuntur: & in ijs ẽt quæ ad victus rationem pertinent, illæ quæ vnumquodq; ſimplex reſpiciunt. Non modo autem partitio, quæ ex huiuſce materiæ ſectione ſuboritur, ad vltimas vſque & elementares artis particulas prouehitur, verum & cuius paulo ante meminimus. Præterea autem & alio modo fieri hæc partitio poteſt. Nam fingamus nos velle vnum quodpiam morborum propoſitum genus ad vltimas vſque particulas diuidere, prima tunc diuiſio erit, ꝙ aut ſimilaribus particulis accidat, aut inſtrumentarijs, vt in libro de morborum differentijs a nobis monſtratum eſt: altera vero quod harum deinde aliæ ſimpli-
D ces ſunt, aliæ compoſitæ, quod in eodem quoque libro oſtendimus. Erit igitur neceſſarium, vt curatiua ſcientia minimas elementaresq; particulas eaſdem habeat cum illis, quę dictę ſunt. Si enim, exempli gratia, calidum aliquem morbum velimus curare, primum, quod cognoſcere oportet, eſt ratio illum curandi. Nimirum quod contraria contrarijs remedio ſunt, iam monſtrauimus hoc commune eſſe & primum omnium: deinde vero, ꝙ id quod eſt primo gradu calidum, illi eſt adhibẽdum, quod frigidum primo item gradu eſt: mox vero & calidorum morborum, atq; etiam medicamentorum refrigerantium gradus tenere oportet, quod in libris de medicamentis explicauimus. Vnde manifeſtum ꝙ vndecunq; quis partiri inceperit, ſi recte huiuſmodi partitio ad vltima & elementaria theoremata fiat, perueniet tandem ad ſcientiam eorum, quæ dicta ſunt.

Partitio Medicæ artis Ab ijs, quæ ſunt Secundum naturam, & quæ ſunt Præter naturam. CAP. 9.

VT tamen res hæc exactius intelligatur, alterius quoque partitionis, qua ſæpiſſime vſus ſum, meminiſſe velim. Porro eorum, quę circa corpus humanum ſunt, alia prędter naturam ſunt, alia vero ſecũdum naturam: quæ vero prędter naturam ſunt, aut morbi ſunt, aut ſymptomata. Sed iſtorum cauſæ, ſi eorum quidem fuerint, quæ ſecundum naturam ſunt, oportet vt medicus ſcientiam habeat hæc ipſa tuendi: ſi vero eorum, quæ præter naturam, vt ea interimendi ſcientiam

habeat. Quo autem modo hæc ſint peragenda, alibi à nobis expoſitum eſt. In præſenti vero eſt E
examinãdum id, quod propoſitum fuerat, vt eorum vnumquodque ſingillatim partiamur. Sed
nos ſeorſum de his in alijs egimus: de morbis, inquam, in libro de morborum differẽtijs: de cau-
ſis item in alio libro: quemadmodum etiam in alio de ſymptomatibus: ſed & ſanorum differen-
tias in libris de ſalubri parte medicinę: in therapeuticis quoque facta diuiſione & morborum, &
ſymptomatum, & cauſarum, docui quo modo omnibus ſit conſulendum. Et nimirum per hanc
etiam partitionem facile inueniuntur ea, quæ prima & quàm præcipua ſunt in arte, non eſſe alia
ab illis, quæ diximus: nec non & ea quæ ſecundum locum obtinent, & quæ etiam tertium, vt an-
tea quoq; à nobis expoſitum eſt: oportet etenim & hæc ipſa partiri: quod ſi recte fiat, oportebit
partitionem tandem peruenire ad elementares vſque notitias. Quo'd autem varie poſſit vnum-
quodq; quod propoſitum ſit, diuidi, nec vno tãtum modo dixere philoſophi omnes, qui dialecti-
cam maxime calluerunt: atque in primis Plato in duobus libris, ſophiſta inquam & politico. Ni-
hil igitur eſt cur ex multiplicitate partitionum turberis, ſi multifariam antiqui medicam artẽ par-
titi ſunt: quin potius perpende ſi nihil ſit prætermiſſum ex ijs, quæ occurrere poſſunt. Profecto
quicunq; hæc obſeruauerit, is ſuam partitionem modeſte proſequetur. Veruntamen optimum
erit (vt etiam prius diximus) ſi initium à maxime propria ſumpſerimus materia, cui mox ex præ- F
dicta methodo alia addiderimus.

GAL. ATTRIBVTVS LIBER DE DYNAMIDIIS

* *Deſideratur libri principium.* *

CENSVRA

In libris facultatum medicamentorum ſimplicium veriora hæc, & abſolutiora reperies.

Verum hæc eſt virtutis demonſtratio oĩum medicamentorum, quæ ad artis medicinę ſciẽtiam
pertinet: quam ſi pleniſſime intelligent ij, qui artem medicinæ profitentur, ſemper his adiutorijs G
& curis hoies adiuuabunt. Quo'd ſi non negligens aſſiduitatem, & plenus huius diſciplinæ & do
ctrinæ aliquo mõ fuerit, facile recipitur in crãſiam. Hi magis decipi poſſunt, qui doctrinam igno
rant: qui quanto negligentiores fuerint, tanto magis periculum hominibus victuris faciũt: per-
miſta & præpoſita, & non congruentia valetudinibus, & iam magis vulneribus, medicamenta
componunt. Ne igitur errore curantes fruſtrentur, experimento hanc doctrinam prius memorię
commendare oportet. In principio ergo, omnium elementorum, vel humorum, atq; vrinarum,
ſiue pulſuum, atq; phlegmonarum fere, compoſui confectionem ad Glauconem conſcriptam. In
ſecundo tibi clariſſime Paterniane omnium pigmentorum intellectum & qualitatem & defe-
ctum poſui. Nunc vero dynamidiam eorum nominum exponere inſtitui, quæ multis generibus
& ex diſſimilibus rationibus conſtat, ſicut infra oſtenditur. Sunt autem genera nominum & eo-
*Al. ſtuporem. rum effectuum hæc. Hypnotica ſunt, quæ ſomnium vel ſopõrem faciunt. Peptica ſunt, quæ di-
geſtionem faciunt. Euſtomacha apta ſtomacho. Styptica quæ ſtringũt partes relaxatas. Lea ſunt
lenia, quæ leniunt aſperitatem. Horectica ſunt, quæ auferunt faſtidium. Colleta ſunt glutinatoria:
quæ omnia ſoluta vel fluxa glutinant & alligant. Diuretica ſunt, quæ vrinam prouocant. Cathar-
tica ſunt, quæ ventrem & vulnera ſoluunt, & purgãt. Picra ſunt amara, quæ amaritudine ſua mor H
bos & humores expellunt. Drimea ſunt acria, quæ nequitiam humorum vel morborum extin-
guunt. Glycea ſunt dulcia, quæ aliquando purgant, & interdum acres humores indulcant. Ther-
mantica ſunt excalfactoria, quæ calore ſuo omnem perfrictionem & ſtricturam calefaciunt. Pſy-
ctica ſunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & laſſitudinem mitigant. Paregorica ſunt, quæ
mitigant ne malum creſcat, non perſanant. Trachea ſunt aſpera, quæ ſuffocãta loca vlcerant &
exaſperant. Staltica ſunt, quæ carnes ſupercreſcentes vulneribus æquant. Catulotica ſunt, quæ
cicatrices groſſas comedendo æquant & lympidant. Anaplerotica ſunt, q̃ cicatrices craſſant: q̃ al-
tiora vulnera complent & lympidant. Metaſyncretica confirmatoria, quæ perſanant. Malactica
ſunt, quæ omnem duritiem emolliunt, & ſoluunt. Toxica ſunt venena, quæ nocumentum in-
ferunt mortis. Et hæc ſunt, ex quibus medicamina ſunt prodeuntia. Sanationes conſtant ex
animalibus marinis vel terrenis, herbis, vel ſeminibus, lignis, vel lapidibus, aut floribus, ſucco,
vel lachryma: cætera omnia metallicis rebus conſtant. Omnium ergo qualitas & potentia qua-
tuor modis probatur, viſu, tactu, odore, & ſapore. Viſus omnium ſimilitudinem foliorum vel
* florum, & cuiuslibet materiam & colorem demonſtrat. Tactus cuiuſcunque rei mollitiem vel
duritiem, ponderis ſeu leuitatis æſtimationem docet. Odore intelliguntur ea, quæ odorata ſunt,

thermantica,

A thermantica, ſtyptica, auſtera, & putrida. Sapore intelliguntur ea quæ ſunt amara, dulcia, ſalſa-acria, acida, ſtyptica, & lenia. Iam nunc ipſam medicinam leuiter demonſtro corporibus ex his oĩbus contrarijs prodeſſe: Et ex contrarijs ſibimet vinci, vt ignis ab aqua vincitur, et ipſa aqua calore ſiccatur. Interdum & calore nimio maiori adhibetur, vt contratijs eſſe poſſit. Sic ergo & omnis cauſa contrarijs ſibimet cauſis vincitur vel mitigatur. Conſequens ergo eſt ratio, vt prius cauſam curandi intelligas, deinde cauſæ rationem reddas, poſtremo de curis dicam. Febres validæ ſtypticis, chalaſticis, & paregoricis rebus mitigantur: interdumq; & perfrictione, qñ cauſa concepta fuerit. Similiter & omnis cauſa valida curatur. Stricta et dura cauſa malacticis & metaſyncreticis rebus curatur. Aſpera cauſa chalaſticis, et dulcibus, et lenibus rebus curatur. Faſtidia morborum horecticis rebus curantur. Humores acres et ſalſi, amaris cathartícis rebus et dulcibus indulcantur. Cancroſa cauſa ſtalticis, et cathartícis, et acerrimis rebus, et igne curantur. Ver rucæ et extantia corporis, ſtypticis rebus curantur. Difficilia vulnera & cicatrices craſſæ catuloticis & colleticis rebus curantur. Alta & caua vulnera & lympida anaplerotícis & lenibus rebus curantur. Dolores omnes vetuſti, & inſanabiles metaſyncreticis & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina complectens omnia expe-
B rimenta non debet medicum latere. Quoniam ſi huic doctrinæ operam dederit, omnes valetudines & vniuerſas imbecillitates humanorũ corporum per hanc doctrinam ſalubri auxilio ſuperare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod enim medicamento curari non poteſt, ferro curare tentes: quodq; ferro ſanari non permittitur, igne curari conceditur: quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit, incurabile cogitabis, quia nulla cura iam ſuperari poterit.

*Al. prodeſſe.

GAL. ATTRIBVTVS LIBER ALTER DE DYNAMIDIIS

CENSVRA

Liber magna ex parto ex Aetio deſumptus, erroribus tamen plurimis ſcatens.

De Quatuor Humoribus.

LIbellum, quem rogãti tibi promiſi, omni cura adhibita deſcriptum miſi ordinatiſſimum tuæ ſalutis cuſtodiæ: quem debebis ea diligentia intueri, qua ſcriptus eſt. Ad curationem tui corporis oĩa explorata ſunt, quæ cum rerum effectu †comperi celeriter cõnexui. Nanq; diligẽti cura, licet ſumma breuitate, comprehendi ſingula curationum genera, ſicut proxime te interpoſito Cęſari noſtro fecimus: quę per te etiam ęſti mare poteris, ſapientis enim ratio conſilium inuenire cõſueuit. Omne itaq; corpus hominum vel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus conſtat: Sed præcipue hominum, calido, frigido, ſicco, & humido. Frigido continentur viſcera vnde ſpiramus. Calido cõtinetur ani
D ma, qua viuimus, inde eſt q; ſentimus. Sicca ſunt oſſa, quæ vires faciunt ad ſuſtinendum laborem. Humidus eſt ſanguis, quo alitur vita. Per oſſa vero & viſcera venæ currunt, quæ ſanguinem regunt. Sãguis animam, anima vitam ſuſtinet, ſpiritus autem aer eſt, oſſa verius munita virtutem corpori præſtant. Sanguis quando abundat, valetudinem vitiat. Ex eo enim naſcitur ſanies, quã in vulneribus videmus: naſcitur ex eo pituita, quæ nauſeam facit: naſcitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum: Bilis enim vbi eſt, concitat calorem, prurítum: pruritus, perfricationem: inde fiunt dolores inteſtinorum: oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur vt rumpi videatur. Sanguis autem ex nimio cibo nimiaq; potatione incipit abundare, & crudítate corrumpi, qui quando vagatur extra curſum naturæ, infert vitia corpori: & in quacunque parte corporis incubuerit, vitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animum vitiat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde fœtere. At quando eſt integer ſanguis, animam ſine dubio confirmat, vt poſſit frigus caloremq; fortiter ſuſtinere. Quando abundat calor vel frigus, facit corporis languorem, vel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor conſtat humoribus, ſanguine ſcilicet & phlegmate, & vtraque cholera, quæ dominantur in ſuis locis. Sãguinis virtus eſt circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus. Cholera vero nigra in ſiniſtro latere eſt in liene, qui græce ſplen dicitur. Phlegmatis autem alia

†Al. corpori.

†Al. pulmone. pars in capite, alia in ſtomacho, †alia in veſica eſt. Sanguis calidus eſt, & humidus: cholera rubra, E amara, viridis eſt, & ſicca: cholera nigra acida, frigida eſt, & ſicca: phlegma frigidum et humidum.

Hęc omnia in ſuis temporibus creſcunt: ſanguis veris tempore, cholera rubra in æſtate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Iſti humores dominãtur ſiue per diem, ſiue per noctem: ſanguis dominatur ab hora noctis nona vſque in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia vſq; in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona vſq; in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia vſque in horam noctis nonam. Hi etiam habent reſpirationes per ſingulas partes corporis: ſanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os & per nares. Hi quatuor humores, per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte ſanguinis in pueris dominatur vſq; in annum xiiij: & exinde cholera rubra cum parte ſanguinis dominatur vſque in annum xxxv vel quadrageſimum: deinde à trigeſimoquinto, vel quadrageſimo anno magna pars ſanguinis dominatur vſq; in ſuam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in vnoquoque homine: ſanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formoſos: cholera rubra facit acutos, ingenioſos, & leues, macilentos, cõmedentes multum, & ventres ſolubiles: phlegma facit compoſitos corpore, inuigilãtes, & intra ſe cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit ſubdolos, auaros, perfidos, triſtes, ſeditioſos, & F timentes. Qui habent virtutem calidam, dominãtur in ſuperiori parte: qui vero frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulſus ſuos habent: ſanguis facit pulſum plenum, & humidũ: cholera nigra tardum & ſegnem: cholera rubra tenuiorem, aſperum, percutientem: phlegma honeſtum, plenum, & ęqualem. Iſti humores ſine ſe eſſe non poſſunt, ſed in omnibus habentur ætatibus: ſi vnus ex his minuitur aut decreſcit, longam facit ægritudinem: ſimili modo, ſi augmentari cœperit: & ſi imperitum medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo.

Scias autem chariſſime frater Mecœnas, quia ſi fuerit culpa ſanguinis ægritudo, da ei frigida, & ſicca, & amara, quia ſanguis calidus, & humidus, & dulcis eſt: ſi vero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia, quia cholera rubra amara eſt, & ignea, & ſicca: ſi cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia, quia cholera nigra acida eſt, & frigida, & ſicca: ſi ex phlegmate facta eſt ægritu-
†Al. inſipidũ. do, da ei aſſidue dulce, calidum, & ſiccum, quia phlegma frigidum, & humidum, & † ſalſum eſt. Et quando hoc factum fuerit, perduces ad propriam ſanitatem ægrotum. Igitur vt facilius commodis fruamur, & incommoda vitemus, percurrentia vitia ſignis naturalibus cognoſcamus, cognitaq; mortifera emendemus.

Ex Quibus membris Sanitas vel Infirmitas perpendatur. G

QVatuor corporis partibus origo infirmitatis vel ſanitatis oſtenditur, capite, thorace, vẽtre, & veſica: quæ ita oportet cognoſci. Homines ſani erunt, ſi vrinam mane albam, ante prandium cãdidam, item ante cœnam roſeam emiſerint: cãdida enim vrina debet eſſe, vbi crudítas non eſt. Quo'd ſi mane mutauerit colorem, oſtenditur ſubeſſe vitium: quod autem genus vitij, ita intelligemus. Quando à capite morbus oritur, ſolet capiti dolor accidere vel temporibus, tunc ſupercilia grauantur, & tẽpora ſaliunt, & aures ſonant, oculi lachrymãtur, nares repletę odorẽ nõ ſentiunt. Ergo quãdo ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione: Hyſſo
†Al. barbuinę. pi, aut coronę, burbulę faſciculum vnum feruefcere facias, inde aquam continebis ore, vſq; dũ caput calidum habueris, vt fluat pituita. Quo'd ſiquis negligat eam, caueat epiphoras, aut dẽtiũ aut aurium dolorem: interdum etiam parotides naſcuntur, & vitia circa aures & ceruicem oriri ſolent: interdũ deſtillatio vuulę, aut grauitas: interdũ vlcera naſcunt in capite, aut capilli defluunt.

Quando autem à thorace morbus oritur, incipit ſudare caput, lingua fit grauior, aut os amarũ,
*Al. maxillę. aut mãmillæ dolent, oſcitatio ſequitur ſine ſomno & quiete, grauitas & prurigo corporis aut dolor, brachia manusq; intumeſcunt, ſubitq; tuſſis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, vitabis vitium ſi vomuerit, ſiue ieiunus, ſiue poſt cœnam, vel in balneo: plus enim prodeſt ſi ie- H iunus bilem proiecerit, eam enim dicimus eſſe matrem morborum. Sed qui vomere volunt, & ſtomacho laborant, ſi decimo quoque die abſtineant, omne vitium euitabunt: nãque frequenter vomendo ſolet ſtomachus corrumpi. Quo'd ſi ex ventre morbus oritur, hæc ſunt ſigna. Venter
*Al. vertitur. virtũr & turbatur, & ſentit dolorem, vt cibus & potus amara videantur, genua ſubliſidunt, lumbi grauantur, inter ſcapulas contrahitur, totumq; corpus particulariter graueſcit, tardantur pedes, grauia ſunt crura, renes indoleſcunt, & incurrunt febriculam. His itaq; cognitis, prima eſt abſtinentiæ vtilitas: tunc etiam medicamentis ſatis eſt aluum purgare, vt graue corpus leuamentis adiuuetur. Quo'd ſi morbus maior premere videtur, adijcies alterum diem in abſtinentia, ſi vires tamen patiuntur: ſin minus, quàm maxime leuiſſimum ſumãt cibum, ſicut ouum ſorbile, aut aliquid ouo ſimile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminoſi, dyſenterici, & naſcuntur tertianæ & quartanæ: fiunt podagrici, chiragrici: morbus etiam in articulis accidere ſolet: quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam ſolet ſanguis à naſo erumpere: oportet autem cuſtodire & emendare vitium. In veſica qui naſcitur morbus, hæc habet ſigna. Pleni videntur, & cito ſaturi ſentiuntur: frequenter ſentiuntur inflationes ventris, & ſtrepitus: videntur oſcitare nec oſcitant, ſed tantum os diducunt: ſequitur totius corporis ſtupor, ſomnus grauis, quaſi macri corporis ſit: vrina

liuida

A liuida & vix erit: † tumeſcũt ẽt verenda, & inde calculoſi fiunt. Hæc vitia ſic emendant: Fœnicu lum, apiũ vino auſtero madefactũ, vel ẽt radices eorum conteres cũ vini cyathis duobus, & tantũdem aquæ calidæ: vel dauci ſemen, & myrtæ puſillum tritum cũ vini cyathis duobus, & tãtũdem aquæ calidę: vel cicer albũ madefactum cum vino, vt ſupra ſcripſi, bibe: vel radices aſparagi, vel orobum erraticũ, vel ſerpyllum decoq; in aqua vino miſta, & bibe. Quòd ſi negligunt, fiũt hydropici: ſequit & iecoris, renum, & veſicæ dolor: fiunt quoq; calculoſi, ſequit & ſtrãguria, & vẽter tumeſcit. Intueri aũt oportet ægri vires, vt poſſit ſuſtinere medicinã: ita & febris cruditate careat. Sed ẽt cataplaſmata adhibenda ſunt, quæ apta ſint capiti, veſicæ, cruditati, frigori, calori, prout tẽpus erit. Vti etiam oportet roſeo aceto, oleo violato, & irino: & linguam aſperam melle fricabis, vel menthæ folio: & reliqua diligenti medico permittenda ſunt, quia morbus acutus eſt. † Al. egeritur.

Prologus Libri.

QVoniam petẽti tibi, corporis ſani & imbecillis per vrinam notas dedi, adieci ẽt ad curationem rationis conſilia. Nunc autẽ medicamentorũ cõpoſitiones adiícia, & vnde naſcantur corpori vitia: & ſi nata fuerint, quæ emẽdatio ad ſanitatẽ perducat. Aduerſus autẽ omnes impetus morborũ duo ſunt remedia certiſſima: primum eſt, vt decimo quoq; die à cibo et potu abſtineas, deinde poſtero die laueris, ciboq; firmo vtaris: ſi ſic feceris, oportet vt nihil vitij omnino accidat, perpetuaq; ſanitate vtaris. Altera res ſalubris eſt potus, quí lenitudinẽ cõfirmat: eius potionis compoſitiones habes per annos iam completos amiciſſime Mœcenas, qñ me cum Cæſare noſtro morari mẽminiſti, et hæc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidiſſe, nec noſtrũ Auguſtum. Itaq; me tecum habebis, libellum meum legendo. Adieci ẽt quod plenius tibi conſilium præſtare poterit petenti, quod in vltimis leges dynamidijs. Sed expedit, vt creſcentibus numeris Lunam obſerues, qñ tollere & quando ponere velis curationem. Si itaque non feceris, & ad diminutionem Lunæ ſuſtuleris, minus valere ſcire te oportet: etenim mare per Lunam augetur & minuitur: cerebrum etiam & corpora hominum augentur creſcente Luna: quando autem Luna minuitur, ita quoq; vnaquæq; earũ rerum diminutionem ſentit. Quæ licet recognoſcas ex ijs hoſtijs, quę quotidie immolantur, in quibus vides omnibus augeri & minui cerebrum per Lunam: ita quoq; in herbis, & componendis medicamẽtis. Sanè ẽt totius anni dies tibi ſcripſi, per quos ſcias quibus rebus vti debeas aut abſtinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuerſione, quæ fit ſolſtitiali die, i. octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit ſe diffundere humor increſcens vſq; ad conuerſionem veris. Vtendum eſt ergo calidis & aperitiuis rebus illo tempore, & vino aliquatenus indulgendum. Sunt autem dies in ſupradicta conuerſione nonagintatres. Nam incipit veris conuerſio à duodecimo calẽ. Aprilis. Ex eo phlegma creſcit & ſanguis. Vtamur ergo bene olentibus, & acribus omnibus. Corpus exercere & laborare debemus vſq; ad ortum pleiadum, diebus ſ. †xxvij: nam pleiades oriuntur ſexto idus Maij. Ex ſupradicta igitur conuerſione vſque in hanc diem fel creſcit, & amaritudo eius augetur, ex quo febribus ſubminiſtratur alimonia vſq; ad æſtiuam conuerſionem. Vtamur ergo dulcibus, venere & vino parcius: labore nihilominus exercitabimur. Sunt autem dies iſti à ſupradicta conuerſione xxxij. Conuerſio vero æſtiua octauo cal. Iulij incipit. Tunc nigrum fel i. melancholia augmenta ſuſcipit vſq; ad conuerſionem autumnalem. Vtamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olentibus. A labore tunc corpus abſtinebimus, ſed à venereo vſu continere debemus, maxime diebus †xij. Conuerſio autem autumnalis incipit ſexto cal. Octobris. Tunc etiam fel creſcit, & pinguis humor i. pituita vſq; ad occaſum pleiadum. Vtamur ergo acidis & acerbis, & parcius laboremus, & abſtineamus à venere. Sunt autem pleiadum occaſus dies †xlv, quod eſt quarto idus Nouembris. Tunc creſcit in corporibus hominum ſanguis. Oportet ergo cibis leuioribus vti, & vinum ſanum ſumere, & à venere non abſtinere. Inde ad conuerſionem hyemalem dies ſunt xij. His ergo vtere, & ſanus tranD ſibis omne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis. Al. xlvij. † Al. xv. Al. xj.

De Catharticis.

QVoniam quidẽ de naturalibus qualitatibus ſpecierum & ciborum in ſuperioribus ſatis diximus, nunc de catharticis dicendum eſt, quæ diminuunt humores, quos auxerunt cibi incongrue ſumpti. Sana habentes corpora laborioſum eſt purgare, etenim tortionibus & ſtrophis grauiſſime affliguntur, & grauiter eos conſequitur purgatio, & deinde citius deficiũt purgati. Oportet igit aliquẽ purgare volentẽ pextenuare & incidere pingues humores: et poros adaperire, per quos accipiuntur & extrahuntur humores à catharticis: & crudos quidẽ & tenues humores à principio morborum euacuare oportet. Expectare autẽ oportet concoctionẽ in craſſis & glutinoſis humoribus, ſicut eſt phlegma & cholera nigra. Et in oĩbus prolixis paſſionibus ſemper maturationem expectare conuenit. In acutis autem qñ mouentur humores, & circa initia purgandum eſt cum cautela multa: in motione etenim, & ductione, & curſu exiſtentibus humoribus, timendum eſt, ne quod viſcerum debile exiſtens natura, materiam motam recipiat, & maxime thorax. In quolibet autem membro infixos humores, ſicut in phlegmonis viſcerũ fit, purgare non oportet, antequam maturentur: ‖ Quicunq;, n. phlegmonas habentes, dicit Hippocrates, in principijs ſoluere tentauerint, nihil extendentis & phlegmonen facientis auferet. Vide Aetium in lib. 3. ca. 23, De purgatione ex Antillo. In 4. de vic. rat. in mor. acu. cõ. 4. t. 22. 7ª. 137. e

Non enim concedit cruda paſſio, ſed ſalubria, & morbo repugnãtia deliquat: ſicq; corpore debilitato prævalebit morbus: qñ vero morbus prævalet, honeſtum eſt humores educere. Vtimur autẽ catharticis in cephalæa, & ſcotomia, & hemicrania, & epilepſia, aſthmate, & ſynãche, & orthopnœa, & in iſchiadica, & arthritica, & podagrica, & nephritica, & in veſicæ & matricis paſſionibus, ſi plixæ fuerint. Similiter aũt & qñ rheuma frequenter nocet auribus, vel naribus, vel oculis, vel ſtomacho, vel ori, vel omni ſuperficiei, & neq; deſiccantur ab alijs adiutorijs, neq; per ſe ſtare poteſt: ſolet.n. vẽtris purgatio rheumatiſmos ſtringere. Hic quoq; ordinabo quo modo expurgeẽ melãcholicus humor, poſt phlebotomiã, poſt retentionem hæmorrhoidũ. Ad expurgandã vero & remouendã prolixã humorũ diſpoſitionem vtimur cathartico in paralyſi, & apoplexia, & atrophia, & in peſſimo morbo q̃ caros dicitur, & in grauitate permanẽte in aliqua parte corporis. Ad reſtaurãdũ vero corporis habitudinẽ, vtimur catharticis, & in prolixis febribus vel quotidianis vel quartanis, mania, melãcholia, ecſtaſi, cachexia atrophia de malis humoribus facta, in elephantiaſi, vel epilepſia quoq;, ſcabie, & lepra, exanthematibus, ſatyriaſi in vlceribus multis ſpontaneis, & vix cicatrizantibus, & rheumatizantibus: & vt abundantem, & moleſtãtem educamus humorẽ, vtimur catharticis in hydropico, & icterico. Hic quoq; ordinandum eſt de rheumatiſmis ventris, in quibus vtimur catharticis. Aliquando etenim acer & inutilis humor F
inſidet pelliculis ventris aut inteſtinorum, ſimiliter vt acria ſuppoſitoria & acria clyſteria commouẽs inteſtina, & ad deſidendum conatum excitans. Vbi.n. eſt acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu, vel de toto corpore. In his vero dignum eſt vti catharticis, vt talis humor expellatur à toto corpore, & venter, & inteſtina mundificentur. Vniuerſaliter aũt catharticis vtẽdum in robuſtis virtute, & prõptis ad exercitia, ſtomachumq; robuſtũ hñtibus, & multã inutilem materiam in corpore cõgregantibus. Nimis vero pingues, nimisq; graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes ſanguine, & frequẽter deficientes, & vix curabiles, & cito vomentes pro qualibet occaſione, & pueri, & ſenes, & mulieres fortiter menſtruoſæ, & purum valde corpus habentes, & qui bene cauerint in diæta, & quibus valde reſtringitur venter ꝑm naturam, ſed & etiã in dyſenteria, & qui leuiter apprehẽdũtur cœliaca, oẽs.n. cœliaca paſſione grauati ad purgationem ſunt incongrui. Nunc igitur incipiendum eſt à pharmacijs choleram purgantibus.

De Purgantibus Choleram Rubram.

CHolagoga dicuntur, quę choleram rubram expurgant: quibus vtendum eſt, ſi opus eſt, omni tempore, prętereq; hyeme: in ętate quidem adoleſcentię & iuuentutis: habitudine autẽ ſicca & gracili, & nigra vel rufa: & in viris magis, q̃ in mulieribus: & in ijs, qui frequenter cibũ corG
rumpunt: & in habentibus ventrem conſtrictum, & amara cholera abũdãtibus facileq; iraſcentibus, & vrinas modice egerentibus, cibisq; vtẽtibus calidis & ſiccis: in paſſionibus autem icthericis, hepaticis, ſpleneticis, pleuriticis, phreniticis, ſynanchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, eryſipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita diſpoſitis, notãdũ quod cathartica non ſimplici aliqua qualitate euacuant, vt per calorem, nam ſi hoc eſſet, omnia calida purgarent, vt piper, ſinapi: ſed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorum quædam, quæ ventrem molliunt, tantum malactica dicũtur, de quibus ſuperius diximus. Nunc vero de fortiter educentibus ſermo imminet: quibus vtimur aut vbi materiam per metatheſim medicamur, aut induratum morbum commouemus, ſiue vt reficiamus corpus, & ad ſuam temperantiam conuertamus, aut humorem moleſtantem educamus. Sunt autem alij quidam modi miſti & compoſiti adinuicem. Purgantibus vero tempus eſt aptum ver magis, & maxime autumnus.

De Aloe.

Vide Aetiũ lib. eodẽ 3. ca. 24. Itidẽq; de ſubſequẽtibus ordine ſimplicibus penè omnibus.

Aloe totum corpus non euacuat, ſed choleram in ſtomacho ventre & inteſtinis exiſtentẽ educit perfecte & ſuauiter, cum ſuppoſitis ſcybalis, quæ nimis educit. Datur aũt capite grauatis propH
pter fumigationes à ſtomacho frequenter aſcendentes. Datur autem ophtalmicis propter eandẽ cauſam: & ijs qui propter choleræ abundantiam ſitiunt: & quibus lingua & os facile deſiccatur: & quibus ſtomachi fit ſubuerſio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, ſiue propter aliquam infirmitatem. Detur quoq; citrinis extra rationem factis: & vbi neceſſe eſt educere ſuperfluitates: & clyſtere pro aliqua occaſione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duę, cum melicrato. Optimum autem erit ſiquis acceperit eũ quotidie veſpere, ſiue quod melius eſt, mane, quia veſpere poſt cibum cibum corrumpit. Quibus vero inſuauis eſt propter amaritudinem, cum ſucco corticis citri, vel braſſicę, vel cum terebinthina & melle cocto, orobicas confice pilulas, & da ex eis ſecundum q̃ opus fuerit. Eſt autem euſtomachicum plus omnibus catharticis.

De Scammonia.

Scammonia choleram rubram educit, ſtomacho maxime dolorem inferens, & inſuauis, & grauiter olens, & valde ſitim faciens: & cum omnia cathartica cacoſtomacha preter aloen ſint, ſcãmonia eſt prę oĩbus. Abſtinere igitur ab ea oportet debilem habẽtem ſtomachũ: leuiſſima.n. exiſtẽs, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandũ non eſt: ſed impeditur eius euacuatio frequenter à calore febrium, vt de ſuperfluitatibus parum educat. Danda eſt igitur infebriẽtibus

& eu-

A & euſtomachis, & difficulter vomentibus, & non facile deficientibus. Doſis vero eius eſt † ℈ ij, ſiue plus, ſiue minus, ſecundum virtutẽ: cui admiſceatur ſal, aut thymi cymæ, aut pulegij, aut aloe magis: †{quibus ſorte abſentibus}detur cum melle, vel ſucco ptiſſanæ. † Al. drach.

† Al. quibus clanculũ exhibere volumus.

De Peplio.

Peplij ſemen aut cymæ in vmbra ſiccatæ dentur ℈ iiij in melicrato modico aceto aſperſo: educit enim choleram rubram, & nigram, & phlegma, & ventoſitates. Et ſm ꝙ Iſaac dicit, maxime cõ uenit paſſionibus ex ventoſitate factis, †{& melancholiæ.} In vitio ſplenis quoq; prodeſt, inflationibus prolixis & matricis, & coli, {& profundis tumoribus, qui fiunt in ventre.} * Hippocrates.

† Al. q̃ ſane melancholiam auſpicantur.

De Elleboro Nigro.

Elleborus niger purgat inferius choleram rubram, maxime, & nigrã de toto corpore ſine moleſtia aliqua. Ideo febricitantibus non grauiter, ſed in circuitu, & ꝑ longũ tp̃s, daſ, & †{manẽtibus chronicis,} & in cephalæa diuturna: vtiliſſimus viſceribus, & matricis paſſionibus. Maxime vero eius virtus eſt ad educendũ ex toto, ſiquid corruptiuum ſanguinis eſt admiſtũ. Vnde vtilis eſt ictericis diuturnis, & exaſperationibus circa ſupficiẽ, vt eſt lepra, & impetigines, & ſimilia: ad elephantiacos quoq; facit. Doſis aũt eius eſt ℈ iij, ſiue plus, ſiue minus. Tenuibus autẽ radiculis prius B aquę infuſis, deinde earum ablato cortice, & in vmbra deſiccato, diligenterq; trito, datur cum ſapa, aut cum oxymelite: cui adiungitur cauſa boni odoris modicum petroſelini, vel dauci, vel pulegij, vel ſatureiæ. Quod ſi fortius volueris facere, ſcammoniæ modicum adiunge. † Al. laxis ꝯde matis, quę fiũt ī abdomine, furentibus, & hemicranicis.

De Purgantibus Choleram Nigram.

C Holeram nigram educentibus vtimur in melancholicis, & ſcotomaticis, et furioſis, & ijs, qui atrõphia laborant, & qui ſe abſcondunt, & epilepticis. Detur autumni tempore maxime. * Al. legẽdũ eſt.

De Epithymo.

Epithymum igitur nigram choleram educit inferius. Dandum ergo perfectis ℈ † iiij, cum ſapa vel oxymelite & ſale modico. Conuenit autem paſſionibus ex ventoſitate natis, hypochõdriacis, & quibus hepar grauatur, & dyſpnoicis. Similiter purgat illud ſuperfluum, quod naſcitur ſuper ſatureiam, ſed debilius eſt. † Al. xij.

De Polypodio.

Polypodium choleram nigram maxime educit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatæ ℈ vij. Elixa eas in melicrato aquoſo, vel Sole ſiccatas da comedendas ante cibum. Purgat quoq; mediocriter in viſcello gallinæ, vel ptiſana cocta. * infunde

C *De Pulegio.*

Pulegium quoq; educit choleram nigram: & tragoriganum, et †pantheminum, quod leuitate modo dicitur & alixon, & alipon.} Dentur autem de vnoquoq; ℈ vi. Melius autem dantur cum aceto, & ſale, modico & aqua, ſiccata & trita. † Parthenion, quod & leucãthemon vocatur.

De Lapide Armenio.

Armenius lapis nigrã purgat cholerã, & oẽ pingue & viſcoſum. Ideoq; daſ melancholicis, & elephãtioſis, & liẽbus, & phrẽniticis, & aſthmaticis. Doſis aũt eius eſt ℈ iiij, ſiue plus, ſiue minus. * Al. nephreticis.

De Centaurio Minore.

Centaurium minus choleram pinguiſſimam purgat, & mucilagines. Et ideo prodeſt ſplenicis, & iſchiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem cẽtaurij ℈ vi, aquæ cotyla vna, & bulliat ad medietatem.

De Purgantibus Phlegma.

P Hlegmagoga dr̃, q̃ phlegma purgãt: quibus vtẽdũ eſt ī frigidis habitudinibus, & ætatibus, & egritudinibus, tpe quidẽ hyemis, vt in paralyticis, apoplecticis, tumẽtibus tumore frigido, & qui multũ & frequẽter pinguia phlegmata mingunt, & quibus phlegmata abũdãt in ventre & D pectore & ſtõ, & mulieribus rheumatizantibus, & qui pinguia excreãt, & faſtidioſis, & iſchiadicis de mucilagine articulorum factis, elephantioſis, maxime aũt ijs, qui hydropem anaſarca patiũtur. * laxo

De Colocynthide.

Colocynthis phlegma purgat maxime, & cholerã, & mucilagines. Vnde neruorũ eorũq; paſſionũ eſt purgatiua. Daſ igit vtiliter oĩbus capitis paſſionibus, et orthopnoicis, et iſchiadicis, et arthriticis, & iis qui in renibus & velica diuturnã affectionẽ habuere: eſt quoq; vtilis aliis paſſionibus, q̃ ſunt ex materia vix extirpabili & dura. Danſ autem ℈ ij de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus aũt ℈ i daſ. Eligenda eſt aũt alba & mollis interioris colocynthidis pulpa, nam ſicca & denigrata inutilis eſt. Terẽda eſt aũt & ſoluẽda diligenter, & multoties cribellãda. Et quãdo vti ea volumus cũ melicrato diligẽter ſoluaſ: nã trita anteq̃ infundaſ, tenuiſſima videſ, ſed qñ in melicrato infuſa fuerit, tumeſcit valde, vt non facile credaſ, ꝙ cribellata fuerit: q̃ ſi ſic bibitur, tumeſcunt eius partes recentes in ventre & ſtomacho, & maxime in inteſtinorum circulis et reuolutionibus propter mollitiem: quæ acres exiſtentes natura & demordentes, inteſtina vlcerant quibus inſederint, & paſſiones neruorum inferunt, et ſtrophos, et fortes tortiones. Vnde cũ multa cautela cũ melicrato oportet eã ſoluere. Quod ſi mitius purgare volueris, colocynthidẽ deſup aperi, & oẽ ſemen proiice, & ſolũ pulpoſum abſq; ſemine in ea relinque, et reple eam ẽlixatura, vel vino dulci, * ſapa.

& veteri,& ſic infundatur per diem et noctẽ: deinde colabis vinum cum panno,et calefacies,et da- E
bis bibendum. Optime quidem purgat ictericos,et habentes liuidas puſtulas in ſuperficie.

De Tithymallo.

Tithymallus educit plegma & cholerã nigram. Danť aũt cymæ virides in vaſculo quodam ad ignẽ deſiccatæ, et ſic diligenter tritæ. Miſceanť aũt earũ ℈ iij cum polẽta et aqua, et ſic bibanť, nam ſiccæ comæ eius debiliores ſunt. Cũ caricis aũt tithymalli radix ſiccata in vmbra reponať: & qñ ea vti volueris,corticis ablati diligenter triti ℈ iiij immitte in vino dulci veteri,et ſic infundi permitte die et nocte: & p pãnũ colãs calefacies modicũ, dabis ad bibendũ cũ vino. optime purgat. Succus aũt tithymalli dať à quibuſdã cũ caricis,vel cũ polenta,ſtagones i.guttę iiij aut v, ſed multum vlcerãt linguã et quæ circa eã ſunt,et ventri calorem inferunt maximum. Sed,ſi vis bene facere, in ficu matura & recenti,ſupradicti lactis iij guttas immitte, & de lacte eiuſdem ficulneæ ſecundum vires ſumentis,& ſic da ad comedendum. Et ſi volueris ſeruare toto anno,poteris. Quacunq; hora dederis,facile purgat: ſed tanquam de fortiſſimo cathartico obſeruare,quoniam mirabiliter ſoluit.

De Iſio.

Iſion phlegma purgat,maxime. Cuius cortices ſiccæ & infuſæ,vt prædictum eſt,in aliquo dulci vino da ℈ vi. Bene purgat quantumcunq; volueris,donec anum aqua non laueris: ſed cum pan F
no lineo illum abſterge: & quando tibi videtur ſufficienter purgaſſe, laua anum frigida aqua, & extrema manuum & pedum in aqua mitte,& reſtabit fluxus.

De Elaterio.

Elaterium purgat nimis phlegma & choleram. Dabis autem obolos iij cum lactis confeſtim mulcti cotyla vna. Sed eligendum eſt quod viride ſit in colore,& leue,& non vetus.

De Cocco Cnidio.

* ſeroſos. Coccus cnidius phlegma purgat & choleram mediocriter,ſed magis crudos & aquoſos humores: eſt enim igneus & acutus. Dantur autem grana xxx: ſi vero leuius purgare volueris, dentur grana xx vel xv. Dentur autem ſic: quod interius eſt ex granis,cum polenta teres & vino,et da ad bibendum: & poſtea modicum olei roſei vel melini ſorbere facias,ne fauces exuras. Ideoq; melius eſt ex eis cum melle cocto catapotia formare, quia aquoſos humores magis purgat. Inter aquoſos purgantia eſt magis habendum.

De Agarico.

Agaricum purgat phlegma & cholerã, ſed mediocriter. Dabis ʒ ij cum m̃elicrato vel oxymelite. Eſt autem cacoſtomachum: & quia leue eſt,ſuperiora petit. Sit autem albiſſimum,& facile,& G
non valde lignoſum,neq; robuſtum.

De Cnico.

Cnicus ideſt ſemen croci hortenſis ſiue hortulani, purgat phlegma, ſed non fortiter. Tritum ʒ ij,& in viſcello gallinæ,vel ptiſſana miſtum et colatum,et ſic bibitur. Quidam aũt quod interius eſt cnici accipiunt,& terunt cum amygdalis,& aniſo,& melle: et catapotia formantes ſeruant,icte ricis vtilia quidem,ſed leuiora.

De Lathyride.

Lathyrides i.cataputia,purgãt phlegma magis. Dentur de maioribus grana xv, de minoribus xxx & amplius purgari indigentibus: diligenter, vt mandant præcipe. Iis vero qui multa euacuatione non indigent,integra da bibenda,maxime ſi patientes fuerint cacoſtomachi.

De Ariſtolochia.

Ariſtolochiæ rotundæ ſemen ſiccum,tritum ʒ i bibatur cum melicrato: phlegma purgat & cholera: eſt autem euſtomacha.

De Linozoſtide.

Linozoſtis i.mercurialis,ſi elixetur,& ſola folia comederis,ſufficienter ſtercus expellit. H

De Cucumere Agreſti.

Cucumeris agreſtis radix,obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma ſufficienter ſine moleſtia,& ſtomachum non euertit.

De Styrace.

†Aℓ.ij. Styrax pinguis & flauus datur ʒ † i cum terebenthina: menſura æquali in catapotijs: & phlegma ſatis educit.

De Thymo.

†Aℓ.drach.iiij. aut iij. Thymi cymas cum floribus teres cum oxycrato,et ſale modico,†{ ʒ x aut minus: }& expurgat ſine moleſtia ſatis phlegma & choleram.

De Cyclamino.

Cyclamini radices ſolutæ ʒ iij aut iiij ſecundum virtutem,cũ hydromelitæ bibitæ, purgãt phlegma & choleram,maxime autem per ſudorem. Ideoq; bibentem oportet iacere, & cooperire,& calefacere corpus,vt ſudoris exitum adiuuet.

* Aℓ.ſcordio. *De Allio.*

Allij drach.iij ſolutæ,& cum hydromelite bibitæ,phlegma educunt.

De Chame-

A *De Chamæpity.*

Chamæpityos tritæ ʒ ij cum ficubus vel cũ melle cocto sumptę in catapotijs, educunt phlegma.

De Bdellio.

Bdellij arabici clari atq; flaui ʒ iij solutę cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabũt. Proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De Radicibus Oliuæ & Pyrethri.

Oliuæ radicum corticum ʒ i cum vino vel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli viij cum aqua & ligdos semine ℈ iiij.

De Galla.

Gallæ quoq; grana xl excoriata comeduntur, & similiter operantur.

De Hydragogis.

HYdragoga dicuntur quę aquosos expurgant humores: quibus vtendum est in hydropicis, & mulieribus molestatis per longum tempus ab aliquo fluxu, & rheumatizantibus. * Al. albo. * Al. rheumatica vlcera habẽtibus.

De Squama Aeris.

Æris squamæ ʒ i ß in melicrato data, non solum aquosos humores, sed etiam phlegmaticos edu-
B cit. Quædam vero prædictorum phlegma educũt aquosum, vt coccus cnidius, & cnicus, & linozostis, & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est vtilissima.

De Euphorbio.

Euphorbium phlegma educit, sed maxime aquosum. Acutissimum autẽ est nimis igneum, {et cholericum:} ideoq; colicis datur, et ventres frigidos habentibus: alios vero fortiter turbat, sitimq; validam infert: sed admisce ei aliquod odoriferum semen. Dabis ex eo iij obolos cum melicrato: melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De Chamelæa.

Chamelæa cocta in mulsa & bibita, aquosa magis expurgat: purgat quoq; phlegma & choleram. Mitte autem ex ea ʒ v in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartam: in fine autem coctionis supermitte mel mediocriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam vero erunt valde chamelææ ʒ † i, cymarum absynthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia. * Al. dimidiũ. † Al. ij.

De Ammoniaco.

Ammoniaci, thymi añ, mistas ʒ iij in melicrato bibe: aquam educunt. Quidam spleniticis illud dant cum acetoso melicrato.

C *De Sabuco.*

Sabuci radicis corticum succus bibitus ʒ ij aquosum humorem educit.

De Purgantibus Sanguinem.

SAnguinem vero purgãt, porri capitati succus i. eius quod dicitur aratillum: mercurialis quoque, albæ violæ, agrestis malua, & saluia.

Ratio Quorundam conficiendorum ac prius.

De Opio.

OPium sic fac. Mẽse Iulio papaueris viridis folia teras per linteolum extorquens: semen ipsius papaueris viridis teras, & ipso iure miscẽs coque vt spissum sit, et ad Solẽ siccabis: et serua: illud est opium. *De Omphacomelite.*

Omphacomeli sic fac. Rec. botros mundos non maturos nec acerbos, & repone in vmbra, vt possint suæ humiditatis aliquantulum deponere: deinde exucca, & mitte de ipso succo partes iij, & mellis despumati partem vnam, & mitte in vase fictili & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad Solem per dies quadraginta. Valet ad crassas ventositates rheumatizãtes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

D *Alia Confectio eiusdem.*

Omphacomeli sic fac. Vuæ non maturæ succi partes ij, mellis partem i, in vase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & vtere.

De Oesypi Ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. Ceram, axungiam sine sale, colophoniam, ius lanæ, vetus oleum, añ li. i, ius fœnugrę. ℥ vi, adipis anserini et pullini añ ℥ i: coque oleum cum iure lanæ et fœnugręci diligentissime, donec ad mensuram olei veniat. Iterum pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De Iure de Lana.

Ius vero de lana sic fac. Lanam succidam in aquã multã pone vt molliatur, diebus sex: septima vero die cõque, & ipsam pinguedinem desup collige suprascripto penso, et exinde cõfice cerotũ.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Mellis optime despumati libras xx, succi cydoniorum libras v, aquæ fontis libras xl, misce diligenter in vase fictili tenui et picato, recõde, et claude: et mitte ad Solem sub tecto diebus xlv hoc est ex die calendarum Iulij vsq; in iiij idus Augusti, ita vt intra quinos dies vas conuertas, vt partes quæ quinq; diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. Hoc genus poculi vino vetusto melius redditur, vt nescientes quid bibant, putent se optimum vinum bibisse.

De Garioph.

De Gariophyllato.

Gariophyllatum ad catharrum sic fac. Gariophyllos zingiber & piper tere, adde vinũ, & pau cum mellis, & pone ad focum vt bene ferueat: deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petroselini, libystici, costi, fœniculi: & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum feruentem: & tandiu ibi sit, donec temperetur vt bibi possit: per dies tres, mane & sero hoc facias.

De Chalcocecaumeno.

Chalcocecaumenō sic fac. Limaturā de cupro in ollā rudē mitte, adde acetū in ipsa olla gypsea de argilla: et mitte in foco, vt intus & foris ipsa olla rubra sit quasi focus: tolle à foco, et mitte intus fusticulos paruos, & ipsam ollā ad Solē mitte vsq; dum refrigeret: & illud est chalcocecaumenon.

De Amylo.

Amylum sic fac. Mitte frumentum mundum in aqua per noctes, & dies tres, & per singulos dies aquam renoua: postea in pila macera: adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimittas residere: et tunc ipsam aquam diligenter expurga, vt imum non moueas: quod remanet ad Solem sicca: & hoc est amylum.

De Ceruſa.

Ceruſam sic fac. De plumbo fac tenues laminas, & mitte in vase operculato aceti modium me- F
dium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita vt acetum non contingant: tunc ipsum vas gypsa vt nullum spiraculum habeat: ibi maneat diebus xv: postea tolle laminas, & rade pulue rem quem ibi inueneris, & erit ceruſa.

De Aerugine campanæ.

Ærugínem campanæ sic fac. Laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam ceruſam, facias, & habebis æruginem campanæ.

De Medulla Ceruina.

Medullam ceruinam albam sic fac. Frange os cerui, & tolle medullam, et dimitte manere in vino horis quatuor: de ipso vino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba sit: fac tortel los inde, & repone, & vtere.

De Sapa.

Sapam sic fac. Musti de peculo ʒ xv tolle, cydonia integra, viij, carícas xv, dactylos iij, anethi ramorum M i, fœniculi similiter, apij similiter: coque ad tertiam: & quando refrigeratum fuerit cola, & repone in vase fictili & picato.

De Careno. G

Carenum sic fac. Musti dulcis modios xx, mellis ʒ x, cydonia partita xx, poma similiter, pulegij M v, canabis rad. M i, cyperi M iij, apij radi. & seminis M i, scariolæ ramorum & seminum, petroselini ramorum & se. costi hortulani, radicum fœniculi, radicum libystici, añ M i: hęc omnia coque ad medium, & refrigeratum repone in vase picato.

De Hydromelite.

Hydromeli sic fac. Musti dulcis modios x, balsamitę siccę M iij, cyperi radi. M iij, petroselini radi, fœniculi radi. apij radi. lybistici radi. añ M iij, nuces pineas integras v, cydonia partita xij: coque ad medium, postea cola, & adde mellis cocti modium i: commisce bene, & quando refrixerit, repone in vase fictili picato.

De Garo Cathartico.

Garum cathartícum sic fac. Polipodij pul. lib. i, piperis al. gra. 50, diagridij ʒ i, gariophyllorum cochlearium i: terens commisce cum melle, & repone in vase vit. deinde accipe ad quodcunq; volueris cochlear i, vel ij, secundum vires: maxime humorem educit melancholícum.

De Lycio.

Lycium sic fac. Prunellas de caprifolio collige mense Septembri, & tere, per linteumq; extor- H
que, & succum eius ad Solem in concha sicca, & erit lycium.

De Acacia.

Acacíam sic fac. Mense Septembri prunellas ex nigra spina tere, per linteum extorque, succumq; eius in vase argenteo siccabis, & erit acacia.

De Flora.

Floram sic fac. Ceruſam tritam cum oleo & cera modica coque in vase cupreo aut æreo: cataplasma vbi necesse est apponere, celeriter corium adducit.

De Ptiſſana.

Ptiſſanam sic fac. Mitte hordeum pinsitum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteū extorque, condias de sale, butyro aut oleo, cum pipere & cinnamomo modico: repone & vtere.

De Chalcidio.

Chalcidium sic fac. Æris florem in aceto vehementíssime subigito, sicca ad Solem, fac pulue rem & vtere. *De Opopanace.*

Opopanacem sic fac. Herbam virgultam, & radicem panacis siue meu, tere, extorque succum eius, in Sole siccabis, & erit opopanax.

De Omphaco.

A *De Omphaco.*

Omphacum ſic fac.†{Acinos expreſſos} accipias, carnes ipſas & nucleos in Sole ſiccatos tun de,fac in puluerem,& erit omphacum. †Al.acidas oliuas.

De Diagridio.

Diagridium ſic fac. Menſe Auguſti collige herbam tithymalli,& eius radices pinſe:ius ipſius, id eſt lac in vaſe argenteo mittas, vt coaguletur ſic ad Solem diebus vndecim:& pro neceſſitate quando opus fuerit vtere.

De Aphronitro.

Aphronitrum ſic fac. Nitri partes ij, & ſaponis i,diſtempera cũ prima gutta ſaponarij: factisq; trochiſcis ad Solem pone.

De Polenta.

Polentam ſic fac. Hordeum quando cœperit habere quaſi lac,mitte in furno:& quando deſiccatum fuerit,paleis munda,& fac farinam.

De Elaterio.

Elaterium ſic fac. Succum cucumerum agreſtium non maturorum exprime, expreſſumq; su-

B per plenum vas aquæ infunde,& quod ſupernatauerit collige,& ad Solem ſicca.

De Reſina frixa.

Reſinam frixam ſic fac. Rec.reſinam pineam,in ollam miſſam duriſſime coque,& ſic proba ſi eſt frixa:Gutta poſita in marmore ſi infrigidata puluerizetur,tolle ab igne.

De Aqua ignita.

Aquam ignitam ſic fac. Rec.ſalis lib.ij,ſulfuris viui,tartari,añ ʒ † i,vinum forte, & fac ad diſci- † Al.iij.
plinam aquæ roſatæ.

De Hydrelæo.

Hydrelæon ſic fac. Rec.partes ij aquæ,& iij olei.

De Hydromelite.

Hydromeli ſic fac. Rec.partes ij aquæ,& iij mellis.

De Poſca.

Poſcam ſic fac. Rec.aquæ partes ij,vini tres,& coquatur.

De Cephalæa.

C Si quis cephalæam patitur,& vnum de brachijs tumuerit, vel caput,& ex vtraq; parte, ſeu ſiniſtro oculo ſignũ apparuerit in modũ lenticulæ,moriturus erit. Si vero ex nullo alio ſigno moriturus eſt,demus ei hæc antidota, eſdram ſ.vel philoniũ, hieram picram, blancam. Et puluis fiat ex ſpica nardi,& ſquinantho,& ammoniaco,& ſucco tithymalli virginalis & interioris:& opiũ, & ſemen papaueris,& flores centaurij addantur,ex nullo magis, ſed æqualiter ex omnibus fiant: & diagridij ʒ i:his omnibus in puluerẽ redactis, dabis ℈ i cum vino calido:& anethino ac roſaceo oleo perfunde caput. Item Eſdræ potio cum vino calido temperata & bibita, ſine vnctione facta, dolorem capitis ſedat. Item Theodoricon emperiſtõ magnum, ad omne vitium capitis facit:hoc idem facit diaolibanum. ℂ *Ad Dolorem capitis,& Calorem.* Accipe cymas ſalicum,& in fortiſſimo aceto ad ij partes decoque, & exinde caput & pedes foueas, & ex cymis caput fomenta. Item ga-

E banum chartæ impone,& pone in parte illa qua caput dolet,et prodeſt. Item ſauinam tere cum albumine oui,& cũ aceto fortiter diſtẽpera,& emplaſtrum fac ſuper caput eius,& ibi dimitte iij diebus,& ambo crura eius vſq; ad genua mitte in aquam frigidam, et da ibi ei potum ad ſoluendum. ℂ *Ad Febrem capitis,quæ non permittit hominem dormire uel quieſcere.* Tolle capita papaueris ſicca vel viridia,& ſemen lactucæ,violas,& folia myrtæ,& pone in cacabo aqua pleno,& coquatur vſq; dum omnes herbæ diſſoluantur:& ex decoctione ipſarum pedes & crura lauentur,& extergantur lin-

D teo fortiter,deinde vngantur oleo violato:& ſic ſomnum præſtabis,& dolorem & anguſtiam auferes. ℂ *Potio ad Dolorem capitis.* Fœniculum,rutam,libyſticum,mel, piper,vinum, totum commiſtum ieiunus bibat. ℂ *Item ad Somnum.* Succus papaueris agreſtis cum farina hordei inũctus dat ſomnum. ℂ *Item ad Dolorem capitis.* Folia hederæ terreſtris cum albumine oui in fronte ligata proſunt. ℂ *Electuarium ad Capitis & Stomachi dolorem.* Rec.maſtiches,aniſi,fœniculi, polypodij,thuris, myrobalanorum indorum,croci, ſpodij,ſandali albi & rubri,portulacæ ſeminis,diagridij,añ ʒ iiij, zacaræ,amygdalæ,añ ℈ ß,tragaganthi ʒ ij, camphoræ ℈ i,muſci ℈ ß, violæ quantum de alijs omnibus ſpeciebus, tempera cum ſyrupo violaceo. ℂ *Vnguentum Laxatiuum, quod caput alleuat, ſtomachũ purgat, appetitum confortat, oculos clarificat.* Rec.ſucci apij ʒ ij,foliorum rubi ſucci ʒ iij, polypodij ſucci ʒ iiij,laureoles ſucci ʒ i,fœniculi ſucci ʒ xiij,mercurialis ſucci ʒ xiij,olei lib.ij,adipis gallinæ et verris añ lib.v,reſinæ ʒ i,thuris,maſtiches,añ ℈ ß,caſiæ fiſtulæ medullæ ʒ ij.

Ad Tineam.

Elleborum nigrum tritum cum vncto pone ſuper totũ caput. *Ad idem.* Ficatum porcinum crudum & calidum cataplaſma diebus nouem,poſtea laua de aqua frigida,& ſanabitur.

Ad Furfures.

Accipe ſemen vrticarum,& trita parumper,& pone in aceto per diẽ & noctem,& poſtea laua

caput

caput de qua re volueris, deinde vero de ipso aceto, ad vltimũ autem de pura aqua: hoc fac bis vel E
ter. *Ad idem.* Coque cyclaminum in vino, & caput ablue: deinde coque saluiam in vino, & caput ablue: & super hoc puluerẽ nepitæ asperge super totũ caput nocte, & mane iterũ laua cum saluia.

Ad Capillos Cadentes.

Apes quàm plures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad Diuturnam Alopeciam: & ad Renascentes Capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle vituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum. Euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur. *Ad idem.* Caprarum stercus, et vngulas ipsarum combustas, et cum aceto solutas adhibe. *Ad idem.* Testudinem viuam super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis ʒ ij, & medullæ ceruinæ totidem, cum vino coque, & alopeciam inde frica. ℂ *Item ad Vrriones in capillis.* Accipe fel tẽrræ, & fel bouinum, seu taurinum, & acetum, et pone in cucurbita de creta, facq; fortiter feruere, & refrigerato, et colato: laua semel vel bis, deinde laua cum aqua calida si vis. ℂ *Ad idẽ, & vt Capilli citius crescant.* Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge, sed ante loca nitro frica. Idem facit git ustum cum aqua tritum & illinitum. Item lathyris trita, & cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item fimum caprinum combure in testa, & tempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat. Flos agrimoniæ tritus cũ oleo & fricatus, nigros capillos facit. ℂ *Item ad capillos cadentes.* Agrimoniam tritam cum lacte caprino impone. *Ad idem.* Verbenam cum absinthio in lixiuio coque, & laua caput assidue. ℂ *Vt Capilli nascantur vbi volueris.* Panem hordeaceum, & chartam cum sale æqualiter cõbure, & tere cum adipe vrsino, & vnge locum. *Vt Capilli nascantur vbi vis.* Vnge caput oleo myrtino, quod sic fit: Rec. flores myrtæ, & coque cum oleo communi, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos, & stet sub diuo xl diebus: sic fit omne oleum, vt rosatum, &c. Item corticem mediam de vlmo in aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ superaspergе. ℂ *Item ad Capillos & pilos vt nascantur.* Pellem de capite vulpis calybitidis i. tugurialis excoriatam combure, & lacertæ viridis corpus eiecto capite vno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cum puluere, & vnge vbi volueris. *Ad idem.* Ex cortice capparis incenso cum melle inunge. Similiter ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ vnge sæpius.

Ad Auferendum Pilos. G

Ad pilos de facie vel alia parte corporis auferendos. Psilothri calcis viuæ lib. i in vase fictili ad ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte: in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita: postea adde lepnias puluris i. auripigmenti ʒ ij. Quando vero probare volueris, an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur, coctum est: tunc in balneo antequam laueris vnge: post horam quando iam pili cadunt, de furfure absterge, & laua. ℂ *Vt Pili ita ablati nunquam renascantur.* Cicutæ semen, vespertilionis sanguinem, verbenæ succum cõmisce, vt multum spissentur, vnge nocte prius ablatis pilis.

De Hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere quærit, & dormire nequiuerit, nauseare iterum non valuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua nõ habuerit vt debet, sed hæsitauerit vt ictericus, ista signa mortem significant. Si vero nulla sint mortalia, dabis ei picram Galeni & sal cathartícum. Vnguento thermantico seu calido vnge caput eius. Item succo foliorum hederæ cũ oleo & aceto vnge nares, et statim dolor sedat. ℂ *Pilulæ ad Hemicraniam.* Rec. myrobalanorum citrinorum, kebulorum, indorũ, aã ʒ ℈, croci orientalis, masticis aã ʒ ij & scrup. ij, scammoniæ ʒ i ℈, aloes hepatici quantum pensat totum, tempera cum succo fœniculi, & da eun- H
ti dormitum. ℂ *Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.* Baccarum lauri cum foliis ʒ i, bryoniæ ʒ i, masticis ʒ i, aloes ʒ ij: tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post comestionem xi vel xij secundum virtutem, eunti dormitum. *Ad idem.* Herba quinquefolia in vino, aut in aceto trita perunge.

De Scotomia.

Qui villam iugiter circuit per gyrum, vel contra Solem respicit, seu in puteum seu in quemlibet locum manum mittit vt inde aliquid attingat, & statim cadit & spumat, mortale est. Si autem nullum mortale sit signum, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hieram, & anacardinum theodoricon. *Item ad Capitis Vertigmem.* Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam vngendo appone.

Ad Caput Fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De Epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in vnum, non tamen spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria voluntate loquitur, signa mortalia sunt.

Siquis

A Si quis lunaticus ſpumat,& oculos conuertit,& fremit,& mugit,& cadit,& membra contraxerit,& colorem ſimilem croco habuerit,moriturus eſt: ſi autem hæc ſigna deſunt,cum blãca,aut ſancti Pauli antidoto,aut Eſdræ cũ ſcammonia, ei ſubueniatur. Item epilepſia naſcitur ex tribus humoribus,i.phlegmate,cholera rubra, & melãcholia. Siquis cadens fecerit ſpumam multã & albã, & ſtridet dẽtibus,erit de phlegmate. Si vero qñ ceciderit, claudit oculos quaſi dormiat,et nõ proiícit ſpumam,& cito reſurgat,erit cholera. Si aũt vultum nigrũ habebit,& diſtorquebit os,& caput, & linguam,& manus ſtrinxerit,& fecerit ſpumam paruam,et continebit ſe quaſi ad mortẽ,de melancholia erit. Item per vrinã poteſt cognoſci,ex quo horum trium æger patiatur,quia ſi fuerit alba & craſſa,erit de phlegmate: ſi citrina & parũ nigredinis habuerit,de cholera rubra: ſi alba & nigra & craſſa,erit de melancholia: hoc poteſt probari in ſequenti nocte ſui caſus, vel prẽcedenti in vrinis. Patientes aũt melancholiæ cauſa vel phlegmatis,ſic curari poſſunt. In primis talem diætã accipiant xv diebus vel xx: comedãt carnem ouillam non pinguem, coquinatã,& agnos paruos. * Al.ſuillam
De volatilibus,comedant gallinas,gallos,anſeres,anates, pullos columbarum domeſticos,phaſianos. De oleribus,porros coctos cum oleo,bugloſſum coquinatum,paſtinacas coquinatas,fœniculum,aſparagos,ius cicerum cum oleo. De fructibus vero nullum, nec piſces. Bibant vinum ſubti-
B le cum aqua. *Potio ad idem.* Rec.pœoniæ grana, ſaluiam,abſinthium,vrticam, marrubium: ſecundum æſtimationem in aqua frigida temperabis. *Item ad idem.* Laſar i.aſſæ fœtidæ, maluę,betonicę, abrotani,phu,cinnami,piperis albi,rhu pontici,euphorbij,ſalis,ficuum,opopanacis,ſaluiæ, origani,diagridij,ſcillæ,caſiæ fiſtulæ, ammoniaci,maſtiches, hyoſcyami, coſti,rutæ,caſtorij,añ ʒ i ſ,ſagapeni,mãdragoræ,mercurialis,ſampſuci, thuris,añ ʒ iiij: da ei cum aqua calida in modum auellanæ.
℄ *Item puluis ad Caducos,& qui ſpumant,& Paralyticos.* Rec.olibani,maſtiches,myrrhæ,ſanguinis draconis,aſpalathi,antimonij,æquali pondere, opopanacis ʒ i, oliuæ ſmaragdinæ, bdellij varij, petræ de capite corui marini nigræ † vnc.iij,cryſtalli,ſadib i.folia nucellę, naſcam i.fungum quercinum, † Al.drach.vij.
carbones ſambuci,petræ ſancti ſepulchri,naſcam vitis,† pannum blattæ byzantiæ,naſcam myrti- †Al.carnem
nam,† crucem marinam,herbam occaſionis,† cicerellum,furfura,matriſſyluam,herbam hircinam, † Al. curcumã
betonicam,maiorem maluam, marcoram i.marrubium, baccarum, † malum ſtyracis, vngulam † Al. canoſolã
vrſinam,corium vituli marini, fel & ficatum vrſinum, fel & ficatum coruí, fel & ficatum erinacei, i polium
† Al. malũ ter-
cingulum de corio capreoli,os de corde cerui,ſulfur,pallam maris, radicem de carduo albo,añ ʒ ij: re,i. cyciami-
puluerem fac & da cum aqua frigida. *Ad idem.* Oua coruorum comeſta proſunt. expertum eſt. num.
Qui perdit loquelam culpa epilepſiæ,ſuccũ rutæ agreſtis naribus injicies: hoc ſæpe facto eam recu-
C perabit. ℄ *Vnguentum ad idem.* Centumneruiam,violam, brancã vrſinam,allium,farfaram,apium riſus,batrachion,linguam caninam,ſiſymbrium,fœniculum,libyſticum,aquilegiã, æqualiter,herbam fœtidam plus quam de alijs: his oibus pinſitis cum axungia ſcrofæ recenti,& in axungia valde coctis,exprime fortiter per pannum in aqua frigida,& quod ſupercoagulauerit collige & repone,& vtere. Infirmus aũt ſecludatur diebus xxx: prius tñ accepta potione, quæ optime purgat,capite raſo,& bene calefacto,mane totum caput hoc vnguento,& totum collum in circuitu vnge,et ſero ſimiliter eunti dormitũ: & hoc xxx diebus facto, Rec.caſtorium,& olibanum,& antimoniũ, æquali pondere,& puluerizа,& diſtẽpera cum fœniculi ſucco,& da ad bibendum mane ieiuno,et ſero eunti dormitum,& hoc per xxx dies,et cuſtodi a cibis cõtrarijs. *Item probatum Vnguentum Epi-*
lepſiæ. Rec.linguam caninam,brancam lupinam,plantaginem de aqua ſulfurea,ſiſymbrium,fœniculum,libyſticum,centrum galli,violam,ſaluiam: hæc omnia æquali pondere cum recenti axũgia ſcrofæ in aqua decoque, & cola fortiter, & quod ſupernatauerit infrigidatum collige. Et quando operari volueris,cathartico patientẽ purga,prout tres poſtulare videt: deinde abraſo capite abundã ter inunge,habens idẽ ſupra caput et circum amplã teſtam calefactã,vt affatim calorem miniſtrare poſſit: hoc per triduũ,vel quantũ opus fuerit fac. Et aquã aliquantulũ mellitã & calidã bibat. Anti-
D moniũ,caſtorum,olibanum,linguæ caninæ radicem,fœniculi radicẽ,æquali pondere,& puluerizatis vtatur in ſupradicta aqua,vel eius ſucco expreſſo. *Item ad idem.* Fac bullire cẽtumneruiam ideſt barbaram ſyluanam in ix phialis vini,vt redeat ad tertiam: da phialam i per dies nouem.

De Apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam,& de multis rebus deſiderat ſibi cibum afferri & potum, & ſtatim quando videt hęc abominatur,ſiue maſculus fuerit,ſiue fęmina, mortem ſibi imminere ſignificat: qui autem non habuerit hæc ſigna,curari poterit cum ſupradictis antidotis & vnguentis.

De Phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur,phlebotometur de media vena frontis,quantum oui teſta capere poteſt. Si perdiderit loquelam,ſternutamento vtatur,quod conficitur ex condili herba. Si autem præ nimia anguſtia dormire nequierit, crura & pedes lauentur exdecoctione violarum, & roſarum, & ſemine lactucæ, & myrtæ, & ſic colatis linteo, vngatur oleo violato: & ſi non alienatur,& deſiderat balneum, ſine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput,& ex calido pulmone pecoris obuoluatur totum caput, et maneat ibi per totam noctem, et ſuper foliis cucurbitę: & totus ſtomachus ſimiliter obuoluatur de foliis: & matutina hora præ nimio fœtore auferantur. De cibis, vtatur cucurbitis & portulacis conditis cum pauco oleo

& aceto,

& aceto,& comedat far,ptiſanam: de pomis aũt,mala granata,& mala ſyria, & pira. *Item ad phrenitim.* Succus hederæ in naribus infuſus, & ruta miſta cum aceto, cerebroq; ſuperpoſita,nimis adiuuat. *Item ad ſomnum.* Semen hyoſcyami fortiter tere,& cum lacte mulieris, & oleo violato,vel roſato tempera,& tempora & frontem inunge. E

De Melancholia.

Qui melancholiam patitur,ſemper vomit,& faſtidium patitur,& nihil de cibo & potu accipere poteſt, tamen hoc tantillum quod ſumit non proficit ei: & Solis vel ignis ardorem nequit ſuſtinere: & dormire non poteſt, tamen quando dormit ſupinus iacet: & nunquã firmiter dormit: & poſt dormitionem pigritia ei ſentitur: & ambo labia viridia ſunt: moriturus eſt. Item ſi multũ ſitit,& lateris patiat dolorem ex vtraq; parte,talis eſt ei curatio. Calami,nardi,caſiæ fiſtulæ,euphorbij,coſti,aã drac.ij,eſulæ drac.iiij: hęc oĩa in puluerem redige,& cum vino bibat ieiunus valde diluculo,& tunc ieiunet ad horam nonam. *Item ad idem Potio.* Ireos tunſum & cribratum miſſum in vino ieiunus bibãt mane. *Aliud Catharticum.* Tartarum,& farinam tritici mitte in vino in ſero,alia die fac inde pilulas,& dabis ad manducandum ieiuno. *Item ad idem Medicamentum Purgatorium melancholiæ, quod hunc humorem proprie purgat, & liberat corpus.* Recipe aniſi vnc.i, petroſelini vnc.iiij, epithymi drac.ij,mel quod ſufficit: dabis cum aqua,vel cum vino. F

De Lethargo.

Qui in lethargũ ceciderit,& libenter eſt ſolitarius,& multum comederit, & eo ꝙ amplius deſiderauerit,& loquitur quod non decet, & iugiter ſaliuam ſuam foras mittit,moriturus eſt,maxime ſi ſudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si vero talia ſigna defuerint, ita curabis. Ante diem tertium nihil eſt adhibendum: iacere debet in loco luminoſo: frequenter pulſando, nomen eius vocetur. Quod ſi prævaleat plurimũ ei ſomnus, vngenda ſunt ex oleo dulci & calido eius p̃cordia,& lana mũda & calida faſcianda: cibo aũt dato,fricent illius manus & pedes. Quod ſi iterũ dormiuerit,mulſam accipiat, & clyſteria injciantur, & caput preſſius tundatur: ferulæ incenſæ fumus eius naribus apponendus eſt: ſicut ẽt lucernæ extinctæ odor olfaciendus eſt. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda eſt. Siſymbrium in aceto tritum infundimus in capite,aut teſtudinis ſanguinẽ in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit: alij ſanguiſugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino & galbano fieri fumum eius naribus valde approbamus.

Ad Oculorum Vitia.

SI panem hordei calidum & per medium ſciſſum puluerem caruí aſperges,& ante oculos ſanus tenebis. ℂ *Ad Sanguinem & Vulnus oculorum.* Primũ tere pinguedinẽ,& poſtea adde farinam milij,& diſtempera cum vino in modum vnguenti,& linteolo ſuperpoſito,cui opus fuerit impone. Item tolle crocum orientalem,& lycium,& ſuccum ocymi,& lac fœminæ marem nutrientis, & dactylorum carnes: oĩa tere fortiter, & cum aqua roſata vel cum ſucco ipſo & lacte diſtempera in modũ vnguenti, & ſuper oculos pone. *Item ad oculos Sanguinolentos.* Tolle pullum columbinum, & ſub ala incide,& ſanguinem qui inde exierit in oculos infunde. probatũ eſt. ℂ *Ad Lachrymas oculorum.* Tolle rapas ſylueſtres,& tere fortiter,et cum aqua roſacea diſtempera,et ſuper oculos pone. probatum eſt. ℂ *Ad Lippitudinem oculorum.* Atramentum,mel, albumen ouí æqualiter teres, & oculis ſuperpone, mane & ſero lacte mulieris inunges. ℂ *Item ad Lachrymas oculorum.* Rutæ ſuccum & mel commiſce, & oculos vnge. certum eſt. ℂ *Item ad Sanguinem & Dolorem oculorum.* Aloen & opium tempera cum lacte mulieris quæ nutrit maſculum. ℂ *Item ad Tumorem, & Caliginem, & Sanguinem.* Verbenam cum ouí albumine tere, & tritam impone. optimum eſt. Item cynogloſſi ſuccus in oculis immiſſus,& herba trita & ſuperpoſita oculis,mire prodeſt. *Item ad Caliginem oculorum.* Rorem qui cadit in matutino,& ſuccum rutæ collige in vnum, & in oculis mitte. ℂ *Ad Pannum oculorum.* Puluis olibani cum melle & aceto ac ſtercore maiorum murium miſtus, atq; inunctus,caput denudatũ capillis veſtit: et pannum oculorum diluit: dyſenteriæ obſiſtit cum aqua ſumptus occaſione frigoris: lumen amiſſum puluerizatus & iniectus reſtaurat. ℂ *Itẽ ad Pannum & Sanguinem oculorum.* Membranam oliuæ fortiter teræ,& miſce cum albumine ouí, & pone ſuper oculos. multum valet. ℂ *Ad Vngulam oculorum.* Tolle anguillam viuam, & extrahe inde ſanguinem,& mitte in oculum. multum valet. *Item ad idem.* Recipe nitrum, & mitte per ix dies in ignem: & poſtea fac tenuiſſimum puluerem, & mitte in oculum. expertum. ℂ *Item ad Sanguinem oculorum.* Rec. ſuccum apij,& albumen ouí, miſce ſimul,et mitte in oculum ſero eunti dormitum. probatum eſt. *Ad idem.* Rec. ſalicem ſiccum, combure fortiter in ignem, poſtea fac tenuiſſimum puluerem, mitte in oculum eunti dormitum. probatum eſt. ℂ *Aliud ad Pruritum, & Pinguem pututam.* Succum vel folia apij miſce cum bono vino & dimitte per vnum diem, poſtea vnge oculos, vel laua. mire prodeſt. ℂ *Ad Albuginem oculorum.* Succus agiolæ, fœniculi, inſtillatus eunti dormitum, multum valet. Stercus album tantum lacertę cum vino temperatum idem facit. Item ſuccus hederæ terraneæ in nare eiuſdem partis oculi, in quo fuerit albugo, immiſſus, capite vehementer reflexo manente, albuginem ejicit. ℂ *Item ad Clarificandum uiſum.* Fel vulturis cum ſtercore humano miſtum,& vino bene colatum,& oculis immiſſum mire facit. Fel arietinum immiſſum hoc idem facit. ℂ *Pilulæ ad Viſum expertæ.* Rec. ſquinanthi, ſpicæ, xylocaſiæ, xylobalſami, carpobalſami, H

A fami, agarici, asari, rosæ, violæ, epithymi, absinthij, colocynthidis, terebinthinæ, cinnamomi, croci orientalis, stœchados, mastiches, añ ʒ i, diagridij ʒ iiij, aloes hepatici ʒ v: tempera cum succo absinthij, & fac pilulas.

Ad Aurium Vitia.

AD Aurem percussam, vel vulneratam. Calidi panis interiora cum melle tere: & frequẽter pone. ℂ *Item ad Aurium dolorem.* Tolle cæpas, & tere fortiter, & adde cyminum, & mitte in frixorio, & fac in modum cataplasmatis, & tepidum pone super aurem. ℂ *Item ad Auditum.* Micã panis hordeacei impone calidam. ℂ *Ad Aurium dolorem.* Succum menthæ tepidum infunde. *Item ad Aurium dolorem.* Rutę cymam & cyminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola: & succus inde extractus tepidus auribus instillatus valet. ℂ *Item ad Aurium dolorem, ventositatẽ, & surditatem.* Cępulam albam, & allium, simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat. ℂ *Item ad Diuturnos sonitus.* Euphorbium cum oleo cyprino tritũ & calefactum in aure missum, singulare præsidium est. ℂ *Item ad dolorem calidum & tumorem.* Succus cucurbitę cum oleo rosaceo calefactus & immissus sanat. Item lycium, & opium lacte mulieris admistum, & auribus immissum, nimios do
B lores mitigat, si tamen opium vetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteum cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde: vetustissimũ emendat surdum. ℂ *Si vulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur.* Vrinam puerilem tepefactam infunde: humorẽ desiccat, & celeriter sanat. Item hædere succum cum vino mistum infunde.

De Fluxu Sanguinis Narium.

AD Narium sanguinis fluxum. Testes ouorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, & ster
cus bouinum siccum, & parum de psilothro vnguento sicco quod remanet in vase in quo conficitur: hæc oĩa tere, & in puluerem redige: & quantum tres digiti leuare possunt, vel quantuncũq; põt cum nare, vnde sanguis fluit, leuare, attrahat, & liberabitur. Hic puluis cum aqua frigida temperatus, in mane & sero potatus cum prædicta mẽsura, scilicet trium digitorum, curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoicos. *Item ad idem.* Gypsum cum aceto forti, aut argillã, fronti vel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lũbricos terrestres cũ thure & tenui albumine oui contere, & fronti & naribus impone. Item bombacem aliquantulũ vstum, & vino & oleo infusum, in nare, de qua sanguis exit mitte: eamq; exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit. Puluis vrticæ combustæ naribus in-
C sufflatus idem facit. Item vitellus oui assatus & durus naribus immissus sanguinem stringit.

De Fœtore Narium.

Ad Nares male olentes. Rutæ semen, absinthij semen, vel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad Polypos Naris.

Recipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ, añ ʒ iiij, æris vsti, gallæ, añ ʒ i: diligenter tere: & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono vino: & bene valebit. Emplastrum Leneadi diapepereon, solutum cum succo mali granati acidi idem præstat.

Ad Vitia Oris.

SIquis vlcerationem oris patitur intrinsecam, tolle oculum lucidum i. lycium, & cum aqua rosea distempera, & in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tñ fuerit, abrotanum tritũ & cum melle mistum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentium valet. ℂ *Ad Fœtorem oris.* Folia frãgi manduca pulegium & serpyl- * Al. fagi.
lum simul: & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum aceti boni cyathum i per partes bibe. ℂ *Vnguentum ad Vitium oris, vel Vulnus.* Ius
D de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo piperis grana 51, coque ad medietatem, & vtaris. ℂ *Ad Linguæ vulnus.* Arundinem in melle missam & coctam pone: mirifice sanat.

De Dentium Vitijs.

NAsturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira & Eucharistum potata dolorem dentium sedant & placant. Item tithymalli radicem coque in vino ad medietatẽ, & bis per mensem os lauetur, & dẽtes nunquam dolebunt. *Item ad idem.* Rec. radicem vrticarũ, & coque in aceto: acetum tene in ore, de radicibus vero emplastrum facias super maxillas dolentes. *Ad idem.* Tolle membranum, radicem thapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, prius tamẽ scarificatos, vt sanguis inde exeat: hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasura corticum ồui tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. *Ad idem.* Chamædryos cum * Al. orni.
aceto forti tene, & longe in ore tene: statim dolor deficiet. Item hederæ radicem in vino coque, & in ore tene radicem & vinum, multum prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto aut vino coctum ieiunus in ore tene. Item vinum cum pipere miscebis, & parũ bullies ad focum, & tepidũ in ore tenebis. Item succus allij cum pipere triti, in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfecte idem operatur. Item puluis olibani cum staphide agria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. Item Rec. 33 grana piperis, & tere

fortiter, cum forti vino bullias: & teneas in ore, & reijcias, & iterū bis vel ter, aut amplius sumas, E
donec dolor cesset. Cortex pyrethri bene tritus, & super dentes positus prodest: puluis eius idē
operatur. Hocidem facit vena incisa, quæ retro est in media aure, vel alia ligata inter pollicem &
indicem contrarię partis. ℂ *Ad Maxillas tumidas, & ad Dolorem dentium.* Bulli tithymalum in aqua
*Al. piri. & cola: herbam faicia leuando, & ponendo in gingiua. ℂ *Ad Dentes continendos.* Corticem pyrē
thri incende: & bolum armenicum, & mastichen, misce: & facto puluere vnge gingiuas. Idem
faciunt piper, ʒʒ, calx cum melle prius mista & postea assata, & galla, & mastiche, & balaustia: om
nia æqualiter pulueriza, & vnge gingiuas. ℂ *Ad Vuulam destillantem, & Fauces tumentes.* Succo ab-
sinthij sufficienti laua. Item sinapi in aceto gargarizatum cum melle multum iuuat.

Contra Vitia Faciei.

AD Impetiginosam faciē & rubram. Rec. succū carduncelli albi, & morgellinæ, tantundē de oli-
bano, & melle, & absinthio, & ceruſa: & his cōmistis vnge: & laua faciē cū mica panis in
aqua infusa: deinde teneras cymas rubi cū melle Luna decrescēte, cōfice: postea inūge ceruſam no
ues ablutā: deinde cōmisce oleū, & psimythiū i. ceruſam, & olibanum. ℂ *Ad Lentigines.* Rec. ouū,
& pone in aceto, donec testa macereť: & accipe sinapi, & puluerīza, & cum ouo cōfice: & vnge fa
ciem eunti dormitum: postea laua cū farina hordei. *Ad idem.* Succus bryonię, & cucumeris agre F
stis, añ ʒ i, gūmi hederæ ʒ ß, accipe: & faciem laua superiori modo: & si intumuerit facies, cū succo
strychni i. solani & albumine ouī laua. ℂ *Item ad Impetiginem.* Rec. radicē plātaginis, & sal, & ace-
tū fortissimū, tere fortiter, & de illo aceto distēpera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto co
cta, & super impetiginem fricata liberat. Itē hieralogodion, & hiera Rufi, facit in initio impetigi-
nē habentibus, & varijs alphis. ℂ *Vnguentum ad Impetiginem.* Lacertā viuā, & vitem albam pone in
oleo, & coque ad tertiam: & colato oleo, adhibeatur cera purissima. probatum est. *Ad idem.* Rec.
olei libram i, olibani, cozūbri, pegulę, sulfuris, saponis, lycij, auripigmenti, cerę, añ libram mediam.

De Morpheæ curatione.

ℂ *Trochisci ad Morpheam albam vel nigram.* Rec. ellebori albi, piperis longi, careos i. caruī, halcyo-
nij i. spumæ maris, sulfuris viui, calami aromatici, andrachnes i. portulacæ, sandaracæ: omnia æqua-
li pondere tere, & fac trochiscos cum aceto, & vtere. ℂ *Ad Maculas albas vel nigras.* Oua trita, & cre
tam, lithargyrum, & ceruſam, ex æquo cum aceto & oleo rosato confice: & loca prius cum linteo
perfricata vsq; ad ruborem perunge. probatum est. ℂ *Ad Maculas rubras.* Cū melle, & absinthio
inunge faciem. Item aloe trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad Rugas de Facie tollendas, & Omnem Aegritudinem depellendam. G

Cucumeris agrestis radices siccas tere, & secerne, & misce cū aqua: & faciē laua: hinc alia aqua
frigida laua faciem: quod si per triduū feceris, mirū effectum videbis. ℂ *Vnguentum ad Morpheam.*
Recipe staphidos agriæ, sulfuris, lithargyri: fac puluerem, & vade ad balneum & laua te: & post-
quam lotus fueris, laua te cum aceto, & vnge supradicto vnguēto: & post triduum iterum laua te.
ℂ *Aliud ad Morpheam albam, & nigram, & Serpiginem.* Rec. succi mali terranei i. cyclaminis vel panis
porcini, succi hyari, succi draconteæ, viticellæ succi, saponis, sanguinis draconis, & aliquantulum
capitelli: frica fortiter sicut vnguento, & vnge vbi opus fuerit. ℂ *Ad Scrofulas.* Rec. radicis rapha
ni agrestis rotulas ix, & tantum de eadem radice, vt tantū succi possit exprimi, quod sit ad mensu-
rā trium digitorum in ampulla vitrea: & da vt bibat in die Martis Luna crescente, & in die Iouis
Luna deficiente: & scrofas super scrofulas pone. ℂ *Vt tota Facies sit candida.* De sanguine tauri fa-
ciem linias: maculas de facie tollit, & lympidam reddit. *Item ad idem.* Aphronitrum, lithargirum,
picem rufam, olibanū, cimoliam, raphanum: cū aqua pluuiali confice, & faciem linias. ℂ *Vt totum
Corpus hilaris fiat coloris.* Vini veteris fæcem cum oleo tere, & totum corpus perunge. ℂ *Ad Faciem
clarificandam.* Rec. crystalli, amēti dulcis & salsi, dentalis & antalis, coralli albi & rubri, vmbilici ma
rini, nitri, salis gemmæ, sarcocollæ, añ ʒ: ceruſam circa omnia supradicta contere: vbi ergo cutem H
laueris, distempera paululum de prædicto puluere in manu tua, & inde tange cutem. *Item ad
†Al. olei. idem.* Olibani, †ceræ virginis, cornu ceruini, lithargyri, ceruſæ, ana ʒ iij, terebinthinæ ℈ iij, confice
& vtere. ℂ *Vt Facies albescat & molleſcat.* Ceruſam, & ceram albam teras valde cum roseo, & vn-
ge. Theodoricon emperiston male coloratis, Anacardinum pallidis valde facit.

De Passionibus Gulæ.

POtio *ad Scrophulas.* Rec. ellebori nigri, mali terranei, herbe mauræ i. trifolij, matrissyluæ, caudæ
lupinæ: has bene ablutas fortiter pinsito, & ad tertiam decoque: & patienti de tertio in ter-
tium diem dabis. *Item ad idem.* Rec. radicem spathulę, & radicem herbę maurę, & testiculos agni,
& nouies ablue & tere: & in vase pleno aquæ ad cœlum liberum suspende nocte vna: & singulis
diebus bibe. Et frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis fascia, & dimittatur tota nocte.
Item ad idem. Rec. stercus porcinum, & fac puluerem ex eo, & laua prius vlcus de fortissimo aceto
vel vino: & postea imple de puluere illo, donec sanetur. expertum est. *Ad idem.* Fabæ lupinæ ra-
dices vino nouies lauentur, & aqua in diuersa proijciatur loca: quarum radicum vna pars teratur
mediocriter: alia pars dimittatur integra: & ix grana piperis integra, & cinnamomi integri ℈ ij,
& mellis ʒ ii imponatur in olla cum vini cyathis ix: quæ omnia bulliant ad tertiam: & sic tribus
diebus.

A diebus detur infirmo ad bibendum Luna deficiente. *Ad idem.* Recipe bruſci radices, aſparagi radices, radices fœniculi, radices violæ, cymas oliuę, cortices fagi, paululum radicum acori, cortices vlmi, flores ſtœchados, roſę agreſtis, vel roſæ caninæ: quæ omnia lauentur nouies in aqua: & concoquantur in vino vſq; ad tertiam: & poſtea miſceatur paululum mellis, & piperis, & ita bibat. Item vitis albæ radicem tritam cum axungia ſuperpone frequenter. *Ad idem.* Succus capparis, & ſuccus fumiterræ miſti & bibiti valde proſunt.

Ad Glandulas.

Obuli cataplaſma impone, & glandulas deficere certum eſt. Item folia perſici cum ſale tere, & ſuperpone. mirifice proſunt. Sed ſi fuerint duræ ipſæ glandulæ, fimum caprinum tere cum aceto, & in panno inuolue, & ſuperpone. ℂ *Item ad Scrofulas.* Tolle lacertam viuam, & mitte in olla rudi, olei libram vnam, & ibi ſe decoquant: penitus aquam non tãgat: poſtea vnge mane & ſero, vel decies in die. *Item potio ad idem.* Enulæ radices, gladioli, aſphodeli, folia lauri: omnia coque in vini fortis phyalis nouem, quouſq; ad tertiam redeat: dabis Luna deficiente.

Contra Vitia Palati, & Gutturis.

B Da moron de rubis, *quod facit ad Omnes cauſas palati, & gutturis: Vuulam ſubleuat cadentem, & humoro ſam deſiccat.* Rec. ſucci mororum rubi libras duas, mellis libram vnam, ſapæ libram vnam: quod conficit ſic: Succum cũ melle & ſapa in vaſe æneo ſtagnato ad leues prunas decoque, & ad perfectam decoctionem feruefacere deſine: quando vero coctũ fuerit ſcies, quia poſita de eo gutta ſuper marmore, ſi ſe retinuerit vt mel, bene coctum eſt: tunc in vaſe ſtagnato reconde, & vſui reſerua: quando opus fuerit, ex eo palatum & vuulam vnge, aut ad gargarizandum dabis. ℂ *Aliud ad idem, & ad Vulnera Faucium alba vel nigra.* Rec. balauſtij, ſucci corticis granati ſicci, amborũ, añ ʒ iiij, aluminis ſciſſi, maſtiches, añ ʒ i: tere, & in puluerem redige, & cum decoctione croci collige: & quando opus fuerit, locis dolentibus inunge.

Ad Vocem clarificandam Electuarium.

Recipe cymini aſſi ʒ ij, ſeminis ſinapis, piperis, añ ʒ xv, calaminthes, pyrethri, cinamomi, añ ʒ i, mellis quod ſufficit.

Ad Tuſsim veterem & nouam.

Sotira magna cum vino detur eunti dormitum. Simili modo Euchariſtum datur cum ſotira miſtum tuſſientibus. Vtile ẽt eſt, diabutyrum pectori & tuſſientibus. Idem facit diacalaminthes.

ℂ *Item ad Raucedinem.* Apij ſemen, cymini ſyriaci, ſeminis fœniculi, ſeminis anethi, ſeminis pule-
C gij, añ cochleare i: in puluerem redige: & cum fœnigræci ſucco da ad bibendum per triduũ. res eſt nimis ſalubris. ℂ *Pilulæ ad Tuſsim probatæ.* Rec. ſtyracis ʒ i, opij, galbani, ſulfuris viui, terebinthinę, añ ʒ ij, piperis nigri ʒ xv: tempera cum ſucco apii, & da eunti dormitum aut iii aut v.

De Præcordiorum Paſsionibus.

QVibus color rubeus apparet in facie: & aliqñ poſt hoc in pallorẽ cõuertitur: & tunc vadit dolor inter ſcapulas, vel tibias, & tuſſit: & quod proiicit ab ore, ſaporem ſalis habet: & memoriam non habet: & vñr eſſe aſpera, quę videt: hunc de vita, quia moriturus eſt. Sin minus, ita curabis: diapraſu vtile eſt, diaireos vitiis pectoris, ſic diacalaminthes, aut clymax i. ariſto. vel vitis alba, & diaolibanu catarrho, & tuſſi. ℂ *Electuarium expertum ad Vitium Pulmonis, & ad omne Rheuma deſcendens à capite ad thoracem, et qui Sanguinem expuunt, & ad Raucedinem vocis, & qui male Ructant ab ardore ſtomachi, & Synanchen quæ in faucem rumpit, & Stranguriam quæ ex phlegmate fit curat.* Recipe ſpicæ nardi, aniſi, cinnamomi, tragaganthæ, gomphitæ i. ſtyracis, hyſſopi, petroſelini, piperis albi, gariophyllorum, ſeminis fœniculi, dactyli, carui, rhu põntici, añ ʒ i, mellis quod ſufficit: da mane & ſero. ℂ *Item Aliud probatum ad Vitium Pulmonis, & Omnem tuſsim.* Rec. raphani, pyretri, enulæ, elenii, iridis illyricę, piperis, añ ʒ i: dabis mane & ſero. ℂ *Electuarium dianthu, quod optime facit cõ-*
D *tra Cardiacos, Phthiſicos Hepaticos: confortat illos, qui ſunt Debiles natura, & ex Longa infirmitate curat.* Abſinthii florum libras duas, & frondis eius libram vnam, ſandali rubri & albi añ libram vnã, gariophyllorum, ſpicæ, galangę, ana ʒ ℈, piperis longi, ʒʒ, maſtiches, ana ʒ ii, liquiritiæ libram vnam, ſucci eius ʒ i, ſachari libram vnam, roſæ ʒ iiii, mel quod ſufficit. ℂ *Diapenidion magnum, quod facit Aſthmaticis, Arthriticis, Sicce tuſsientibus: Vocem perditam ex calore perfecte reparat: Phthiſicis, Peripneumonicis, & Pleuriticis ſubuenit.* Recipe penidiarum ʒ c, pinearum, amygdalarum purgatarum, ſeminis papaueris albi, oĩum trium ʒ xxx, cinnamomi, gariophyllorum, zingiberis, ſucci liquiritiæ, tragagan. gummi ara. amyli, ſeminis citruli, melonis, cucumeris, cucurbitarum purgatarum, añ ʒ xi, camphoræ ℈ iiii, ſyrupi violati quod ſufficit. Conficitur ſic, penidiæ cum ſyrupo, lento igne aliquantulum bulliant, & inde puluis terendorum temperetur: detur mane & ſero cum tepida. ℂ *Diapenidion minus, faciens ad Vulnera, quæ intrinſecus ſunt maturanda: omnes Putredines expurgat, & conſtipata pectora mollit.* Recipe zingiberis, tragaganthæ, pinearũ purgatarum, amygdalarum, aniſi, ſeminis citruli, melonis, cucurbitæ, papaueris, omnium nouem, añ ʒ xii, ſpicæ, croci, añ ʒ vi, mellis roſ. quod ſufficit: detur mane & ſero cum tepida. ℂ *Epithema ad Tumorem vel dolorem vel inflammationem Hepatis.* Recipe roſarum, trium ſandalorum, farinæ hordei, æquale põdus: tempera cum ſucco ſolani, & cũ aqua frigida. ℂ *Tryphera magna, quæ facit ad Dolorem Stomachi ex frigiditate, ſic vt quãdo accepta fuerit, ſta-*

tim patientem ad ſudorem prouocet: Phreneticis, & Mulieribus quæ ex melancholia de matrice inſomnia patiuntur, E ſuauiter ſomnum præſtat: Rheumaticis, & qui faciunt ventrem cum ſanguine, vtiliſſima eſt: Aſcaridas & Lumbricos educit: & Menſtrua prouocat cum mulſa data. Recipe opij ʒ ij, cinnamomi, gariophyllorum, galangæ, ſpicæ, zedoariæ, zingiberis, coſti, ſtyracis, calami aromatici, cyperi, iridis, peucedani, acori, mandragoræ, celticæ, roſæ, piperis, aniſi, apii, petroſelini, fœniculi, macedonici, dauci, hyoſcyami, ocymi ſeminis, oīum xxv ana ʒ i, mellis quod ſufficit. ℂ *Ad Infuſionem.* Rec. ſquamam ferri, & tere, & miſce cum melle, & cum ſucco menthæ ſanicenæ ideſt herbæ ſanctæ mariæ, & ſucco abrotani, & paſtillato, mitte in teſta poſita ſuper caueam terræ: & ſic coque, donec ſiccetur multum, & reſerua: quando opus eſt accipe cochlearium vnum puluerizatum vſq; ad dies nouem, & bibe poſt acceptionem: vel miſce in vaſe vini puluerem, & quaſſatū bibat. ſimiliter probatum eſt. ℂ *Tria-*
*Af. capitis. *ſandali expertum ad Dolorem Hēpatis ex calore, Ictericorum colorem emendat potenter, & oēm Calorem intraneorum vſitatum extirpat, & Sitim intolerabilem temperat.* Rec. diagridij in cytoniis cocti ʒ xxvij, zaccaræ, ſpodij, roſarum babylonicarum, añ ʒ ix, ſandali albi rubri & citrini, ſucci liquiritiæ, ſeminum portulacæ, omnium, añ ʒ iiii, rhu barbari, croci orientalis, amborum añ ʒ iii, camphoræ ʒ i & ℈ i, ſirupi Galeni quod ſufficit: doſis eius ʒ iii cum tepida. ℂ *Ad Ictericos.* Accipe virgam, quæ ſit de ære, & intinctam in forti aceto pone in oculis. Itidē facies de ſucco pomorum granatorum amarorum, F *Ad idem.* Roſmarinus coquatur in vino optimo, & decoctione eius infrigidata, nocte & die vtatur. ℂ *Electuarium diapraſiu, ſiue ſancti Petri, quod valet ad Cauſas pectoris, & ad Febres ex his natas, & ad Tuſſim maxime prodeſt.* Recipe hyſſopi, ſerpylli, fœnigræci, aniſi, añ ʒ ij, iridis illyricæ ʒ iiii, origani, pulegij, calaminthes, ſcyllæ, praſii ſylueſtris, & domeſtici, añ ʒ iii: herbæ virides concoquantur in quindecim ſextariis aquæ, vt ad tertiam redeant: pinſantur, & exprimantur fortiter: ius aquæ decoctionis miſceatur cū melle ʒ v: lente ſuper carbones bulliant, donec aqua conſumat: deinde mitte pinearum, dactylorum, caricarum pinguium mundatarū & pinſitarum, ana ʒ iii, tragaganthæ: poſtremo his optime expreſſis, addant puluerīs liquiritiæ ʒ iii, galliæ muſcatæ ʒ i, gariophyllorū, galangæ, zedoariæ, ſpicæ, cinnamomi, rhu pontici, añ ʒ iii: confice, & vſui reſerua. Sotira aſthmaticis auxiliatur. Theodoricon anacardinum ictericis medetur: hiera fortiſſima idem facit. ℂ *Pilulæ probatæ ad Tuſſim.* Rec. myrrhæ, croci, caſtorii, ſtyracis, galbani, piperis, opii, añ ʒ i, olei laurini ʒ xv, coſti, caſię fiſtulæ, añ ʒ ℈. *Aliæ ad idem.* Rec. myrrhæ, caſtorii, galbani, tragaganthæ, opii, ſtyracis, añ ʒ ℈, croci ℈ iii. ℂ *Ad Vocem meliorandam.* Accipe lardum recentem de porco multum craſſo, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulæ, facq; in olla bullire per totum diem: & carne conſumpta fac iterum bene excoqui ius eius: quo excocto vtatur quilibet ſicut voluerit. probatū eſt. G ℂ *Antidotum ad Splenem.* Recipe coſti, ſpicæ celticę, pulegii, rhu pontici, ariſtolochiæ longæ, caſiæ fiſtulæ, ſquinanthi, ana ʒ iii: dabis ʒ ii. Item accipe verbenam, & chelidonium, fac tortellos, & comede. *Item ad Splenem res probata.* Cortices fraxini excoque in vino, & bibat quotidie donec ſanetur. Si vis probare, da porcello per triduum vt bibat, & in quarto occide ipſum, & non inuenies ſplenem. Item radix ebuli cum ſylueſtri rapa decocta & ſuperpoſita ſplenis duritiē valde remollit. *Item ad idem.* Tamariſci in vino decocti, & xl diebus continuis bibendo eius decoctum, mirifice prodeſt: Scypho etiam de eo facto, ſi cum eo aſſidue potetur, ſplenis duritia diſſoluitur. Item potio Eſdræ cum diagridio mirifice prodeſt. Item acetum ſcyllíticum ſplenem cito extenuat: conficitur autem ſic: Scillam ſume, & eius duriſſima & tenerrima remoue, & mediū per aliquot dies dimitte vt cōſeneſcat: & poſtea libram vnam & vncias ſex ſume, & in aceti lib. xii pone ad Solem per viginti dies: quibus expletis per ſacculum diu exfrica: & proiecta ſcylla in vaſe vitreo conde
*Af. aſthmaticis. & vtere. Facit etiam hydropicis & ſtomachicis.

Contra Vitia Stomachi.

AD Stomachi Dolorem & Rugitum. Siler & cyminū coque in vino falerno, & pone ſuper ſtomachum. ℂ *Item ad Ventoſitatem & Dolorem non ſolum ſtomachi, ſed etiam Ventris & Ilium ex frigidita* H *te nata. expertum eſt.* Recipe baccarum lauri partes duas, et tantundem rutę, & cymini partem vnā, & his tritis commiſceantur: & miſtis apponatur de melle quantum ſufficit, & ſupponatur in frixorio ſuper ignem, donec fiat calidum ſatis: & dolenti loco ſuperponatur. Dia trion pipereon ſtomachis cibos non digerentibus, & poſtremo ad oēm imbecillitatem ſtomachi valet. Idē facit diapepereon. *Ad idem.* Zingiber conditum, quod Recipit radices eringii bene mūdatas & purgatas atq; lauatas libras quinque: deinde immutata aqua bene coquantur: poſtea de aqua colādo ſiccentur: ſic puluerem illis libræ vnius zingiberis in aqua roſata per noctem vel amplius mollificati cum melle ſufficienti bene deſpumato commiſceas: ita tamen q radices ipſæ in prædicto melle prius bene bulliāt: & tunc demum omnibus bene iunctis aliquantulum, vel vſq; ad mellis ſpiſſitudinem coque: & ſic repone. *Item ad idem, Confectio marmoridarum, id eſt penidiarum habentium duritiem marmoris.* Rec. ſaccari libras duas, ſolue cum frigida: quibus commiſce puluerīs cinnami, zingiberis, añ ʒ iiii, gariophyllorum, galangæ, ſpicæ, añ ʒ ii: pone ſuper ignem, & tandiu coqui dimitte ſem per agitando, vſq; dum aqua conſumpta fuerit, ſed ſpathula nunquam recedat: deinde tres guttas olei ſuper mundū marmor mitte, quod ſit in modum tabellę, & incide, & vtere. Sed ſi vis laxatiuū facere, mitte ibi ʒ ii diagridii. ℂ *Ad Vomitum ſuperius, & inferius.* Rec. thapſiæ lib. ℈, cataputię lib. ℈,

agarici

A agarici ʒ iiii, atriplicis, rapę radicis, añ ʒ ii, croci ʒ iiii, mellis quod ſufficit. *Aliud.* Recipe thapſiæ ʒ ix, cinnamomi ʒ ii ℈, mellis quod ſufficit. ℂ *Vomitus ſuauiſſimus, & ſine angustia purgans cholerã ỽſtam.* Rec. thapſiæ libram mediam, caſtaneolæ, condiſi, cinnami craſſi, lathyridum mundatarum, croci hortulani, añ ʒ iii, mel quod ſufficit: dabis in modum nucis cum calida. *Alius ỽomitus.* Recipe thapſiæ libras duas, croci libram vnam, condiſi ʒ iii, cinnami ʒ iii, mel quod ſufficit: datur vt ſupra. *Vomitus ſine periculo.* Rec. ſucci cyclaminis, atriplicis ſeminis, ſpermatis geneſtellę, añ ʒ iii, cinnami ʒ ℈, mellis quod ſufficit. *Item alius, qui ſic fit.* Rec. mellis cyathum i, aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres: coque ad mediętatem: deinde raſanum ibi intingas, & mãduca: & bibe de ipſo oxymelite. ℂ *Ad Vomitum.* Mitte in vaſe fictili libram vnam aceti, & tantundem aquæ, & tãdiu bulliat donec aqua conſumetur. ℂ *Ad Vomitum & Dolorem, & concuſſionem Stomachi cum ỽẽtris dolore.* Recipe ſumac, maſtiches, carpobalſami, añ ʒ ii, ſeminis baucię, carui, cardamomi, añ ʒ ii, ſpicæ †ʒ i: trita in vino mitte cum ʒ ℈ de croco: poſt addes corticum citri viridis, aut menthæ vnciam vnam, & ſuccum menthæ, & ſuccum turionis vitis: confice, durat per annum. † Al. drach. ii.

B ℂ *Ad Vomitum ſtringendum.* Nymphæam bibe cum vino diſtemperatam per tres dies. *Ad idem.* Nepitam coquas in lacte caprino: prodeſt ſi bibas per triduum. Item tolle olibanum, & ſuccum menthæ, & parum aceti, & ſimul confice: & facto emplaſtro pone in furcula gulę, & ſuper ſtomachum. ℂ *Ad Vomitum nimium, & Ventris ſolutionem.* Recipe ciminum, & fac bullire in aceto, & da patienti ad bibendum & manducandum. ℂ *Electuarium ad Vomitum prouocandum.* Rec. ellebori albi lib. ℈: tritum ſicca, cribella: fac tegulam calidam, & deſuper pone puluerem modica hora: deinde mitte tres phialas mellis deſpumati in olla, & ipſe pulũis inſimul bulliat in ipſo melle, & repone: quãdoq; opus fuerit, da cochleare vnum: & facit vehementer vomere ſine anguſtia. ℂ *Ad Venam ruptam interius reſtringendam.* Bibat parum naſturtij ſeminis, aut adrianum balſamatum cum mulſa calida, aut athanaſiam cum ſucco plantaginis, aut trypheram magnam cum mulſa, quæ ẽt vomitum & dyſenteriam cum calida mire curat. Similiter oleum muſcellinum vomitum ſtringit, & anguſtiam tollit. *Ad idem.* Boli armeni partem vnam, gummi ſaracenici partẽ alteram, & tragaganthæ tertiam: hæc oĩa tempabis cũ vino veteri: fac pilulas, & exinde dabis iii. *Ad idem.* Lac caprinũ coque ſimul cum tragagantho: & vtere vno die in modum lactis. *Al. electuarij.

De Stringendo Sanguine.

AD *Stringendum omnem ſanguinem.* Folia enulæ tere & impone. Hoc ẽt cum ſale & vrtica impoſita fiſtulam ſtringit. *Aliud.* Corticem medium caprifici raſum impone. probatum eſt. Item

C cæpam finde, & impone. ſatis probatum eſt. ℂ *Ad Hæmoptoicos.* Sanguinẽ draconis, aloen, ſymphytum, alumen, ex æquo trita dabis cum aqua frigida, vel cum ſucco arnogloſſi. ℂ *Electuarium ad Stomachum, quod aſthmaticis peculiariter prodeſt.* Recipe galangæ, gariophyllorum, piperis, zingiberis, coſti, añ ʒ ii, ſpicæ, maſtiches, añ ʒ iiii, xylobalſami ʒ iiii, gõphitæ, myrrhæ, añ ʒ ℈, cinnamomi ʒ i, liquiritiæ ʒ ii, roſarum ʒ ii ℈, croci ʒ ii ℈, mellis quod ſufficit. ℂ *Item ad eos, qui Sanguinem fundunt ex ruptura ỽenæ.* Recipe ſymphytum, & bolum, añ ʒ ii: fac puluerem, & bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De Singultu.

AD *Singultum tollendum.* Mitte manus & pedes in aqua calida: & poſtea apprehende ſpongiam, & intinge in aceto, & ſuperpone ſtomacho. Item tere rutam viridem, & cyminum in oleo frigido, & in ſtomacho faſcia. Item aquam pluuialem & zingiber bibant, & cyminum manducent. Item in aqua calida ſedeant, & aquam decoctionis zingiberis, & galangæ bibant. *Ad idẽ.* Sotira cum mulſa bibita mirifice prodeſt. Item accipe caſtorium, & tere, & fac puluerem: & da patienti ad comedendum. ℂ *Oleum ad Debilitatem Stomachi, ad Ventoſitatem: facit etiam Debilitati hepatis.* Recipe olei roſati ʒ i, maſtiches ʒ iij vel ʒ i, ceræ albæ ʒ ij: hoc in æſtate fiat. Si autem fuerit hyems,

D adde laurini ʒ ij, coſti ʒ i: hæc omnia concoquantur lento igne in teſta: & bene liquefacto tepide, totus ſtomachus vngatur, & tegatur ſtuppa.

De Signis Hepaticorum, & Splenticorum ỽitæ & mortis.

QVi tuſſit nimiũ, & i latere dextro nequiuerit quieſcere, et quod proiicit ex ore dulce eſt, hoc accidit ex iecore: et ſi nullã memoriã hẽt, & frequẽter nares eius ſanguinent, & pes eius dexter tumuerit, et nihil ſumere deſiderauerit pter aquã, poſt veſperã et circa veſperã pigritiã vel laſſitudinẽ paſſus fuerit, qui iſta ſigna habuerit, morietur. Quicũq; vero apoſtema patitur, & iſta ſigna non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apii, quod ita cõficit: Succum apii cyathos duos coque in ſimilitudinẽ mellis: tunc cũ pauco vino, & butyro, & terebinthina, añ ʒ i, pyrethri ʒ ℈, cõmiſce, & lẽto igne decoque: & da mane & ſero in modum auellanæ. Super latus autem illud pone emplaſtrum oxyracroceũ: & da ſibi hieram Gal. & picram eiuſdem. Herbam artemiſiam tritã cum vino, & cum ferro candente calefactam, quotidie bibat, & ſanabitur. Sed & alia ſuperius experimenta & potiones ſcriptas, ſi hæc non plene profuerint, vt cures dabis.

De Splenitica Paſſione.

QVi in illa iugiter die noctuq; triſtis apparet, et dolorẽ in ſiniſtro latere patitur ſemper, & in eodẽ loco vbi dolet tumeſcit, & pedes & tibię eius tumeſcũt, & dormire neqt, & nihil dele-

ctat edere, & vrina sua croco similis sit, & fastidium habet, moriturus est: si aũt hæc signa non habuerit, suprascriptis medicinis curetur. ℂ *Ad Splenem probatum.* Recipe splenem erinacei terreni recentem vel siccum, tere, cum vino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis Luna deficiente dato. E

De Passionibus Ventris.

*Al. vesicę. QVi in illa die multũ nauseat: & siquid mãducat aut bibit, illi non proficit: & pedes eius sem per calorẽ generant: et dolorẽ patitur, sicut de passione nẽscia: ista signa mortalia sunt. Sin minus, ita curetur. Eucharistũ ei dabis. *Item Cataplasma tale fac.* Incende fustẽ caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida, & pone calidum vbi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Medicinæ ad Laxandum.

Pilulæ ad Laxandum multum. Rec. aloes, scammoniæ, cocci cnidij, lathyridum, æquale pondus, mastiches quantum medietas scammonię: confice cum lacte tithymalli: dabis tres in modum ciceris, & postea dabis mulsam calidã, & ieiunet vsq; ad horã nonam. ℂ *Pannus ad Ventris Solutionẽ.* Succum ellebori viridis exprime, & ex eo totum vmbilicum perunge: & pannum de oleo linitum superpone. Et si de viridi elleboro habere non poteris, siccũ in puluerem redigas, ipsumq; F

†Al. morgellinæ. cũ succo polypodij, &†mercurialis, & cucumeris agrestis tẽperes, & vt supra dictũ est vmbilicum perungas: & si vis vt vomat, stomacho superponas doctrina prædicta. *Item ad Ventris solutionem.* Lac anabulæ in carica fac fluere, & ignorante patiente ad comedendũ dato: vel cum prædicto lacte farinã tempera, & inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedendum dato. *Item ad idem.* Rec. cocci cnidij, euphorbii, croci oriẽtalis, ęquale põdus, mellis quod sufficit, purgat p superius & inferius. ℂ *Electuarium bonum ad laxandum.* Rec. esulę ʒ iii, gariophyllorũ, epitymi, ana ʒ i, baccaræ helaterii, polypodii, mastiches, piperis, ana ʒ ii, mellis quod sufficit. *Item ad soluendum ventrem.* Fel taurinum inuolutum lana ad vmbilicũ positum ventrẽ soluit, & infantibus lũbricos necat. *Ad idem Catapotia Galeni.* Rec. diagridii ʒ iii, colocynthidis, aloes, ana ʒ iiii, myrrhę ʒ ii, mastiches ʒ i: fac pilulas in modum ciceris. *Ad Ventrem laxandum.* Accipe sauinam, & mitte in cacabo, & bulliat fortiter: & postea extrahe, & pinse fortiter cũ pinguedine porci: & iterum pone in caldario, & bulliat, & cola, & fac vnguentum, & vnge vmbilicũ. *Ad idem.* Fel lupi pone ad vmbilicũ. ℂ *Aliud Vnguentum mirabile adeo Secessum prouocans, vt stercora constipatissima in momento prouocet.* Fel taurinũ, aloen, sal gẽmam, & oleũ cõmisce, & orificium ad ignem fortiter vnge, probatũ est. ℂ *Clyster.* Rec. aloes lib. i, scãmoniæ ʒ iii, succi ebuli, succi betæ atque maluæ pa G lustris, & mercurialis semẽ, & oleũ, & furfur coctũ in aqua salsa: & sic super puluerẽ succi mittant, & tepefactũ iniice. ℂ *Clyster ad Renum dolorem.* Rec. ellebori nigri ʒ i, radicis cucumeris agrestis ʒ iiii, caricas numero ix, aquæ alexandrinæ ʒ i, cucurbitæ mundæ ʒ ii, coque ad tertiam, & iniice. ℂ *Ad dolorem Ventris.* Stercoris porcini, baccarũ lauri, seminis fœniculi, apii, ana ʒ i, rutę fasciculũ vnum, mastiches ʒ ii: fac puluerem: bulliat cum olei libris duabus, & cum lana infunde, & in ventre ligabis. ℂ *Ad Punctũram sub vbere.* Mitte mel in sartagine, & fac tepidũ, & extende super stuppam, & desuper aspergę puluerẽ cymini, & impone loco dolẽti. probatũ est. ℂ *Clyster quod facit ad Nimiam solutionem ventris.* Rec. cymas lentisci, cymas myrtæ, nepitæ, radices rubi, & cymas eius, coque omnia in vino, & iniice. ℂ *Antidotum ad Ventrẽ stringẽdum de quacunq; distẽperantia: valet Iliacis, Dysentericis, & ad Omnem solutionẽ.* Rec. myrrhę, opii, acatiæ, prunellæ, styracis, ana ʒ i, olibani, ma-

*Al. ciclidos. i. gallię assę magnę. stiches ana ʒ ii, stœchãdos ʒ ℈: confice cum succo cymarum rubi, aut arnoglossi: fac catapotia: dabis quinque aut septem, & est mirabilis effectus. ℂ *Pilulæ ad Omnem solutionem ventris.* Rec. balausti. corticum mali granati, gallæ, acatiæ, tartari, sumach, croci oriẽtalis, gallię, myrtillæ, ęquale pondus, opii quantum pensat medietas vnius: & trita tempera cum succo myrtæ & lentisci, & fac pilulas in modum ciceris: & da v vel vii eunti dormitum. ℂ *Ad Nauseam vel Fluxum stringendum.* Pul H uerem mastiches tempera cum albumine ouí, & fac velut emplastrum in purpureo panno, & stomacho imponas, & prodest. ℂ *Item ad Vomitum stringendum, & Tensionem stomachi, & defectionem.* Baccarum lauri ʒ iiii, cymini, rorismarini, absinthii, ana ʒ iii, pulegii ʒ ii, mastiches ʒ i, panis vsti ʒ ix: perunge stomachum de melle calido, & superaspergę puluerem, & cooperi cum lana, & fascia. ℂ *Ad Lumbricos necandos.* Recipe folia herbæ mauræ, coque in vino, & misce parum mellis, expel let omnes mortuos. Item Rec. absinthii viridis, git, lupini, puluerís fellis taurini, medullæ cerui, añ

†Al. vnc. v. ʒ i, ceræ †ʒ ℈. ℂ *Contra Dysenteriam.* Sotira temperata cũ succo sponsæ Solis, vel myrtæ, vtilissima est, vel athanasia cum succo plantaginis, seu solus succus semperuiuæ. *Ad idem.* Accipe cotonea, & munda interius & exterius, & gallas, & cyminum, & coque: coctis autem, accipe decoctionem, & misce cum saccaro & aqua, & bibe de tertia in tertiam diem, & liberaberis à fluxu. *Item ad idem.* Tryphera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat, & vomitum stringit. ℂ *Ad eos qui Sine voluntate egerunt.* Accipe succum symphyti & hypocystidos, & fœcem olei, & cerã, fac inde magdaleones, & postea mitte in anum. ℂ *Ad Sanguinem reprimendum, si*

*Al. sãguis. *alicui cum sanguine anus exierit foras.* Puluerem aspalathi & gallæ superaspergę: si solus ãnus exierit, aquam in qua cocti fuerint caules immitte. Item vnge ex aloe cum vino veteri distemperato.

Ad

A ℂ *Ad Dyſenteriam,& Lienteriam probatum.* Poma ſylueſtria in aqua coque,& calida ſuper vmbilicum & ſuper renes pone,more emplaſtri inducta: & illis refrigeratis, alia tepida aſſidue ſuperponantur: in die vna vel nocte ẽt deſperatis cito ſubueniunt. Quod ſi hoc ſuppoſitorium adiungas, citius reſtringit: quod ſic facies: Accipe porrum cum capillis ſuis de terra abſtractum, non lauatum,ſed à terra excuſſum: tere,& exprime ſuccũ,remotis prius foliis: & miſce ſuccum cum reſina ſuper tegulam calidam: & exinde cum lana ſuccida fac ſuppoſitorium: & quãdo frigidum fuerit, calefacito: & quando ſiccatum fuerit,renoua ter vel quater. certum eſt. ℂ *Ad eos quibus Anus exit foras.* Aquam vbi cocti fuerint caules tolle,& ano immitte. Item vnge ex aloe, & cum vino veteri diſtempera. *Ad idem.* Puluerem aſpalathi, & gallæ ſuperaſperge. ℂ *Item ad Dyſenteriam.* Calefac petram molendini, & frondes porri pinſitas ſuperpone cum aceto forti: & homo in ſella perforata ſedeat circũquaq; inuolutus, & totum fumum per anum recipiat bis vel ter. ℂ *Item ad pondus.* Vinum coctum,cyminum coctum, cum nitro, & pice de romania fac bullire, & ſuperſedeat. Sic etiam ſaluia iuuat. Tegula quando calida fuerit,ſi ſuperſedeat patiens multum iuuat. ℂ *Suffumigium ad Lienteriam.* Spolium ſerpentis,aut carnẽ eius ſiccam ſuffumiga. ℂ *Pilulæ ad Dyſenteriam probatæ.* Recipe opij,ſtyracis,croci orientalis,gallíæ,maceris,maſtiches,myrtilli,roſæ ſiccæ,gummi
B de Babylonia,myrrhę,roris ſyraci,aluminis,gallæ,acaciæ,balauſtiæ,æquale pondus: tempera cum aceto,& fac catapotia,& da mane & ſero iij.

Contra Vitia Renum,& Ilium.

AD Dolorem Renum. Folia lauri pinſe fortiter, & coque in vino optimo quouſq; coaguletur, & ſuperpone renibus modo emplaſtri. Adrianum balſamatũ vtile eſt nephriticis,& turbulẽtam vrinã facientibus, & in veſica lapidem habentibus. Philanthropon ad idem valet. Sic diapepereon, & Euchariſton. ℂ *Potio probata ad Ilium dolorem, & ad Frangendum lapidem.* Rec. dactyli mũdati intus & foris,ſaxifragiæ,radicis capparis,petræ lyncũrij,oſſis de corde cerui,{petræ de cor *Al.lyncis.
de ceruino,}gariophyllorum, ſeminis citri, cucumerum, ſeminis apij, aluminis de Africa, ſeminis alexandrini, & petroſelini ſeminis,radicis aſparagi,ana ʒ i,mel quod ſufficit, bibant in balneo cum vino vel aqua calida in modum auellanæ: vrinam enim mouet,& lapidem frangit. *Ad idem.* Cardui radicem cum oratione dominica collige: & laua nouem vicibus,& pinſe fortiter: & mitte nouies nouena grana piperis: colabis, & ſuccum ad bibendum dabis. probatum eſt. ℂ *Emplaſtrum ad idem.* Rec.lãdani,adipis vrſini,olibani,ſaxifragiæ,petræ lyncũrii,myrrhæ ſiccæ,opopana- *Al.ſandali
cis,ana ʒ i,ceræ ʒ iiii,olei quod ſufficit ℂ *Sorbitiuum ad idem.* Rec.gãlangæ ʒ i,zedoarię,ſaxifragię, *Al.gallę.
C granorum Solis,ſeminis apii,aniſi,aſari,ſquinanthi,omnium ęquale pondus: pone in vi lib.aquę, bulliant ad medietatem,cola,& proiice ſpecies,& da vt bibat mediam phialam.

Ad Ilium dolorem,& Frangendos lapides,& Stranguriam,& Dyſenteriam.

Diaciſſu. Recipe ſeminis hederæ,gummi eius,ſaxifragiæ, petroſelini macedonici, apii, piperis, pyrethri,ana ʒ i,dauci,granorum Solis,cardamomi,myrrhæ,aſparagi,agarici,cinnami,ſeminis citri,ſpermatis cerui,añ ʒ i,ſanguinis hirci de menſe Auguſti,galangæ,diagridii,an ʒ ii,aloes ʒ iiii,ſpi *Al.carui.
cæ nardi ʒ ii,mel quod ſufficit. ℂ *Sclirõſmon faciens Nephriticis, Dyſentericis, Sanguinem vomentibus,ad* *Al. ſclirophi-
Dolorem ſtomachi,Arthriticis & Iſchiadicis. Rec.cinnamomi,ſtyracis,ſpicę,zyngiberis,xylobalſami, lon.
caſtorii,coſti,pyrethri,ſmyrnidis id eſt genus vernicis,terebinthinæ,ſagapeni,opopanacis, chalbani,dauci,hyoſcyami,piperis,petroſelini,ana ʒ viii,gariophyllorum,opii,ana ʒ iiii, balſami ʒ 5, mellis quod ſufficit: datur in modum auellanæ cum tepida. ℂ *Item ad Ilium dolorem.* Tolle hederã terraneam,fac bullire vt fomentetur: & tolle grana caudæ vulpinæ,& laua ix aquis, & tere, & da ſuccũ patienti: & tolle tres cymas rubi,& tres vrticæ,pinſe: & accipe lilii radices ſiccas, & tere vt puluis inde fiat: & accipe petram quam homo mingit, & fac puluerem, & miſce cum puluere lilii: & accipe radicem paſtinacę,& laua ix aquis,& cum aqua ipſius paſtinacæ tempera oĩa ſupradicta, &
D da patienti.probatum eſt. ℂ *Fomentum ad Ilium dolorem,& ad Lapides proijciendos,& Vrinã prouocandam.* Furfur calidum infuſum in aceto,vel arenam marinam cum ſale calido,vel aſphodeli frixi in oleo calido: hæc omnia ſingillatim miſſa in ſacculo, dolenti ſuperponantur loco. Dauitica potio iliacis efficaciter prodeſt. ℂ *Antidotũ ad Lumborum dolorem, & Frãgendos lapides, vt & lũbi pingueſcãt.* Rec.nucleorum mundatorum,amygdalarum,auellanarum,nucum,piſticorũ, añ ʒ iiii, zingiberis ʒ iii,cinnamomi,aliptę,añ ʒ ii, croci orientalis, galangæ, gariophyllorum,añ ʒ i,aniſi,maſtiches,añ ʒ ii, mellis quod ſufficit. ℂ *Potio probatiſſima ad Ilium dolorẽ,ad Petrã rũpendã,& ad eos qui Vrinãt cũ tormento.* Rec.gariophyllorũ ʒ i,cinnamomi ʒ iiii, zingiberis ʒ iii,coſti ʒ i,thuris ʒ ii, ſeminis aſparagi ʒ vi, & radicis eius ʒ iii,galangæ ʒ iii,pyrethri ʒ ii,ſpicæ ʒ viii, croci orientalis ʒ iii,myrrhæ ʒ i,macedonici ſeminis ʒ iiii,peucedani ʒ ii,ſaxifragię ʒ iiii,granorum Solis tantũdem,opii ʒ ii,ſeminis lapathii ʒ iii,hyoſcyami ʒ iii, coriandri ʒ i, celticæ ʒ i,aſari ʒ ii, petroſelini ʒ ix, meu ʒ x, phu ʒ i, lithoſpermatis,libyſtici,ana ʒ iiii,piperis nigri ʒ i, mel quod ſufficit. ℂ *Potio ad Petram frangendã probata mirabiliter.* Rec.petroſelini macedonici,aſparagi ſeminis,granorum Solis,ſeminis vrticæ,ſaxifragiæ,petræ lyncũrii,ſerpylli,ſeſeleos,chamædryos,xylobalſalmi,liſymbrii,ligni aloes, mãnæ, rhu põtici,añ ʒ ii,amomi,ſeminis anethi,ſeminis apii,ſeminis baſiliconis,cinnamomi,aliptæ,galangę, gariophyllorũ,zingiberis,zedoariæ,gomphitæ,carui,piperis,añ ʒ iiii,liquiritiæ,caliæ fiſtulę,ma-

†Af.drac.vj. ſtiches, ſpicæ, ana † ʒ ix, aniſi ʒ ix, amygdalarũ ʒ xix, ſeminis citruli, melonis, cucurbitæ, ana ʒ ix: miſce cum melle. Item ſcarabæum nigrum ſiccum potui dato. mire prodeſt. ℂ *Ad Lapidem frangendum.* Rec. radices fœniculi, apij, petroſelini, macedonici: pinſe, & ſuccum cum vino in potu da. E

De Colica.

Ad Colicam. Rec. radicem lapathij, chamędryn, eupatoriũ i. ſaluiã agreſtẽ, plãtaginẽ, trifolium, verbenam, gariophyllatam, violam, fœniculum, apium, hypericon, cyminũ, piper: fac potionem cum vino & melicrato. *Ad idem.* Succi foliorum rhãi ʒ ij, piperis grana vij aut ix, mellis cochlearia ij: da vt bibat in Sole, & miraberis: hoc etiam nephriticis valet. *Ad idem.* Hydreleon cum mulſa temperata bibitũ, & iniectũ, mire valet, maxime ſi eſt obſtructio ſtercoris. Item farinam ſeminis lini & hordei æquali pondere, cum oleo chamæmelino coque, & calidum impone. *Ad idem.* Cerę ʒ v, ouorum vitelli ʒ vi, farinæ fabæ ʒ iiij, olei chamæmelini, & roſati, ana ʒ ij, ſuccí ſeminis lini quantum ſunt vitelli ouorum, & farinam cum ſucco ſeminis lini bene commiſce, & ſic ceram & oleum adde, & bene infrigidari permitte: & quando opus fuerit circa loca dolentia impone.

Contra Vitia Hæmorrhoidum.

AD *Hæmorrhoidas.* Tolle cymas pulicariæ minoris, & pinſe, & mitte in anum tribus vicibus, & poſtea puluerem de fungo, qui veſica lupina dicitur, ſuperpone. ℂ *Ad Hæmorrhoidas, quæ interius ſunt in inteſtinis, vnde æger facit ſanguinem ad ſellam die noctuq;.* Omne calidũ comedat & bibat, quia de frigiditate ſunt: & vtat balneo calidæ aquæ, in qua ſit abſinthium, ſampſucũ, & pulegiũ, & cæteræ calidæ herbæ: & calefac latã tegulã, & fac eũ ſedere ſuper ſellam perforatã, & pone tegulam ſubtus, & aſperge interdũ merũ deſuper, vt fumus & calor ſurſum ſaliat: hoc fac quotidie. Et poſtea accipe zingiber & galangã, aniſum, maſtí. & cortices mali gra. & gallas, & hypocyſtí. hæc oĩa coque in libra i vini vſq; ad ʒ iiii, & bibat: hoc quoq; faciat ter, vel quater, vel pluries: & de hac decoctione pone in prędicto fumigio ſuper tegulã. Comedat gallinas, anſeres, perdices, agnos nõ multum pingues, arietẽ infra annũ, non piſces, non fructum: oĩa prædicta aſſata comedat, & qñ aſ ſaueris, aſperge merum ſuper carnem porcinam guttatim: accipiat oĩa electuaria ſtyptica, & bibat vinum album cum aqua. *Ad idem.* Piper, aloen, ſaponẽ ſpatarenticum, puluerem gallæ, vnũ vitellum oui aſſatum, nepitæ frondes, cymas rutę, ſtercus hoĩs recẽs incende, & fac puluerẽ: hæc oĩa ſimul tunde, & fac ſicut cerotum, & confice cũ vitello ouí, & ſucco ſaluię: & appone quouſq; ſaneẽ. F

℄ *Emplaſtrum ad idem.* Sume ſymphytum, auripigmentum, coria mali granati, ammoniacũ: fac puluerem, & diſtempera cum caſtorio, calaminthe, & therebinthina: induc in panno & impone.

℄ *Magdaleo ad idem.* Rec. Gummí hederę, ſaponem ſpatarenticum, panem ſiccum inciſum, ęquali pondere, fac magdaleonẽ longum v digitorũ, & immitte. *Item ad idem.* Semen taſſi ſubtiliter puluerizatum, & ſuper pinguiſſimam caricam ſeminatũ, ſi cum eadẽ carica eſt immiſſum, vtiliſſimum eſt. Oleum etiam fraxini iniectũ mire prodeſt. *Ad idem.* Atramentũ, alumen, carbonem, corticem arboris nucis, ſeparatim puluerizа: quę cribellata, in melle ad mediętatem decoque, & calidũ diſtẽpera non nimis ſpiſſum: poſtea induc in panno lineo, & loco patiẽti ter vel quater ſuperpone. Itẽ gũmi hederæ coctũ in oleo lini ſupponat hæmorrhoidibus, & intus mittatur. procul dubio liberabitur. Et puluis radicis taſſi combuſti idem facit. Et ſanguiſugæ proſunt poſitæ. G

℄ *Vnguentum ad idem probatum.* Saluiã, rutã, olibanũ, cerã, oleum, & lac caprifici: liquefac, & cõmiſce, & vtere. *Ad idem.* Ariſto. ro. fellis terrę: fac puluerem, & liga in iii fruſtis panni, & olla plena aceto forti bulliat, & iſta iii fruſta deſuper ſient cũ ſupraſcripto puluere: & calidum quantum durare poterit ſuper ipſas pone: & leuando vnam, aliam ponas. *Ad idem.* Lappam manducabis. Et caſtaneæ cortex, & galla coquantur in aqua, & dolentia loca frequenter inde abluãtur, & ſatisfacit. ℄ *Ad Hæmorrhoidas Intrinſecas, & Extrinſecas.* Rec. ciperi, millefolij, marrubij, mẽtaſtri, plãtaginis, centũneruię, ęquale pondus, ſed minus ponatur de marrubio: hęc oĩa tere, & cum forti vino diſtẽpera, & bibat ęger octo diebus vel amplius mane & ſero. ℄ *Ad Hæmorrhoidas.* Tolle corticẽ virginis nucis, & quercus, & ariſtolochię rotũdę, & marinã ſpongiã, & pone in teſta noua calida calefacta ad ignem: induc in puluerem, & vnge ipſas hęmorrhoidas de calido melle, & poſtea ſuperpone puluerẽ iſtũ. ℄ *Ad Ficus.* Rec. ariſtolochię rotũdæ, piperis nigri, ęquale pondus, fac puluerem, & ſic vtere. Herba calendula trita & ſuperpoſita multum iuuat. ℄ *Emplaſtrum ad Ficum, qui apparet.* Mel, ſtercus pullinum, ſaponem gallicum, cymas lauri, & baccas cõmiſce, & ſuperpone: tertia vero die ſolue, & inuenies ſanum. *Ad idem res probata.* Plantaginis M iij, millefolii, mentaſtri, añ M iiii: hęc omnia tere, & ſuccũ exprime: cui piperis gra. viii, maſtiches grana vii commiſce: & ieiunus bibe per triduum, & renoua potionem diebus ix. H

℄ *Ad Ficum qui ſanguinat.* Quinquefolium in lacte caprino decoque, & bibe per triduum. Item corallos, chelidoniam cum piperę & ceruſſa tere, & diſtẽpera: ieiunus calicem vnum bibat plenum. optimum eſt. *Ad idem.* Radicis rafani rotellas manduca ix ieiunus infuſas in melle diebus ix.

De Harenalis Mictus ſignis & cura.

SIgna eorum, qui lapidẽ patiuntur in veſica. Natura eorum ſubtumida eſt, prurigine patiuntur in ano, & mingere nõ poſſunt: naſcitur hęc cauſa magis infantibus, q̃ iuuenibus, q̃ minores lapides mingunt. ℄ *Cura.* Petroſelini ſemen, apij ſemen, betonicæ, ſaxifragiæ, gingiberis,

elemi,

A elẽmi,radicem ſeſeli,arteriacæ ſ.confectionis,baccarum lauri,vrticę maioris ſemen,aſari radicẽ,ſpi- * Al. nulæ
cæ,roris marini,coſti hortulani,radicem cardui,radicem agarici, marrubii albi, aniſi, ana ℈ i,mellis modicũ: teres oĩa: dabis quando non febricitat,mane & ſero, cum vino. Item gallũ anniculatũ occide,& in groſſerio eius inuenies albos lapides,quos cum vino tere,& da febrienti cum tepida.

De Mingentibus Furfures.

Signa eorum qui furfures mingunt,quia per vrinam in calice natant: ſigna hæc ſi videris, ſcias lapides maiores valde in veſica haberi: natura enim illorum ſi fuerit manibus fricata, intus redeũt lapilli,& ex confricatione in labiis veſicæ fit ſcabies, & emittunt per vrinam velut furfures. *Cura.* Dulcia comedant, & lac caprinum mox mulctum bibant: ſi non febriunt, cancros fluuiales dabis comedendos. ℂ *Antidotum ad hoc.* Rec.cymini,ſeminis apii,melanthii,ſeſeleos,ęquo pondere: cũ lacte & melle,et cochlearia ſingula,omnia commiſce: dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducent,maluas,paſtinacas,aſparagos,oua ſorbilia, ſuccum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie,& vtantur balneis. ℂ *Antidotum ad Veſicæ Præcluſionem probatiſsimum.* Recipe ſaxifragiæ,ſpicæ,betonicæ,ſquinãthi,cinnamomi,carpobalſami,coſti,abſinthii,croci, ſuc.liquiri.acori,hyperici,rhu pontici,chamæleontis,petroſelini,dauci,ireos,opopanacis,ana vnciam vnam: con-
B fice,& vtere. Item,petroſelini,ſaxifragiæ,apii ſuccum ſimul bibat,& ſanabitur. Item ſaxifragiæ,aſari,gummi,betonicæ,piperis,ana ℥ i,mellis libram vnam,vinum quod ſufficit: hoc in balneo bibat. ℂ *Ad Veſicæ Dolorem cura talis eſt.* In initio oleum rutaceum per clyſterem ægro frequenter iniicias. Fœminæ vero matrix infundenda erit, & extrinſecus pectinem & inguen ex oleo cyprino calido, & cum lana ſuccida faſciabis. Aliquando miſcebis caſtorium ſi forte plus calidum fieri oporteat: item clyſter ex decoctione fœnigræci aut radicum maluę cum oleo miſta & calefacta: & ſi veſica ſtricta fuerit,ſubtili fomento relaxare,& vrinã adducere oportet. ℂ *Ad Frangendum Lapidem.* Succus radicis valet. Veſicæ vero patienti calculum,adrianum ſi dederis cum decocto radicum alexandrię,& ſemine ocymi,aut bruſci,ſiue aſparagi, aut pleni pugilli ciceris rubei. Similiter potio luſtini cum vino calido,ſi dederis,facit. Philanthropos,calculos frangit. Mulſa lapidem in veſica frangit. ℂ *Ad Petram Veſicæ.* Recipe ſaxifragiam,grana Solis,petroſelinum,quinquefolia, aſparagũ, bruſcum,agrimoniam: & coquantur omnia in vino vt ad tertiam redeant: & poſtea cola,& adhibe paululum mellis,gariophyllorum drachmam vnam, petrę de lucubio drachmam vnam: da ad * Al.lyncuriæ
bibendum mane tepidum quaſi phialam vnam: et ſi poteſt bibat ſuccum eryſimi et ipſam herbam comedat. ℂ *Diachryſon ad Petram.* Recipe ſaxifragię,radicis bruſci,aſparagi,petroſelini,apii,pipe-
C ris,ana ℥ i,grana Solis,alexandri,libyſtici ſemen,ana ſolidum vnum,mellis quod ſufficit. ℂ *Ad eos qui Mingere non poſſunt.* Oleaſtri radicem,cyminum,& cepulas teras, & in oleo coquas, & ſuper pectinem ponas. Item parietariam tere,& calefactam ſuper pectinẽ faſcia, & miraberis. Item ſanguis hirci triennalis aut vetuſtioris cum decocto nardi,& cinnamomi, & ſiccarum cicadarum puluere. * Al.cymini
datus,mirabiliter & cum celeritate lapidem expellit.

De Genitalium Cauſis.

V *Nguentum album pro Mentula.* Recipe olibani,maſtiches,aloes,aſſę fœtidę,myrrhę,ana ℥ i,ceruſ ſę ℥ ij: temperentur cum melle,& ſambuco, & ponantur in membro. *Aliud fuſcum.* Pix grę-
ca,& aloe,cum melle temperentur. ℂ *Ad Vuluam ſtringendam quaſi Virgo ſit.* Recipe myrrhę,olibani,maſtiches,colophonię,picis nigrę,arſenici,boli,gallę,gypſi, cornu ceruini incenſi, ariſto.longę & rotundę, omnia ęquali pondere: fac puluerem, & in vuluam iniice. ℂ *Puluis ad idem.* Recipe ſymphyti,aluminis,balauſtii,myrrhę,olibani, maſtiches, colophonię, picis nigrę, boli, gallę, gypſi, cornu ceruini incenſi,ariſt.rotundę,gallię, ana drach.v: fac puluerem, & in vuluam iniice, quę prius fomentetur aqua pluuiali, in qua cocta ſint grana vuę, cortex caſtaneę, & pulegium. ℂ *Confectio ad idem.* Recipe ſymphyti,cortícum mali gra.& meſpilorum,& quercus,foliorum ro-
D ſę caninę,hypocyſtidos, ana vnc.i, maceris, cinnamomi, gariophyllorum, nucis muſcatę, aniſi, antherę pulueris, ana vnc.v: iſta omnia trita & puluerizata collige cum aqua roſ. vel pluuiali in qua roſę decoctę fuerint: & inde trochiſcis formatis ad Solẽ ſiccentur: & quando opus fuerit, vnũ eorum in aqua ro.vel pluuiali reſolue, & inde ſtricta vulua poſt balneum diutiſſime fomentetur. Symphyti decoctio idem operatur. *Ad idem.* Tolle ſymphytum, & gallam, & gummi pineę, & cinnamum,& amentum dulce,& fac puluerem,& miſce cum pauca aqua, & laua locum, & miraberis. ℂ *Ad Menſtrua prouocanda.* Recipe ammoniaci albi,galbani,opopanacis,aloes hepatici, colocynthidis interioris,myrrhę,cicutę ſeminis,ana drach.ij: tere,& cum ſucco porrorum cõfice, & fac pilulas ad modum piſi: et da drachmas duas vel tres in aqua tepida. *Item ad idem.* Ante dies iiij venam de tibijs incide, aut tibias ſcarifica: aut in ambobus talis venam incide, ita vt in vna die vnam incidas & in alia aliam: & poſt hoc dabis tenues cibos: & ſic poſt vij dies caſtorium cum pulegio ad bibendum dabis,aut calamento: educit enim menſtrua pulegium, & calamẽtum coctum cum mulſa. Eſt autem tempus dandę decoctionis vel potionis vtile poſt balneum in ſabanis, quia ſic data multũ operatur: & plus his dictamus: & ſauina data ſimiliter. Vtiliter etiam datur picra,q̃ recipit aloes drachmam i. Quando autem ex plenitudine,& pinguí ſuperfluitate retinentur menſtrua, centaurij maioris ſucco, & radicibus minoris excludantur. *Ad idem.* In duabus aquę partibus

tibus & vna vini, artemisiæ, & saluiæ, brathyos, calamentæ, matrissyluæ, ana M, allii quantum de E
omnibus alijs, lento igne ad tertiam decoque: de quo ter in die fomentatio fiat, mane, & meridie,
& sero eunti dormitum. Climax detur cum decoctione cymini: quæ Recipit elemi ʒ iiij, fœniculi
ʒ iij, piperis, sesami, syriaci, ana ʒ ij, erucæ, seminis sileris montani, ana ʒ i, mel quod sufficit. *Item ad
idem.* Artemisiæ, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturcii, ana: trita in aqua fac balneum: & da ad
bibendam trypheram magnam cum aqua tepi. *Item ad idem.* Vrticæ maio. radicem, assari, hyperi-
ci, epithymi, polypodij, ana: hæc omnia coque in vino ad medietatem: da mane & sero. *Ad idem.*
Baccas lauri xxxvij tritas cum vino bibat. Item accipe artemisiam & rutam æqualiter, & adde oleū
laurinum, & calefac parumper ad ignem, & facto ex panno pessario intinge, & in os vuluæ iniice.
℄ *Ad Sanguinem stringendum.* Rec. myrrhæ ʒ iij, cinnami, mastiches, ana ʒ ij: facto puluere accipia-
tur cum succo strychni, vel morellæ. ℄ *Siqua Mulier post partum se Purgare non poterit.* Esdræ potio-
nem, aut Eucharistum accipiat: vel solum suffumigium de fungis siccis, aut de assa, aut phiala ple-
na succo caulium. Sotira, & tryphera accepta menstrua educit. ℄ *Ad Menstrua superflua.* Alumi-
nis scissi, myrrhæ, rubi, thuris, ana ʒ i: tere, & cum aceto confice pessarium de lana munda: & intin-
ctum in eo suppone vuluæ. *Ad idem.* Recipe sponsam Solis, & tere, & succum da ad bibendum.
Pastellum vero in vulua suppone, & athanasiam dabis. ℄ *Ad Menstrua prouocanda.* Ex sagapeno, F
opopanace, myrrha, & felle fac pessarium. ℄ *Ad Sanguinis profluuium.* Fæcem quæ ex quercu exit
da ad bibendam mulieri cum aqua calida pluuiali. *Ad idem.* Accipe lignum syluatici libystici, &
mediam corticem quercus, & testas marinas rubras, quæ inueniuntur iuxta mare: & pone in va-
se aliquo, & fac bullire ad ignem cum aqua pluuiali, & fomenta. Item tolle polygonon, & coque
cum aqua pluuiali, & da vt bibat. ℄ *Vt Mulier concipiat.* In nouem phialis optimi vini mitte no-
uem rotulas mandragoræ, & fœniculi radices tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola: & phiala
mellis addita, nouies nouem grana piperis sparge in puluerem, & iterum aliquantulum bullire
† Aℓiij. permitte: quando autem infrigidatum fuerit, tempore menstruorum per † vij dies bibat mane
phialam vnam: & in obscuro loco iaceat, remotis amicis præter pedissequam quæ eam custodiat:
circa sextam vero horam pullus gallinaceus elixus cum pipere, aniso, & modico aneto conditus, si-
mul cum iure suo offeratur vt manducet, & de iusculo ad satietatem bibat: vinum leue & modicū
accipiat: & in nocte iaceat cum viro: & vir eius vespere & mane diacameron, aut climacem, aut
alexandrinam sumat. ℄ *Ad Concipiendum eadem die sine periculo.* Myrrhæ ʒ i, piperis grana xl, staphi
dis agriæ ℈ i: dabis in vino post balneum. Item nepitam cum vino coque ad tertiam, & mitte ibi
calamentum aromaticum, galangam, irim illyricam, spicam nardi, æquo pondere: coque ad tertiā, G
& da vt bibat per tres dies ieiuno. Item centauream cum foliis tere, & misce cum aqua, & fac pilu-
las ad similitudinem ossis dactyli, & inuolue cum terebinthina, & desuper mitte lanam, ne terebin
thina cadat, & iniice. Item viscum qui est in arboribus tritum cum vino da bibere menstruo inci-
piente aut desinēte. Item in phialis nouem optimi vini de radice herbæ barbæ syluanæ lib. i coque
ad medietatem: & decolato succo, mellis adde phialas duas, et puluerис cymi. ʒ i, & modicum fac bul
lire: tempore vero menstruali per quinque dies singulas phialas ieiunæ propina mane: & sero
in decoctione illius herbæ sedeat, diuq; calefiat, & sic cum viro suo coeat. Item coagulī leporis, cor
ticum mandragoræ, ana ʒ iij, opii ʒ ij, trita cum melle despumato confice: & mane ad modum auel-
lanæ maioris cum tepido vino sumat non ieiuna. Item testiculi cerui puluerizati, & in vino bibiti,
& fel capreoli suppositum, idem præstant. ℄ *Item Vt Mulier concipiat.* Leporis vuluam assatam te-
† Aℓ.cum re, & da cum vino in balneo † in sabanis sedenti vt bibat: & in ipsa die aut nocte si tacta fuerit à vi-
ro statim concipiet. ℄ *Potio ad eas quæ Non concipiunt, et quibus Menstrua non apparent.* Rec. matrissyl-
uæ, rutæ, artemisiæ, cicutæ, radicum brancæ vrsinæ, singularum fasciculos: quæ pinsitę & mistę cum
vino albo vsq; ad tertiam coquantur: & eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cerui
adhibeantur prius, quàm ad tertiam redeat decoctio: deinde coletur cum panno, & colaturæ adhi- H
beantur tria cochlearia olei, & tragacanthæ drachmę tres de Constantinopoli, & simul omnia bul
liant: & vnaquaq; die mane accipiat phialam vnam illa cui necesse est. ℄ *Si Matrix descenderit.* Cū
* Aℓ.asphaltū bonis odoribus nares suffumigabis: sin minus, aspalāthum sit inferius fumigatum ita, vt in vuluā
fumus ingrediatur: & pessarium de styrace calamita cum lana succida imponatur. Si vero volue-
ris vt concipiat, prius purgetur cum theodorico anacardino, & post purgationem balneetur. Et
coagulum leporis in balneo bibat, & etiam viro suo tribuat: & post cum ipso iaceat: & si coagulū
fuerit masculi, masculum: si fœminæ, fœminam concipiet. ℄ *Vt Mulier non abortiat, & Fœtum conti-
neat.* Cancrum fluuialem contere, & in vino veteri da ad bibendum. Aut leporem prægnantem
viuum accipe & tolle ei catulos de ventre, & coagulum eius cum vino potui dato, & vltra non eii-
ciet. ℄ *Vnguentum ad omnes Dolores Matricis post partum.* Recipe adipis pullini, sampsuci, ana vncias
septem, myrrhæ vncias duas, butyri, ceræ, ana vncias sex, adipis anserini, medullæ ceruinæ,
terebinthinæ, casiæ, mellis, ana vncias septem, aloes vncias duas: confice, & vtere. *Ad idem.*
* Aℓ.velum Fac bullire oleum, & anethum, & mitte vnum birrum de lana succida: & calidum pone ad ma-
tricem. ℄ *Ad Apostema.* Succus frondium porrorum, succus cichorij, vel heliotropij, succus pe-
troselini, æquali pondere, puluis ferruginis, puluis paleæ hordei: hæc omnia bulliant, & bibat.

Si

A ℂ *Si Matrix foras exierit, aut tumorem habuerit.* Folia cicutæ, abrotani, herbæ camphoratæ, pinse fortiter, & pone desuper. ℂ *Ad Retinendum Partum.* Spolium serpentis cum mica panis dabis comedẽdum nescienti, mire prodest. ℂ *Ad Matricem reuocandam.* Testas ouorum gallinæ, ex quibus pulli excluduntur, incende: deinde superaspergе picem nigram, & superextende, & reuocabitur ex toto. ℂ *Ad Excitandam mulieris Libidinem.* Sanguis vespertilionis in floccello lanæ collectus nescienti sub capite ponatur. *Af.camphorę

De Passionibus Genuum & Tibiarum.

C Entri galli succus, genibus, & cruribus ad ignem vel ad Solem illinitus oẽm dolorẽ extirpat, & neruorum contractionem penitus tollit. probatum est. ℂ *Ad Vlcera Tibiarum.* Fel caprinum cũ resina & cerussa misce, & pone sup vlcera. ℂ *Emplastrum ad Inflationem, quæ fit in Cruribus, & in coxis.* Stercus columbinum album cum forti aceto mistũ, & tritum, & in aluta inductũ suppone. ℂ *Aliud probatum ad Inflationem, quæ fit cum rubore & calore.* Farinam hordei & fabæ tolle, & in aqua coque, & superpone. ℂ *Ad omnem Vlcerationẽ Tibiarũ, Cicatricem, vel Maculam nigram vel albam.* Pulueris plũbi vsti facti cum ligno auellanæ aut lentisci ʒ viij, olibani, myrrhæ, aloes, mastiches, ana ʒ i: oleum viride, & modicum aceti exagita miscendo in corpus vnum, & in foliis hederæ inductũ su-
B perpone. ℂ *Ad Tumorem Genu.* Fac bullire, radicem bruscі bene, & postea pinse cum axungia & pauco salũiæ, & infascia. oẽm tumorem tollit. ℂ *Vnguentum ad Tibias fractas de phlegmate salso.* Folia persici, hederæ terrestris, colophoniã, picẽ, oleum de spica, oleum commune, sepum, & ceram, & lithargyrum de auro. ℂ *Ad Dolorem Genuum.* Bibe succum rutę. ℂ *Pro Dolore Podagræ.* Tere, & fac puluerem de gith, & vnge vbi dolor est, & superpone stagnum, & insuper stuppam vnge de ipso puluere, & statim dolor recedet. ℂ *Vnguentum ad idem, et ad Qualemcunque Dolorem.* Rec. mastiches, olibani, ana ʒ i, adipem vrsinum, & albumen ouorũ insimul misce: & accipe cymulas virides lentisci, & tolle ex eis succũ: & adiunge vetus oleũ, & distempera: & fac vnguentũ theodoricon emeriston: ischiadicis, & podagricis subuenit: idem facit philanthropos. *Ad idem.* Rec. gariophyllorum, zingiberis, cinnamomi, ana ʒ ij, hermodactylorum ʒ v, costi, diagridij, ana ʒ ij, mel qd̃ sufficit. ℂ *Item ad Calidam Podagram.* Succus radicis filicis cum oleo roseo mistus, & inunctus prodest. *Af.salis.

Ad Hominem Subtiliandum.

P Vluis †ciricus vel ciricon, vtilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassitiem superfluã deponendam, ita vt ad temperiem tenuitatis et siccitatis patientem deducat: curat ẽt leprosos & hernioſos, prurigino ſos, & scabioſos: & siquis hoc vsus fuerit, podagrico, vel arthritico, seu alio
C aliquo dolore non molestabit. Quicunq; hoc puluere fricari voluerit, in balneo postquam sudare cœperit, fricet, & hoc tribus diebus vel amplius interpositis: diebus aũt quibus vtit, nullo alio vnguento patiens fricet: a pipere, & salsamentis, & acrimonijs caueat. Rec. †nitri assati, } myrrhę assatę, sulfuris viui, opocissi id est succi hederę, iridis illyricę, añ ʒ iiij, baccarũ lauri siccarum, sampsuci, ellebori albi, pumicis marini assati, chamæleontis nigri, pyrethri, sinapis, gallæ alexandrinę, peucedani, pollinis fœnigræci, cimoliæ, tartari, aristolochiæ longę & rotundæ, gith, orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthij, cardamomi, marrubii, cãtharidũ, succi sicci elaterij, añ ʒ ij: cõfice sic: hęc omnia subtiliter tere, & in vase vitreo conde, & qñ opus fuerit, vtere. ℂ *Electuarium ad idem.* Recipe gariophyllorum, spicæ, galangę, zingiberis, añ ʒ ℈, sacchari lib. ij & semis, musci ℈ i: saccharũ coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinse diligenter, & misce cũ ipsis saccharum, super ignem semper agitando: & qñ decoctum fuerit, infunde super marmor. ℂ *Ad Hominem nimis Crassum.* Imple patellam floribus auellanæ, & superfuso vino agita fortiter, & bullíat die ac nocte: & semper quando siccatur, funde vinum: & cola, & bibat ieiunus ʒ iij per dies quinq;, & comedat ad prandiũ: hoc faciat mense Februario. *Ad idem.* Tolle tartarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede: desiccat enim pinguedinẽ. Hiera rufina scabiosis & leprosis vtilissima est. ℂ *Vnguentum*
D *ad Mala nascentia.* Aloes, olibani, mastiches, myrrhæ, arsenici, boli armeni, colophoniæ, sandarachæ, terebinthinæ, æruginis cãpanæ, spumæ argẽti, chalbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi persici, picis naualis, ana lib. ij, tragacanthæ, aristolochiæ lõngæ, gomphitæ, castorii, floris plumbi, ana ʒ iiij, ceræ libras duas, sepi taurini ʒ iiij. ℂ *Oleum Frumenti ad Scabiem, & ad Herpetas, quod ita cõficitur.* Pone frumentum inter duo ferramẽta calida, & exprime fortiter oleum. ℂ *Ad Sacrum ignem.* Accipe picem, & vitellum ouí crudi, & fac emplastrum, & pone desuper. Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum est. ℂ *Ad Morfeam nigram.* Erysimon cum vino bibat, & sanabit. ℂ *Ad Sanguinem stringendum vndecunque exeat.* Testiculos in aceto pone, pedes infrigida, & statim cessabit. ℂ *Ad Carbunculos.* In primis liga maluas coctas cum butyro vel sagimine, & appone, et mutetur in die: deinde appone emplastrũ istud, quod carbunculum cito aperit. Rec. ficuum pinguium passarũ, cępæ coctæ, chalbani, ammoniaci, lactis mulieris, maluarũ coctarum, carbonum, vel cinerum vitis vineæ, testudinis viuæ vnius, pinguedinis porci recentis vel veteris, æquale pondus: tere, & appone, vsq; dũ aperiat. *Ad idem.* Accipe cinerem pruni, & distempera cum vitellis ouorum, & pone super: & postea accipe ficus siccas, & parũ olei, & arsenici, & tempera totum simul, & appone: deinde appone terebinthinam, & chalbanum, quando putredo exire cœperit. Si multi carbunculi

† Af.assyricus.

† Af.nitri, assari

* Af.rotundæ

exierint

exierint, tolle sanguinem de brachiis, & da laxatiuum. ℂ *Ad Pustulas quas habet Infans in manibus & pedibus vltra modum.* Accipe scillam, & hyoscyamum ipsam herbam, & sambuci frondes, æquo pō dere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, et appone. ℂ *Ad omnia Apostemata exteriora, siue tumores.* Agrimoniam, verbenam, quinquefolium, æquis si teres, & impones, ponderibus, cum aceto coquas adiecta semper uiua sanabis. ℂ *Ad Rumpendum apostema.* Fermentum, olibanum, axungia, lac fœminæ. ℂ *Ad Apostema subtiliandum.* Libystícum feruefacias in aqua, pinsito cum pingue dine, & pone desuper. ℂ *Ad Sacrum ignem, vel Calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.* Rec. Sisymbrii, rutæ, rubi, solani, oīum quatuor cymarum M i, radicis lilii domestici ʒ i, aloes ʒ ij, cy mini ʒ i, albumen oui vnum, aceti phialam vnam, olei phialam vnam: prædictas herbas tere fortí ter, & succum earum cū prædictis commisce, fortiterq; cola, & cum penna vnge loca languentia, et miraberis. ℂ *Ad Scabiem.* Radices lapathioli coque, et axungiam porcinam cum eis vehementer tere, & argentum viuum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & vehēmenter cōfice: inunge, et miraberis. ℂ *Vnguentum ad Pustulas, vel Lepram, siue Pruritum.* Florem tithymalli cum ace to coque fortiter, & oleum modicum misce, & inunge vsq; dum sanus fuerit.

De Modo dignoscendi Cancrum à Carbunculo.

SIc poteris dignoscere cancrum à carbunculo in principio. Carbunculus quippe durus est, & ru bens nimis & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus & neruis, & cito facit caput. Sed cā cer non tantū rubet, neq; tantum dolet, sed durior est, & non tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mollescere incipit perfora cum ferro quasi carbūculum: & nepitæ, apii, betonicę, agri-
* Al. centūfolij moniæ, chamædryos, trifolii, satureiæ, pimpinellæ, subtusillæ, carduí, fragifolii, millefolii, ana M vnum, teras, & cum vino & pipere dabis in potum mane & sero. *Item alia optima, sed valde grauior.* Aloes drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinq;, sanguinis draconis drachmas tres, castorii ʒ ij, pæoniæ ʒ v, thuris, mirrhæ, ana ʒ iij, ammoniaci ʒ ij, succi saluiæ vel foliorum ana ʒ iij: de coque vsq; ad dimidium lento igne, ipsumq; in vase picato mitte: & pigmenta in linteolo mūdis simo ligata in medium liquorem pendere facias: et de populo arbore puluerem facias: de supradí cta potione calicem medium dabis quotidie, & de puluere populi quantū tribus digitis leuare po teris in vino cocto distemperato. *Ad idem.* Accipe albi secessus canis, prasii, plātaginis, ana ʒ ß, calcis viuæ ʒ ij: pulueriza totum, & supra malum pone: & postea pone vnguentum marciaton, mane & sero muta illud, & ablue in omni mutatione de vino calido. Si vero aliqua pars mortuæ car nis remanserit, abscinde cum ferro. Si autem longi temporis fuerit malum, & per prædicta sanari non poterit, oportet incidere circumcirca, & postea apponere prædicta. *Ad idem.* Lenticulæ, quę in stagnis nascitur, vel fontibus, vel aliis aquis, succus supra cancrum positus eum occidit. Simili ter facit doliachę succus cum porcina pinguedine mistus: & ipsa herba pinsita & superposita cum succo & pinguedine dictis prodest valde. *Ad idem.* Succum ebuli, succum aristolochiæ rotundæ, aut puluerem eius, & albumen oui fortiter commisce, sed non vt durum sit, sed molle: & taliter to tum cancrum ex eo penna linies, & de frondibus septemneruiæ illum cooperies: sed per singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutare volueris, cum penna in vino infusa cancrum prius
* Al. non ablue, & vnge doctrina supradicta. ℂ *Puluis ad Cancrum.* Calcis viuę nouies ablutę, nouem grana piperis, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei: fac focaciolam, & sub testa coque vsq; dum incendatur: & pinsito, & fac puluerem, & vbi opus fuerit, mitte. ℂ *Vnguentum ad Serpiginem, et Carnem mortuam manducandam.* Rec. aristolochiam rotundam, radices enulæ, cortices caprifici, cortices alburni, lotium hominis: hæc omnia simul coque fortiter: postea pinse, & confice cum axungia, et vtere. ℂ *Ad Cancrum.* Vlcus primum forti & calido aceto bene laua: deinde cum pāno lineo de tergendo exicca: quo facto, puluerem gallę subtilem superaspergе: hoc fac bis vel ter in die, donec sanetur. *Ad idem.* Sume mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus: cui mentastro tertiā partem salis misce, & simul omnia fortiter tere: quibus tritis super stipites ardētes pone, vt vtrun que bene comburatur: quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die aspergatur. ℂ *Pro Carne sananda.* Linguæ bouis radicem tere, succum cuius vt pastillum su perpone. ℂ *Res probata ad Cancrosa Vulnera, quæ Depascuntur in circuitu.* Accipe quotquot habere poteris felliculorum, & scinde, & extrahe succum, vt sit dimidia phiala: sed prius laua plagam de vino tepido: & tunc accipe tres peciolas de panno lineo, & in succo illo infunde, & ad ignem calefactæ vna post aliam super vulnus apponantur: & postea de farina tenuissima panis hor deacei cum supradicto succo eidem plagæ superponatur. ℂ *Ad Cancrum res probata.* Caput gruis & ventriculum cum petris omnibus quæ in eis sunt sicca in furno, & fac puluerem, & superaspergе: hoc non solum cancrum, sed omnia vulnera sanat. *Item aliud probatum ad idem.* Mustellam viuam mitte in ollam nouam, & bene cooperi de tegula & argilla, & mitte in furnum ca lidum: & ea combusta fac puluerem, & de ostreæ testa similiter, & aspergе: & post diem ter tium laua de vino. ℂ *Probatum ad Fistulam.* Accipe terram francigenam, & galetum idest gal lam rotundam, & pulueriza, & pone desuper, & sanabitur. Cortice quercino siccetur fistula pri- »
mo: Postea sanatur, si mumia sæpe bibatur. Maiorum pulchris hominum quę est rapta sepulchris. »

ℂ *Ad*

A ℂ *Ad Scabiem probatum.* Accipe ſigiam græcam,& olei cõis partem i,& duas aceti,& coque in modum vnguenti,& vnge in balneo. ℂ *Puluis ad Cancrum.* Rec.atramenti, ſarcocollæ, amenti ſalſi & dulcis,ſalis gemmæ,olibani,maſtiches,ana ʒ i, piperis ʒ vi. *Ad idem.* Brancam lupinã quæ inferius eſt rotunda tere cum ſale & fuligine,& parum de ſanguine,& pone eo mortuo. Ad ſanãdum,puluerem aloes pone. ℂ *Ad Carnem malam, vel ad Cancrum.* Pinſe tartarum fortiter temperatum cum melle,& mitte in panno lineo,& liga cum licio, & mitte in foco vt ardeat: & fac puluerem, & ſuperpone. Item teſtam allij,fabas,& panem frumenti incende in olla,& cum iſto puluere miſce puluerem gallæ,& ſalis: laua prius de vino,& poſtea ſparge de hoc in die bis vel ter.

De Fiſtula.

AD Fiſtulam. Radicẽ lapathioli,qui rufum ſemen habet, in fiſtula mitte: & donec purgata fuerit,per ſingulos dies ſingulas radices mutabis: & quãdo purgata fuerit, cognoſces, quia nõ vt aqua pus,ſed quaſi putredo fluit tantum: quando aũt hoc videris, hoc vnguento ſanabiſ: Rec. picem,chalbanum,ammoniacum,aloen,ſepum porcinum non multum,ceram,& parũ olei: prędictas guttas,& gummi genera,& picẽ,& aloen æqualiter commiſta liqua ad ignem: et poſtea cerã, & ſepum ſemotim liquefacta deſuper addas, & agita donec conficiaſ. *Ad Fiſtulam.* Raphanũ pul
B uerizatum,& quolibet modo fiſtulis immiſſum,antea tamen ex aceto ipſa fiſtula valde abluta, valet: & modo quocunq; ſuperpoſitum: & infra, vel intra eam liberat. *Ad idem.* Sume herbam eſcu minatam nomine,et tere: cuius ſuccum infirmanti mane,quando ieiunus fuerit,da ad potandum: & de ipſo ſucco per ipſum foramen pone,donec ſanus fiat æger. Item accipe coſtam folii raphani, et mitte vſq; ad profundum plagæ ita,vt ſanguis egrediaſ: aliquanto aũt ſpatio intermiſſo accipiaſ fel taurinũ,& calefacito ita,vt duriciẽ perdat: & oſſa gallinarum cõbuſta, & in ſubtiliſſimũ puluerem redacta: ex his ellychnium cõponatur,& ad fundũ plagæ mittaſ: & interdũ ellychnium de cõ buſto puluere ſaccharo aſpergatur, & ipſum interdũ minuas, donec ſanetur fiſtula. *Ad idem.* Sepi arietis ʒ i,gummi ʒ ſ,colophoniæ ʒ ij ſ,opopanacis,ariſtolochiæ longæ,ſarcocollæ,æris viridis, ana ʒ ij,ceræ citrinæ ʒ ij: terenda tere,& de oleo parum pone,vt poſſint ibi temperari: & ſuper ignẽ pone donec ſepum & gummi genera liquefiant: & vtere quando opus fuerit. ℂ *Ad Fiſtulas tollendas, & Vermes occidendos.* Succum plantaginis mitte ſæpius. *Item ad idem.* Potentillam bibat per dies xxx.probatum eſt. ℂ *Ad Fiſtulam claudendam.* Thus maſculum diligenter tere cum vino veteri, et inde perunge. *Ad idem.* Accipe in primis de carne ſalſa lardonem,et mitte ibi per iij dies,et poſtea emplaſtrum fac hoc modo: Accipe frondes libyſtici ſyluatici,& tere fortiter, & miſce ibi de ſale co
C cto puluerizato tantum,quantũ ſunt frondes: deinde adde axungiam veterem ſufficienter: et tere oia hæc in ſimul,& fac emplaſtrum. *Ad idem.* Accipe tithymallum cum ſua radice, & mitte in clibano vt exiccetur,& fac puluerem,& inſuffla intus. Item accipe piper,aloen,chalbanum,ceram,et oleum,et fac emplaſtrũ,& vtere. *Ad idem.* Pone emplaſtrum de farina,& alburno, & ſinapi, & ſale cocto,& de calce extincta,& de ſapone ſpãthulano, & de capitello per ix dies: deinde teres tres cymas rubi,et tres vrticę per tres dies. Item piper,allium,ficus ſiccas,radicem petroſelini: miſce,et tere ſimul,& fac emplaſtrum, & ſuperpone, & ſtatim interficiet. Item accipe marmor quod videtur eſſe ſicut ſal,& fac puluerem,& inſuffla intus. *Ad idem.* Accipe farinã lupini,raphani, ſinapis, mel arſum,alburni carbonem: omnibus tritis diſtempera cum ſapone ſpathulano: & admiſto de capitello fac tentam de licio torto ad menſuram fiſtulæ,& ablue eam mane & ſero de capitello. * Al. ſpatareti-co.

De Paralyſi.

HIera fortiſſima G.theodoricon emperiſton,potio ſancti Pauli,& opopyri,paralyticis, arthriticis, & aliis diuerſis cauſis ſuccurrit. ℂ *Potio ad Paralyſin Ioannis filij Ligurij medici.* Rec.mandragorę ʒ iiij,caſtorii ʒ iij,piperis grana ccc,nepitę manum plenã,vini optimi phialas xxiiij: bulliat ad medietatem,& ieiunus bibat phialam i,& vſq; ad nonam ieiunet. *Ad idem.* Rec.ſaluiæ,ſatureię,
D dictami,ſauinæ,menthæ nigræ,cerfolii,foliorũ teneræ lauri,quinq; foliæ,betonicæ,febriſugæ,peucedani,agrimoniæ,pimpinellæ,artemiſiæ,chamædryos,hyperici, millefolii,balſamitæ, pulegii,trifolii,hypocyſtidos,hyſſopi, praſii, origani, ana M i: dabis cum vino.probatum eſt. ℂ *Vnguentum ad Paralyſin.* Rec.ſauinæ puluerис, ſaluiæ,menthæ, ocymi, puluerис vrticæ, balſamitæ puluerис, ana vnc.ij, olei lauri phialam i, ceræ lib.i, olei,ȝȝ, ana ʒ vi: omnia arbitrio tuo tere, & coque, & vnge. *Ad idem.* Herbam centumneruiam,ideſt barbam ſyluanam,laua cum nouem aquis, & tere, & in ſucco adde duo cochlearia mellis, & ſic vnge digitos in phialis: da primo galli cantu, ſi laxat non cuadet. ℂ *Item ad Arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madefactam aqua, & tere: deinde diſtempera cum ſucco morgellinæ,vel ſolatri, vel portulacæ, vel ſemperuiuæ,vel alicuius refrigeratiuæ: deinde ſuperpone loco dolenti, primum inuncto oleo roſeo: poſtea vero ne nimis loca neruoſa deſiccentur,adde emplaſtrum hoc: Rec.radicem altheæ,atq; ſemẽ lini,& coque in aqua, atq; fomenta: ad vltimum accipe farinam lentis,& coque in quatuor partibus mellis, & aqua quãtum ſufficit,& ſic ſuperpone.probatum eſt. ℂ *Vnguentum ad Guttam.* Rec. radicis bryoniæ,corticis mediani ſambuci, abſinthii,rutæ,ſaluię,hederę,chelidonię,arnogloſſi,ſaliũcę,aloes,thuris,mellis,olei, ceræ quantũ tibi videtur,& confice. ℂ *Emplaſtrum ad idem.* Abſinthii,radicis ebuli, furfuris tritici, ſtercoris caprini: fac puluerẽ,acetum mitte in cacabo,et ſalis ſatis,fac bulliat fortiter, & ſuperpone.

ℂ *Item*

℄ *Item Vnguentum ad guttam.* Rec. rutæ, hederæ terrestris, absinthii, abrotani, barbæ Iouis, omnium E
añ M i, sauinæ M ij: simul tere, & coque in oleo, & butyro, & adipe taurino, vel veruecino æqualiter: cola, & vbicunq; fuerit gutta vnge, & postea in albo panno indue, & pone.

De Ratione medendi ad Os fractum.

REcipe betonicæ, violæ albæ, panem mundum ad cernendum, melangiæ, hederæ terrestris, piloselle, agrimoniæ, sinimphæ, saluiæ, ne intumescat. Item betonica sanat & tollit dolorẽ: saluia aufert dolorem: hedera terranea curat & mundat: viola sanat: plantago soluit dolorem & mũdat: agrimonia & piloselle sanant: melangia iuuat vt non claudatur vulnus. Quod si ex oĩbus his habere non poteris, accipe saluiam, betonicam, hederam terraneam, violam, agrimoniam, plantaginem: contere, & succum vino mistum, donec sanus sit æger, solum accipiat potum. Foliis suprascriptorum deficientibus, radices indifferenter, aut puluerem, ad eundem accipies vsum. Abstineat vero patiens ne comedat herbas, caseum, lac, fructus, carnes nisi de castratis, oua, & panem nisi azimum, pultes. *Ad idem.* Rec. farinam de germano idest de siligine partes ij, absinthii partem vnã: tere, & misce cum melle, & panno impone, & de raso lardo superpone ei, & super plaga pone bis mutando per diem.

De Plaga. F

AD Plagam. Piloselle succum da bibere, si reiicit, morietur, si non, viuet: prima die plantaginẽ, & fragam in vino dabis: secunda die gariophyllatam adiunge prædicto vino: tertia die piloselle: quarto die pimpinellam: quinto die hederã terrestrem: septemneruiã sexto die: trãsactis vero diebus septẽ, subtrahere debes singillatim, è conuerso incipiens ab hedera vsq; ad primã quę est fraga. ℄ *Antidotum contra Plagas.* Angelicam, betonicam, agrimoniam, piloselle, hederam terrestrem, septemneruiam, violam minorem de angelica, coque in vino, & potet tribus vicibus in die. Si sanguinauerit plaga, cum cultello minutatim incide vrticam: & intinctam in forti aceto, pone in plaga: statimq; cessabit sanguinis fluxus. ℄ *Vnguentum ad Plagas.* Anguillas coque in aqua, & collige adipem qui supnatauerit, & de gallinis, & de anseribus, & de scrofino sine sale, saluiæ succũ, rutæ, absinthii, hederæ terrestris, linguæ canis, artemisiæ, matriculæ, cicutæ, herbæ citri, hyoscyami, strychniboli, olibani, aloes, myrrhæ, ammoniaci, de speciebus añ ʒ i, farinæ de molendino collectæ in gyro, dactyli ossium, croci orientalis, sandali, acaciæ, ceræ quantum sufficit, vt albũ fiat. ℄ *Tractum ad Aperiendum, Purgandum, Sanandum dolorem, & Carnem mortuam, & Carbunculum auferẽdum.* Rec. succi ebuli, absinthii, cymarum rubi, vrticæ, caroi, apii, omnium æqualiter, mellis cochleare vnum, & albumen vnius oui gallinæ, farinæ siliginis, vel cuiuslibet eorum quæ sunt ad tenuitatem: confi G
ce sic: Succos, & cætera pone in vase, & commiscendo exagita, donec spissum sit & tenax: si plaga profunda sit, pone ex hoc ellychnium perunctum: si vero patula i. plana, pone super pannum donec sanetur: si vero tractum nimiũ desiccatur, renoua cũ succo solius apii. ℄ *Vnguentum ad Plagam.* Rec. ceræ citrinæ ʒ ℈, picis, colophoniæ, añ ʒ ij ℈, sepi arietis ʒ ij: infunde cum oleo, & pone sup ignẽ donec vnguentum fiat. ℄ *Potio ad Plagatos.* Betonicam, agrimoniam, fragifoliam, asari, violæ, lin-
*mimitę guæ bouis, ambrosiæ, plantaginis minutæ, quinq; folii, hyperici, picis, linguæ ceruinæ, pimpinellę,
*Al. vini añ M i: tere, & adde aquæ li. iij, mellis cochlear vnum: cola, & appone piperis grana c: & quanto frequentius biberit, tanto celerius sanabitur, sed à venere abstineat, & omnibus contrariis. *Ad idẽ.* Fac saginem de lardo, & accipe mel, & farinam de sigale, & vinum, & coque simul, & mitte super plagam. mire curat & sanat. Item succus apii, & albumen oui, quibus adde puluerem thuris, & tantum de farina frumenti vt satis spissum sit. ℄ *Ad Capitis Plagam sic fit.* Diligenter inquire vtrũ longa sit, an non: an os fractum sit, an non. His præmissis, si profunda fuerit, & testa rupta, primitus capillos tunde: & deinde panni ellychnium absq; vllo medicamine, vel lardi frustum excoriatum, iuxta plagæ quantitatẽ incisum, in ipso ossis hiatu, ne sanies irruens meningas sua putredine extẽdat, vel aliquid morbi generet, pone: & post pone primo embrochã, quæ sic fit: Vinũ & oleum, & H
panem non ex toto arsum fac feruere in sartagine, vel aliquo vase: deinde vnguẽtum fuscum vnaquaq; die in plagella pone. Memento tñ vt p̃dictum ellychnium semper adsit donec caro crescat. Quod si os ruptũ non fuerit, sue cum acu in duobus vel tribus locis: hoc dico si plaga magna fuerit: deinde tunsis capillis, embrocham p̃dictam ad prædictum terminum, & vnguentum fuscũ in plagella pone. ℄ *Ad Plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis excepto capite.* Primũ pone lardum quantum tibi videtur, & vnguento fusco vnge: & tunc pultes hoc modo compositas pone: Vinum, farinam, oleum commune, mel, rotam, saluiam, absinthium: trita cum axungia porcina oia æquali pondere fac feruere in sartagine: quo facto, cum panno suppone quousq; plaga desicceẽ. Memento vt vnaquaq; die bis mutetur, nisi prima die, & lardum impone semper ęqua quãtitate vsq; ad vij dies: deinde vnaquaq; die, prout caro solidescet, paulatim minue, quousq; plaga clausa videatur: & tunc impone emplastrum aliquod. In capite autem non oportet imponere pultem hanc, sed embrocham p̃dictam: quia non conuenit nisi pili nascant, propter constrictionem pororum. ℄ *Vnguentum Fuscum sic fit.* Recipe olei li. i, sepi, ceræ, añ ʒ vi, picis ʒ iij, saluiæ, sisimbrij, lentisci, sauinæ, allij, cymarum rutæ, ana M i: confice sic: Herbas cum seuo diu contusas cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde, vltimo picem: quandoq; liquefactũ fuerit remoue, & vsui

reserua.

A reſerua. ℂ *Potio ad Plagam ſanandam.* Rec.agrimoniam,betonicam,ſaluiam,plantaginem,folia hederæ terreſtris,herbæ venti: pinſitis his,confice cum vino, da bibere quouſq; ſanus ſit. ℂ *Emplaſtrum ad Plagam ſanandam.* Rec.farinam ſiliginis,abſinthium,oleum de oliua, axungiam porcinam veterem,mel quod ſufficit. ℂ *Vnguentum album.* Rec.ceruſæ ʒ iij,lithargyri ʒ ij,maſtiches, condiſi, añ ʒ i ß,olibani ʒ,olei roſei & aceti quod ſufficit.

Ad Oſſa Fracta.

RAtio medẽdi oſſa fracta hæc eſt. Primũ prouide vt leuiſſimis manibus aptes ad propriũ locum male inciſas fracturas: quo facto,ſal & mel in ſartagine compone,& diutiſſime feruere dimitte,et prout pati poterit, calidũ ſuperpone cum ſtuppa,aut bombace: deinde lignula recta plana adinuicem reſtibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri neceſſe eſt. Poſt triduum vero,reiectis his diu aqua calida fomenta,& facta fomentatione,agrippa,aut dialthæa , aut marciato circumlinies,& bombace vel ſtupa circumuolue: & ſic vnguẽtum circumuoluere, & circumligare,& fomentare cõtemplata ætate bis in die mane et veſpere oportet: vſq; ad xx enim dies ſolidant, habita tñ diligenti cura: iuuenis vero vſq; ad xvij dies: ſenum autem vſq; ad xxi vel xxij,vel xxiiij: puerorum itaq; expectatio vſq; ad xv dies. In his ergo diebus conſtrictorium iuxta prædictam ra-
B tionem facies ita: Rec.olibani,maſtiches,ceræ,boli armeni,æquali põdere: ceram ſolue, & horum puluerem triconizatum ſuperaſperge: & ad modũ ceroti coque, & tepidũ ſuperpone. Memento tñ vt prius ſapone,& aqua calida, vel aliquo tali optime laueẽ: & ſic cerotum ſuperpone: nõ enim adhæret appoſitũ, pp vnguentum. Oportet ẽt ſcire ſi vlcus affuerit: non enim debet apponi in vlcere. Quod ſi aliquo caſu accidẽte diſiuncta fuerit,ex vtraq; parte trahat manibus, vt ad priſtinum locum redeat iunctura: quo facto,palma vtrarumq; manuum locus conſtringatur,& poſtea fomẽtet aqua calida: deinde circũliniat agrippa,& tabulæ ſuperponantur. Huius autem mutatio fiat de tertio in tertium diem ſemper cum fomentatione,& poſt, ſupraſcriptum conſtrictorium appone.

Si qua vero coſtarum hominis fracta fuerit & interius plicata, coſtam hoc modo reduces ad exteriora: Fac conſtitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat ventrem & co-
C ſtam: tunc vero habens mel coctum,vnge manus vtraſq; ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blande tange locum , & tralie ſuauiter: ſic ſæpe facies trahendo, donec æqualis ſit aliis coſtis: deinde marciato,cæterisq; vnguentis foueat,& emplaſtrũ apoſtolicon, vel diachryſu, vel aliquod quodlibet,donec ſanet, exterius ponatur. ℂ *Emplaſtrum Diachryſu , quod latine aureum dicitur , Oſſium fracturam ſanat : Parotidas,Gladulas ſanat : Spleniticum,Callum pedis, & Hemicranium mire curat : Apoſtemata & naſcentias, & Carbunculos diſpergit : Emproſthotonum, vel cui in capite, vel ceruice , vel ſcapulis nerui contrahuntur,& omnem Indignationẽ, vel Phrenitin infantium ſanat.* Rec.colophoniæ,reſinæ,añ ʒ ij,olei ʒ iij, picis lib.i,olibani,auripigmenti,aluminis,añ ʒ ij, aceti quod ſufficit. Parotidas, glandulas ſic incidas: Cutem ſuperincide ferro: deinde cũ hamulo ferreo ſubtiliſſimo glandulas ad te trahe: & tandiu abſtrahe pelliculas circũcidendo cum ſpathula,donec omnes venulas earum habeas: & ſic embrocham de panno incenſo ſuperpone, vel aliquod idoneũ,vt ſanguis ſtringatur et ſanies: embrocha tunc cauatura lauetur,deinde vnguentum fuſcum apponatur.

De Oſſe Fracto.

Ad Os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido diſtempera, et ſuperpone in panno lineo: per tres dies dimitte. ℂ *Item ad Os Fractum vel Sciſſum.* In ſimul albumen ouí cũ ſtuppa induc,& circunduc,& deſuper liga. *Ad idem.* Ceræ nouæ,ammoniaci,roſæ,myrrhæ,croci, añ: malagma facito, & in linteolo apponito. ℂ *Tractum ad omnem Plagam.* Aloes,myrrhæ, olibani, maſtiches,añ ʒ i, picis, ceræ,colophoniæ,añ ʒ ij: ſicca tere,liquida ſolue,cola per linteolum,fac magdaleonem.

De Febribus,& Diebus timendis.

D RVbra ad Febrem tollendam. Rec.cymini,cozumbri,myrrhæ, aniſi,croci, daucí cretici,hyoſcyami,añ ʒ i,opii ʒ i,ſeminis apii ʒ i,mellis quod ſufficit. ℂ *Hydropoton ad Febrem Quotidianam,Tertianam,ſed maxime Quartanam,& ad omnes Acceſſiones & Anguſtias: Somnum facit, Faſtidium tollit, Sudorẽ prouocat.* Rec.ameos,myrrhæ,aniſi,croci,hyoſcyami,opii,añ ʒ ij,chamædryos,apii,petroſelini,ſpermatis mandragoræ,thuris,añ drac.i,mel quod ſufficit: dabis cum aqua calida. ℂ *Ad Quotidianam.* Si cum typo fuerit , accipiat potionem rubram miſtã cum hydropoto ante horas acceſſionis: poſt bibat aquam frigidam. Si vero frigus fuerit, magnum vinum bibat, aut aquam calidam. Si vero non profuerit iſtud,accipiat panchreſton, poſt bibat mulſam. Si vero ſtomachus fuerit plenus humore,vt vomat,bibat oxymeli,quod Recipit aceti phialas ij,mellis li.i,ſeminis radicis,et atriplicis, añ ʒ i: quæ coquantur vſq; ad medietatem , & ante acceſſionem bibat, & ieiunet vna hora: poſtea ſi non vomuerit,accipiat aquam calidam , & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina confectum cum oleo phar. porcellos,hœdos: de volatilibus, phaſianos, turdos, perdices , ficedulas: de piſcibus , ſaxatiles aut aſſos aut elixos: de pomis, mala cydonia, & vuas, & mala granata: de vino,album & leue. ℂ *Potio probata ad Frigiditatem, & Febrem.* Rec.ſeminis trifolij acuti , opopanacis , ſerpylli, añ drach.iij,aniſi, fœniculi , amyli, apii,añ drach.ij , farinæ orobi ʒ i: hæc ſimul tere, & pone in vino bono paululum: & poſt colligantur in modum victorialis ponderis ℈ iij: dantur cum vino calido. ℂ *Electuarium Quartanarijs,& Quotidianarijs.* Rec.ſiler.piper. amyli,marathri,añ

ʒ i,

ʒ i,ʒʒ,pyrethri,añ ʒ iij,gariophyllorum,galangæ,añ ʒ i,mellis quod ſufficit. ℂ *Ad Quotidianam,Tertianam,& Quartanam.* Rec.roſarũ ʒ xx,ſacchari ʒ xl,coſti dulcis,rheubarbari,arſenici,cinnamomi, nardi,maſtiches,ſpodij albi,ſandali citrini & albi,berberis,gariophyllorum,croci,añ ʒ ij: tere,& cõ fice cum ſyrupo violato: doſis eius ʒ iij ante acceſſionem & poſt. ℂ *Epithema vt Sudor febris exeat.* Semẽ lini fac bulliat in aqua,induc in panno, & pone ſup ſtomachum. ℂ *Ad Quotidianas acutas in æſtate.* Si habuerint turbidã vrinam,ex ſanguine eſt: prima, vel ſecunda die, vel vſq; ad ſeptimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplaſtrum, vel epithema, quod valet ad febrẽ acutam: Succũ ſolani tempera cum farina hordei, & induc in pãno,et pone ſuper ſtomachũ. Item panem aſſatũ diu, ita vt fiat velut carbo extinctus, poſtea tere,& cribra puluerem,& tempera cũ vino,& fac epithema. Dieta vtanẽ tali: ſucco ptiſanæ expurgato hordeo: nam hordeum poſitum in aqua vna nocte,tundatur,& ad menſuram vnius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ,et coquaẽ lento igne vſq; ad tertiam partem, & coletur per linteolum: & vtantur farre molli: & de pomis,malo ſerico,aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua,& de electuario ſupradicto. Quod ſi in tpe autumni venerit,& ſine typo fuerit,ſimiliter curabit. Si cum typo, vomitum prouocabis cum aqua calida & oleo, aut cum oxymelite ſupraſcripto.Et ſi fuerit conſtrictus, oxymeli cathartícum dabis,quod conficitur ſic: Mitte acetum,& mel,& elaterij ℈ ſ, vel ſm vires ægroti.De cibis, ſuperius dictum eſt.Quod ſi fuerit ſolutus, cibos ſtypticos damus. Potu vtere vino græco. Si vero in ſuo tempore venerit cum typo,aut ſine typo, primum cathartícum dabis ad phlegma deponendũ i.diacalaminthes cum adriano,vel oẽs potiones calidas,vt picra,muſa, athanaſia,hydrocopiõ cum aqua calida: cibos ſupraſcriptos: pannis autem,aut ceronium, aut oxyocroceum cum cerotis. Cataplaſma recipit hæc: Micam panis,fabæ,abſinthii, farinæ fœnigræci,omnia æquali pondere: confice cum ouo molli aſſato,& cum oleo laurino,aut cypríno,& induc in panno, & ſupra viſcera impone.expertum eſt. Si autem in tempore veris,curabitur cum potione rubræ & eſdræ.Cibos autem dabis,gallinas,carnes porcorum, & omnium volatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus,fœniculos,betas,coctana: de piſcibus,ſaxatiles: vinum album & leue.

De Febribus Tertianis cum typo.

Ad Febres Tertianas cum typo. Muſam potionem ante acceſſionis horam accipiat, & poſt bibat aquam calidam. ℂ *Ad Duplices tertianas.* Vtatur hydrocopio,et muſa,& rubra quaſi vna potione. ℂ *Ad Tertianam miſtam quotidianæ.* Panchreſto,& rubra,hydrocopio,quaſi vna potione vtantur. ℂ *Ad Tertianas acutas.* Si vomitu egent,ponaẽ mel,& acetum,quibus adhibeantur atriplicis ʒ iij,& vtantur. Si conſtipati fuerint,accipias puleris violæ ʒ ſ,& bibant interpolato die cum aqua frigida: & vtãtur epithemate,quod Recipit farinę hordei ʒ iij, roſæ ſicce ʒ i,ſandali albi ʒ ſ,ſpodii ʒ ij,maſtiches ʒ i, camphoræ ℈ i: tempera cum ſucco ſolani, & quaſi vnguento vngantur, & vtantur deſuper tegumento ſtuppæ: & bibant quotidie ſuccum mali granati mane: & poſt vij dies, ſi vrina fuerit turbida & ruſa, & nil ſuperiora profuerint,balneo vtatur, & fomentetur ex aqua et oleo, & poſt fomentum phlebotometur de media vena dextri brachii. ℂ *Epithema ad omnes Acutas Febres.* Rec.ro.ſeminis portulacę,ſandali albi & rubri,añ ʒ ij,tragacanthę parum: tempera cum aqua roſea,aut ſucco mali granati,vel vuę lupinę. Si vero volueris vt dormiat,vngantur frons,et nares, & aures,ex oleo violato,& lacte mulieris: & pedes loti in aqua, in qua papauer, & ſemen lactucæ, vel ipſæ herbę decoctæ ſunt,vngantur. ℂ *Antidotũ ad idem.* Rec.ſandali albi,citrini,& rubei,ʒ i,tragacanthæ ʒ ſ,roſ.ʒ iij,ſacchari ʒ iij, ſyrupi quod ſufficit. Cibos dabis ſuccum oryzæ, aut alicæ, ius galli,piſces ſaxatiles,poma frigidiſſima: de oleribus,lactucas cum aceto,portulacas,ſolanum,oẽs cibos parum ſalitos: dabis aquam frigidã,& mulſam de hydromelite: & ſi fuerit ſolutus,dabis ei cydoniũ melle cõfectũ ita: Succi mali cydonii partẽ i,mellis partes ij: coque ad lentum ignem,donec veniat ad ſpiſſitudinem mellis: & dabis exinde mulſam. ℂ *Epithema ad idem.* Rec.maſtiches,thuris,fœnigræci,ſeminis lini,farinæ hordei, croci, omnia æquali pondere: trita diſtempera cũ vitello ouorũ,& cũ oleo roſato hoc mõ confecto: Tolle oleũ,& roſas cũ rore ſuo,et mitte ſimul in puteũ, aut in aquã viuã p viginti dies: poſtea tolle exinde,& pone ad Solem vndecim diebus: poſtea habeas ad vmbrã.Hoc oleũ frigidiſſimũ eſt,et ſi vnxeris igneã febrẽ de hoc oleo,mitigat eam,& ſolet eam amputare. Hæc eadem febris ſi fuerit in autumno,curabit,ſi diateſſaron temperabitur cum vino,cum rubra, cum mulſa. Cibandi ſunt talibus vt eſt far, ſimila, & granum bene coctum,carnes pecudum,& pedes porcini,& gallinæ,vinum album & leue. In tempore hyemis, ſi fuerit cum typo,curabitur cum mulſa,& hydrocopio,& rubra: & ſi ſine typo fuerit, prolongabitur: lixopẽricũ dabis cum aqua calida: cibos,carnes porcellorum,cerebella eorum,phaſianos,& agreſtia volatilia. Quod ſi fuerit in tpe veris,curabitur potione rubra,et roſata ſimplici,quę Recipit croci orientalis ʒ i,traga.ʒ i,ſucci liquiritiæ ʒ i,ſeminis citru. melo.añ ʒ i, roſæ ʒ iiij: tempera cum melle roſ.& aqua roſea. ℂ *Rhodoſacchara ad idem.* Accipe roſarum albarum lib.i: minutatim incide roſas, & frica bene cum manibus ipſas cum ſaccharo, & pone in vaſe, & ligabis, ponasq; ad Solem lx diebus donec bene coquatur, & nocte auferes. ℂ *Diacydonion ad idem.* Coctana mundabis interius & exterius, & coques cum aqua bene: & in vna libra pomorum, pone ij lib.ſacchari, & iterum coques ad ſpiſſitudinem: poſtea addes puleris ſandali rubri, & citrini, añ ʒ ſ, ſpodii ʒ vi, roſæ

ʒx,

* Al. molæ

* Al. laxatiuũ al.lexipyreton.

A ʒx,seminis portulacæ ʒ iiij,succi liquiritiæ,succi rhu, traga.seminis cucu.añ ʒ ij, mannæ,casiæ fistu. añ ʒ vi, croci ʒ ij,mastiches ʒ i, camphoræ ʒ i, adde syrupi violati simplicis quod sufficit. Cibos dabis,succum oryzæ,aut alicæ,ius gallinæ,&c.sicut superius notum est.

De Febre Quartana cum typo.

Ad febrem quartanã cum typo, si fuerit in æstate,ante horam accessionis dabis potionem musam:si fuerit in hyeme,vtantur potione diasulfuris, & dialthęæ vnguento: de cibis,vtantur rapis, porris coctis,& farre,& ciceribus: de carnibus,porcina,agnina, pedibus porcinis, gallinis: de pomis,malis cydonijs: de vino,neque leui,neque forti.

Ad Duplicem Quartanam.

Ad duplicem quartanam, Adriano, & Panchresto temperatis vtantur cum balsamo. Quartana si fuerit tpe veris,curabitur potione Esdræ,mista cum potione sancti Pauli,& musa enea. Vnctionem talem facimus:sinapi vngimus dorsum ante vnam horam accessionis:cibos aũt calidos & stypticos damus,vt lepores,phalianos,perdices,anates, anseres: de leguminibus, granum bene coctum, cicer, fabam fractam: de oleribus, fœniculum,capita raparum,rutas agrestes coctas,vinũ rubrum & forte. In æstate vero, ru. mista cũ theriaca mundissima cum vino temperata damus: &
B vnguento marciato vngimus totum corpus,ante vnam horã accessionis prope ignem donec sudet,& præterea hora accessionis: cibos aũt superius diximus. Si tpe autũni venerit, curabitur potione adriani,& diacalaminthes,& trochiscis probatis ad quartanã: petroleum dabis ad bibendũ: vngimus totũ corpus ante & retro dialthęa,& quotidie damus origanũ ad bibendum,cibos vero vt supra. ℂ *Vnguentum ad Quartanam.* Rec. cinnamo.ʒ ij, croci ʒ i,myrrhæ,styracis,sagapeni,añ ʒ v,laseris ʒ iiij,gentianæ ʒ ij,mellis quod sufficit: da in modum lupini, cum aqua calida. *Ad idem.* Oleo pulegino vtere cũ nepita: purgat stomachũ,& thoracẽ, cęteraq; membra,ita vt prius vtatur commistione sancti Pauli,& calidarum potione, confricetur totum corpus cum vino austero.

De Febribus Ephemeris.

Ad Ephemeras febres. Si nascãtur ex calore, vtantur tenui balneo, & fomentẽtur ex aqua calida, & oleo: & bibãt aquam frigidam,vel tenue vinum: & vtantur frigida diæta,scilicet cucurbita,portulaca,malo matiano, vel syriaco, vel succo mali granati: de carnibus,pipionibus,syluaticis volucribus. Si autem ex frigore fuerint,vngatur stomachus oleo mastichino,quod Recipit olei ros ʒ ij,mastiches ʒ iij,costi ʒ i,rutæ viridis ʒ ij: simul in oleo coquantur, & ex ea vngatur stomachus, & detur potio diatriompepereon. Dięta: accipiant pecorinam carnem vnius anni & agninam,& pi
C piones domesticos,& bibant vinum rubrum & subtile,& ferantur ad balneum calidum.

De Synocha Febre.

Ad Synochã. Si ex sanguine fit, vel ex cho.ru.phlebotoma in prima die vel secũda,aut ad summum in iij die: si masculus fuerit,in dextro: si fœmina,in sinistro. Si ventrem habuerit constrictũ, clysterizabis ita: Accipe succum cãtabri, & maluas tunsas,coquãtur cum oleo, deinde colato per linteum,& vtere. Si aũt desiderauerit balneum,concede sibi,& vtatur fomento ex calida, & oleo. Diæta vtatur tali: succo ptisanæ,& farre molli,& malis matianis,& syriacis, & pane in aqua.

De Homotono.

Homotonus curabitur sic. Potionem rosatam superius scriptam teneat sublingua vsq; dum liquescat,& saliuam eius glutiat. Vnctionem talem facimus: Oleo roseo frequenter vngimus caput,& præcordia. Epithema tale facimus: Recipe croci orientalis ʒ ß, mastiches,olibani,añ ʒ i,ouorum assorum vitelli quantum tibi videtur: confice cũ oleo roseo, & pauco aceti: super præcordia ponas. ℂ *Item alia Vnctio.* Oleum roseum,cum portulacæ succo,aut cũ succo verbenæ,aut cũ suc. cucurbitæ,super præcordia pone. Diætam talem damus: succũ alicæ & succũ oryzæ: à vino abstineat, sed mulsam atticũ damus. *Ad idem.* Si ventrem cõstrictum habuerit,clysterizabis cum succo cãtabri:
D aut bibat psyllĩu in tribus aquis lotam: & vtatur mali granati succo,& malis, & pyris,& sorbis maturis: & vngatur vnctione,q̃ Recipit succi semperuiuæ,succi portulacę,succi rasurę cucur.olei ro. añ ʒ i: & vngatur ex his totum caput, præter loca vbi cerebrum est. Epithemate vtantur vt supra.

De Causo.

Causus nascitur ex cholera rubra nimiũ sicca circa subtiliores venas hepatis. Quæ his signis cognoscitur: sitis,& insomnietas est magna, & alienatio prosequitur, & surditas, aut muti fiunt: qñ hæc signa ante triduum habuerint,q̃ febris fiat,dolor capitis sentitur,& buccinę aurium,ipse dolor cum forti ictu & tremore conficitur. Mederi oportet phlebotomo in principio curationis,& frigida potione: & frigida adiutoria necessaria sunt his,quæ supra diximus. Euacuetur autẽ humor cholericus,extinguatur,& dissoluatur per sudorem,aut per vomitum,aut per ventris solutionem. Certissime autem extinguitur si biberit aquam multam & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat: aut lauacrum intret vt sudet, sed non descendat in solium, nec diutius moretur. De escis vero nihil nisi ptisanam manducet.

De Nephritica Passione.

AD Nephriticã passionẽ, si fuerit ex cho.ru.in dextro latere,detur ei musa, vel iustinũ minus, post elixaturam apij,& fœniculi, quæ cõficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. Si fuerit

in siniſtro latere, ex phlegmate vel cholera nigra, detur ante adrianũ, & iuſtinum maius, cũ decocto apij, & petroſelini macedonici. Si fuerit ſine febre, vinũ bibat: ſi fuerit cũ febre, aquã. Et vtantur emplaſtro ceronio, & fomententur cum aqua calida, & ſuccum creſcionis per ſe bibant. Diæta vero, omnia calida & leuia: & vtantur creſcionibus, & alexandris, & vrticis, petroſelinis, & apio, & aſparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina: de volatilibus, phaſianis, perdicibus, turdis, ficedulis: de leguminibus, cicere: de piſcibus, nullatenus: de vino, claro & rubro vtantur. E

De Pleuritide.

AD Pleuritin. Si fuerit ex ſanguine, & ſpuerit ſanguinem, phlebotoma de brachio eiuſdẽ partis: & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellæ imponatur ita, vt refrigerata altera calida imponatur. Si fuerit ex cho. ru. vtatur electuario, quod Recipit amygdalarũ ʒ ij, pineę mũ-

†Al. ſandali. datę ʒ ij, gummi ſaracenici ʒ i, †tragaganthi albi vel rubri ʒ i, ſeminis citruli, melo. cucu. cucur. mũdatorum, añ ʒ i: tempera cum decoctione epithymi: amygdalæ purgatæ teranť, & ex ſuc. aqua inficiatur, & ita bibat. Si ex phlegmate fuerit, accipiat pilulas ex ſagapeno factas, & bibat decoctionem hyſſopi cum aqua, vel puluere facto de caprifico cocto in pice in modum emplaſtri vtatur. Diæta vero ſit, pultes, far molle, & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

De Phrenitide. F

PHrenitis ſi fuerit tempore veris, curabitur ſic. Venã, quæ in medio fronte eſt poſt ſeptẽ dies tãgimus: & eos ſternutare facimus cũ melle albo, & euphorbij puluere: ꝙ ſi ſternutauerit, bonũ. Vnctionẽ facimus talem: oleo roſeo, vel oleo violato frontem, & præcordia inũgimus: & ſæpius faciem eius aqua frigida irrigamus, vt {non} dormiat. Si fuerit tpe ęſtatis, vngimus præcordia eius cum oleo roſato & ſucco ſemperuiuæ. ℂ *Antidotum Baſilij, Hemitritæis omnibus.* Rec. coſti, carpobalſami, celticæ, gariophyllorum, añ ʒ i, croci ℈, nardoſtachyos, meliloti, añ ℈ ij, caſiæ fiſtu. foliorum, ſemperui. foliorũ, añ ʒ ij, mel. lib. i, aquæ lib. i & ſ, aut ij: tere, & infunde. ℂ *Cataplaſma adoẽs Febres.* Rec. lini ſemen, hordeũ, fœnũgręcum, abſinthiũ, anethum, apiũ, petroſelinũ, libyſticum, & lupinos: ex ſupradictis farina facta mittas oleũ deſuper, aut axungiã veterem: & facto ita cataplaſmate, indue in linteolo, & calidũ ſuper ſtomachũ impone: oĩbus diebus mutãdo, & calefaciendo.

De Debus Timendis.

QViſquis prima die cuiuſq; mẽſis in infirmitatẽ ceciderit, ſequẽs tertia dies eſt timẽda: quã ſi traſierit, vſq; ad triginta dies euadet. Qui vero ſecunda die deciderit, xiiij timenda eſt: quã ſi trãſierit, diu euadet, licet ęgrotãs. Qui autem iij die deciderit, ſine moleſtia liberabitur in ꝓximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatẽ, grauiter vſq; ad xviij diẽ infirmus erit, ſed euadet. Quinta die ægrotãs, licet grauiter patiať, euadet. Sexta die decidens licet ſanari videať, quinta tñ die alterius menſis morieť. Qui ſeptima die deciderit, abſq; moleſtia liberabiť. Octaua die ęgrotans, ſi non fuerit factus ſanus vſq; ad xv diem, morieť. Nona die ægrotãs quãuis cum ſumma moleſtia, euadet. Decima die qui deciderit, ꝓculdubio morieť. Vndecima die q deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die qui deciderit, niſi liberatus fuerit in xv die, morieť. Tertiadecima die qui deciderit, infirmus erit vſq; ad xviij: quã ſi tranſierit, euadet. Quartadecima die ſiquis deciderit, manebit vſque ad xv diem, & ſic euadet. Quintadecima die ſiquis deciderit, niſi intra xix dies conualuerit, morietur. Sextadecima die ſiquis deciderit, licet per xxvij dies moleſtetur, tñ liberabitur. Decimaſeptima die decidens infirmus, vſq; ad xvij dies euadet. Decimaoctaua die decidẽs, ſubito ſanabitur. Decimanona die decidens, euadet ſimiliter. Vigeſima die decidẽs, v diebus euadet, ſed tñ ſequenti menſe morietur. Vigeſimaprima die ægrotãs, niſi periculum mortis incurrerit, intra x dies alterius menſis liberabitur. Vigeſimaſecunda die decidens, licet x diebus patiatur grauiter, liberabitur. Vigeſimatertia die decidens, quãuis cum moleſtia, altero menſe liberabitur. Vigeſimaquarta die decidens ægrotans xxvij die quaſi liberabitur, attamen menſe ſequenti morietur. Vigeſimaquinta die decidens, licet aliquantulum patiatur, euadet. Vigeſimaſexta die decidens non morietur. Vigeſimaſeptima die decidens, licet vſq; ad exitum patiatur, tamen in altero menſe liberabitur. Vigeſimaoctaua die decidenti mors minatur. Vigeſimanona die decidens ægrotans, paulatim altero menſe liberabitur. Trigeſima die infirmus vtrum euadat, dubium eſt. Similiter, qui Trigeſimaprima die ægrotauerit, vtrum euadet, ignoratur. G H

De Vrina & Pulſu.

QVoniam & cauſarum omnium, & non nullarum dimenſiones, atq; imminẽtis ſpiritus prędere difficile eſt, vrinæ diuerſitates, & varios pulſus arguto ſtilo conſcripſi: ne confuſa ratione medicinæ vel ordinata quærenti pernoſcere feciſſent errorem.

De Pulſu & Vrina, in Febribus Ephemeris.

Ephemeræ febris pulſus eſt ſimplex, nõ valde inęqualis, aut ſordidus, aut difficilis: quarum ex vrina, ſi guttatim fuerit egreſſa, & patiens dolorem capitis ſenſerit, hęmorroidas ſcias eſſe vẽturas. Si vero ex animi ægritudine i. triſtitia, aut cupiditate, febris nata fuerit, pulſus eius eſt laſſus, tenuis in principio, ita vt putes eũ multis tpibus ex longinqua infirmitate ægrotaſſe: vrina in his rufior inuenitur, quàm in ceteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia ęgritudo nata fuerit, & febris fuerit in magnitudine, & in nimietate, pulſus ſit non minuens atq; deſinens. Sicut in ijs,

qui

A qui ex triſtitijs, & vigilijs, atq; cogitationibus laborant, vrina crocea eſt, & ignea, & extra conſuetudinẽ cholerica euenit cum morſu veretri exiens. Nã, qui ex multo labore ſudantes deficiũt & frigeſcunt, pulſus eorum mitior inuenitur, & laſſior: vrina viridis & turbulenta apparet. Quæ ſi ſubito aſperitatem, & rubei vini colorem aſſumpſerit, & calor defecerit: aut ſi fuerit verſa in album colorẽ: aut dolorẽ articulorũ, aut auriũ nũciat apoſtema, id eſt parotidas. Quo'd ſi cholerica ſupradicta vrina abundans fuerit, & non ſupradictum dolorem habuerit, eius ægritudinis ſolutionem oſtendit futurã. Vrina alba & ſpiſſa bonam ſignificat ſanitatem, ſi tñ capitis dolor nõ fuerit. Si autẽ talis coloris vrina in initio egritudinis venerit, contractionem corporis futuram denũciat. Illi vero, qui nimia fatigatione fuerint laſſi, pulſum habent maiorem & laſſiorem, in hiſq; vrina rubra eſt & candida. Quibus vero indigeſtio ciborum febrem attulerit, pulſus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit: vrina vero eorum multũ rubra eſt. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulſus eſt maximus, & grandis ictu, & velox, atq; ſpiſſus: vrina his ſubalbido colore apparet, & communis vt in cæteris ephemeris. *Al. colore.

De Pulſu & Vrina Cauſi, Synochi, & Synochæ.

Cauſus & ſynochus, hi ambo habent pulſum ſynochæ conſimilem, non horarum declinatio-
B nes ſimiles: quibus ſi lingua fuerit arida, & vomitus cholericus, & vrina lũcida, mors ſignificatur. Vrina crocea & turbulenta cũ nebulis nõ bonis, & pluribus diebus in eis non egeſta, aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea ſi guttatim ſtillando fuerit egeſta, ventris conſtrictionem malam cum animi turbatione, & anguſtia oſtendit. Vrina alba & aquoſa in augmento ægritudinis aut in ſtatu veniens, laborem corporis cum frigore, & maciem nunciat futuram: ſi vero pinguis fuerit, mortem ſignificat. Vrina ſimilis ſpermati hominis, immínentia nunciat. Vrina viridis critico die immutata, mortem oſtendit. Vrina viridis ſi ſe mutauerit in album aut aquoſum colorẽ, typicã ægritudinẽ venturã ſignificat. Vrina æruginoſa ſtrangu riã ſignificat. Vrina nigra & tenuis, cũ nebulis phrenitim oſtendit, maxime ſi odor vitioſus fuerit ei: quibus autem fluxus ſanguinis ex naribus venerit, ſolutionẽ eius ægritudinis ſtatim fore ſignificat. Vrina æruginoſum habens colorẽ, ſpaſmũ ſignificat. Vrina nigra & tenuis cum auriũ obtuſione, & inſomnia, & in ſe nebulam habens, tps longum eius ægritudinis nunciat, & ſanguinis fluxũ imminere oſtendit. Vrina ſanguinea cum dolore capitis, & hypochõdrij dextrę partis, ſtatim ſubitaneam mortem ſignificat. Vrina pinguis ſine febre ſenibus eueniẽs, apoplexiam facit: quæ cum ſoluta fuerit, caliginem oculorum cito tranſeuntem, & delectationem cibi oſtẽdit. *Al. liuida.

C Vrina turbulenta & non varia, criſim cum dolore aliquo venturam oſtendit.

De Pulſu & Vrina in Homotono, Epacmaſtico, & Paracmaſtico.

Homotonus pulſum habet grauem, ſpiſſum & ſordidum. Acmaſticus vero pulſum habet vigentem, & ſordidum, ſine intermiſſione: quibus grauis eſt, per ſingulos dies & horas febris augmentatur, nullo ſtatu vel declinatione interueniẽte, vrina rufa in his inuenitur. Paracmaſticus autem in ſecundo vel tertio die cum declinatione pulſum tenet mitiorem, quamuis in principio vehemens fuerit. In his ergo oĩbus præſcriptis paſſionibus ſi vrina fuerit colore liuida, & tenuis cõſtitutione, phrenitin futuram denunciat: quã longo tempore protrahi ſignificat. Vrina colore alba, & cõſtitutione tenuis, cũ nebulis non bonis, renum & dolorem & indignationem ſignificat. Si in bono colore, & in die critico conuerſa fuerit, certum diſcuſſionis tempus denunciat. Si vero ex bono colore in malum die critico conuerſa fuerit, futuram mortem oſtendit. Vrina cholerico colore, nebulã albã hñs, & furfures ſupernatantes, aut longam ægritudinem, aut mortem ſignificat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitin, ſiue mortem, aut ſpaſmum ſignificat. Vrina alba ſi ſe mutauerit, apoſtema celerius venturum ſcias. Vrina turbulenta, & tardius reſidens, maxime ſi ſanitas interaneorum fuerit, & per multos dies perſeuerauerit, & nõ ſe mutauerit, pro cer-
D to ſcias acutas febres in tertianã conuerti. Vrina ſubalbida, & ſpumoſa, aut rufa, & ſi ex cholericõ humore ipſa ægritudo nata fuerit, mortem ſignificat: q; ſi eo tpe ſanguis de naribus fluxerit aquoſus ſubito, & a ſolito abundans: & tenuem ſe vrina fecerit, & diu perſeuerans non ſe mutauerit: frigus ſubitaneum demonſtrat venire: pro quo frigore fit ægritudinis ſolutio non bona. Vrina cum ſudore ſi in febrium augmento fuerit, & abundantia vrinæ fuerit, mortem cito venturã nunciat. Vrina rubra & ſpiſſa modo ſupradicto, mortem cito futuram ſignificat. Vrina rubra & ſpiſſa ſi fuerit egeſta frequentius, & ſi dolor capitis & ſcapularum affuerit, & auditum patiens obtuſum habuerit, & hypochõdriorum dolorem ſenſerit, futuram phrenitin denunciat: quo'd ſi infra ſeptem dies ſoluta fuerit, ictericum facit: & ſi non fuerit ſoluta, & in macrõnoxiam venerit, & nebulæ non bonæ in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba, & aquoſa, & nebulam bonam habens, & cum odore bono egeſta, ſupradictam phrenitin purgat. Vrina lactea ſi in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonum ſignificat. Vrina alba, ſpumoſa, & nebuloſa, non bonum ſignificat: & ſi in critico die, aut poſt criticum diem ſuperuenerit, ſolutionem ægritudinis oſtendit. Vrina nigra cum ſudore, non bona ſigna imminere oſtendit. Vrina puluerulenta, & maxime ſi frigus, & lippitudo oculorum fuerit, & caligo, & ſuperiores partes in ſudorem veniant, venturum ſpaſmum denunciat: q; ſi ſe ſupradicta vrina abſtinuerit, & dolor capitis cum *Al. macronoſema.

ſudore corporis fuerit, ſpaſmum ſtatim venturum oſtendit. Vrina non bonum colorem habens, E
& ſi non fuerit digeſta, vel conſtitutionem vrinæ animalis ſimilem habuerit, & miſſa in calice cito
reſederit, & amens patiẽs fuerit, & inſomniam ſenſerit, ſpaſmum ſignificat aut mortem. Vrina ſi-
ne nebula turbulenta, non bonũ ſignificat. Vrina nigra, aut liuida, non ſine periculo erit. Vrina
crocea, & ſpiſſa, laborem, & dolorẽ, & grauedinẽ in hac ægritudine, ſiue mortem oſtendit. Vrina
tenuis, maxime ſi dolor capitis & ſcapularũ, & inſomnia fuerit, phrenitin, & paracopen, & demẽ
tiã ſiue cardiacã ſignificat. Mulieribus tñ hoc tale ſignum mortẽ ſignificat. Vrina tenuis in criti-
co die ſi aſpera facta fuerit, ſtatim ſudorem venturũ demonſtrat. Vrina ſupraſcripta poſt criſim ſi
ſe mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina ſpiſſa & cholerica ſi fuerit in augmẽto febris, mortem
ſignificat. Vrina nigra, per varios colores frequenter mutata, cum nebulis non bonis, & velut
conciſis, & ſeparatis, & frequenter in nigrum colorem conuerſa, phrenitin cum morte ſignificat.
Vrina nigra, & lucida, cum ſudore, & dolore hypochõdryorum, mortem nunciat. Vrina tenuis,
& boni coloris, frequens, & multa egeſta, macronoxiam, & ſolutionem ægritudinis oſtendit: ſed
apoſtema ſcias eſſe futurum, & per ventris ſolutionem ægritudinis criſim demonſtrari. Vrina al-
ba, & turbulenta, & non cõpoſita, aliquem dolorẽ cũ periculo nunciat. Vrina nigra & ſpiſſa non
†Al. nõ fuerit. boni coloris, ſi multus veſicæ dolor †fuerit, mortem ſignificat. Vrina nigra, & tenuis, & æſtuoſa, F
ſi æſtuatio fuerit cũ faſtidio, & ſi turbatũ ſenſum patiẽs habuerit, & nõ recte intelligat, & loquatur,
aut malefactio nõ defuerit, mortẽ oſtendit. Vrina quæ veluti florem vini ſupernatantẽ habuerit,
phrenitin aut paracopen venturam oſtendit. Vrina valde lucida, phrenitin venturam oſtendit.

De Quartanæ Febris Pulſu & Vrina.

Quartana febris in initio pulſum rarũ, & ſegnẽ facit, & in alto poſitũ: declinãte aũt paſſione in-
†Al. pulſus. uenitur pulſus laſſus, ſordidus, & ſegnis. Cui cauſæ tpe accidente frigido, minuitur plus accenſo
calore. Vrina in his miſto calore apparet maxime pallida, vel fuſca & indigeſta videtur.

De Tertianæ Febris Pulſu & Vrina.

Tertianarijs pulſus eſt ingens, citatus, vehemens, creber. Vrina in eis crocea, aut ſatis rubra,
quaſi ſanguinea videtur.

De Quotidianæ Febris Pulſu & Vrina.

Quotidianis febribus pulſus eſt minor, q̃ quartanæ. Vrina eorũ cãdida apparet, aut ſpiſſa, aut
turbulenta. Vrina alba ſi longo tpe perſeuerauerit, frigora ſoluit. Memineris autem quanto quar
tanariorum pulſus à tertianarijs minor eſt, tanto quotidianorũ à quartanarijs inferiorẽ eſſe. Vri-
na nigra quartanã nunciat. Vrina cum nebulis ſciſſis, macronoxiã ſignificat. Vrina nebulas cho G
lericas habens, in ęgritudinẽ acutã tranſire ſignificat. Vrina q̃ velut raſuram habuerit, & arenam,
& in nebulis quaſi ſanguinem, ſyntexin renum i. colliquationẽ oſtẽdit. Vrina phlegmatica ſi ap-
paruerit ſicut Sol in lympidis coloribus, indignationẽ renũ denunciat. Vrina alba ſi ſe ſubito in
malum colorem mutauerit, proximã nunciat mortem. Vrina tenuis ſi poſt criſim venerit, & lon-
go tpe perſeuerauerit, repetitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis ſi in malum colorem ſe
poſt criſim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis ſignificat.
Vrina aſpera ſi poſt criſim fuerit, in eandem febrem reintegrari demonſtrat ægrotum.

De Dolentium Caput Pulſu & Vrina.

Caput dolentibus ſi vrina liuida fuerit augmentum ſignificat. Vrina rufa, vt ſuperior demon
ſtrat: quibus ſi ſanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet ſolutio.

De Synanchicorum Pulſu.

Synanchicis pulſus eſt paruus, velox, & denſus: qui qñ ad periculum veniunt, ſine pulſu ſunt.

De Cardiacorum Pulſu & Vrina.

Cardiacis pulſus eſt paruus, & denſus. Quibus imminenti periculo pulſus fit catoryctus i. de-
foſſus, vel deciduus. Et quando creuerit, quaſi iaculũ contrahit, & fit velox, & paruus, & minus H
*Al. creſcere. clarus, & inanis, et velut creber. Ac vbi cœperit crebrẽſcere paſſio, incipit vibrans eſſe, non clarus,
cum tremore, & formicatione, incognitus & ſe ſubducens. At vbi cœperit grauari, pulſus fit den-
ſior, & poſt defectior: quibus velut incluſus eſſe ſentitur, quod eſt peſſimum ſignum. Quę quãdo
ad melius venerit, pulſus inuenitur exaltatus, & bene diſpoſitus, & leuis ictus. Vrina eorũ alba &
aquoſa, cum nebulis albis, eorum ægritudinis ſolutionem oſtendit. Vrina in eis ſpiſſa quando
fuerit, quæ ſpiſſitudo ſi velut ſciſſa apparet, paralyſin ſignificat.

De Pleuriticorum Pulſu & Vrina.

Pleuriticorũ pulſus eſt ſpiſſus. Quę paſſio qñ facta fuerit grauior, pulſus plus cõſpiſſatur, & fit
velox, & validus, & veluti fluctuans, & inſpicientium digitis velut vngues ſentitur. Quando autẽ
ad peripneumoniam conuertitur, pulſus fit ſpiſſior, quã ſupradictis. Vrina tenuis, & ſanioſa ſi in
initio ægritudinis venerit, & per multos dieș manſerit, phrenitin futuram nunciat, maxime ſi eis
tuſſis ſicca, & inſomnia fuerit: quibus ſi ſanguis narium, & plurimus dolor venerit, ſolutionem
ægritudinis huius futuram nunciat. Vrina pinguis, & rufa mortem futuram oſtendit. Vrina al-
ba, & ſubliuida, mortem demonſtrat. Vrina tenuis habens veluti limum liuidum, indigeſtio-
nem, aut mortem nunciat.

De

A *De Peripneumonicorum Pulſu & Vrina.*

Perípneumonicis pulſus eſt validus & ſpiſſus. Qui quãdo ad periculum venerint, pulſus fit tardus, & veluti non comparens, & formicans. Vrina eorum nigra, cum varijs nebulis, mortem futuram oſtendit. Vrina ſanguinea cum nebulis ſupradictis, vitæ periculum nunciat. Vrina indigeſta in initio, & ante criſim, ſignificat mortem futuram.

De Cachecticorum & Phthiſicorum Pulſu.

Cachecticis, & phthiſicis pulſus eſt laſſior, & talis morituris imminenter efficitur.

De Dyſentericorum & Iliacorum Pulſu.

Dyſentericis, & iliacis eſt pulſus laſſus, minus tamẽ q̃ cachecticis. Quibus ſi cum ſingultatione pulſus fuerit, mortem futuram oſtendit.

De Hepaticorum Vrina.

Hepaticorum vrina alba, & ſpiſſa, & plurimũ egeſta, ſanitatẽ ꝓmittit. Vrina ſanguinea, mortifera eſt. Vrina nigra, & turbulenta, & velut capilloſa, & aliquid raſuræ habẽs, mortem ſignificat.

De Spleniticorum Vrina.

Spleniticorum vrina rufa, vel nigra, intemperata, & tenuis, periculum venturum oſtẽdit. Vri-
B na lucida nimis, bonum ſignum ſignificat: quæ ſi cum nebulis fuerit, quaſi conglobatione inſtanti, bona imminentia oſtendit.

De Ictericorum Vrina.

Ictericorum vrina intemperata etiam vt ſupra, protractionem in longum tempus ſignificat. Vrina rufa, & ſpiſſa plurimum egeſta, ſanitatem, & ſolutionem ventris promittit.

De Hydropicorum Vrina.

Hydropicorum vrina intemperata, & pauca, & rufa quando fuerit, mortem annunciat.

De Iliacorum Pulſu.

Qui dolorẽ ilium patiunt̃, illis pulſus eſt denſus: & ſi ad periculũ veniunt, fit eis pulſus mitior.

De Eorum, qui in Renibus patiuntur, Pulſu.

Iis qui in renibus patiuntur, pulſus pigrior in vna manu, maior, ac vehemens, plenus, vel ſiccus, aut celer inuenitur: In altera vero manu pulſus inuenitur paruus, aut imbecillis, aut inanis, diſpari tempore reſpondens.

De Nephriticorum Pulſu & Vrina.

Nephriticorum pulſus laſſus. Vrina in his rufa ſi fuerit, non bonum ſignificat, ſi cauſa in peius
C protrahit. Vrina in his ſpiſſa, & color velut ſperma hominis, mortem ſignificat. Vrina vinoſa, augmentum doloris ſignificat.

De Apoſtematum Pulſu.

Qui eruptionem patiuntur apoſtematum, his pulſus eſt ſpiſſus, qui neq; in declinatione, neq; in augmento mutatur.

De Vlceris Renum Vrina.

Iis qui renum vlcerationem habent, vrina ſpiſſa apparet, habens velut carnes ſupernatantes, nimium dolorem ventris ſignificat.

De Scabiei Veſicæ Vrina.

Scabiem in veſica habentibus vrina ſi ſpiſſa apparet cum furfuribus ſupernatãtibus, dolorem futurum oſtendit. Vrina ſanioſa, & plurimum egeſta, & velut coagulata, aut aliquam eruptionẽ in renibus, aut initium calculi in proximo venturum oſtendit.

De Iſchiadicorum Vrina.

Iſchiadicorum vrina ſanguinea, & tenuis, & intemperata, in dolorem ſi venerit, acriorem dolorem venturum oſtendit.

D *De Arthriticorum Vrina.*

Arthriticorum vrina ſanguinea, & tenuis, nimios dolores venturos indicat. Vrina rubra, & nebuloſa, dolorem ceſſare ſignificat.

De Opiſthotonicorum, & Emproſthotonicorum Pulſu.

Opiſthotonicis, & emproſthotonicis pulſus eſt in tenuitate deductus.

De Cognitione Vrinarum variarum.

In omnibus his infirmitatibus, i. phthiſi, hydrope, apoplexia, epilepſia, peripneumonia, paralyſi, cholica, dyſenteria, ſi vrina rubra fuerit, mortem ſignificat. In phrenitica vero vel pleuritica, ſynocha, cauſo, tertiana, ſi vrina alba fuerit, aut ſubliuida, mortem ſignificat. Vrina alba ſine febribus, in maſculis, ſiue fœminis, dolorem laterum, & aliquando renũ ſignificat, & prægnantem fœminam ſignificat aliquantulum. Vrina aſterica, ideſt habens quaſi ſtellas, vbi fœmina eſt, multũ dolorem ſtomachi, grauitatem ue capitis: maſculis ſcapularum dolorem ſignificat. Vrina ſi ſuperius claritatem habuerit, & inferius nebuloſa & ſubliuida fuerit, dolorem renum ſignificat & coxæ, & genu, & ſuperius ſtomachi. Vrina ſi ſuperius fuerit ſubnigra & plena, & inferius claritatem habuerit, inferius dolorem renum, & ſuperius grauitatem capitis, obturationem aurium & narium ſignificat, quod fumus ſtomachi facit. Vrina alba, & nuda in omnibus, debili-

tatem, & frigiditatem ſignificat corporis. Vrina alba & pinguedinoſa, vel iumentina, dolorem E
renum ſignificat, & veſicæ, & capitis aliquantulum. Qui ſæpius ad vrinã vadit, infrigidationem veſicæ ſignificat. Qui patitur vitium hepatis, vrinam rubram & obſcuram habet. Vrina pulmonis pinguedinoſa, & alba, peripneumoniam ſignificat. Si vrina ſpumoſa ſuperius fuerit, ſignificat ſtomachi ventoſitatem, & aliquando deſiderium veneris, & tuſſim, & frigiditatem.

De Febrium Maiorum Vrina.

Vrina quaſi ignea, ſignificat tertianam. Vrina ſanguinea ſynochum cauſon ſignificat. Vrina ſanguinea, & obſcura, cauſon ſignificat. Vrina de pleuritide quaſi fæx eſt: Iuuenes raro moriunt inde, & ſenes raro euadũt: ſed qui quarta die ſolutionẽ habuerint, nõ euadũt. Vrina in febribus roſea, & obſcura, phrenitin ſignificat: de ſynocho.n. incidit hõ in phrenitin. Si fœmina habuerit vrinã velut iumẽto ſimilẽ, dolorẽ vuluę, ſeu matricis, & febrem ſignificat. ℂ *Cura Fœminarũ hæc eſt.* Si doluerit vulua, poſt balneũ accipiat trypheram magnam, & ſero mittat ℈ ij de eadem in vulua.

De Vulneribus ſanandis, & Aliis.

Miſtura ad Vulnera ſananda. Rec. piloſellã ℔ p vlcere, ſaluiã pro paralyſi, violã pro dolore, agrimoniã ad curandum, hederã terreſtrẽ ad ſanandũ, melãgiã ad aperiendũ, opopanacẽ ne cõ trarij ſint ſibi cibi, tenericulam ℔ p pleuritide, dictamum quæ ẽt irrõnalibus ſubuenit, morſus ſer- F
*Al. pipinellã. pentum curat, betonicam pro febre, quinquẽfolia pro expellendo ſanguine vel pure, ad conſtringendum plantaginem, ad conſolidandum conſolidam eiecta piloſella, & melangia.

ℂ *Miſtura perfectiſſima ad Plagam.* Rec. buglum i. herbã venti maior. i. conſolidã m. fœniculum, peplium, vel pimpinellam, pindemõtis. ℂ *Emplaſtrum ad Vomitum reſtringendum.* Rec. maſtiches, cỹmini, añ ℥ i, baccarum lauri ℥ i: tere, & cum ſucco rutæ colligę, & ſuper ſtomachũ pone, & mirabe ris effectum. *Ad idem.* Zingiberis ℥ iij: pinſe, confice cum melle, in ſtomacho pone, ſtatim ſtringit. ℂ *Emplaſtrum ad Febrem.* Tolle radices rafani, & frige cum melle, & fac inde tentam, & mitte intus: poſtea tolle agrimoniam, & pinſe, & fac emplaſtrum, & ſuperpone. Si vis ſcrofulas abſque plaga curare, pone ſuper eas corticem nucis valde pinſitam: & poſt ij vel iij dies aufer, & pone ibidem nepitam herbam, tunſam: & poſt tres dies tolle, & impone ſanguiſugas, & ſanabitur.

ℂ *Emplaſtrum barbarum, quod facit ad omnia Vulnera recentia, proprie autem ad Neruorum & Muſculorũ contuſiones: & Luxata intumeſcere non patitur: Articulos inciſos iungit: & omniũ hominum Periculoſiſſima ſanat mirifice: interius prius iniectum, poſtea extra appoſitum, Plagas veteres, & Fiſtulas ſanat vel conſolidat.* Rec. ceræ, reſinæ frixæ, picis frixæ, bituminis, omnium añ ℥ iiij, opopanacis, aluminis, & vitreoli, croci, gallæ omphacinæ, olei veteris, ana ℥ ij, ceruſæ, mannæ, thuris, aluminis ſciſſi, æruginis cãpanæ, om- G
nium añ ℥ iiij: confice ſic: Puluerem terendorum cum ſufficienti aceto in mortario ſine intermiſſione tere: ſolubilia cum oleo & cera ſoluta medicamini adde, & ſufficienter commiſce: quando autem commiſtum fuerit, compoſitis magdaliunculis conde, & vſui reſerua. ℂ *Ad Ficum.* Puluerem radicis philipendule i. ſiſalidos dabis patienti interius, & exterius ſuperpone.

ℂ *Medicamen ad Dolorem Dentium.* Succo hederæ terraneæ, aut herbę in aure miſſo, in ea parte, qua dolor eſt, ſtatim mitigatur dolor. *Ad idem.* Senecionis ſuccus in aure eiuſdem partis miſſus mirabiliter tollit dolorem. *Ad idem.* Succus herbæ calendulæ per nares eius partis miſſus, quæ dolet, dentes putridos excutit, & dolorem ſedat.

ℂ *Fumigium ad Deſtillationem Vuulæ, & ad Rheumatiſmum Faucium.* Rec. ſtyracis, ficuũ pingium, flo rum amygdalarum, hyoſcyami ſeminis, oĩum quatuor ℥ vij: fac ſic: Hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficubus & ſtyrace diu terendo commiſce, & in trochiſcos informa: quãdoq; opus fue rit, poſitos ſuper carbones lentiſci, vt traiectorium ſuperimpone: & patiens ore aperto fumũ acci piat donec ſuſtinere prævalet: & hoc ter in die faciat, mane, & meridie, & veſperi: & interpoſitis tribus diebus aut quinque, iterum atq; iterum faciat, donec ſanus erit. Accipe auripigmẽtum, & diu tere, vt multum tenuis puluis inde fiat, & album oui, & miſce cũ prædicto puluere: quibus be H
ne miſtis, accipe pannum ſubtiliſſimum, & infice in illo miſto, ita ꝙ totum abſorbeatur ab illo pãno: poſtea pone ad Solẽ vt bene ſiccetur: poſtea incide pannũ, & recipe fruſta ad minus demum vſque ad ix dies: ponat vnum fruſtum ſuper prunas poſitas in tegula, & inueniat infundibulum, mittatq; ſuper pannum, fumum, qui inde exhalauerit per cannellam infundibuli in ore recipiat.

ℂ *Ad Guttam probatiſſimum experimentum.* Accipe cornu cerui, & incide per partes: quas inciſas po ne in lebete cum vino albo: & tandiu fac bullire, ꝙ ſolummodo ſexta pars vini remaneat: & ſic cornu proijce, & vinum in pyxide repone, quod coagulabitur: & de illo loca dolentia perunge. *Ad idem.* Accipe nouem folia laurus, & pone vnum in veru, poſtea lardi fruſtum: & ſic facias pro vnoquoque folio vnum fruſtum lardi: quibus poſitis accende, & guttas lardi in paropſide colli ge, & loca dolentia perunge.

ℂ *Ad Ficum deſtruendum.* Accipe puluerem herbæ capilli veneris, & cępe, & ariſtoloch. rotund. appone ſuper ipſum, & ſine dubio deſtruitur. ℂ *Ad hominem Loqui impotentẽ propter phrenitin.* Acci pe lapillum de oche, & bene tere, & puluerem cum aqua tepida tribue, & ſine dubio liberabitur.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE SPERMATE

CENSVRA

Et hic quoque liber ſummis, & maximis erroribus refertus eſt.

De Ortu Fœtus ex Spermate.

B Sperma hoīs deſcendit ex omni corporis humore, qui fit ex ſubtiliori natura quatuor humorū. Hoc aūt ſperma hēt neruos, & venas ꝓprias, attrahentes ſe à toto corpore ad teſticulos: qui nerui, & venæ, ex fricationis calefactione viri & mulieris emittūt illud, ſicut ex colliſione ferri & petrę elicit ignis. Et hi nerui & venæ diuerſi ſunt à neruis & venis vrinæ: vrina.n. ſuos proprios meatus hēt, & iſtud ſuos. Sperma viri fortius eſt & calidius muliebri: muliebre vero, nutrimentū eſt ſpermatis virilis. Secundum igit̄ naturam ſpermatis, vt ex ſubtiliori natura quatuor humorū procreati in coeundo emittitur cōpletum et animatum, ac tūc ſpermati muliebri aſſociatū recipitur cum quodam ſpiritu in matrice, & ibi impingueſcit ex matricis calore & fomento, ſpiritu per arterias ſubtiles attracto. Alius.n. ſpūs eſt ille, qui venit per arterias ſubtiles, & fouet matricē exterius: alius eſt, qui cū vtroq; ſpermate in eā intrat. Et ille ſpūs, qui exterior eſt, non permittit exire ſpiritū interiorē, ſed conſtringit eum ad fouendum infantē, & calefaciendū. Poſtea vero venit in matricē quidam alius ſpūs exiſtēs ex ſubtiliori natura ſanguinis: q̄ iungens ſe ſpermati vertit illud in naturā carnalē per matricis calorem, ſicut hepar vertit phlegma in ſanguinē in duobus vaſis: in quibus operatur fortiter operam ſuā cum virtute fellis. Nec mirū ſi hepar operatur illud fortiter cū opera fellis: quia indiget magna opera vt vertat illud, quod grāue eſt, in ſanguinem. Spūs vero, qui eſt ex ſubtiliori AP. craſſum.
C natura ſanguinis, non indiget tanta opera: leuiter.n. vertitur in ſanguinem per matricis calorem ſperma, q̄ ex ſubtiliori ſanguinis conſtet natura. Quibus in ſanguinem conuerſis, illa ſubſtantia incipit ſuſcipere figuram hoīs per calorem naturæ: & vnaquaq; die in ſui fomentum ſanguinem attrahit, & in carnem vertit, creſcitq; in formatione hoīs per naturalem ſpūm, propriam naturam ſingulis dans membris & ſimilitudinē, ſ. alias ex acutis acuta firmās, vt digitos, vel res acutas cum acutis, vt in iuncturis oſſium, & ſic in cæteris. Prius aūt formantur humeri, ex quibus caput, & latera, & brachia, & tibię: ex lateribus renes: ex renibus coxæ, prius ſimul iunctę, & poſtea vna formando ſeparaī ab altera. Demum vero formātur nerui & venæ. Et poſt hęc interior natura ſemper mittit harmoniam ſuā ad nutrimētum totius corporis, intus & extra. Inteſtina vero ex ſpū efficiuntur. Et expletis diebus triginta apparet maſculi figura, fœminæ vero figura peractis diebus quadraginta. Figura itaq; humana pacta creſcit infans, impingueſcit, et tunc aperīt os, incipiūtq; oſſa craſſeſcere ex calore veniēte à matrice per ſpūm naturalem: hic.n. calor hēt virtutē cōformandi totū corpus. Fiunt aūt oſſa ex quatuor humoribus, principaliter tñ ex grauiori ſanguinis natura, purgat.n. ſanguinem: medulla vero ex ſubtiliori natura illius grauedinis. Oſſa acuuntur in cō poſitione digitorum, manuū, & pedum. Et peractis mēſibus tribus, in maſculo venę incipiūt exi-
D re inguinum cōſtitutionē: in fœmina vero poſt tres mēſes. Et deinceps mouet infans in vtero, & ſanguis menſtruus, qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris augeī vel efficitur, agitatur in corpore, volēs exire: & ſubtilitate ſua per poros, quos aperit, venit in māmillas, vbi ex earū calore & humiditate mutaī in album & dulce: ſed maior pars illius menſtrui deſcendit in matricē ad nutriendū infantem. Quo'd aūt infans ‖ ex ſanguine ad matricē deſcendente nutriaī, qui emitti ſolet In lib. de natura pueri ad prī cipium.
menſtruo tpe ante conceptū, teſtatur Hippocra. ſic: Vidi fœminā prægnantē minuiſſe ſanguinē per brachiū, & in tertia die abortū miſiſſe. Viri aūt mēſtrua ideo nō patiunt, quia poros habēt, per quos ſanguis ille tēdens vertitur in pilos, quod patet in brachijs, & pedibus, & in cęteris partibus. Spūs quoq; per os, & nares fortiores emittunt, q̄ fœminę, per quę exiccanī humores illius ſanguinis, qui p̄ ſudorem emittunt. Sicut.n. aqua exiccatur in vaſe ex ignis calore, & per fumum emittitur, ſic ille ſanguis à ſuo proprio calore exiccatus, fumū ex ſe generat, qui p̄ os & nares exit, pilosq; & ſudorem, qui per poros ſubtiles exeunt: fœmina vero non tantum, non enim tanti caloris eſt.

De Natura Pueri ſecundum quantitatem, & qualitatem Matricis & Spermatis.

QVantitas autem infantis formatur ex quātitate matricis hoc modo. Si matrix longa & ſtricta fuerit, lōgus & gracilis puer erit, & ſic in cæteris. Sunt aūt in matrice ſpermatis recepta cula ſeptē, & tot creanī pueri, in quot ex illis ceciderit ſperma. In dexterā matricis partē

ſi ſperma cadet, maſculus fiet infans: illic. n. calor & humiditas p hepar, calor & ſiccitas ex felle vi- E
gent. Si aũt ſperma viri debile ſpermati mulieris fortiori aſſociatũ illuc venerit, infans licet maſculus, muliebris tñ eſt fragilitate mẽbrorũ, & animi moribus. Poteſtq; fieri ẽt ex prædicta ſpermatis viri fragilitate cũ forti mulieris ſpermate infans vtriuſq; ſexus. Si aũt ſperma in ſiniſtrã matricis partẽ cadet, fit fœmina, ex ſplenis & phlegmatis qualitatibus. Et ſi ſperma virile p̃ualet, fit virilis ac fortis fœmina, qñq; pilos agranones habẽs: poteſtq;, vt diximus ſupra de virili, ſemineum ſperma hoc ſimiliter nimis fragile vtriuſq; ſexus infantem reddere. Et nota q̃ ſi ſperma viri forte ſit, maſculus eſt, ſi debile, fœmina. Et fœtus ligat in vmbilico matris: & per eundẽ locum recipit nutrimentum dum eſt in matrice, & non per os: vmbilicus. n. fœtus vmbilico matris continuatur.

De Alteratione Sanguinis aliorumq; humorum in Spermate.

ORgana ſpermatis ſunt arteriæ & venæ, in quibus ſanguis vertit in ſperma hoc modo. Sicut enim in mãmillis mulierum p quãdam decoctionẽ ſanguis in lac vertitur, ſic & in arterijs & venis ad nutrimentum earum vertitur ſanguis in calidam & humidam ſubſtantiam, phlegmatis habentem figuram: & nutriendo venas & arterias vertitur illa ſubſtantia in ſperma, quod mox
*Al. ventorum. in caput aſcendit cum magna vẽnarum & pororum ſubtilitate. Et deinde deſcendit per duas venas & duas arterias ad teſticulos. Solet autem contingere, q̃ ſperma deſcendens à capite poros na F
rium & aurium obturet ita, vt vitalis flatus exire inde vel introire nequeat. Sperma retentũ p̃ter naturam idem operatur, quod venenum, creſcensq; in venis & arterijs ſuis, dum nequit deſcende
Al. infanrib. re in ſanguinis maſſam, nimiam generat paſſionem in faucibus quandam, quæ græce lycoides dicitur, latine lupus, ideſt ſtrangulator. Quod autem ſperma principaliter ex ſanguine, ſecundario ex alijs humoribus efficiatur, hac ratione probatur: quia in multo coitu ſpermate deficiẽte ſanguis emittitur. Si vero ſperma à capite deſcendens non impeditur, venit ad teſticulos, ad vnum per venam vnam & arteriam, ad alium per arteriam & venam alteram.

De Teſticulorum Compoſitione.

TEſticuli vero quatuor habent panniculos: quorum duo calorem & humorẽ habent, alij duo habent acutionẽ, quę acutio ſperma adiuuaret. Habent quatuor vaſa ẽt i. ſupradictas venas,
* Al. ex ſe mun ctoria, & arterias: quatuor ſeminária, quorum duo ex recto ſemine, alia duo ſunt adenes, quæ ſunt attrahentia & purgantia ſperma. Solet nãq; cum vero ſpermate deſcendere aquoſum phlegma, quod
†Al. illis. ab †infirmis retinetur, & emittitur vel dormiendo, vel vigilando, quod ſemper liquefit: ex quo liquore acuto teſticuli magnum pruritum & ardorem recipiunt, vnde generatur voluntas coeundi. Habent etiam teſticuli neruos duos pendẽtes, & deſcendentes à principali oſſe colli & funda- G
mento corporis, per dorſum & renes: qui nerui alios habent neruos coniunctos alijs oſſibus totius corporis. Notandum aũt eſt, q̃ vna vena eſt propria ſpermatis, vacua ab alijs, quæ recipit id ſperma à quatuor alijs venis: illæ vero recipiunt ab alijs venientibus ab omnibus partibus corporis, & ab oĩbus oſſibus medullam habentibus: quæ vena ducit illud ſperma ad caput, vt ſupra dictum eſt. Quarum quatuor prædictarum venarum talis eſt natura: vna eſt iuxta renes: altera eſt iuxta cor & ſtomachum: tertia in pectore, & extẽditur iuxta pulmonem: quarta eſt prope formoſitatem hepatis, in quo eſt poteſtas ſanguinis, vnde diffunditur per totum corpus: ex cuius ſuperfluitate naſcuntur ſpaſmus, apoplexia, diaphragmatis apoſtemata multimoda, & multæ aliæ paſſiones. In pectore vero eſt poteſtas phlegmatis, vnde diffunditur per totum corpus, ex ſuperfluitate cuius fit aſthma (primum. n. aſthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonem, ſecũdum vero fit ex fumoſitate phlegmatis ad caput aſcendente & inde ad pulmonem redeunte) & apoſtema diaphragmatis, & apoſtema multi generis, & alię paſſiones cõtrariæ muſculis pectoris, q̃ ſunt
†Al. in. organa ſpũs quem ad ſe trahit pulmo & à ſe remittit, † & omnibus corde verbum cõmittentibus, & multæ aliæ paſſiones. Cholera enim poteſtatem habet ſuam in renibus, vnde decurrit per totũ corpus: ex eius ſuperfluitate naſcuntur paſſiones in renibus, & petra, ſperma etiam inuiſcatum, H
& dolor in renibus generatur, & in veretro: ideoq; aliquando non poteſt tenere vrinam, vel non poteſt emittere: & in omnibus neruis vſq; ad pedem patitur. Renum etiam ſiccatio inde prouenit: vnde ſi cum muliere iacuerit, poſt patitur ſolutionem ſimilem debili ſpermati ſuper renes, & generatur apoſtema: ex quo aliquando procreantur vermes, & ſimilia.

De Domicilijs Humorum Sperma deſcendens alterantibus.

HAbent aũt pręfati humores, pprias ſedes, & ab illis diuerſas, de quibus diximus, in q̃bus ſuas habent poteſtates: propria. n. ſanguinis ſedes eſt hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel, choleræ nigrę ſplen. Ex poteſtate choleræ rubrę, q̃ habetur in ſtomacho, q̃dam fumoſitas in caput aſcendit, generans ibi dolores, diaphragmatis apoſtemata, & alias paſſiones. Inde etiã deſcendit catarrhus ad pulmonem, vnde naſcit aſthma, & phthiſis, & puſtulæ in pulmone. Qñ aũt ſperma deſcendit à capite, & ſuſcipit à duabus venis & à duabus arterijs ſupradictis, ducentibus illud ad teſticulos, anteq̃ ad teſticulos pueniat, deſcẽdit per loca illa, in quibus ſupradicti humores ſuam exercent ptãtem, & ibi accipit naturã humoris ibi manentis: in hepate, fit calidũ & humidum: in pectore, mutat in frigidũ & humidũ: in corde & ſtomacho, in calidũ & ſiccũ: & in renibus, in frigidũ & ſiccum. Sic ergo ſperma quatuor humorũ qualitatibus formatum in renibus deſcendit in

teſticulos,

A teſticulos,ibiq; mundatum & completum recipit à matrice mulieris: ſicq; homo ex quatuor conſtat humoribus. In coitu igit cuius ſperma ſuperabūdat, illi ſimilis, infans procreat. Similis matri etiam hac cauſa fit,quia ſperma eius eſt nutrimentum ſpermatis viri. Aliquando tñ vno ſuperante humore nō eſt ſimilis illi infans,cuius eſt ſperma: nam alij humores debilitantur propter ſuperfluitatē alterius: aliqñ enim ſanis genitoribus ſtrabo infans,vel claudus, vel naſo torto naſcit propter ſuperfluitatē humorum, vel minutionem: quia quam poteſtatem habet ſperma in loco ſuo, eandem habet natura in matrice. Item genitorum quolibet paſſione aliqua occupato,infans ſimilem trahit qualitatem: & aliquando ex lacte matris. Sicut enim ſperma viri habet poteſtatē in toto corpore,ita natura poteſtatem habet in matrice. Sicut.n.ſanguis,ex cuius ſubtilitate oīum fit ſperma,habet poteſtatem cūdi per corpus,ita & ſperma quod inde fit, habet poteſtatem exeundi ſine voluntate hominis vniuerſaliter, dormiendo vel vigilando. Sicut enim natura corporis ſequēdo quatuor mutationes in die, mutat corpus ſm illas, ſic natura mutat ſperma in matrice ſm eaſdem mutationes. Natura humani corporis proprie dicitur ſubtilitas fumoſitatis principaliter ſanguinis: ſecundario aliorum humorum: & etiam aeris agentis & commouentis ipſum ſanguinem in venis & arterijs: ‖quæ infixa in carne eſt temperamentum omnium membrorum, teſtante Hip-
B pocrate,q; natura eſt medius gradus in caliditate & humiditate, & ſeptem materierum. Vnde venit,q; quidam ſunt cholerici, & quidam melancholici, quidam ſanguinei, quidam phlegmatici: quod niſi eſſet,omnes eiuſdem eſſent naturæ, licet non ſemper. Ætas enim vel diæta, ſeu aliud naturas quandoq; reprimit: ſicut qui eſt ſanguineus,naturaliter eſt iracundus,tamen iram deponit à corde procedentem naturaliter,aliqua occaſione ſuperueniente. Sic ergo natura quieſcit & mutatur,ſed eius proprietas†eſt inconuertibilis: quia qui naturaliter eſt ſanguineus,iracundus eſt,iram tamen deponit. Sicut enim ignis prius acuitur & poſtea quieſcit,non tamen amittit naturā ſuam, ſic ille naturaliter prius acuitur & poſtea quieſcit,non tamen mutatur.

In lib. de natura hominis cō. 1. t. 18. & 19. 1ª.30.D

†Al.quieſcit & mutatur ſecūdum eius proprietates.

De Natura Pueri Concepti in horis Sanguinis.

IN tribus horis ſanguinis,ſperma conceptum à muliere in ſanguinis mutatur naturam,& informatur. Homo inde editus ruber eſt: ſupercilia eius grauia: venæ temporum graues & plenæ: oculi ſanguinei,nebuloſi,paſſionibus ſemper abundantes: facies rubra,labia tenera, gingiuæ ſanguineæ: ſæpe fluit ſanguis à naribus: guttur ſanguine impeditur: inde vox grauis, rauca, debilis: os,dentes,guttur,& caput ſæpe dolent: capilli tendūt in rubedinem: ambulatio moderata. Paſſiones ex rheumate ſanguinis,& ſynochus,& alia ex ſanguine procedentia.

C *De Natura Pueri Concepti in horis Choleræ rubræ.*

In horis choleræ rubræ conceptus,rubens & citrinus,& capilli: venæ craſſæ,latæ,& plenæ, et citrinę: color citrinus,aliquando viridis: guttur,& os,& ſputum, amara ſemper,& ſicca: genua,crura,pedes,& oſſa dolent: rheuma ſiccum per corpus ſæpe currit totum. Inde naſcūtur gutta, paſſiones ventris, dolores, vt dyſenteria, tranſuerſio ventris, lienteria: fiunt in ſomnis pauor, in fronte dolor,ambulatio acuta.

De Natura Pueri Concepti in horis phlegmatis.

Si vero in hora phlegmatis concipitur,albus,ſed ſæpe pallidus: oculi craſſi,delati,aliquando ſimiles oculis accipitris: palpebræ graues, capilli flaui: vox grauis, craſſa: grauiter dormit, & ſæpe ſtertit: os abūdat phlegmate: ambulatio grauis. Paſſiones,nimia tuſſis,amphimerina, aſthma,apoſtemata articulis,nephrōpoma i.renum dolor,colica,voluntas vomendi aliquando, quartana,paralyſis,ſolutio naturalis,& alia ex phlegmate procedentia.

*Al.nephropo-nos.

De Natura Pueri Concepti in horis Choleræ nigræ.

Si in horis choleræ nigræ,vultus niger,partim albus: oculi nigri, ſicci, acuti: capilli nigri: vox ſubtilis,non alta: riſor propter ſplenem,à quo procedit riſus: ambulatio acuta,non audax. Paſſio-
D nes quartanę,quotidianę,mania,mentis obliuio,cardiaca i.verberatio cordis,nephrōpoma,paralyſis,phātaſiæ,ſtupor mentis, oīs oſſium harmonia ſibi dolet,& alia q̄ ex cholera nigra contingunt.

De Natura Humana, Cur cunctis ſit Agilior.

PErſcrutati ſunt philoſophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur,vt de ſanguine fiant ſanguinea,de phlegmate phlegmatica, ſecundum horas, ſigna, planetas, & in alijs: quod ſic ſoluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia præditum eſſe neceſſarium eſt,vt facile addiſcat omnem, ad quæ anima intendit, phantaſiam. Homo enim theologus in virtute ſapientiæ cum vi rationis ſuæ ad vniuerſalitatem progreditur: & ideo corpus ſubtile & agile ſuſcipit,vt facile rationem ſpeculatricem ſequatur, & imaginetur omnia. Sic denique fit perfectum hominis organum in theorica & practica. Itaq; multa ſua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipſorum proprietates transfertur, & ex planetarum atq; ſignorū operatione exiſtente varias ſortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non ſic mutatur: ſed tamen ex prima illorum eis indicta proprietate omnia vnius complexionis ſunt, nam breuis numerus eſt ei collatus: vnde,cum vnus ſit velox alter piger,alius paruus alius magnus,& in hunc modum,eiuſdem tñ complexionis ſunt ſemper. Si enim ita ad plenum ſequeretur numerus, vt homines alijs alij præeſſent & ſtultitia, & prudentia,cæteriſq; intēlligentijs. Neq; ſicut in hominibus hora præ-

† Al. id genus.

ualet

valet materiæ ſpermatis eorũ, vt conuertat illud & firmet in humorum proprietates, quibus horę E
illæ deputatæ ſunt, ſed extra infirmitas & natura ſpermatis eorum trahit vim & dominium humo
rum in ſui materiã: quia adeo fixum & inconuertibile eſt ſperma eorum, vt nunq̃ oẽ, ſed aliquãdo
ex parte mutari contingat: quod in oĩbus certum eſt, quia in tantum agile & conuertibile eorum
ſperma eſt, vt vis horarũ, & dominium humorum potius prędualeat ſpermati ad illud cõmutandũ,
q̃ vis ſpermatis illius. Nam & ſi in ſingulis horis ternis ſinguli dominent humores in vnoquoq;
homine, horæ tamen illius ſemper prędualet vis, in cuius horis natus eſt: nam ex debilitate ſperma-
tis aliquando contingit, vt minus vigeat in homine vis humoris, in cuius horis natus eſt.

De Immortali Subſtantia, Qualiter Viſibili & mortali copuletur.

PErſcrutati ſunt alij philoſophi porphyrici, quo modo ſubſtantia incorporea poſſit vel eſſe vel
iungi in ſubſtantia mortali. Sed non ſicut quatuor elementa coniunguntur in conſtitutione
alicuius ſubſtantiæ, ſed animę ſpiritualis virtus ſenſuum corporis, qui ſunt virtus corporis, iũgitur
* Al. verbo Dei verbum. Et etiam hoc cauſa non eſt extranea à cognitione, q̃ ſubſtantia incorporea ſit humiliata
ad conſtitutionem alterius ſubſtantiæ: poſt cuius completionem illa ſubſtantia tenet ſe in ſua pro-
prietate: & eius differentia ſemper ſimiliter ſit per ſe: & eius altitudo nunquã eſt accidentalis, ſicut
† Al. deſtruit. altitudo illius ſubſtãtiæ quam complet: & eius differentia † diffinit oẽm accidentalem differẽtiam F
corpoream: & nulla differentia accidentalis poteſt eſſe firma in ſua ſubſtantia. Hoc dicit Porphy-
rius ad oſtenſionem coniunctionis animæ cum corpore: & per hoc affirmat verbũ Dei in ſapien
tia hominis eſſe. Ad quod oſtendendum fecit Iſagogas: in quibus oſtendit differentias animæ fir-
mas & immortales, & differentias corporis eſſe mortales.

De Spiritu quid ſit: & Qualiter operetur in tota parte.

SPermatici ſpiritus virtutes ſunt tres: quarum prima, eſt neceſſitas: ſecunda, virtus: tertia, orga
num. Neceſſitatis duo ſunt opera: nam & calorem cuſtodit, & ſpiritum animalem nutrit. Vir
* Al. diſcernit. tus vero eſt complementum. Organum vero diſcũrrit oĩa ex opere animæ. Spiritus aũt ille, cuius
origo eſt à corde, porrigit ſe p arterias & venas, dans in venis ſanguinẽ, mutando ſe in calorem na-
turalem & ſpiritualem vitam. Fumus autem progrediens ex calore ſanguinis, eſt nutrimẽtum ipſi
ſpiritui: qui fumus ſpiritualis mittit ſe à venis in arterias, exiſtens animatio totius corporis & nu-
trimentũ: quæ partim vertit in carnẽ, & partim p poros mittit ad procreationẽ pilorũ: nec ſolum
eſt fumus ſanguinis, immo habet admiſtam ſibi ſubtilitatẽ ſpiritus, decurrens per totũ corpus. Sã
guis purgat p hepar: ſpiritus vero in arterijs clarificat ex fumo caloris à corde venientis: cuius cla
rior pars aſcendit p quaſdam arterias ad caput: et ibi ſe ſecundario clarificat per calorẽ ſurſum pro- G
cedentem à corde: & clarificatus vadit p duas arterias in neruos, qui ſunt harmonia triũ ventricu-
lorum capitis vſq; ad animã: cui ex nimia ſubtilitate ſui cõnexa eſt aĩa: per quam anima miniſtrat
phantaſiam ſuam harmoniæ totius corporis: & harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammo-
nius, Democritus, & alij complures, q̃ ille ſpiritus eſt corporeus: & ipſe idẽ eſt anima, hac ratione,
† Al. p poros. q̃ miniſtrando phantaſiã ſenſibus, & ſenſus corpori, findens ſe † in parte dat corpori ſenſum. Hinc
ẽt accidentalis probat eſſe, quia harmonia capitis eo conſumpto neceſſario trahit alium ſpiritum
p eaſdem arterias ad nutrimentũ animæ: quia ſi ſubſtantialiter ineſſet, nõ eſſet opus alium attrahi.
Vnde per hunc & ipſa anima corporea probatur. Porphyrius non conſiderat quidem aĩam, ſed
conſiderat ſpiritum animatum rationalem, oſtendens ſpiritum hunc in Iſagogis corporeum eſſe
ad opus animæ, non ipſam animam. Sed Socrates, Plato, Ariſtoteles, & Theodorus Platonicus,
& Andronicus peripateticus, & Porphyrius, & alij complures vnanimiter affirmãt, q̃ nec corpo-
rea eſt, nec lege loci tenet, nec ſcinditur: quia cũ totũ corpus virtute ſua illuminet ad quęlibet exte
riora progrella, non tamẽ in ſubſtantia ſua aliquam ſciſſionem patitur. Et ſicut aer Sole illumina-
* Al. primam tur, ſic corpus anima. Et ſicut aer per Solis lumen prõpriam omniũ rerum confert oculis intelligẽ
* Al. primam tiam, ſic anima corporis harmoniæ p ſpiritualem ſuæ ſapientiæ lucem, & prõpriam & ſecundã in- H
telligentiam confert. Et ſicut lux Solis, quę incorporea eſt, ſuum complens effectum, nullam pati-
tur diuiſionem, ſic & anima. Sicut etiam lumen Solis, quod incorporeum eſt, ſeparatur ab aere &
ab omni intelligentia oculorum ſine corruptione, ſic anima quæ incorporea eſt, ſeparatur ſine cor
ruptione à corpore. Empernomos philoſophus dicit non eſſe mirum aĩam, que eſt ſubſtantia in-
corporea, poſſe ſeparari à corpore, cum ignis qui eſt ſubſtantia corporea, poſſit ſeparari à lignis,
* Al. naturam quibus eſt iunctus, & reuerti in primã & propriam mãteriam ſine ſui corruptione. Sicut etiã So-
lis lumen illuſtrandum hominibus ſola vi vtitur ſua, non indigẽs vi alterius quæ attrahat quaſi ad
complementum prioris virtutis, ſic & anima. Dicit Ariſtot. in Phyſica eſſe quinq; partes animæ,
phyticon i. nutricem, eſtheticon i. ſenſualem, cineticon cata topon i. vim ad omnia loca progrediẽ-
di, noeticon i. intellectualem. Anima enim, quoniam generatur à natura corporis, cum natura ip-
ſius corporis vadit ad quatuor elementa: inde ad ſubſtantias inanimatas, vt ad lapides, ferrum, au-
rũ, propter nutrimentũ: inde ad arbores, dehinc ad beſtias, inde ad homines: quemadmodũ enim
† Al. redeũt ad hominem. aqua diuidit in partes, quę poſtea † redimit in homine: qui ſi bonus & purus fit, eius aĩa in cœlũ cla
ra redit. Sed Porphyrius non conſentiens Ariſt. dicit q̃ nulla harũ partium ſeparat à ſubſtãtia ani
mæ, cum omnes phyſici dicant animã nouam de cœlo immitti, & aſſociari ſpermati in matrice, vel

puero

A puero prius formato: vnde si malus fuerit homo, vadit in bestiam, & inde redit ad hominẽ: à quo si bonus fuerit, vadit in gloriam. Porphyrius vero negans hæc omnia, dicit animam potius de bestia in bestiam ire, de homine in hominem, deinde in cœlum.

De Natura Pueri secundum horas Humorum.

NOtandum aũt est, sperma non semper animatũ ab hoĩe venire in matricem, sed tunc tm̃ qñ à Deo statutũ est gigni infantẽ: & tunc aĩa sociat̃ spermati. Stoici dicebant animas quotidie creari, & corpori prius in matrice cõpositio immitti, & oẽ corpus nouũ, & tẽporaliter creatũ, esse mortale. Porphyrius renuit, ostendens sic opus Dei esse debile, cũ sit necesse quotidie creari. Sed sciendũ nobis est q᷑ animę semper suã vitam firmam habent & stabilẽ ab initio: & sic nõ est opus Deo facere nouas vnaquaq; hora. Dicit Hip. ‖ q᷑ si mulier recipit sperma in prima, vel in secũda, vel tertia hora noctis vel diei, infans cõtrahit ꝓprietates sanguinis, quia horæ sunt eius: si in quarta quinta sexta, choleræ rubræ: si in septima octaua nona, phlegmatis: si decima vndecima duodecima, choleræ nigrę. Quo'd si in sinistra parte matricis in horis sanguinis conceptus maneat, pater vero & mater in horis choleræ rubræ cõcepti fuerint, nõ trahit infans figurã ex cholera rubra patris ac matris ꝓp fragilitatẽ sinistræ partis: & habet causas passionũ ex phlegmate vel à cholera ni
B gra pluſq; ex cholera rubra, nõ tm̃ tanti acuminis, quantum si esset in dextra parte. Licet aũt in ista parte sit virtus choleræ nigrę, & ꝓp frãgilitatem eius sit virtus phlegmatis ibi, tm̃ infans à sanguine suarũ sumit initium passionũ. Si vero in dextra parte sit cõceptus in horis sanguinis, pater vero et mater in horis choleræ rubræ, licet plus retineat figurã à patre & à matre ex cholera rubra, q̃ ex sanguine, tm̃ retinet ꝓprietatẽ passionũ à suo principio i. ex sanguine: q̃ passiones sunt hæ: synochus, pleuritis, spasmus, apostemata, causus, & aliæ passiones hmõi: habet ẽt sanguis acutionẽ à cholera rubra. Si infans cõceptus est in horis cholerę rubræ, & genitores in horis sanguinis, ex his trahit figurã: magis tm̃ à suis, à quibus ꝓprietatẽ passionum retinet: quæ sunt febris acuta, tertiana, synochus, dysenteria, cephalalgia, phrenitis, icteritia, & similia. Si vero in sinistra cõceptus sit horis p̃dictis existẽtibus suis & genitorum, puella magis retinet figuram sanguinis à patre & matre, q̃; ex natura choleræ rubræ: frigiditas enim sinistri lateris superat proprietates passionũ: tm̃ inhærent ei choleræ rubræ, quæ propter frigiditatẽ minus sunt acutæ q̃; in dextra parte. Si vero in horis choleræ nigræ concepti sunt pater & mater, & infans in sinistra sit parte, si puella est, naturaliter melãcholica est, vel paralytica, splenitica, quartanaria, epileptica, stulta, & iners: similis est ẽt patri & matri, nec alio modo potest tẽperari natura eius. Si vero sperma est in dextra, non semper, nec ita p̃dic
C tas habebit passiones, ꝓp temperamentũ caloris hepatis, & fellis: & quia hic calor accidentalis est ei, non potest prorsus pellere naturalia. Horæ autem choleræ nigræ, & cæterorum humorũ determinant̃ per cursum planetarũ. Quo'd si puella sit concepta in horis choleræ nigræ, pater & mater vero in horis phlegmatis, puella retinet figurã phlegmatis, magis tm̃ choleræ nigrę: & inde habet causas passionum. Si sit in dextra, magis retinet figurã patris ex phlegmate temperato à sanguine: sed passionũ proprietatẽ habet à cholera nigra non ita acutarũ, propter calorem dextræ partis.

Si conceptio oĩum sit in horis phlegmatis, & sperma sit in sinistra, puella est phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthisica, cephalalgica, dolens in omni mẽbro, dolens in renibus in matrice & similia: & partim habet passiones à cholera nigra, propter affinitatem phlegmatis. Si vero sit in dextra parte puer, eadem patietur, sed temperate, propter sanguinem & choleram rubrã.

Si pater & mater cõcepti sunt in horis phlegmatis, puella in horis sanguinis, trahit à phlegmate, sed non acutius, propter maiorẽ sanguinis proprietatem. Si vero pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, & puella in horis phlegmatis, contrahit passiones à cholera rubra & sanguine æqualiter, magis tm̃ à phlegmate: quæ passiones temperantur per sanguinẽ. Quo'd si cõceptio sit in horis sanguinis, patris vero in horis phlegmatis, matris in horis choleræ nigræ, à sanguine pas-
D sionẽ ducit: & figurã & partẽ à patre: nullam vero à matre figurã, sed tm̃ debilitatem & inertiã. Si in sinistra est, plus à matre minus à patre: proprietatẽ passionũ à sanguine, q̃, ꝓpter frigiditatẽ sinistræ non sunt ita acutæ, sicut in dextra essent. Quo'd si puer cõceptus sit in horis choleræ nigrę, pater in horis choleræ rubræ, & mater in horis sanguinis, partẽ figurę retinet ex patre & matre: minorem partem ex cholera nigra: sed maiorem partẽ passionum habet ex cholera rubra, minorẽ vero accidentaliter à sanguine & cholera rubra: quę passiones aliquantulũ sunt tẽperatæ. Si in sinistra est puella, plus cõtinet ex cholera nigra: minus enim à matre, nihil ex patre: passiones ducit ex cholera nigra, & sunt acutæ. Quo'd si pater & mater concepti sunt in horis choleræ rubrę, et puer in horis sanguinis vel phlegmatis, plus retinet figurã p̃is à cholera ru. mediocrẽ figurã à matre & minorẽ: passiones à cholera ru. & sunt tẽperatę. Si p̃ & mater concepti sunt in horis sanguinis, puer in horis phlegmatis, & sit in sinistra, maiorẽ partem figuræ habet ex patre, mediocrẽ à matre, minorẽ à phlegmate, passiones à phlegmate et sanguine. Si vero est in sinistra, plus habet à cholera ni. & phlegmate, minus à matre, nihil ex patre, passiões ex phlegmate et cholera nigra. Quo'd si oĩum cõceptio est in horis sanguinis, habet figurã à patre: et si sperma matricis superabũdet et sit sanũ tota est ex parte p̃is figura: passiões sanguinis & acutæ. Si cõceptio oĩum in p̃dictis sit horis, & in sinistra sperma, & matris sperma sit debile, tunc filia maiorẽ partẽ figuræ retinet à matre, minorem

Hip. ī li. de genitura ad mediũ, affert rõnem, cur fœtus aliquando patri magis similis sit, q̃ matri, & è contrario: de horis istis autẽ nulla mẽtio fit. Ibidem cur modo mares, modo fœminę gignant. * Al. frigiditatẽ

minorem ex cholera nigra. Si ſperma matris eſt debile, patris vero ſanũ & forte, totã figurã habet E
à patre, debilitatẽ vero corporis à matre: paſſiones à ſanguine, partim à cholera nigra accidẽtaliter. Si oĩs cõceptio eſt in horis choleræ rubræ, & ſpma patris eſt forte, & matris debile, totã figurã habet à patre. Et ſi ſperma matris eſt forte, & patris debile, equã vtriuſq; cõtrahit formã: & aliquãtulũ tñ habet à cholera rubra, & paſſiones acutas. Et ſi tũc fuerit in ſiniſtra, partẽ figurę habet à cholera, et tantundem ab vtroq;, paſſiones vero à cholera rubra. Si vero ſperma patris ſanũ eſt, matris vero debile, figurã habet vtriuſq;: ſi vtrũq; debile, totã figurã habet à phlegmate, parũ à ſanguine, & cholera rubra. Et ſi tũc in ſiniſtra fuerit, parũ habet ab vtroq;, ſ. partim à cholera nigra et phlegmate, plus a cholera nigra pp frigiditatẽ illius partis. Quo'd ſi æqualia ſint & ſana, ab vtroq; continet figurã æqualiter: & parũ vero à cholera nigra & accidẽtaliter. Quo'd ſi ſperma abũdet & ſanũ ſit, plus habet à matre q̃ à patre: paſſiones ex phlegmate. Quo'd ſi cõceptio oĩum fuerit in horis choleræ nigræ, & vtrũq; ſperma debile fuerit, ab vtroq; partim figurã recipit: plus vero à cholera nigra, & aliquãtulũ à cholera rubra & ſanguine accidẽtaliter: Si vero ſana fuerint, vtriuſq; figurã retinet parũ a cholera nigra, & ẽt à cholera rubra accidẽtaliter. Quod ſi ſperma, abũdet matris, plus figurã habet à matre: & ſi ſperma patris ſupabundet, plus habet à patre, & à cholera nigra paſſiones. Si ſana fuerit, vtriuſq; figurã retinet, ſed plus à matre. Et ẽt ſi ſperma matris eſt ſanũ, patris ve- F
ro debile, habet figurã à matre, minus vero à patre: ſi cõtra eſt, æquã habet ab vtroq; figurã, & cholera nigra. Si plus ſupabundat materia, plus habet à matre, paſſiones à cholera nigra plus, minus à phlegmate. Si ſpma oĩum fuerit in matrice matris eorũ in eiſdẽ horis, magnę eloquẽtię erunt. Si pater & auus infans vel puer concepti ſunt in horis ſanguinis infantis, mater vero in horis phlegmatis: & ſperma matris ſuperet, ſed tñ debile: à neutro trahit figurã, quia illius ſperma minus eſt, huius vero debile eſt. Qñ vero habet puer principiũ ab horis ſanguinis, ſicut auus eius, retinet ab eo figurã. Si pater fuderit ſemẽ in horis ſanguinis, mater vero cõcepta ſit in eiſdẽ horis, cuius ſperma fortius & ſanius ſit ſpermate viri debili, non capit figuram patris, quia ſperma eſt debile: ſperma vero mulieris fortius & ſanius vertit ſperma viri in ſuam proprietatẽ: ſed poſtea ſuperueniẽte aliqua paſſione vel phlegmate vel cholera nigra vel alijs humoribus, debilitatur figura matris: & ideo puer nõ potuit eius retinere figurã. Et quia auia eius pueri eſt cõcepta in hora ſanguinis: & ſicut puer cuius ſperma reduxit ſperma viri ſui ad naturã, ſperma illud quia eſt materia pueri acuẽs ſe in ſeptima, non potuit venire in figurã patris & matris pp ſupradictas paſſiones, venit aũt in figurã auiæ. Si vero fortius eſt ſperma aui ſpermate auiæ, tũc retinet figuram aui, ſi concepti fuerint in eiſdem horis. Ideo puer exiſtẽs in tertio ab auo ſuo vel ab auia iuuamen habuerit ſuæ figuræ, & G
non à patre vel matre, qui ſunt in ſecũdo loco, vel vtriq; ſperma fuit debile: tñ quia opera planetarũ ſemper ſolẽt miniſtrare proſperitatem ſm imparem vſum, vel diuerſitatem naturæ ſm parem
* numerum. Si vero ſperma patris vel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec ſecũdus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo vel auia: & hoc propter naturam & vim loci & horarum.

De Conceptione Pueri Alterata à Stellis, & non à parentibus.

In lib. de genitura ad finem Hip. affert cauſam, cur part' mutilati naſcantur.

COntingit ẽt aliqñ infantem nulli parentum eſſe ſimilem, et hoc fieri per naturam planetarũ: naſcit enim ‖ aliquãdo mutus, vel carẽs pedibus, manibus, oculis, &c. Philoſophi vero indubitãter aſſerũt teſte Hipp. q̃ oĩs ſubſtãtia corporea animata iũcta ſit & ligata in planetis & ſignis, quatuorq; elementorũ nexibus. Et hoc approbo auctoritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ ſic dicẽtis, q̃ Natanabus Rex Ægyptiorũ pater eius ſm opera planetarũ cũ matre ſua Olympiade cõcubuit: & per ſuã mathematicam & aſtronomicã rationem p̃cauit, vt non cognoſceret eam niſi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarũ & ſignorum figuram traheret, nõ ex patre vel matre. Cõſiderauit enim propriẽ Solem venturũ in leonem, et Saturnũ in taurum, à quibus volebat filiũ ſuum naſciturũ figuram & naturã principaliter retinere. A leone igiẽ tenuit criſpitudinẽ capillorum, citrinum colorẽ, & toruum, aſpectũ & vultum, & irã, & robur. Et quia aquila retinet H
proprietatẽ à leone in hoc ſolo, q̃ aquila altius volat cæteris auibus, & acutius videt, ideo Alexander habuit ex proprietate ſui ſigni oculũ vnũ aquileũ & naſum. Et vt Sol clarus eſt præ cæteris, et qñ eſt in leone fortior eſt, ſic ille toti mũdo dominatus eſt. Ex tauro vero contraxit cornutam frõtẽ, & corpus altũ, & ferociã: taurus. n. terrã findit ingenio ſimplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatẽ in ſigno tauri & magnitudine & ſenſu, & draco ſupra habet dentes acutos, & alterũ oculũ, in ſimilitudinẽ draconis oculos habuit. Et vt Saturnus altior eſt oĩbus planetis, & in humilitate & ſubtilitate ſuperat opus cæterorum planetarum, ſic Alexander totum orbẽ ſuperauit.

De Natura Duodecim Signorum.

SCiendum itaq; eſt de ſignis duodecim, tria eſſe calida & ſicca. Aries. n. ca. eſt in ſecundo gradu, ſic. in tertio. Leo calidus eſt & ſic. in quarto gradu. Sagittarius ca. in primo, ſic. in ſecundo gradu. Alia tria ſunt fri. & humi. ſ. cancer, ſcorpio, & piſcis: nã Cãcer eſt Lunę ſedes. Scorpio hu. in primo, frigi. in ſecũdo. Piſcis frigi. in primo, humi. in ſecũdo gradu. Alia tria ſunt ca. & hu. Gemini ca. eſt in ſecũdo, hu. in primo. Libra ca. eſt in primo, hu. in ſecũdo. Aquarius ca. in primo, hu. in ſecundo. Alia tria ſunt fri. & ſic. Taurus fri. in tertio, ſic. in ſecundo. Capricornus fri. in ſecũdo, ſic. in tertio. Virgo frigi. in ſecũdo, ſic. in tertio. Alij Philoſophi dicũt q̃ Gemini ſunt ca. & ſic. in

tertio

A tertio gra.& virgo ca.& hu.in primo,& ſagittarius ca.& hu.in principio ſecũdi: & aquarius frí.et ſic.in tertio gra. Aries,leo, ſagittarius, ſunt orientales,ca.ignei,& ſicci. Taurus, virgo, capricornus,ſunt terrei,frígidi & ſicci,meridionales.Gemíni,líbra,aquarius, ſunt occidentales, aerei,calidi & humídi. Cancer,ſcorpio,piſces,ſunt aquatici,frígidi & humidi,ſeptentrionales.

De Differentia Septem Planetarum.

AB hís oĩbus ducunt elementa rerũ naturas ſuas & qualítates p̃dictas: & opera planetarũ cõplent̃ & perficiunt̃ per ſigna p̃dicta.Et quía elemẽta iuncta ſunt ſignis naturaliter,ẽt ex elementis cõſtat oĩs ſubſtãtia corporea animata.Ergo elemẽta opus recipiũt planetarũ à ſignís, & illud trahunt oĩ ſubſtantíæ animatæ corporeæ, & illud eſſe natura à ſignís habet, & aliud i.efficaciã & operatíones à planetís.Naturã enim dícimus ín calore,& frigiditate, & cæteris: operationẽ vero ín valetudíne,pulchritudine,pígritia,velocítate,& ſimílibus: quæ contingũt ínfantibus, etiam ſi non fuere ín genitorĩbus.Multa enim de hmõi materia dícturi ſumus,ſed in p̃ſentí omittamus.

De Alteratione Signorum & Planetarum.

QVatuor autem ſunt elementa ac temporaneæ mutationes, quæ fiunt f̃m curſum & rõnem ſignorum & planetarũ. Temporum quidẽ alíud eſt calidum & ſiccũ, vt æſtas: & hoc fit ex
B natura ſignorum eiuſdem cõplexionís,ſ.ca.& ſic. Alíud vero calidũ & hu.i.ver,ſicut alía tría ſigna. Alíud frigidũ & ſic.ſ.autumnus f̃m ſua tría ſigna. Alíud vero frigidũ et hu.ſ.hyems f̃m ſua tría ſigna. Et vnumquodq; tempus f̃m naturã ſuorum ſignorũ acuit et mouet materiẽ elemẽtorum,q̃ ſibí eſt conueníens,quod tñ aliq̃ mutarí ſolet. Nam cum ęſtas debeat eſſe ca.& ſic.naturaliter,tñ eius calor mínuitur & temperat̃ ex frígiditate,non ex ſua natura,ſed ſignorũ: nã ſi ex poteſtate capricorni & planetæ eius,generentur ſeu creentur res alícuius anní, ex eorũ frígiditate tẽperatur æſtatis calor,& ex ílla frígiditate ínnaturalí æſtatis currentis & cõtrarĩante,cõtrarię naſcuntur paſſiones. Æſtate vero tranſeunte venit autumnus quí frígídus & ſic.naturaliter eſt,ſed ex capricorní natura,quí poteſtatẽ habet anni,vt díximus,ſuperuenit altera frígiditas, quæ auget frígíditatem & ſic.autũní: quę res eſt contraría quatuor elementís in corpore exíſtentíbus: eſt enim in íllo tẽpore maxíma grauitas & ínterperies. Et ex affinitate autumni quí nímís eſt frí. & ſic.ſuperuenit hyemí magna íntemperies, adeo vt ſuperetur ín oĩbus quatuor elementorũ temperata natura: putrefacta.n.liqueſcit à ſua proprietate. Aduenĩẽte aũt vere quod eſt calidum & hu. temperat̃ eius calor ex frígiditate capricorni atq; hyemís iam peractæ. Deinde calor veris & æſtatis cõtemperatur hyemís peractæ & capricorní frígiditate, cuius poteſtas íllo víget anno:ſicut vnũquodq;
C ſignum ſuam habet poteſtatem f̃m ſuam naturam & mutationem ſuã. Et mouetur natura temporís anní íllíus, quí pertinet ad ſignũ íllud: & ẽt per frígiditatẽ præfatã natura veris mutat̃: qua mutata turbat̃ naturalis calor humanæ naturæ: & q̃ prius erat per frígiditatẽ hyemís & capricorní rupta & putrefacta, moueť & acuítur: & generantur paſſiones q̃ ſunt propríæ íllorum temporum, quæ ſunt mortíferæ. Sí vero ex poteſtate læſionís & planetæ eius,quí ſunt calidi & ſicci,generentur res atq; creent̃,æſtas erít magní caloris & ſiccítatís: veníente aũt autũno, ex calore leonís & Solís eius frígiditas temperat̃ & hyemís: ídeoq; turbat̃ aerís natura & acuítur, tum propter naturam ſigní & planetæ,quæ ſunt calídæ naturæ, tum propter naturã ſui ípſius quí eſt calídus: & acuendo ſe,pugnat contra naturas íllorum temporũ,ſ.hyemís & autũní, quæ frígídæ ſunt naturæ: ſicq; natura humana putrída mortíferas generat paſſiones, quæ propríæ nõ ſunt íllorum temporũ. Nam ſí iu anno leonís & eius planetæ, ín æſtate generentur paſſiones acutæ & graues, tunc ſunt ꝓprię eorum: ſí vero hyeme,vel ín alíjs temporibus eorũ, quæ non ſunt propría, generantur paſſiones ad eorum proprietatem,tunc íllæ paſſiones magís erũt proprię eorum leonís & Solís,quí ſunt calídi & ſic.q̃; eorum temporum ín quibus generantur.Generant aũt alíquando paſſiones permutata natura vtrorũq; í.temporum ſigna planetæ: quæ paſſiones generant alías, q̃ non ſunt ſigno-
D rum vel planetæ vel tẽporum. Quod aũt dictũ eſt de p̃dicto ſigno et planeta,quæ ín eís ſunt propría & quæ non,de reliquís íntellige ſignís & planetis & tẽporibus. Sole.n.aſcendente frígiditas, cum tñ potius ex Sole calor íneſſe debeat: quod cõfert poteſtas Saturní ex capricorno,cuius frígiditas terræ acuít frígiditatẽ quæ aduenít: fumus ín aerẽ aſcendít, ex quo color aeris turbatur. Æſtatem vero ex Sole calor & ſiccítas, ex terræ fumoſítate frígíditas & ſicci. aerem corrumpunt: vnde animalía & nos turbamur ín íllo capricorní anno: homines grauibus infirmant̃ morbís: ſicut apparet in anno leonís deſcẽdente Sole ſuper terram.Et qñ frígiditas adeſſe debet natura hyemís redeuntís,acuitur aer ígne: & acuendo turbatus generat graues paſſiones,quæ propríæ ſunt temporís íllíus,vt dictum eſt. Símíliter apparet ín anno cancrí,quí ex eius natura acuít natura aquę: qua acuente, índe aſcendit quædam fumoſitas in aerem, ex qua turbatur aer: índe frígídæ & humídæ fiunt paſſiones,non propríæ íllíus temporís,ſed ſigní. Si vero annus eſt líbræ,acuitur,& acuendo trahit ad ſe calorem ab ígne: & tunc tempus eſt multum calídum & humídum, ſ.hyems: & índe fiunt graues paſſiones,quæ propríæ ſunt veris & hyemís,ſunt enim calídæ & humídæ.

De Alteratione Signorum,& Septem Climatum mundi.

POteſtas tamen ſignorum & planetarum non eodem modo ſe habet in omnibus partibus totíus terrę.Climata enim mundi ſeptẽ ſunt f̃m planetarum ratíonem. Anno igĩt capricorní,

quí

qui eſt frigidus & ſiccus, eſt maior frigiditas & ſiccitas in partibus illius terræ, q̃ proprie ſunt ſub E
*Al. illę planeta, i. Saturno, qui eſt frigidus & ſiccus. Nam cum aliæ partes terrę naturaliter ſint fri. et ſic. tñ ex natura & poteſtate capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur & perturbantur q̃ſ aliæ terræ, quæ non ſunt propriæ eorum. Quo'd ſi annus eorum non fuerit, tunc terra non habet moueri cauſa eorum niſi in hyeme & vere, ſcilicet per naturam: ſed quãdo planeta ſuperponitur, eſt alia ſignificatio. Illæ vero terræ, quæ proprie ſunt ſuppoſitæ Lunæ & cancro, propter affinitatem frigiditatis quam habent, inferũt commotionem in ſuo anno, non tantam quantã inferunt ſuæ propriæ terræ: quia terra illa frigida eſt & humida, ſicut cancer & Luna. Alijs vero terris, quæ neq; frigidæ ſunt neq; ſiccæ naturaliter, licet inferant contrarietatem et commotionem, tñ paruam inferunt. Similiter leo & Sol maiorem commotionem dant terræ ſibi proprie ſubiectę q̃ alijs: illi tñ quæ ſubiecta eſt libræ & arieti, licet non dent tantam commotionem, quãtam dant ſuæ propriæ terræ, tñ propter affinitatem caloris dant ei maiorem commotionem q̃ alijs, cum quibus nullã habent affinitatem. Si vero fuerit annus leonis & Solis vt dictum eſt, tunc toto illo anno dant com-
*Al. ęſtate motionem in ætate tribus menſibus, & hoc vt dictum eſt per naturam.

De Alteratione Quatuor Partium Mundi.

EST & alia in terris mutatio ſm quatuor mundi partes, diſpoſitas ſcilicet ad orientem, vel occi- F
dentem, auſtrum, & ſeptentrionem: & ſecundum altitudinem montium Soli accedentium, et ima vallium à Sole remotarum. Conſideret ergo medicus an ſit mutatio temporum propria an accidentalis, vt ſupra dictum eſt: Ætates quoq; hominum, figuras, colores, terram, vſum, paſſiones terræ in qua ſunt geniti, vtrum ſint conſuetudinariæ an propriæ: an veniant accidentaliter ſecundum mutationem temporum vel naturaliter. Si enim ſunt paſſiones ex natura terrę, aliud exigunt medicamen, quàm ex mutatione temporum naturaliter & accidentaliter.

De Diſcraſia propria Naturæ temporis Paſſionum, vel non propria.

INtuendum eſt ẽt, an natura hominis ſuæ cõcordet paſſioni & temporũ mutationi, an paſſio ſit accidentalis & mutatio temporũ, an mutatio ſit ſubſtantialis & paſſio accidentalis. Solet enim paſſio cholerica & ſanguinea mutationi temporum concordare, ſed à natura patientis diſcordare, & è contrario. Pulſus quoq; videndus eſt, an cõueniat cum ſua natura & paſſione & temporum mutatione: an tantum conueniat cum mutatione, & non cum paſſione nec cum natura: an cõueniat paſſioni, et nõ immutationi neq; naturæ: an naturæ, & non immutationi vel paſſioni: an nulli. Adhuc ẽt ſciendum eſt, an tempus tranſierit, vel præſens ſit, ſeu futurum, in quo pharmacũ dari infirmo debeat. His enim ignoratis nec bene euenientibus, miratur, & cito deſperat medicus. G
Oportet ẽt medicum noſſe, vtrũ infirmitas debeat augeri: & hoc an ſui natura, an tpis, an paſſione alia ſuperueniente: & ſic poterit dare medicamen tẽpore congruo, vt vel decreſcentẽ deprimat & tollat ægritudinem, vel imminenti reſiſtat, ne nimis ægrum tardet. Nam ſi leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruam fore ægritudinem, nihil feciſſe videbitur, q̃n grãdis infirmitas ſuperuenerit. Sciendum aũt eſt quaſdam infirmitates quibuſdam eſſe ſubſtantiales, alijs accidentales. In æſtate enim ſynochus & cauſus ſunt naturales infirmitates cholericis & ſanguineis: phlegmaticis accidentales: & ideo non eodem modo curandæ. Nam quæ potio cõuenit cholericis, per naturam temporis & morbi naturalis eis, eſt contraria alijs, et cauſa alterius morbi, id eſt phlegmaticis: eſt enim tempus, vt diximus, & morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis ſynocha & cauſo occupato, eandem dedit eiuſdem menſuræ medicinam, quam & cholerico, æſtate cito ſanabitur: quia eius complexio non eſt cholerica & ſicca, ſed eſt his contraria: cholerici vero diu infirmi manebunt, quia calidi ſunt & ſicci, & tempus: vertitur enim accidentalis febris in ſubſtantialem ſcilicet frigidam, quæ eſt phlegmaticorum. Oportet etiam ſcire complexionem: quoniam idem experimentum & eadem potio non omni danda eſt infirmo: contingit enim vt q̃ potio vtilis ei fuerit in primo vel ſecundo vel tertio periodo, in alijs non con- H
ueniat: & ideo ſm diuerſas ægritudinum mutationes ad diuerſos periodos, diuerſa conuenit dari purgantia. Attende ſm quas horas, ſcilicet an ſanguinis, vel choleræ rubræ, vel phlegmatis, vel melãcholię, magis acuatur paſſio vel minuatur. Synocha enim in horis ſanguinis ſi acuatur, ſcias eius originẽ eſſe ex accidentali mutatione ſanguinis, non à principio choleræ rubræ. Mutatur. n. ſanguis aliqñ ex cõmiſtione, aliquando ex Solis ardore, aliqñ ex itineris fatigatione, & generatur ſynocha: ex qua commotione ſanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quieſcit ſanguis, et ſynochus & cauſus generantur ex acuitate choleræ rubræ. Si vero ephemera febris acuitur in horis ſanguinis, ſcias eſſe ex phlegmate falſo coniuncto ſanguini: quod phlegma acuens ex affinitate ſanguinis ſolet verti in choleram rubram, & inde ſolet generari febris tertiana. Quartana vero ſi in horis ſanguinis acuitur, ſcias eius materiam, id eſt melancholiam generari ex putrido ſanguine ſub planeta naturę propriæ. Quo'd ſi ſynocha magis acuitur in horis cholerę rubrę, nõ eſt propria ſynocha, quia vel mutabitur in tertianam, vel in cauſum. Si vero tertiana acuitur in illis, vera tertiana eſt et propria: in illam. n. aliquando mutabitur febrem. Quotidiana vero ſi acuitur & mutatur in horis choleræ rubræ, cito vertitur in tertianã. Si vero quartana acuitur & mouetur in horis choleræ rubræ, cito vertitur in tertianam. Si vero quartana mouetur & acuitur in horis eiuſdẽ,

ſcias

A ſcias principium eius nõ fuiſſe ex putrido ſanguine, ſed ex cholera rubra peruſta in melãcholiam conuerſa. Quòd ſi ſynocha acuitur & mouetur in phlegmate, ſicut in horis ſanguinis, ſcias generari ex ſanguine iuncto phlegmati ſalſo: & proprie poſt terminum ſuum completum mutabitur vel in quotidianam, vel tertianam, licet magis affinis ſit tertianæ, q̃ quotidianæ, propter calorem. Si vero tertiana phlegmatica mouetur, & acuitur ſicut in horis choleræ rubræ, minus eſt periculoſa: mutabitur enim in quotidianam: de quotidiana vero fiet quartana: & aliquando reddit tertianam. Quòd ſi quartana moueat̃ et acuatur in horis phlegmatis, principium eius fuit ſalſi phlegmatis, quod verſum in choleram rubram incenditur, & vertitur in melancholiam: ſicut viride lignum vertitur in viuum carbonem, deinde in cinerem. Quòd ſi ſynocha mouetur in horis cholerænigræ, †minus grauis paſſio, & æger eſt piger, & grauis, & illa infirmitas habet partem non ſolum ex bono ſanguine, ſed etiam ex putrido: & proprie poſt terminum ſuum completum veniet infirmus in quartanam. Si vero tertiana acuitur & mouetur in horis melancholiæ, ſubito vertitur in quartanam. Quòd ſi quartana mouetur in horis illis, firma eſt & propria, nec mutatur in aliam propter prædictas paſſiones: omnes enim aliæ habent moueri & acui ſecũdum prædictas horas, & earum naturam & rationem: & ſecundum motum, & acutionem ipſarum, bene diſcernẽtur & B tactu, & pulſu, ſicut ex prædictis horis.

† Al. magis eſt.

De Cognitione Aegritudinis ſecundum Planetam, Diem, & Horam.

SCire etiam medicum decet planetam & ſignum, in quo æger ægrotare cœpit, & tempus ſm diem & horam. Nam ſi infirmitas fuerit ſm ſigna & planetas, ſed accidẽtaliter ex acutione ſigni & planetæ eſſet, habet aliam diſtinctionem. Si vero medicus neſciuerit infirmitatem per numerum, ideſt per naturam ſigni & planetæ, perſcrutetur pulſum & horas, vt dictum eſt.

De Qualitate & Efficacia Planetarum in ſeptem Climata.

ASſerũt etiam phyſici omnia in terris firmari & compleri ſecundum curſum & operationem ſuperiorum corporum: quorum operatio omnis ſummi Creatoris virtute conſiſtit. Elemẽta igitur quatuor, ſignis duodecim, & ſeptem planetis iuncta ſunt: & eorum cauſa, quatuor habẽt temporum mutationes: ſecundum quas humana, & omnium ſubiectorũ natura mouetur & acuitur: per quam motionem & acutionem paſſiones fiunt. Hæc autem mutatio eſt vniuerſalis omnibus mundanis. Eſt & alia mutatio ex natura terræ ſpecialiter & planetarum conſtans in diuerſis regionibus. Quadrifidus enim orbis etiam in ſeptem diuiſus eſt partes ſecundum ſeptem planetas, qui per aſtrolabium diſcernuntur. Sciendum eſt tamen partes illas ſeptem non eſſe contiC nuas, ſed in toto mundo diuiſas. Terra enim illa, quæ eſt frigida & ſicca in quarto gradu, ſub poteſtate eſt Saturni, qui eiuſdem eſt naturæ. Quæ vero frigida eſt & ſicca in primo gradu, ſub Iouis imperio, qui eiuſdem eſt naturæ, & qui etiam affinitatem habet cum natura rerum omnium maximeq; ad gaudium pertinentium. Sed quæ calida in ſecundo, humida in primo, ſub Martis ditione eſt, & ſuæ naturæ conuenit eiuſdem. Sed quæ eſt calida & ſicca in quarto, Soli conuenit & concedit. Quæ autem calida & humida in primo gradu, ſub Mercurio. Quæ vero humida, in primo, frigida in ſecundo, habens aliquantulum temperamenti calidi, Veneri ſubiacet. Sed quæ frigida & humida in primo gradu, Lunæ conuenit. Quæque autem ſingulæ terrarum partes ſui retinent planetæ qualitates: accidentaliter tamen in naturam vertuntur planetę alterius: terra enim, quæ ex ſui planetæ natura proprie frigida ſeu calida eſſe debet, in contrariam vertitur naturam & complexionem. In complexionibus ergo præfatis, deinde etiam in altitudine, & profunditate, & erectione, & caſu, & harmonia cuiuſque planetæ conuenire debet, ad cuius ſimilitudinem compoſita eſt, & inde omne corpus ſanum vel ægrum eſt. Vnde Andronicus peripateticus aſſerit nos eſſe ſecundum noſtram voluntatem: & extra noſtram voluntatem ambulamus: & etiam contra noſtram voluntatem, quando noſtra anima ducimur, vel quando accidentaliter ex natura corpoD ris, aut iræ furore, aut alio impetu mouemur. Monet etiam ſecundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere: ſicut enim muſicus nequit chorda falſa ſonitum reddere, ſic anima prauum corpus, ſcilicet libidinoſum vel aliud, ratione ſui nequit regere: & ſymphonia inſtrumenti artificis animæ, ideſt corporis diſplicet. Andronicus igitur commotiones planetarum, & compoſitiones merito aſſerit veras: & cætera vitia non eſſe naturalia animæ: nec animam ex natura corporis conſtare, quod quidam voluere. Si enim eiuſdem eſſet naturæ, nil repugnaret quin anima rationibus ſpiritualibus ſubderet corpus, ſcilicet ieiunijs, & cæteris virtutibus corporis vitia ſubderet. Et ideo dicit Plato in logica, dum iuuentus eſt per ſenſum & rationem mundata ab omni prauitate corporis, cognoſcetis omnem virtutem: omnis enim prauitas extra naturam. At alijs elementis corpore compoſito, ipſum corpus animam mouet: quod eorum contrahit qualitates. Dicit Hippocrates in Phyſica, ‖ quòd terra eſt appoſita generare naturam corporum. Eſt autem vt terra alia dulcis & temperata, ita & homines eius dulces & manſueti. Et ideo anima mandat eis per phantaſiam ſuam omnem bonam operationem. Eſt & alia terra per naturam planetarum acuta: vnde eius homines veniunt bellicoſi. Et quia operatio corporeę materiæ ligata eſt quatuor elementis, ideo dicit Plato, quòd ratio conuenit ex ſuperioribus, & miniſtrat homini ſpiritualem intellectum, ſecundum quem diſcernit ſuperiora & inferiora, vera & falſa in theorica,

In lib. de natu. hum. com. 1. t. 31. 1ª. 31. g Idẽ ferè in li. de natu. pueri ad medium, & ad principium libri 4 de morb.

rica,& practica,i.in diuina rerum consideratione,& operum faciendorum doctrina & instructio- E
ne: praxis enim græce,operatio latine.Et quia sensus non fit cum imaginatione animæ, cito ducitur ad dissensiones rerum,vnde theorica efficitur: Deus enim omnia imprimit,& vbiq; est,& omnia implet.Inde dicit Plato q̃ homines existentes ante suum tempus, non ex virtute rationis, sed ex natura corporis,suam praxim adimplebant.Et inde affirmat Isaac q̃ terra per operationem planetarum generat naturam corporis: natura vero corporis mouet corpus in consuetudines malas, & mutationes malas.Et mutatio quatuor temporum fit per duodecim signa & septem planetas: maior est autem per Lunam & Solem.Luna vero vnoquoq; mense mundum perambulat, & dat motus quatuor elementis. Sol vero quatuor tempora anni conficit, s.ver calidum & humidum: quod si non esset,sed siccum, vt quidam volunt, siccarentur gramina, non autem augerentur vel fouerentur: & alia inconuenientia essent,si aer tunc siccus esset.

De Natura Coniunctionis & adiunctionis Quatuor Elementorum.

Hipp. in lib.de nat.hom.cō.1. t.14.1ª.29.h. calidum ait secedere ad calidum, humidū ad humidum.

ASserebant falsò quidam philosophorum,‖quòd homine mortuo humores separarentur, & ad propriam redirent naturam,vt sanguis in aerem,cholera rubra in ignem,melancholia in terram,phlegma in aquam. Hippocrates autem & Aristoteles & alij philosophi asserūt destitutis & mortuis humores in terram redire. Dissentiunt etiam Socrates et Hippocrates a quibusdā alijs F
physicis dicentibus,quòd quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum à sua substantia, sed remanent integra,nec corrumpuntur in constitutione corporis humani: sed quædam differentia accidentalis egrediens ab illis quatuor elementis temperat & regit humana corpora, quæ perit cū illis corporibus: sicut albedo vel nigredo consistens accidentaliter, in corpore destructo perit: & aliqua differentia destructa non patiuntur illa elementa aliquod damnum, quia semper sunt fixa & integra in sua substantia. Dicunt enim Aristoteles & Hippocrates,q̃ omnis creatura incorporea penetrat totam substantiam,cui aduenit intus & extra: vnde illa differētia, cum sit incorporea, est veniens ad humana corpora ab illis quatuor elementis æqualiter intus & extra. Sed illa differētia tantum est extra & non in figura incorporea.Nam si illa differentia esset adiuncta corporibus humanis vt illi dicunt, tunc illa corpora per illam differentiam intus & extra essent vbiq; eiusdem naturæ & eiusdem coloris: sicut aqua vbiq; in tota substantia per calorem calida, per frigus frigida.Ergo sicut calor & frigiditas,quæ sunt accidentales differentię aquæ,possunt separari ab ipsa et destrui permanente substantia ipsius aquæ, sic illa differentia, quando accidit corporibus nostris, perit, remanente natura & proprietate nostrorum corporum: quorum differentia accidentalis apparet extra,& potest destrui,sicut ipsa corpora sunt mortalia. Dicit nāq; Hippocrates, Sicut nulla G
substantia incorporea habet nutrimentum à differentia corporea,sic nulla substantia corporea potest nutriri à differentia incorporea. Vnde testante Hippocrate‖aer & aqua & ignis iunguntur et efficiuntur vnum: quibus terra propter suam nimiam ponderositatem nequit adiungi, sed mandat suam frigiditatem & siccitatem,quæ temperat illa tria, & sic complent naturam corporū: sicq; mortuis omnia illa rediguntur in terram. Et ideo sciendum est, q̃ terra secūdum grauedinem suā non potest associari alijs tribus elementis in constitutione humanorum corporum: nam postea illa tria propter grauedinem terræ non possunt explicare suam operationem. Aqua turbulenta & commista terrę nō potest se mouere, nec in aliam partem suā vim emittere. Item,sicut videmus,q̃ turbati sanguis & cholera vertuntur in melancholiam: melancholia vero in nullum supradictorum nisi in phlegma,& de phlegmate in alios: ita aer ignis et aqua vertuntur in terram,de terra in humiditatem,& de humiditate in alia elementa.

Fortasse illud quod ab Hip. dicitur in li.de dieta primo ad principiū, Constituī oīa animātia ex duobus differentibus facultate, cōcordibus verò vsu,igne inquā,& aqua:& hæc ambo sufficiētia esse tū alijs omnibus, tū mutuo sibi ipsis.

De Mutatione Elementorum qualiter fiat.

SVpradictam hanc mutationem vocant physici hoc modo. Terra enim crescens vnaquaq; hora ex mortalitate corporum vertitur in aquam: cuius subtilitas calefacta vertitur in aerē: subtilitas autem aeris calefacta vertitur in ignem. Sicut enim aqua mittens humiditatem suam,vertitur H
in terram accidentaliter,sic terra inde crescens accidentaliter,amittit tunc siccitatem suam,et vertitur in aquam: & sic considerant naturam aliorum elementorum.Et ideo dicit Aristoteles q̃ nullū difficile aut dissolubile nomen est fixum & firmum circa aliquam substantiam.Nam illud quomodo dicitur per supradictam creaturam q̃ terra vertitur in aquam, aqua in aerem, aer in ignem, sic ignis ingrossatus & infectus vertitur in aerem,aer ingrossatus vertitur in aquam, aqua ingrossata in terram: quę,vt dictum est,iuncta insimul fiunt corpora nostra. Corpora vero nostra vertuntur in terram, & vnumquodq; vertitur in aliud.Et ideo dicit Aristoteles q̃ hæ quatuor materiæ non habent hæc supradicta nomina fixa & stabilia sibi, sed propriè dicitur substantia: nā in quodcunq; vertitur aer vel aqua,tunc dicitur substantia.

De Mutuis Conuersionibus Elementorum.

COnueniunt autem & differunt elementa differētijs & qualitatibus. Sicut enim aqua frigida & humida cōtraria est igni,& mutat eius proprietatem,ignis vero calidus & siccus,terra frigida & sicca,aer calidus & humidus, aqua frigida & humida: & his qualitatibus ad se inuicem colligantur attrahentes semper consimiles qualitates,vt aqua terram siccam frigidam: deinde contēperant se in contrarijs,nam siccitas terræ per prædictam frigiditatem trahitur ad humiditatē aquę siccandam:

A ſiccandam: ita etiam humiditas aquæ aſcendit ad ignem tracta per aerem illuc, & ita vel annihilat contrarium ſuum, vel attrahit. Aqua igitur per frigiditatem ſuam terræ iuncta à terra trahit frigiditatem & nõ ſiccitatem: aer aquæ per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis vero aeri per caliditatem conuenit, & illam ſuſcipit ab aere. Vnde dicit Ariſtoteles, quòd duo ſunt genera aeris, vnum ex fumoſitate aquæ, aliud ex fumoſitate ignis, qui ſuam caliditatem & ſiccitatem mutans vertitur in fumoſam materiam. Hoc facto aſſociatur ſupradictæ materiæ, quæ eſt fumoſa, & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquando ex frigiditate & humiditate aquæ acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit ſuum calorem, & ſic vertitur in ſuam materiam ex qua fit, ideſt aquã: ex eius enim cõſtat fumoſitate, vt dictum eſt. Aqua vero ſi de terra, inſpiſſatur & amittit humiditatem: recipitq; aqua & terra ſiccitatẽ, & in eius redigitur naturã. Naſcuntur ex his corruptelæ corporum: nã aer intra ignẽ & aquam ſtans tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur, & calefit, & fumoſitas illa in aerem ſurgit, & inde aer turbaſ, & etiam frigiditate contrahente à terra, & calore deſurſum ab igne. Nouem autem ſunt naturæ ſeu qualitates corporũ: octo intemperatæ ſcilicet, & quæ conueniunt omnia animali, ſcilicet calida, frigida, humida, ſicca: calida & ſicca, calida & humida, frigida & humida, frigida et ſicca: nona vero ſoli homini cõuenit, B & eius ſolam temperat naturam. Et ideo vtile eſt noſſe, quæ harum octo ſunt ſubſtantiæ, & quæ differẽtiæ. In igne ergo calor eius eſt differẽtia virtutis ipſius: quo calore amoto, attrahit ſiccitatẽ & remanet quędã fumoſitas calida, quæ eſt ſubſtãtia. Aeris vero differentia eſt calor, qui deſignatur & reuertitur ſæpius, vt dictum eſt: ſubſtãtia vero eius eſt humiditas, quę aliquando deſiccatur vt ſolet fieri quando vertitur in terram, illa enim ſiccitas eſt ei accidentalis: quæ & ſiccitas eſt accidentalis, ſi duret frigiditas: nã dum redit in ſuam propriam naturam, amittit ſiccitatem, ſemper autem eſt humida. Et ſciẽdum eſt, ꝙ aquæ humiditas eſt idẽ, quod eius frigiditas, nec ſunt habendæ pro duabus differentijs, ſed pro vna tantũ: nam ex nimia frigiditate terrę fit nimia frigiditas aquę, vnde in aqua differentia eſt eius humiditas. Siccitas autem terræ eſt differentia: poteſt tamen remoueri à terra eius ſiccitas, licet videatur eius ſubſtãtia: eſt enim cum ipſa frigiditate, verum & ipſa poteſt remoueri à terra. Eſt igitur eius ſubſtantia humiditas: in primis enim terra fuit humida: & eius ſiccitate remota, & frigiditate, quæ eſt eius ſiccitatis, terra vertitur in humiditatem.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE NATVRA ET ORDINE
CVIVSLIBET CORPORIS
CENSVRA

Liber ordine & iudicio carens.

De Quatuor Humorum Natura.

D Licet te ſciam, chariſſime nepos, græcis literis eruditum ad hanc diſciplinam poſſe pertingere, tamen nequid tibi poſcenti ad memoriam denegetur, ex libris medicinalibus, Hippocratis intima latina feci: quod quia dignus es fideliter trado, daturus tibi aui tui patris mei librum, ex quo mundi rationem cognoſcas: vt noſſe poſſis quanta fuerit generis noſtri ſapientia. Nunc vero tibi corporis vniuſcuiuſq; naturam & ordinem aggrediar exemplificare. Corpus igitur hominis ex quatuor humoribus conſtat: nam habet in ſe ſanguinem, choleram rubrã, choleram nigram, & phlegma. Qui quatuor humores habitant vel dominantur in locis ſuis. Sãguis dominatur in dextro latere in hepate, quod iecur vocamus: ſic & cholera rubra ibidem dominaſ: in ſiniſtro vero latere, ideſt in ſplene cholera nigra dominatur: phlegma autem in capite, & alia pars in veſica: alia pars ſanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipſorum talis eſt. Sanguis eſt feruens, humidus, & dulcis: cholera rubra eſt amara, ignea, & ſicca: cholera nigra eſt acida, frigida, & ſicca: phlegma vero eſt frigidũ, ſalſum, & humidum. Hæc omnia creſcunt ſuis temporibus. Sanguis enim creſcit tempore ab octauo idus Februarij vſq; in octauũ idus Maij, & ſunt dies xcij. Cholera vero rubra in æſtate ab octauo idus Maij vſq; in octauum idus Auguſti, & ſunt dies nonagintanouẽ. Cholera autem nigra autumno ab octauo idus Auguſti vſq; in octauũ idus Nouembris, & ſunt dies nonagintaunus. Phlegma vero hyeme ab octauo idus Nouembris vſq; in octauũ idus Februarij, & ſunt dies xciij.

*Al. alterat.

Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. Sanguis enim dominatur horis ſeptem ab E
hora noctis nona vſq; in horam diei tertiam. Exinde dominatur cholera rubra vſque in nonam
diei horam. Deinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona vſq; in horã noctis tertiã. Phleg-
ma autem dominatur ex hora noctis tertia vſq; in horam noctis nonam. Hæc omnia habent re-
ſpirationes ſuas per ſingulas partes corporis, ſanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera
nigra per oculos, phlegma pes os. Diuiduntur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates, i.
phlegma in pueris ab ineunte ętate vſque ad xiiij annos cum ſanguine: exinde cholera rubra do-
minatur vſq; in annos xxv: & exinde dominatur vſq; in annos xlij maxima pars ſanguinis cum
choleris nigris: dominatur exinde vſq; in ſummam ætatem phlegma, ſicut in pueris dominatur.
Præterea hi quatuor humores faciũt in hominibus tales mores. Sanguis facit homines boni vo
ti, ſimplices, modeſtos, blandos, euchymos ſiue plenos. Cholera rubra facit homines iracundos,
ingenioſos, acutos, leues, macilentos, plurimum comedentes, & cito digerentes. Cholera nigra fa
cit homines ſubdolos cum iracundia, auaros, timidos, triſtes, ſeditioſos, inuidioſos, habentes ſæ-
pius cicatrices nigras in pedibus, vel in aliis membris. Phlegma facit homines compoſitos, inui-
gilantes, inter ſe cogitantes, cito afferentes canos in capite, minus audaces. Omnia ergo, quæ cali-
das habent virtutes in ſuperioribus locis corporis dominant. Pulſus autem ſuos hi quatuor hu- F
mores habent vel faciunt. Sanguis enim pulſus facit plenos, humidos, æquales. Cholera rubra fa
cit pulſum tenuem, citatumq;. Cholera nigra facit pulſum plus tenuem, ſed tabentẽ, veluti percuſ
ſum, & aſperitatem. Phlegma facit pulſum minus plenum, humectatum, æqualem pondere. Hi
humores ſine ſe eſſe non poſſunt, & in omnibus ætatibus dominantur: ſed quoties ex his humo-
ribus aliquis excreuerit, tunc facit ęgritudinem longam, & cauſæ veteres pro ſua vetuſtate. Et tem
perantiam, & æquitatem, & æqualitatem pro corpore ætatum omnium, hi humores ſingulis
ætatibus faciunt, quoties quiſque eorum augmentum acceperit. Et tunc longam ęgritudinẽ facit,
ſi imperitum medicum habuerit, aut certe negligentem, aut qui cauſam non intellexit, aut ex
quo humore ægritudo nata fuit. Et quidem tunc diligens & doctus ægrotanti poteſt ſuccurrere:
ſi vero negligens fuerit aut non intelligens, tandiu protrahit ægritudinem, quandiu tranſeat hu-
moris ipſius tempus, & alius exterius humor augmentum accipiat, ita vt iſte humor excludatur,
ex quo ægritudo fuerat nata. Nam ſi ſit ex cauſa ſanguinis, qui ſanguis eſt dulcis & calidus & hu-
midus, occurrendum eſt ſic: adhibeatur ei contrarium, quod ſit frigidum amarum & ſiccũ. Si fue
rit cauſa cholera rubra, quæ eſt amara viridis & ignea & ſicca & acris, debet adhiberi quod ſit
frigidum & humidum. Si autem cholera nigra fuerit cauſa, debet adhiberi, cum ſit frigida & ſic- G
ca & acetoſa illud, quod eſt calidum & humidum & dulce. Si ex phlegmate nata fuerit ægritudo,
cum ipſum ſit frigidum ſalſum & humidum, debet adhiberi, quod ſit dulce calidum & ſiccum.
Hæc quando adhibita fuerint, tunc & peritus medicus inuenitur, & ęger cito ad ſanitatem reuer-
titur. Hæc tibi pro noſtri memoria religioſe nepos dedi maiora te putans adepturum.

De Diſpoſitione Plaſmationis Fœtus in Vtero.

EXpoſitionem membrorũ, quo ordine, vel qbus iuncturis, vel quo ſchemate, homo in vtero
materno plaſmetur, hic docemus, exordiũ a capite ſumẽtes. Maioribus. n. noſtris, Apollini,
Hippocrati, Apollonio, & ęteris Santonicis placuit mortuorum viſcera ſcrutari, vt ſcirent vnde
vel quomodo morerentur: hoc autem nobis facere ipſa humanitas prohibet, eò q; ipſis ſcrutanti-
bus oĩa manifeſta atq; aperta ſunt. Et quid dixerunt? Caput noſtrũ commiſſuras habet quinque
anguloſas ſe inuicẽ cõtinentes, ſicut ſummus anatomicus philoſophus hic memorans dicit: ma
ſculus in galea commiſſuras habet quinq;: fœmina vero in circuitu commiſſuras habet: cui ga-
lea ſuperpoſita eſt, quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranis, & ſuperpoſita eſt
cunctis, quæ habet cauſa decoris, ſcilicet vt ab æſtu & frigore oculos cuſtodiat. Vbi vero galea
eſt, ſubiacent tempora, quæ continetur ſpiritualibus venis cerebri: quibus ſuperpoſita ſunt ſu- H
percilia, vt ſi copioſus ſudor fronti aduenerit, oppoſita ſtatione pilorum contineatur, donec ex-
cuſſus ab oculo ſudor auferatur. Oculi quoq; iſto ſchemate continentur. Ex naſo cerebri fora-
mina orta ſunt duo, per quæ tenuiſſimæ venæ dextra læuaq; alterius inuicem ſibi continentur.
Tunicæ ſunt quatuor vel quinq;: prima tunica appellatur ceratoides, ſecunda choroides, tertia
oroenomides, quarta tinſenoides, quinta cryſtalloides. Suppoſita ſunt oſſa oculi, quæ malas
vocamus. Dentes etiam habent viri xxxij, mulieres autem xxx, auctor Apollonius memorat,
dicens, Dentes vſq; ad caninos ſingulas habent radices: alij vero interius, qui molares dicuntur,
habẽt ternas & quaternas rãdices. Palato lingua ſubiacet, quæ cooperit canalem ſpiritualem, quẽ
Græci pneumaticum dicunt: quem canalem modo aperit, modo claudit: aperit. n. ſpiritualem ca-
nalem quando loquimur, claudit autem quando manducamus: Quod probare poſſumus, quan-
do ſorti cibo vel potu vtimur, & currit ex ſupradicto cibo in ſpiritualem canalem aliquid, ſtatim
tuſſis conſequitur, donec impellẽte ſpiritu illud repat, & in propria iterũ reuocet. Huic linguæ
dextra leuaq; parte glandulæ ſuprapoſitæ: quod autẽ ſuper pendet, vuula appellatur: poſt quam
cauernæ ſunt duæ, per quas fit infuſio vel raptus, quod Græci anarrhophema vocant, nareſq;
cum ſupradictis cauernis inſerunt, & per eaſdem vſque ad cerebrum tẽdunt. Aures vero vię ſunt

auditorię

A auditoriæ ſicut rerum natura compoſuit ad cerebrum, & à cerebro deſcendentes faciunt exhalationem. Coniungitur autem gula pulmoni. Pulmo vero in modum fabri ferrarij follis eſt conſtitutus, alter alteri ſpiritum tradens: & implet pectoris arcana. Stomachus autem ventri cõiunctus eſt, qui infra pennas pulmonis medium poſſidet. Cor vero venas habet quatuor: duas quæ ſpiritum continent, & duas quę ſanguinem trahunt: quæ ſpiritũ continent, pulmoni affixæ ſunt, quarum firma facta concatenatione totum per corpus ſanguis diffunditur, & ſic venæ pulſum reddunt. Pulſus ita nutritur, modo recipit ſanguinem, modo repellit. Cor vero, vt diximus, eſt coniunctum pulmoni: in ſiniſtra parte dominationem tenet. Id circa poſitum eſt, quod Græci pericardium vocant, attingens extremas partes pulmonis. Sed hic poſita ſunt præcordia, quæ Græci diaphragma vocant: continet aũt pulmonis ſubſtantiam, ventremq; , & inteſtina: cui iuncta ſunt latera & ſpina. Venter autem orificia habet duo, vnum proximum membranæ, quod Græci pericardium vocant, in ſiniſtra inclinatum, hoc Græci ſtomachum vocant: aliud vero in dextra parte circa iecur poſitum eſt, extenſum vſque ad longaonem, quod Græci pyloron vocant. Inde ad vtranq; partem renes. Deinde vero ineſt follis veſicæ. In ſiniſtra parte poſitus eſt ſplen, oblõgus, ventri coniunctus, continens membranas tenues, habens pinguiſſimas venas, quæ inteſtina te- *
B gunt & calefaciunt: hoc Græci epiploum vocant, ab orbo extenſum vſq; ad renẽ ſiniſtrum. Subiacet autem ſub hoc inteſtinum, quod Græci colon vocant. Sub hoc autem eſt locus continens longaonem, qui iunctus eſt veſicæ habenti collum longum, quod veretro ineſt. Veſica vero renibus continetur media vtriuſq; : ex quibus renibus decurrit ad neruos, quibus teſticuli pendent, quos Græci vocant cremaſteras, à quibus iunctæ ſunt venæ tenuiſſimæ, quæ ſperma deducunt ex cerebro: oriturq; ex ſpinæ medulla. Viris quoq; teſticulos ineſſe manifeſtum eſt: ſed alio ſchemate formati ſunt viris. Mulierum vero teſticuli breuiores & fragiliores ſunt: nam quæ maiores habent, viragines appellantur. Igitur manifeſtum eſt vnam eſſe viris & mulieribus interiorum veſcerum compaginatam lineationem. Sed multæ ſunt tunicę teſticulorum: prima euſtrephes ideſt bene retorta: ſecunda pericochliades i. circũtortuoſa: tertia perizoma i. circuncinctorium: quarta vero tunica tenuiſſima arcys i. rete appellatur. Similiter & matrix habet ſubiecta membra quibus continetur, quæ Græci cyetica, ideſt genitalia vocant: nam vt eſt maſculo veretrum, ita eſt matrix mulieri columna. Matrix enim naturaliter fragilis & mobiliſſima eſt, conſtans ex neruis, & paruiſſimis venulis, & tunicis duabus: exterius neruis eſt firma, interius carnoſa & mollis, quæ eſt directa contra inteſtina: cuius ceruix tribus foraminibus erigitur vſque ad longaonem. Sini-
C ſtra vero eſt matrix, in qua ſperma miſcetur, quando conceptio celebratur natura volente, ideſt viri ſemine & mulieris ſanguine: quamuis & virile ſperma ſanguis noſcatur eſſe. Vnde & maiores noſtri conſanguineos appellauerunt ex cõſanguinitate paterna vel materna natos. Nũc dicitur ab imperitis, quo modo ſperma ſanguis eſſe poteſt, cum ſit album? Nos tamen certa ratione probauimus. Mare enim, vt ei natura tribuit, eſt colore viride: quando autem in tempeſtatibus mouetur, ſpumam albam emittit: vel ſi vinum nigrum in quolibet vaſe exagitaretur, ſpumam candidam faceret. Simili vero ratione & ſanguinis feruor concuſſus in albedinem vertitur. Dum enim coitio fit, non ſtatim formatur infans: nam ſi quoties coitus fit, toties conceptio fieret, innumerabilis eſſet multitudo filiorum. Certo enim tempore mulier concipit, aut in initio purgationis, aut in fine: nam purgatio ſperma corrumpit, plurimo vſu ſanguinis materia ſuperante. Temporibus certis infantem componi atque formari in vtero materno manifeſtum eſt: omnis enim figura formatur in quadraginta diebus, aliquando in diebus triginta. Qui vero quadrageſimo die formantur, nono vel decimo menſe impingente naſcuntur. Manifeſtum eſt enim infantes in vtero materno ita formari. Primo enim menſe iactu ſeminis congregatur in vmbilico, & fit rhyſis, ideſt congregatio ſanguinis. Secundo menſe expreſſio corporis animam tribuit. Tertio men-
D ſe vngulę atque capilli naſcuntur, & motum facit infans. Ideoq; & quarto menſe mulieribus nauſeæ fiunt, quas Græci nautias vocant. Quinto autem menſe facit catarrhi ſignum, atque adulteria demonſtrat. Sexto menſe facit neruorum compoſitionem. Septimo menſe medullam confirmat. Octauo cum pelliculis oſſa confirmat. Nono vero menſe maturum mouet infantem. Infans vero maſculus in dextra matricis continetur, fœmina vero in ſiniſtra: nam & hæc ſigna præcedere ſolent. Quòd ſi maſculus fuerit in vtero materno dextro, robuſtior eſt: ſi fœmina, ſiniſtra. Dum er- *
go infans in vtero matris eſt, oculi genibus oppoſiti ſunt. Vnde hoc probauimus? quia genua tumentia, oculi autem concaui: ideoq; cognita rerum natura, ita natura impoſuit genua. Et genæ quoque cum acri dolore vel nimium percuſſus homo fuerit, & genua curuauerit, oculi continuo lachrymantur: non enim vult natura eos obliuiſci ſocietatem genuum. Dentes autem noſtri organa ſunt quodam modo linguæ. Infans vero dum dentes non habuerit, vagit: dum vero duos vel quatuor dentes habuerit, muſſitat: dum vero os dentes repleuerint, loquetur. Dentes enim noſtri quos habemus, alij vocantur cynodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendum habemus. Dentes enim noſtri oſſa non ſunt, nec medullam habent: ideoq; omnia oſſa cõfringunt, ſed aſſiduo humore capitis veniente vitiantur. Sicut enim aſſiduus humor ex alto in naſum veniens perforat, ita dentes vitiantur à capite.

* Al. creſcere ſinum.

De Cognoſcendis Febribus. E

DE cognoſcendis febribus omnibus ſuperius ſcriptum eſt: nũc illud ſciendum: Scito ꝙ maxime iam dixi primum cognoſcendas cauſas, & origines, & ſpecies febrium: & vt ſciamus, quæ ſunt generales, & quæ ſunt ſpeciales, ideſt quæ ſunt veræ, & quæ non ſunt veræ: & quæ ſunt tropicæ, & quæ ſunt acutæ: vel quæ ſunt ſimplices, & quæ ſunt duplices: vel quæ ſunt, quæ cum alijs febribus geminatæ fiunt: & quomodo accedant, & quomodo recedãt, ideſt qualiter mouean tur, & qualiter declinẽt: & quibus horis, diebus, & noctibus, vel quot horis paroxyſmus ideſt cõmotio teneat: vel quãdo faciet paracmen, ideſt declinationem: quid ue ſignificent, & quo ẽgrum ducant conſiderandum eſt: & iterum virtus ægrotantis, qualitas, & impetus ægritudinis, & quantitas: ex hoc enim vitæ mortiſq; indicia maxime, & ex pulſu, & conſideratione vrinæ, ac genus febris præuidere poteris, ſi fuerit aſſiduus lectionis doctiſſimus vſus: nec non ex alijs ſignis, quæ noſter Hippocrates in prognoſticis probat: & futura ante prędicit: ‖ Indicant enim & quaſi tacite loquũtur ægrotantis color, oculi, vultus, vox, taciturnitas, poſitio iacentis, ſchema, corporis habitudo: quæ omnia in ægris diligenter cõſiderãda ſunt, vt ſciamus manifeſte quid tenere, vel quid refugere debeamus, ne forte hoc ignorantes, ægros lædamus. Addas & illud in his, vt conſideres in omnibus ſemper ægritudinibus regionum qualitatem, poſitionem locorum, aeris tempe- F
rantiam, temporum mutationem, ætatem, conſuetudinem ægrotantis, naturam corporis, animi vigorem, cauſas & originem: nec non & illud, ne aut animi aut corporis vitio ægritudo nata ſit, aut ne extrinſecus aduenerit ex cibo aut potu vel ex corruptela aeris. Quando enim hæc oĩa conſi deras, tunc rationem bene & vere eſſe cognoueris, & optime facies quicquid ad hæc omnia facere conueniat: qm̃ tunc medici beneficia vincuntur, quando non in ſuo tempore adiutoria offerũtur, aut natura corporis à morbo fugata beneficia non ſentit. Itaq; prævidenti omnia diligenter perſpicienda, & præviſis atq; cognitis cauſis, vt dixi, ſuis curis ſuisq; temporibus curanda.

In libro, pgno. cõ. 1.t. 5. & 6. & 7. 4ª. 191. h

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE ANATOMIA PARVA

CENSVRA

Liber maxime deridendus.



QVoniam interiorum mẽbrorũ corporis humani paſſiones erant ignotę, placuit veteribus medicis, & maxime Galeno, vt per anatomiã brutorũ animalium, interiorum partes manifeſtarent. Et cum quædã bruta animalia, vt ſimia, inueniãtur nobis in exterioribus ſimilia, ita ſm interiorum poſitionem nulla inueniuntur adeo ſimilia vt porci, & ideo in eis anatomiam fieri deſtinamus. Eſt aũt anatomia, recta diuiſio mẽbrorum, quæ ſic fit. Porcum debes inuerſum ponere, & per medium gutturis incidere. Et tunc tibi primum lingua occurrit, q̃ dextrorſum & ſiniſtrorſum quibuſdã neruis allígata eſt, qui mõtiui dicuntur: quia * Al. reuerſiui.
cum ipſi à cerebro veniant ad pulmonẽ, à pulmone vertuntur ad lin- H
guã, per quos lingua mouetur ad voces formandas. Ibi iuxta ſunt quædã carnes glanduloſæ, quæ dĩr pharynges: qui colligitur humor, in eis facit branchos. In radicibus linguæ oriũtur duo meatus, ſ. trachea arteria, per quã trãſit aer ad pulmonem: & œſophagus, per quem immittitur cibus ad ſtomachũ. Et eſt trachea arteria ſuper œſophagum: ſuper quẽ quædam chartilago eſt, quæ dĩ epiglottis, quæ eleuatur aliquando, vt cibus & potus per tracheã non deſcendat: & aperitur vt aer intret, & exeat. Inter tracheam arteriam & œſophagũ eſt locus, qui dĩ iſthmos, i. inter duo principia, in quo aliquando humor colligitur ad apoſtema, quod dicitur angina: aliquando pars eſt intus, & pars extra, & dicitur ſquinantia: aliquando eſt totus extra, & dicitur ſynantia. Tunc debes ſeparare tracheam arteriam ab œſophago, & inuenies pulmonem & cor. Cor vero eſt in ſiniſtra parte, & pulmo in dextra: quorum quilibet in ſua capſula continetur. In capſula vero cordis colligitur materia, quæ facit ſyncopen: in capſula pulmonis colligitur materia, quæ facit peripneumoniã. Et tunc videbis quandam venam, quæ concaua dĩr, quæ ab hepate venit per medium diaphragmatis, & ſubintrat inferiorem auriculã cordis, & fit arteria: de qua ſunt oẽs arterię alię, quæ procedunt ad membra, in quibus fiunt pulſus: quibus mediantibus cor allígatum eſt pulmoni, & tracheæ arteriæ, & fiſtulis pulmonis, in quibus colligitur humor, qui facit ſanſugium: aliquando

colligitur

A colligitur extra eas, & facit anhelitum: & aliquando intus, & extra eas, & facit orthopnœam. Et q̃ pulmo sit cauernosus, potestis probare, si cum calamo intromisso infletur. Sub illis membris est panniculus, qui dicitur diaphragma, qui diuidit ea à nutritiuis, qui coniungitur teneritatibus costarum, in quibus colligitur humor, qui facit pleuritin. Tunc debes reuerti ad interiora, & ad nutritiua: & computa longitudinem œsophagi vsque ad septimum spondylum, & ibi incipit os stomachi supra diaphragma, stomachus vero inferius. Sub stomacho est intestinũ, quod dicitur portonarium: sub portonario est duodenum: sub duodeno, ieiunum: sub ieiuno, orbum: sub orbo, saccus: sub sacco, longaon: & sunt ibi quędam gracilia intestina, quæ lateralia vocantur, in quibus est iliaca passio. Ex dextra parte sub fundo stomachi est hepar positum: in cuius substantia est quasi quædam vesica, quæ cystis fellis appellatur. Et super hepar sunt duo panniculi girbus, & sifac, qui sunt impliciti velut rete, quod apparet ibi pinguedo: & dicitur grossus girbus, quod autem subtilis, sifac: qui procedunt vsque ad splenem, per quos venæ transeunt, per quas melancholia ad splenem ex hepate mittitur. Est autem splen membrum oblongum in sinistro latere positum. Loca quæ sunt sub splene & hepate dicuntur hypochondria. Tunc debes omnia intestina extrahere, & tunc occurret tibi in medio spinæ arteria magna, sub qua & vena magna contine-

B tur: quæ arteria fit de omnibus arterijs capitis, quæ de recto condensantur in venam magnam, & arteriam quę descendit ad lumbos: & ad se varias arterias transmittit tam dextrorsum, quàm sinistrorsum ad inferiora. Vena autem magna fit de venis capitis condensatis, quæ venit vsque ad renes, & bifurcatur, & ibi fit caua vena, in qua infunduntur capillares venæ, quæ præ nimia paruitate sua videri non possunt, per quas vrina cũ quatuor humoribus venit ad renes. Sunt inter ea autem & renes quędam membra oblonga & concaua, in principijs lumborum posita: & in rénibus decolatur vrina à quatuor humoribus. Tunc inuenies ibi duos meatus, qui vreteres dicuntur pori: & per eos resudat vrina in vesicam, nam infiguntur vesicæ: qui etiam transeunt per quendam panniculum, quo omnia intestina præter longaonem clauduntur, qui vocatur ẽpigome cinctus menon, quo aliquo erupto cadit intestinum in oscheum: supra quem est quædam pinguedo, quę vocatur omentum: supra omentum est sumen. *Al. girbus.

Nunc de Anatomia Matricis dicendum est.

Sciendum est autem, q̃ natura hoc mẽbrum in mulieribus dispositit, vt quicquid in toto mense de superfluitate generaretur, ad hoc membrum in consueto tempore tanquam ad sentinam totius corporis mitteret: & inde mulieres naturaliter mẽstrua habuerunt. Est etiam hoc membrum

C ager naturæ, qui excolitur vt fructificet: in quem aliquando vt in bonam terram semen eijcitur, quod adhæret in ea, & per actionem cooperãtis naturæ calidæ, & spiritu mediante inferius scinditur more grauis: & à se ramusculos emittit per quasdam radices vel ora, quibus infigitur matrici, & per quæ nutrimentum sibi ministratur & futuro fœtui: & sic postea actione virtutum, vt sæpe à me vobis dictum est, si bene recolitis, futurus fœtus generatur, & augmentatur. Est autem posita matrix super intestina: & supra collum eius est vesica, & sub ea longaon est, & inferius est vulua. Tunc debes scindere matricem per medium os: vbi inuenies duos testículos superpositos, per quos sperma mulieris mittitur ad matricem, vt ex eo & viríli fiat fœtus. Habet autem matrix septem cellulas: & si prægnans est, in ea fœtum inuenies, supra quem videbis quandam tunicam, quasi quandam camisiam, quæ secundina dicitur: quæ rumpitur quando fetus recalcitrat ad exitum: quæ alligata matrici & fœtui venis per eam transeuntibus nutrimentum ad matricem, & ad fœtum transmittit: & illi meatus quibus fœtus alligatur, dicuntur cotylídones. Est etiam ibi quidam magnus meatus, qui vmbilicus dicitur, qui rumpitur iuxta matricem in quantitate quatuor digitorum, ex cuius ligatura fiunt phlegmone in vmbilico.

Nunc de Anatomia Cerebri videamus.

D Debes ergo in summitate capitis incidere, & remota cute inuenies pelliculas quasdam, quæ dicuntur musculi, sub quibus inuenies os, quod dicitur cranium: sub cranio est pellicula, quæ dicitur dura mater, sub qua est pia mater, deniq̃ cerebrum. In oculis est tunica, quę appellatur coniunctiua, & apparet alba: quæ est iuxta eam, aliquantulum est subnigra, & dicitur cornea: quæ sub illa magis est nigra & minor, & dicitur vuea. Tunc incide per medium: & humor qui prius exibit, dicitur albugineus: qui post eum est, clarus est, & coagulatus in modum crystalli, & dicitur crystallinus: & qui vltimo est, ipse vitreus appellatur. Neruus, qui ab interioribus venit ad oculum, qui est albus, & angustus, ipse dicitur opticus: & qui venit ad aures, dicitur auditorius neruus.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE ANATOMIA VIVORVM

CENSVRA

Liber, in quo multa vera & Galeno digna continentur, sed tamen longe ab eo differens, quem Galenus ædere proposuerat.

Partium Corporis Diuisio, Natura, Vsus, & Dignitas.



Medicorum anatomicos necesse est præcognoscere, q̄ humanū corpus F
cum sit compositum, ad hoc vt sit sustētaculum motuum & operationum diuersarum, ex multis & diuersis componitur instrumētis. Coniungitur.n. nobilissimæ animæ, à qua influunt ei potentiæ nobiles, & virtutes multiplices, quarum ministerijs regatur, & saluetur in esse, & prohibeatur à corruptione, & à casu veloci. Sed cū nullius virtutis ministerium compleatur nisi per organum conuenienter adaptatum, tūc exigitur adaptatio, & præparatio organorum multiformium, ad texturam corporis humani ordinandam, per quæ virtutes negocientur, & effectus quos intendunt attingant. Verum quia operatio quælibet absque multiplici iuuamento non saluatur diu, neq; ēt fit, tunc oportuit vt organa specialia haberent speciales texturas ex partibus diuersis. Et dico q̄ tam ea, q̄ partes eorum à medicis membra appellantur: quarum generatio est ex humoribus proportionatis, sicut humorum ex cibis. Vnde membrorum alia simplicia, alia cōposita. Simplicia sunt, quorum quācunq; partem sensibilem assumpseris, erit illa toti cōicans in noīe & definitione, sicut os & caro. Composita sunt, quorū quācunque partem assumpseris animalis, toti cōicans non erit noīe & definitione, sicut manus & facies. G

Membrorum similium partium primum est os: quod creatum est durum, q̄m corporis est fundamentū, & motuū sustentamentū: tm̄ & ipsum ēt & ſm magis & minus in duricie diuersat. Post ipsum est chartilago in duricie mollior, ad flectēdum humilis, sed oībus alijs durior. In cuius creatione iuuamentum fuit, vt per ipsam ossium cum pelliculis & carnibus facilior & melior fieret cōtinuatio. Si.n. molle cū duro absq; medio componeretur, accideret ei passio vehemēs apud percussionem, & coarctationem seu constrictionē: & ex casu ipsius supra durum immediate, & reliſtentia, seu repulsione duri cōstantis. Quare ordinata fuit positio mollis cū duro: & inuestitæ fuerunt ossium extremitates bucellares, & cōcauæ, hoc corpore medio, sicut est in oculo, scapula, & in ossibus costarum, & in epiglottali chartilagine, & in osse suspenso in furcula, et in alijs pluribus. Nō solum aūt hoc iuuamentum, sed ēt alia in eis reperiunt̄ iuuamenta plura, sicut in osse, quod suspenditur in furcula ad defensionem oris stomachi. Et q̄nq; per ipsam melior vicinitas fit iūcturarum sese inuicem fricantium: alioquin sui duricie rumperentur. Et aliquando iuuat in sustentādo mēbrum molle extensum, & elongatū in suo itinere: propter quod alio indiget, cui ĩnitatur, & à quo confortetur. Postea sunt nerui, qui sunt tanquā virgulta orta à cerebro, & à spinali medulla, à substantia† nuncia seu vicaria in ipsis, duram & flexuosam habentes substantiam, ad separādum diffi- H

†Alba. cilem. Et iuuamentum eorum est deferre virtutes sensibiles à cerebro, & motiuas ad partes alias: & corroborare totum corpus per quod incedunt: & dilatare quandoq; se in cinctorio membrorū ceu carentium, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. Ista.n. membra, & si sensum non habent, positū est tamen super ea cinctorium neruosum cooperiens ea: quæ quando apostematibus & ventositate tensa fuerint, peruenit apostematis grauedo, seu pondus, aut ventositatis extensio ad cinctoriū, & ad ipsius radicem, & sentit ipsam. Postea sunt chordæ ab extremitatibus musculorum ducentes originem, quarum substantia substantiæ neruorum similis est, ad membra tendentes mobilia: quæ quando retrorsum trahuntur, propter sui principij attractionem ea retrahunt quibus alligantur: & quandoq; laxant, quia eis accidit relaxatio ex eo, q̄ relaxantur sua principia, & ad suos tendunt situs: & quādoq; extendunt, sicut apud sui extensionem, quam habent ex suis principijs egredientibus mensuram suæ longitudinis consuetæ. Et substantia chordæ componitur ex neruo & ligamento ingredientibus musculum, in quo perficiuntur, & fiunt tanquam fila in eo, & vt plurimum penetrāt per medium illius, & ex altera parte egrediuntur, & aggregantur in vnum, & chordam constituunt: quæ quando separatur à musculo, ad iuncturam vadit, aut ad membrum mouendū, & colligitur in se ipsa, & inchordat ipsum sicut chorda arcum. Postea sunt ligamenta:

A menta,ſicut prędiximus ſimilia neruis.Et quædam eorum abſolute ligamenta vocanť: & quędam ſunt,qbus appropriatur nomen alhacab. Illud aũt, quod ad muſculos extẽditur, non vocatur niſi ligamentum: quod aũt ad muſculum non extenditur,ſed continuatur inter duo extrema oſſium, aut inter alia membra,annectendo vnũ alij firmiter, & ligamentum & alhacab appellatur.Et ipſius extractio & origo eſt ab oſſe: vnde & ſenſu caret ſicut & os: & hoc prouiſum eſt ei melius, ne propter motuum ſuorum vehementiam & multam fricationem doleat. Iuuamentũ ipſius eſt nexio, & concatenatio iuncturarum, & corroboratio neruorum. Qñq; enim nerui ſeparanť de ſuis principijs, & partiunť, & ramificanť in membris: & propter hoc in ſuo proceſſu magis ſubtilian tur,quanto magis remouentur à ſuo motu,cum rami ipſorũ multo fiant ſubtiliores, quàm radix: quamobrem ne cadant in defectum & corruptionem, gubernauit eos Dei ſapientia miſericordi-ter agens: etenim ex oſſibus rem ſimilem ſibi extraxit, quæ connexio vel ligamentum appellatur, & ipſam neruo miſcuit, & ex eis quaſi rem vnam effecit: & ſic acquiſita ſibi craſſitie ſecurius in-cedit neruus ad membra longinqua,& non eſt timor de reſolutione virtutis eius.Et prętera non erat conueniens, vt neruí oſſibus continuarentur, quæ ſunt ſuſtentamenta & radices membrorũ mobilium: oſſa.n.ſunt ſolida & dura nimium,neruorum autem ſubſtãtia mollis & ſubtilis. Poſt
B ligamenta ſunt arterię,quę ſunt organa concaua,in longitudine extenſa,neruoſa,& in ſua ſubſtã-tia ligamentalia, habentes motiones diuerſas & quietes,aſſimilatas ſeu proportionatas motioni-bus & quietibus cordis,quod eſt earum principium. Et ſunt compoſitæ ad hoc, vt per ipſas euen tetur cor à ſuis fumis, & reſpiret calor naturalis,& ſpiritus diſtribuatur in membra,quæ ſunt poſt ipſum, propter partitionem & ramificationem, quam ſuſcipiunt. Et poſtea ſunt venæ,arterijs in aliquibus aſſimilatæ,non habentes motum dilatationis vel cõſtrictionis,ſicut & arteria: & hoc eſt ꝙ quietæ nominantur. Et ſunt creatæ ad hoc, vt ſint viæ per quas feratur ſanguis nutrimentalis, & membris partiatur ſm ꝙ neceſſarium eſt. Vnde de neceſſitate ad omne membrum inſtrumen-tale veniunt duæ venæ, pulſatilis & non pulſatilis, ad deferendum duo genera ſanguinis, quibus membra indigent ad ſui conſeruationem & nutritionẽ. Licet & aliam habeant vtilitatem iſtæ ve nę in corpore communem cum neruis in eo,ꝙ ſunt ligamenta carnium,ſicut poſtes in pariete. Et ſignificatio ſuper hoc eſt, ꝙ videmus, ꝙ in corporibus, in quibus liquefiunt membra & caro, ap-parent venæ craſſiores alijs membris magis diminutis. Et alia eſt neceſſitas ſuæ manifeſtationis vt per venulas paruas diuidatur ſanguis,& facilius accipiat alterationem, & conuerſionem: & ite rum, vt ſanguis craſſus remaneat, & retineatur ab eis, & cohibeatur ab exitu: & in quibus relin-
C quuntur orificia ampla,non coercetur ſanguis ab exitu ſuo omnino: vnde in palato, naribus, & ano, fiunt multoties ſanguinis exiturę. Et poſt hæc ſunt panniculi, quorum textura eſt de filis neruoſis ſenſu nequaq; perceptis: quorum ſpiſſitudo eſt tenuitas quædam in ſuperficiem ſuſcita-ta,ad hoc vt ſint continentes conuenienter,& bene cooperientes ſuperficiem corporum aliorum, propter iuuamenta plura. Ex qbus eſt, vt ſemitam eorum, in quibus eſt,in ſua figura & factura be ne cuſtodiant. Et hoc iuuamentum eſt in tunicis cerebrorum,& grandinis glacialis,& humorum ſuorum, quorum ſubſtantia de natura currens & mobilis eſt,indigent tñ vt figantur & ſtent ordi-nati in ſuis figuris, ne accidat error in operationibus virtutum perficiendis, quarum neceſſitate creantur & exiſtunt, vt ſuam exiſtentiam in conſequẽtiam contrahant. Et ex eis eſt, vt fiant ſu- *Al.manentiã.
ſpenſoria aliorum corporum, ſicut renum à dorſo: & vt ſint continentia quædam, ſicut ſtoma-chus & inteſtina,& vt per ea membra quędam ſenſum in ſuperficie ſolum habeant,ſicut pulmo, hepar,& ſplen,& renes. Et ex eis eſt, vt per eos diſtinctio, & diuiſio habeať ſuper membra diuer-ſarum intentionum, ſicut inter os & carnẽ, inter ſpiritualia & nutrientia propria daphragma: & vt inter duas concauitates cõpares,& hæc eſt intentio velaminis ſeparãtis thoracem. Et poſtea eſt caro: cuius iuuamentũ eſt vt adimpleat tunicas,& connectat ramos: quæ in ſuis complexioni-
D bus & coloribus diuerſa in diuerſis membris reperiť: ſicut alba & mollis in coniunctionibus, & in glandulis oĩbus, & in mãmillis, & in ouis: rufa ſeu roſea in pulmone: rubra vt in pluribus: ru-bicunda vt in corde: purpurea vt in hepate: ſubnigra,ſeu nigra vt in ſplene,& ẽt in vua. Et mem bra alba albificant materias quas conuertunt, ſicut mãmillæ lac, oua ſemen: & rubra rubificant,ſi-cut hepar ſanguinem. Splen vero & renes ſanguinẽ rubrũ,quaſi ſimilem magis appetũt: ſimilem dico in colore & natura. Et verum eſt,ꝙ glandulę ſunt ſpecies carniũ diuerſorũ iuuamentorum. In locis.n.iuncturalibus, & etiam ſub lingua, ponuntur ad nutritionem humiditatis neceſſariæ, ad motũ facilem & velocẽ,& prohibitionem arefactionis ſuprefluæ aduenientis pp fortitudinem motuum: & qñq; ad recipiendum venas tranſeũtes ab vno in aliud, ſicut meſaraicas euntes ab he pate ad ſtomachum & inteſtina, q̃ indigent ſolo,cui innitanť, ſicut res honoratæ in hora ſuæ laxa-tionis,ne proſternatur virtus earũ. Et conſimile eſt iuuamentum glandulæ pinealis ſuppoſitę ce-rebro: propter quod replet interſtitia venarũ tranſeuntiũ ad diuerſas partes cerebri. Adipem & medullã nõ negat Ariſtoteles partes aĩalis eſſe neceſſarias: quarũ gñatio eſt ex eo, quod relinquiť de nutrimento caloris innati,& coagulať pp ſuã imbecillitatem,cũ conſumi nõ poſſit: & eſt aeriæ ſubſtantiæ multũ: ad quod ſe cõuertit natura, & trãsfert in vſum neceſſariũ,& recipit ab eo iuua-mentũ multiplex. Quorũ vnũ eſt, vt non dimittat calorẽ innatũ euaneſcere,imo retineat ipſum,

& coadunet & multiplicet: & hoc notum est in zirbo, & in pinguedine renum. Quare circa mẽ- E
bra frigida de natura, calore multo indigẽtia, propter humiditatẽ multam, quę solet in ipsis dñari,
circundata est in aialibus, & plurima reti, & præcipue in locis distãtibus à principio caloris natu-
ralis, & maxime in frigidis complexione & humidis. Medulla est supfluitas sanguinis in ossibus
cõcauitatẽ habentibus: & hoc significatur per hoc, ꝙ oẽ animal abundans in sepo & pinguedine,
abundat & in medulla: & puer qñ est puer, in osse.n. eius reperitur sanguis: & conualescẽte calo-
re in ipso, & decoctione, albescit. Et ꝙ sit supfluitas sanguinis ossa nutrientis significatur, quia illa
medulla est calida & humida: & ossa sunt frigida & sicca: & superfluitas est contraria ei, cuius est
superfluitas: quare videt, ꝙ potius sit superfluitas ossis medulla, q̃ eius nutrimentum. Et hoc signi
ficatur per hoc ꝙ in ossibus aialium frigidorum multa reperitur medulla, quia calor ossium in eis
non põt dissoluere pinguedinẽ siue medullam: propter quod leo nõ habet medullam, qm̃ consu-
mitur ex calore in ipso osse. Iuuamentum medullæ ossis est, vt ipsum fomentet & humectet, & vt
ipsum mollificet ne frangatur, & ideo quia motus ipsum exiccat, & vt os per ipsam forte sit & soli
dum. Post partes istas vltimæ in mollicie, & à duritie maxime elongatæ sunt humiditates visui
deseruientes, & pcipue albuginea, q̃ clara est valde & subtilis: creata est.n. in facie glacialis. Clara
igitur posita est propterea, ꝙ graditur delatio luminis super glacialem: si.n. spissa crearetur, obte- F
geret & velaret lumen ab omni eo, quod ipsum seqtur. Spinalis medulla ergo à qbusdam puta-
batur medulla, sed Aristoteles dixit, ꝙ non fuit medulla, qa in se habet duritiem, q̃ non accidit me-
dullæ. Et dixit, ꝙ ipsius iuuamentum erat per spinã transire ad modũ tigni, iuuando remotionem
spondylorũ, & spinæ, & oĩum q̃ ex eis oriuntur. Sed posteriores aliã inuenerunt ipsius vtilitatem:
descendit.n. à cerebro sensificans virtutes, & mouens mẽbra sequentia caput. Et hæc sunt homi-
nis simplicia membra, in quorum vnoquoꝙ sunt virtutes ad sui regendi custodiam & tutelam.
Et sunt duæ res necessarię, s. motiua de loco ad locum, & digestiua, seu maturatiua. Et motiuã de
loco ad locũ diuidunt medici in tres, s. in appetitiuam, q̃ trahit rem necessariam ad locum: & ex-
pulsiuam, q̃ expellit rem nõ necessariam de loco: & retentiuam, quę retinet, quod necessarium est
in loco: licet eadẽ virtus sit apud philosophũ, ponentẽ principium motus & quietis ab illo motu
esse indifferens. Et dico ꝙ materia vniuscuiusꝙ mẽbri similium partiũ aut est ex spermate, aut ex
sanguine. Quæ gñantur ex spermate sunt oĩa mẽbra præter carnẽ & adipem: quorum gñatio est
ex sanguine. Et ꝑm philosophum sperma masculi & fœminæ diuersarum est intẽtionũ: intẽtio.n.
spermatis masculi est informare ad similitudinem eius, à quo sperma separatum est: & intẽtio sper
matis mulieris est recipere formam ꝑm similitudinẽ eius, à quo seminatũ est. A spermate igit ma- G
sculi spiritus est, & artifex, et forma: & à spermate mulieris est fundamẽtum, generatio, & materia.
Caro vero ad replenda loca vacua, ex sanguine solo gñatur spisso, quẽ caliditas & siccitas coagu-
lauerat. Adeps vero ex eius aquositate & vnctuositate, quam coagulauit frigiditas: ideo caliditas
eam dissoluit. Et ex sanguine generata renascuntur post perditionem suam: & illud quod est ge
neratum ex sanguine, in quo adhuc est virtus ex istis spermatibus, si tollatur, iterum renasci potest,
sicut dentes in pueritia. Item quæ complexioni sanguinis vicina sunt, non indigent multitudine
conuersionis sanguinis ad sui nutritionem, immo statim in suo occursu in eo conuertuntur: quo-
rum vero est materia sperma, & sunt à complexione sanguinis remota, necesse est vt multis con-
uersionibus sanguis in eorũ nutrimentum ꝑm ordinem conuertatur. Quapropter in quibusdam
membris tanta sunt foramina sicut in ossibus, quatenus eorum nutrimentum sanguineum stet in
ipsis & moretur, vt ea procedant paulatim & paulatim conuertendo illud in sui similitudinẽ per-
fecte. A carne aũt separata est ista foraminũ diuersitas. Præterea licet plura prædictorum mẽbro-
rum simplicia nominentur à medicis, non suis tñ carent complexionibus, & texturis, sicut venæ,
& arteriæ, & panniculi omnes. Componuntur enim ex villis seu filis, ordinatim in eorum textu-
ra positis, sicut qñq; videmus in artificialibus: & hoc propter necessitatem plurimã, nullus enim H
motus nisi per villos completur. Motus enim voluntarius per villos fit in musculis: & motus na-
turalis, qui est attractio, retentio, & expulsio, fit causa villorum, ex quibus vasa naturalia texuntur,
sicut stomachus, & intestina, venæ, arteriæ, vesica, gula. Et sicut in artificiali textura tenduntur fi-
la quædam in longitudine, quædam in latitudine, quædam in transuerso quandoq;, ita in naturali
quæ protenduntur in longum, appropriantur attractioni: in latitudine vero tensa, expulsioni, &
sunt constringentia: quæ vero cadunt secundum transuersum, proprie deseruiunt retentioni, &
sunt tanquam frena secundum formam situum suorum in medio posita, ad prohibendum super-
fluam velocitatem motuum expulsiuorum & attractiuorum: neque sunt naturæ motus cum im-
petu, sed quadam successione & gradatione volunt fieri. Et quandoq; oẽs istæ species villorum
in eadem tunica simul reperiuntur, & qñq; in diuersis: & in diuersis tũc reperiuntur, quę in latitu
dine tũc tendunt magis in tunica extrinseca, & aliæ duæ villorum species in tunica intrinseca ma
gis: veruntamen illi, qui in longitudine procedunt, ad superficiem magis declinant intrinsecam.
Et ista separatio villorum nõ fuit facta nisi vt vterq; motus proueniret melius & magis expedite.
Et in membris, in quibus exigitur multa mora & fixio longa, fortius cõmiscent villi retentionis
cum villis expulsionis, sicut in stomacho, matrice, vesica, & monoculo, q̃ omnia ampla sunt, & cõ

cauitatem

A cauitatem habentia: in membris autem in quibus non habet locū iſta neceſſitas, vehementer, non
ita, ſicut in inteſtinis, quibus magis neceſſaria eſt attractio multa cū forti expulſione. Item mem-
brorum ſubſtantiæ neruoſæ & quæ proprie vaſa ſunt, quædam vnam tunicam habēt, quędā duas.
Vnam tm̄ habent illa, de quibus non eſt timor vt accidat eis leſio ex materia contenta, cū ſit mollis
& quieta, ſicut ſanguis quietus qui habitat in venis. Vnde nec venæ, nec veſica, indigēt multipli-
citate tunicarum cooperientiū, niſi neceſſitate coacta: immo ſemper conanť corpus alleuare, quan
tum poſſibile eſt. Igitur multiplicatio tunicarū propter multiplicem neceſſitatem et magnā com-
munitatē creata eſt cum prouidentia. Neceſſaria eſt. n. qñq; fortitudo & ſpiſſitudo vaſis ꝓpter bo-
nā cuſtodiā ſecurā, ne forte findať propter motū materiæ contentæ, cū fortis ſit & continuus. Alia
eſt neceſſitas plurima in cuſtodia vehementi materiæ mobilis circundatæ ne ſoluatur & pereat, ex
quo immineret periculum maximū, præcipue cum ipſa ſit vehiculum proprium aīæ: & ideo ſtu-
dendum valde fuit in cuſtodia eius: & hæc materia eſt ſpiritus & ſanguis qui in arterijs repoſitus
eſt, & eſt primus theſaurus, & melior, quē habet natura: & hæc eſt cauſa multiplicationis tunicarū
in arterijs. Tertia neceſſitas eſt vehemens attractio & vehemens expulſio, quibus indiget mem-
brum ſeparatum. Vnde vtrunq; inſtrumentum factum eſt membrum ſinguläriter & abſq; permi
B ſtione: & hoc manifeſtum eſt in ſtomacho & inteſtinis. Quarta neceſſitas eſt operationum diuer-
ſitas, quæ à diuerſis procedunt principijs, & diuerſas habent intentiones, & complenť melius ſm
complexionum diuerſarum naturas. Cū igitur hmōi operationes ſint ineuitabiles in aliquo mem
bro, & maxime neceſſariæ, voluit natura inter eas diuidere, & vnicuiq; operationi inſtm̄ propriū
p̄parare ad hoc, ꝙ vtraq; operatio ſm ꝙ melius eſt, per ſe in actum procederet: ſicut in ſtomacho,
in quo fuit neceſſaria operatio ſenſibilis, quę melius compleť per membrum neruoſum: & opera-
tio digeſtibilis, quæ melius compleť in membro carnoſo. Vnde ipſum natura tunica carnoſa mu-
niuit & neruoſa, vt per neruoſam fieret temperantiæ & diſtemperantiæ rei ingredientis ꝓceptio:
& per carnoſam, rei digerendæ ſm ꝙ poſſibile eſt, maturatio accidit. Et natura ſitus iſtarum tuni-
carum cū prouidentia & diſcretione ordinauit: neruoſam enim & ſenſibilem interius poſuit: car
noſam vero digeſtibilem exterius. Poteſt enim digerentis actio ad digerendum ſine occurſu pro-
uenire: actio vero tangibilis abſq; obuiatione rei tangendæ non fit. Et cutis quæ eſt totius corpo
ris indumentum, ex duabus laminis conſtat: quare accidit eleuatio vnius laminæ abſq; alia cum ve
ſicula. Laminæ autem illę ortum habent ab extremitatibus venarum & arteriarum & neruorum,
quæ terminantur in eis. Et creata eſt una perforata vt cribellum ad hoc, vt per ipſam fiat reſpiratio *Al. cutis.
C vaporoſarum ſubſtantiarum ſeu ſuperfluitatum interiorum membrorum, ex quibus in pluribus
partibus ſtudet natura pilos multiplicare, vt eos obijciat rebus nociuis & permutatiuis: & vt ſint
tutamentum & defenſio nobilis membri, in cuius regimine ſolicita eſt nimium natura. Et hæc eſt
intentio in creatione palpebrarum & pilorum ſuperciliorum, videlicet vt ſint in defenſione à lu-
mine ſuperfluo, à fumo, & à puluere, & ab omni eo quod ad oculum volat, aut deſcendit de capite
ad ipſum. Et ſenſificatur cutis à diuerſis neruorum extremitatibus procedentibus à cerebro, & à
diuerſis ſpondylis medullæ ſpinalis. Et ipſius ſenſus debilitas vel ſubtractio ſemper ſequitur nocu
mentum nerui deferentis ſenſum ad ipſam: ſicut ſequitur mollicies cutis in poſteriori parte capi-
tis ex leſione partis neruorum egredientis à foraminibus exiſtentibus inter primum & ſecundum
ſpondylum colli. Cutis itaque diuerſatur in raritate & ſpiſſitudine: vbi enim eſt magis rara & pi-
loſa, magis eſt aſpera: vbi magis ſpiſſa, magis lenis & plana: & ſiccior, magis eſt aſpera: humidior,
magis eſt mollis. Et quandoq; multiplicantur tunicæ vel cortices in membro propter fortitudi-
nem & tutelam, ſicut in tunica dura ſeu cornea, quæ ſm veritatem compoſita eſt ex tunicis ſubtili-
bus quatuor, quæ ſunt cortices ſuperpoſiti: et vt ſi excorietur vnus eorum, non fiat cōe nocumen-
tum: & propter hoc ꝙ locus ꝙ opponiť foramini, eſt magis indigens fortitudine & tutela. Et hęc
D dicta ſunt de partibus ſimplicibus pluralitatem in tunicis habentibus. Organorum vero alia ſunt
quibus fit ſeruitium, & ſunt regalia, et alia ſunt inſtrumentalia ſeruitia. Regalia igitur quibus ſer
uitium fit, ſunt ea ſuper quæ eſt repletio vitæ, & ſunt mineræ virtutum ſpiritualium animæ & ſpi
ritus & intellectus, & ſunt officialia, & loca eorum. Membra vero regalia intrinſeca ſunt ſeptē:
& quædam eorum præeminent in ſublimitate & principalitate eorum. Quorū ſublimitas & prin
cipalitas magis notificantur, ſunt quatuor, cor, cerebrum, hepar, ſtomachus: & iſta creata ſunt fa-
moſa in ſublimitate, quoniam ſunt mineræ virtutum ſpiritualium regentium corpus hominis: et
poſt illa in celſitudine ſunt teſticuli duo, & renes, & veſica. Iſta enim ſeptem ſunt diuerſa ſecūdum
ſeptem orbes ſtellarum & centra earum. Et ſi iſtis addamus pulmonem & ſplenem, iam reperie-
mus nouem in dignitate famoſa, comparata nouē ſphæris, & diuiſa iuxta nouē orbes mūdi. Re-
galibus ſeruiēt̄ia quædā ſunt apparēt̄ia & extrinſeca, vt oculi, aures, manus, & pedes: intrinſeca ve
ro quatuor epiglottis, gula, cāna, inteſtina, & ſilia. Et poſuit Deus carnē, & neruos, & renes, & te-
ſticulos, & velamē cordis, & pectoris, vuulam, & epiglottidē, & duas amygdalas, & linguā ex par-
te ſanguinis. Et dico ꝙ ſanguis eſt emanans ab hepate: & locus eius ſunt venæ & cor: & dominiū
eius eſt in ſuperficie corporis, & anteriori parte capitis: & ꝓprietates conſequentes ipſum ſunt ri-
ſus, deſideriū, gaudiū, coitus, multitudo ſomni. Et proprietates eius in ſtomacho, eſt velocitas di-

geſtionis,

geſtionis,facilitas penetrationis,& in corpore toto facilitas alterationis ſubſtantiæ eius ad ſubſtan E
tiam carnis. Et creauit Deus excelſus cerebrum, & pulmonem, & omne quod eſt in corpore ex
mẽbris frigidis,& humidis,& phlegmaticis. Et ipſorum principium & elementum poſuit phleg
ma: & diuiſit ipſum ſicut aquas,in diuiſiones ſ.ſuper faciem terræ: & in diuiſiones aeris,quã defe-
runt nubes. Similiter pars phlegmatis,quę currit in cannalibus pulmonis,et continuatur aeri,ad-
*Al.pparando. iuuat ipſum in prõperando ad cor cũ facilitate, & excitatur per ipſum: & confortaf virtus anheli-
tus in expulſione fumi calidi, cuius retentio poſſet eſſe cauſa combuſtionis cordis. Et eſt pars alia,
quæ aſcendit à pulmone ad cerebrum,& poſt ſui compreſſionem deſcendit de cerebro, ſicut deſcẽ
dit ros ex aere propinquo terrę. Et eius dominium eſt in parte poſteriori cerebri,et in pectore. Et
in moribus ſequitur dominium ipſius id quod eſt caſtitas, pietas, paucitas deſiderij coitus: In mo-
tu autem id quod eſt pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas reſponſionis: In corpore autem id
quod eſt paralyſis,tremor, debilitas. Et proprietas eius naturæ in ſtomacho, eſt infrigidatio calo-
ris & ex acuitate ciborum & potuum, & reliquarum materierum ſuperuenientium ſtomacho &
cordi: quod eſt quia virtus expulſiua confortatur,cum ſit ei ſimile,ſicut ſimile per ſuum ſimile, &
compar per ſuum compar. Et creauit Deus excelſus & glorioſus fel, quod eſt calidum & ſiccum,
& igneum,& domus choleræ citrinæ: & poſuit ipſum annexum hepati,adiuuans hepar ſuper de- F
coctione cibi. Et poſuit dominium choleræ citrinæ in vertice, propter ſuã leuitatem & ſublimita-
tem,& eius altitudinem & eleuationem. Eius aũt reſpiratio eſt in vtriſq; auribus,quia ſunt ex diui
ſione eius, & ipſius natura. Et aſſimilatur ei ex membris quod eſt calidum & ſiccum. Et ipſa qui-
dem cholera currit in corpore cum ſanguine,propter conuenientiam & combinationem eorum,
ſicut eſt conuenientia olei ad lampadẽ. Et de proprietatibus naturæ eius in ſtomacho eſt attractio
cibi, & adiutorium ſuper digeſtionẽ, & emundandi fæcem. Et hoc quod conſequitur virtus mo-
ralis ex actionibus eius,eſt inconſtantia,furor,& ſubtilitas,& acuitas, & ſolertia,& audacia, & ele-
uatio,& deſiderium coitus,& memoria, & velocitas reſpõſionis: & totum corpus conſequitur ex
eo calorem & ſiccitatem. Et aſſimilauit Deus oſſa, chartilagines, pilos,& vngues, & ligamenta
choleræ nigræ.Omne enim membrum congelatum,terreſtre,priuatum ſenſu,eſt ex melancholia.
Et ſedes ipſius eſt in ſplene,& dominiũ in viſu, & in ſiniſtro corporis. Et per eam accidit tacitur-
nitas,& cogitatio,& grauitas,& fletus,& tarditas,& timor, & ſolitudo, & puſillanimitas, & aſpe-
ctus: & in ſucceſſionibus,& in ſtomacho proprietatem habet retinendi, & expellendi, & excitãdi
appetitum: & corpus ex ea conſequitur frigiditatẽ & ſiccitatem carniũ,& immobilitatem propor
tionatam ſibi ſm magis & minus. Poſita ſunt aũt quatuor principia regalia corporis aialis à qui- G
buſdã: ab alijs vero tria: ab alijs aũt duo: ſed à ſapiente verificatũ eſt vnum eſſe principiũ tm in aia-
li,& iſtud eſt cor. Anima.n.vna eſt virtus actu, potentia vero plures: tũc exigitur ꝙ alicui vni cõ-
iungatur priuatio,à quo omnia ſequentia ſuas trahant virtutes vitales,et operationes naturales: et
deſcendat ab eo vt reducatur ad ipſum, ſicut in particularibus reducimus ad ſenſum cõem oẽs ſen-
ſus particulares.Quare in aialibus diuerſa membra officialia neceſſaria fuerunt,contrahentia ſ.vir
tutem ab vno membro & vno principio, quod in perfectis aialibus eſt officiale, & in imperfectis
conſimile,ſicut in oſtreis,ſ.quę non habent ſenſum niſi vnicum ſ.tactum,& membris carent offi-
cialibus,habent tm membrum cõſimile. Sed cum calor naturalis figatur & ſuſtenteſ in corde,meri
to ipſum eſt principium oĩum aliorum: oĩa enim trahunt aliquid ab eo, ipſum aũt non de neceſſi-
tate ab oĩbus. Item cum ſit poſitum fundamentum ſpirituum & caloris vitalis: & cum ſpiritus ſit
vehiculum virtutum vitalium,ſenſibilium,& motiuarum: neceſſarium igitur fuit,vt viæ ſuę p ipſum calefierent & perficerenf ab eo,& ita vt haberent ſpiritũ tm apud ſuã radicẽ. Calor.n.& ipſius
via, ſicut effectus & cauſa, ab ipſius radice conſurgunt,vt dicit Ariſtoteles. Sed Galenus dicit, ꝙ
hepar eſt principium nutricationis, cerebrũ vero ſenſus & motus. Sed non videmus hoiem com-
munitatẽ habere ad plãtas ſm ſenſum et motum, ſed ſm nutritionem tm: quare cor cũ nõ ſit prin- H
cipium nutritionis,neq; ſenſus & motus, ſm ipſum nõ erit principium. Sed ſi dicas ꝙ aliqua vir-
tus habeat principium à corde,quę non pertinet ad nutritionem,neq; ad ſenſum,neq; ad motum,
tũc illa virtus erit præter ſenſum & motum, & præter virtutem in qua animalia communicãt cum
plantis,conueniet omnibus membris. Sed non reperimus talem in animalibus, neq; in mẽbris ip
ſorum. Et ſi dicas ꝙ ſit principium motus quod eſt ſecundum pulſum, tunc oĩa membra cõicant
cum eo in pulſu: aliter non eſſet principium vniuerſale omnium membrorum animalis. Et ſi di-
cas ꝙ cor habet filum longum ad vnam operationem motiuam, & alia in latum ad operationem
aliam,& in tranſuerſo propter operationẽ tertiam,ſm ꝙ attrahit,retinet, & expellit, quare non eſt
voluntarius,iam iſte motus conuenit alijs membris,vt ſtomacho,matrici: quare cor non eſt prin-
cipium alicuius,quod falſum eſt: aut ſ.eſt principium nutrimenti, & ſenſus, & motus. Quod autẽ
ita ſit,ſignum eſt,qm alius eſt pulſus in dormiente, qui coniunctus eſt cum digeſtione nutrimẽti:
& alius in vigilante, qui coniunctus eſt cum operationibus animalibus. Ad idẽ quoq; alias pro-
ponit oſtẽſiones Ariſt.dicens. Quoniã id ad quod nulla vena vadit, & à quo oẽs venæ tendũt,de-
bet eſſe principium venarum: & nullum membrum reperitur tale niſi cor. Itẽ omne quod naſcitf
ab alio, debet eſſe principium ei id à quo naſcitur: ſed hepar cum ſit totum carnoſum, ab eo vena

non

A non naſcit, cum ſit ſubſtantiæ venæ, ipſius ſubſtantia valde diſſimilis: ergo non potuit eſſe principium venarum. Verum huic rõni inſtat Ariſto. dicens q̃ corallus naſcitur in terra molli & lutoſa in mari, & tñ eſt arbor duriſſima. Præterea reperitur vena penetrare per medium ipſius ſubſtãtiæ hepatis, & in penetrando diuiſiones & ramificationes ſuſcipere: ergo in eo non habebit oriri: cor autem & quietam & pulſatilem in ſe terminat & iungit, & tam iſtius q̃ illius materias, quas deferunt bene continuat, neq; habet venam aliquã in ſe, niſi poſtq̃ exierit, in ſe iterum reflectatur et redeat. Antecedit ẽt in ordine naturæ & creatione p̃paratio cordis præparationi hepatis. Non enim nutritur vel ſenſificaſ membrum animalis, niſi in quo eſt ſuſtentatio vitæ cum calore naturali. Cũ ergo ita ſit, neceſſe eſt præparationem & formationem membri p̃mittere, quod ſit creatio & ſuſtẽtaculum caloris & ſpiritus, ante creationẽ nutrientis ipſum & ſenſificantis. Sed hoc eſt cor: quare ipſum eſt antiquius & ſublimius in corpore animalis, & non habet ſibi compar, & omnia alia ſunt poſt ipſum, & diſpoſita ſm ipſum, & ei inclinata. Et Gal. mores, & virtutum naturalium operationes diuerſas diuiſit iuxta diuiſionem complexionũ cordis: & poſuit earum proceſſum ordinatum & rectũ ſupra ipſius temperantiã, errorem vero & inordinationem ſupra ipſius diſtemperantiam. Conſequens ergo eſt apud eũ, ſm rõnem & non ſm ſenſum diiudicantem, cor eſſe baſim &
B radicem virtutũ moralium, & eis deſeruientiũ: ad motum. n. radicum ſunt motus ramorũ, & non conuertiſ. Cum. n. ipſius forma radicalis ſit, ſupra quam mouenſ virtutes morales, & ipſum erit radix inſtrumentorum moraliũ: ſicut. n. ſe habet perfectio vnius ad perfectionẽ alterius, ita ſe habet vnum perfectũ ad aliud perfectũ. In eo. n. quod Gal. dicit q̃ hepar eſt principiũ ſanguinis p̃ hoc, q̃ neq; in matrice, neq; in ſtomacho, neq; in inteſtino ſequenti ipſum reperiſ primo ſanguis, ſed in hepate, p̃ hoc q̃ hepar circunſtant receptacula fœcis ſanguinis, vt cyſtis fellis, ſplen, & veſica, videtur magis ſequi ſemitã ſenſus vt medicus: qm̃ & ſi ſanguis in prima ſui perfectione appareat in hepate, & in venis poſt ipſum, non tñ eſt ibi in ſua peroptima perfectione. Optimam enim & digniſſimam perfectionẽ conſequiſ ſanguis in corde iterũ, vbi admiſceſ ei ſpiritus, & vbi fit ſpiritualis & vitalis ſummẽ. Quare poſtea in vaſis, & magis ſecuris ponitur à natura, propter timorem vehementem de perditione ipſius, cũ ipſe ſit melior theſaurus naturæ. Cor igiſ ſm Ariſtotelem, eſt primum mouens, & vltimum membrorum animalium, ſpiritu plenũ & virtutibus, q̃ alijs cõicant̃ per influentiam ab ipſo. Et cordis vna extremitas ſubtiliata eſt, & ad vnum punctum aggregata: & hoc punctũ eſt à quo incipit natura primo protrahere informationem totius corporis: & altera ſua extremitas eſt in circulum. Et iſtæ duæ extremitates coniunguntur figura circuli median
C te: cuius initium anguſtiſſimum eſt apud punctũ, deinde multiplicat ſe continue ſm circulos creſcentes, donec attingat extremitatem aliam, quæ eſt in circulo, maximus circulorum cordis. Et ſic gradata eſt ipſius figura ad ſimilitudinẽ pineæ, quatenus ipſa ingenioſa fabricatio ſuperior & inferior ſit conueniens & bona, & non ſit in ea ſuperfluitas euagans in angulos, in quibus lateat nocumentum & iuuamentum. In ſubtiliatione vnius partis ipſius eſt, vt ſit minor pars partium ipſius quæ parata eſt lædi ex contactu oſſium. Et facta eſt dura ſimiliter hæc pars cũ ſuperfluitate, vt melius obuiet, & minus lędatur ſeu patiatur à rebus ſibi occurrentibus. Et dilatata eſt ipſius extremitas altera ad meliorem comprehenſionem materiæ ingredientis ſanguineæ ſeu aeriæ, & ad euacuationem faciliorem egredientium ab eo, & vt ſit ſufficientia in origine eis, quæ ab eo oriuntur. Et apud ipſius radicem prædictum eſt membrum, quod pro fundamento imponitur ſimile chartilagini paruum, vt ſit ei baſis fixa & firma. Et eleuata eſt ipſius pars ſuperior, vt elongetur ab inhæſione ſuper oſſa pectoris, & vt facilius accedat calor ſpiritualis ad eleuationem virtutum vitalium, & perueniant mores boni: & elongatæ ſunt à depreſſione, quæ eſt cauſa timoris & triſtitiæ & auaritiæ. Et quandoque ſitus partium cordis, ſcilicet ante & retro, dextrorſum & ſiniſtrorſum, ſurſum & deorſum, operantur ſitus partium corporis: & receſſus earum à ſuis ſitibus naturalibus
D eſt cauſa receſſus ipſarum à ſuis ſitibus naturalibus, ex quo accidit deformitas in exterioribus cum deformitate mentis. Subſtantia quidem cordis ex diuerſis cõſimilibus compoſita eſt. Sicut enim principium omnibus alijs compoſitis & ſimplicibus partibus aſſimilatur, ſcilicet in ſui compoſitione compoſitis, & in ſimplicitate ſuarum partium ſimplicibus: componentia vero ipſum ſunt caro, villus neruoſus, & chartilago vel ſimile chartilagini: In ſua carne, carnibus: in villis ſuis neruoſis, neruis, chordis, ligamentis, panniculis, adiutorijs: in ſubſtantia ſimili chartilagini, membris duris, vt oſſibus, & chartilaginibus aſſimilatur, cum caro illius fortis ſit, & ſolida, & ſicca, & dura, vt ſit difficile paſſibilis. Species etiam villorum fortium plurimæ diuerſitatis in eo contentæ ſunt, longitudinalium ſcilicet, attractiuorum: latitudinalium, expulſiuorum: & tranſuerſalium, retentiuorum: vt ſint ei ſufficientes ſpecies motuum. Et apud ipſius radicem poſitum eſt ibi fundamentum membrum quoddam chartilagini ſimile, vt dictum eſt. Iſtæ igitur partes conſimiles cum ſint duræ & ſiccæ & terreſtres, magis attinent complexioni terreſtri: quare ipſum conſtans ex eis, eſt frigidum & ſiccum magis: & hæc eſt intentio ſapientis. Quæ enim eſt comparatio fornacis ad ignem contentum, eadem eſt comparatio cordis ad calorem & ſpiritum contentum. Et ſicut fornacis compoſitio exigitur eſſe ex rebus ſolidis, lapideis, & indiſſolubilibus coram igne, ita & cordis compoſitio ex duris, & compactis, & non liquabilibus eſſe exigitur,

propter

* Al. ſumma vel forma.

*Al. maximo

*Al. cinctorijs.

propter calorem fortem quem continet: qm̃ aliter ſtare nō poſſet in facie multitudinis ſui caloris. E
Signū ſuper hoc eſt, cp confortaī magis apud ſui diſſolutionem & remollitionem ex ſubſtātijs duris lapideis, quales ſunt coralli, margaritæ, ſapphyri, hyacinthi, & ſimilibus, ſicut iuuaī ſimile à ſuo ſimili, & compar à ſibi cōpari: licet Gal. poſuerit oē cor calidum et ſiccum, reſpiciens diſpoſitionē, quam trahit ex ſpiritu calido contento, & ex ſuis motibus: cuius ſimile imprimit in alijs membris per exufflationem, & tranſmiſſionem caloris ſui ad ea. Veruntamen eſt ita, cp iſta diſpoſitio eſt naturalis ei ſm cp cor, & non impedit, quin partes primæ compoſitiuæ ſui à principijs ſint frigidæ & ſiccę, licet ipſum ex parte complexionis & perfectionis, quam trahit ex anima, ſit calidum & ſiccū, propter ſpiritum calidum, & motum quē habet ex parte animæ. Et corpus ipſius poſitum eſt in panniculo ſpiſſo & ſolido valde, cui non inueniī compar in ſpiſſitudine in corpore hominis, vt ſit clypeus & tutamen. Et in ipſo ſunt duo ventres, & fouea, quę eſt quaſi meatus quidā inter vētres, & non eſt venter. Duo ſunt ei ventres, vt ſint receptacula nutrimenti duplicis quo nutritur, ſpiritualis & aerei ſ. & ſanguinis craſſi. Et fouea eſt minera generati ſpiritus in ipſo, & ſanguinis vitalis, & locus perfectionis, & miſtionis eorum: & dilatatur apud dilatationem cordis, & conſtringiī apud ſui conſtrictionem. Et ſiniſtra ventris baſis eleuata eſt ſuper ventris dextri baſim: et baſis vē tris dextri depreſſa eſt multum deſcendens. Apprehenſum vero à dextro, craſſum eſt & terreſtre: F
comprehenſum vero à ſiniſtro, ſubtile & leue eſt: Leue autem facilius ducitur ad ſuperiora: craſſum autem ad inferiora. Temperatior ergo natura reperitur in ipſius medio. Et ſunt duo orificia cordi, introitus duarum materierum, ſ. ſanguinis, & aeris attracti, ſicut duæ aures, quæ creatæ ſunt neruoſæ: rugoſa & mollificata, dum conſtringuntur villi: in dilatatione vero, tenſa. Subtiliata ergo & mollificata ſunt, vt melius ſint obedientia vtriq; motui: & facta ſunt neruoſa & extenſibilia, vt remotiora ſint à paſſionibus. Similiter ergo duo orificia p̄dicta, ſunt duæ arcæ recipientes à vaſis, deinde remittentes receptum ad cor cum moderantia. Et à parte dextra egreditur vena magna, deferens nutrimentum ab hepate, quod eſt ſanguis: & hæc eſt pars occupata in attractione ipſius, magis vicinans hepati. Sed arteriarum origo eſt à ventre ſiniſtro: quæ omnes creatæ ſunt cū durabus tunicis: quare interior eſt magis dura, vt ſit bene obuians percuſſioni & motui forti ſubſtātiæ ſpiritus, præter vnam cuius via eſt ad pulmonem, quæ eſt habens vnam tunicam, ab oībus alijs arterijs diuerſa, & nominaī arteria venalis. Sicut in ventriculo dextro naſciī vena, q̄ penetrat ad pulmonem, quæ ſola inter oēs venas habet duas tunicas: & inde eam arterialem venam vocant, cuius cauſa deinceps dicetur. Poſitum aūt eſt cor in loco medio medij pectoris, qm̃ locus ille tēperatior exiſtit. Sed eius declinatio aliquantula eſt ad ſiniſtram partem, vt amplificet locum hepati: hepati G
enim melius eſt cedere, cp̄ ſpleni, qm̃ eſt ſublimius. Et eſt alia ratio declinationis ad ſiniſtram, vt nō totus calor coadunetur in dextra: ſuperflue enim calefieret, propter vicinitatem nimiam vtriuſq; principij calidi, & pars ſiniſtra ſuperflue infrigidaretur propter eorum elongationem: & propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem ſiniſtram, vt temperetur per ipſum latus ſiniſtrū, præcipue cum ſplen ipſe non ſit calidus valde. Et tertia ratio eſt, vt faciat viam venæ ventrem habenti, aſcendenti ad ipſum ab hepate, vel deſcēdenti ab ipſo ad hepar. Et locus cordis in medio eſt corporis, vt magis vicinetur æqualiter omnibus circūſtantibus, & facilius eis afferantur ab eo iuuamē ta: & alia famulantia ipſum circūſtent vndiq;. Et menſurauit Deus quantitatem cordis in ſufficientia abſq; ſuperfluitate & diminutione, vt non ſit ei grauitas propter quantitatem immoderatam, neq; fractura vel anguſtia in ſuis extremitatibus propter diminutionem. Ab eo enim eſt origo arteriarū, ſuſpenſio ligamentorum, & virtus omnis in vniuerſo. Veruntamen exceſſus ipſius ſm diminutionem & ſuperfluitatem frequenter in diuerſis particularibus reperitur. Et dico cp ipſius quantitas ſuperflua in compoſitione corporis eius, non eſt cauſa audaciæ vt quidā autumant:
*Al. comparatione.
neq; quantitas parua cauſa timoris et pauiditatis. Animalia enim plura habent nimiam quantitatem cordis in comparatione ſui corporis, & ſunt cum hoc pauida plurimum & timida, vt lepores, H
ceruī: cuius cauſa eſt, qm̃ in eis calor paruus eſt, & extra fertur pars pluriма ab eo ad mēbra viuificanda, & ſenſificanda, & mouenda: quare non calefacit ipſum integrum, ſed relinquitur frigidum & vacuum, vnde & pauiditas. Sed quædam ſunt è conuerſo paruī cordis, & hæc ſunt audacia, qm̃ in eorum corde eſt caliditas plurima, & coarctatur propter loci anguſtiam, & cū vehementia ebullit: vnde illa, quæ plurimum ſunt audacia, ſunt ea, quæ ſunt magni cordis, & plurimi caloris. Et cor nutritur cum ſuis virtutibus naturalibus & earū motibus, quī ſunt diaſtole & ſyſtole, & quietibus duabus inter ipſas: neceſſe eſt enim vt inter omnes duos motus contrarios quies interueniat. Et in his reperitur ars muſicæ cum natura: quoniam quemadmodum ars muſicæ completur per adiunctionem ſonorum ſm proportionem continuantem eos inter acuitatem & grauitatem per circulos caſuum temporū, quę ſunt inter eorum percuſſiones, ſimiliter eſt diſpoſitio pulſationis cordis, qm̃ proportio ſuorum temporū in velocitate & ſpiſſitudine, eſt ſicut proportio ſonorum eius: & proportio diſpoſitionum eius in fortitudine & debilitate, & quantitate, eſt ſicut proportio adiunctionis eius: & ſunt motiones proportionatæ ad inuicē, & quietes ſimiliter: & motiones quietibus, & è conuerſo. Et cum oīa iſta concurrunt in conuenientia ſm ordinem, tunc ſaluum eſt regimen corporis, & procedūt omnia cū incolumitate & quiete vera. Et ſi prædicta cum

ſuis

A ſuis diſpoſitionibus proportiones naturales egrediantur, diſturbationē naturæ portendunt: & ēt diſturbationis quātitas, eſt ſicut quantitas egreſſa à proportione. Eſt ergo cordis pulſatio, harmoniā principiorum complexionis corporis animati aſſimilans, vel eorundē diſcordiam natam pp occaſiōnem ducentē ad ſuperfluitatem et diminutionem, ſicut manifeſtū eſt in paſſionibus aīę, timore, & ſpe, & lętitia, caſtitate et luxuria, largitate & auaritia: et in ęgritudinibus corporalibus, calidis frigidis humidis & ſiccis. Et terminus ad quē ſe extendit cor maxime, eſt in contactu tunicæ & pāniculi ſui exterioris, qui ſibi datur ad tutelā & cuſtodiam, & eſt ſpatium poſitū inter hoc et hoc, vbi oriunt ab eo: & ſimiliter apud radicē ipſius, vt in ipſo dilatari poſſit abſq; præfocatione, & cōſtringi ſicut in ſpatio amplo. Et motiones ipſius efficiunt motiones in arterijs conſimiles ita, q; dilatatio dilatationem, & conſtrictio conſtrictionē: licet alij aliter ponant, inducentes exemplū de folliBus, cui experientia contradicit: verbi gratia, ſi ponas manum ſupra cor alicuius, & alteram ſuper teriam, videbis ſemp depreſſionem cordis & depreſſionem arteriæ ſimul fieri. Et verum eſt q; pulſum rarū & tardum efficit triſtitia: quod nequaq; fieret, ſi p compreſſionē cordis dilatareť arteria. Itē ſm hoc magis deberet apparere facies inflata & rotunda in triſtitia, q; in ira: et pulſus magis eleuatus in humili, q; in ſuperbo: ſed in oībus hmōi accidit oppoſitum. Quare oportet, vt ad eleuatio-

B nem cordis ſequaťr eleuatio arteriæ, & compreſſionē cōpreſſio. Proceſſio igiť caloris vitalis, incipiens eſt à cordis fundamento vbi oriť, ſ. apud †principium monſtratū, ſuperius tendens in latū & amplum continue: cuius motus conſequit figuram cordis, quoad exeat, & recipiatur à vaſis, & feraťr in ſpatium amplū totius corporis, & ſpargaťr in eo, & terminaťr apud extremitates ipſius: quare motui ſuo ſe ipſum aſſimilat cor in figura ſua. Et ſicut motus iſte eſt primus motuum in veritate, ita & figura ipſius, cum ſit hmōi motum aſſimilans, eſt prima & mater figurarum in oī membro conſequente. Intentio aūt Iſaac multū eſt diuerſa ab hac intentione. Erectio ſiquidē totius aīalis ſupra cor poſita eſt à natura tanq; ſupra radicem vltimam: ſed pp diuerſitatem virtutum nobiliū ab eo egredientium neceſſaria fuit creatio diuerſorum organorum abſq; permiſtione aliqua, per quæ ferantur, & in quibus ſuſtententur, propter ſeparationem operationū ſuarum meliorē, & faciliorem prouentū earum: identitas enim organorū penitus confunderet, & earū permiſtio vehementer impediret. Melius ergo cū ſeparatione cērta ſunt & diuerſa naturæ receptacula, quatenus ſin-

C gulis ſingulæ ſpecificentur & compleantur operationes nobiles, cum alleuatione & abſq; impedimēto: propterea creata ſunt cerebrum & hepar & pulmo & ſtomachus, & ſunt tanquā nodi propinqui primæ radici, ſupra quos deinde & nodi alij eleuanť, qui in eorum eleuatione ſunt ſecūdarij. Qm̄ ſicut in terrę naſcentibus radix eſt principiū ſupra quam figitur: & poſt ipſum ſequuntur nodi aſcendentes vt in pluribus, in quibus coadunat ſe natura, vt iterum fortius progrediaťr, & attingat melius quod intendit: ita & in aīali ſupra radicem ipſius, quæ eſt cor, eleuantur mēbra conſequentia ipſum, quæ ſunt in comparatione nodorum in terræ naſcentibus, vt in ipſis efficiat natura operationes diuerſas, ſm q; neceſſariæ ſunt ex parte regiminis aīalis. Sed cū bipartita ſit naturæ ſolicitudo, quarum vna conſiſtit in reſtauratione reſolutorum, & reliqua in cuſtodia & protectione reſtaurationis, cauſa exitus ipſius à corde eſt duplex, & iter ipſius ſimiliter bipartitū, & virD tutes reſtaurantis, præter penetrationem ad exteriora corporis. Ipſa enim opera ſua quærit cælari magis: quare cum ſuis fornacibus et nodis ſepulta eſt interius in ſuis concauitatibus, quę ſunt duo ventres ſibi coniuncti, à natura preparati, ſuperior ſ. & inferior, quos ſeparat diaphragma: licet ſuperiorem ſeparet panniculus, pectus per medium partiens: & ſuperior eſt domus cordis & pulmonis, in quo eſt ſpiritus præparatio & rectificatio antequam cor ingrediatur: & attractio aeris ad hanc partem, eſt per cannam magnā, & per cannales nali. Inferior vero venter, domus eſt organorum, in quibus aſſimilatur nutrimentum, cuius ingreſſio eſt per gulā, & ad q̄ abijciuntur ſuperfluitates eius. Ex parte igitur aeris ſiue viæ arteriæ exigiť nodus quidam, qui eſt pulmo, ſuper quē

D eleuatur canna cum cymbalari, & cannales. Et ex parte viæ ſanguinis ſupra cor, exigitur nodus alius magnus, qui eſt hepar, in quo eſt prima apparitio ſanguinis: & ipſi ſupponuntur & alij duo nodi parui in comparatione ipſius, qui ſunt domus ſuperfluitatis & grauaminis ſanguinis, & vrinæ colatoria. Et ſupra hepar etiam eleuatur ſtomachus cum ſuis appendicibus, licet conſimiliter ſuſtentetur ſupra cerebrum, & ſuper radicem primam, per aliam viam, propter quantitatem ipſius ſanguinis ſuperfluam, & ſuarum appendicum, & propter quantitatem ſui ponderis in hora ſuę repletionis: & ſupra ipſam erigitur gulam, recipiens cibum ab ore. Virtutis autem poſitę in cuſtodia & protectione nutrimentalis, & totius compoſiti proceſſio, eſt magis ad exteriora. Eleuatur ergo, & aſcendit in locum magis eminentem in toto: qui locus eſt magis dignus ſpeculatori exercitus: & eſt magis dignus in cuſtodia membrorum: & in loco iſto coadunatur nodus, in quo complentur operationes mirabiles valde: & nodus iſte appellatur cerebrum, ſuper quod mergun tur nodi plures: in quibus operantur quinque ſenſus, qui ſunt exteriores ſpeculatores, & in quibus operantur irascibilis & concupiſcibilis: & iſti nodi ſunt muſculi ſparſi per vniuerſum corpus tā in quibuſdam intrinſecis q; extrinſecis ea cooperientibus, & in extremitatibus q̄ ſunt rami mediorum, ſicut in manibus, & pedibus, & capite. Et nodi, qui ſunt principia generationis, eleuati ſunt ſupra cerebrum ſm Iſaac: licet ſapientes poſt ipſum erexerint & ſuſtentauerint ab alijs pariter,

*Al. coctionem

†Al. terminum numeratum.

*Al. creata.

*Al. reſtaurātis

riter,& per viam etiam ſpiritualem à radice prima. Et verum eſt ꝙ eſt ramificatio ab vnoquoq; no E
do primo procedens ad alium, & virtutum diuerſarum ad inuicem tranſmiſſio, quatenus vnuſ-
quiſq; ſuſtineatur, & confortetur ex parte alterius virtutis. Et demonſtratio per hoc eſt, ꝙ omnes
ab eadem oriuntur radice.

De Anatomia Arteriarum.

A Siniſtro cordis vẽtriculo duæ oriunt̃ arteriæ, quarũ vna ad pulmonẽ tendit, & in ipſo parti-
tur propterea, vt aer attrahaſ̃, & vt ẽt ſanguis nutrimentalis pulmonis primo ad ipſum à cor
de deferaſ̃: & hoc eſt, qm̃ nutrimẽtũ pulmonis primo deferſ̃ ad cor, in quo melioraſ̃, & poſt ad pul
monem tranſmittiſ̃: & hæc eſt vnicam tunicam habens, in quo differt ab oĩbus alijs arterijs, quare
appellaſ̃ arteria venalis. Et ſi cõparaueris inter duplicitatem tunicarum et firmitudinẽ ſeu ſolidita-
tem, & inter vnitatem tunicæ & lenitatem & raritatem, ſi magis eſt neceſſaria, & tunicæ vnitatem,
propter hoc: lenitas enim & raritas faciunt ei dilatationem facilem & conſtrictionem, & reſuda-
tionem eius, quod ab ea reſudat ad pulmonem, qui eſt ſanguis ſubtilis vaporoſus, ſubſtantiæ pul-
monis magis aptus & ſimilis. Et hæc arteria venalis in interiori parte pulmonis ſpargitur, & in ip
ſa ſubmergitur, et eſt deferens ſanguinẽ ſubtilem, vaporoſum, propinquum completę digeſtioni,
& non complete digeſtum: & nõ timetur ſuper hoc propter propinquitatem ipſius ad cor, à quo F
ad ipſum venit virtus calida facile digerens & conuertens. Et eſt vena q̃ à dextro cordis ventricu
lo exiens ſubintrat pulmonẽ: & ipſa creata fuit duas habens tunicas, & ideo eam arterialem vocãt
venam. Primum autem iuuamentũ in hoc exiſtit, vt ſit ſanguini, qui ab ea reſudat, ſubtiliatio per-
fecta: qm̃ in eo nõ eſt talis digeſtio, qualis eſt eius qui ad arteriam effunditur venalem: vnde opor
tuit vt vena eum portans incraſſaretur multum cum ſuis tunicis. Et aliud eſt, vt non reſudet ab ea
ſanguis, niſi ſubtilis & bene coctus, propinquus ſanguini à ſiniſtra concauitate exeunti inquantũ
poſſibile eſt, quali ſpiritus ſubtiliatus, pulmonem magis iuuans in ſuo motu. Factus eſt igit̃ pul-
mo quatenus ſit receptaculum aeris frigidi, qui veniens ad cor temperet ipſum: niſi enim eſſet aer
iſte, iam cor cremaretur ex calore in ipſo. Vnde omne animal habẽs calorem magnũ, neceſſarium
fuit habere pulmonẽ magnum: ideoq; quadrupeda magnum pulmonem ſunt habentia. Aues au
tem, cum ſint frigidioris naturæ, habent paruum pulmonem, quia aer inſpiratus ſufficit eis ad nu
trimentum caloris ſpiritualis: ita etiam ꝙ quædam earum non potant, neq; ſitim habent, ſufficit
enim aer inſpiratus calori earum. Et non dixit Galenus ꝙ attrahebaſ̃ aer ad cor ad nutrimentum
cordis, quia aer cum ſit ſimplex, non tranſit in nutrimentũ, ſicut neq; aqua ſimplex, propter remo
tionem ſimilitudinis, & diſtantiam plurimam inter ipſa: vnde vtrunq; eorum aut eſt pars nutri- G
menti, aut eſt faciens ipſum penetrare in eo ꝙ dat ei lubricitatem. Et dico ꝙ aqua eſt ad nutrimen-
tum corporis, aer vero ad nutrimentum ſpiritus: & vnũquodq; duorum, ſ. nutrimenti corporis, &
ſpiritus, eſt corpus compoſitũ, & non ſimplex. Modus autem, per quẽ accidit temperantia in cor-
de & in ſpiritu eius per aerẽ, eſt euẽtatio ſuperfluitatis aduſtæ ſpiritus, qui eſt fumoſitas propinqua
aduſtioni & inflammationi, per motum ſui introitus, pręcipue cũ ſit frigidus in cõparatione mate
riæ fumoſæ calidæ egredientis. Et infrigidatio cordis per aerem attractũ propinqua eſt infrigida-
tioni ſtomachi, quæ euenit ei in hora ſuæ repletionis, propter motum & deſcenſum ciborũ. Vnde
philoſophus: Venter vacuus calefit, & repletus infrigidaſ̃, propter motum. Et eſt pulmo compo
ſitus ex partibus: quarum vna, canna eſt: ſecunda, eſt rami arteriæ venalis: & tertia, rami venæ ar-
terialis: quas proculdubio coniungit caro mollis rara, cauſata ex ſanguine magis tenui & magis
ſubtili, ex quo nutritur & ſuſtentatur in eſſe. Eſt ergo pulmo mollis, rarus, ad albedinẽ declinans,
& plurimorum meatuum, quatenus in ipſo capiatur aer, & digeratur, & expellatur ſuperfluitas
eius ab eo: ſicut creatum eſt hepar ꝓm ꝙ melius in comparatione ad cibum. Mollis autẽ eſt, vt ſit
p̃paratus duobus motibus ꝓm attractionẽ & reſpirationem, quos tñ motus conſequitur ex parte
thoracis. Carnis autem ipſius eſt iuuamentum, vt adimpleat rimas, & coniungat ramos. Declina- H
tio autem ipſius ad albedinem, eſt propter dominium aquæ ſuper illud quo nutritur, & propter il
lius plurimam frigiditatem: eſt enim ſedes aquæ, vt per ipſam confortetur virtus anhelitus in ex-
pulſione fumorum calidorum. Et continuatur etiam aeri, adiuuans ipſum in feſtinãdo ad cor cum
facilitate. Sed raritas eius eſt, vt redeat ad attractionem aeris, & recipiat ipſum. Aeris enim pene-
tratio non eſt ſolummodo in canna: immo plurimum euadit ad corpus pulmonis ex eo: & pro-
pter hoc eſt multiplicatio ipſius aeris in eo, apparens manifeſta. Et eſt aliud iuuamentum rarita-
tis ipſius, vt adiuuet in conſtrictione ad expulſionem. Præparatur igitur duobus motibus: & pro-
pter hoc aperitur pulmo cum inflatione, & clauditur cum exufflatione: ipſius tamen conſtrictio-
ſequitur conſtrictionem thoracis, & dilatationem dilatatio, ſicut dictum eſt: & hoc ne locus ſit va
cuus. Et eſt ſimile videre in ſpongia, quæ compreſſa manu coarctatur in ſpacio breui & anguſto:
quæ ſi explicetur, ſequitur eam ſpongia, & ingreditur eam aer, & dilatatur, & redit ad locum am-
plum, ſicut primo fuerat. Et pulmo eſt diuiſus in duas partes, in quibus attenditur ipſius gemina-
tio, ſicut eſt geminatio cæterorum membrorum in homine: Licet dubitetur de hepate, vtrum ge-
minetur in homine: licet in piſcibus duplex ſit hepar à duplici lacerto. Et quia homo habet hemi-
craniam, & patitur quandoq; paralyſin vnius partis & non alterius, ideo cognoſcitur geminatio

partium

A partium in cerebro. Iuuamentum vero partitionis pulmonis in duas partes, vt non ceſſet anhelitus, ꝓpꝫ nocumentũ vni duarum partium aduenięs. Et vtraq; diuiſio ramificatur in duos ramos: licet in latere dextro quaſi non reperiatur ramus, cuius iuuamentum non eſt magnũ in anhelitu, ſed eſt ibi tanquã lectus ſubſtratus venæ concauę aſcendenti ad cor cũ nutrimento ſanguineo cordis. Et ſecundæ diuiſiones pulmonis ſunt ſicut primæ ipſius diuiſiones: & vt ſint tanquam digiti ipſius propter bonam compreſſionem cordis. Veruntamen additio ſectionis in dextra eſt ad hoc, vt occupet ſpaciũ pectoris, et æquet ipſum, qm̃ declinatio cordis eſt magis ad ſiniſtram partem. Et pulmo inſenſibilis creatus eſt in ſe, & immobilis per ſe, qm̃ ipſum non penetrat neruus aliquis: et omnis ſenſus & motus influens influit ꝑ neruum. Cooperimentũ tñ ipſius, panniculoſum & neruoſum eſt, vt ſit ei ſenſus aliquo modo in ſuperficie, ſm q̃ determinatum eſt. Et pulmo ipſe ſubſternitur cordi, ſicut culcitra ſuſtentans & leniens ipſum. Et gibboſitas ipſius eſt à parte dorſi: & eſt duplex, vt melius recipiatur in concauitatibus à duabus partibus ſpinæ. Concauitas autem ipſius reſpicit anteriora magis, ad hoc vt amplectatur facilius cor & melius. Et ſpiſſitudo maior eſt apud exitum cannæ: poſtea deſcendit attenuando ſe gradatim vſq; ad ſui terminum: & inſpiſſatio eius eſt ſuperius magis neceſſaria, ad ſubleuationem meliorem capitis cordis, magis lati & magis
B ſpiſſi, quare indiget fulcimento ſpiſſo & molli ſuperius. Sed conſequenter cedit hæc ſpiſſitudinis neceſſitas: vnde poſtea attenuata eſt, ſm q̃ proportionaliter cor ad acuitatem tendit & ſublimitatem. Et comparationem etiam habet ad folium, quod poſitum eſt in cuſtodia, & protectione fructus, ſicut ipſe poſitus eſt in protectione & cuſtodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augmentatæ, quæ eſt ſupra ipſum, eſt multiplex. Et vnum eſt, vt ſit continens pulmonis aeris, qui ſufficiat pluribus pulſationibus cordis. Si enim numerus inſpirationum, nõ pulſuum, propter paruitatem pulmonis cogeretur adæquari, iam ceſſarent plurimæ nobiles operationes, ſicut emiſſio longæ vocis: quæ neceſſaria eſt in ſermonibus, vociferationibus, & cantibus: & non poſſet detineri inſpiratio coram ſe fœtida & corrupta, neq; etiam in hora deglutitionis: immo accideret vt ſuperoccuparentur inſpiratione & expiratione. Quare diu permanere non poſſet, quãdo neceſſaria eſt plurima quantitas ipſius, vt ſpiritui cordis ſit materia ſufficiens, dũ ſummergitur in aquis animal, aut quando neceſſarium eſt ei vocem prolongare cum continuatione, aut quando abhorret attractionem aeris propter corruptionem & fœtorem eius. Et etiam notandum q̃ quædam animalia ſunt habentia pulmonem, quędam autem non: quę autem ſunt ambulabilia & ſanguinea pulmonem habẽt. Et piſcibus loco pulmonis ſunt branchiæ. Et in quibuſdam animalibus loco pulmo-
C nis ſunt canales. Delphinus quoq;, & lepus marinus, & animalia alia quæ ſunt communia terrę & mari (quæ arabice cenalia dicuntur) & piſces reſpirant vaporẽ per branchias: paucus enim vapor ſufficit eis, cum participent multum frigiditatis. Vtrum autem aliqui piſces reſpirent aerem, dubitatur propterea, q̃ dicunt piſcatores de delphino, quod quando dormit in ſuperficie aquæ, ſentiũt ipſum ſtertere: & Galenus promiſit ſe tractaturum hoc.

De Anatomia Oculorum.

CReauit Deus caput animalis, & poſuit ipſum in ſuperiori parte animalis, p̃cipue ꝓpter oculos. Et anteriorem partem capitis eleuatiorem fecit, vt oculi in illa parte ſiti eſſent in eminẽti, inſtar ſpeculatoris vndiq; proſpicientis aciem ſiue exercitum vndiq; in plano poſitum: ſic & oculi compaginem inferius ſpeculantur. Vnde q̃dam animalia paruum habent caput, & decliues habent oculos, poſitos in quibuſdã neruorum extremitatibus, quos qñq; emittunt à ſe, qñq; retrahũt ad ſe, vt patet in limace, cuius extremitates vulgus cornua vocat. Quibuſdam vero animalibus ille extremitates protenſæ duriores ſunt, neq; retrahi poſſunt, ſed habent quædam defenſoria ſuppoſita, quaſi duos clypeos duorum oculorũ, vt patet in cancro. A cerebro aũt exeunt duo nerui, quorũ vterq; duobus panniculis eſt obuolutus, à duabus matribus ſiue meningibus ortũ habẽtibus: qui
D panniculi ad duos orbes oculorum tãdem peruenientes ibi dilatanť ꝑ circuitũ, vt intra ſe deglutitionem humorum poſſint accipere. Eſt ergo cryſtallinus humor, qui grãdo glacialis ab Ariſtotele appellať, quia in forma & colore eſt ſimilis glaciei, in profundo & medio poſitus duplici ex cauſa, quia mediũ dignior eſt ſitus in cuſtodia, & vt à circunſtantibus iuuamentũ accipiat vndiq;. Iſte humor in poſteriori parte ſphæricam habet formam, in anteriori aliquantulum planã, & hac rõne, qm̃ ſi vndiq; haberet ſphæricam, imago rei viſæ quodã modo lubricaret ſuꝑ ipſum, & tangeret in puncto. Item anterius planum eſt, vt parua corpora viſa multã haberent in eo ſectionẽ. Iſte autem humor diaphanus & translucens eſt, vt ſit ſuſceptibilis omnium formarũ intra ſe. Poſt cryſtallinum humorẽ interius verſus cerebrum poſitus eſt vitreus humor, qui ſic appellatur, quia vitro liquefacto aſſimilatur: cuius color medius eſt inter rubrum & albũ ſimilis vitro. Et eſt iſte humor ad rectificandum nutrimentum cryſtallini humoris, & vt fiat gradatio ſanguinis dum conuertitur in cryſtallinum humorem. Si enim perueniret ſanguis in ſuo rubore ad nutrimentũ cryſtallini, inficeret ipſum, & faceret omnia viſa apparere rubra. Et eleuatur iſte humor ad maiorẽ circulum cryſtallini, faciendo ſemiſphæram circa ipſum. Et ſe habet iſte humor ad cryſtallinũ in comparatione ſtomachi ad hepar. Ex oppoſita autem parte vitrei humoris exterius ante cryſtallinũ poſitus eſt albugineus humor, qui ſimilis eſt albumini oui. Cuius finis multiplex eſt, ſcilicet vt ex

humoroſitate

humorositate sua defendat crystallinum humorē ab arefactione aeris exterioris: qui quidē humor E
est defensorium crystallini ex alia parte, & est superfluitas illius, sicut vngues capilli cornua sunt
superfluitates animalis, & defensoria eiusdem. Item iste humor præponitur crystallino, vt fiat gra-
datio lucis & imaginis ad ipsum crystallinum, quia natura nō sustinet repentinas immutationes:
vnde isto læso destruitur visus. Item iste humor liquidus est, vt ex liquiditate imago rei ingrediēs
distinctionem suscipiat. Et est iste humor positus in foramine vueæ tunicæ, quod quidē foramen,
pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum crystallini
humoris, claudens intra se ferè duos humores, s. crystallinum ferè, & vitreum ex toto: & vocat tu-
nica secundina, quia à secunda matre s. pia matre nascit. A qua quidem tunica, in eodem termino
nascuntur aliæ tres tunicæ, s. vna quæ inferius reflectitur, interponens se crystallino humori & vi-
treo separatorium illorum ex vna parte, et vocat retina instar retis: partes habet innumerabiles ex
venis, neruis, & alijs. Ab eodem loco nascit tunica alia, quę aranea nuncupat, perficiens sphęram
cum retina, circundantem crystallinum humorem: & dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ
subtilis est, ne impediat lumen ingrediens ad crystallinum & albugineū. Ex alia parte extra hanc
tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica nascitur alia tunica, cum secundina sphæram perficiens ex-
terius: hæc tunica appellatur vuea, quia perforat ad modum vuæ, suspēsorio eius ablato. Figuram F
illius & colorem cœlestem habet, colorem s. medium, admistum s. nigro fm maius, & albo fm mi-
nus: quia si ex toto esset albus, nimium disgregaret visum: si niger ex toto, nimis cōgregaret. Tu-
*Al. anterius. nica aliquantulum est spissa, intērius autē mollior, vt sit similis in mollitie crystallino: exterius du-
rior, vt sit corneæ tunicæ similis. Rugosa autem est circa ipsum foramen, vt quando opus sit, con-
stringi possit ad modum bursæ, & hoc quando virtus laxatur, & indiget recreatione: & qñ opus
est dilatari, possit, qñ visus diffusione lucis indiget. In foramine huius positus est albugineus hu-
mor, qui illas replet rugas interius: qui quidē humor qñq; cōstringit, qñq; dilatatur, fm dilatatio-
nem & constrictionē illius foraminis. Item ab exteriori pāniculo oritur tunica, proximo loco in-
cludens secundinam, procedens ad modum sphæræ, quæ sclerotica propter sui duritiem appellat,
à qua nascitur tunica cornea, cum ea sphæram vnam perficiens, quæ assimilatur cornu lucido be-
ne abraso & polito in luciditate & in duritie: vt ex illa duritie defendat interiora, & ex sua lucidi-
tate sit diaphanum siue peruium luci. Vnde p medium ipsius apparet circulus latus, foramen ha-
bens in medio de vuea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellat. Et hæc tunica in sui cō
stitutione quatuor habet cortices: & si destruantur duo vel tres illorum, quartus remanet: quo de-
structo omnes destruunt. Vltimo loco supuenit coniunctiua, coniungēs omnes illas partes, quæ G
nascit à quodam neruo, & non à matribus. Et componitur hæc tunica ex carne alba & humida &
tenera, & ex neruis & venis subtilibus: & habet foramen in medio, p quod apparet corona oculi,
quæ est pars vueæ tunicę, quæ pupilla appellatur: quę propter suā profunditatem prętendit alium
colorem album: quæ re vera cum ibi sit, sicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cum tamē sit al-
ba. Habet autem hæc tunica sex paria lacertorū siue musculorum, totum motum oculi perficien-
tium: quorum vnus mouet oculum sursum, alius deorsum, alij ad duos angulos, vnus ad angulū
domesticum siue lachrymalem, alius ad angulum syluestrem. Item sunt alij duo ex transuerso po-
siti, qui mouent oculum circulari motu. Et de compositione oculi hæc sufficiant.

De Anatomia Aurium.

CReauit Deus aurem vt deseruiret auditui. Cuius interior figura est anfractuosa, quoniā bre-
ue est cerebri ad aurem spatium: si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex sua quali-
tate & substātia lęderet cerebrum: propter hoc anfractuosus est eius meatus, vt per tam breue spa-
tium prolongaretur. Et eius foramen à petroso osse incipit, quod medium est inter os & petram,
sicut conchę piscium: et propter hoc vtriusq; suscipit denominationem. Et similiter anfractuosus
est, vt in prolatione varię voces & varię ipsarum differentię percipiant, & cum ipso perficiat tinni H
tus necessarios: quę non acciderent si directus esset transitus. Et eadē est causa, quare prolongatur
iter aeris per aurem, cum causa quare prolongatur per tracheam, s. ne lędat cerebrum, ibi vero ne
lędat cor ipsum. In interiori autem cōcauitate ossis petrosi, sine comparatione manet aer quietus:
ibi autem discernuntur omnes vocum differētię. Et se habet illa pars ossis petrosi ea comparatio-
ne ad auditum, in qua se habet crystallinus humor ad visum. Residua vero pars ab osse petroso
extra apparens, chartilaginosa est, non tamen mollis sicut caro, vt debitam figuram sibi retinere
possit: neque tam dura sicut os, vt flecti possit, non frangi ad offendiculum. Posita est auris ad la-
tus, non in anteriori parte sicut visus, quia immutatio visus directe procedit, sed immutatio audi-
tus indifferenter. Item nerui audibiles procedunt à media cellula, propter hoc sub illa lateraliter
posita est auris: & potius sub capite, quàm superius, ne propter ipsos impediretur auditus. Item
quidam panniculus exit à neruo descendente à quinto pari neruorum cerebri, qui interius inue-
stit os petrosum, & totam præstat ei sensibilitatem quam habet: & est foramen ad ipsam aurem, in
comparatione pupillę ad oculum.

De Anatomia Nasi.

NAsum creauit Deus pręcipue propter tria iuuamenta. Quorum vnum est, vt vapor deferēs

odorem

A odorē rei odoriferę, recipiatur in cōcauitatibus ipſis, & ibi quodā modo tēperetur, & præparetur odoratui. Aliud eſt, vt aer recipiatur ibi in magna quātitate, pro parte trāſmittēdus ad pulmonem, pro parte ad cerebrum. Sicut.n. cor conſtringitur & dilatatur, & infrigidatur per aerē, ſic & cerebrum ſuo modo: quod ne lædatur ab aere recepto, ſubito recipit ipſum tanq̄ præparatorium, mediante colatorio iſto, ſicut & trachea arteria. Tertium iuuamētum eſt, vt ſit vnū emunctorium ſuperfluitatum cerebri: vnde longam & eminētem habet formam, ſ. vt tegat mucilagines exeūtes à cerebro, & celet eas. In interiori autē parte iuxta duram matrē, eſt quoddā cōcauū os duo habens foramina, per quæ intrat odor, & exit mucilago. In oſſis concauitate iacent duæ carunculæ ſpongioſæ, inſtar duarum paruarū māmillarū, à quibus ſugitur fumus, qui eſt vapor deferens odorē. Sub quibus māmillis ſunt duo oſſa foramen triangulare habētia, quæ coniunguntur ad vnum latus eleuatum ſm foramen naſi, & duos angulos: à termino quorum inferiori adiungitur chartila go quædam, ſicut in alijs locis, coniungens carnem cum oſſibus, quaſi inhæſio carnis pendentis circa foramina nariū. Itē in foliis narium ſunt duo lacerti, quorum motus dilatatur & cōſtringitur in horis neceſſitatis, vt in impedimentis diaphragmatis. Itē ſuperius in radice naſi ſunt duo foramina exeūtia ad angulos lachrymales oculorum, quibus exeunt lachrymę: ſignum huius rei eſt ſ. B quando collyriū apponitur, eius odor ſentitur: ſed ſapor lingua percipitur. Item ferè ab interiori parte naſi directe poſt palatum procedunt foramina duo quadam tela interpoſita vſq; ad radicem linguæ. Quorum iuuamentum eſt, vt intret aer ad cor refrigerandū, & pro parte exeat, ne totus cadat in offenſiōnem vocis: vnde illi, qui habēt illa foramina ſtricta, vel oppilata, imperfecte & confuſe formant voces. Sed quæritur, quare inter cætera organa ſenſuum, ſemper aures ac nares ſint patulæ, alia qnq; aperta, cum continua operatio debilitet ſenſum: vt patet in oculis piſcium, qui non diſcernunt inter medios colores, ꝓpter debilitatem viſus ex continua apertione: & in hoium odoratu, qui non diſcernunt inter medios odores, ſed inter extremos tantū, ſcilicet inter fœtidum, & aromaticum. Ad hoc poteſt dici, ꝙ nares ſemper ſunt apertæ, vt per ipſas continua fiat inſpiratio aeris ad infrigidationem cordis, dum os clauditur, cum vehemens odoratus non ſit neceſſarius hominibus, ſicut quibuſdam brutis, quæ mediante odoratu nutrimentum acquirunt.

*Alī. formā.

*Alī. inferiori.

*Alī. deſceſionē

De Anatomia Oris, & primum Linguæ.

CReauit Deus os tanquam neceſſarium inſtrumentum guſtus. In cuius radice ſunt duo foramina interius: vnū foramen ad ventrē inferiorem, per quod intrat cibus in ſtomachū: aliud ad ventrem ſuperiorem, per quod intrat aer ad cor & pulmonem. Eſt ergo os vas vniuerſale orC ganorum locutionis in homine, & vociferationis in brutis, quæ ſunt dētes, labia, palatum, & lingua, & vua, & duæ amygdalæ. Sunt autem linguæ multa iuuamenta: vnum, eſt deciſio vocis & extractio literarum: aliud iuuamentum, eſt conuerſio cibi maſticati: tertium, eſt diſcretio guſtus. Et ei præſtat ſenſibilitatem quidam neruus deſcendens à quinto pari neruorum cerebri, qui circundat ipſam. Sub radice linguæ ſunt duę concauitates, quæ fontes ſiue hauritoria appellātur, in quibus ſaliua digeritur. In iſtis concauitatibus ſunt quædam carnes glanduloſæ, quæ parant humiditatem organis oris, ne ex nimio motu arefiāt. Componitur autem lingua ex carne alba cum rubore, ex venis minutis & ſubtilibus, deferentibus ſanguiuem per diuerſas partes eius. Propria figura eſt linguæ, vt ſit mediocriter lata, longa, ſpiſſa, acumen habens in ſuo principio: vnde qui habent linguam nimis acutam, vel nimis obtuſam, peccant in formatione vocis. Habet autem lingua ix muſculos in ſui compoſitione, varios eius motus perficientes: & habet binos & binos muſculos ſingulis motibus deſeruientes, non enim tanti & tam varij motus ab vno muſculo poterant, perfici. Veniunt autem duo muſculi ei ab additamentis ſeſaminis, i. quibuſdam paruis oſſiculis ad modum ſeminis ſeſami, & ſunt ſupplementa ſpondylorum colli. Primi ergo duo à latere ſubintrant linguam, facientes motum dilatationis. Veniunt autem alij duo muſculi ei à ſuperori D parte lambdæ, directe ſubintrantes ipſam, facientes motum circūuolutionis. Veniunt vero ei alij duo ab inferiori mandibula, vnus ab vna parte, alius ab alia, facientes motum duplicationis. Venit iterum ei muſculus vnus à ſuperiori parte lambdæ, attingens vſq; ad medium linguæ, faciens motum retardationis. Et ſicut cerebrum diuiſum eſt in multas partes, vt ſi impedita fuerit operatio vnius virtutis & partis, vigeat altera pars: ſic & lingua diuiſa in duas partes cōſimiles, vt ſi forte paralytica ſit vna medietas, reliqua motum ſuum & ſenſum non amittat.

De Anatomia Dentium.

CReauit Deus dētes propter multiplex iuuamentum, ſ. propter deciſionem cibi ad præparandum ſtomacho, & meliorem deciſionem vocis, & ꝓp arma in quibuſdam animalibus, ſicut in apris. Horum tres ſunt ſpecies ſecundum tres ſpeciales deciſiones ciborum. Quidam.n. dicuntur inciſores ſiue inciſiui, qui lineare habent acumen ad modum cultelli: quorum officiū ſpeciale, eſt frangere ſiue incidere. Quidam dicunt canini, qui pineale hnt acumen: quorū ſpeciale officiū eſt frangere ſiue conſtringere. Quidā latam habent figuram ſuperius, & aſperam ſicut mola: quorum ſpeciale officium eſt molere, & remollire, & in minutiſſimas partes cibos diuidere. Infigunt autem dentes gingiuis in quibuſdam caueis per fortia ligamenta, quorum radices teguntur quibuſdam additamentis carnium. Maiores autem dentes per plures radices ſiguntur, parui dentes

per pauciores, vt per vnã vel duas. In brutis animalibus, ſicut in hominibus, vnicus eſt ordo dentium, præterq̃ in quibuſdam, vt piſcibus, in quibus eſt multiplex ordo dentium, ſed vna maneries tm̃, ſ. dentes fractores ſiue canini: non. n. eſt eis neceſſe, niſi vt frangant cibos, non. n. poſſunt molere & diu tenere in ore, & hoc aqua impediente, quæ ſubintrat: ſimiliter in lupis multiplex eſt ordo dentium. Quibuſdam ẽt dantur dentes ad armaturam, ſicut apris: & ſicut cornua dantur alijs ad armaturam. Quędam animalia habent duas maneries tm̃, ſicut inciſiuos & molares, vt oues, & boues, & equi, & cætera alia multa. Dicuntur autem ſecundum curſum naturalem in homine & numerum xxxij dentes, xvi in ſuperiori mandibula, & totidem in inferiori. Vnde ſuperius in anteriori parte duo inciſores, poſtea duo quadrupli, vnus ex vna parte, alius ex alia: qui duo dentes vltimo aduenium, ſicut poſtremo tempore creſcunt ipſius crementa, ſ. in iuuentute. E

De Anatomia Vuulæ.

VVula autem eſt quoddam membrum ſupra radicem linguæ ſitum: & apparet viſui aperto ore & demiſſa lingua. Huius eſt iuuamẽtum duplex, ſcilicet vt detineat aerem, ne ſubito intret cum ſuis nociuis qualitatibus ad ipſum cor: aliud, ad meliorem formationem vocis, eſt enim quaſi ſecunda canna vocis, epiglottis vero prima. Vnde illi qui habent inciſam vuulam aut deperditam, plurimum habent raucam vocem. Vnde Hippocrates in prognoſticis: ‖ Vuulam incidere timendum eſt. Subiacent ei duæ pelliculæ, quæ galſamach dicũtur, iuuantes ipſum in ſuo officio. Duæ amygdalæ ſunt, quaſi duæ auriculæ ante os gulæ, quodam modo claudentes cibum: & vuula media inter has, ne declinet in hanc partem vel illam.

In libro, pgno. cõ. 3. t. 21. 4ª. 209, e

F

De Anatomia Gulæ.

GVla eſt quoddam membrum compoſitum ex duobus panniculis, recipiẽs cibum & potum intra ſe, qui fertur ad ſtomachum. Huius interior panniculus componitur ex villis longitudinalibus, ex quibus habet vehementem attractum: exterior vero panniculus componitur ex villis latitudinalibus, ex quibus facit compreſſionem eorum, quæ recipit: & componitur ex alijs villis trãſuerſorijs, ex quibus habet aliquantulum retinere: propter hoc difficilis eſt vomitus. Procedit autem gula directe vſq; ad quartum ſpondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare verſus dextram partem, donec coniungatur cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. Poſtea declinat ab ipſo, donec perueniat ad locum vbi coniũgitur cum ore ſtomachi, vt circa xij ſpondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram partem ipſa gula, ſcilicet vt faciat venæ concauæ locum, tranſeunti ab hepate ad ipſum cor. Si quæritur, vtrum ipſa gula cum ore ſtomachi cõtinuetur, poteſt dici q̃ continua eſt cum eo, tamen habens aliam compoſitionem, quoniam os ſtomachi magis eſt neruoſum, gula vero minus. Continuatur vero gula ſuperius cum palato. G

De Anatomia Stomachi.

CReauit Deus ſtomachum, membrum cõcauum, & oblongum, rotundum in ſua lõgitudine: concauum, pp̃ meliorem receptionem: rotundum, ne ſi eſſet angulоſus, colligeret in ſe nociuas ſuperfluitates: oblõgũ, quia ſi fuerit penitus rotundus, impediret ipſum diaphragma à motu ſuo, & ipſa ſpiritualia: vnde illi qui habent ſtomachum rotundũ, poſt prandium difficulter inſpirant & expirãt. De tali loquit̃ Galenus, Vidi quendã &c. Habet aũt ſtomachus duplex os, vnum inferius, quod claditur quãdiu celebratur digeſtio prima: poſtea aperitur, & exit maſſa in eo contenta ad inteſtina. Os vero ſuperius neruoſum eſt valde. Nam quidam neruus craſſus deſcendit à cerebro, & intrat gulã, & per ipſam deſcendit ad os ſtomachi, in quo dilatat̃, vt ipſum efficiat multum ſenſibilem, vt ex ſenſibilitate ſua ſentiat ſuam inanitionem, ſimiliter & repletionẽ. Membra enim inanita trahunt à venis, venæ vero ſugunt ab hepate, hepar à venis meſaraicis, meſaraicæ ab inteſtinis & ſtomacho, ſtomachus autem inanitus appetit: vnde ſi prædicta patiunt̃ oppilationẽ, ſtomachus patitur faſtidium. Componitur autem ſtomachus ex duobus panniculis, quorum interior eſt magis tener & magis neruoſus, exterior vero ſpiſſior & magis carnoſus. Interior vero panniculus componitur ex quibuſdam filis longitudinalibus, quibus mediantibus fortiter attrahit: & ex quibuſdam tranſuerſis. Exterior vero panniculus componitur ex filis latitudinalibus, vt comprimat & exprimat maſſam in ſtomacho contentam, quãdo opus eſt. Sed quæritur cum virtus digeſtiua fundet̃ in exteriori panniculo, ſenſibilitas in interiori, quare neruoſitas ſit magis interius, q̃ exterius. Ad hoc dicẽdum, q̃ digeſtio viget ſecundũ calidítatem: calor autem agit in partes remotas ſicut in propinquas, ſenſus autem tactus in ꝓpinquas tm̃: propter hoc pãniculus deſeruiens tactui, magis neruoſus eſt. Aſcendunt autem exteriorem pãniculum venæ & arteriæ, deferentes ſanguinem ad eius nutritionem, quia carnoſus eſt, & caro habet nutriri ex ſanguine: quę tandem venæ & arteriæ dilatantur in tãtum, q̃ circundant totum ſtomachum & inteſtina in modum cuiuſdam ſacci, quod tegmẽ & girbus appellatur. Et eſt ſpiſſum, carnoſum, pingue, vt intus detineat calorem naturalẽ ſtomachi. Pinguedo. n. extrà circundans ipſum, claudit fumos calidos ne euaporent, ſicut patet in cibis pinguibus: & ſub pinguedine ſupernatãte diutius retinetur calor. Et talem habet ſitum & poſitionẽ ſtomachus. Et ſuperior eius pars declinat verſus ſiniſtram, vt det locum hepati ſuperiacenti ſibi lateraliter in dextra parte. Secundum magis tamen declinat eius ſuperior, q̃ inferior pars, quia maiorem locum occupat hepar, quam ſplen, cũ in ſe contineat H

hepar

A hepar materiam & nutrimentum totius corporis: Splen vero vnam eius superfluitatē, s. fecem, siue sanguinem melancholicum, qui transmittitur ad superiorem partem stomachi, vt ex sua stypticitate & acetositate prouocet appetitum: vnde stiptica & acetosa prouocant appetitum. Et hoc est vnum iuuamentum splenis à superiori. Aliud autem iuuamentum inferius est, quia quanuis ex sua complexione sit frigidus & siccus, tamen ex calore actuali, quem habet in se, calefacit stomachum inferius. A cysti autem fellis trāsmittit cholera ex alia parte ad stomachum propter digestionem confortandam, & propter eius nutritionem. Vnde stomachus debet habere triplex nutrimentum, vnum à massa, quam continet in se, aliud à sanguine transmisso sibi ab hepate, tertium à cholera sibi transmissa à cysti fellis. Hepar autem in sua concauitate, quæ sima appellatur, amplectitur vnam partem stomachi, vnde illa pars cæteris calidior est.

De Anatomia Inteſtinorum.

CReauit Deus plura vasa fæcum, in longitudine sua inuoluta, & reuoluta, vt morā faciat in eis massa cōtenta, donec attrahatur ab hepate p venas mesaraicas id, quod subtilius est & melius ad nutritionem omnium membrorum. Si enim omniū vnū vas esset & breue ipsarū fæcū, statim separaretur fæx illa à corpore. Vnde duplex accideret incōmodum, resumptio cōtinua ciborum,
B & continua desessio. Per primum impediretur homo à suis negocijs alijs, & oporteret eum semp vacare super acquisitionem victus: per secundum & turpe haberet nocumentum, & potius assimilaretur beluæ, q̄ creaturæ rationali. Item alia est ratio melior, quare sunt longa, & inuoluta, s. vt nutrimentum cōtentum in inteſtinis euadat, & elabatur à primo ordine venarū mesaraicarum, & reuolutione sequente redeat ad tertium ordinem. Quia multiplex est ordo venarum mesaraicarum: quarum quædam sugunt à stomacho, quædam ab inteſtinis: quę quidem venæ in multis locis subintrant ipsa inteſtina, quędam superius, quædam inferius: quarum venarum orificia contiguantur cum fæcibus ipsis. Sunt aūt sex inteſtina numero: quorum primum est duodenum siue portenarium, secundum ieiunum, tertium inuolutum siue ileon, quartum cæcum siue orbum aut monoculum, quintum colon, sextum extale vel extēsum siue longaon. Quorum inteſtinorū superiora tria sunt graciliora & subtiliora propter hoc, vt facilius penetret ad ea virtus delata ab hepate, quia massa in eis contenta & subtilior & liquidior est. Tria vero inferiora sunt crassa, quia massa in eis contenta crassior est & terrestrior, pungens & mordicans ipsa vasa, in quibus cōtinetur. Primum autem inteſtinū quod dictū est, duodenum appellatur, quia cōtinet xij digitos eius cuius est in longitudine: & coniungit ipsi stomacho inferius, sicut gula superius. Differunt, tum
C quia largum est orificium gulę plus, q̄ illius inteſtini: & ipsa gula crassiorē & fortiorē habet compositionem propter massam crassiorē, quam in se continet, quæ est liquidior qñ descendit in hoc inteſtinum. Dominatur autē in hoc inteſtino neruus fm latitudinē, quo mediante expellit cōtenta à se. Et componitur ex duabus tunicis sicut quodlibet aliorū, tamen debilem habet expulsiuam: attractiuam vero nō oportet vt fortem habeat, qa stomachus superpositus expellit à se quod continet ipsum inteſtinum: & inferius inteſtinum trahit ab ipso inteſtino: & massa ex sui grauitate se ipsam deprimit. Est autem hoc inteſtinum rectum & extensum duplici de causa: quarum vna est, vt det locū hepati à dextra parte, & splenі à sinistra: alia causa est, qa omnis penetratio per rectum & extensum facilior est, q̄ per nodosum & tortuosum. Post hoc inteſtinum sequit aliud, quod ieiunum appellatur, qa in aialibus mortuis vacuum inuenitur: Cuius rei causa duplex assignatur: vna multitudo venarum mesaraicarum sugentium ab ipso fortiter massam in eo coadunatā: alia causa est multitudo choleræ descēdentis à cysti fellis ipsum pūgentis & mordicantis ipsum, & cogētis ad expulsionem. Sed quærit, quare non accidat idē de inferioribus inteſtinis. Ad hoc dico, q̄ cholera in stomacho pura est, & sine admistione cum massa, & propter hoc magis violenta, q̄ in alijs inteſtinis, in quibus admiscetur cum fæcibus, & vires suas amittit. Hoc inteſtinum sequitur
D aliud, quod ileon appellatur, ab ile, qm̄ cōfusum siue inuolutum appellatur, quia multas habet inuolutiones propter multiplicem ordinem venarum mesaraicarum ad ipsum descendentium: cuius inuolutionis ratio superius assignata est. Post hoc sequit aliud, quod orbum siue monoculum appellatur, quod crassum & gibbosum est absq; inuolutione, vt in eo tota fex colligi possit: quia in isto inteſtino primo fit putrefactio massæ, quia colliguntur ibi sordes, vt simul expelli possint, quia facilior est expulsio fæcis in summa, q̄ illius dispartitę. Item aliud est in causa, s. ne descendant in colon, & ibi ex crassitie & multitudine faciāt oppilationem. Item aliud est in causa, vt colligantur sordes siue fæces, vt excusetur homo à continua desessione: quod accideret, si statim qñ acciperetur, descenderet fæx illa. Item hoc inteſtinum declinat magis in dextram partem, vt consortetur per calorem hepatis in illa parte existentis. Crassam & amplam habet compositionem, ne lædatur à crassitie fæcis contentæ in ipso. Habet autem vnum solum foramen, & hoc propter situm suum & positionem. Non dico, q̄ sicut stomachus, quia stomachus protēditur in longum, vnde facta sunt ei duo orificia, vnum inferius, & aliud superius: istud vero eleuatur in gibbositatem, & latus versus dextram: & vt dictum est, vnū foramē habet à latere, cui iūgūtur duo foramina duorum inteſtinorum, quorum vni continuatur inferius, & alteri superius. Et decipiuntur quidam dicentes in stomacho crassari fęces propter nimiā suctionem venarum mesaraicarum ab ipso, cum

paucæ vel nullæ ad ipſum dirigantur. Poſt hoc inteſtinum ſequitur aliud, quod colon appellatur E
à colando, quia anguſtum eſt ad modum colatorij. Iſtud inuolutum eſt, vt fiat gradatio fæcis contentæ in orbo ad ipſum, ne ſimul tota fex ad vnum deſcẽdat: vnde in ipſo diuerſę accidunt paſſiones propter eius anguſtationem, & fæcis craſſitiem. Eius inuolutio incipit ab vna parte, & flectitur in oppoſitum, & tandem redit ad medium, vbi coniungitur cum ore vltimi inteſtini, quod longaon vel extenſum appellatur. Et in ſua extremitate quatuor habet lacertos, quibus mediantibus anus clauditur, vt teneat fæx & expellatur. Iſtud autem inteſtinum habet villos longitudinales, quibus mediantibus fortem habet attractionem. Sed quæritur, quare non habeat villos latitudinales propter compreſſionem, quæ ei neceſſaria eſſet. Ad hoc dicendum, quòd ab extrinſeco habet iuuamentum fortis expulſionis, quia in mirach pellicula inuoluente inteſtina ſunt octo lacerti, quibus mediantibus fit expulſio fortis ab iſto inteſtino. Hoc autem vltimum inteſtinum, rectũ & extenſum eſt ratione ſuperius aſſignata: ſed proximum ſuprapoſitum ſ. colon, eſt inuolutum, ne ſi eſſet rectum & extenſum, fæx tota deſcenderet in ipſum, quæ debet colligi in orbo paulatim & ſucceſſiue. Et in illa comparatione ſe habet orbus ad ſtomachum, colligendo eius ſuperfluitates, in qua comparatione ſe habet veſica ad hepar, colligendo eius ſuperfluitates.

De Anatomia Hepatis. F

ET creauit Deus hepar, vt eſſet vas generationis ſanguinis, & origo venarum: tñ in hoc diſſentiunt Ariſtoteles & Galenus. Vult enim Ariſtoteles, ꝙ cor ſit principium ſanguinis, & probat ꝙ hepar non, his rationibus. Hepar enim componitur ex venis: componentia vero ſunt priora compoſito: ergo hepar non eſt principium venarum. Item hepar carnoſum eſt: & venę potius à neruo, ꝙ à carne naſcuntur, neruo. n. magis aſſimilantur. Item virtus vitalis influit à corde ad cætera membra: vita autem in calido & humido conſiſtit, & ita in ſanguine: quare ſanguis à corde. Gale. dicit, ꝙ ab hepate, hac ratione. Sanguis generatur ab hepate: ergo hepar eſt principium ſanguinis. Item alia rõne. Superfluitates rei, originem illius circunſtant: ſed vrina eſt vna ſuperfluitas ſanguinis, quæ continetur in veſica: item ſanguis melancholicus eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in ſplene: item ſanguis cholericus eſt alia ſuperfluitas, quæ continetur in cyſti: omnes iſtæ ſuperfluitates, & earũ vaſa, collocãtur circa hepar: ergo in hepate eſt principiũ ſanguinis, cũ ſuperfluitates circunſtent ipſum. Ad hoc dicit auctor, ꝙ nihil prohibet ſanguinẽ ortum habere ab hepate, licet hepar carnoſum ſit, vena aũt ſit neruo ſimilis, ſicut in luto creſcit corallus. Poteſt autem dici, ꝙ tam cor, ꝙ hepar, eſt principium ſanguinis: ſed primum & mediatum principiũ eſt cor, ab eo enim eſt calor artifex: hepar vero eſt principium immediatum, & proximũ. Hepar cõcauũ eſt G
ex vna parte, gibboſum ex alia, poſitum ſub diaphragmate, declinans magis verſus dextrã: Concauum, propter meliorẽ receptionem, recipit enim ſtomachũ ex parte intra cõcauitatem ſuã: vnde habet plura additamenta, quædam minora, quædam maiora: quæ ſe habent ad concauitatem ſtomachi, in cõparatione digiti ad manum: membra enim bonæ comprehenſionis debent eſſe, ſicut volę manuum &c. Extrinſecus autem gibboſum eſt hepar, vt forma eius exterior ſit ſimilis formę corporis interioris: corpus. n. interius rotundum eſt. Et hepar coniũgitur ſpinæ dorſi: vnde ẽm formam rotundam ei aſſimilatur. Ponitur autem in dextra parte ex directo, vt directe ſuſcipiat ſupra ſe inſufflationem cordis ipſum viuificantis. Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quædam vena, quæ poſt ſuum exitum in vna parte diuiditur in plures ramos, ſ. in quaſdam venas ſubtiles, quæ meſaraicæ dicuntur: quarum quædam ſubintrant inteſtina, & ſugunt ab eis: quædã vero ſubintrant ſtomachum, & ibi terminantur ſugentes ab ipſo quod melius eſt & ſubtilius. Prædicta autem vena ramificatur & diffunditur per totam ipſius ſubſtantiam. Ex parte quidem eius gibboſa rami hepatis iterum conueniunt, & cõſtituunt quandam venam maximam à gibbo hepatis, quæ caua vena appellatur: & dirigitur ad ipſum cor, vbi ramificatur interius in concauitate, quæ lactea appellatur, quia quaſi lacteus eſt humor ille, quem ſugit ab inteſtinis, & à ſtomacho. H

De Anatomia Veſicæ, Fellis, & Splenis.

CReauit Deus ſingula vaſa ſingulis ſuperfluitatibus ſanguinis, quia plura cõferunt iuuamenta naturæ. In ſecũda enim digeſtiõe tres ſuperfluitates exeũt à ſanguine, ſ. ſpumoſa ſupfluitas ſuperius calida & ſicca, quæ cholera appellatur: & fæx inferius reſidet, quæ melancholia dicitur: & aquoſa ſuperfluitas, quæ admiſta ſanguini phlegma appellatur, intrans autem veſicam vrina dicitur. Fecit enim natura duas cyſtes, i. veſicas, maiorem ſ. & minorem, ſed maiorem, ſ. veſicam vrinæ: minorem autem, quæ cyſtis fellis appellatur ſcilicet folliculus cõtinens cholerã. Et ſupponitur ille folliculus, ſ. cyſtis fellis in concauitate hepatis, ſ. in loco generationis ſanguinis, habens continuationem cum hepate, & habet tres meatus. Vnus dirigitur ad fundum ſtomachi, quo tranſmittit cholera in ipſum ſtomachũ, propter digeſtionem confortandam. Alium habet meatum, qui ad inteſtina dirigitur per plures ramos, vt ad ieiunum, per quos tranſmittitur cholera ad mundificationem ipſorum inteſtinorum: vnde ex oppilatione cyſteos fellis plures accidunt paſſiones in inteſtinis: cholera enim quæ tranſmittitur, mordicando & pungendo mouet inteſtina ad expulſionem. Habet autem meatum ad ipſum hepar, quo mediãte ſugit ab hepate, quod calidum eſt ad ſui nutrimentum, quia calidæ & ſiccæ complexionis eſt. Collum habet iſte folliculus, in quo do-

minantur

A minantur fila longitudinalia propter attractionem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulsionem: & filis transuersis, propter retentionem. Proprium autem vas superfluitatis melancholicæ est splen. Ponitur autem splen inter duo membra calida, cor s. & hepar, vt sua potentiali frigiditate inducat temperantiam in extremis, est enim melancholicæ cõplexionis. Et habet duos meatus: Vnum, qui dirigitur ad os stomachi, quo mediante transmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitũ: vnde ex oppilatione splenis accidit fastidiũ: sicut ex nimia apertione eius, & transmissione melancholiæ superflua, accidit bulimus, siue canínus appetitus: Alium autẽ meatũ habet, qui dirigitur ad hepar, quo mediante sugit ab ipso, quod melãcholicum est ad sui nutrimentum. Habet autem figurã linguæ aliquantulum oblongã, & ad modum cinguli cingit ipsum stomachum: ex altera parte coniũgitur hepati, vt sugat ab eo, quod melancholicum est. Et propter hoc in passione splenis patitur stomachus, qm̃ nõ trãsmittit ad ipsum melãcholiam in debita quãtitate: patitur etiam hepar qm̃ non attrahitur ab eo melãcholia in debita quantitate, qm̃ ex retentione eius in hepate infrigidatur hepar, & accidit error secundæ digestionis. Componit autẽ splen ex crassa carne & dura & melãcholica, rara tm̃ & porosa, vt possit susc̃ipere intra se melancholiam ad sui nutrimẽtum, cum melancholica superfluitas generetur ex
B sanguine, vt deportet sanguinẽ per mẽbra: neq; enim est necessariũ totã superfluitatẽ illã dispergi p mẽbra: necesse autem fuit illã separari à sanguine, & vno loco deponi, donec eijceret à corpore.

De Anatomia Renum.

CReauit Deus duo colatoria, qbus separet aquositas à sanguine, ne sanguis corrumpat per ipsam: quæ quidẽ renes appellãtur. Et sunt duo potius, q̃ vnũ, quia si esset vnũ solũ, oporteret esse amplũ, propter superfluitatem aquosam quã reciperet, & sua amplitudine impediret alia mẽbra vicina sibi: ꝓpterea sunt duo parui, vt suppleat officiũ vnius magni, quia non habet locũ aliis mẽbris sufficientẽ. Itẽ alia est ratio, quare sunt gemini, vt si impediatur vnus aquosam superfluitatem recipiẽdo, accipiat eã alter pro maiori quantitate. Habet autem sitũ vnus in dextra parte, alter in sinistra, vt directe sibi opponãtur: quia ille, qui est à dextra parte, superius collocat & coniungitur hepati: ille qui est à sinistra, inferius locat, vt amplificet locũ splení. Sũt autẽ renes ex solida substãtia, ꝓpter multiplex iuuamentũ. Vnũ est, vt concurrant multa in paruo spatio, & recipiant multã superfluitatem in paruo spatio. Aliud est, vt sua soliditate resistãt humoribus, vt humori cholerico pungẽti & scindenti, q transit ad ipsos à stomacho. Tertium iuuamentũ est, vt ex sua duritie & soliditate cõprimant sanguinẽ cum superfluitate, ad modũ duorũ nodorum cõprimentium
C aliquos meatus, rectificando sanguinem ad sui nutrimentũ, reprimẽdo aquositatẽ. Triplex enim est sepatio sanguinis ab aquositate: prima in gibbo hepatis: secunda in caua vena, à qua transmittitur aquositas cum primo sanguine, quasi lotura carnium ad ipsos renes, quibus fit secunda separatio: in renibus vero tertia. Vnde si meatus renũ nimis aperiant, vt sanguis fluat in vesicam, sanguis tunc exit in vrina. Habent autẽ renes duplex os: vnũ superius, per quod trahũt ab hepate p quosdam canales: aliud per quod emittitur inferius ad vesicã. Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferens eis spiritũ vitalem siue vitam. Itẽ quædam venæ diriguntur ab hepate ad ipsos renes exterius, deferentes sanguinis nutrimentum ad exteriores partes renum. Interius. n. non habent renes venas, sed nutriuntur à sanguine, quẽ attrahũt per cãnales cum aquosa superfluitate. Coniunguntur autem renes cum quibusdã spondylis dorsi: vnde transmittunt eis vestem, quæ vestit eos exterius, & dant eis sensibilitatem. Habent autem figuram intus concauam aliquantulum, exterius gibbosam & nodosam. Et circa orificia, quædã habent additamenta, quæ circundantur pinguedine, cuius ratio per similia alibi assignatur.

De Anatomia Vesicæ.

D SIcut creauit Deus proprium vas superfluitatis primæ digestionis, ita creauit proprium vas superfluitatis secundæ digestionis, vt vesicã vas vrinæ. Habẽt ergo renes duo emunctoria, quasi duos cãnales, per quos transuehitur vrina post separationem eius à sanguine in vesicã. Subintrãt ergo illi duo cannales exteriores tunicam vesicæ circa medium tumorem eius: & fluit vrina inter duas tunicas ex vtraq; parte vesicæ ad os illius: vbi tandem intrant per interiorem tunicam vesicę penetrando ipsam. Et dum intrat vesicam vrina transmissa à renibus, clauditur exterius os vesicæ, ne aliquid exeat: & è conuerso dum exit vrina à vesica, clauduntur duo prædicti meatus, ne aliquid subintret vesicã interim: & hoc per dilatationem interioris tunicæ, & comprehensionẽ eius cum exteriori. Contexta est aũt exterior tunica ex filis lõgitudinalibus, & viget in ea magis attractiua: Interior autem tunica contexitur ex filis latitudinalibus, & hoc propter cõprehensionẽ: & ex transuersis, propter retentionem. Os autem vesicæ constat ex quibusdam lacertis, quibus mediantibus constringitur & aperitur in horis necessarijs. Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem, & in fundo vesicæ, quia necessarium fuit vt esset densa & fortis, ne acutis humoribus & sanguine melancholico scinderetur: quod accideret sibi, si subtilis esset compositionis.

De Anatomia Matricis.

CReauit Deus matricum radicẽ, vt esset instrumẽtum & locus generationis in muliere. Cuius collum est in cõparatione virilis virgæ: & eius siphac, s. interior cõcauitas, est in cõparatione

oſchei i. burſæ teſticulorum: & hac comparatione ſe habet inſtrumẽtum generationis in muliere E
ad inſtrumentum gñationis in maſculo, in qua ſigillum imprimẽs ſe habet ad ſigilli impreſſionẽ
in cera. Inſtrumentũ fœminę habet figuram inuerſam & protenſam i. fundatam intus: inſtrumen
tum hoīs habet inuerſam & protenſam extra. Collum aũt matricis lacertoſum eſt, multas habens
pelliculas & inuolutiones ad modum burſæ, ſicut & collum veſicę, vt poſſit dilatari & conſtringi,
quãdo opus fuerit. Qm̃ ante horam partus ipſius fœminæ os matricis cõſtringit̃ ſm oēs ſuas pli-
cas ad modum roſæ, cuius folia complicantur anteq̃ expandatur ipſa: vnde ita ſtrictus eſt meatus
colli matricis, ꝙ ſolummodo viam habet vrina per ipſum. In prima autem defloratione dilatatur
collum matricis, & rumpunt̃ quædam venæ ſubtiles, quæ ſunt in dextra parte ipſius colli, & exit
ſanguis. Duplex vero eſt os matricis, vnum exterius, & apparet viſui, ad quod terminatur collũ
matricis: aliud vero interius, in quo inchoatur collũ. Iſtud vero os in hora conceptionis ita claudi
tur, ꝙ non poſſet etiam acus intrare: ita enim diſpoſuit natura, ne poſt cõceptionẽ aliquid de ſper-
mate exeat, vel de alijs ſuperfluitatibus ſubintret, & lædat fœtum. In hora autem partus ita dilata-
tur collum matricis, ꝙ eius amplitudo ferè concauitati interiori ipſius matricis adæquatur, ad mo-
dum roſæ, quæ tota expanditur ſm oēs ſuas partes. Interius aũt circa medium tumorẽ ipſius ma-
tricis ſunt duo additamenta inuerſa, ſiue protenſa, ſicut duo cornua vel duo capita mammillarum, F
quibus adhærent duo fœtus, vnus à dextra parte ſ. maſculus, alius à ſiniſtra ſ. fœmina. Sicut enim
natura exterius præparauit duo inſtrumenta nutritionis ſ. duas mammillas, ita interius duo ſuſpẽ
ſoria: & ſicut plures ſunt mammillæ extra & intra, & plura ſunt iuuamenta matricis interius, quæ
etiam viſui apparent. Vnde quidã per ſimile dicebant decepti, in muliere eſſe quinq; cellulas, quí-
dam ſeptem, quia tot fœtus poſſunt ſimul eſſe in matrice. Ad hoc dicendum, ꝙ ſicut in arbore plu
ra pira apparent vel adhærent in ſtipite prouenienti ex arbore, à quo accipiunt nutrimentum, ita
in matrice poſſunt plures fœtus adhærere vni additamento, à quo omnes accipiunt. Patiunt̃ au-
tem iſta duo additamenta duas diſtinctiones corporis mãmillæ: vnam, pp colligantiam vnius cũ
In Aph. ſect. 5. Apho 38. Ext. cõd. 41. a dextra mãmilla: reliquã, ob alterius cũ ſiniſtra. Dicit Hippoc. ‖ ꝙ ſi gracileſcat dextra mãmilla, ma.
ſculi abortum faciet. Ponitur inter longaonẽ & veſicam, & illi eſt illud inteſtinum, quaſi culcitra
ſup quã quieſcit. In quibuſdam collũ matricis eſt gracilius, & longius, & tortuoſius: & in quibuſ-
dam breuius, & rectius, & craſſius: ſicut in quibuſdam viris virga gracilis, longa, & tortuoſa: in
quibuſdam, aliter diſpoſita. Componitur aũt matrix ex duabus tunicis, quarum exterior magis
carnoſa eſt: interior vero magis neruoſa aliquantulum, vt ſenſum poſſit habere, non tamen ma-
gnum, quia ſi nimium ſenſum haberet, matrix nimis læderetur in partu. Exterior aũt ſpiſſior eſt G
pp hoc, vt ſeruaret naturalem calorem: interior autem ligamentalis eſt, ideſt ex ligamẽtis, & com
ponit̃ ex omni genere neruorum, ſ. longitudinalibus, latitudinalibus, & tranſuerſalibus. Alliga-
tur autem matrix ſpinæ dorſi fortiter poſterius, & duabus coxis. Similiter eius ligamenta deſcen
dunt ad genua: à genibus vſq; ad pedes. Superius autem allígatur diaphragmati, cuius ligamen-
ta aſcendunt vſq; ad mammillas & oculos. Sub iſtis autem additamentis extra ex vtraq; parte in-
ferius prope os matricis ponũtur duo ianitores, quaſi duo oua, ſ. teſticuli, qui ſcilicet aliquãtulum
ſunt latiores, cũ teſticuli maris, qui aliquantulum ſunt oblongi: Illi latiores propter humiditatem
deſcendentem: iſti oblongi, pp caliditatem. Creauit autem natura iſta gemina, vt in eis eſſet locus
digeſtionis ipſius ſpermatis, ad hoc vt ex ipſo eſſet materia corporis humani. Sunt autem vaſa ſe-
minaria antecedentia, & conſequẽtia, quibus defertur ſperma vel materia ſpermatis. Vaſa autem
antecedentia ſunt quædam venæ, quæ prodeunt à cerebro vſq; ad teſticulos, & deferunt ſangui-
nem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri, ad ipſos teſticulos, qui mediante ſua virtute at-
tractiua talem ſanguinem attrahunt ad nutrimentum: reſiduum autem illius nutrimenti à teſticu
lis tranſmittit̃ per ſeminaria vaſa conſequentia in ipſa virga virili, & per illã in matricẽ ad genera-
tionem fœtus. Cuius quidem ſpermatis in homine ſtrictius eſt meatus & tortuoſus, & longus, vt H
ſubtilietur & habilitet̃ per longum tempus: in muliere non eſt ita neceſſarium vt ſubtilietur, quia
eius ſperma debet craſſius eſſe & humidius, cũ ſperma viri, maxime ab iſto agente patiens. Pro-
pter hoc breuior eſt tranſitus à teſticulis mulieris in matricẽ: ſtatim. n. ſubintrat matricẽ ſub infe-
riori ore à latere matricis ex vtraq; parte illius, & non p illud os: vnde non coniungit̃ cũ ſpermate
maris anteq̃ vtriuſq; ſperma perueniat in matricẽ. Sub interiore autem ore matricis, illius iacet os
aliud ſ. veſicæ, quod ſubintrat collum matricis, & ita exit vrina ſm eandem viam, per quam intrat
ſperma. Conueniũt aũt ſpermata maris & mulieris in matrice ita, ꝙ ſperma maris agit in ſperma
mulieris: ſperma autem maris naturaliter intendit imprimere formam eius, à quo decidit̃, & ſper-
ma mulieris intendit ſuſcipere. Illud autem facit ſperma viri in ſpermate mulieris, vt dicunt alij in
ſanguine menſtruo, quod facit fermentum in paſta, ſ. ebullitionem. Et Gal. vult, ꝙ vtrunq; agat in
reliquum, & patiatur à reliquo. In principio. n. admiſcentur ſpermata, & fit ſpuma in eis mediante
ventoſitate eleuante ampullas. In ipſis. n. ſunt tres ſpũs, ſ. naturalis, ſpiritualis, & vitalis, qui mo-
uent materiã quolibet genere motus: quorum quilibet intendit ad generationem propriæ cauſæ
materialis, ſ. ſpiritus vitalis ad generationem cordis, ſpiritus naturalis ad generationem hepatis,
& animalis ad generationem cerebri. Subintrante ergo in profundum ſpermatis ventoſitate,

actione

A actione trium ſpirituū in medio naſcitur veſicula quædā: ſuperius aūt propè alia veſicula: à latere iuxta inferiorē alia. Ex prima veſicula formatur ipſum cor: ex ſecunda ſuperius poſita cerebrum: ex tertia hepar. Tamen maxima eſt diſſenſio inter auctores de ordine formationis. Hippo. n. in libro de natura fœtus voluit, ꝙ cerebrum eſſet primum in creatione, vt patet ex ſenſu, quia in ouo primo apparet caput pulli. Iſaac videtur conſentire, quia comparat hominē arbori inuerſæ, & cerebrum radici arboris. Alij volunt ꝙ hepar primū ſit in creatione, quia illud membrum cuius operatio primo eſt neceſſaria, primo debet creari: ſin minus, inordinate procederetur. Et iſta ratione dicit Ariſt. ꝙ cor primo creatur, quia eius operatio primo eſt neceſſaria, & ideo primo debet creari: non. n. poſſet nutriri niſi primo vel prius fieret vita: vnde cum operatio vitalis primo ſit in corde, primo creatur cor. In iſtis tribus membris, artifice natura petente exteriores partes, exterius terminatur vehiculū, quo mediante alligatur fœtus vni partium capitum māmillarum, per cuius vehiculi inferiorem meatum tranſmittitur de puro ſanguine menſtruo matris, vel alio, per quem membra, quæ prius erant alba, rubificantur. Illud autē vehiculū alligat fœtū matrici: & cum illud vehiculum poſterius ſit in conceptione, alijs tamen prius eſt in perfectione. Per ſex autem primos dies in illa materia apparet ſpuma, & aliæ tres ampullæ principalium membrorū. Poſtea per tres
B ſequentes dies inchoantur interius lineationes, & punctationes aliorum membrorū. Per primos autē ſex dies nihil attrahit̄ à matrice, quia parū aut nihil deperdit̄ de illa materia: & ſi deperditur, nō eſt vtilis reſtauratio, vnde nihil attrahit̄. Per ſex autem dies ſequentes penetrāte ventoſitate & ſpiritibus ad exteriora, perficiuntur ramificationes venarum & arteriarum. Per xij dies ſequētes, ſubintrat ſanguis per vniuerſa mēbra carnea: vnde in abortu apparent tunc temporis fruſta carnea: & per ipſos diuiditur etiā ſpinalis medulla à cerebro p̄ ſpinam dorſi. Itē per ix dies ſequentes diſtinguūtur membra à ſe inuicem, latera à collo, & collū à capite, coxę à natibus, & ita de ſingulis alijs. Et ita in vniuerſo erunt xxxv dies: tñ in quibuſdā iſta tempora formationis anticipant̄, & in quibuſdā poſtponuntur partitiones totalis temporis formationis, tum p̄ vnū diem, tum p̄ plures. Tripliciter ergo variatur totum tempus formationis: quoddā. n. terminatur in xxx diebus, quoddam in xxxv, quoddā in xl, ita ꝙ qnq; dies ſemper interueniūt & intercidunt. Cauſa autem huius diuerſitatis eſt calor intēſior in quibuſdā, remiſſior in alijs: & materia magis, & minus obediens. Fœminę corpus tardius formaī, ꝙ corpus maris. Tēpus autem motus, i. illud, in quo apparet vel ſentit̄ motus voluntarius ex anima ſenſibili, duplū eſt ad tempus formationis. Tēpus autē partus triplum ad tēpus motus. Et propter iſtas diuerſitates temporum formationis, etiā variantur tem
C pora partus. Et ideo quidā naſcuntur in vij menſe, quidam in viij, & quidā in ix. Totum autem quod dictum eſt de temporibus formationis, experimento compertum eſt per diuerſa tempora abortuum, in qbus apparent viſui antiquorum medicorum ſucceſſiuæ diuerſitates formationum.

De Anatomia Pannículorum Fœtus.

IN quibuſdam autem materijs calor eſt maior. Statim aūt declināte calore, & penetrāte in profundum extremitatibus relictis, induit̄ pellicula ad modum corticis exterius, ſicut patet in ouis, quæ veſtiunt̄ extra tenuiſſima tela prius, & poſtea teſta duriore. Sil̄ in arboribus, quæ veſtiuntur triplici cortice: & in fructibus quarundam arborum, quæ duabus vel tribus tunicis teguntur. Sil̄ fœtus in vtero matris inuoluitur tribus pelliculis: quarum prima verſus fœtum tenuiſſima eſt, & dicitur camiſia pueri vel profundatio ſudoris: iſta. n. pellicula abſtergit puerum à ſudore, qui eſt quaſi aerea ſuperfluitas. Inter hanc pelliculam & ſequentem recipitur ſecunda ſuperfluitas, ſ. vrina: ſtatim. n. qñ excolatur per renes, non intrat ſtatim veſicā, ſed per quendā meatum dirigitur ad vmbilicum, vbi exit, & ſubintrat iſtas duas pelliculas, & non expellit̄ inde ante partum, immo exit cum puero. Cuius retentionis hæc eſt cauſa, ſ. vt ex humiditate mollificet & p̄fundat matricem, vt ſufficienter amplificet̄ ad exitum pueri, quia facilius excolatur p̄ humidū, ꝙ per ſiccū. Interior
D aūt tunica ſubtilior eſt cæteris: & componit̄ ex arterijs & venis, in quibus defertur ſanguis ad nutrimentum fœtus, venalis ſanguis hepati, arterialis cordi: & hæc eſt tunica ſimilis retinę. Prima autem ſuperfluitas non eſt in fœtu, quia nihil dum eſt in matrice intrat per os, & ita nihil in ſtomachum & inteſtina, quod poſtea exeat per ſeceſſum. Venit autē ei nutrimētum p̄ vmbilicū de ſanguine materno, qui tranſmittit̄ ad hepar, & ibi quandā ſuſcipit digeſtionē. Inuoluitur ergo tribus pāniculis fœtus, ſed non p̄p dictas cauſas ſolum, ſed vt fœtus firmiter adhereat matrici: nō. n. ſufficeret illud vnū ſolū vinculū p̄ vmbilicū, niſi in pluribus locis p̄ pelliculas illas alligaret̄ matrici: habet. n. fœtus poſitionem & ſitū membrorū naturalē ſm̄ diuerſas ſui plicaturas naturales. Ambas aūt manus habet poſitas ſupra duo genua, brachijs extenſis ex vtroq; latere, & faciem poſitā inter manus, & naſum inter genua: & habet genua flexa, & pedes iūctos: proceſſu aūt temporis creſcit, & auget̄ vehementius, & fortius mouet̄. Et tendit ad exitū triplici de cauſa: vna cauſa eſt propter angustiā loci in vtero materno: alia cā eſt p̄p defectum nutrimēti, non. n. ſufficit ei, quod tranſmittitur à matrice: tertia cauſa eſt anguſtia inſpirādi, & expirandi, & paucitas aeris, qui quidem nimis calidus attrahitur. In matrice ergo tempore partus puer conuertit ſe ad exitum, ſ. caput inferius, & extremitates ſuperius. Hic naturalis ordo eſt in exeundo, vt præcedat caput, & ſequantur cætera membra: caput. n. ex ſua craſſitiæ & grauitate facit locum cæteris membris gracilioribus. Qñ

vero præcedunt pedes, timendum est ne brachia frangantur: qñ præcedit vnus pes, timendum est E
de alio: idem dico de cæteris membris. Rumpuntur.n. cotylidones, & exit sanguis cũ aquositate, qui retẽtus inter pelliculas mollificat, & perfundit matricem. Matrix autem post tantam dilatatio nem cito redit ad propriam vel pristinam constructionem, & hoc nimia operatione naturæ.

De Anatomia Genitalis Virgæ.

HAbet autem virga virilis compositionem ligamentalem. Cõponitur.n. ex crassis venis, ner uis, & arterijs, vt recipiat multũ intra se de spiritu & ventositate, quæ faciũt ipsam inflari & erigi, quando opus fuerit, & per ipsam deportari materiam sementalem. Longitudinem naturalẽ habet inter sex, & nouẽ digitos, vt possit attingere ad locũ sibi destinatum in proiectione sperma tis. Item hẽt duos meatus, vnum in quo defertur sperma à testiculis, aliud in quo defertur vrina à vesica, qui tñ duo meatus conueniunt tãdem in vnum meatum. In ipsa.n. virga sic accidit, sicut in collo matricis: quia per alium meatum exit vrina, & per alium meatum intrat sperma viri, tñ ipsi duo conueniunt in ipso collo, & fit meatus vnus. Veniunt autem nerui ad eius compositionẽ ab inferiori parte spinalis medullę: veniunt ẽt quædam ligamenta à pubis ossibus. Virga habet duo paria musculorum, vnum par longitudinalium & protensorum, quibus erigit & extenditur: & aliud par habet musculorum transuersorum, quibus mediantibus erigitur. Quare si vnus muscu- F
lorum spasmetur, tunc declinat versus vnum latus: si alter, versus alterum declinat: si neuter, dirigitur. Istis etiam mediantibus post iniectionem spermatis retrahitur ad priorem mensuram.

De Anatomia Cordis.

CReauit Deus cor ex carne crassa forti & dura, vt esset longinquum à læsionibus, neq; nimis velox neq; nimis tardum esset ad motum, neq; nimis paruum propter multum aerem & san guinem quem recipit. Figura autem eius est pineata, quia latum aliquantulum in rotũdum est in parte vna: & hoc vt locum haberent amplum venæ & arteriæ exeuntes & subintrantes in illa par te. Et in alia sua extremitate punctale hẽt acumẽ, vt in vna sua parte contingeret ossa costarũ, quibus vicinatur, ne lederetur ab ipsis. Et pineatam hẽt figurã, & rotundã, quia nulla figura melius, q̃ ista, coniungit punctum cum superficie, cum à puncto per crescẽtes circulos gradatim perueniat ad vltimam superficiem. Inuoluitur aũt cor in quodam forti pãniculo ad sui defensionem, qui capsula cordis appellatur: inter quem & ipsum cor, tm̃ vacat spatium, quod sufficit ad plurimã cordis dilatationem, ne ex cõstrictione inducat suffocationem in ipso. Colligat autem cordi in tribus locis, s. in punctali extremitate, vbi magis est chartilaginosa, propter defensionem illius partis à duritie ossium vicinorum: & in duabus auriculis similiter. Quę quidem auriculæ apparent extra, G
quasi duo additamenta carniũ, per quarũ Inferiorẽ subintrat vena deportans sanguinem ab hepa te ad nutrimẽtum cordis, & ad generationem spũum, & sanguinis vitalis: Superiorem aũt auricu lam subintrat cãna pulmonis deportans aerem ad temperationem caloris ĩnati: & ita leuioris, s. ae ris, meatus est superior. Cor autem habet tres distinctiones, siue folliculos, ad modum quarũdam bursarum: in quarum parte suprema recipitur aer: in infima, recipit sanguis: in media, quæ fouea appellatur, fit aeris & sanguinis commistio, & spirituum generatio. Vnde ille locus in corde dicitur minera spirituum. Componitur autem cor ex oĩbus generibus filorum, s. longitudinalibus, quibus attrahit: latitudinalibus, quibus expellit: & transuersis vtrorumq;, quibus retinet. Vergit autem cor versus sinistrum aliquantulum, vt det locum hepati posito in dextra parte, ne duo tam calida membra in vna parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo subintran tia cor, vena concaua deferens sanguinem ad nutrimentum cordis, & generationem spirituum: & canna pulmonis deferens aerem, vt ex ipso & aere generetur spiritus. Duo egrediuntur, sicut est vena arterialis, vel arteria venalis, quæ sic appellatur, quia media est inter venam & arteriã, quæ deferunt sanguinem calidum & subtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicũt quidam, q̃ pulmo calidam & siccam habet complexionem, quia nutritur calido & sicco sanguine, s. H
cholerico: tamen ex accidenti frigidus est & humidus, vnde dicitur proprium vas phlegmatis: hu mor enim distillat à cerebro ad pulmonem, quasi pluuia, vnde ex accidenti abundat in eo phleg matica humiditas. Ista autem vena vnã tantum habet tunicam, cum omnes aliæ ad minus duas ha beant: & hanc mollem habet, & hoc multiplici ratione. Vna ratio est, quia intrat substantiã pul monis, quæ tenera est & mollis: & si vena esset crassa & dura, de facili posset siccari, & suscipere rimam & fixuram, & pulmo per ipsam. Alia ratio est, quia mollis est, vt sequatur motum pulmo nis: quod non faceret si esset dura: & est ad modum iunci in aqua, qui ex sua mollitie & flexibili tate sequitur motum aquæ. Alia ratio est, quia vena non procedit per longam viam, immo tan tum per substantiam pulmonis: vnde iacet super pulmonem sicut super culcitram: vnde, si san guis venam impleat, cum non habeat durum & resistens, non lædetur ex percussione. Alia vena egrediẽs à corde est illa, quæ dicitur aorta, quæ defert sanguinem vitalem per totum corpus: & ha bet duas tunicas, interiorem durã, & exteriorẽ mollẽ: Duram propter subtiliorem sanguinẽ & pe netrantẽ, ne ille extra resudaret: defert.n. sanguinem pulsatilẽ ista: Exteriorem habet mollẽ, q̃ si haberet eam durã, cũ iste sanguis pulsatilis impleret illam interiorem, & ipsa exterior ex eius duri tia repercuteretur, & læderet tunc: & propter hoc exterior mollis est, vt receptio ictus siue pulsus

sit

A sit tanꝯ in molli. Ramificaī autem ista per totum corpus: & eius rami interius superiacent venis quietis, vt tanꝯ volubile oīno sustenteī ab illis: exterius vero iuxta superficiē corporis supponuntur eis, vnde habeant ea quasi scuta & tegmēta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis, qui vitalis est, ab ipso qui nutrimentalis est, quoniam hic saluando exit interpolate, alius continue & quiete.

De Anatomia Pulmonis.

Vluit cor cum suis dilatationibus & cōstrictionibus & quietibus intermedijs: cuius calor excellens, signum est audaciæ: superexcellens vero signum est maniæ. Non.n. magnitudo cordis causa est audaciæ, neq; paruitas est causa timiditatis, qm̄ lepus & ceruus magnū cor habent ſm mē suralē sibi proportionem, cum timidi sint: quædam similiter animalia paruum habent cor, sed calidum, & pp hoc audacia sunt, sicut serpens thirus, mustela &c. Et qm̄ cordi necessaria fuit cōtinua aeris attractio, vt in animalibus ambulabilibus: neq; potuit attrahi ab extrinseco, tum pp loquelā & vociferationem siue cantum, tum propter corruptionē aeris exterius: necessarium fuit vt esset aliquod vas receptaculum aeris attracti interius, vt aer reseruareī ad tempus, & rectificareī à suis nociuis qualitatibus: quod quidē vas pulmo vocatur. Est igitur pulmo caro tenera & rara, vt recipiat aerem in magna quantitate. Vnde animalia, quæ magnum habent pulmonem & valde ra-

B rum, multum morantur sub aqua: quę paruū, parum morantur: hęc.n. frequenter inspirāt & expirant, alia vero rarius. Habet aūt pulmo magnam quandam cannam, quę superius terminaī ad epiglottidem, per quam attrahitur aer: quę quidem canna ramificaī & dispergitur per multā substantiam pulmonis. Et iterum ex oppositā eius parte est canna, quæ subintrat cor descendendo. Non aūt moueī pulmo per se & suo proprio motu, sed potius motu dilatationis in inspiratione, & constrictionis in respiratione: qui quidem motus à cōrde sunt, qm̄ in sui compositione pulmo nō habet neruum, à quo est motus cōis membro animalis. Exterius autem inuoluiī quadam pellicula, q̄ fit ex neruo dilatato circa ipsum: & ex ista pellicula totum sensum habet in se. Et est pulmo in illa comparatione ad alia ambulantia, in qua sunt branchiæ piscium ad ipsos pisces. Habet aūt pulmo quinq; distinctiones, pelliculas s. tres ex vna sua parte, & duas ex altera: duas maiores, & tres minores: vt si forte lędatur in vna vel duabus suis partibus, saluetur in alijs: qm̄ si esset cōtinuatio in sua parte, læsio vnius partis per continuationem totale membrū læderet. Habet aūt pulmo distinctiones duas maximas, & quinq; subdistinctiones paruas, quas pelliculas nuncupamus, vt si forte vna earum lædatur, & impediatur à suo effectu & actione, altera suppleat, neque cesset ab officio suo. Tres autem illarum pellicularum magis vergunt versus dextram: quarum vna non mouetur si-

C cut cæteræ, sed tantum ad hoc est vt per eam transeat vena concaua, quæ ab hepate dirigitur ad ipsum cor: & illa vena est quasi lectus in quo iacet. Duæ vero pelliculæ magis vergunt versus sinistrum: cuius dictionis hęc est ratio, quia tres pelliculæ à dextris sunt, vt vna illarum sit vicinior venæ concauæ, quam vestit: alia ratio est, vt exeuntes ex æquo duo panniculi ex parte cordis, cum ipso corde teneant sinistram partem pectoris. Et tres pelliculę ex parte hepatis tenebunt dextram partem pectoris ex æquo, ne aliqua pars pectoris relinquatur vacua magis q̄ alia. Tibia autē pulmonis, instar stipitis habentis multas radices ramificatur ſm substantiam pulmonis: qui quidē rami per totum pulmonem diffundunī ita, q̄ eorum capita siue orificia extrinsece sunt aperta, neq; aliquo tpe clauduntur, sed sugunt continue & attrahunt superfluitates pectoralium, descendētes à capite ad loca inferiora pectoris. Neq; solum per illos ramos cannæ pulmonis attrahūtur superfluitates cordis, sed etiam superfluitates à capite descendentes. Est autem pellicula quædā diuidēs suos thoraces à se inuicem, transiens per maiorem diuisionem pulmonis, quasi distinguēs eum in duas medietates, alligatas cū spinis dorsi posterius, anterius vero pectori. Cuius causa finalis prohibet, ne transeat aliquod læsiuum ab vno thorace ad alium, si lædatur vel patiatur prius, q̄ alius. Canna aūt pulmonis superius componitur ex anulis quibusdam perfectis, inferius autem ex anu-

D lis imperfectis: quanto enim magis ascendit canna, tanto perfectiores sunt circuli, ita q̄ in ascensu decrescunt, donec perueniat ad perfectionem. Gibbositas aūt ipsorum anulorum vergit exterius, & efficit gutturis tumorem: versus aūt interiorem partem vbi deficiunt circuli, est quædam pellicula fortis & spissa, quę supplet officium circulorum. Qn̄ autem cibus recipitur in gulam, illa pellicula cedit ipsi, & reflectitur interius hora deglutitionis, ne impediat illam, sicut impediret, si esset chartilago interius, sicut exterius. Superioris autem partis illius cannæ, & exterioris illius, duplex est iuuamentum: vnum, vt inspiratio & expiratio fiat per ipsum: aliud, vt sit primum instrumentum formationis vocis, et ita fiat instrumentū virtutis voluntarie mobilis. Et est simile de pellicula cooperiente cerebrum, cuius duplex est iuuamentum: vnum, vt coniungat venas & neruos & arterias exeuntes à cerebro: aliud vt regat & inuoluat cerebrum, ne lædatur & dissipetur, cum sit teneræ substantiæ. Expiratur ergo superfluitas aerea, quę perueniens ad guttur, format vocē. Natura ergo format sibi superfluitates, & adaptat ad quædam sua iuuamenta, s. squamas in piscibus, & pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus frustulis ad formandam vocem ſm plures suas differentias, s. gracilem, & crassam, & ita de alijs: quoniā ad diuersos motus & cōtrarios alicuius membri, necessaria sunt plura frustula alicuius membri: sicut patet in digitis, qui ad varios motus aptantur: quorum primum frustulum est quędam chartilago composita ad modum aliarū

cannarum

*Al. thorace.

cannarum ambarum. Ipſius circulus eſt imperfectus, ad modum peltæ, cuius gibboſitas extra ap- E
paret in gutture: eius vero defectus eſt verſus gulã: vnde chartilago peltalis vocaſ. Cuius quodã
modo ſupplet defectum quedam chartilago ſuppoſita iſti inferius, ſimiliter circulũ faciens imper-
fectum: ſed cõtrario modo ſe habet peltali, quia eius gibboſitas interius eſt verſus gulam, defectus
vero exterius verſus guttur eſt. Et ita ſe habet hæc chartilago, ꝙ oritur ſeu collocaſ ſuper inferiorẽ
chartilaginem: cuius opus eſt, ne impediat deglutitionem, qñ gula dilatatur verſus ipſam. Hæc au
tem chartilago cymbalaris, & coopertoria vocaſ. Et eſt alia chartilago, quæ appellaſ nomen non
habẽs, cũ modo colloceſ verſus partem exteriorẽ, modo verſus interiorẽ, qñ opus fuerit: quia eius
iuuamentum eſt, vt qñ deglutitur cibus in gulã, interim tegat os tracheæ: & iterum cum formetur
vox in gutture, interim tegat os gulæ. Si aũt accidat, ꝙ loquatur deglutiens aliquid, remouetur id
operculum, & aperitur os tracheæ: & quando ſubintrat mica panis per tracheam, tunc natura per
fortem tuſſim conatur expellere illam. Chartilago autem nomen non habens, duo habet addita-
menta, hãc illa quæ ſubintrant illud cooperculum, ſiue cymbalarem chartilaginem, & tenẽt ipſam
in debito loco & poſitione. In formatione autem vocis, quanto magis eleuatur peltalis & cymba-
laris, tanto magis gracileſcit vox, & trachea arteria tanto magis elongatur & arctatur: quando ve-
ro illæ chartilagines deprimuntur, vox craſſeſcit, & trachea dilatatur intus magis. F

De Anatomia Diaphragmatis.

Diaphragma eſt quædam pellicula diuidens regionẽ vitalium à regione nutritiuorum: vnde
dicit diaphragma, quaſi duo frangens. Cuius compoſitio eſt ex neruis et ligamentis. Habet
aũt illud iuuamentum, ſ. vt ſit primum principium motus inſpirationis, & expirationis: motu. n.
diaphragmatis mouet pulmo: pulmo aũt non mouet ex ſe, vel per ſe, cũ non habeat neruum in ſe.
Alligaſ aũt diaphragma ſpinæ dorſi retro, & anterius pectori. Et annexum eſt circũquaq; corpus
corpori ꝑ circuitum, per muſculos aũt habet motum circularẽ. Cum aũt motus dilatationis in cir-
culo, à medio puncto incipiat, & terminetur in extremitatibus: & motus cõſtrictionis incipiat ab
extremitatibus, & terminetur in medio: neceſſe fuit vt principium motus diaphragmatis eſſet in
medio illius. Deſcendit ergo à ſexto pari neruorum quidam neruus directe & perpendiculariter
per mediũ punctum ipſius diaphragmatis, præſtans & ſenſum & motum, qui poſtea ramificaſ, &
diffunditur per totum diaphragma. Præterea veniunt alij duo nerui à quinto & quarto pari ner-
uorum ab ipſa ſpinali medulla & ſpondylis, ferentes prædicto neruo principium: qui quidem vt
adhæreat veſtitur carne, vt in ſuo defectu ſubintret pelliculam illam, quæ eſt diuidens duos thora-
ces, facientes duas diſtinctiones pectoris: & quodam modo veſtitur, & adhæret, donec perueniat G
ad diaphragma. Contingit autem ꝙ diaphragma quandoq; apoſtematur, & impeditur à ſuo mo-
tu: & tunc iuuatur à quibuſdam muſculis lateraliter ei venientibus, qui ſunt 84 teſtante Galeno:
& etiam iuuatur à foliis narium per vehementem inſpirationem, & expirationem.

De Anatomia Cerebri.

Et cerebrum diuiditur in tres ſubſtantias, in velarem, medullarem, & ventres plenos ſpirituũ,
qui ſunt principia neruorum à cerebro orientium. Cerebrum aũt eſt frigidum, & humidum.
Frigidum vero, ne inflammetur vapore fumorum aſcendentium à ſtomacho: & ne inflammetur
motu neruorum ſenſibilium, vel per operationes ſenſibiles, vt imaginationes & cogitationes: &
vt temperet ſua frigiditate ſpiritus vitales calidos aſcendentes. Molle & humidum eſt, vt de facili
ſuſcipiat impreſſiones ſenſibiles: & vt poſſit eſſe nutrimẽtum neruorum, qui à principio ſuo mol
les ſunt, & gradatim & ſucceſſiue indurantur. Item leues ſunt nerui, rari, & flexuoſi: leues, vt ſuſci-
piant ſpiritus rari, vt præſtent ei facilem motum, & directum, & velocem: flexuoſi, vt deſeruiant
membris ad regendum ſe faciliter verſus quamlibet partem. Item cerebrum in anteriori ſua parte
eſt mollius & humidius, propter neruos ſenſibiles inde orientes, qui molliores habent eſſe, cẽ; ner-
ui motiui. In poſteriori ſua parte durius eſt, propter neruos motiuos inde orientes, qui duriores ha H
bent eſſe, cẽ; nerui ſenſibiles: & propter illam partẽ, in qua eſt theſaurus memoriæ & repoſitio for-
marum. Cerebrum autẽ ſecundum latitudinem diuiſum eſt in duas partes, vt hoc membrũ vnum,
ſit ſicut & cætera membra bina, vt ſi forte lædatur vna eius pars, altera ſeruetur illeſa. Deſcendit au
tem poſterior pars cerebri cum ſuis velaminibus in concauitatem ſpinæ, & ex illa parte oriuntur
nerui, ex vtraq; parte lateraliter atq; ad ambas partes corporis vicinas tendunt.

De Anatomia Neruorum à Spinali medulla orientium.

A Spinali medulla xxx paria neruorum oriuntur, & vnus neruus, qui caret pari. Quorum vij à
ſpondylis colli oriuntur. Alia vero vij à ſuperiorum coſtarum ſpõdylis oriuntur, quæ in re-
ctitudine pectoris ſita ſunt. Alia vero quinq;, quę ſunt poſt ipſa, ab inferioribus coſtarũ ſpondylis
naſcuntur. Oriunt & alia quinq; à quinq; ſpondilis renum. Ab oſſe vero, quod renibus ſupponit,
oriuntur alia tria. Poſt quæ alia tria ab oſſe caudæ naſcuntur. A caudę autem ſummitate neruus ca
rens pari orit. Primi paris egreſſio eſt à duobus ſpondyli primi foraminibus, quod in capitis ſo-
lum muſculos ſpargitur: & eſt paruum, & minutum, quoniam melius videtur, cum locus, à quo
egredit ſit anguſtus. Par ſecundum à foramine, quod eſt inter primum ſpondylum & ſecundum,
oritur, cuius maior pars tranſuerſa ad cutem capitis aſcẽdit, dans ei motum. Et quod primum mi-

nus facit

A nus facit ꝓꝑ suã paruitatem, consequens ipsum complete emendat: musculoq; colli et maxillarum coniungitur, dans ei motum. Par tertium exiens a foramine inter ꝑm & tertium spõdylum, statim in duo diuiditur ex vtraq; parte: quarum vna musculis qui maxillas mouent transmittitur, & est qñ musculis miscet temporum, & cum musculis aurium in bestijs, & qñq; in hominibus: alia vero pars ipsius per musculos dispergit, qui inter vtrasq; locant scapulas. Par vero quartum inter tertium & quartum spondylum exoritur, & partitur in duo sicut præcedens, sed pars ipsius ascendẽs est parua. Et quidam dixerunt iam, ꝙ ab ea penetrant rami sicut araneæ tela extensa super venam, donec ad diaphragma perueniat, separans super duo latera diaphragmatis, et pectus in duo media partiendo incedens: sed eius pars minor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorum profundat, donec ad suprema vadat, & musculis mandat ramos, qui inter caput & collum sunt cões: & dixerunt quidã ꝙ ab eo ad dorsum descendit ramus. Quintum vero par inter quartum & quintum egressum, in tres diuiditur partes: & est vnus ramus, & est minor pars, peruenies ad musculos, qui caput anterius peruertunt, & ad alios musculos qui capiti sunt cões & collo: & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & miscetur, et ad medium penetrat diaphragmatis. Par vero sextum, septimũ, & octauum, ab alijs ꝑm ordinem egreditur foraminibus: sed octaui egressio est a forami-
B ne cõi inter finem spondylorum colli & primum spondylum dorsi. Et eorum rami vehementi miscent mistura: ꝑm plurimũ eius ad scapulæ peruenit superficiẽ: & pars eius maior, quæ est ex quarto, & minori parte, quæ est ex tertio, peruenit ad diaphragma: & plurimum septimum peruenit in adiutorium: licet sint quidã qui ex ipsis ramis ad musculos capitis & colli & dorsi cũ ramis quinti associati vadant ad diaphragma: sed tñ ille, qui est ex quinto, ad partem manus tendit, & non transit scapulam. Sexti vero paris quidã ad musculos scapularũ dirigunt, & alij mouent adiutoriũ, alij vero a superioribus partibus dant sensum adiutorio, alij mouent brachium, alij per cutem adiutorij. Septimi vero paris quidam mandant musculis qui sunt in adiutorio, qui spargũtur dantes eis sensum. Octaui vero paris partes quędam per cutẽ hanc quidẽ partiunt, dantes ei sensum, alij vero ad musculos brachij tendunt motum manibus pręstantes. Primum autem par ex paribus mẽbrorum pectoris, egreditur inter primum & ꝑm spondylum pectoris, quod in duas diuiditur partes: quæ autem maior est, in omnibus musculis spargitur costarum, & in musculis dorsi super primas costas extensum procedit, & octauo neruorum colli obuiat, & similiter ad manus protẽditur, donec ad digitos & palmam perueniat & manum, & segregatur per eam, dãs ei motũ vel sensum. Par vero ꝑm, a foramine egreditur, quod prędictum sequit foramen, cuius pars ad adiutorij tendit
C superficiem, dãs ei sensum: & ipsius residuum cum alijs partibus q̃ remanserunt, aggregantur, & ad musculos scapulæ qui super eam positi sunt ascendunt, ipsius mouentes iuncturam: & ad musculos perueniunt dorsi, qui ex istis neruis spondylorum pectoris oriũtur. Et ramus, qui ad scapulam non protenditur, ad musculos dorsi vadit, & ad musculos qui sunt inter costas primas in posterioribus pectoris positas. Qui vero ex spondylis secundarum nascuntur costarũ, ad musculos veniunt, qui sunt inter costas & ramos, cum istorũ neruorum ramis: præterea a ramis neruorũ arteriæ & venæ aperte currunt, & spinalem medullam ingrediunt per loca vnde ipsi egrediunt. Nerui excũtes a duobus spondylis pectoris in hoc cõicant, ꝙ pars eorum ad musculos dorsi peruenit: & pars ad musculos ventris, & ad musculos qui sunt in dorso pressi: tertia autem superior cũ neruis miscet, qui a cerebro sunt descendentes, & non alia. Et duo paria inferiora ad partes crurũ multos transmittũt ramos, cum quibus ramus tertię partis, & ramus nerui primi, ossibus alchatim miscent. Sed isti duo rami coxę non pertranseũt iuncturam, sed in ipsius spargunt musculis, & ita eos pertranseunt incedendo ad crura. Neruorum autem crurum & pedum forma, a neruis manuũ & pedum separatur in eo, ꝙ non iunguntur, & inclinant submersi ad cerebrum. Non est autẽ forma continuitatis adiutorij cum scapula, sicut forma continuitatis femoris cum coxa, neq; extremitates
D cum origine suorum neruorum. Et isti quidem nerui ex parte cruris, diuersis tendunt modis: sunt enim ex eis qui occultantur, sunt qui manifestantur, sunt qui submerguntur sub musculis cooperti. Et quia musculi qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad vtrosq; pedes non habuerunt a posterioribus partibus, neq; ab occulto femorum, propterea ibi musculi multi & venæ factæ fuerunt, vt pars neruorum quæ est in pectine, curreret & penetraret in foramen, quod ad testiculos descẽdit, donec ad musculos vadat femoris, & descendat ad musculos poplitis. Primum autem par ex neruis sequentium spondylorum commiscetur cum neruis antecedentibus, sicut diximus. Alia vero paria, & vnum par, quod ab extremitate oritur caudæ, musculis sparguntur sphincteris, & ipsius virgæ, & musculo vesicæ, & matricis, & in panniculis ventris, & in partibus domesticis superioribus ossis femoris, & in musculis qui nascuntur ab ossibus alchatim.

De Anatomia Venæ Concauæ.

VEna ventrem habens ad cor, qñ venit in rectitudinem diaphragmatis, transmittit ramos ad ipsum nutriendũ: quæ postea, perforat diaphragma: per cuius foramen venę subtiles ab eis disgregatę panniculo, qui pectus in duas diuidit partes, & cordis capsulæ, atq; glandulę, q̃ a medijs vocatur mina, continuantur, & per prædicta sparguntur membra. Postea vero quidam magnus ramus ab eis separatur, qui vni duarum cordis auricularum, dextræ scilicet, continuatur, &

diuiditur

diuidit in tres partes: quarum maior dextram cordis aurem intrat: secunda cordis superficiem ex- E
teriorem circuit: tertia vero ad inferiora ramos transmittit, & postea procedit ascendendo, & retor
quet ad furculas, & transmittit à se ramos ad nutritionem oium partium vicinarum interiorum &
exteriorum. Qñ autem ramificat ex vtraq; parte, & venit in rectitudine axillarum, ramus quidam
magnus exterius ab ea egredit, & ad locum qui est in alis axillæ protendit, quæ basilica appellatur.
Sed et prior, q̃ relinquit circa furculas, quæ est stipes huius basilicæ, in duas diuiditur partes: qua-
rum vna ad dextram, altera ad sinistram tẽdit. Et iterum vtraq; istarum subdiuidit: quarum Vna
diuisio, humero superposita ad manum tẽdit, & vocat cephalica: Alia vero diuisio vtrinq; in duas
diuidit partes: quarum Vna per interiores partes colli ascendit, quousq; cranium intret, & partes
membrorum cerebri & suorum panniculorum ibidem irrigat: & in transitu eius per collum vsq;
ad cerebrum diuiduntur ab eo rami subtiles, qui membra in collo humectant: & hæc vena gaudet
cholera: Alia vero manifesta ascendit, quousq; per faciem, oculos, caput, & nares diuiditur, vt om-
nia membra nutriat: quæ ideo manifesta vocat. A vena aũt humerali, dum per cubitũ transit, rami
quidam subtiles separant, à quibus ea quæ in adiutorio exterius manifesta sunt, irrigantur. Simili-
ter sub vena axillarum aggregantur rami subtiles, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quan
do humeralis vena & axillaris prope cubiti iuncturam veniunt, duæ partes ab eis separantur, vna F
s. ab axillari, alia ab humerali: & coniunctim ascendũt quousq; ex eis vna fiat vena, quæ purpurea
vocatur. Alia vero humeralis pars protenditur ꝑm diuersas adiutorij partes, & super arundine al-
tera transit: & vocatur funis brachij. Axillaris vero pars altera, quæ vna est ex inferioribus parti-
bus brachij, quæ est in profundo, vsq; adeo protenditur, quousq; ad caput inferioris arũdinis perue
niat: & fit ex ramis suis vena vna, quæ est inter medium & auricularem, quæ saluatella appellatur.
Pars aũt quæ ad corporis inferiora descendit, super spondylos costarum transit, descendendoq; in-
ferius porrigitur: à qua egrediuntur rami, qui vadunt ad renum fascias, et suorum panniculorum,
& ad membra quæ ex eis disponuntur, & ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur,
qui renum intrant cõcauitates: post quos reperiuntur duo alij, qui ad testiculos vadũt. Deinceps
ab eodem in rectitudinem cuiusq; spondyli duo alij separantur, qui ad vtraq; procedentes mẽbra,
quę circa ipsa sunt, vel quę sunt occulta vt vulua uesica, vel manifesta sicut venter ilia, humectant:
quæ quando ad vltimum venerit spondylum, in duas separatur: quarum vna ad dextrum pedem,
& alia ad sinistrum vadit. Et ab his segregantur partes quæ femorum musculos nutriũt: quarum
quædam sunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur musculi: quædam manifestæ, quæ manifestos
humectant musculos. Quæ iterum quando peruenerit ad genu, in tres diuiditur partes: quarum G
Vna per molam transit, cuius rami, omnes cruris musculos nutriunt, qui interius & exterius inue
niuntur: Alia vero ad partem cruris domesticam tendit: quæ similiter occultatur vsq; adeo taliter,
donec partem super malleolum interiorem operire incipiat: & tunc ex ea, quæ saphena vocatur,
fit vena: Pars vero tertia ad partem cruris syluestrem tendit, quę similiter occultatur, quousque ad
malleolum veniat exteriorem, quę dicitur ischiadica. Ab vtraq; autem istarum, quando ad pedem
perueniunt, separantur partes quæ per pedem spargũtur: quarum illæ quæ in partibus digitorum
sunt, & si ab eo reperiantur, venæ ischiadicæ sunt partes.

De Anatomia Venarum Manus.

VEnę aũt manus, quę phlebotomant, sunt quinq;: nigra siue purpurea, basilica, funis brachij,
& axillaris, quæ est ramus basilicæ, & sceilem, & cephalica, quæ omnibus maior est. Basilica
vero magni timoris est propterea, ꝙ arteria cadit sub ea: & neruus & musculus ẽt sub ea cadunt. In
basilica quoq; phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderis, erit sanius. Propterea scien-
dũ, ꝙ basilica axillaris & cephalica sup iunctura phlebotomiæ appropriant, & non sub ea, neq; in
ea, vt sanguis bene saliat, & sit securitas à nocumentis neruorũ & arteriarũ. Cephalica vero quod
est ex collo supra ipsum partim, & partim sub ipso euacuat, & terminum partis hepatis non ꝓtran H
sit, neq; hypochondriorum. Basilica vero euacuat partes pectoris, & quod est à parte ventris infe-
rius. Nigræ vero iudiciũ inter cephalicam & basilicam mediũ est. Funis vero brachij similis est ce
phalicæ. Sceilẽ siue saluatella quidem, quæ in dextra, doloribus hepatis confert: & quæ in sinistra,
doloribus splenis: & ꝙ sanguis phlebotomiæ dimittatur donec per se restringit: manus quoq; il-
lius qui phlebotomat, in aqua calida ponitur, ne cito sanguis restringat. Sed arteria manus q̃ phle
botomat, est arteria quæ inter pollicem & indicem existit. Eius iuuamẽtum in antiquis doloribus
hepatis & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc vidit somnians, & expertus est postea. Et ex
venis pedum, quæ phlebotomant, vna est ischiadica, & est à parte syluestri calcanei: est alia sub eo,
aut supra ipsum. Et ligatur in fascia, & inuoluit quod est supra ipsum in summitate coxæ vsque ad
calcaneũ fortiter: et melius quidem est vt balneet ante. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorũ phle-
botomet ramorum, qui inter minimũ & secundum existit. Et iuuamentum phlebotomiæ ischia-
dicæ magnum est in dolore ischij, & podagræ, & in varice, & elephantiasi. Et saphena, quę est ver
sus inferiorem partem pedis, manifestior est quam ischiadica, quæ phlebotomatur ad euacuatio-
nem sanguinis ex membris sub hepate, & vt sanguis à superioribus ad inferiora declinet: quare
menstrua prouocat, & hæmorrhoidum orificia aperit. Et super calcaneum retro est vena, quæ est

saphenæ

A ſaphenæ ramus,& operatur quantum ipſa. Et ad ſummum phlebotomia venarum pedum cõfert ægritudinibus,quę fiunt ex materiebus ad caput declinantibus, & ægritudinibus matricis: et magis debilitat,q̃ phlebotomia venarum manus. In venis capitis q̃ phlebotomant̃,quędã ſunt quietæ,quædam pulſatiles. Quietæ ſunt vena frontis,quę inter duo exiſtit ſupercilia: cuius phlebotomia confert grauitati capitis,& proprie illi quæ eſt in poſteriori parte, & grauitati oculorũ, & dolori capitis. Super cornu capitis phlebotomat̃ pp hemicraniam,& vlcera capitis. Et duæ venę tẽporum,quæ flexuoſæ incedunt: & duæ venæ,quę ſunt in angulis oculorũ lachrymalibus: non apparent multũ, niſi pp conſtrictionem ſuffocantẽ. Et in ipſis non eſt profundandus phlebotomus, qm̃ forte fierent fiſtulę: & nõ egredit̃ ſanguis niſi paucus. Iuuamentum phlebotomię harũ exiſtit in dolore capitis,& hemicrania,& ophthalmia antiqua,& lachrymis,& panno,et ſcabie palpebrarum,et nyctalopibus. Et ſunt tres venę,quarum locus eſt poſt locũ,vbi extremitas auris tangit,q̃ peruenit ad capillos. Et vna earũ eſt magis manifeſta, q̃ phlebotomat̃ in principio aquæ,& q̃ caput ſtomachi fumum recipit: & poſt hoc cõfert vlceribus crurũ,& colli,et poſteriorum capitis. Et ex iſtis ſunt duæ iugulares: & minuunt̃ in principio lepręe,& fortis anginæ,& anguſtatione anhelitus,& in aſthmate acuto,& in raucedine vocis,& in apoſtemate pulmonis,& in ſpirandi difficul
B tate,quæ ex multo ſanguine fit calido,& ægritudinibus ſplenis & laterũ. Modus ligandi eas eſt, q̃ oportet trahere caput ad contrariũ partis phlebotomiæ,vt vena extendatur ſicut chorda. Et ex eis ſunt venæ labiorum,ſ. quatuor: ſuper vnũquodq; exiſtit par: quę conferunt vlceribus oris,& puſtulis,& doloribus gingiuarum,& earum apoſtematibus,& earũ laxitati,& vlceribus,& fiſtulis,& ſciſſuris,quæ ſunt in eis. Et ex eis eſt vena,quę eſt ſub lingua: & pp grauitatem linguæ, quæ eſt ex ſanguine,minuit̃. Et ex eis eſt vena,& eſt inter mentũ & labiũ inferius,quæ phlebotomat̃ pp oris fœtorem. Et ex eis eſt vena furculæ, quæ phlebotomat̃ in mordicationibus oris ſtomachi. Et ex venis,quæ phlebotomantur in corpore,ſunt duæ venæ ſupra ventrem, quarum vna ſupra hepar, altera ſupra ſplenẽ: & phlebotomatur dextra in hydrope,& ſiniſtra in ægritudinibus ſplenis. Ex arterijs vero quæ ſunt in capite,eſt arteria temporis,quæ quandoq; phlebotomatur, quandoq; inciditur,quandoq; extrahitur,quandoq; aduritur: & hoc fit, vt rheumatiſmi ſubtiles conſtringant̃, qui ad oculos deſcendunt. Et duæ arteriæ,quæ ſunt poſt aures,quæ phlebotomantur propter ſpecies ophthalmiæ,& principium aquæ,& pannos,& nyctalopas, & antiquum dolorem hepatis. In earum tamen phlebotomia ſemper exiſtit timor,& tardatur conſolidatio.

De Anatomia Membrorum Conſimilium.

C OMnis operatio ab anima procedens,vt melius in actum procedat,in corporibus noſtris perficitur. Inſtrumẽtorum autem corporalium alia ſunt ſimplicia,alia cõpoſita. Simplicia ſunt, quarum quamcunque partem ſumpſeris, ſenſibilem communitatem habet cum corpore & diffinitionem. Compoſita vero ſunt illa, quæ non &c. Sed quoniam ſimplicia ſunt in compoſitis, & non conuertitur,de his prius dicendum.

De Oſſibus.

INter ſimplicia primum eſt os,quod eſt fundamentum totius corporis,et erectio & ſuſtentamẽtum motus & ſenſus. Quædam oſſa ſpecialia habent iuuamenta. Quoddam enim propter fundamentum eſt,vt os ſpinæ,ſiue oſſa ſpondylorum. Quædam,vt ſint ſuſtentamentum ſenſus et motus,vt ſunt oſſa pedum,& tibiarum, & crurum. Quoddam ad tuendum, vt os craniį, nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinſeco nocumento. Quoddam ad replendum, vt os quod ſupra ſpondylum excreſcit quaſi additamentum: & hęc oſſa ſeſamina vel ſimemia dicuntur. Huiuſmodi oſſa maxime reperiuntur piſcium, ſcilicet qui non habent medullam tranſeuntem per medium ſpondylorum: quare parum apparent huiuſmodi oſſa in eis.

De Chartilagine.

D Eſt autem chartilago membrum mediocre in natura inter os & carnem: eſt enim mollior oſſe, durior carne: & eſt propter hoc in animali,vt ſit diuiſiuum oſſis à carne,ne nimis durum cõiungat̃ cum molli immediate. Propterea vero caro q̃ vulneratur & quaſſatur ab extrinſeco, magis lædit̃ ab intrinſeco oſſe propter ſui duritiem. Quędam tamen chartilagines ſpecialia habent iuuamẽta. Vnde quædam poſita eſt in animali,vt ſit iuuamentum extremitatum buccellarum ingrediẽtium vacuitates alterius oſſis,& concauitatum eiuſdem: q̃ inter illa minor læſio eſt,q̃; ſi durũ ſupra durum fricaretur in motu. Quędam poſita eſt in extremitate ſcapularum & humerorum, vt in hora percuſſionis minor fiat læſio. Quædam ad defenſaculum nocumenti extrinſecus aduenientis, vt chartilago ante os ſtomachi poſita quaſi enſis protenſa. Quædam eſt ſuſcipiens & retinens muſculos à remotis partibus venientes, & dicitur chartilago epiglottalis. Quædam vt ſit ſuſpenſorium carnium inferiorum: quæ ponitur in extremitatibus coſtarum inferiorum & perfectarum.

De Neruo.

Neruus eſt membrum mediocre in duritia,dilatabile & extenſibile,ſolutionẽ continuitatis non de facili recipiens ſiue rupturam,ſuſtentaculum motus & ſenſus ad vniuerſa corporis membra.

De Chordâ.

Chorda eſt membrum ab extremitatibus muſculi ortum habens, ad ſimilitudinem chordæ

arcus

arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxat̃, E
ſic muſculo relaxato chorda impellitur à muſculo, & relaxatur, quare membrum extenditur: muſculo vero contracto contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De Ligamento.

Ligamentum eſt membrum inſenſibile, ortũ habens ab extremitate oſſis: inſenſibile per ſe, ſenſibile tamen per accidens, quoniam per muſculum. Et eſt duplicis iuuamenti in corpore: vnũ eſt, vt ipſo medio iungatur os cum neruo: aliud eſt, vt cum neruo iungatur ad hoc, vt fortis ſit, cũ ſubtilis ſit in eius ortu, à cerebro ſcilicet, vel à ſpinali medulla alba: & cum multiplicem ſuſcipiat deciſionem in eius proceſſu.

De Muſculo, & Tendone.

Muſculus eſt membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum & neruorum interſtitia replens: compoſitum, vt ipſo tracto vel dilatato ſecundum ſuas partes, ſequatur extẽſio vel incuruatio membri mediante chorda. Et eſt muſculus idem quod lacertus, quaſi laceratus, ĩdeſt diuiſus ſecundum diuerſas ſuas partes. Tendo autem non eſt ligamentum, vt quidam exiſtimant, ſed eſt idẽ quod chorda. *De Arteria.*

Arteria eſt membrum ortum habens à corde, concauum exiſtens, vt per eius concauitatem con E
currat ſpiritus vitalis ad omnes partes corporis.

De Vena.

Vena eſt membrum ortum habens ab hepate ſecundum Galenum: concauum exiſtens, vt per eius concauitatem ſanguis nutrimentalis tranſmittatur ad omnes partes corporis.

De Panniculo.

Panniculus propter multam neceſſitatem in corpore creatus eſt. Quidam enim continẽt membrum in ſua forma debita & poſitione, vt panniculus inuoluens cerebrum, ipſum enim eſt molle: ſimiliter panniculus inuoluens inteſtina. Quidã eſt diuidens nutritiua à ſpiritualibus, vt diaphragma. Quidam eſt cooperiens intrinſecam coſtarum ſuperficiem. Quidam eſt ſenſificãs, & tales ſunt qui pulmonis, hepatis, ſplenis, renum habentur: vnde in profunditate ſubſtantiæ eorum non ſenſificatur homo extrinſecus, niſi ſecundum duos panniculos. Præterea renes mediante ſuo panniculo ſuſpenduntur in fine dorſi.

De Medulla Oſſium.

Medullam quidam exiſtimant eſſe membrum, cum mihi dubium ſit. Mollis eſt in ſubſtãtia vnctuoſa, quoniam mediante eius virtute ſuſtentatur. G

De Carne.

*Al. intrinſeca Caro eſt propter hoc, vt repleat interſtitia neruorum & ligamẽtorum, venarum & arteriarum.

De Humore.

Eſt humor membrum molle, ad ſuſcipiendum impreſſionem de facili.

Quænam ex Spermate fiant: Ac multa de Corde.

EX his ergo poteſt elici, q̃ membrorũ ſimpliciũ q̃dam ſunt dura vt oſſa, q̃dã mollia vt humor: quædã media inter mollitiẽ & duritiem vt media: quædã magis accedentia ad duritiẽ, quædã magis ad mollitiem. Item q̃ oĩum membrorum ſimpliciũ ſiue conſimiliũ cauſa materialis eſt ſperma, præter q̃ carnis, & adipis ſiue pĩguedinis. Adipis. n. cauſa materialis eſt vnctuoſitas ſanguinis: frigiditas & humiditas efficiens, & remotio à partibus à principio caloris ſ. à corde, et poſitio eius localis ſ. circa partes ventris & renes. Carnis vero, purior pars ſanguinis eſt cauſa materialis: efficiẽs, calor & ſiccitas, villorũ à ſe deciſione, venarum & arteriarũ interſtitia fm ſuam poſitionẽ debitam adimplens. Item carnis diuerſæ ſunt ſpecies: quædam enim dura, vt caro cordis: quędam mollis, vt caro pulmonis: quædam mediocris, vt caro hepatis. Item carnes differunt fm colorem: quędam. n. nigra, vt caro ſplenis: quædam alba, vt caro glandis, teſticulorum: quædam albior, vt caro H
vberum: quędam purpurea, vt caro hepatis: quædam rubra, vt caro cõis: quædam rubicũda, vt caro cordis: quædam flammeola, vt caro pulmonis: quædam crocea, vt caro maxillarum. De ſpermate aũt dubitat̃, vtrum ſit materia prędictorum, vt dictum eſt, propter diuerſas opiniones Ariſtotelis & Galeni. Secundum Ariſtotelem ſperma viri coagulo comparatur: ſperma autem mulieris lacti. Quare in ſpermate viri eſt virtus coagulationis actiue: in ſpermate muliebri eſt virtus coagulationis paſſiue. Secundum Galenum vtriuſque ſperma coaguli eſt materia: ſed virile fortius, muliebre debilius. Item pars ſpermatis tranſit ad glanduloſam carnem in oſcheum depoſita, ſimilis ex ſimili producta, ad ſimilitudinem partis paſtæ depoſitæ quaſi fermentum alterius. Item glandularum quædam poſita eſt in radice linguæ, humiditatis collectiua, vnde hauritorium ſaliuæ dicitur: quædam in locis iuncturalibus, ſimiliter humiditatis collectiua, vt ſub axillis & in inguinibus. Item quædam carnes ſunt villoſæ: quędam carent villis, vt caro pulmonis, hepatis, ſplenis, renum. Villoſę, vt muſculi, quibus deferunt̃ ſenſus & motus per diuerſa corporis membra. Mẽbrorum aũt villos habentiũ quędam habent villos longitudinales, & hi ſunt attractiui: quędã latitudinales, & hi ſunt villi expulſiui: quædam vero tranſuerſales, & hi ſunt retentiui. Quoddam autem membrũ magis habet de villis lõgitudinalibus & latitudinalibus, vt gula: quoddã magis de tranſ-

uerſis

A uerſis & latitudinalibus, vt ſtomachus: quoddam magis de latitudinalibus, quàm de alijs, vt inteſtina. Item membrorum villos habentium quędam habent vnam tunicam tantum, vt veſica, quia huiuſmodi ratione mollis ſubſtantiæ contentiuæ: quædam duas, vt arteriæ, ſtomachus, & inteſtina, & hoc ne fiat fiſſura in his, qua exiret ſanguis: quoniam nimia relaxatione, ipſius exhalarẽt ſpiritus: & ad impedimentum vtriuſque operationis, propter diuerſas operationes deſcendentes à diuerſis principijs diuerſarum compoſitionum. Item inter omnia corporis membra ſeptem ſunt membra regalia & famoſa, multam ſublimitatem habentia, ſecundum ſeptem orbes planetarum, & eorum contradiſtincta: quæ membra ſunt mineræ ſpirituum animæ & intelligentiæ, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & ſtomachus. Reliqua minus principalia, ſcilicet renes, veſica, & teſticuli. Secundum vero quoſdam, quatuor ſunt principalia tantum, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticuli. Secundum quoſdam vero, tria ſunt principalia, ſcilicet cerebrum, cor, hepar, & teſticuli non, eò quòd non faciunt ad eſſe indiuidui, ſed ad eſſe ſpeciei. Secundum alios duo tantum, ſcilicet principium ſenſus & motus, ſcilicet cerebrum: principium vitæ, ſcilicet cor. Secundum Ariſtotelem vero vnum tantum, ſcilicet principium vitæ, ideſt cor. Vnde videndum eſt, quæ ſit eius ſubſtantia, quæ compoſitio, quæ complexio, quæ forma, quis ſitus, qualis ſit eis motus. Subſtantia ve-
B ro eius eſt caro craſſa, dura, & ſolida, vnde ratione ſoliditatis ponderoſa. Quòd ſit dura probo. Caro eius melancholiæ eſt generatiua. Item ſi cor diſtemperetur, reducetur ad temperantiam cum lapidibus, ſcilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & ſimilibus duram ſubſtantiam habentibus: quare non eſt aliqua pars humani corporis, ſub æquali proportione ad ipſum, quæ ita pendeat ſicut cor. Eſt frigidæ complexionis de ſubſtantia, & hoc ſecundum Ariſtotelem. Secundum vero Galenum eſt de calida & ſicca complexione, eò quòd continet in ſe calorem totius corporis, ſcilicet materiam caloris, ſcilicet ſanguinem & ſpiritum vitalem: quos per vniuerſa corporis membra exufflat: quare ratione continentiæ & influentiæ ſecundum Galenum dicitur calidæ & ſiccę complexionis. Complexionem habet cor ex diuerſis ſubſtantijs, aliorum membrorum ſubſtantijs ſimilibus, ſcilicet ex carne dura vt prædictum eſt: & chartilagine extrinſecus in radice eius exiſtente, quæ non multum differt à natura oſſis: & panniculis fortibus & ſpiſſis ipſum cor inuoluentibus, nec etiam ipſum contingentibus in aliqua ſua parte, præter quàm in duobus ventriculis, & parte pineata extrinſecus: & hoc vt poſſit ſe dilatare, & conſtringere, ſecundum quòd neceſſe eſt animali. Vnde ſecundum diuerſas partes ipſum componentes, vniuerſalius aſſimilatur alijs membris, quàm aliquod aliud membrũ illi: quare eſt principium, & vniuerſalius alijs. Item formã ha-
C bet ad modum pineæ aliquantulum rotundam: talis enim forma minus eſt ſuperfluitatis collectiua læſionem præſtituræ. Superius eſt lata, vt ſecundum eius latitudinem venæ & arteriæ competenter orirentur ab eo: inferius pineata & obſtructa, vt ſecundum illam partem thoracem aliquantulum contingentem minus læderetur ab ipſo. Item intrinſecus formam habet rugoſam, quando conſtringitur: planam, quando dilatatur. Item intrinſecus ventres habet tres, ſcilicet dextrum, ſiniſtrum, & medium. Dexter eſt inferior, & magis verſus hepar diſpoſitus, attrahens ab hepate, quod ſibi neceſſarium eſt ad ſui nutrimẽtum. Siniſter eſt minor et ſuperior verſus pulmonem poſitus, attrahens ab eo de aere, quod ſibi neceſſarium eſt. Inter hos ventres eſt medius, meatus quidam ſiue fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis ſita, in qua ſanguis cum aere attracto commiſcetur, & fit ex his ſpiritus vitalis, quem per vniuerſa corporis membra exufflat. Cordis vero poſitio eſt in medio, vt omnem corporis partem calefaciendo reſpiret, & ab omnibus attrahat ad ſui iuuamentum: Declinans vero verſus ſiniſtrum magis: & hoc, vt hepar ampliorem habeat locum, quoniam valde regale eſt: Præterea vt vena concaua viam habeat ampliorem ab hepate ad cor, ſibi deferens ſanguinem: Præterea vt pars ſiniſtra proportionetur dextræ in calore: quoniam ſplen membrum frigidum eſt, ideſt remiſſe calidum, ſecundum medicos: hepar vero
D membrum calidum eſt: & ita quod minus eſt ex parte ſplenis de calore, reperitur ex parte cordis. Item prædicta duo, habent additamenta, cordis duabus auriculis comparata, quaſi coxæ depoſita, materiam ſpiritus vitalis vtraque recipientia, & vſque ad profunditatem cordis tranſeuntia. Item huiuſmodi additamenta in cordis conſtrictione ſunt rugoſa: in eius dilatatione, extenſa: ideſt ſuis villis latitudinalibus, & tranſuerſis, vt ſit in ipſo corde attractio, & expulſio: & ita in his tanquam inſtrumentis fit motus cordis. Motus autem cordis principium eſt virtus motiua: virtutis autem motiuæ cauſa eſt anima: caloris autem, motus: fortitudinis vero caloris, fortis motus, & frequens: cor autem fortiter & frequenter mouetur. Motus vero cordis dilatatiui cauſa eſt attractio nutrimenti cibalis, cibatur enim ſpiritu & ſanguine attracto. Fortiter autem mouetur, vt fortiter attrahat à membris, quæ prius hora conſtrictionis exiccantur. Preterea fortiter mouetur et frequenter, vt recuperetur in eo, quod ferè continue calore eius conſumitur. Item motus cordis conſtrictionis cauſa, eſt ſuperfluitatum collectarum expulſio fortis: motus cauſa, eſt fortitudo virtutis: frequentiæ motus cauſa eſt neceſſitas. Item motu conſtrictionis exufflatur calor à corde per totum corpus, ſanguinẽ ſubtilians, curſibilem efficiẽs ipſum, à putrefactione defendens: præterea à motu ſpiritus, ſubtiliat ſanguis, & curſibilis efficitur. Sunt enim coniunctę pulſatilis vena & vena quieta: ſed quieta ſuppoſita, pulſatilis ſuppoſita, in interioribus mẽbris, quia pulſatilis dignior

eſt:

eſt: In exterioribus vero pulſatilis ſuppoſita, quieta ſuperpoſita, vt ſit eius defenſaculũ à nocumen E
to exteriori. Item cor non ſolum mouetur motu dilatationis et conſtrictionis, licet villos in ſui cõ-
ſtrictione habeat, ſed etiam cerebrum, ſed diuerſimode: quoniam cor per ſe, cerebrum vero per ac
cidens: id eſt per exufflationem ſpiritus vitalis à corde fit dilatatio cerebri, & per recurſum eius fit
conſtrictio. Similiter inferius orificium ſtomachi dilatando & conſtringendo mouetur, horis ta-
men determinatis. Similiter oris matricis in hora egreſſus fœtus, & hora ingreſſus ſpermatis, fit
dilatatio: & tempore retentionis eiuſdem, fit conſtrictio. Similiter omnes venæ meſaraicæ quan-
doq; aperiunt ea orificia, quandoq; claudunt. Item propter multitudinem materiæ contẽtæ in cor
de fit animal audax: propter paruitatem eiuſdem, fit timidum. Similiter propter diuerſas qualita-
tes materiæ contentæ ſuſcipit cor in ſe diuerſiones, & non propter ſuam magnitudinem & paruí-
tatem, vt quidam exiſtimant. Item tres poſuit Ariſt. rationes perſuadẽtes cor eſſe principium ve-
narum & arteriarum exiſtentium in corpore. Prima talis eſt: principium caloris eſt cor: ſed calore
fit digeſtio nutrimenti: ergo cor eſt principium digeſtionis nutrimenti. Item, eſt principium dige
ſtionis nutrimenti: ergo & eorum in quibus fit digeſtio: ſed ſunt venæ & arteriæ: ergo eſt princí-
pium illarum: ſi principium verum, ergo vltimum. Contra dicit Galenus, q̃ caua vena vadit ad
ipſum, deferendo ei nutrimentum ab hepate: Ergo à ſimili cum venæ exeãt à ſtomacho ad hepar, F
ſimiliter ab inteſtinis venæ exeant ad hepar, non erit hepar principium venarũ, ſicut neq; cor. Itẽ
contra Galenum ſic. Omne quod trahit originem ab aliquo, aſſimilatur illi: ſed venę trahũt ab he
pate: ergo aſſimilantur illi. Contra, venæ frigidæ & ſiccæ complexionis ſunt: ergo hepar: quod
falſum eſt. Item hepar componitur ex venis & arterijs: ſed componentia præcedunt compoſitum
in natura: non ergo hepar eſt principium illarum. Item omnia membra perforata ſunt ex venis &
arterijs prẽter cor: quibus mediantibus exufflatur calor ad vniuerſa corporis membra, ſicut hepar,
ſplen, renes, teſticuli, ſtomachus, pulmo, & diaphragma, ſimiliter & cerebrum: decurrunt enim ve
næ & arteriæ à corde ad anterius cerebri, ab anteriori ad medium, à medio ad poſterius, & ſic ad ſpi
nalem medullam, & ita ad neruos principium habentes à cerebro: arteriæ dico deferẽtes ſpiritum
vitalem exufflantur à corde ad neruos: quare patet cerebrum eſſe perforatum: cor autem non eſt
perforatum: ſic ergo cor eſt principium illarum. Contra, Intra totam ſubſtantiam cordis contin-
git inuenire venas & arterias: ergo eſt cor perforatum ſicut alia membra: non ergo erit principiũ
illarum. Solutio. Tam venæ q̃ arteriæ originem habent à radice cordis: et egredientes, totam ſub-
ſtantiam cordis ipſius intrinſecus perforant: vnde arterię venientes ad ſiniſtram auriculam ipſius,
in egreſſu reciprocantur in ſubſtantiam ipſius extrinſecus, & ita perforant extrinſecus. Similiter G
venæ ad dextram aurem venientes, iterum reciprocantur in ſubſtantiam propriam: ſed non aliæ
venæ & arteriæ, trahentes originem ab alio principio præter q̃ ab ipſo. Item à forma. Sicut ab ani
ma, ſimplici in eſſentia, tanq̃ puncto exiſtenti, effunduntur omnes virtutes ad vniuerſas partes cor
poris, vt anima in ſuis operationibus perficiatur: ſic à cono cordis & radice & puncto porrigũtur
venæ & arteriæ ad ſuum circulum, & ſic ad totum: in quibus defertur calor, qui exufflatur ad totũ
corpus: ſicq; anima eſt principium virtutum: ergo à ſimili, cor eſt principium venarũ & arteria-
rum: quod cõcedimus. Item dictum eſt Ariſtotelis. Omne quod habet ortum ab alio, aſſimilatur
illi à quo oritur: quare venæ non habent ortum ab hepate. Contra hoc autem: ergo corallus, qui
eſt arbor duriſſima, non habet ortum à luto & re molli in fundo maris exiſtente. Solutio. Ariſtote
les intelligit, quod dixit, quantum ad manentem materiam: appoſitio autem eſt ſecundum mate-
riam tranſeuntem. Item dicit Ariſtoteles, q̃ ſupra cor eſt reuolutio vitæ. Item ſupra communionẽ
animalis ad plantas non percepit alias prẽter ſenſum et motum. Sed ſecundũ Galenum cerebrum
eſt principium ſenſus & motus, hepar principium digeſtionis. Sed cor aut eſt principium vniuer
ſale, aut non: ſi primum, ergo ab eo ſunt ſenſus & motus, ſimiliter & digeſtio à principio: ſi non,
contra, aliquam habet virtutem aliam à qua fit ſenſus & motus, et aliam ab illa qua fit digeſtio: illa H
virtus quid erit, ſi virtus ſit? quare fit pulſus? Cum cor ſit principium vniuerſale ad omnia mem-
bra, erit & eius virtus vniuerſalis: et ita pulſus fieret in omni membro: quod falſum eſt, prẽter q̃ in
arteria ſolum. Item in corde fundãtur omnes virtutes morales: quod patet per hoc, q̃ ad comple-
xionem cordis variatam ſequitur variatio virtutum moralium: morales enim virtutes ſunt diſpo-
ſitiones animalis interiores, virtus autem motiua & ſenſibilis exteriores: ergo cor erit principium
illarum. Itẽ virtus motiua & ſenſibilis fundatur in corde: ergo et virtus vegetabilis: ergo vt prius,
cor erit principium vegetationis. Itẽ, propter duas rationes poſuit Galenus hepar eſſe prin-
cipium. Vna talis: In hepate primo reperitur ſanguis, & in eo fit digeſtio: ergo ipſum
eſt principium digeſtionis. Et alia talis: In qualibet digeſtione expelluntur ſuper-
fluitates ad ſua propria receptacula, ſicut ad veſicã fellis cholera, ad ſplenem
melancholia, ad veſicam vrina: ſed huiuſmodi receptacula circunſtant
hepar, & non cor: ergo hepar eſt principium digeſtionis, & im-
mediatum, vtà quo: & cor eſt principiũ mediatum, & pro-
ximum & immediatum eſt hepar. Et ita patet di-
uerſitas inter Galenum & Ariſtotelem.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE ANATOMIA OCVLORVM

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

CENSVRA

Liber ex Galeno ſed non admodum diligenter excerptus.

De Libri huius Intentione & Vtilitate.

B

QVia oportet ſecundum amorem ſcientiæ, & vtilitatem artis eos, qui conantur paſſiones, quæ circa oculos conſiſtunt, curare, ſcire naturam & poſitionem oculorũ, qui in integritate & ſanitate ſunt (nam & vetus ait magiſter, naturam corporis eſſe principium eius, quod opus eſt ad medicationem) ideo neceſſarium putauimus exiſtere pauca de oculis ante vſum & initiationem operationum dicere, vt in diſpoſitionibus, quæ in oculis cõſiſtunt, vel à poſitione, vel à periptoſi aliqua, & in doloribus qui ſequuntur, & cõſenſorijs paſſionibus (ſicut licet videre in punctione facta in cornea tunica, & cũ ea videlicet in ſecunda & tertia, nam magna ex parte in ſequenti die ſequit alteratio) poſſimus, eã quæ ſm naturam ſcientes, cognoſcere ſtatim cauſam, & ita conuenientem & congruam curã adhibere.

De Tunicis & Humoribus Oculorum.

COnſiſtit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor, humoribus vero tribus, & muſculis ſex ſecundum alterutrum oculum qui motus actum efficiunt, & alijs duobus qui cõprehendunt
C radicem nerui optici, & tunicæ quæ dr circũocularis: quæ à natura creata ſubſternitur toti oculo, circũtangens, & circũinduẽs os, vt oculus non applicet vacuitatibus oſſium nudis. Accedit igit illa circũocularis à craſſa meninge: pertrãſiens. n. ipſa ſuturas, & pericraniam, quam & circũoſſalẽ vocamus, ex eis peruenit ad frontem per ſpatia oculorum, & eorum quæ ſunt circa oculũ: & vſq; ad iridis quidem circulũ, vnde cornea incipit ſubtiliari, peruenit: prorſum aũt non procedens, ſed è conuerſo rediens, reſiduam induitionem operat corpori. Hanc igitur tunicã dicimus oculo heterocraniacam paſſionem operari: ac ẽt chemoſes, quæ fiunt, illa ſuſcipit. Videmus. n. in huius diſpoſitionibus, circũſcripta ſm circulum iridis, reliquas partes phlegmone laborare, & in eleuatione exiſtere. Et quidẽ illi, qui de hac parte medicatiuæ diligẽtius tractauerunt, ita notificauerunt chemoſin, quæ eſt qñ album oculi tumefactum ſuperat circulum iridis, & vt nigrum oculi concauum videat: quo ſignificatur nobis, ꝙ in circũoculari habuit conſiſtentiã & nõ in cornea. Sequit aũt ſemper vt & circulus iridis ſimilis eleuationi & æqualis fiat. Sed tñ non eſt poſſibile corneam per ſe talem ſuſtinere diſpõnem, ceu chartilaginoſam exiſtentẽ & denſam, ſed totã eius circũferentiam, præterq; ſi aliqñ toto oculo à baſi eius moto diſponat ſimiliter toti corneæ. Manifeſte aũt & pterygia, quæ conſiſtunt circa oculos, oſtendunt iſtius naturã. Aucta. n. & modo quodã in dupli-
D cata hac tunica efficitur pterygium: ita ꝙ aliqñ eius augmento procedente, & comprehendente partes corneæ, cooperiat non ſolum iris ipſa, ſed & pupilla: & ſic aliquãdo comprehenſa tota pupilla, non ſolum inuiſibilitas ſequat, ſed & deformitas, & improperium, pulchritudine oculi cooperta à pterygio, & non apparente. Et de circũoſſali quidem tunica, vnde habeat principium, & quomodo perueniat ad oculos, moderate dictum ſit. De reliquis vero particulis conſequenter dicamus. A baſi cerebri pori duo oriũtur, ab vna radice habentes & ipſi principium, ſubtiliata meninge, quæ cerebrum comprehendit. In modum autem literæ lambda græcę diuiſi perueniunt ad concauitates oculorum, portantes per foramina, quę in eis ſunt, ſpiritum viſiuum. Vterq; vero ipſorum procedens, & figuratus anguſtationi oſſis, contexit tunicas, adimplens concauitatem, quæ eſt in eis: ſimul. n. atq; in poris incipit finem habere, incipit cornea ampliari, & inflata perficit prędictam tunicã. Iſta igitur tunica ab anguſtia quidem pori, vnde ipſa habet principium, vſq; ad circulũ iridis ſimilis eſt, & ſibi ipſi per totũ chartilaginoſa exiſtẽs, & craſſa. Inde aũt, ingeniãte natura vt poſſit ſpũs viſiuus procedere, & obiectum comprehendere, ſubtiliatur, & craſſitiem permutãs fit neruoſa magis: & ita cornu ſimilis cum fiat, præbet luciditatẽ ſpũi, qui venit à parte interna. Fides aũt eius ſubtilitatis, eſt cicatrix, quę conſiſtit in oculis. Si. n. quãdo poſt vlcus illius loci fiat cicatrix, craſſa accipiente tunica naturalem craſſitiem, quam & extra circulũ iridis habebat, in colore

quidem talis apparet, qualis erat & ante iridem: operationē vero viſus, quæ deſuper veniebat im- E
pediens offuſcat, non adhuc potente uiſiuo ſpiritu pertranſire, ſicut quando naturaliter ſe habebat oculus. Secunda vero tunica à poro optico habet explantationē: proueniens autem & ipſa ſm propinquam poſitionem primæ tunicæ vſq; ad iridem, colorem ſuum oſtendit per corneam: deinde circa medium oculum veniens finem accipit ex foramine derelicto, quod nominant pupillam: in qua & tui viſus ſimulachrum vides: per quod ſpiritus pertingit ad id, quod extra eſt: & huius gratia foraminalis vocata eſt. Secundum intrinſecam vero partē cyanea eſt: gaudet.n. hoc colore viſiuus ſpiritus. Neq;.n. nigram ipſam omnifariam fecit, ne tenebraretur viſiuus ſpiritus: neque albam, ne diſperſus fatigaretur quando aſpicit: ſed vt reſumptio & reintegratio ei fieret, ſic facta eſt. Cum hoc autem colore adhuc & hiſpida conſiſtit tunica vuea: vnde & vuiformis vocata eſt conſimiliter acinis vuæ. Habet autem & vaſorum multum in forma retis, vnde & retiformis vocatur: quia eſt ſicut & retiformis meninx, quæ eſt ex multis vaſis complexa in modum retis, vt ſpiritus qui fertur deſuper inhabitet: non quia præbeat reliquis particulis de viſu, ſed partiatur in toto oculo: & vt ſuſtentatio fiat cryſtalloidi & ſedes. Tertia vero tunica & ipſa à poro procedēs, & perueniens ſecūdum propinquam poſitionem vſq; ad circulum, applicatur ad ſecundum vas palpebralium explātationum, ad ipſam à cornea in circuitu explantatarū: deinde inde reuertens, F
ſimiliter reti ſuper attracto, vnde & retina vocata eſt: ſua.n. peluicula amplectit vitriformem humorem: qui humor efficit molem oculi, premens per ſuam repletionem, & conuexum faciēs oculum apud extrinſecam partem. Vnde & his à quibus euacuatur ab aliqua plaga, concidit & reſidet inferius, tanq; humore, qui figuram eius cuſtodiebat, effuſo & exciſo: ſubtilis enim eſt valde tunica aſſimilans, & proinde araneiformis vocata eſt. De quarta vero tunica quęſtio non parua facta eſt à medicis. Quidam enim aiunt eſſe tunicā, & continere humorem cryſtalloidem, qui effunditur in peluiculam tertiæ tunicæ, veniens quidem aduerſus vitriformem, ſuſtentata autem à tunicis, quæ ſunt extrorſum. Et ſicut circūocularis perueniebat ad oculum vſq; ad iridem, ita & araneiformis vſq; ad medietatem perueniens non comprehendit totum, ne impediat viſum. Alij autem tunicam ipſam quidem non eſſe aiunt: neq; enim explantationem habere à poro, ſed ſupernatare: membranam autem eſſe cryſtalloidis humoris in hominibus, raro autem aliquando in alí quibus animalibus, ſicut in leonibus. Eſt autem & tertio humor aqueus, qui, ſicut dicit Aſclepiades, replet intermedium ſpatium humoris vitrei & tertiæ tunicæ, materiam prębens ad vidēdum. Vt autem dicunt quidam, in medio primæ & ſecundæ tunicæ eſt, & ſimulachra, quæ apparent, facit videri: & hic humor coagulatur in ſuffuſionibus. G

De Muſculis Oculorum & Palpebrarum.

MVſculi in oculis ſunt ſex ſecundum vtrunq; oculorum, habētes ſubſtratam pinguedinem: quibus actus commotionis ſpiritus commiſſus eſt, perficientis motus eius per ipſos. Facti
*Al. nuere. ſunt autem vt facile circunducantur oculi, quando volumus huc & illuc mouere. Et duos quidē aiūt muſculos habere ſuperiorem palpebram & inferiorem: quarū ſuperior fortioribus indiguit, vt quocunq; voluerit nuere oculus, cōtrahatur, & ad ſe attrahat. Vnum autem ſecundum vtrūq; angulum, vt per eos flexiones oculorum efficiantur: quorum rurſus ille, qui eſt extra & apud paruum angulum, maior & fortior eſt, propter prædictam cauſam ingeminatus & ipſe. Secundum alios vero, octo dicuntur eſſe muſculi oculi, vtriq; parti duos diſtribuentes. Eſt autem & illorum fidem cōſiderare ex his. Si enim aliquādo aliquis eorum patiatur offenſam ſiue à generatione, ſiue à periptoſi, ſtrabiſmi cauſa fit, vel ſpaſmi. Et à generatione quidē fortaſſis paralyſis offendet oculum, augmentum ſuſcipiendo, vt habeat ſpatium oculus declinandi ad alteram partem: quo modo efficiuntur ſtrabiſmi, oppoſitis quidem muſculis, trahētibus ad ſe oculum ſm naturam: eis vero, qui patiuntur, aſſentiētibus tractioni illorum: & ſtrabiſmus quidem ita fiet à generatione. Ex periptoſi autem, adueniente aliqua cauſa, quę muſculo plagam infligat, & ſpaſmi & tractus apud H
eum cauſa fiat. Ac etiam muſculorum, qui ſecundum oculum, aliquis percuſſus, offendet oculum vel ſm lagophthalmum, vel ſm relaxationē. Si enim aliquis inexperte & inartificialiter hydatidē auferens fecerit appunctionem phlebotomi vltra medicinalem coniecturam, & percuſſerit muſculum, ſi quidē à phlegmone ſpaſmatice diſponatur, paſſionis lagophthalmæ efficietur cauſa. Si vero relaxatio fiat, relaxabit palpebram, vt neq; conante patiente eleuare muſculus palpebrā poſſit, aut aliquo modo oculos aperire, ſed grauata palpebra propter relaxationem feretur ſemp deorſum. Quocirca oportet in chirurgijs huius pinguedinis, maxime quidē caute, & cum aduertētia, facere intromiſſionē phlebotomi. Maxime aūt in medio palpebræ oportet inciſionē facere apud vētres muſculorum: non enim ita ventres qñ vulnerantur anxiantur, ſicut neruorum exortus, cauendo ab apoſtematibus, quæ accidunt: vt vituperia circa curam effugiens quis, ſortiatur finem venerabilem. Hęc igitur de humoribus, & tunicis, & periophthalmio ſeu circūoculari, ac etiam muſculis, ſm noſtram poſſibilitatem, quæ non erant in memoria audientium, ad noſtram vtilitatem, & amationem boni deſignauimus.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE COMPAGINE MEMBRORVM SIVE DE NATVRA HVMANA

CENSVRA

Aliqua & hic vera, aliqua deridenda, videtur continere.

De Cerebro.



B Cerebrum natura quidē frigidum & humidū est, & ideo, vt facillime ad susceptionē diuersorū cōuertatur, & vt mēbris mouēdis habilitatē præstet, & vt calido & sicco spiritui ad caput exhalāti tēperiē inferat. Cuius meninx frigida est, & sicca, & dēsa: & intra, quā sunt diuisiones tres: prima dicitur phātasia, secūda rationalis, tertia memorialis. Inter phātasiā, & rationalem est pannus quidam frigidus & siccus, densior eo, qui diuidit inter memorialem & rationalē, habens in se modicum tenuissimę carnis. Ex memoriali vero procedunt duo cannales tenues & humidi, vt spinalis medulla, qui penetrant per totam compaginem, & veniunt vsq; ad phantasiæ cellulam, per quos possit phantasticus spiritus, & rationalis commendari memoriæ, & iterum memorialis duci ad rationem & phantasiam.

Qualiter Fiat Auditus.

Vnicuiq; auri supponitur vnum os frigidum & siccum, & sine spiritu quidem, inferius adhærens illi tenui panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem: quibus sunt singula foramina in obliquo facta, habentia tenue initium ab ipso panno: quæ intrinsecus habent indumētum tenuissimum, frigidum tñ & siccum: per quod ducitur aīalis spiritus ab ipso interiori pāno, præstans au-
C ribus virtutem audiendi. Et est audibilis qualitas calida & humida, vt qualiscunq; sonus per aera infertur auri, atq; ab humiditate suscipitur, à calore attrahatur ad cerebrum, vt sciat̄ qualis sit. Siccitas vero ossium ad hoc est, vt sonitus in eis æque obseruetur secundum exteriorem euentum.

Qualiter Visus Oculis Adueniat.

Oculorum autem tres sunt humores interiores frigidi & humidi: primus est vt aqua coagulata lucidissima, in qua virtus visibilis est: secundus est vt tenue oui album: tertius vt vitrum, modicum habens citrini coloris ab ipsa. Sunt autem septem tunicæ, quarum nomina ad præsens tacemus. Dicendum aūt est, quo modo visibilis qualitas adueniat oculis, & vnde. Ab ipso s. tenuissimo panno, qui diuidit inter phantasiam & rationem, procedunt duo tenuissimi cannales frigidi & sicci, per quos fertur spiritus ab eodem panno ad humiditates oculorum calidus & siccus & tenuis: qui penetrans omnes compagines oculorum præstat eis visibilem qualitatem: quæ † progrediens longius prope album ampliatur: } vnde quæ prope sunt, largius videntur, quæ vero longe, tenuius: quæ statim quando egreditur, si sint visibiles res, rursus reuertitur ad eosdem oculos, & præscriptis humiditatibus imprimit cognitam in se rei similitudinem: vnde producitur cerebro, & à cerebro cordi præstatur notitia. Est autem visibilis qualitas calida & sicca: calida, vt per eam
D aperiat & exeat: sicca vero, vt per eam ad præscripta loca proprios habeat reditus.

† Al. progredit̄ longius prope albulę amplū.

Qualiter Odoratus Naribus Adueniat.

Naribus virtus odorabilis præstatur: quarū positio se hēt ita. Superius osseę sunt & foratæ, intrinsecus inuolutæ tenuibus tunicis, frigidis tñ & siccis: quæ principium à phātastico pāno habentes, ferunt ab eodem spiritum odorabilem, qualitatem naribus pręstantem. Inferius autem ab osse, chartilaginosę & mobiles sunt, quarū natura frigida est & sicca: frigida est, vt prędictā virtutem intus obseruent: sicca, vt aereum odorem naribus applicatū intus attrahant, & cerebro ad discretionem ministrent. Sunt & alia duo foramina intra chartilaginosas concauitates sita, principiū à palato, & finē infra ipsas nares habentia: quibus duę virtutes sunt, s. attractiua, & redditiua: quarū vnam attractiuā à superioribus hñt partibus, & ideo qñ attrahunt, nares deponūt: alterā vero vt redditiuā, ab interioribus palato adhærentibus, & ideo quando reddunt, quasi replendo eleuant.

Quibus Partibus Gustabilem Qualitatem Præstent.

In toto autem ore præstatur gustabilis qualitas, gingiuis, palato, capiti gurgulionis & linguæ, sed magis omnibus linguæ, quoniam tenuissimæ carnis & spongiosæ est, habens tenuissimum intra se humorem, qui saporatis rebus intra os positis se admiscens, eodem ad se tracto, infert sibi varios sapores. Intra quos species sunt nouem, s. dulce, amarum, acre, salsum, conditum, acidum,

comprimens linguam, formicans, & ſine ſapore: quorum alios amicabiliter ſuſcipit, ſcilicet dul- E
ce, & conditum, & ſine ſapore: alios vero inuoluntarie. Guſtabilis qualitas frigida, & humida eſt:
*Al. diuerſitatē frigida, vt obtineat: humida, vt ſaporum humiditatem excipiat.

Quod Qualitas Tactibilis Toti corpori Præſtetur.

Tactibilis virtus toti attribuitur corpori, ſed maxime manibus: magis autem harum interioribus partibus, eo q̄ ſingulariter nerui lati & tenues ſpiritum tactibilem à cerebro ferentes, per medias plantas vſque ad digitos tranſeunt: ibiq; naturaliter manētes, ea loca ſenſibiliora cæteris reddunt. Natura vero tactibilis virtutis penè ęqua eſt, media ſcilicet inter calidum & frigidum & ſiccum & humidum: vnde calidum & frigidum, durum & molle, aſperum & lene, & cætera æqualiter ſentit. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet, alias naturales: accidentales vero amittit, quando ab aliquo vicino membro viciſſim patitur: vt in epilepſia, ſenſus & intellectus & memoria perduntur: illud vero humidum, quod per ſpinæ medullam dorſo, & cęteris mē bris, & per viam conſimilem linguæ naturaliter ab eodem conceditur cerebro, inter ipſas omnes anguſtias præſtare non ceſſat, & non amittit humiditatem.

Qualitas Vuulæ, & Organorum Reſpirationis.

Vuula propterea palato ſuſpenſa eſt, vt tenuiter conſimilē linguæ humiditatē tribuat, eamq; F
flexibilem præſtet, vt cibum ori applicitum dentibus ad molendum ſubdat, & œſophago ad inglu
tiendū concedat, etenim aliter inglutire nō poſſet. Canales ad interiora ferentes duo ſunt, vnus
pneumaticus, quem Latini ſpiritualem dicunt: alter œſophagus, cui nomen Latini gulam attri-
buunt: ſpiritualis autem ipſe gulæ ſuperponitur. Quorum capita quadam tenuiſſima chartilagi-
ne nectuntur, vt aperto ore, quando aliquid gulæ infertur, ex ipſa chartilagine ſpiritualis porus cō
ſtrictus quicquam ex eo ſuſcipere non permittatur: quando vero os clauditur, eadem chartilagi-
ne œſophago conſtricto, ſpiritualis porus ad inſpirandum aptus aut apertus reddatur. Eius con
ſtitutio non vt arteria vel vena continuatur, ſed partibus quidem quibuſdam lacertoſis, & tenui-
bus vnitis carnibus, conſtituitur: quod ita factum ad hoc aſſeritur, vt quādo pulmo dextra læuaq;
ſequeſtratur ad ſuſcipiendum aerem exteriorem, valeat ad ſuperiora aſcendere: quando vero ad
expellendas ſuperfluitates innati ſpiritus cōſtringitur, facillimo motu ad inferiora deſcēdat. Eius
inferior pars pulmoni affigitur: quæ diuiditur in duos cannales, quorum vnus per dextram pen-
nam pulmonis, alter per ſiniſtram deriuatur: quorum dexter dextræ auri cordis, ſiniſter vero ſini-
ſtræ ſuppoſitus adhæret: qui ſuperius ſuſcipientes frigidum & humidum aerem aliquantulū ex-
coquunt, & excoctum auribus cordis miniſtrāt: ibiq; pauliſper detētus iterum excoquitur: & ſic G
*Al. circa. interiori cellulæ cordis ad temperiem, & extra & citrā cor intra marſupium, quo circundatur, ad
euentationem faciendam præſtatur.

Qualitas Cordis.

Cor uero in ſummo craſſum eſt, & in fine acutum. Eſt autem ſpiritualium membrorum prin-
cipaliſſimum: & naturalis caloris fundamētum: & omnibus membris corporis calidius: quia in-
de calor naturalis ad omnia membra viuificanda procedit, calidum enim eſt & ſiccum. De cuius
interiori parte procedit arteria, quæ in ſimo hepatis coniungitur, per quam attrahat ſibi nutribilē
ſanguinem. Et ab exteriore alia procedit, quæ in duos diuiſa cannales, per vnum nutribilem
ſanguinem & ſpiritum cerebro præſtat: per alium vero in multis ſubdiuiſa cannalibus, naturalem
calorem ſimul cum ſanguine per totum corpus ad miniſterium naturale infundit. Marſupium
quo ipſum cor tegitur, duabus exiſtit & conſtat membranis, vna interiore, & altera exteriore, ma-
*Al. mediante. nēnte tenui carne qua nutriūntur. Et propterea ita à natura factum aſſeritur, vt ſit obſtaculū con
*Al. nectuntur. tra ea, quæ exterius cordi nocere poſſunt: & obſeruet frigidum & humidum aerem, qui cordi ad
temperiem faciendam tribuitur, vt ſuperius admonitum aut commendatum eſt: cuius natura ſi-
militudinem dat aut fert apiglottidis membranæ, quæ diuidit ſpiritualia membra, ideſt pulmonē H
& cor in ſuperiori cella manētia à nutribilibus membris in inferiori degentibus: Et de eorum na
tura in ſequenti tractabo.

De Oeſophago.

Oeſophagus, per quem cibus & potus ſtomacho attribuitur, frigidus & ſiccus eſt. Et ex altera
parte pneumatico cannali ſupponitur velatus: ex alia vero ceruici quibuſdam tenuibus muſculis
nectitur, in ſimilitudinem ſpinoſæ camerę ſubleuatus, quouſq; ad epiglottidis membranam pro-
ducitur: quod penetrans ori circumplicatur ſtomachi, quod ipſi epiglottidi ſuſpenſum eſt.

Qualitas Stomachi.

Stomachus autem conſtat ex neruis tenuibus, & longis, qui lineares, & ex tranſuerſis qui tex-
tiles, & ex obliquis qui vertentes dicuntur: quorum lineares helcticen ideſt attractiuam, & anel-
cticen ideſt retentiuam tranſuerſi, apocreticen vero ideſt expulſiuam obliqui ſibi vendicant po-
*Al. obtegitur. reſtatem. Qui intrinſecus quibuſdam obtēguntur membranulis trino ſchemate conſiſtentibus,
breui ſcilicet & medio prolixiore, quibus potum & cibum naturali calore in lacteum ſuccum con
uerſum, & ita quaſi remis quibuſdam ad portam impingit ſtomachi. Quæ ideo porta dicit, quo-
niam muſculis in ea poſitis, miniſterio naturali vſque ad perfectam decoctionem nutribilis mate-

riæ

Ariæ conſtricta claudítur: qua decocta, eiſdem mollificatis aperta redditur, quouſque præſcriptum ſuccum duodeno inteſtino infundat, quod propterea duodenum dicitur, eo quòd duodecim digitis ſpatietur: à quo accepta vice ieiunum inteſtinum ſuccum ipſum ſuſcipiens aliquantulum decoquit. Quod in duo diuiſum, alterum, quod tenue eſt, in meſaraicis venis ſibi ſpongioſis capitibus inhærentibus ab ipſo ſubtrahitur: alterum vero, ideſt craſſum, longo & patulo, cuidam axungiæ innexo inteſtino conceditur: à quo monomacum ſuſcipiens aliquantulum decoquit, & ſic craſſo concedit inteſtino, quod manica dicitur: deinde ex tali diffuſum, & ibidem à cholera decoctum coloratur: cuius tranſlatione aut titillatione per pudicum circulum foras dimittitur. Monomacum enim ideo dicitur, quia vno aperitur foramine, quod inſitũ eſt ori manicę, vt ſibi quicquid à longo accipit, ſine contrarietate reddere poſſit: nam manica eo quòd largum magis cæteris eſt, nominatur. Subtilis vero pars per meſaraicas de ieiuno ſubtrahitur. Quæ in obliquum poſitæ, ſubtractum ad ſe ſuccum decoquunt: & excoctum hepaticæ ſummę miniſtrant: quo ibidem moram faciente, adminiculo virtutis naturalis in ſanguinem vertitur: qui in duas diuiditur partes, quarum quæ tenuior eſt, & vritis dicitur, ârte conceditur hepatis: quę per duos vritides cannales renibus deriuatur, ibiq; manens decoquitur: de qua ſibi renes, quod vtilius eſt ad nutrimen- *Al. alto.

B tum obſeruant, cæterum vero de eiſdem poris veſicæ dimittitur: †quæ cum ad collum veſicæ deueniunt, coadunata ruuntur.} Collum autem veſicę diuiditur quodam panno mediante, cui vritis porus ex vna parte, & ex altera ſuperiori membranæ ſcimatico ſchemate conglutinatur: vnde vrina, & quicquid ex renibus affluit, fundo deſtinatur veſicæ. Per aliam vero, ideſt per inferiorem, cum virga quadam contiguitate coniungitur, & ſecundum naturam & extra naturam veſica ipſam vrinam exiſtentem foras tranſmittit. Altera vero pars, quæ adicialis dicitur, cholericum rubrum felli, melancholicum ſpleni tranſmittit aut attribuit. Sanguinis vero quod vtilius eſt, ipſum hepar ſibi ad nutrimentum obſeruat: de quo quod tenuius eſt cordi, ipſum cor cerebro, vt præparatum eſt, miniſtrat. Cæterum vero diuerſis corporis partibus per quaſdam venas vnicuique propríe deſtinatas additionem largitur diutúrnam, quod bene coquẽtes ad ſimilitudinem ſuę naturæ à proprio eſſe mutantes, quod nutribile eſt ſibi retinent: inutile autem, cum fortes ſint, extrinſecus per hæc decenter expellunt, per capillos, per vngulas, per aures ceratas gummas, per lachrymas, per ſputa, per egeſtiones, per vrinas, per ſudorem, & per cutis ſordes. † Al' quod aũt venit coniunctim vnitur. *Al. diuinam.

De Senſibus Animalibus.

Per animales quinque ſenſus corpus fruitur nouem voluptatibus, ſibi à cerebro illatis, ſcilicet

C dilectione, odio, triſtitia, gaudio, audacia, timore, verecundia, ira, & furore. Nam per viſum auditum, guſtum, odoratum, & tactum, diligit vel odit, gaudet vel triſtatur, audet vel timet, verecundatur, vel iraſcitur, vel furit. Quando autem aliquis per aliquẽ horum quinque ad alicuius amorem erigitur, cor concutitur: & ex eius concuſſione duo quidem prodeunt ſpiritus calidi & ſicci. Quorum vnus qui tenuior eſt, cerebrum adit: alter vero, qui denſior eſt, ſubito per neruos diffuſus ad virgam ducitur: qui inter neruos quibus cõſtituit, & membranulas quibus inuoluitur, inſiliens erigit eã, & tenſione quadam eam inflexibilem reddit. Alter vero, quem cerebro adeſſe diximus, humidum quoddam ab ipſo ſuſcipiens, per ſpinalem medullam ad viam renum deducitur: per cuius duo foramina immiſſus, ſibi ſubſtratum attingit membranulum, quod cãlefactum penetrat. Et ſicut membranulum egreditur, & penetrat, ſic venarum retinaculum prędicto membranulo annexum aggreditur: ex quo tenuiſſimum ſanguinem ſecum à cerebro delatũ hũnc miſcet: & per duos cannales inde procedentes ad teſticulos funditur, ibiq; pauliſper permanens excoquitur: & in lacteum & tenacem ſuccum conuertens, inde per geminos cannales virgæ applicitos completo communi opere ſecum foras educit. Nam pterygomatibus i. alis (& ſunt orificia vaſorum ſpermatis, ex quibus mulieris ſperma ad fundum matricis mittitur) ſugentibus, per col- *Al. calefaciẽs. *Al. huic.

D lum matricis ſubtrahitur, & ſic ad inferiores cellulas eiuſdem deſtinatur.

De Communi Sapore Coitus.

Sapor igitur cõmunis huiuſmodi viris in tota virga, ſed maxime in præputio eſt, mulieribus vero circa pectinem in confinio vuluæ. Mulierum teſticuli duo ſunt: quorum vnus ſub dextro rene, alter ſub ſiniſtro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per ſingulos ex ſe procedentes, incitata venere, ad cellulas eiuſdem ſperma miniſtrant. Quod ſi ſimul cum viri ſpermate conueniat, vel modicum ante vel poſt, prius cẽ prędatum frigeſcat, vnitur. Si vero in ſiniſtra cellula matricis ſimul ſpermata conueniunt, fœmineum embryum generant: Si vero in dextra maſculinum procreant: Si vero in media, quæ ſecundum calidum & frigidum æqua eſt, ſecundum plus vel minus vtriuſq; ſpermatis, aut maſculinum aut fœmininum procreant. *Al. cõionis.

De Embryo.

Oportet autem in embryi diſpoſitione aliquantiſper immorari: & dicetur quid in vnoquoque menſe à primo vſque ad nonum ſibi naturaliter fiat: & qualiter à primo menſe vſque ad ſeptimum, & à ſeptimo vſque ad nonum, ſi genitum fuerit, pereat: & in ipſo ſeptimo vel nono ſi æditum fuerit, ſalubre perduret. Cum ergo vtrunque ſperma, viri ſcilicet & mulieris, in matrice conuenerint, ſi frigidum & humidum fuerit, omnino diſſoluitur: ſi vero calidum &

ſiccum,conſumptionem incurret: ſi autem æqualitate perfruitur,nulla impediente concipiet qua E
litate.

De Coniunctione Spermatis.

Spermate igitur vtriuſque coniuncto, in ſpecie conchulæ expanditur: & radice producta ſibi ſuperficiẽtenus alligatur: ex cuius calore præfati ſpermatis ſummitatibus decoctis ab ipſa diuiditur, & ex ſola radice,per quam nutrimentum accipit, cum ipſo tenetur. Medium autem,quod infra decoctas ſummitates in modum nucis eminet,inter eadem ſpacia ſanguineam glebulam quadam frigiditate conſtrictam primo menſe obſeruat, nulla alicuius ſimilitudinis imagine in ea impreſſa. Secundo, in vermiculi longi ſcilicet & rotundi producitur ſpeciem. Tertio, in eo crura diuiduntur,& à lateribus brachia: collum caputq; perficitur. Quarto, formatur cor & hepar, & anima id ingreditur, & naturaliter mouetur. Quinto, omnis interior completur compoſitio, inteſtina ſcilicet quadam diſpoſitione formantur: digiti manuum pedumq; ſcinduntur: aures, nares
*Al.venter. os, vẽtrum, & ipſe pudicus formatur circulus. Sexto, oculi ſcinduntur, ſupercilia formantur, palpebræ creſcunt, capilli & vngulæ producuntur. Septimo, fiunt axungiæ, & caro perficitur: cutis & omnis humiditas ſecundum diuerſas vaſculorum compoſitiones conſtituitur: & complẽtis ſecundum naturalem diſpoſitionem omnibus, laborat vt exeat: matrix autem nititur vt obti- F
neat, & vt calore,quæ completa ſunt, confirmet & muniat: ſi vero debilis eſt, concedit ei vt exeat, & durat, eo q̃ naturaliter completum eſt: ſi autem matricis natura fortis eſt,nititur, vt id retineat. In octauo,embryo expugnato exitu non ſibi conceſſo,fatigatus quieſcit. In nono, matricis calore iam firmato & craſſitie confecto,natura concedente,patet ei aditus,& exire permittitur.

De Aetate Planetarum in Embryone.

Habẽt autem ſeptem planetę aliquid in compoſitione embryonis ſpeciale. Saturnus quidẽ frigidus & ſiccus, ſua frigiditate primo menſe ſpermati grauedinem, & ſua ſiccitate compaginem parat: & ideo non creſcit embryo, ſed à ſuo calore in ſanguinem commutatus ſine augmẽto permanet. Secundo,Iuppiter calidus & humidus, calefaciendo confortans, & humectando replens, in longi & rotundi vermiculi ſpeciem ſperma producit. Tertio,Mars calidus & ſiccus, calore roborans, & ſiccitate incidens, crura diuidit, à lateribus brachia ſeparat, collum & caput informat. Quarto, Sol minus Marte calidus & ſiccus,& animam & cor & hepar creat & cerebrum: & creatis animã ingerens,naturaliter embryoni motũ prẽſtat. Quinto, Venus frigida & humida,omnia
*Al.exteriora. interiora format, aures nares os virgam & pudicum circulum format, pedum & manuum digitos diuidit. Sexto,Mercurius ſecundum calidum & humidum frigidum & ſiccum ęquus, in quo G
manualis habetur ſcientia: & ponit ſupercilia, oculos ſcindit, palpebras creſcere facit, capillos & vngulas producit. Septimo,Luna frigida & humida,replens axungias,carnẽ & ſuperficiem complet: venis & arterijs humiditatem tribuens,toti corpori nutrimẽtum prẽſtat: & quia omnia perfecta ſunt, ſi prægnans parturiet, ſalubriter perdurat: ſed quoniam adhuc in eo ſunt membra non bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum. In octauo, Saturnus reiterata vice ſimiliter infrigidando embryonem, matrici grauitatem infert: ſuaq; ſiccitate humores extenuans, embryoni nutrimentum parcius tribuit: & propterea ægre prægnantes in hac tenuitate exiſtũt. Nono autem,Iuppiter calefaciendo infrigidata, & replendo tenuia, embryonem corroborat, & matricis aperit aditus,& ſic exitus omnibus naturaliter perfectis conceditur. A primo aũt menſe vſq; ad ſeptimum ſi genitus fuerit,non perdurat, eo q̃ naturaliter imperfectus habetur: à ſeptimo vſq; ad perfectum nõum, quãuis natura perfectus ſit, tamen ſi generetur non ſubſiſtit: quia Saturni infrigidatione ſtupidus, & eius ſiccitate minorato nutrimẽto afflictus vel obſtrictus,corrupta matricis naturalitate,calore materno exuſtus,ſi excuſſus fuerit, diſſoluitur. Solet autem nõ omnibus membris perfectus,vt in pluribus apparet,embryo generari: plerunq; vero craſſo capite, & tenui collo,vel magnis pedibus, & ſubtilibus cruribus, pedibus genibus applicatis, aut ma- H
nuum ſingulis vel duobus digitis perditis,hac luce perfrui. Sed hoc dupliciter in embryonis compoſitione contingit: aut enim natura æquam habet materiam,& redarguentem ſpiritum,& ſecũdum horum duorum æquitatem,moderate vel perfecte informat: aut abundantia materiæ & ſpiritu moderato,eidem materiei abundantiam alicui addit membro, ex qua naſcitur maius cæteris: vel ampliato ſpiritu,& materia minorata,aut ex parte membra attenuat,aut ex toto non dimittit procreari: & hęc omnia aut ęquitate vtriuſq;,materiei ſcilicet & ſpiritus natura perficit,aut augmentatione vel minoratione horum vnius. Solet etiam in generatione quibuſdã viris illud muliebre, & quibuſdam fœminis illud virile,quo luxuriatur,adijci: ſed illud impedita vel oblita natura ſic perficitur. Nam quando aliquo euentu impeditur vel obliuiſcitur,illud materiei humidũ ſuperfluum, quod ad naturalitatem vel ad numerum alicuius mẽbri ſolet diſponere, ad alterius naturæ membrum ſine ratione mutat.

Galeno

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE VIRTVTIBVS NOSTRVM CORPVS DISPENSANTIBVS

CENSVRA

Ex veris Galeni libris fragmentum.

B DE diſpẽſantibus corpus noſtrum virtutibus, quot ſint numero, & quæ ſit vnaquęq;, & quem in animali quælibet locum obtineat, neceſſariũ eſt ſcire omnes medicos, ad ſcrutandum de paſſionibus, & inueſtigandum eam quæ patitur, & ſanandum maxime ipſam. Scire igitur oportet ipſas ex tribus prouenire particulis: Ex capite quidem eam, qua ratiocinamur, & meminimus, & ſentimus, & de loco ad locum permutamur: Ex corde vero eam, qua iraſcimur, & percalidi ſumus, & adhuc pulſum habemus in ipſo corde, & in omnibus arteriſs: Ex hepate aũt eam, ſecundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & aſſumptum elaboramus cõcoctione, & digeſtione, & ſanguificatione, & appoſitione, & proſphyſi, & diſcretione, & excretione. Ad has autem ſuppoſitiones ſequitur neceſſario deſipientias quidem, & manias, & melãcholias, & phreneſes, & lethargos, & catarrhos, & apoplexias, & epilepſias, primi principij eſſe ægritudines: & omnino in eis pati caput, vel primum & ſolum, vel compatiens alteri particulæ: Febres vero alias, & epialas, & impulſatilitates, & malas pulſatilitates, & infrigidatiões, & rigores, & ſyncopas, & maraſmos, & quæcũq; alia talia, alterius principij eſſe paſſiones: & pati in eis ipſum cor, vel compatiens alicui alteri & maxime ortorum ab eo, vel ſolo ipſo ſecundum ſe male habente: Atrophias autem, & cachexias, & cacochymias, & diſcolorationes, & icteros, & diarrhœas, & vrinarũ immoderatas excretiones, & elephantiaſes, & cancros, & vniuerſos hydropas tertio principio fieri patiente, vel aliquo ortorum ab eo.

C Spiritus autem, qui ſecundum arterias & cor, vitalis eſt & nuncupatur: Qui vero ſecundum cerebrum, animalis: non ceu exiſtens ſubſtantia animæ, ſed vt primum eius organum habitantis in cerebro, quicunq; ſit ſecundum ſubſtantiam. Ignorare enim eam confiteor, cum à nullo demonſtrationem euidentem didicerim: ſolum autem adinuenerim complexionem cerebri oportere cuſtodire commenſuratam neceſſario eos, qui meditari & viuere recte eligunt. Sicut autem vitalis ſpiritus ſecundum arterias & cor generatur, materiam habens generationis ex inſpiratione & humorum vapore, ita animalis ex vitali amplius elaborato habet generationem: decẽs enim fuit magis omnibus eum trãſmutatione certiſſima potiri. Quo circa & velut labyrinthum telam perquã variam condidit natura prope cerebrum, retiformem plicaturam, diuturnam eius moram in vaſis ingenians. Omnes vero particulæ corporis, à cerebro habent ſenſum & motum, peruenientibus alijs quidem neruis ad organa ſenſuum ad dignotionem ſenſibilium: alijs autem mouentibus ea, quæcunq; mouentur motu, qui ſecundum impetum. Cerebrum quidem non ſenſibile or-

D ganum à natura, ſed ſenſuum, factum eſt. Hæc igitur ſufficiant ad præſens. †Generatio vero animalis, diſpẽſatio à tribus principijs cõſiſtit: Vno quidem eo, qđ in capite ſeruatum eſt: cuius ſunt opera ſecundum ſe quidem, phantaſia, & memoria, & reminiſcentia, & ſcientia, & intellectus, & excogitatio: in ad aliquid vero, ſenſus particulis animalis ſentientibus, & eis quæ mouẽtur ſecundum impetum, motum præſtare: Alio autem eo, quod in corde ſituatum eſt: cuius opera ſecundum ſe quidem modo eſt velut vigor animæ, & permanentia in ijs quæ ratio iuſſerit, & inuicta conſtantia: ſecundum paſſionem vero, velut ebullitio innatæ caliditatis, deſiderante tunc anima punire eum, qui exiſtimatur iniuriam feciſſe, & hoc vocatur ira: in ad aliquid autem, principium caliditatis eſſe ijs, quæ ſecundum partem particulis, & arteriſs motionis pulſatilis: Tertij vero principij firmati in hepate ſunt omnia, quæ ſecundum nutritionem animalis: quorum maximum in nobis, & in omnibus ferè animalibus, eſt ſanguinis generatio. Huius autem potẽtiæ eſt & delectabilium fruitio, in qua cum vehementius q̃p deceat mouetur, intemperantiam & incontinentiã efficit.

Ex libro 7. de dog. Hippo. & Plat. cap. 7.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE VOCE ET ANHELITV

CENSVRA

Videtur & hic ex Galeni libris ad Arabes peruenisse.

DIxit Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas acciderit scissio prope spõdylos, destruetur vox & anhelitus. Hoc aũt idem accidet si ossa costarũ scindantur, aut spinalis medulla ꝑm latitudinem inter finem colli & initium spondylorum, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spi- F
nalis medulla infra huius loci initium scindat̃, nec anhelitus oĩno, neq; vox omnino priuabitur: sed tantum de vtroq; priuabitur ꝑm numerũ spondylorum, qui opponunt̃ pectori. Similiter accidit ex incisione costarum ꝑm magis & minus. Musculus est organum motus volũtarij. Et ad vnumquẽq; musculũ peruenit neruus à cerebro, aut spinali medulla: qui si scindatur, nõ mouebitur musculus. Interior aũt musculus, qui est inter costas, facit anhelitũ: & tunc fit, quando aer expellitur vehemẽter à pectore: & ex eodem anhelitu fit vox, & est ei quasi materia. Et voco collum illum locum, qui est inter superius epiglottidis, & superius œsophagi, vsq; ad radicem linguæ. In collo autem sunt musculi bronchorũ. Et raucedo accidit quando musculi colli extendunt̃ & inchordantur, vt extẽduntur in assumptione cibi & potus. Et qñ epiglottis inchordat̃ ita, q; constringatur, fit vox: & qñ constringitur, inchordant̃ musculi ex quibus pendet. Et anhelitus quidem fit apud extẽsionem musculorũ pectoris, & solutionem musculorum colli, & epiglottidis, & tracheæ arteriæ. Raucedo autem accidit ex extensione musculorũ colli, alijs omnibus remanẽtibus in suo statu. Vox etiam fit, si musculi epiglottidis extendant̃, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus componit̃ chartilaginibus inæ- G
qualibus & dissimilibus: quarũ vna est anterius, scilicet maior: duæ vero posterius, quarum altera
*Al. quatuor. supponitur alteri: quarum superior est minor. Habent quoque dũas iuncturas: quarum duę sunt inter primam & secundam chartilaginem: & duo capita primæ chartilaginis intrant in secundã: & sunt duæ iuncturæ inter secundam & tertiam, quas continent sex musculi. In vtraq; ſ. iunctura sunt duo musculi, qui attrahũt tertiam chartilaginem ad posterius, & aperiũt os epiglottidis. Ecõ-
*Al. anterius. trario agunt alij duo musculi, & sunt ẽxterius: & qñ ambo extenduntur, claudũt os epiglottidis clausura perfecta, ita q; nihil ex aere egrediatur. Necesse est aũt ad hoc vt fiat vox, vt duo modi musculorum, qui mouent epiglottidem, sint fortes ita, vt neutrum par cedat alteri in actione. Et intelige per hos musculos, illos gbus aperitur & claudit̃: & sunt erecti, & positi in rectitudine: & continuant̃ ex inferiori, & non superius: & mouent iuncturam per superiorem extremitatem: & habent duos neruos proprios, vnum in dextra parte epiglottidis, & alterum in sinistra, qui mouent tertiam chartilaginẽ: quorum cõcursus est ex inferiori parte ad superius: qui si scindant̃, laxabun-
*Al. sex. tur illi, scilicẽt musculi, qui mouent epiglottidem, & destruetur motus eorũ. Dum vox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi musculorũ, illi ſ. qui aperiunt, & illi qui claudunt: sed si illi, qui claudunt, soli agunt, tunc accidet retẽtio anhelitus: & si illi, qui aperiunt, soli agunt aut neuter, tũc H
accidet anhelitus. Destruitur autem vox, quãdo musculi, qui claudũt epiglottidem, destruuntur: siue illi, qui aperiunt, saluant̃: non. n. addunt neq; diminuunt in destructione vocis. Quãdo Creator voluit in nobis ponere instrumentum vocis, primo posuit aliquid, quo aer sit in nobis velociter, & est pectus: deinde posuit occursum aeris in ipso ex via ampla ad cannalẽ strictum, vt aer per strictiuram cannalium velocius currat: velocitas enim facit ipsum fortiorem: qui quando percusserit chartilagines, tunc fiet vox: percutit etiam præter hoc tracheam arteriam, & vuulam, & superius palatum, & locum cursus aeris per nares. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem vox, sed quasi vox, vt stertitio & azegiz. Vox autem non fiet, nisi quando aer percutit primam epiglottidem, & est posita supra caput tracheæ arteriæ ad modum instrumenti, quo musici vtuntur tibicines. Si epiglottis amplietur plus, quàm oportet, minuetur velocitas motus aeris: & sic diminuetur fortitudo venti tunc secundum diminutionem velocitatis, & debilitatem percussionis: tunc enim minus resistent chartilagines aeri: non enim ampliantur, nisi quando non extenduntur, & remanent laxatæ. Quando autem epiglottis constringitur plus, quàm oportet, tunc aer qui exit ex epiglottide, erit paruus, & tunc erit minor percussio, quapropter vox erit parua: vox enim non potest crescere, nisi crescant illa duo, quibus fit, aer ſ. & percussio cremento proportionali: quodli-

bet

A bet enim crescit propter crementũ illius, à quo constat in substantia. Egressio aeris violenta non fit nisi per extensionem musculorum ipsorum: hoc autem differt ꝑm magis & minus, ꝑm fortitudinem extensionis, & ꝑm multitudinem & paucitatem musculorum. In egressione aũt aeris violẽta nimis, necesse est vt oẽs musculi pectoris extendantur nimis, & maxime musculi costarũ. Anhelitus aũt & vox nunq̃ fiunt absq; his musculis: In quibus si aliquod impedimentum aut nocumẽtum acciderit, secundũ numerum nocumentorũ erit destructio vocis. Si.n. motus medij numeri illorum destruit, medietas vocis destruit: & si tertia pars motus destruetur, tunc destruetur & tertia pars vocis: & vniuersaliter illa pars, quæ destruetur de voce, erit ꝑm partem destructam de numero illorum musculorũ. Adiuuant aũt hos musculos duo musculi, qui sunt apud radicem costarũ: & illi, qui sunt ex duobus lateribus spondylorum: et ex duobus musculis procedentibus in longitudinem, musculi, qui sunt sub diaphragmate positi. Sermo est ex voce: vox est ei quasi materia: cũ enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ipsa epiglottide existẽte æquali in amplitudine, fiet vox: nam quando percusserit illam, fiet illud, quod fit in fistula apud exufflationem.

Tractatus Secundus.

B EX duobus neruis sexti paris ramificant̃ ex parte pectoris duo parui rami, qui reuertunt̃ ascendentes ad collũ ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quousq; peruenient ad epiglottidẽ: quorum vterq; continuatur cum quatuor musculis epiglottidis. Et sex ex octo musculis omnino necessarij sunt ad hoc, q̃ vox fiat: duo autem alij non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio est, dum epiglottis claditur completa clausura. Ex istis autem sex, duo sunt in ipso cannali epiglottidis: aliorũ vero quatuor, duo sunt à lateribus, & duo posterius. Duo aũt musculi, qui intrant in ipsum cannalẽ epiglottidis, attrahunt iuncturam, q̃ est inter secundam & tertiam chartilaginem: & aperiunt illam duo musculi, qui sunt in lateribus, attrahendo illam iunctur̃ ad latera: et aperiunt eam duo alij musculi, qui sunt posterius, attrahendo eandẽ iunctur̃ retro. Et sex mꝰsculi præter duos prædictos neruos continuantur cum musculis epiglottidis: quorum duo nerui descendunt superne: & ramificantur ex septimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropin quat collo: & subiũngitur per omnes musculos, qui sunt extra chartilaginem scutalẽ. Et duo nerui ex illis sex descendunt ex transuerso, & intrant interius epiglottidis, & illic diuiduntur. Et sunt duo nerui descendentes, qui occurrunt duobus neruis ascendentibus de pectore. Cooperculum epiglottidis est locus strictus, & est in medio primæ chartilaginis: in quo loco proprie fit vox. Et aer, qui venit ex pulmone, currit per tracheam arteriam: & primo †occurrit de ampliſſimo ⸗loco, C & percutit ipsum: deinde occurrit orificio cooperculi epiglottidis, quod est strictissimum ex illo coopertorio: & acquirit velocitatem motus, & fortitudinem: & illic fortiter percutitur coopertorium epiglottidis, & fit vox. Extensio duorum musculorum, qui sunt intra epiglottidem, prohibet ne coopertorium claudatur apud vocem: nam quando aer vehementer eleuatur, & continet in circuitu partes coopertorij epiglottidis, constringit illud coopertorium, & claudit orificiũ eius, & sic prohibet ne fiat vox. Cum enim hi duo musculi ponantur circundantes coopertorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, resistent aerí, qui venit fortiter. Coopertorium epiglottidis, quando homo vociferat, & quando anhelat anhelitu, aperitur & ampliatur multum. Quando autem anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfecte claditur tunc, adeo q̃ nihil ex illo transibit neq; ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Causa autem huiusmodi clausuræ est in ipsa substantia coopertorij epiglottidis: est enim neruosa mollis & leuis, vt sit constans, & apta motui. Voci & orationi polita sunt tria membra, lingua s. & epiglottis, & trachea arteria. Et vnicuiq; eorum est positum quoddam instrumentum glandulatum ad hoc, vt temperet ipsum conuenienti humiditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus sunt duę venę, in quibus currit saliua ad linguam, & ad totum os. Collum autem habet duas glãdulas, in quibus D generatur humiditas. In epiglottide vero generatur humor phlegmaticus viscosus ad hoc, vt humectet illa instrumenta. Sed ex duabus glandulis, quę sunt in collo, & ex corpore, quod est in epiglottide, non proueniunt venæ, in quibus currit humor, sicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illæ, quæ sunt in collo, sunt in natura spongiæ, ex quibus pertranlit humor ille, qui currit superne deorsum, sine hoc, q̃ indigeat eis, aut sint ei necessariæ venę, in quibus currat. Et posuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad concludendum orificium coopertorij epiglottidis. Et sunt ibi duo musculi continui, continentes radicem tertiæ chartilaginis. Et necesse est ad hoc, quo'd vox fiat, quo'd aer exeat vehementer: & quo'd cursus eius in epiglottide sit strictus. Quando vero canna erit stricta, vox erit acuta: & si ampla, erit grauis: si curta, erit addens in acumine: & si longa crescit in grauitate. Humiditas autem epiglottidis facit voci grauitatem: siccitas vero acuitatem. Initium generationis vocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificium quanto magis extenditur, tanto magis aeris percussio crescit. Existente ergo amplitudine orificij in suo statu, si longitudo crescit, altitudo vocis †cadit: sed magnitudo eius crescit secundum extensionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo autem linguæ, dum percussio fit illa potentia, quæ erat ante, quam crescret amplitudo epiglottidi, minuit acuitatem vocis, & crescit in crassitie & magnitudine. Si vero lingua creuerit nimis, & intrãuerit de potentia

*Al. nerui

* Al. submerguntur.

†Al. occurrit ampliſſimo

*Al. situm fert

†Al. erit eadẽ

*Al. minueri.

tentia percussionis, tunc crescet crassities vocis, quantū crescet in grauitate, sed non crescet in magnitudine: vox autem crassa fit ex multo aere sine potentia. Cætera autem instrumenta facta ad vocem seruiunt huic instrumento, sicut illa quæ sunt anterius vsq; ad orificium linguæ, quæ facta sunt ad magnificandam vocem, non ad acuendam. E

Tractatus Tertius.

DVo sunt musculi eorum qui sunt epiglottidis, qui procedunt recte in longitudine: & continuant chartilaginem scutalem cum osse, quod est inter linguam & epiglottidē: & attrahunt maximā chartilaginem epiglottidis sursum & ante: & incipiūt à loco alto, deinde descēdūt ad epiglottidem: ex quo habemus, ꝙ illi attrahūt scutalem chartilaginē ad suū caput. Et sil'r vnusquisq; aliorum musculorū attrahit membrū cum quo continuat, ad partē sui capitis. Et si hi duo musculi incidant, accidet voci maximū nocumentum: eradicabit enim scutalis chartilago, & amplificabit locus ille totus: & laxat multum ita, ꝙ non potest resistere aeri, non enim remanet in ipso nisi tela, quæ continet œsophagū & cannam tm̄. Si aūt neruus qui continuat cum illis, scindat, minus nocebit voci: diminuet enim magnitudo eius, & fiet raucedo. Et sunt quidam musculi, qui continuant inter hanc chartilaginē & secundam, quorū motus si destruat, modicum accidet nocumentū voci, s. duo musculi parui: qui si scindant parua erit remotio, quę fiet inter primā & secūdam chartilaginem. Et dixi de quatuor musculis, qui sunt super chartilagines epiglottidis, qm̄ cōtinent cannam & epiglottidem intus: nā caput vniuscuiusq; eorū est superius. Non ergo possunt declinari ad posterius, quia spondyli colli hoc prohibēt: nec ad anterius, pp̄ hos musculos: neq; ad latera, pp̄ musculos ex transuerso positos: & sic remanent in cāna & epiglottide extensi, hoc aūt multum iuuat in hoc ꝙ fiat vox: aer enim ex quo fit vox, indiget cursu recto & stricto. Si trachea arteria ex vna esset chartilagine continua, non posset fieri fluctuatio in aliqua parte eius in percussione aeris: sed facta est ex pluribus chartilaginibus, quas cōtinet quædam tela gracilis, & sic mouet & fluctuat, qm̄ aer occurrit: ideo necessarij fuerunt musculi ad hoc, vt adiuuent & coniungant ipsam. Et quia trachea arteria facta est & ad anhelitum & ad vocem, ideo posita est anhelitui tela, quæ ligat ipsam inter chartilagines: Voci aūt facti sunt cum chartilaginibus isti musculi, vt constringant & adiuuent tracheam arteriā. Sunt enim duo musculi in cannali vocis, quibus proprie fit vox: sunt et alij duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cū œsophago: & duo musculi qui mouent cannam. Apud destructionem motus eorū fit raucedo: & fit vox rauca pp̄ hoc, ꝙ aliquod corpus non sonorum percutit anhelitum. Et ipsa canna est non sonora in radice, quia est carnosa humida: epiglottis autem est sonora acutæ vocis, cum sit chartilaginosa sicca, resistens aeri: ideo quando humefit, accidit raucedo. Et tela quæ est super cannam humefit propter multa humida, quæ p̄ ipsam transeunt: vnde ante aut potum aut cibum vox est clara, post autē minus clara: quo'd si potus fuerit plus, q̄ oportet, vox erit rauca. Et ideo magis accidit raucedo senibus, propter multas superfluitates quæ generant in eis. Et in omnibus corporibus illa quæ sunt sicca, sunt clarioris vocis, ꝯ illa quæ sunt humida. Si omnia instrumenta vocis aperiantur, tūc exit multus aer subito, & est anhelitus: si vero constringant, tunc cum anhelitu erit aliquod audibile, quod diuersatur ſm diuersitatem instrumenti quod constringit, adeo ꝙ fiet percussio. Si vero epiglottis fuerit illud quod constringitur, tunc ille anhelitus erit vox acuta. Si autem fuerit canna, erit quiddam inter anhelitum et vocem, & est raucedo: & hoc erit, si non moueris epiglottidem, & dimiseris eam ociosam. Si vero dimiseris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tunc fiet vox sine raucedine. Cāna autem nullam habet actionem in voce, nisi in hoc solummodo. Origo autem duorum neruorū qui sunt in collo †à parte duorum neruorum ab alis, ex ipso cerebro est: & hoc est, quia actio eorum est de nobilioribus actionibus animalibus, & subtilior. Genera autem actionum sunt tria, s. cogitatio, voluntatis conseruatio, et imaginatio rerum. Et mittuntur à cerebro sensus et motus voluntarius ad alia membra. Vox autem est nobilissima actio voluntaria: fit autem ex nobilissimo motu animæ, s. ex motu cogitationis & deliberationis. Vnde hi duo nerui descendunt ex ipso cerebro ad stomachum, vt quando cibus defuerit, sentiat homo: vnde orificium stomachi fuit maioris sensus ꝯ cætera mēbra: & ex illo ascendunt duo nerui ad musculos epiglottidis. Et non posuit Creator hos neruos ex medulla spinali, quæ est inferior, & propinquior his musculis, sed origo eorum neruorum fuit à cerebro, vt instrumenta vocis sint continua cum eo quod regit vocem, s. cogitatione, quæ est in cerebro. Reuersio autem horum duorum neruorum inferne fuit, vt continuētur cum musculis inferne, & motus fit superne s. ex capitibus suis. Et duo nerui qui oriuntur à cerebro, diuiduntur in quatuor ramos vnusquisq;: & currunt super radices costarum ex superiori ad inferius: & vnus eorum intrat cor & pulmonem, alius stomachum, tertius reuertitur ad radicem musculorum epiglottidis, cæteri autem intrant alia membra interiora & cannales. Et apostemata musculorum epiglottidis dicuntur angina interior & exterior. Et si in superiori parte palati acciderit humiditas, tunc claritas vocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauitate, quos si excesserit, destruetur. Nam si orificium coopertorij epiglottidis post strictūram quā haber in acuitate vocis, amplius constringatur, abscindetur: si vero extendatur & amplificetur post amplificationē, qua vox fit in vltimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacror: & secundum

*Al. nimis.

*Al. continuat

*Al. exit.

†Al. ad partē

*Al. cognitio

* Al. intrat.

F

G

H

dimi-

A diminutionẽ anhelitus, ſi fuerit medius ab anhelitu qui eſt in nimia velocitate, erit diminutio percuſſionis aeris in coopertorium epiglottidis à prima pcuſſione. Si vero anhelitus almacror medius iungat̃ amplitudini mediæ in orificio coopertorij epiglottidis, tunc vox in veritate erit media inter acutã & grauẽ, quia motus pectoris indiget potẽtia. Ideoq; qui multum debilitatur, tacet frequentius, niſi ex aliqua ſolicitudine, & tunc cum magna anguſtia loquitur, & tunc muſculi debiliter cõſtringunt pectus, & tranſitus aeris erit tardus. Cogetur ergo vt coopertoriũ epiglottidis ponat valde ſtrictum, qñ voluerit loqui, vt quod deficit ex velocitate aeris, perficiatur ex ſtrictura curſus eius in epiglottide. Nam ſi inſtra vocis ampliſſima eſſent, tunc vox deſtrueretur. *Aſ. diuiſionẽ.* *Aſ. diuiſio.*

Tractatus Quartus.

SI ſpinalis medulla abſcindat̃ in initio pectoris, & fine colli, & in initio dorſi, vbi ſeptimus ſpondylus occurrit octauo, deſtruatur exufflatio totaliter, & vox omnino: nerui.n. veniunt ad omnes muſculos, qui ſunt intra coſtas, & intra hunc ſpondylum. Ad diaphragma veniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex ſpinæ medulla poſt ſpondylum tertiũ ſpõdylorum colli: minus oritur ex ſpinali medulla poſt ſpondylũ nonum: tertium †ex medio} inter hæc quidem oritur ex ipſo cerebro. Si ergo ſpinalis medulla abſcindat̃ apud tertium ſpõdylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum, & remanebit ei motus tertij paris, quod venit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per muſculos qui ſunt inter coſtas: & muſculi qui ſunt ſupra ventrem, augmentant anhelitũ, & tñ vox non ex actione iſtorum muſculorũ augmentatur. Et ſi duo nerui, qui ſunt ad partem duarum venarum pulſatilium deſtruantur, vox erit: & accidet muſculis, qui ſunt inter coſtas, aliqua occãſio: & ramificantur ex his duobus neruis rami, qui continuantur cum canna & pulmone, & diaphragmate, & ſtomacho, & hepate, & ſplene, & omnibus inteſtinis. Ad muſculos autem, qui ſunt inter coſtas, non veniunt nerui niſi ex ſola ſpinali medulla. Et inter muſculos & neruos, qui ſunt in epiglottide & canna, nõ eſt cõtinuatio. Et oẽs muſculi, qui ſunt inter coſtas, ſunt xxij, qui totidem habent neruos: quorum ſi vnus abſcindatur ab vno latere, deſtruetur medietas anhelitus, & medietas vocis. Quidam putauerunt q̃ actio anhelitus ſit naturalis, cum fiat in ſomno & vigilia æqualiter, & ſine voluntate. Alij dicunt ipſum eſſe voluntarium, quoniam qñ volumus anhelamus, & quando volumus retinemus: & hoc eſt verum ſecundum nos, vt patet ex noſtra anatomia. Alij dicunt q̃ eſt medius inter voluntatem & naturam. †quod eſt medium.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE VTILITATE RESPIRATIONIS

CENSVRA

Multa vera in hoc quoque libro inſunt, ſed magna ex parte Ariſtotelica.

D 

Alorem vitalem, qui eſt in corde, dicit Ariſtoteles nutriri à ſanguine, pingui & vnctuoſo exiſtente, eodem mõ quo flãma nutritur ab oleo: Et eiuſdem caloris extinctionem, quẽadmodum & flãmæ, dupliciter fieri. Nam ſicut flãma extinguitur dupliciter, ſiue cõſumpto oleo, ſiue addita ei maiore flãma, ſimiliter calor vitalis extinguitur in morte aialis, aut ex defectu puri et pinguis ſanguinis vt in conſumptis, aut aquoſo ſanguine repletis, aut ex ſupuentu caloris maioris vt in febriẽtibus. Inueſtigans aũt Ariſtoteles, quare maior flãma extinguat minorẽ flammam ei appoſitam, dicit maiorem flãmam cõſumere nutrimentum minoris flãmæ vſq; adeo cito, vt nõ poſſit æque cito nutrimentum ſuccedere. Dico autem maiorem flãmam trahere ad ſe minorem cã ſimilitudinis vſq; adeo cito, vt non poſſit æque cito minor flãma attrahere aliam flãmam, ex eo à quo nutritur ſibi ſuccedente. Nutritur aũt flamma non ſolum à pinguedine aliqua, immo ẽt ab aere vicino: & fit nutritio nõ vt quidam putant per alterationem nutrimẽti, neq; per aſſimilationẽ eius ad id quod nutrit̃, ſed per attractionem partiũ nutrimẽti, ſimilium ei quod nutritur: id.n. à quo nutritur ignis, neceſſe eſt vt in ſe habeat igneas partes. Quod aũt ignis nutriat̃ ex aere, probat̃ ex eo, quia ſi inter terrã fodiatur ſpecus ampla anguſti oris, & magna lignorum congeries intromiſſa incendatur īmiſſo igne, obſtruſo quidem foramine, neceſſe eſt ligna eodem momento oĩno extingui. Exit.n. ignis per poros terræ ſuperiectæ: & non poteſt aer ſubintrare ad reparationem ignis exeũtis, tum quia aer obſtruſior eſt igne, nec æque mobilis eſt vt ignis: tum quia neceſſe eſt plus aeris influere, q̃ ſit ignis affluens, qui

quí reparandus eſt ex eo, pro eo ꝙ non ex toto aere, ſed ex ſolis igneis partibus quæ ſunt in aere fit E
ignis: fitq; ex plurimo aere multo minor ignis: nã & ſimiliter in omni nutritione fit ex multo nu-
trimento res modica p digeſtionẽ. Vlr etiã quicquid fit ex alio, minus eſt eo à quo generaẽ, quod
tñ pleriq; negant: nã ſicut, inquiunt, ex modica aqua fit multus fumus, ſimiliter quoq; ex modica
aqua fit multus aer, ita quoq; ex modico aere fit multus ignis. Dico autem ꝙ fumus non fit ex ſola
aqua, ſed habet plurimũ aerem, in quo diſſeminatæ ſunt aqueæ particulæ: quod eſt videre hoc mo
do. Nam qñ bullit aqua in vaſe ad ignem, ignis quidem tranſit per poros vaſis ad aquam, faciens il
lam tumeſcere & ampullas eleuari: fiuntq; ampullæ ex directo ignis, qui eſt ſub vaſe: ſicq; ad me-
diam aquam tranſit ignis aſcendens in aerem, attrahitq; ſecum aqueas particulas, cum quibus aeri
admiſcetur: ferunturq; aqueæ particulæ ſurſum, donec deſerunt à calore inferiori aere, quem fri-
gidum eſſe conſtat, vt oſtenſum eſt alias. Amplius aũt nubes, cum ſit fumus, congelata quidem fit
nix, quemadmodum pluuia congelata fit grando: nix autem plurimum habet aerem, quemadmo
dum ſpuma: & eſt alba vtraq; pp aerem ſibi commiſtum, quem Ariſtoteles eſſe albũ oſtendit: ſed
hæc hactenus. Qm̃ aũt flamma in continuo fluxu eſt, & cõtinue generatur alia & alia flãma, ſuc-
ceditq; poſterior flamma in locum prioris, immo in modum fluuij, putant quidam priorem flam-
mam ſurſum aſcendentem extingui ab aere. Dico autem eã admiſceri aeri, diſſeminariq; in eo per F
minutas particulas: nam & ſimiliter diſſeminata fuerat prius, non ſolum in eo à quo generata eſt,
immo etiam & in aere vicino, præſertim cum multo plus nutrimenti habeat flamma ex aere cꝫ ex
aliquo alio. Sicut autem flamma in continuo motu eſt, & in modum fluuij alia alij ſuccedit, & ita
calor continue effluit à corde ad venas, & per venas ad totũ corpus, & inde continue effluit extra
corpus: nam & veſtes non ob aliud calefaciunt, cꝫ quia retinent calorem continue euaporantem à
corpore per poros. Sunt autem pori venæ ſubtiliſſimę per quas effluit calor, & etiam ſudor, qui ni
hil aliud eſt cꝫ aqua ſanguini admiſta: qñq; poris amplius dilatatis effluit ipſe ſanguis. Quod autẽ
pori ſint venæ ſubtiliſſimæ, inde patet, ꝙ quælibet vena producit ex ſe aliam venam minorem, &
aliam iterum minorem, vſq; dum diuiſio perueniat ad capillares venas. Accidit autem poros per
frigiditatem, aut aliquo viſcoſo fumo oppilari: & tunc calor multiplicaẽ in venis, non enim ſuffi-
cienter euaporare poteſt: tum propter anguſtiam pororũ, tum quia fugit interius propter frigidi-
tatem ſibi contrariam, quæ eſt exterius. Dicit enim Ariſtoteles vltimã digeſtionem cibi fieri in cor
de, ſanguinẽq; in ventribus cordis generari. Dicit quoq; Ariſtoteles: Primũ & vniuerſale inſtrm
oĩum ſenſuum eſt cor, non aũt cerebrum, vt quidã aſſerunt: hoc aũt eſt indicium, ꝙ impoſſibile eſt
dolorem fieri in aliqua parte corporis, quin fiat paſſio in corde: & ſi multus fuerit dolor, facit ſyn- G
copen cordis: nam omnes partes corporis colligantiam habent ad cor per medias venas, & pelli-
culas, & neruos. A duobus igitur ventriculis cordis procedunt magna vena & arteria ad ſupre-
mum ſpondylum colli. Nam magna vena, quæ dicitur caua, procedit à dextro vẽtre cordis: & pri
mo tranſit ad gibbum hepatis, & inde per dorſum ad caput. Magna vero arteria, quæ dicitur aor-
ta, qñ procedit à ſiniſtro ventre cordis, primo tranſit ad quintum ſpondylũ dorſi, qui cæteris ſpon
* Al. vicinior fit. dylis vicinior eſt cordi: vnde qñ œſophagus ſpondylis innititur, declinat quidem in quinto ſpon
dylo dorſi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriæ. Prædicta vena & arteria veniẽtes ad
caput, coniunguntur duabus pelliculis cerebri, & etiam pelli quę per omnes ſpondylos protendi-
tur, & tegit ſpinalem medullam. Dicũt aũt anatomici duplici pelle tegi ſpinalẽ medullam, quem-
admodum & cerebrum. Ab his vero pellibus cerebri & ſpinalis medullæ procedunt omnes ner-
ui corporis. Nihil igitur de corpore ſenſibile eſt præter venas, & arterias, & pelliculas, & neruos,
cum ſit ex eis vnum quoddam continuum cum corde: alia vero membra inſenſibilia ſunt, vt oſſa,
& ligamenta oſſium: Quorum duplex eſt genus: nam eorum quibuſdam colligãtur oſſa ad ſe in-
uicem, alijs vero colligantur ad muſculos. Sunt autem & chartilagines omnes inſenſibiles, quem-
admodum & oſſa: nam & plerunq; ab oſſibus procedunt, & ſi non omnes. Sunt autem maximæ H
duæ chartilagines corporis, altera quidem ex qua conſtat trachea arteria, & altera quæ procedit ab
* pubis. oſſe pũppis: & eſt maxima pars virgæ virilis, & colli matricis. Sunt etiam inſenſibiles oẽs pingue
dines, & medullæ, & ipſum cerebrum, & eſt etiam caro pulmonis inſenſibilis: circundatur autem
tribus pelliculis, quarum duæ procedunt à vena & ab arteria, quę à duobus ventribus cordis pro-
cedunt, & hæ duæ pelliculæ ſunt ſenſibiles: tertia vero procedit à trachea arteria, quę eſt inſenſibi-
lis, quemadmodum ipſa trachea arteria à qua procedit: fitq; per hanc inſpiſſatio aeris ad cor ℔m fi-
ſtulas ipſius, quæ à trachea arteria procedunt. Similiter aũt hepar & ſplen inſenſibilia ſunt, quem-
admodum & pulmo, exceptis etiam quibuſdam venis, neruis, & pellibus quę in eis ſunt, quę pro-
cedunt ad pulmonem, & hepar, et ſplenem, dilatanturq; in eis. Sunt autem glandulę omnes inſen
ſibiles, quemadmodum & pinguedines, cum ſint de genere pinguedinis: quamuis quędã videan-
tur ſenſibiles propter pelliculas ſibi inſertas. Sunt autem tam pinguedines quàm glandulæ om-
nes in corpore ad fomentum et conſeruationem caloris naturalis: quamuis enim calor à corde ad
totum corpus procedat, ſunt tamen quædam corporis partes magis ſuſceptibiles caloris, quàm cę
teræ. Pinguedo enim quæ ſuperpoſita eſt hepati, & ſpleni, & inteſtinis, calefacit ea, facitq; nutrimẽ
tum digeri in eis. Vnde cũ cuidam pugili pinguedo hæc in paleſtra rupta eſſet, & poſtmodũ liui-

da

A da facta,à medico erepta eſſet, cœpit pugil ſupra modum frigoris eſſe impatiens, & conſueta cibi
digeſtio in ventre mutata eſt. Glandulæ autem quæ à radice linguæ ſunt,non ſolum generant ſa
liuã,ſed etiam digerunt ſanguinẽ in venis, quæ ad meningas cerebri coniungunt. Cum.n.menin
ges cerebri conſtent & ex ſubtiliſſimis venis, quæ à craſſis venis colli procedunt,non poteſt ſan-
guis venulas meningum ſubintrare,niſi fuerit plurimũ digeſtus. Itẽ glandulæ ſunt in meſenterio
caloris cauſa, attrahentis ſuccũ cibi ab inteſtinis ad venã hepatis. Itẽ teſticuli, & mãmillæ glandu-
loſæ ſunt ad generandũ ſperma & lac. Adiacent ẽt collo veſicæ glandulę, caloris cauſa attrahentis
vrinam à renibus,& inſuper ſperma digerentis. Quidam ẽt inter glandulas annumerãt renes, qui
vrinam attrahunt à vena quæ eſt in gibbo hepatis: quãuis Ariſtoteles dicat nõ ob aliud renes eſſe
in corpore,q̃ vt per eos excoleẽ vrina: nã vaſa duo deferẽtia vrinam à gibbo hepatis terminant ad
duos renes: & rurſus ex alia parte renum oriuntur alia vaſa vrinalia procedentia vſq; ad veſicam,
perforata intra veſicã foraminibus pluribus atq; ſubtilibus,per quę fluit vrina veſicę: & hęc quidẽ
foramina in mortuo animali non apparent, pro eo q̃ frigiditate obtuſa ſunt. Dico autẽ calorem,
qui eſt in ſiniſtro ventre cordis & in arterijs,non ſolum nutriri ab aere influente p̃ fiſtulas pulmo-
nis,immo ẽt ab aere influẽte per poros corporis: quod probat ex eo,quod accidit in paſſione qua-
B dam,quæ dr̃ ſuffocatio matris, in qua nulla fit manifeſta inſpiratio aeris. Dico aũt in hac paſſione
cor comprimi à matrice ſurſum eleuata: modicumq; calorem remanere in eo, quod nutritur à mo
dico aere influente per poros. Nam & ſimiliter plura animalia viuunt, non habentia cor neq; pul
monem,quorum calor vitalis cum ſit modicus,nutritur ab exteriori aere influente per poros: hęc
autem ſunt parua animalia,vt muſcæ,& ſimilia: & etiam in piſcibus polypodes,& alij oẽs qui ſan
guinem non habent: quãuis etiã de cæteris piſcibus ſanguinem habentibus dubitetur, qũo ſpirẽt
intra aquam. Conſtat autem maiores piſces ſpirare aerem extra aquã, quos etiam pulmonem ha-
bere manifeſtum eſt. Minores vero piſces,qui loco pulmonis branchias habent,ſpirãt intra aquã:
ſpirantq; aerem, qui modicus eſt intra aquã, per poros branchiarum, qui ſunt proportionales fi-
ſtulis pulmonis: quemadmodum enim fiſtulæ pulmonis,ita ſimiliter & pori branchiarum vſque
adeo anguſtantur in ea parte,quæ terminatur ad cor,vt non capiant aquam, ſed aerem ſolum, qui
per poros excolaẽ ab aqua, trãliẽs ad cor. Quod autem aer ſit intra aquã,p̃batur ex eo,q̃ qñ conge
latur aqua, fit minor, propter aeris expreſſionẽ: vnde Ariſtoteli viſum eſt,q̃ piſces qui branchias
habent loco pulmonis,non attrahant aerem,ſed aquã attrahant ad refrigerandum calorem cordis.
Nam & ſimiliter de habentibus pulmonem dicit Ariſtoteles,quod attrahunt aerem ad refrigerã-
C dum calorem cordis, cum oſtenſum ſit aerem inſpiratum præſtare nutrimentũ calori cordis. Hip
pocrates autem in libro de generatione animalium dicit ‖ aerem inſpiratum refrigerare pariter ac
nutrire calorem cordis. Ariſtoteles quoque in quodam loco affirmat, quod omne nutrimentum
influens,refrigerat id quod nutrit: & addit etiam, quod deficiente nutrimento, fiat caloris augmẽ
tatio,ratione vacuitatis: & hoc oſtẽdit per ſimile eius quod accidit in ventre & matrice, quæ poſt
quam ſunt vacua,calidiora fiunt,q̃ quãdo plena fuerint. Huius autem cauſam determinauimus in
libro quem de ſpermatæ ędidimus. Et hoc quidem hactenus. His igitur pręmiſſis,poſtmodũ ſci-
re oportet,q̃ cum in corpore ſint vena,& pellis,& neruus,quæ ſunt receptacula ſanguinis,& ſpi-
ritus, & pellis quidem mediam habet naturam inter neruum & venã: & manifeſtum eſt quod ad
omnem pelliculam coniungitur aliqua vena, quæ in ipſa pelle diuiditur in multas ſubtiles venu-
las, ſubtilem ſanguinem capiẽtes. Habet autem & neruus venulas, ideo & findi poteſt in lõgum:
ſed habet eas plurimum ſubtiles,ſolum capientes ſpiritum. Dico etiam q̃ inſtrumẽta omnia ſen-
ſuum continentur pelliculis, fiuntq; ſenſus in ipſis pelliculis: vt eſt videre in oculo, cuius pellicu-
læ plenæ ſunt humore aqueo, & originem habent à cerebri pelliculis: fitq; viſus non in cryſtalli-
no humore oculi,vt Ariſtoteli viſum eſt,ſed in pelliculis oculi. Quarum duæ procedunt à duabus
D pelliculis cerebri: & tertia à neruo, qui opticus ideſt viſibilis dicitur: procediteq; ab ipſis pelliculis
cerebri. Eſt autem prẽter has pelliculas tres, quædam alia quarta,quæ eſt in oculo: quæ alba eſt, &
continet omnes alias,,pceditq; à pellicula quæ tegit cranium, & eſt inſenſibilis: eſt autem hęc pel-
licula in piſcibus valde dura,& ferè in modum oſſis. Similiter autem & pellicula plena aere locata
eſt intra aurem,in qua fit auditus. Et pelliculæ plenæ ſpongioſa carne locatæ ſunt intra nares,in q̃
bus fit olfactus. Et omnes hæ pelliculæ originẽ habẽt à pelliculis cerebri. Idem quoq; oportet in-
telligi & de pelliculis linguę,in qua fit guſtus. De tactu autem dicit Ariſtoteles,q̃ fit in carne to-
tius corporis. Dico autem q̃ non fit in carne,ſed in pelliculis carni commiſtis: manifeſtũ eſt enim
reticulatam carnem eſſe pelliculis valde ſubtilibus, quæ à craſſis venis procedunt, & ab eis depor
tant ſubtilem ſanguinem ad nutrimentum carnis. Probat autem Ariſtoteles, q̃ principium mo-
tus,quemadmodum & ſenſus,eſt in corde, pro eo q̃ omnis motio fit cum vi & conatu. Vim autẽ
facit contentio ſpũs: origo autem ſpiritus eſt in corde: deinde ex contentione ſpiritus, fit in omni
conatu inflatio venarum,& neruorum,& etiam pellium cerebri,& ſpinalis medullæ,& principa-
liter diaphragmatis. Conſtat enim vires corporis omnes eſſe ex neruorum tenſione: cauſa autem
tenſionis nerui nulla eſt alia,quàm ſpiritus neruũ inflans. Sed quia origo ſpiritus eſt à corde,opor
tet prius diaphragma inflari, & poſtmodum venas, deinde duplicem pellem ſpinalis medullæ,

Fortaſſis in li. đ corde ad mediũ: quo in loco inquit Hip. cor ipm ex toto ventilari, & ſpm attrahere.

&

& ipſius cerebri, vltimo vero neruos. Spiritum aũt voco non ſolũ vaporem ſanguinis, ſed etiã aerem inſpiratum, qui ei admiſcet: tranſit.n. aer inſpiratus à pulmone ad ambos vẽtres cordis, & inde per venas & pelles vſq; ad neruos. In omni igit conatu fit per contentionẽ anhelitus, concluſio ſpiritus inter diaphragma, & in ipſis fiſtulis pulmonis, q̃ procedunt à trachea arteria, põſt quã fit aeris inſpiratio: & idẽm ſpiritus cõprehenſione diaphragmatis tranſmittit per fiſtulas pulmonis ad ventres cordis, & inde ad venas, & pelles, et neruos. Contingit aũt oppilationẽ fieri in loco, in quo vena & arteria procedentes à corde, tranſeuntes per collum, coniungunt ad pelliculas cerebri & ſpinalis medullæ, ex humore, aut fumo, multo aut paruo, & tantũ craſſo, aut ſubtili: fitq; ibi oppilatio per anguſtiam venularum, quæ procedunt ab illis venis, diſſeminanturq; in pelliculis cerebri & ſpinalis medullę. Dico aũt ex hac oppilatione fieri ſomnum, qñq; epilepſiam, & qñq; etiam apoplexiam. Fit aũt apoplexia ex humore plurimo & craſſo. Epilepſia ex humore non tãto, neq; adeo ſpiſſo: et qñq; ex ſolo fumo craſſo, aſcendente à ſtomacho, aut pede, aut aliquo mẽbro alio: in his quidem videtur aura ſubtilis & frigida aſcendere ad caput. Somnus autem fit ex multo fumo ſubtili, faciente diuturniorem, ſed minorẽ, & facile ſolubilem oppilationem: vnde quidam in ſomno ſentiunt, & mouentur, & etiam loquuntur, & imaginantur ſomniantes: nam & ſimiliter imaginantur quidam in epilepſia, & etiam in ſyncope, quæ eſt paſſio cordis. Fit autem quibuſdam in epilepſia ſpuma circa os, dum ſpiritus, qui fertur à corde in venas ſurſum, occurrit humori facienti oppilationem, & ei admiſtus ſpuma fit. Eſt.n. ſpuma admiſtio aeris & aquæ, aut humoris: ideoq; alba eſt vt aer: & ephialtes quædam epilepſia, quæ fit in ſomno, fit autem ex miſtione tanq; epilepſia: ideoq; non in vigilante, ſed in dormiente. Vt enim prædictũ eſt, ſomnus & epilepſia fiunt in eodem loco, & ex ſimili cauſa: vnde Ariſtoteles dicit epilepſiã eſſe ſomnum quẽdam: verũ ephialtes lõgo tpe perdurans in epilepſiã conuertit. Amplius aũt dicit Ariſtoteles, q̃ quibuſdam venis colli compreſſis fit homo inſenſibilis, & ſimilis dormienti: vnde & antiqui venas illas vocauerũt carotidas propterea, q̃ in eis fit caros, quod eſt inſenſibilitas & immobilitas totius corporis. Cõpreſſio diaphragmatis, quæ fit in reſpirando, cauſa eſt prolationis vocum, qñ vuula, quæ eſt in gutture, ſupponitur tracheæ arteriæ ita, vt reſpiratio fiat per anguſtum. Spiritus.n. exiens per anguſtum, qñ colliditur vuulæ ſibi oppoſitæ, facit ſonum: alioquin fit reſpiratio ſine ſono, quando ſpiritus liberum habet exitum: eſt enim diaphragma, reſpirationis origo, & vocis, & omnium virium corporis. Eſt autem & ipſa vuula principium vocis, quia ſenſibilis ac mobilis, quemadmodũ diaphragma. Et inſuper efficit vires corporis, quemadmodum & ipſum diaphragma: nam in oĩ conatu fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ ſuppoſitæ vuulæ, vt compreſſione diaphragmatis ſpiritus qui eſt in fiſtulis pulmonis, non poſſit ſurſum per os exire, ſed tranſmittat ad cor, & à corde ad venas, & inde ad pelles cerebri & ſpinalis medullæ, à quibus nouiſſime tranſmittitur ad neruos: quorum tenſio vires corporis efficit: tendunt aũt modico ſpiritu eos ſubintrante & inflante.

Pulmo autem eſt immobilis ſm ſe ipſum & inſenſibilis, quemadmodum & ipſa trachea arteria: vnde & in peripneumonia non ſentit dolor, ſed grauitas ſola. Mouet autem pulmo cũ diaphragmate, eo q̃ colligantiam habet ad ipſum quibuſdã pelliculis: & inſuper ex eo, quia dilatatione diaphragmatis maior exiſtit capacitas inter diaphragma, quam neceſſe eſt impleri ex aere in ſpirando, & inflante fiſtulas pulmonis, quæ intra diaphragma continentur. Quæritur autem de motu diaphragmatis, vtrum ſit voluntarius. Si enim eſt voluntarius, quo modo igitur fit in dormiente: ſi autem non eſt voluntarius, quo modo ergo poteſt voluntarie retineri? nam & quidam legũtur tandiu continuiſſe, donec extincti ſunt. Dico autem motum diaphragmatis voluntarium eſſe, fieri quidem voluntarie per neruos, nihilo minus etiam fieri propter aliam cauſam. Nam cum calor continue effluat à corde, neceſſe eſt continue influere aerem ad cor, qui inflat pulmonem, & propter hoc totum diaphragma, pro eo quod pulmone inflato neceſſe eſt capacitatem diaphragmatis augmentari. Non ſolum autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inſpirato, cauſa eſt vt diaphragma dilatetur, immo etiam, quia aer inſpiratus tranſit à pulmone per cor ad venas diaphragmatis, procedentes à corde, in quo eſt origo venarum omnium, non ſolum pulſantium, immo etiam & aliarum, vt alibi oſtenditur. Non ſolum autem venæ diaphragmatis inflantur ſpiritu, immo etiam aliæ venę remotiores à corde, vt in forti conatu eſt videre: nam & venas pellium cerebri ab eadem cauſa accidit inflari, vt apparet in habentibus fractum cranium, ſi anhelitum cõtineant: nã & ſpiritus, qui neruos ſubintrat, procedit à corde ad neruos per intermedias venas: quod probatur ex eo, quod quibuſdam venis colli compreſſis, fit homo abſq; omni ſenſu et motu. Non ſolum autem pulmo miniſtrat cordi aerem ad nutrimentum caloris vitalis, immo etiam communit & conſeruat calorẽ, qui eſt in corde: cuius ſimile eſt in cinere videre, qui ſuperponitur igni ad conſeruandum ipſum. Habet autem pulmo, quemadmodum & cinis, plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam reſpirationem, & moderatam aeris influxionem: fitq; inſpiratio, & reſpiratio per fiſtulas, procedẽtes à trachea arteria, ad cor terminatas, quę ſunt in pelle circũtegente pulmonem. Manifeſtum eſt enim, quod ad conſeruationem ignis neceſſarius eſt aer, non vt quidam putant propter refrigerationem, ſed nutrimenti cauſa: eſt enim aer nutrimentum ignis: omne autem nutrimentum, ſimile fit ei, cuius eſt nutrimentum: aer enim influens per poros cineris, ignĩ,

ad re-

*Al. per quam.
*Al. inde.

A ad reſtaurationem euaporationis ignis: aer enim per digeſtionem fit ignis. Digeſtionem voco ſeparationem ignearum aeris partium ab alijs partibus: eſt enim aer corpus diſſimilium partium, habens caliditatis & frigiditatis particulas in ſe ipſo: vnde nec aer eſt elementum, ſed, ſicut alibi oſtenſum eſt, duo tantum ſunt elementa, calidum & frigidum. Dico etiam quòd ex aere fit aqua, euaporatione ignearum partium. Nam cum omnium fluminum origo ſit à montibus, dicit Ariſtoteles non ſolum vapores aqueos aſcendere inferne per venas quaſdam ad crepidinem montium, & inde diſtillare, ſed etiam in ipſis venis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifeſtum etiam, quòd nec aqua eſt elementum, nec aer: fit enim ex aqua glacies, expreſſione aeris, qui in ea erat: vnde minor eſt glacies, quàm fuerit aqua, propter aeris eductionem: nam & omne metallum maius fit, ſi liquefiat, quàm fuerit prius: ignis enim ſubintrans liquefacit aquam, quæ in poris metalli congelata eſt. Sunt autem pori in metallo adeo anguſti, vt non poſſit aer, ſed ſolus ignis ſubintrare. Rurſus autem oportet ſcire, in omni nutritione id quod nutritur, attrahere & congregare particulas ſibi ſimiles, quæ diſſeminatæ ſunt in eo, à quo fit nutrimentum, pro eo quòd naturaliter ſimile ad ſuum ſimile tendit. Fit autem digeſtio nutrimenti per calorem, pro eo quòd calor, vt ait Ariſtoteles, aggregat ſimilia, & diſgregat diſſimilia. Quemadmodũ enim in
B ventilatione adunatur per commotionem granum ſeorſum à palea, ita etiam ſimiliter in nutrimento fit per calorem commotio omnium partium, & in ipſa commotione ſimiliter in nutrimento ſimilium ad ſe inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem, pro eo quòd in continuo motu eſt, vt eſt videre in aqua bulliente. Amplius autem calor inſpiſſat nutrimentum, dum continua ſua euaporatione partes aqueas ſecum trahit. Deinceps autem oportet ſcire ſolum diaphragma eſſe principale inſtrumentum reſpirationis, pulmonem autem fiſtulis plenum recipere multitudinem inſpirati aeris in fiſtulis ſuis: & ob hoc receptaculũ ſpiritus appellatur. Subintrante igitur aere inflatur pulmo, & rurſus paulatim detumeſcit, aere paulatim tranſmiſſo ad cor, ad nutrimentum caloris qui eſt in corde. Vnde quia colligitur multus aer in pulmone, qui ſufficit aliquandiu ad nutrimentum caloris cordis, inde eſt, quòd aliquis poteſt aliquando abſque ſpiratione perdurare, & aliquando abſque interpolatione vocem protrahere. Inſuper autem & aer breui aliquando tempore permanens in pulmone calido exiſtente, ibiq; digeſtus efficitur competentius nutrimentum caloris cordis. Dicit enim Ariſtoteles, quòd piſces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius aquam, ad refrigerandum calorem vitalem cordis. Dico autem calorem vitalem nutrimento indigere, non autem refrigeratione: nutrimentum vero ignis nullate-
C nus eſt aqua, ſed aer. Sunt enim in prædictis piſcibus pori quidem branchiarum ad cor adeo ſubtiles, quòd non capiunt niſi aerem ſolum, per quos tranſit aer, qui eſt aquæ commiſtus. Dicit autem Ariſtoteles aerem non eſſe intra aquam, perſuadens hoc ex eo, quòd cum aer leuior ſit, aquæ ſupernatat, non autem admiſcetur ipſi. Eſt autem ſibi ipſi contrarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expreſſionem aeris qui eſt in ea. Verum piſces pulmonem habentes multo plus habent caloris, quàm cæteri piſces, vt delphini, & phoca, & canis, & cete omnia, & ſimilia. Quoniam igitur multus calor qui eſt in eis multo indiget aere ad ſui nutrimentum, inde eſt quòd ſpirant extra aquam. Scire autem oportet, quòd trachea arteria veniẽs ad pulmonem, facit circa eum pellẽ plenam fiſtulis pluribus ac ſubtilibus, quæ terminantur ad ventrem ſiniſtrum cordis: habentq; foramina ſubtiliſſima, per quæ capiunt aerem ſolum, non autem ſanguinem: fitq; per hæc foramina inſpiratio aeris ad ſiniſtrum ventrem cordis: ſanguis autem qui eſt in ſiniſtro ventre cordis, non poteſt per ea effluere, propter earum anguſtiam. Amplius autẽ vena et arteria procedentes à duobus ventribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, plenas venis & arterijs pluribus ac ſubtilibus. Quoniam autem in conatu fit cõcluſio ſpiritus, non ſolum in fiſtu *Aſſcõculcatio
lis pulmonis, ſed etiam in venis & neruis, contingit quandoq; terminos venarum ex multo ſpiri-
D tu dilatari, ſpirituq; exeunte trahere ſecum ſanguinem: eſtq; ſanguis hoc modo exiens ſpumoſus, propter ſpiritum ſibi admiſtum. Accidit etiam eadem cauſa ſudorem exire per poros corporis. Eſt autem ſudor, ſanguini aqua admiſta. Pori vero ſunt venæ ſubtiliſſimę, quę à craſſis venis procedunt. Contingit autem poros ex multo aut feruido ſpiritu vſque adeo dilatari, vt etiam exeat ſanguis per eos, fiatq; ſudor ſanguineus. Miror autem plurimum ſuper eo, quod dicit Ariſtoteles ſe vidiſſe poros cordis in pulmone, per quos fit aeris inſpiratio & expiratio, cum ſint imperceptibiles propter ſuam paruitatem, quemadmodũ & pori veſicæ, per quos ingreditur vrina: maxime cum per frigiditatem obſtruantur huiuſmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres eſſe vẽtres cordis: cum ſit patens viſui eſſe tãtum duos, ab vno enim procedit magna vena, & ab alio magna arteria: in paruis etiam animalibus vnum tm̃ eſſe, à quo procedit magna arteria. Poſtmodum autem ſcire oportet, q̃ pulmo, cũ ſit ſpongioſus & calidus, habet vim attractiuã: attrahitq; aerem ad ſe, ad refrigerandum calidum cordis, quemadmodũ ventoſa igne intromiſſo: exit enim ignis per poros ventoſæ, & neceſſe eſt aerem ſubingredi. Idẽ quoq; eſt videre in hepate, quod ſpongioſum eſt et calidum: attrahitq; ſuccum cibi ab inteſtinis per medias venulas cuiuſdã pellis, quę media eſt per inteſtina & concauam venam hepatis, & continuata eſt vtriſq;: dicunt aũt venulę illæ meſaraicæ, ſiue meſentericæ: pellis in qua ſunt, meſenterium ſiue meſarẽum appellat: & protẽditur à me-

dio

dio ventre per inteſtina. Dicit enim Ariſtoteles meſenterium vicem radicis obtinere: ſicut enim E
radix attrahit nutrimentum à terra, ita & meſenterium ab inteſtinis nutrimẽtum corporis animalis. Cor etiam, in cuius concauitate plurimus eſt calor continue effluens, attrahit continue à fiſtulis pulmonis: attrahit etiam ſuccum cibi à concaua vena hepatis, quia, vt ait Ariſtoteles, in corde perfecte digeſtus ſanguis fit. Rurſus autem cor attrahit ab inteſtinis ſuccum cibi aliunde ꝙ per hepar, ideſt per mediam arteriam: arteria enim, quę protenditur à corde per dorſum, & coniungitur meſenterio, non tranſit per hepar, cũ dicat Ariſtoteles, In hepate nulla eſt omnino arteria. Eſt autem ſanguis arteriæ liquidior ꝙ venę: & præ nimia ſua aquoſitate non coagulatur, quemadmodũ ſanguis qui eſt in vena. Huius autem hæc eſt cauſa, ꝙ hepar venæ ſuppoſitum maximã habet vim attrahendi: attrahitq; ſuccum cibi multum ac ſpiſſum ab inteſtinis: ideoq; in vena multus eſt ſanguis ac ſpiſſus, qui cito coagulatur euaporante aqua. E contrario vero ſanguis arteriæ modicus eſt & aquoſus, pro eo ꝙ arteria habet vim attrahendi debilem ex ſolo proprio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Ariſtoteles, ꝙ in quibuſdam animalibus ſanguis ipſius venæ liquidus eſt, & nõ poteſt coagulari, vt in ceruo, & lepore: ſuntq; huiuſmodi animalia timida, pro eo ꝙ habent ſanguinẽ frigidum & aquoſum. Rurſus autem quędam animalia habent ſanguinem valde ſpiſſum ac terreſtrem, qui coagulatur ſtatim, vt taurus: cuius etiam ſanguis venenoſus eſt. Et huiuſmodi quidem F
animalia habent pinguedinem quandam terreſtrem, quæ ſepum dicitur: & ſunt plurimum oſſuoſa: & ſunt etiam calida & audacia: nam ſanguis terreſtris plurimũ calidus eſt, pro eo ꝙ eſt receptaculum amoris: ſed prius cõtingit calorem in eis egiſſe, vt eſt videre in calce, & cinere, ſimiliter & ſale. Nam ſal genus terræ eſt, eſtq; ſal terra incenſa: quod probat Ariſtoteles ex eo, ꝙ quibuſdam calamis incenſis & incineratis fit ſal, ſi miſtus fuerit aquæ, & eadem aqua bulliat ad ignem. Vinum etiam quanto fortius eſt, tanto terreſtrius eſt: quod probatur ex eo, ꝙ quanto fortius eſt, tanto põderis plus habet, adeo etiam ꝙ ſupernatat oleum in eo. Amplius autem vinum, & liquores alij, varios ſapores habent ex terra ſibi admiſta: vnde in quadam regione vinum ſuſpenſum ad ignem in vtribus, indureſcit in modum ſalis, euaporante aqua. Dicit etiam Ariſtoteles, ꝙ in ſanguine ſpiſſo inueniuntur neruuli quidam: et quanto ſpiſſior eſt ſanguis, tanto plures inſunt: in liquido autem ſanguine nulli poſſunt inueniri. Dicit etiam Ariſtoteles, ꝙ homines liquidioris ſanguinis, ſunt timidi, ſed boni ſenſus, ex eo ꝙ molles carnes habent, ſuntq; paſſibilia maxime in eis inſtrumẽta ſenſus. Videndum autem eſt deinceps, vtrum aliquis meatus ſit à vena ad arteriam: quod quidẽ probatur ex eo, ꝙ ſi ſcinditur vena aut arteria, effluit omnis ſanguis, tam qui eſt in venis, ꝙ qui eſt in arterijs. Quæritur autem quo modo ſanguis intret arteriam, ſi verum eſt, vt plurimi putant, totum G
ſuccum cibi, ex quo fit ſanguis, tranſire ad venam hepatis. Aiunt igitur quidã, ꝙ cum vena & arteria habeant in corpore parietem communem fiſtulas quaſdam habẽtem, ſunt quidem in medio illarum fiſtularum quidam meatus anguſti, per quos excolatur ſanguis: & meatus illi in mortuo animali non apparẽt, quoniam per frigiditatem ſunt obſtructi. Dico etiam meſaraicum, per quod tranſit ſuccus cibi ab inteſtinis per totum corpus, non ſolum cõtinuari venis hepatis, immo etiam arteriæ cuidam procedenti à dorſo, & non tranſeunti per hepar, ſicut teſtantur omnes qui de anatomia ſcripſerunt: ex quo manifeſtum eſt, ſuccum cibi non omnino tranſmitti ad venam hepatis, immo etiam partim ad arteriam. Amplius autẽ vena & arteria ſimul in toto corpore ſunt, præter ꝙ, vt ait Ariſtoteles, in hepate & ſplene: iunguntur q; adinuicem quibuſdã pelliculis, in quibus ſunt venulæ ſubtiles, per quas ab arteria ad venam excolatur liquidus ſanguis. Scire etiam oportet ꝙ non ſolum à vena hepatis, immo etiam ab arteria ſunt meatus quidam ad renes. Dico autem ꝙ ab omnibus venis & arterijs corporis mittitur vrina, quemadmodum & ſudor: nã quemadmodum vrina, ita quoq; ſudor nihil aliud eſt ꝙ aqua ſanguini admiſta. Dico etiam, ꝙ quemadmodum hepar, ita quoq; & ſplen attrahit ſuccum cibi ab inteſtinis per medium meſenterium, cui continuata eſt vena ſplenis, quemadmodum & hepatis vena: vnde ſplen, vt ait Ariſtoteles, recte hepar ſiniſtrum poteſt appellari. Item à corde protẽditur vena ad ſplenem, quemadmodum ad hepar, H
per quam cor attrahit ſibi ſuccũ cibi à ſplene, quemadmodum ab hepate. In ſplene autem, vt ait Ariſtoteles, nulla eſt arteria, quemadmodum nec in hepate. Dico autem, ꝙ in curuatura hepatis & ſplenis inueniuntur tam arteriæ ꝙ venæ: in gibbo autem hepatis ſolæ inueniuntur venæ, quæ cõueniunt ad cauam venam: in gibbo vero ſplenis nec vena eſt nec arteria. Miror autem quàm plurimos antiquorũ ignoraſſe vſum ſplenis in corpore humano: alios autem opinatos noſſe, penitus erraſſe. Solus vero Ariſtoteles in libro de particulis animalium diligenter ſupra hoc ſcripſit: qui fuit verus ſolus veritatis oſtenſor.

*Al. ſi prius cõtigerit.

*Al. ouum.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER CVI TITVLVS EST COMPENDIVM PVLSVVM

CENSVRA

Liber ieiunus, sed non omnino reijciendus.

B HOc ei quod de pulsibus possibile est competẽtem modum circuit. Primum autem aiunt egẽnum antiquum de pulsibus: item non de pulsibus hoc intitulasse, sed de palmon i. de saltibus: ignorauit enim vt decens hic vir, quæ existat differẽtia pulsus & palmi ideſt saltus, sicut deinceps ostendemus, primum dicentes, quid sit pulsus. *Alf. forte Aegimium.

De Definitione Pulsus.

Pulsus igitur est diastole i. dilatatio, & systole i. constrictio, cordis & arteriarum: solæ enim hę eorum, quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia vero, quęcunq; videtur & ipsa pulsualiter moueri, vt meninges, quæ circa cerebrum sunt in pueris visæ, ꝑm participationem arteriarum mouentur: circa quas particulas fit palmos ideſt saltus, & tremor, & spasmus.

De Iis, quæ Pulsui simulantur.

Similia vero pulsui sunt, & palmos i. saltus, & spasmus, & tremor: etenim & hæc videntur quibusdam ita fieri, sicut & pulsus ex diastole & systole. Differẽtia vero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex pulsu, qui magis, eo circa motum extenso, palmon i. saltum: ex palmo vero, tremorem: & hoc quidem Praxagoras vir non liber neque in ijs, quæ ꝑm medicinam sunt, contemplationibus, neque in alijs secularibus. Herophilus vero diligentius insistens huic loco, in qualiC tate magis eas differentias inuenit: fieri.n. pulsum circa arterias solas, & cor: palmon autem i. saltum & spasmũ, circa musculos & neruos: & pulsum similiter generari cũ animali, & mori cũ eo.

Fit autem pulsus ita. Quando cor attraxerit ex pulmone spiritum, primum quidem eum suscipit in sinistrum suum ventriculum: demum super concidens, deinde ipsis arterijs præbet. Contingit igitur in concisione, repletis ijs, quæ in corpore sunt, arterijs pulsum perfici: euacuatis autem, systolen. Igitur arteriæ quidem, sicut dixi, repletæ cursum perficiunt, assumentes spiritum: cor autem euacuatum, sicut deinceps demonstrauimus. Proprium igitur terminum i. definitionem dedimus eius, pulsum dicentes esse diastolen & systolen cordis & arteriarum.

Vnde Constet Pulsus.

Consistit autem pulsus ex diastole & systole. Quia vero impari, & eodẽ tẽpore, & cor & arteriæ pulsum perficiunt, & propterea existimant ferè omnes, ꝙ repletis vtrisq; similiter fiat, volo repræsentare eorum errorem. Nam quo'd quidem impari tempore ex arterijs & corde pulsum, qui fit, assumimus, manifestum est: quo'd autem arterijs quidẽ repletis, corde vero euacuato, hoc fiat, volebã remittere eos, qui volunt discere, ad anatomiam i. ad incisionem: vt autẽ non videar inuidus esse, & liuorem habere, paucis repræsentabo. Corpus cordis i. substantia, pinea forma existit: & D ampla quidem pars eius, in qua sunt ora ventriculorum eius, pulmoni vnitur, & in medio quatuor fibrarum iacet: vna.n. fibra breuissima reliquarum existens, tertium thoracis spatium repleuit: Acuta vero pars eius & oblonga ꝑm sursum cũ pectore, nõ vt sit continua sicut est basis eius pulmoni, sed est absoluta. Continetur autem vndiq; cor membrano quod vocatur pericardion i. circa cor. Hoc autem non solum pulmoni vnitum esse inuenies a' latioribus, sed & pectori in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum absolutum iacere. Contingit autem ita, quandoquidem ex pulmone attraxerit spiritum, repletum vndiq; ipsum ad latera incedere, & multum spiritum a' pectore auferre. Quando vero rursum euacuatum fuerit cor, & euacuatum in naturalem figuram recurrerit, tunc prosilit pectori & percussionem facit, & ita concidens pulsum perficit.

De Differentijs Naturalium Pulsuum Sequentium Aetatem.

His autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium vnamquãq; ætatum sequentium pulsuum: demum eas, quę sunt in febribus: & postea pulsus, qui inueniuntur secundũ passionem: in fine vero, pulsus qui ablati sunt denominati.

De Pulsu Puerorum nouiter genitorum.

Igitur mõ genitorũ pulsus puerorũ existit breuis oĩno, & indeterminatus & in diastole & ysole. Hũc pulsum Herophilus alogõ i. irrationalem consistere ait: Irrationalẽ vero vocat pulsum cũ,

qui non habet aliquam analogiam í. proportionem. Neq; enim duplicem, neq; hemioliam, neq; E
aliam quandam rationem habet hic, ſed breuis eſt omnino, & magnitudine puncturæ acus nobis
aduenit: ideo & primum Herophilus alogon ideſt irrationalem, eum competenter dixit.

De Pulſu Creſcentium.

Procedente vero ætate, & corpore in augmentationem veniente & ad rationem, & pulſus au-
getur ad rationem, diaſtolen latiorem ſyſtole accipiens: quãdo de reliquo eſt eis logon ideſt ratio-
nem, adequare ad demonſtrationem eius, quæ ex grammatica manuductionis. Nam primus qui-
dem pulſus, qui in modo genitis pueris inuenitur, rhythmum í. tenorem eũ, qui breuis ſyllabæ exi
ſtit, etiam in diaſtole & ſyſtole habet: & propterea ditonus intelligitur. Pulſus autem eorum, qui
apud augmẽtationem ſunt, proportionalis eſt pedi, qui apud eos theo: eſt autem hic tritonus, dia-
ſtolen quidem in duo tempora accipiens, in vnum vero ſyſtolen. Pulſus vero eorum, qui in ſtatu
ætate ſunt, in vtriſq; par exiſtit, vt in diaſtole & ſyſtole, comparatus pedi vocato ſpõdeo, qui vtiq;
diſſyllaborum pedum longiſſimus eſt: conſtat igitur ex temporibus quatuor: hunc pulſum Hero
phílus per paria vocat his qui pedi. Declinantium vero & firme iam ſenum pulſus, & ipſe ex tri-
bus componitur temporibus, diaſtole duplo ſyſtolen accipiens lõgiorem. Et hi quidem ſunt pul
ſus, qui ſecundum latitudinem ætates in ſanis ſequuntur. Deinceps autem ſunt in febricitãtibus. F

De Pulſu in Febribus.

EOrum, qui incipiunt febrire, pulſus paruus omnino eſt, & ſubintrans, perſecutionem patiens
in vtriſq; & in diaſtole & ſyſtole, vt ferme quãdoq; & vix incidat tactui. In ſuperadditione ve
ro ſecundum parum adauget diaſtolen & ſyſtolen, accipiens & maiorem & prolixiorem, propter
ſpiritus aſcenſionem. In ſtatu vero in vtriſq; par exiſtit, & in ſyſtole & diaſtole, ceu & febri paritá-
tem accipiente. In deſcenſione vero, ſyſtolen quidem diaſtole accipit prolixiorem. Calor vero in
*Aſ. medijs. ventre, ſuperabundat magis, q̃ in extremis, quia in primis quidem ferè vniuerſus calor in mediſs
ſuperabundat, vt multoties & infrigidari contingat extrema. Quãdo autem ſunt in ſuperadditio-
nibus, circa media quidem amplior eſt calor, in extremitatibus vero paucior. Statum autem acci-
piente febri, & calor pariter inuenitur in extremitatibus, & in mediſs. Et hi quidem ſunt, qui ſe-
cundum latitudinem ſequuntur febrientes pulſus.

De Pulſibus Paſſionum in generali.

PVlſibus autem, qui ſecundum paſſiones fiunt multis & diuerſis exiſtentibus, & de his pulſi-
bus, qui in acutis paſſionibus ſequuntur, dicemus.

De Pulſu Phreniticorum. G

Phreniticorum vero pulſus breuis, & erroneus, & non bene robuſtus, propterea, q̃ continue
ſpiritus à vigilijs motus ſuperaccidit tactui, ac ſi accideret motus ab arcu tenſi nerui & chordæ: &
omnino minimis periculis manuum noſtrarum ſuperacciderit, ideſt occurrerit.

De Pulſu Lethargicorum.

Lethargicorum vero pulſus eſt magnus & vacuus ſm longitudinem & latitudinem, nobis ſu-
*Aſ. intellecto. peraccidens profundo intẽllectu: quare & quidam præſumpſerunt dicere pulſum incorporeum.

De Pulſu Cardiacorum.

Cardiacorum vero pulſus eſt, minor qui finaliter eſt pulſu phreniticorum: robuſtior vero, &
quaſi moroſior, vt & alijs partibus ſubaccidat, ideſt ſentiatur tactu: hoc autem fit ſpiritu quandoq;
quidem remiſſionem accipiente & retentionem, quandoq; vero intenſionem.

De Pulſu Pleuriticorum.

Pleuríticorum & peripneumonicorum pulſuum, in paucis quidem eſt differẽtia, ſolum autem
ijs, qui valde empirici ideſt exercitati ſeu experimentati ſunt, comprehenſibilis eſt: acutus enim &
vehemens q̃ plurimum inuenitur, & immiſſiones inæqualiter multoties faciens.

De Pulſu Epilepticorum. H

Epilepticorum vero, eorum quidem, qui fiunt ſine ſpaſmo & contractione particularum, pul-
ſus eſt magnus, & diacenus í. vacuus, & continuus, & fugatus, perſecutionem patiens q̃ plurimũ.
Et hi qtidem ſunt pulſus, qui ſm hanc paſſionem, ſm plurimum aſſequũtur, ſimiles pulſui lethar
gicorum. Eorum autem, qui fiunt cum ſpaſmis, pulſus eſt magnus, & diacenus ideſt vacuus.

De Nominibus Pulſuum.

SCciendum autem, q̃ omnis pulſus conſiſtit ex magnitudine, & velocitate, & plenitudine, &
rhythmo, & tenore. Et magnus, eſt ſm longitudinem, & latitudinem, & profundum, digna ra
tione tactui accidens. Plenus aũt, eſt vehemẽs, & quaſi neruiter tactum percutiens. Eurhythmos
autem, ideſt bene tenoratus pulſus, qui in vnaquaq; ætate naturalem conſequentiam ſeruat: dici-
tur autem hic pulſus eurhythmus. Pararrhythmus vero eſt, qui cito deſilit à manu. Velocitas aũt
à ſpiſſitudine differt, nam velocitas quidem ſecũdum vnam poterit arteriæ intelligi percuſſionẽ,
ſpiſſitudo vero ſecundum plures. Ita deniq; dicimus quidem Velocem eum, qui in paruo tempo-
re longitudinem explet: Spiſſum autem, qui continue per eundem locum deuenit.

De Generibus Pulſuum.

Genera pulſuum ſecũdum quietem ſpiſſitudo & raritas, in quo velocitas & tarditas: ſecũdum

totum

A totum robur ideſt tenſionem, vehementia, & amydrotes ideſt obſcuritas: ſecundum corpus arteriæ, durities & mollities. Igitur hi quidem ita.

De Nominibus ſecundum Antiquos Quorundam Pulſuum.

Deinceps autẽ de his pulſibus, qui à veteribus ſcripti ſunt, & neceſſarij maxime ſunt, & in quiete exiſtũt, dicamus. Dicitur quis pulſus myurizon i. muris modo caudatus: cuius ſunt rurſus duę differentiæ: Hic quidem nanque attritis digitis magnus & vehemens, demum eas quæ deinceps ſunt diaſtolas longiores accipiens, in fine rurſus & citus & magnus & vehemens ſentitur: Alius vero paruus ſentitur, & eas, quę deinceps ſunt, immiſſiones magnas operãs, rurſus & citus & par uus accidit: hic pulſus quidem quãdoque inuenitur, & ſanos naturaliter aſſequens: quando vero inuentus fuerit in ægrotantibus in paruitate ſuperabundans, eos qui debent abire perindicat: qui vero in magnitudine, eos qui in lethargum. Dicitur pulſus & parempipton ideſt intercidens, quando plures diaſtolas & ſyſtolas operari dimiſerit, ſecũdam diaſtolen ſpiſſiorem attulerit: hic pulſus quidẽ quandoq; ſequitur & ſanos: quando vero in ægrotantibus inuentus fuerit, nihil irrationale ſignificat. Dicitur quidem pulſus dicrotus, qñ diſtans arteria maiorem vnam diaſtolẽ, alteram attulerit breuiorem: hic pulſus fit in ſanis quidem, à curſibus, vel exercitijs, vel aliud quid
B cito nobis operantibus: in ægrotantibus vero, manibus maxime febrientium inuenitur. Dicitur autẽ pulſus & dorcadizon, quando magnus prius accidens, mox breuis accidit, vt putetur antecẽ ſyſtolen faciat finaliter arteria, rurſus dilatari: hic pulſus inuenitur magis in ægritudinibus, quæ ſunt circa thoracem. Dicitur pulſus myrmecizon: hic autem eſt, qui cõtinue & ſubtiliter diaſtolen facit, vt videatur myrmecos i. formicę in manu fieri deambulatio: ferè ex omnibus deficiendo inuenitur. Vltimus vero omnium eorum, & breuiſſimus eſt, qui vocatur ſcolecizon, ideſt vermiculans: hic vero ita paruus, & languidus, & amydros i. obſcurus exiſtit, cp formiculante & breuiſſimo penitus exiſtente intelligatur diaſtole & ſyſtole, in hoc autem nequaquam, ſed velut deſinentia ſolum & reuolutio ſpiritus in arterijs perficitur in eo.

*AL. accidens.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE MOTIBVS MANIFESTIS ET OBSCVRIS

Quem Ioannitius de Græca lingua in Arabicam tranſtulit: Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam.

CENSVRA

Galenus huius libri ſui ſæpius mentionem facit: & in hoc etiam multos ſuos libros citat: ob varias tamen tralationes aliquæ mendæ in eum irrepſerunt.

De Facultate, & Primis Inſtrumentis Motus.

D INquit Galenus, Illi quorum propriũ eſt anatomiã meditari per hoc, cp dicunt motus liquidos, eos qui videntur in corporibus animalium, ſenſui manifeſtos intelligunt: veruntamen quo membro fiant penitus ignoramus: & quãuis hoc videamus, qualiter fiant non ſcimus: †ideo de his doctrinam oportet nos agere. } Principium autem inquiſitionis de motibus liquidis eſt, vt primo inſpiciamus, an ſint actiones mẽbrorum, & an ex eo, cp ſint paſſiones ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes imprimentes: & per paſſiones, motus intelligo, q fiunt à motore agente, quando ipſe mouet aliquid aliud. Et tu poteris vnico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere. Nam motus manuum & pedum, diſtendendo & complicando, vel inclinando, & mouendo ad vtranque partem, quæ quidem oſſibus eorum interiacent, iuncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ eſt in compoſitione oſſis adiutorij, & hæc quidem iunctura vocatur mabit: & iunctura, quæ eſt in compoſitione duorum focilium, eſt cum oſſibus: & iunctura oſſium baſium, quæ interiacẽt duobus focilibus, †& pectini, & vocatur raſceta: & iuncturis digitorum. Pedum vero motus fiũt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorum. Et ſi quis deſiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intromittit in

† AL. iõ intẽtio nobis hic ẽ, vt eorum cauſas inquiramus.

† AL. & eſt pectẽ *AL. iunctura.

ſignificatione diuerſitatem per hoc vel varietatem: veruntamẽ ſufficit in hac ſignificatione, vt di E
*Al. ſummitas. catur, ꝙ pomum oſſis adiutorij, in iunctura cõponitur humeri cum pyxide, q̃ eſt in oſſe ſcapulæ: & ꝙ ſummitas oſſis adiutorij inferior, cõpoſita eſt in iunctura mabit cũ duobus brachij ſocilibus: ſicut duæ ſummitates duorum ſocilium, ab inferiori cum oſſibus paruis raſcetæ cõponuntur. Siſr in pedibus iuncturæ ex cõpoſitione oſſium, q̃ ſunt in eis, erũt. Quòd ſi res in hoc ita ſe habet, anatomici verum in hoc dixerunt, ꝙ motus manuum & pedum fiunt oſſibus, nõ tamẽ ab eis, qm̃ hæc quidem eſt actio lacerti mouẽtis ea. Prouenit ergo ex hoc, vt motus lacerti ſit actio lacerti: & motus oſſium ſit paſſio eorum: & paſſio eius quod fit, & actio eius quod agit, ſimul exiſtant. Diſcrepant tm̃ in eo, ꝙ agens eſt principium ſui motus ab ipſo, & patiens eſt principiũ ſui motus ab alio. Sicut ergo qn̄ lacertus agit, mouet quidem primo vnũ duorum oſſium compoſitorum in iunctura, & eſt illud os, quod continuatur cum adiutorio: deinde mouet ſecundo ipſam iuncturam mouendo os: ita anatomiam conſiderantes inueſtigauerunt, an oporteat dici, ꝙ lacertus ipſe agit primo, aut recipit etiam virtutem motus ab aliquo alio. Vt aũt viderunt, ꝙ vnicuiq; lacertorum continuantur arteria & vena, & tertium quiddam i. neruus, vnicuiq; eorũ intendentes vnumquodq; ſigillatim vinculo conſtrinxerunt, conſiderantes in ipſa conſtrictione an motus impediretur lacertorum, aut mobiles permanerent. Poſtq̃ autem motũ lacertorũ ſtrictis arterijs & venis in ſuo F
manentem ſtatu deprehenderunt, ipſumq; ſtrictis neruis impediri, ꝙ ad lacertos quidem virtus digeritur à neruis aliqua, per quam fit actio eorum, iudicauerunt. Deinde iuxta hanc viam inquiſiuerunt diligenter, an hæc actio ſit neruis ex ſua natura & ſubſtantia, an ſupra neruos aliquod membrum ſit, quod neruis virtutem motus exhibeat, ſicut lacertis exhibere viderunt. Adhærentes aũt neruis eosq; præcidentes ſectionem eorum ſuperiorem in ſua ſenſus & motus habitudine perſiſtere deprehenderunt: inferiorem autem, à loco ſectionis ſenſu priuari & motu. Ex hoc itaq; quod eis apparuit, virtutem motus etiam neruis ab alio membro eis ſuperiori tranſmitti, coniecturauerunt. Proſpicientes igitur primam neruorum originem, eamq; indagantes, quoſdam eorum oriri à ſpinali medulla, quoſdam à cerebro, deprehenderunt. Abſcidentes itaq; ſpinalem medullam, deprehenderunt, ꝙ ab inferiori parte ſectionis non tranſmittitur virtus ad neruos quidem, à quibus virtus oritur, quæ prius tranſmittebatur ante abſciſionem: & à ſuperiori vero ſectione, quæ eſt ſuper abſciſionem, quæ prius tranſmittebatur virtus, tranſmittitur: ac tunc iudicauerunt virtutem quidem motus ad neruos à cerebro tranſmitti. Deinde poſtmodum inquiſiuerunt, an ſit hoc, qm̃ illa virtus ſit innata ſubſtantiæ ſuæ propria, an à corde ſibi tranſmittitur: neq; ad hoc in iſto loco neceſſitas vrget, cũ nos inueniamus vtiq; neruos exhibere lacertis virtutem motus à ce- G
rebro procedentem. Primũ igit̃ mẽbrũ ac præcipuum, vniuerſa quidẽ membra corporis aĩalis mouens motu voluntario, eſt cerebrum: cætera vero, quæ quidem cerebro interiacent & vltimo mẽbro quod mouet̃, mouent ſe ſm ordinem ita, ꝙ vnũquodq; eorũ mouẽs, ac motum exiſtat. Reſtat ergo vt cerebrum moueat tm̃, nec aliud moueat ipſum. Siſr fit vt manus ac pedes moueant̃ tm̃. Et iam declaraui in tractatibus, quibus inueſtigaui de virtute ordinatiua, de virtutibus aĩæ, ꝙ cerebrũ eget hepate & corde ad conſeruandum ſubſtãtiam ſuam: & ꝙ non trãſmittitur ab illis virtus, qua fit motus voluntarius. Hic aũt non eſt aliquid, quod nos cogat vt probationẽ ad hoc inducamus, cum ſufficiat in hoc tractatu concluſione propõnis illius vti duntaxat: quia nõ memoraui, quod apparet in anatomia, vt exponerem per hoc, ꝙ virtus ordinatiua tranſmittit̃ per neruos à cerebro ad lacertos: verum vt à me intelligeretur ſufficiẽter, in quo differãt motus & actio: qm̃ ſignificatio, quã ſignificat nomen motus, generalior eſt: & ſignificatio, quã ſignificat actio, ſpecialior eſt: cum nos appellemus actionem, motum agentem: & paſſionem, motum ab alio prodeuntem.

De Motu Reſpirationis, Qui notior eſt viſus Veteribus.

ET ſermo iſte, in quo nos ſumus, eſt, quo intẽdo inueſtigare de vnoquoq; motu, quod ſit mẽbrum, quod ab eo patitur, & quod mẽbrum operet̃ ipſum, verbi gra de anhelitu: quia melius H
eſt, vt ponam ſermonem meum de ipſo, vt exempli cã luceſcat: cũ non cõferat ex exempli quidem rõne duntaxat, verum cum ipſo exemplo non eſt vtiq; modica pars, de qua inueſtigare proponimus. Videmus. n. manifeſte, ꝙ anhelamus: & hæc quidem actio animalis eſt cõpoſita ex aeris inſpiratione ab exteriori ad interius, & expiratione è conuerſo: & apparet etiam ꝙ id, quod mouet̃ in concauitate pectoris in anhelitu facili ſuauiter, concutitur inferius duntaxat: in anhelitu vero magno, non ſolum mouentur inferiora tm̃, verũ etiam mouentur loca lateribus omnibus vicina.

Diſcordes etiã fuerunt medici in motu anhelitus, an ſit ẽt ex lacertis, vt ſunt alij motus volũtarij, aut aliter. Et quidã iudicauerũt, ꝙ hęc actio naturalis ſit, ſicut pulſus arteriarũ & cordis: alij vero iudicauerũt actionẽ eſſe voluntariã: alij aũt, ꝙ ſit actio cõpoſita. Et hæc quidem inquiſitio magis ad dialecticam, q̃ ad medicinam ſpectat. Inquiſitio aũt quæ dignior eſt in operibus medicinæ, eſt qua quidem inueſtigatur, quo inſtrumento mouetur clibanus i. concauitas pectoris, per quam fit
*Al. extrahitur anhelitus, quoniã hic quidẽ dilãtatur, prout apparet in anatomia. Apparet quoq; in anatomia, ꝙ hic clibanus ex oſſibus, quæ latera vocãtur, & ex lacertis componitur interiacentibus. Merito ergo anatomiam cõſiderantes dixerũt, ꝙ illud mẽbrum, quod diaphragma vocat̃, eſt vna pars iſtius clibani, nec tm̃ illud totaliter: & hoc quidem vſq; ad tempus magiſtrorum noſtrorum homines ar

bitrati

A bitrati ſunt, ꝙ membrum iſtud inſtrumẽtis anhelitus nobilius exiſtat. In nro vero tẽpore factum eius patuit ex eo, quod de operatione huius membri declarauit, ꝙ ſ. mouet partes clibani duntaxat inferiores: quẽadmodum illud, quod mouet ſupiores eius, eſt lacertus à collo deſcendens. Mouet quoq; id, quod interiacet, lacertus quidem, q inter latera cõſtituitur: niſi qa hic lacertus quidẽ nõ dilatat clibanum tm̃, verum etiã ipſum conſtringit: cũ vnuſq; ſq; eorũ habeat duas tunicas poſitione diuerſas. Lacerti nanq; deſcendentes à loco, q eſt ſupra collũ, dilatant, & diſtendunt clibanũ tm̃. Et vidi ſæpe plures hoies in facto neruorum, qui mouent huiuſmodi lacertos quos prædiximus, qm̃ quidem vinculo conſtringebant̃ abſq; clibani ruptura, ꝙ vinculũ illud eos motu clibani penitus priuabat: & diſcipulos meos inſtruxi qualiter hoc ipſum, quod declarauí, intelligerẽt. Et ſnia illorũ, qui dicunt, ꝙ anhelitus eſt motus volũtarius vel actio volũtaria, nullũ argumẽtum inducit, quod maioris, q̃ hęc, exiſtat roboris ad ꝓbandũ veritatẽ eorũ: qm̃ motus clibani impeditur ſtatim, & aĩal extinguit̃ ſubito ore aperto cupiẽs anhelitũ, cum nequeat clibanũ mouere. Vnumquodq; horum fuit ab antiquis inuentum: & quædam præter illa, quæ ipſi inuenerunt, poſtmodũ reperi. *Af. inſtrm.

Comparatur Cognitio aliorum Immanifeſtorum Motuum, & liquidorum quorundam, ad antiquorum cognitionem: & Ponitur Excuſatio tractationis illius.

B ET quodlibet horum antiquitus reputabat̃ ignotũ, qm̃ de ipſo nihil anatomiã inſpicientes tetigerũt, cui poſſet aliquis acqeſcere, vel quo poſſet eſſe contentus, nedũ ſufficiẽter probarent. Vtinam autẽ aliquis motuũ, & aliqua actionum harum, quæ reputabat̃ eſſe ignota, reperirẽtur à quo mẽbro aĩalis prodirẽt: & qualiter ab agente cauſa, qm̃ quidem agit: multa quippe horũ, quæ vltimo comperi, penes me prius erant ignota, quẽadmodũ de motu clibani retuli: Et in tractatu quidem tertio de motu pectoris & pulmonis quædam: ſiquidẽ mei docuerũt me doctores ad tempora ſua: quibus adieci poſtmodũ in libro, quem de paſſionibus anhelitus edidi, quod adinueni, poſtq̃ à magiſtris meis didici. Confeſſus ſum etiam in libro de iuuamentis membrorum ignorantiam meam, quam habui de motu palpebrarum ſuperiorum: deinde vero narraui poſtmodum, qualiter hoc fit, in tractatu decimo libri mei de cura anatomię. Eodem quoque modo ignorabam eſſe duorum neruorum ex vtraque parte arteriarum conſtitutorũ, qui falſo & ſine ratione vocantur apoplectici, cum fuerit in eis ingreſſa malitia, qualiter vox impedit̃: demum quippe cum labore maximo ac difficultate comperi hoc, cũ nullus quidquã de ipſis tractauerit ſufficienter. Et hæc quidem ſignatio erat incognita: demum facta eſt nũc nota, quia reperi neruos mouentes lacertos epiglottidis à duobus neruis duabus arterijs vicinis, qui apoplectici vocantur, oriri. Ignorabatur C quoque, cur, ex ſpondylis dorſi medulla ſpondyli primi ſi ꝑm latum tota abſcidatur, donec extrema non ſeſe cõtingant, vox impediatur illius aĩalis: Et ſimiliter ſi vnus ſpondylus locum deſerit: quia ſpinæ medulla comprimitur fortiter. Inueni quoq; hęc, & alia quæ reputabãt illi, qui fuerunt ante me, ignota de anhelitu & voce: & eorũ inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoq; lacertum, qui vtrãq; mouet genam, cum prius fuiſſet ignotus. ‖ Nec intelligo quidẽ in hoc loco per vtranq; genam duo mandibularum oſſa, ſicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro ſuo de iuncturis, quẽm quidẽ è contrario nempe vocauerũt: ſed intelligo per vtranque genam, corpora quæ duas continent mandibulas, quæ recipiunt, quod os implet de humiditatibus & cibarijs aut vento, prout in illo, qui vtres inflat, videtur. Specierũ item laſſitudinis, actio diuerſitatis earum per anatomiam fuit reperta: quando in quibuſdam, qui laborabant hac paſſione, vel membri quod laſſatur ſenſus impeditur, vel in quibuſdam motus, vel vtrunq; ſimul. Et in pluribus eorum nunquam in hac ſpecie locus putabatur eſſe dubietatis, quoniam quidem nõ dubitatur, ꝙ in neruis, qui vadũt ad mẽbra, in quibus accidit ægritudo, qm̃ ingreditur malitia, noceat ſenſui & motui. Duæ vero ſpecies aliæ non putabantur, donec reperi, ſecundum quem modum erant in membris corporis, in quibus accidit illud, & non in alijs: quoniam hoc quidem nullate- D nus accidit in omnibus membris, ob hoc, quo̊d non reperitur in omnibus membris neruus, qui ſenſum tribuat & motum lacerto, qui eſt in membro patiente, præterquam neruus, qui ſenſum tribuit cuti, membrum ſcilicet illud includenti. *Af. lacertum. In lib. de Articulis cõ. 11. t. 4. 7ª. 262. h *Af. quam.

De Motu Virgæ.

ET iam narraui oĩa iſta, quæ apparent ex iſtis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagat de iſtis rebus, remouet hęſitationẽ earũ: & patet eſſe eius ꝓ hoc, quod apparet in anatomia. Et quædam harum rerum, magis congruit, vt per dialecticam diſcurrant̃: niſi quia cũ hoc ad hoc anatomia iuuamur, Vtpote linguæ prolixitas, donec emineat ori: & ſatyriaſis, quæ accidit in pueris: & in quibuſdam eſt velocior, qm̃ intuentur quã amant, aut imaginantur eã: quia cauſa augmenti ex vtroq; modo eſt difficilis, ſiue ex voluntate fiat hoĩs, ſiue naturaliter ſine volũtate. Et in omnibus motibus, qui fiunt ex voluntate, nihil obſcurius & dubitabilius hoc. Qm̃ in pueris ego video, nedum in alijs, qm̃ ipſi volunt aliquod membrum ex membris ſuis replicare, aut diſtendere, aut in partem declinare, hoc quidem faciunt ex voluntate: & hoc quidem ipſi faciunt per lacertum, qui deſtinatur illi motui, & appropriatur, licet ipſi quidem lacertum illum ignorent, & non ipſi tantum, ſed etiam multi medicorum. Et illud eſt, qm̃ inuenio mẽbra corporis moueri per lacertũ, cui Creator, qui nos creauit & plaſmauit, & in omni tẽpore præſens eſt nobis, prudenter indidit potentiam

tentiam mouendi. Qñ igitur aliquẽ volumus motuum, mouet lacertum, quem ad hũc plasmauit E
& creauit. Et declarauí in libro meo de iuuamento mẽbrorum, ꝙ creauit nos non solum prudens
scire quid oportebat melius agere, ĩmo cum prudẽtia habuit potentiã, qua quidem nihil ei de hoc
quod melius & cõpetentius prouidit esse, defuit agendum: & bonitatem ac largitatem, in qua nul
la fuit auaritia creandi, quod melius est. Et ímperscrutabile vidẽ opus, Creatoris esse veraciter scí-
re, et qualiter ínest corporibus aialium: veruntamẽ non est quidem licitũ dicere eũ non viuere vel
non agere: ĩmo vtiq; est summe prudens, & potens, ac benignus, sicut iam declarauimus. Et si no
tum est & publicum, ꝙ ín oĩbus corporíbus est animalium, sicut quídam putãt, verbum ístud ín-
ducit ad hoc, ꝙ duæ sunt ín corporíbus anímalium aĩæ: quarũ Vna creatur naturaliter, & plasmat̃
oĩbus membris, & est præposita oĩbus quidem voluntatibus eius, ex quíbus actiones procedunt
per motum lacertorum, quí deputãtur íllis actionibus proprie: Alia vero est aĩa, qua voluntas ín-
est actionum. Quídam tñ hoc respuentes non fuerunt contenti hoc, & ab ípso fugerunt, dicẽtes ꝙ
aĩa, qua quidẽ voluntas exístit, est ílla, quæ p̃ se & suã essentiam vniuersa corporis mẽbra ímagina-
tur, vt quod voluerít de actionibus cõpleat̃. Et huiusmodí quidẽ dicti apparet peremptío, propte
rea, ꝙ sí nobis esset hæc aĩa, ignoraremus cum ignorãtia actionum ínuenire, an ílli quídem lacertí
sínt, aut non sínt. Et ex eo, quod cõpetit ei quod díximus, est quídem, qm̃ íllud quod díximus, non F
solum est verum in animís hoĩum, verum etíam ín animalíbus remotioribus íntellectu, hoc est ín
brutís, vt sunt asíní, oues, porcí: adeo quídem vt animas habeant ín summa potẽtia, & prudentia,
& bonitate, ac largitate, iuxta quod exposcit natura corporum eorũ, aut creatura exígit. Et sí nos
quoq; cætera dimíserímus anímalía, & símus homine contenti, cui quorundam aĩalium compara-
† AP. circũscri- tione íntellectus attribuitur † proprie ínfra ílla, vídebímus, ꝙ vita ín actionibus, quę fiunt à volun
ptis illis. tate consístit, nec in alíjs liquet actionibus, & non nobilioribus atq; præcípuis. Congruit ígitur
vt dícatur, ꝙ non est actío quidẽ nobilior homíní, nec conueniẽtior rõnalí, q̃ ratiocínarí ac loquí:
*AP. destinata. & hoc quídem erit cũ dístinctione, quã língua agít ín voce expedita, ab epiglottíde dístinctã: Cũ
lacertos habeat língua, quorũ quídã ípsam sursum attrahunt ad partem palati ad oris suprema: alíj
vero ín contrariã eius partẽ trahunt eam, donec ad ínferiorem deponãt mãdibulã: lacertos quoq;
alios habet c̃p plures, quí ad vtranq; partem eã declinãt. Neq; alíquis est puerorum, neq; adultorũ,
& eorundem, quí anatomiã ínspiciunt, qui lacertos línguæ nouerínt, qñ voluerit alíquod noĩum
pronunciare: verbí gr̃a, sí dícat Petrus, ꝙ valeat prius excogítare & intellígere, quo lacerto & quo
motuum, íllud nomẽ proferat. Cõuenít ígitur & cõpetit, vt musculus, cui líbido fuerít írrogata,
fm̃ hãc rationem íncurrat satyríasím, qñ líbidínem autumat & ímaginatur per aptitudínem rei ad G
hoc. Et ꝙ membrorum corporís ímutatío ímitat̃ animæ ímmutationem, non ín motíbus tantum,
sed ín alteratione coloris erit ínstar huíusmodí. Et ante modos huíusmodí alterationum, quędam
sunt alterationes quæ fiunt calore & frígore: & ex hoc est, ꝙ sępe contingit díminutio eí, quẽ arrí-
pit tímor subitus, vel horror, vel anguſtia. Et ex hoc arguerunt quídam, dícentes, ꝙ animæ quidẽ
non sunt alíquid per se exístens, aduenìens corpori, vt possíbile sit absq; corporíbus exístere, verũ
animæ sunt quid ex corpore. Et qm̃ hí ínuestigauerunt de loco quid sit, diuersificati sunt diuersí-
ficatione non modica. Quídam. n. dixerunt, ꝙ est spíritus: & quídam ípsorum dixerunt, quo̊d est
alía maneries de commístione elementorum, quã vnusquísq; eorum profitetur, aut ex cõpositío-
ne eorum: & quídam nempe exístímauerũt, ꝙ virtus esset substantiæ, quæ vnícuiq; appropriatur
anímalí: & quidã putauerunt ípsí eidẽ anímalí essentiam sibí propríã. Verum substãtiæ, quæ sen-
tíunt & mouentur volũtate, sunt íllę, quæ anímalia nuncupantur: operatío vero eorum, quæ ope
rantur ex eís fm̃ epíthetum substantiæ, quã habẽt ex cõmístione elementorum. Et iam sententías
in libro nostro elemẽtorum cæteras detexímus fm̃ snĩam Hippocratís, cum vera sit ístorum snĩa,
qui dixerunt, ꝙ substãtía generationí & corruptíoní subiecta, qualitatibus quatuor calída frígida
sícca & humída, & nõ alíjs, ímutatur. Inquírere aũt de anima an eius substantía sit corporea, neq; H
cesset qñ corpus accídit alícuius rei aĩalís descendere ín ea: aut sit alíquid corporí continuũ, quod
cũ corpore accídit: aut spermatís sit vírtus et potentía alíqua, cuí conueníant quídem cũ creatione
corporís accídentía aĩæ: relínquo hoc íllís, quí de se exístímant, ꝙ hoc sciunt veraciter. Satyríasís
aũt vírgę scio manífeste ꝙ fit voluntate, & fortasse ímaginatione tãtum. Sísr scío ab ore cuíuslíbet
hominis egredi línguam, qñ hanc actionem vult. Causæ aũt propínquæ, hac appellatíone appel-
lantur à perítís & sapiẽtibus víris in hoc ca. & subtílis speculationis. Merito aũt dixerunt, ꝙ earũ
causæ duæ sunt símplices, & vna cõposíta. Causæ duæ símplices sunt, ꝙ ab arteríjs spíritus ad ísta
duo membra destínantur, cum sínt rara & porosa ínterius, s. vírga vírilis & língua: vel à se habent
vt erígantur & dílatentur: & vtriusq; erectío sequitur & comítatur spíritum íntra venas exísten-
tem vsq; ad exteríora vtriusq;: & pori, quí sunt ínter vtranq;, necessítate vacuítatís ímplentur. Sic
enim vírgæ vírilis ímpletío fit ab ímaginatione & voluntate: & dístensío quídem vehemens ha-
bitudíne & valída, prout dícunt & testantur medící consíderantes anatomíam, lacertís alíquíbus
attribuitur paruis, & spíritíbus quí contínentur ín arteríjs. Et eodem modo fit ín língua, qñ erí-
gitur & dílatatur, ei quídem contínue spíritus ímmittũtur, cum eo etíam, ꝙ alíquí lacerti ín ea ha-
bitudíne dístenduntur. Veritatí quídem huíusmodí dicti attestatur, ꝙ arteríæ ín língua & vírga

virili

A virili confixæ maiores, q̄ in cæteris membris existunt. Cauebo ergo eum, qui verbum meum hoc audit, †ne scilicet abhorreat verbum meum, existimando q̄ arterię, spiritum quidem dūtaxat continent, sicut Erasistratus existimauit: sed sæpius dixi, q̄ in arterijs sanguis subtilis continetur cālidus cum substantia quidem aerea: & extrema venarum orificia sunt adeo stricta, q̄ id quod ab eis egreditur, spiritus est tm̄. Et poteris quidem prænoscere, quod de duobus dictis propinquius existat veritati. Et magis elegi verbum illius qui dixit, q̄ distensio virgæ virilis nō est minor causa, q̄ illius, qui dixit, q̄ ab arterijs quidem spiritus destinant ad virgā virilem & linguam per id, quod narrabo: Quod est, quia pręsumet aliquis & anticipabit dicere, q̄ vnumquodque membrum, suo ipsius intendit commodo & reparationi: & hoc quidem non solum est sufficiens, sed & verū: sed quod dicitur, q̄ membrum, alterius intendat commodo, modum & quantitatem naturæ excedit, cum hoc quidem in hominibus cunctis nō reperiatur, nedū in brutis. Et hoc quidē declarauimus sufficiēter in libro nr̄o de virtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat & asserit, est, quo'd stomachus nequaq̄ cibaria digerit, vt per hoc intendat omnia membra animalis reparare: neque hepar quoq̄ cibum alterat hac intētione, et immutat à stomacho ꝓgressum ad ipsum, vt conuertat in sanguinem, & ad cętera membra mittat: sil̄r quoque à corde non quidem pulsus actio prodit pro alio
B membro, sed pro suo cōmodo. Quod autem dictū est verisimilius sententiæ naturali, vt dicatur, q̄ vnumquodq̄ membrū attrahit sibi quod conuenit ei, vt ex ipso nutriatur: deinde illud immutat quod attraxit, & retinet, & assimilat sibi: & expellit à se, quod est sibi diuersum. Quod vero dicitur, q̄ vnumquodque membrum non intendit quidē reparationi suę, sed quicquid operatur, operatur vt præstet obsequium alijs membris, non est verum. Cum ergo hoc sit vnum de ijs, quæ in libro nostro de virtutibus naturalibus declarauimus, oportet vt principiū repletionis accidat quidem membris, quæ implentur, non ex arterijs, sicut quidam dixerunt: verum ipsamet membra cū haebant erigi, & proprie dilatari, attrahunt spiritus ab arterijs, & implentur ex eis.

De Motu Linguæ.

VIrga vero virilis augetur manifeste, & fit magna, suscipiendo augmentum non solum in longitudine, verum ēt in circuitione. Sed linguā videmus in longitudine distēdi, q̄ ab ore educitur, non tm̄ augeri in omne corpus suum, quemadmodum virga virilis. Similiter quoq̄ non videtur ab ore vniformiter egredi, quādo fortius homo, q̄ potest, os suū aperit, aut q̄ penitus extāt apertum, aut q̄ inter duas habitudines mediocriter se hēt. Quoniam in ipso, cuius est os apertum fortiter, ac valde plus, q̄ possit, inuoluitur in inferiori labio intantum, q̄ si conetur quantum po-
C test eam eleuare, non valebit eam adaptare, vt ad figuram attingat mediocrem propter hoc, q̄ mandibula quidem inferior concomitabitur eam, donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os & in claudendo, est huius mandibulæ tantum, superiori quidem mandibula quiescente. Et maxime quando aliquis quæsierit linguam eleuare sursum cum conamine, donec exterius inuoluatur super labium superius, eam concomitatur mandibula inferior, donec concurrant labia, & os claudatur: & hoc fit, quia vinculum linguæ est ex parte inferiori anterius: deinde post ipsum est extremitas linguæ absoluta, qua fit proprie distinctio vocis, vt fiat pronunciatio & locutio. Et hæc extremitas est, quæ egreditur exterius ab ore, cum oris apertio quidem fiat, quādo mandibula inferior inferius attrahitur, & lingua mandibulæ sigillatur, cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur, vt non extrahatur extremitas linguæ sursum in illa habitudine, cum vinculum ab inferiori attrahat ipsam, & prohibeat. Et fm hanc rationem, si aliquis quæsierit violenter linguam suam sursum eleuare, videbit mandibulam suam inferiorem sequi eam, & appropinquare mandibulæ superiori: & attinget hoc quoq̄ conclusionem oris. Cumq̄ iam pręmisimus hoc, cō cludemus sermonem nostrum, sicut oportet conclusione sua: & narrabimus hæsitationem, quæ accidit nobis de esse linguæ. Et dignum fuit, & merito accidit nobis, cum non inueniamus cau-
D sam, propter quam lingua prolixatur, donec ab ore quidem exeat: nec responsio quam videmus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim q̄ lacertus mouēs linguam, sumit principium ex partibus tunicę nodi gutturis, & ossis quod assimilatur lambda literæ. Ideo oportebat tūc necessario, vt si lingua attrahatur ad illas partes, ascēdat interdum per lacertos, qui continuantur ei desuper: & humilietur per lacertum, qui continuatur ei deorsum, quando ipse ad se attrahit: et declinet interdum, deuiando ad aliquam partium per lacertum, qui circundat quidem in duas partes. Cum ergo anatomiam inspicientes in hoc conueniant, q̄ nullus motus obedit voluntati, nisi motus lacerti tantum: nec aliquis lacertus linguæ continuatus distendit eam, donec adducat eam extra os: tunc merito in titubationem incidimus quādo scire volumus qualiter actio fiat linguæ. Et si motus aliquis posset in corporibus animalis inueniri, qui voluntate fieret absq̄ aliquo lacerto, non incideret in hanc quæstionem aliquid ambiguitatis.

De Motu Vomitus & Deuorationis.

OPortet ergo de hōc inquisitione vehemēti inquirere, donec ad veritatē pertingamus huius rei. Et inspiciamus si forte inueniantur in alijs quoq̄ mēbris motus voluntates aīalis imitātes: & non solum voluntates eius, verum id, quod imaginamur existimando, sicut in virga fit virili: quia impletur corpus rarificatum ex vento velociter, ac leuiter: deinde ad tantum attingit mo

†Al. ne scilicet oberret.
*Al. clarus.
*Al. nō existat.
*Al. hac.

tum, ꝙ impletione ſui creſcit. Et tu poteris ſcire manifeſtius ex aĩali quod ruminat, ꝙ motus vo- E
luntarius nõ eſt ſolius lacerti: quia hoc animal poſtq̃ implet ventrem ſuum herbis aut ex alio nu-
trimento, redit in idem, & erigit ipſum paulatim ex eo, quod tranſglutiuit ad os ſuum, vt molat ip
ſum & terat actione ruminationis. Quidam etiam hoium intendunt euomere, quod potauerunt,
præter conatum vehementẽ volentes expellere facile ac velociter, vt non oporteat eos caput con-
quaſſare, ſicut alĩ faciunt: & non egeant membrorũ prouocatione quibus euomiãt, neq; eorũ di-
ſtenſione. Et manifeſtum eſt hoc procedere ex eis, quia inſtructi ſunt in hac actione plus, q̃ alĩ: &
conſueuerunt omni die, qñ exeunt à balneo euomitare, & ſumunt potum ante cibũ. Quo'd ſi alĩ-
qs dixerit, ꝙ œſophagus obedit volũtati in huius actionibus: & ſi dixerit, ꝙ ſtomachus obſequit̃
voluntati: & ſi dicat, ꝙ vterq; ei obſequitur: nihil in hoc caſu refert, in quo ſumus inter hæc, niſi
quia alio modo, q̃ oportet inquiritur, cũ intenderimus inueſtigare de motu membrorũ: & nõ ſu-
*Aĩ. cum. mus quidem contenti perſpicere, ex quibus membris illi fiant motus, quin conſideremus cũ hoc,
ſm quem modum fiat actio illorũ. Et video manifeſte in lingua, & in generationis inſtrumentis,
illa eadem membra, quæ mouent̃: & cum hoc quoq; video ſcientia manifeſta, ꝙ actio linguę, quæ
accidit qñ ducitur ab ore, voluntati quidem obſequitur: actio vero generationis inſtrumentorũ
non fit à voluntate tm̃, ſed ſæpius ſine voluntate, obſequendo ei, quod anima format, & imaginat̃. F
In animali quoq; ruminante, & in euomente facile, merito quiſquis fuerit quæſiuit, an illa actio
fuerit ſolius œſophagi vel ſtomachi, & ſimiliter habitudo in voluntate. Iam diuerſificati ſunt ho-
mines in hoc. Et quidam eorũ actionem eius attractioni ſtomachi attribuũt. Et quidam eorũ at-
tribuũt eam compreſſioni quidem œſophagi, qua comprimit̃ id, quod diſcurrit per ipſum, & co-
arctatur. Qui aũt in ſermone ſuo diſtinxit, & perſcrutatus eſt breuiter actionem membrorũ, dixit
ꝙ œſophagus ex duabus componitur tunicis: vna intrinſeca, quæ quidem obedit ſtomacho, per
quam ipſe attrahit, quod tranſglutit̃, ſicut quod per manum trahit aliquis: alia vero extrinſeca im-
pellit comprimendo circũquaq; rem, quæ tranſglutitur, donec ad ſtomachum perueniat, quemad
modum coqui faciunt, qñ manibus ſuis comprimendo id, quod continent inteſtina, emungunt.
Et quidam viderũt, ꝙ vtraq; tunica œſophagi agit in tranſglutiendo, niſi quia maior virtus ac di
gnior in hac actione, eſt in interiori tunica: & exterior ei facile ſuffragat̃. Et iam quidem declara-
ui in libro meo de virtutibus naturalibus, ꝙ præcipua virtus, & maior, & dignior, quæ ad tranſglu
tiendum operatur, eſt quidem tunicæ intrinſecæ œſophagi: actio autem, quæ eſt in tempore vo-
mitus, quæ eſt contraria tranſglutitioni, fit quidem per aliam tunicam ſ. extrinſecam. Oportet er
go, vt ponamus cauſam in maiori parte, virtutem quæ eſt in ſtomacho expulſiuam, quæ nõ eſt vo G
luntaria, ſed naturalis: & fortaſſis cauſa in illa operatione virtus eſt voluntaria: & forte virtus na-
turalis in illa habitudine, virtuti ſuffragatur voluntariæ facile, & modicũ. Sed quando vomitat ho
mo ſine volũtate cibum, quando eleuatur ad orificium ſtomachi, ſicut accidit pueris dormiẽtibus,
oportet quidem exiſtimare, ꝙ cauſa in illa actione eſt virtus expulſiua: & hæc virtus etiam inue-
nitur in inteſtinis & veſica manifeſte & matrice, & inuenitur etiam nõ minus in cæteris membris
animalis omnibus: niſi quia in iſtis occultius inuenitur adeo, vt probatione indigeat. Et iam adin
uenimus in eis probationes, & fundauimus in libro noſtro de virtutibus naturalibus.

De Motu Egerendi & Vomendi.

ET ſicut quidam vomitus fit à virtute naturali ſola, & quidã vel totus, vel maxima pars ipſius,
fit prorſus à virtute volũtaria, ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionẽ, i. per anũ:
& in euacuatione, quæ fit per vrinam qñ mingit̃, duplici quidem actione. Fortaſſis enim fiet hoc
ab aliquo lacerti iuuamento, qui congruit ei, extrinſecus condenſando, & comprimendo anũ: vel
forte abſq; illius lacerti iuuamento fiet ab inteſtinis vt egrediatur egeſtio, vel à veſica per vrinam,
& hoc fiet à dormiẽte. Et prouenit hoc etiam propter vigiliam nimiam, vel propter multam ma-
teriam quam quidem continent illa loca, vel propter materiæ punctionem, vt demum dimittatur H
abſque voluntate: & illa loca non comprimantur à lacerto, neque in illa quidem habitudine qui
quam habeant de actione voluntaria, niſi tantum vnicam, ſcilicet relaxationis actionem, & circu-
larium impedimentum lacertorum, qui continent quidem extrema lacertorum illorum, qui ne
fiat abſque voluntate purgatio, ſolum virtutem prohibent naturalem in eo, qui permanet in ſuo
curſu naturali. Quo'd ſi quidem accidat lacertis illis laxatio, aut incidantur penitus, donec ſectio
totaliter appareat, & egeſtio quidem & vrina tunc progreditur prorſus abſq; voluntate. Et iam
quidam in hoc loco litigium induxerũt, vt vincere videantur, non ex eo, ꝙ ſequerentur inde com
modum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimentis orificia meatuum, & impedi-
mentum eius, de actione computetur voluntaria: & dixerunt quo'd actio quidem lacerti ſit per di
ſtenſionem eius & incuruationem, & non per relaxationem. Congruit itaque in hoc capitulo
ſententia eorum, qui ſentiunt, ꝙ rerum virtutes æſtimandæ ſunt, cum in eis iam conueniatur in-
quirere de nominibus. Reſtat autem concordes ſimus, ꝙ lacerti quando meatuum extremitates
comprimuntur, non egreditur quicquam ab eis: quando vero ab eius actione arcetur, quod in
illis extitit meatibus, egreditur. Merito igitur dicit obiector, quo'd illud, quod egreditur quidem
ab illis meatibus, quando relaxatio vincit, illi quidem lacerto contingit actio non volũtaria, quæ

fit

A fit per virtutem tantum naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in ſua manente cõplexione, quando ſuffragatur lacertus illis conueniens inſtrumentis extrinſecus, actio fit volũtaria: veraciter erit ſecundum primam intẽtionem, vel viam, vel ſemitam primam, vel qualiter voluerit nominare. Et ſi quidem intendit voluntate ſua, illorum lacertorum impedire vel laxare actionem, ipſis in ſua natura non permanentibus, illud quod egreditur, actio voluntaria per ſecundam intentionem, & viam ſecundam, non primam appellatur.

De Membris, quæ Mouentur motu Voluntario.

ET ſub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: immo quidẽ, ſi dignius eſt verum dicere, ſub hoc capitulo oĩa, quæ quidem accidunt & arcentur à noſtra voluntate, continentur. Qm̃ ambulare, currere, calcitrare, & cæteræ quæ pedibus actiones perpetrantur, volũtariæ dicunt̃ actiones, per intentionem primam: ſimiliter actiones, quæ manibus aguntur, voluntariæ dicuntur. Vox & locutio dicuntur eſſe à voluntate, prima quidem intentione: manuum autem et pedum quietudo, & ceſſatio à ſermone, dicuntur actiones voluntariæ, intentione quidem & ſententia ſecunda. Qm̃ ſicut, qm̃ membra noſtra volumus mouere, eſt illud, quod volumus, actio voluntaria: ita idem etiam, qm̃ nolimus ea mouere, erit quidem quod volumus, & hoc ſequetur præci
B ſionem conſilij apud homines in aliqua actionum voluntaria. Nec hoc quidem currit in ſermone duntaxat hominum, verum reperitur ad inſtar hoc in ſermone Dei ſublimis viro comminãtis, tempore neceſſitatis preſenti amico non ſubuenienti, in hunc modum dicentis: Nunquid tu preſens fuiſti, ac amico quidem tuo in mortis articulo iam conſtituto non ſubueniſti, deinde me fraudulenter adijſti? egredere à meo ſancto altari. Et quidam hominum non admittunt hunc ſermonem: & exiſtimant quidem, ꝙ non eſt appellãda cauſa illius quod accidit, niſi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quæ accidit. Et cogitur, qui hoc dicit verbum, dicere ꝙ qui ſe, ne in exercitum magnum vadat ex regis edicto ad pugnam & ad ſupponẽdum ſe periculo, occultat, nullam pœnam meretur: qm̃ pugnãtes illius exercitus ſi ceciderint, ipſe cadet inter eos ratione cadentium, non quia ipſe occultauit ſe ab eis. Et determinaui inter eos, qui dicebant verbum hoc, & inter illos, qui aliud verbum dicebant, hoc modo diſcordiam magnam & validam. Et iam orta fuerat ſæpius inter medicos & philoſophos diſcordia atq; altercatio, vtrum priuatio vel non factio eſſet quidem cauſa accidentiæ rei quæ accidit. Et doctores legum, & reges, eos qui ſe abſentant à pugna, & eam ſubterfugiunt voluntarie, acrius puniunt, q̃ illos, qui poſt victoriam hoſtium fugiũt. Illi enim qui exiſtimant, ꝙ non eſt aliquid priuatum cauſa accidentiæ rei, non poſſunt ratione de-
C fendere ſe in aliquo contra illum, qui dicit, ꝙ illi, qui ſubterfugiunt pugnam timore cędis vel mortis, iuſte puniuntur: ſed contenti ſunt hoc verbum dicere, & ipſum ſæpius iterare, & ſucceſſiue, cũ non poſſint declarare atque oſtendere, quo̅d nequit aliquis eis ſufficienter probare, quo̅d priuatum licet eſſe cauſam eius, quod accidit præſentialiter. Et quidam medicorum intendentes hoc fundamentum obſeruare, fundauerunt ſe ſuper ipſum, exiſtimantes quo̅d egreſſus egeſtionis & vrinæ, quando fit abſque voluntate lacerti, qui eſt ſuper orificia meatuum, actio eſt naturalis & non voluntaria, neque de actionibus animalibus prorſus. Sed qui ſophiſtarum relinquit altercationes & contrarietates, & intendit in eis quæ in arte iuuant medicinæ, cõcedit ei, qui vult actiones iſtas appellare qualitercunque: & intendit inſpicere qualiter ea, quæ iuuant & vtilia ſunt, duntaxat inueniantur, quod eſt qualiter hæ fiant actiones: Exempli cauſa, quo̅d in ſtomacho, & inteſtinis virtus viget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate ſua vel qualitate nocua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non ſit nocuum, quando non iuuat: & hoc quidem in membris in ſua manentibus natura, quando conſequitur ex hoc, quod continetur commodum per temperantiam. Et fortaſſe aliquid intendunt expellere membra in tempore indebito, & non opportuno: & imitatur ipſa lacertus, qui comprimit & coarctat illorum orificia mea-
D tuum, vt quid expellat, donec tranſiliat & egrediatur: & ſimiliter quando tempus accedit, quo ſentitur ille exitus ſuperfluitatum, ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quieſcit ab actione ſua, de quo ſermo præceſſit. Nec huius negocij fecimus mẽtionem, niſi ob id quod ſermo ſe ingeſſit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intẽtione, quę propoſito, quod intendebam, neceſſaria exiſteret præſenti. Nec eſt quidem abſurdum cum eo, quod præceſſit rememorari, quod ſum narraturus: Quod eſt, quia qui videt ophthalmiam patientem inſuetus hoc videre, oculi eius primo replentur humiditate: & ſi diutius inſpiciat, ophthalmiam quoque incurrit & ipſe, quia oculi formidantes ægritudinem, debilitantur ex illa: & euaneſcit virtus illorum eſſentialis adeo, vt aliquid ab oculis admittat vicinis, qui ſibi continuantur, quando fuerit in eis ſuperfluus humor atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his ſimilia ex eo, quo̅d corpori communicat cogitatio, & compatitur in accidentibus, ſermone quem ſcripſit in libro humorum huiuſmodi. ‖ Et fortaſſe quidem videt homo ſerpentem ſubito, & in colore ſuo accidit pallor. Et fortaſſe quis incedens ſuper apicem pinnaculi aut montis excelſi timet, & pedes eius tremunt. Similiter quoq; homo videt alium mingentem, aut egerentem, aut pãdiculationes agentem, & ad hoc prouocatur idem operari, quaſi in membris ipſis viſio ſit intellectus, & inſpectio. Et manifeſtius hoc declaratur ac liquidius ſicut dixi in actionibus, quæ fiunt in lacertis:

In lib. de humorib⁹ ad medium.

quoniam

quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, qñ voces imitantur, quales alios audiunt profe E
rentes, cum ignorent ipſi lacertos linguam mouentes, adeo vt incidant vocem inciſione locutio-
nem formãte: ſimiliter accidit inſpiratio & expiratio, anhelante lacertum quo hoc operatur igno-
rante. Non eſt ergo mirandum linguam quidem moueri à lacerto voluntate duntaxat, ſed in ea
virtutem eſſe, qua quidem perpendit quod appetit intellectus, adeo, vt moueat ſe ipſam motu, vt
*Al. concepti ab ore quid educatur competenti. Et iam quidẽ prædixi qualiter hoc fiat, ſ. linguæ raritatem ac po
roſitatem eius, ſicut in virga virili. Sed quia poroſitates in virga virili ampliores exiſtũt, augmen-
tum virgæ virilis immenſum, multam aeris comitatur ſubſtantiam: linguæ vero poroſitates mo-
dicæ, ideoq; non accidunt in ea raritates multæ vel magnæ. Et huius generis quidem eſt quod de
dolore quæritur: quid nanq; eſt, q̃ illud quod quidem incurrit occupatus ex aliquo, & negocioſus
in loco in quo eſt, apoſtema eſt minus. Quãdo ergo euacuatur, cum eo quoq; quod ab eo non deſi
ſtit augmentatur. Quidam autem dixerunt, q̃ pars animę diſpoſitiua et ordinatiua, qua fit ordina-
tio, quia cauſa motus exiſtit voluntarij, & ſenſuum omnium membrorum ſenſibilium, qñ cogita-
tione detinetur & occupatur alicuius rei, retardat præuentionem. Et quidam dixerunt, q̃ in ipſis
*Al. ordinati- membris eſt quædam virtus: quando ergo illa pars ad anguſtiam peruenit ordinãtam animæ, &
ua debilitatur & euaneſcit & etiam laxatur: res autem debilitata & euaneſcens habet neceſſe, vt con- F
tra id quod nocet ei, validius inſurgat. Et hoc quidem excogitauit vir quidam philoſophus, cu-
ius philoſophia atq; prudentia pura quidem & non turbata fuit, neq; inuidia ducebatur, veritatem
ſecutus non verbo tantum, ſed etiam opere. Percuſſionem ſuſtinuit is in femore, ex qua ſibi conti
git apoſtema. Factum eſt ergo per hoc in quo dubitauit: & illud fuit, quoniam mirabatur ad pluri
mum, qualiter languor eius noctu magis intendebatur, cum etiam maioribus vteretur remedijs in
tenebris, & pedes eius tunc magis ociabantur q̃ in luce, & totum corpus eius erat opertum & cale
factum. Et ipſe dixit, quo'd ſicut reuelatum fuit, illud quidem non fuit niſi quia non erat de nocte
alio negocio occupatus videndi vel audiendi, neq; aliquid agendi, neq; in aliquo proſpiciẽdi, nec
cogitandi: ſed eius cogitatio conuertebatur in apoſtema coxæ duntaxat. Et dixit, quo'd acciderat
ei apoſtema prius ſemel in oculis ſuis, & dolebat noctu vehementius: & illud eſt, quoniam ſicut
quando oculus ſanus aſpicit alium oculum ęgrotum, & intẽdit circa ægritudinem cogitare & ima
ginari, etiam ipſe oculis ægrotat. Sic ita non eſt mirandum vt cogitatio operetur ac imaginatio il-
lud: & quamuis ſit in ægritudine femoris, quia diſpoſitio eius, licet admodum ſit modica, tunc ta-
men ægritudo intenditur & augmentatur. Harum autem rerum veritatem licet non attingamus
perfecta probatione, quod tamen de eis dicimus firme, eſt ſufficiens: & poſſibile eſt, vt non ſit ſuf- G
ficiens tantum, ſed verum.

De Motu Palpebrarum.

ET iam tempus eſt vt ad aliam ſpeciem motuum liquidiorum redeamus, ac ſi ſit conuerſio eius
quod narrauimus. Qñ ſicut quædam membra reguntur in virtutibus naturalibus, & motus
in eis apparent animales, vel actionibus permiſti naturalibus, ſic inuenio alia membra, quaſi volũ-
tatem ſequentia: et voluntas eis prædominatur dominio manifeſto. Et cum hoc inuenio, q̃ permi
*Al. motibus ſcentur eis motus naturales, ſicut mõtus palpebrarum: qñ quidem hæc actio erit in pluribus ho-
minibus abſq; voluntate: & non reperies aliquẽ ferè, qui ſic arceat palpebras ſuas, vt non moueat
eas, & apertis permaneat oculis, vſq; dum velit eos claudere, & claudat, niſi raro.

De Motu Clibani Pectoris in Tuſsi, Riſu, & Sternutatione.

ET iam inuenimus quoq; in motu clibani pectoris totius in tpe tuſſis, riſus, ac ſternutationis,
locum ambiguitatis. Et hoc quidem eſt, quoniam iſtud membrum animalis mouetur vtique
ſemper per lacertum: & initium motus lacerti mouentis ipſum, procedit à fundamẽto neruorum
& origine illorum, adeo q̃ homo ſi intenderet illis neruis, & illos amputaret omnes, incontinenti
præpediretur anhelitus illius animalis. Et ſiquis voluerit forti conamine tuſſi reſiſtere, vt fortaſſis H
valeat anhelitum arcere ac continere propter tuſſim paululum, ſi fortis fuerit virtus in arcendo &
comprimendo anhelitum ſuum dominando ei, diuturniori tñ tempore non poterit reſiſtere quin
deficiat & vincatur, donec ſiue velit ſiue nolit tuſſiat. Similiter fit in ſternutatione, quoniã nequit
actor eius ipſam comprimere, qñ violenter inuadit. Eodem quoq; modo hoc quidem inueſtigat
& anhelitus. Et quidã exiſtimauerunt, q̃ anhelitus eſſet actio naturalis, non voluntaria, ob id qui-
dem quia viderunt eam in ſoporato & apoplectico. Et iam ſufficiẽter quidẽ expoſuimus de anhe
litu in tractatu ſecundo, libri noſtri de motu lacertorum: & librum noſtrũ inſpiciẽti cõpetit quod
ibi diximus de anhelitu, ad tuſſim reducere & ſternutationem. Riſus autem incitatus ex eo, q̃ ſu-
perficialia tanguntur loca ſub axillis, & volę pedum, nõ quidem ſub hoc capitulo comprehendit:
neq; video quidem ad cognoſcendam cauſam, propter quã ſi tangantur huiuſmodi loca, huiuſce-
modi tactu moueantur motu huiuſmodi, velut quando aliquid videtur riſibile, vel auditur, ſecun-
*Al. ſcenicam dum aliquam ſemitãm penitus: nec ad cognoſcendam cauſam propter quam, quando ſimilia vi-
derimus iſtis vel audierimus, corpus prorumpit in motum riſus, etſi velimus arceri ab eo, & conti
nere quanto poſſumus conamine ſoliciti. Tuſſis vero, ſternutationis, oſcitationis, ſingultus, pan-
diculationis habitudinem narraui quidem in cauſis accidentium.

De

A *De Motu Gutturis in Deglutiendo.*

COntentus ſum aũt impræſentiarum ponere quidẽ exemplum ad inquiſitionem aperiendam de actionibus ambiguis, de quibus hæſitaſ, quõ fiant. Et iam aliquid ex hoc narraui in tractatu ſecundi libri mei de anatomia viuorũ aĩalium: Nunc aũt narrabo modum in alia ſpecie aĩalium, cauſa quidem exercitij, conſcius inter oĩa nihil eſſe vtilius ei, qui voluerit acquirere ꝑm habitudinẽ & modum in arte medicinæ, vt in pluribus exercitẽ exemplis. Cum in tranſitu eius quod tranſglutitũ in œſophago plures diſcordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere, qualiter rei veritas reperiaſ. Et primo narrabo ex anatomia totã formam œſophagi qualiter ſit, deinde poſtmodum oĩa alia membra, quę ſibi continuanſ. Et primum eorum q̃ ſibi continuanſ & dignius oĩbus eſt ſtomachus. At quidẽ ſi aliquis dicat œſophagum ipſius eſſe partẽ, non verebiſ hoc dictum neq; verecundabiſ. Secundũ aũt de ijs quæ continuanſ œſophago, eſt nodus gutturis, demum lingua, atq; os. Et illud eſt, qm̃ vna tunicarum œſophagi ſ. interior, in ſua natura neruoſa, cuncta quę ſunt in ore & nodo gutturis inuoluit. Et videſ apparibiliter (qñ id quod trãſglutitur ad ſtomachũ per œſophagum tranſmittiſ) de ſuo loco nodus gutturis moueri primo, & ad partem gutturis eleuari: qñ aũt quod tranſglutitum eſt reſidet in fundo ſtomachi, nodus gutturis incontinenti ſubtra
B hitur, donec ad priſtinum locũ redeat. Et ex hoc quidẽ, quod apparet in hoc capitulo, nobis aperitur initium inquiſitionis: & oriſ quæſtio, an nodus gutturis tres habeat partes, quæ ſint, nomen non habens, peltalis, & cymbalaris: & an nodus gutturis in aliquo ſuffragetur, ſemetipſum erigẽdo ad tranſglutiendum nutrimentum: an quidã moueatur motu aliquo, quem agit & operaſ deuoratio. Poſtq; aũt cogitauit ille, qui magnę fuit inueſtigationis in inquiſitione huiuſmodi actionis, q̃ antecedit deuoratio tranſitum eius quod tranſglutiſ in ore & gutture, indagauit an in motu nodi gutturis ſit aliquod inſtrumentorũ, quod actionem operẽ illam ſ. tranſitum nutrimenti in ore & gutture: an non ſit ad hanc cauſam poſſibile, vt nodus gutturis attrahaſ ſurſum, ſed ſequatur neceſſario motum membrorum, quibus fit tranſitus nutrimenti in œſophago. Deinde, neſcio qualiter, diſcordauerunt, vt quidam eſſent quibuſdam contrarij. Et duę illarũ ſectarum† antiquiores, à veritate fuerunt remotiores, quæ iudicarunt q̃ nodi gutturis eleuatio atq; erectio motũ quidem linguæ contingit, qui mouet eam, immittendo quod tranſglutitur, donec ipſum ad œſophagum perducit. Et qui fuit ex illis in anatomia profundior, ipſe quidem exiſtimauit q̃ lingua, quando magis flectitur in tranſglutiendo, ſurſum attrahit duos lacertos: & attrahunt ſurſum illi duo lacerti nodum gutturis per attractionem ſuam, qm̃ inter radicem linguæ & nodũ gutturis infigun-
C tur, propterea quidem, q̃ continuantur chartilagini quæ ſcuto aſſimilatur. Et aſſertores huius verbi exiſtimant, q̃ duæ duorum lacertorum extremitates horum deſinant in chartilaginem. Cum omnes ergo, qui profitentur anatomiam, in hoc quidem communicent, q̃ cuiuſq; lacerti corpus, qñ operatur & agit, verſus caput ſuum retrahitur, non eſt ergo mirãdum, ſi qñ lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorum lacertorum verſus caput, eorum corpora vnumquodque duorum ſurſum contrahit, & loca eorum iuxta linguam, & ſecum quoque chartilaginem ſurſum ſcuto ſimilem. Cum ergo reſiduæ chartilagines duæ nodi gutturis, huic continuentur chartilagini, totus iccirco nodus gutturis eleuatur atq; erigitur. Quod ſi res, ſicut exiſtimauerũt q̃ apparebat in anatomia, ſe haberet, verbum quod dixerunt, omnibus quæ dixerant, ſufficiẽtius eſſet. Sed quia duo lacerti qui chartilagini quidem continuantur ſcuto ſimili, non continuantur vtique cum lingua, ſed capitum eorum origo exiſtit à duobus oſſis lateribus, quod lambda literæ græcæ aſſimilatur, eorum patet error, qui quidem exiſtimauerunt, quod chartilago nodi gutturis aſſimilata ſcuto mouetur, ſiquidem motu linguæ per attractionem duorum lacertorum, quos prædiximus, ſurſum. Et quamuis etiam cum hoc q̃ exiſtimauerunt, verum exiſteret quod apparebat in anatomia, non quidem cum chartilagine ſcutea ſurſum quidem attracta duæ chartilagines reſiduæ de char-
D tilaginibus nodi gutturis attraherẽtur, cum in eis diſtinctiones eſſent manifeſtæ valde inter quaſdam chartilagines adinuicem. Quod ſi quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos ſurſum trahere, videbis & chartilaginem vnicam ſurſum trahi parum: & non videbis ipſum mouere nodum gutturis totum per motum eius. Et hoc apparet in cæteris lacertis nodi gutturis: quoniam vnuſquiſque eorum mouet quidem chartilaginem illam, quæ continuatur cum eo duntaxat, motu facili valde. Et manifeſtior quidem modus, quo deprehenditur error huius ſententiæ, eſt quod in animali viuo apparet. Quoniam ſi tu duobus illis intendas lacertis, & amputes illos, deinde labia coniungas vulneris, & vinculo conſtringas, & dimittas animal agere quodlibet, videbis poſt modicum temporis ipſum tranſglutire cibum ſuum & potum, & mouebit nodũ gutturis ſui ſicut prius: neq; hoc faceret, ſi forte lacertus qui ipſum mouet, amputaretur. Et quod non prolõgetur ſpacium temporis inter inciſionem illius lacerti quam facis, & quod de hoc dixi oportet videre. Eſt ergo vt animal, quod incidis & ſcarificas, prius affligas fame vel ſiti: & quod de hoc dixi eſt ſuperfluum, quo ad illud quod neceſſe habetur cum eorum ignorantia: cum quidem eſſe duorum capitum duorum lacertorum ſolum ſufficiat ad errorem huiuſmodi ſententię & conſilij detegendum. Quoniam quidem hos duos lacertos infixos eſſe video in duobus lateribus oſſis lambda literæ aſſimilati: & duos alios lacertos video à ſummo vniuſcuiuſque laterum illius

† AP. præſumptuoſæ.

oſſis

*Al. cõtinuatis ossis oriundos, abinde versus linguam tendentes, duobus quidem lacertis cõtinuãtos ad nodum E
gutturis discurrentibus. Et videt mihi q decepti sunt & errauerunt in anatomia simiarum: qm in
hoc quidẽ aiali reperiunt duo capita duorum lacertorũ superiorum iuncta duobus duorũ lacerto-
rũ capitibus inferiorũ ita, q se contingunt, qñ aial carnosum extiterit & delicatum: & hoc erit pre-
angustia duorũ laterum ossis lambda literę grecæ similis, & subtilitate vtriusq;. In animali vero cu
ius duo latera huius ossis fuerint lata, tu quidem capita istorũ duorum lacertorum videbis adinui-
cem seiuncta manifeste, & maxime qñ aial extiterit magnum, vt taurus & similia. Et inter illa capi
ta, distantia quoq; longitudinis est sensibilis in oibus aialibus dẽtatis. Studeas igitur exerceri qui-
dem primo in huiusmodi speciebus animalis, vt inter capita lacertorũ horum, de quibus fui locu-
tus, bene distinguas: deinde hoc idem in equis, & in cæteris habẽtibus vngues, coneris. Qñ igitur
hoc feceris, poteris inter vtrũq; bene distinguere. In simijs ẽt facile: & maxime quidẽ si prius exer
*Al. macrius cueris in simijs, quorum capita capitibus canũ assimilant. Et qñ fuerit aial antiquius & mãturius,
anatomiam oium lacertorum melius perscrutaberis. Post aũt q perfecte deprehendimus & vere
scimus, q huiusmodi verbi professores quod perscrutati sumus, errauerũt in eo, cõsideremus igit, F
an ab alia re, q̃ sit in ore de membris, sit causa attractionis & erectionis nodi gutturis tpe transglu-
titionis: & aperiam inspectionem inquirens secundo, cum inter ipsum & œsophagũ sit cõicatio
non modica per tunicã quidem interiorẽ: in qua substantia carnis est modica valde: deinde cessat
in ea caro annihilari paulatim, donec ea priuet penitus: & fit in modum pelliculæ spissę, qua totus
nodus tegit gutturis, & os, & cum ea tegitur superior pars linguę. Et iam vidi semel quosdam bru
torum aialium medicos ac chirurgos volentes in œsophagum infundere quædam, quæ infundun
tur animalibus: et tenebat eius lingua cũ mandibula fortiter inferiori ita, q nõ mouebatur: & me-
mini quorundam, quæ infundunt hominibus, qñ apoplexiam incurrunt. Nos quoq; intendimus
faucibus oris quidem, & ponimus quædã in eis cibaria humida liquida: & in radicem linguæ im-
mitto & infundo quod est in vase in œsophagum: & video, q nodus gutturis tunc eleuatur. Et ex
hoc patet manifeste, q eleuatio nodi gutturis est accidens ineuitabile transitus eius, quod transit p
œsophagum. Et fortasse ponimus in œsophago grana modica rotunda, quo quidẽ transglutian-
tur narcotica, & quædam pharmãcica, et quædam quidem quæ alia opera faciunt, retenta cũ extre-
mitate lingua, vel interius impulsa, ne prohibeat digitos nostros, quibus intromittunt grana, do-
nec ad principiũ perducantur œsophagi: neq; tñ ex hoc huiusmodi veritas patet verbi, verũ etiam
ex hoc quo'd non est possibile, vt alius excogitetur modus q; iste, quem dixerunt quidam in lacer-
tis, quo liceat linguæ quando mouetur ad se nodum gutturis attrahere. Et illud est, quoniam cum G
†Al. ab illis radix linguæ, & duo lacerti descendant ad ipsam † a duobus locis quæ prædiximus, oportuit illis
duobus lacertis linguam, neq; aliquid aliud moueri: quoniam verbi illius quod auctor asserebat,
quo'd possibile quidem erat nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descendentibus
ad chartilaginem scuteam, error detectus est, & patuit falsitas. Cum ergo sit hîc quidem existima-
re alium modum, quo possit hoc stare præter hunc, manifeste patet hoc esse falsum: neque aliquis
aliud poterit dicere. Similiter etiam nullus poterit dicere, nisi q motus nodi gutturis erit cum trã-
situ eius quod transglutitur in œsophago, non cum actione linguæ, cum actio quidem linguę trã-
situm eius quod in œsophago transglutitur, antecedat: deinde quiescit & præpeditur tempore,
quo cibus in œsophagum transit. Restat ergo nobis indagare causam, propter quã mouetur no-
dus gutturis cum transitu rei iniectæ in œsophago à principio vsque ad finem, donec incipiat eius
motus quando iniectum inchoat in œsophago transire, & quiescit quando quiescit illud & resi-
det. Et res etiam patet & manifestatur ei, qui non exercuit cogitationem suam multo exercitio,
quo'd non potest esse quin sit vno duorum modorum: siue quo'd nodus gutturis innatum habeat
intellectum, quo moueat se ipsum, cum videat hoc esse sibi melius ac dignius: siue quo'd eleuetur
per attractionem. Cum ergo primum dictum sit absurdum, restat vt secundum sit verum, scilicet H
quo'd nodus gutturis eleuetur, quando trahit ipsum œsophagus. Et approbat hoc esse verum &
attestatur naturalis, quo declarauimus quo'd in omni membro virtus est attractiua, qua quidem id
quod est simile, attrahit sibi et assimilat: quemadmodum in vnoquoq; ipsorum est virtus expulsi-
ua ad id, quod est contrarium ei & odit. Quod si est verum, est quod declarauimus, quo'd deside-
rium est actio oris stomachi, & quo'd œsophagus attrahit, quemadmodũ res attrahit manus, quod
†Al. Tunicę ve ro alterius, & villi q vestiũt, & ẽt currũt in circuitu fm la titudinẽ, vtiles sunt quidem & suffragantur. competit ei, & desiderat quod est in gula. † Tunicæ vero alterius pellicula, quæ currit & inuestit
in circuitu secundum latitudinem, vtilis est quidem & suffragatur, } quando stomachus quidem
ad euomendum aliquid mouetur. Similiter pellicula quædam, quæ est in intestinis omnibus, inue
stit in circuitu in latũ: nec aliqua pellicula in eis existit, quæ aliter, quàm hoc modo, inuestiat, quo-
niam natura non aptauit ad attrahendum aliquid conueniens, sed ad educendum quod in stoma-
cho superfluit, sicut explicui in libro meo de virtutibus naturalibus. Probationes ergo secũdum
hanc viam apud eum, qui cogitationem suam circa virtutes actionum exercuit naturalium, sunt
veriores, & magis vrgentes, & ad credendum digniores, q; argumenta quæ sunt præmissa. Ille aũt
cui non est insitum à natura, nec est aptus ad intelligẽdum subtilia: neq; cogitationem suam circa
doctrinam eorum, quibus vere comprehenditur cognitio, à puerita exercuit: nec postea in scien-

tia

A tia rerum naturalium intentionem ſuam diu appoſuit: probationes quæ fiunt ſenſui manifeſtæ ſecundum modum illarũ quas ſuperius narrauimus, non erunt ei firmiores & magis vrgentes: non enim proſpexit & ſciuit, ꝙ natura nil operatur fruſtra & incaſſum. Et quia vna tunica, ſcilicet interior œſophagi ſola videtur habere ſolicitudinem apparibiliter in œſophagi actione, non reputo quenquam ad tantam deueniſſe ignorantiam, ꝙ dicat ꝙ ſtomachus attrahat id quod competit †ei, per pelliculam, quę diſponitur circulariter in latum: & expellat per pelliculam, quæ tendit} lineaLiter in lõgum: niſi quis in hac vita nihil de hoc excogitauit: ſed acquieſcat quidem ei quod nouit ſenſu, donec ipſum veraciter comprehendat: veluti quidam oſtendere volens cuidam volenti hãc viam in gallo, quod †pellicula quæ diſponitur} in latũ, quæ eſt in tunica œſophagi exteriori, quando amputatur amputatione in lõgum, videtur illud animal trãſcere. Et manifeſtum eſt, quo d hac vtiq; anatomia debemus vti in gallo, fame prius afflicto: & illud eſt, quoniã poſtquam fueris vſus hac abſciſione ſecundum rectitudinem facta in longum, cum non in aliquo ſibi ad conſeruandum vitam efficiat, ipſe quidem comedit & bibit prius, quã locus vulneratus apoſtemetur & doleat: & tunc abſtinebit ab eſu & potu. Et non ſic quidem declaratur ei, cuius hæc fuerit via ſua ſcilicet de tunica œſophagi: †cuius villi tranſeunt} linealiter in longum, & non quia cum interiori parte no

†AP. ei p villos qui diſponunt circulariter in latum, & expellat p villos qui tendunt.

†AP. villi qui diſponuntur.

B di gutturis continuetur: hoc quidem modo factum, in quo ſumus, magis declarabitur, q̃ illo modo, quem prędiximus. Neq; declarabitur ei, cuius fuerit hæc via ſua, id quod accidit quibuſdam piſcibus, ſcilicet chamæ, & illi qui vocatur ſonedis, ꝙ ſtomachus vniuſcuiuſq; illorum, quando intẽſa fame conatur aliquod animal minus eo capere, & euadit illud, ſæpius inuenitur erectus vſq; ad os ſuum: & hoc quidem, quia in his animalibus appetitus valde intenditur & ſuperat.

†AP. cuius pelli cula tranſit.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DISSOLVTIONE CONTINVA

CENSVRA

Pleraque ex libris de Alimentis, & de Cibis boni & mali ſucci, in hunc librum ab aliquo longe poſt Galeni tempora tracta videntur: ineſt tamen in libro non nihil abſurdi.

CAP. 1.



Via corpora hominum ſunt in continua diſſolutione & propter calorem naturalẽ qui eſt in ipſis, & pp calorem aeris circundantis ea extrin ſecus, fuit neceſſariũ reſtaurare in eis quod diſſolutũ eſt de ipſis. Ideoq; fuerũt neceſſarij cibi & potus: & fuit infuſa in ipſis virtus appetitus ad cognoſcendũ horam neceſſitatis eorum, & quantitatẽ aſſumendam de eis, et ſpeciem conuenientẽ eis. Verum quia non reſtaurat id quod diſſoluitur, nec ſtat loco eius, niſi ſit ſibi ſimile: nec inuenitur in cibo et potu aliquod ſimile ei, quod diſſoluit de corpore: Ideo fuit neceſſarium naturam mutare cibum & potum, vt ſtet loco eius quod diſſolutum eſt, et ingrediat in locũ eius. Neq; poteſt virtus, quæ mutat & cõuertit cibum

D & potum in corpore hominis, facere ꝙ mutetur & cõuertatur, niſi quod eſt ſimile corpori & proprium. Et quoniam non totum quod comeditur & bibitur aſſimilat corpori, ideo non eſt dubiũ, quin remaneat ex cibis & potibus ſuperfluitas in corpore: quam de corpore mundificare oportet & ab eo eijcere. Nam ſicut ciborum & potuum, quando intrauerint ſtomachum, operatuſq; fuerit in eis ſtomachus ſuas operationes, eorum pars tranſit ad hepar, & reſiduum fit egeſtio mundificanda de corpore, ſimiliter faciunt organa corporis & loca, ad quæ peruenit nutrimentum, ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum, qui vult cuſtodire ſanitatem, ad duas res intentionem ſuam dirigere: quarum vna eſt ad corpus, cum cibo conueniente, loco eius quod diſſolutum eſt de ipſo: alia eſt mundificatio ab ipſo eius quod generatum eſt de ſuperfluitatibus ciborum. Verum oportet te ſcire diuerſitates naturarum ciborum, & diuerſitates naturarum corporum, & nocumẽta eorũ, vt ſcias conuenientiam cuiuslibet ſpecierum cibi, et cuiuslibet differentiarum hominis, propterea ꝙ naturæ ciborum ſunt diuerſæ. Nam eorum quidam ſunt temperati, ſicut ex quibus generatur ſanguis purus & mundus: & quidam eorum ſunt non temperati, ſicut ex quibus generat ſanguis cum cholera aut phlegmate, aut cholera nigra ſuperflue, aut vẽtoſitas craſſa & inflatiua: & eorum quidam ſunt craſſi: & quidam ſubtiles: & quidã, ex quibus generatur humor viſcoſus: & quidã, ex quibus generatur humor ſine viſcoſitate nocuus: & quidã, qui iuuant proprie naturas alicuius membro-

membrorum & non alias. Et corporum quędā ſunt temperata etiā, quibus dñatur naturalis ſan- E
guis purus & mūdus: & quædā ſunt non tēperata, & dñatur eis phlegma, aut vna ex choleris, ſiue
vna duarū cholerarum: & quædam eorū ſunt rara, & velocis diſſolutionis: & quædā ſunt ſpiſſa &
tardæ diſſolutionis: & quædam, quæ in oībus membris ſunt ſana: & quædā ſunt, quæ ſunt læſa in
aliquo membrorum, et non in alijs. Itaq; oportet, qñ dominans eſt ſm corpus ſanguis mundus, cp
miniſtrent cibi æquales in quantitate & tēperati in naturis ſuis. Et qñ eſt phlegma dñans, oportet
cp ſint cibi calefacientes & exiccantes, & nutriat cum ijs, quæ addunt in caliditate, & conſumūt hu-
miditatem. Et qñ ei fuerit dominans cholera, oportet cp nutriat cum ijs, quæ extinguunt cholerā,
& addunt in humiditatem. Et qñ ei nigra cholera dñatur, oportet cp nutriat cibis calidis & humi-
dis. Et qñ corpus eſt ſpiſſum & tardę diſſolutionis, oportet cp nutriatur cibis paucis & ſubtilibus,
& humidis, quia paucum eſt, quod diſſoluitur de corpore. Et qñ corpus fuerit rarum, oportet cp
nutriatur cibis multis, craſſis, ſiccis, & viſcoſis, propter multitudinem eius, quod diſſoluitur de cor
pore. Et hoc regimē eſt conueniens de neceſſitate, niſi ſit in aliquo membrorum corporis læſio,
aut dolor: quia qñ fuerit læſio aut dolor in aliquo membrorum, oportet cp fiat conſideratio de ci-
bis conuenientibus membro dolenti. Et ſi fuerit diuerſum à neceſſitate reſidui corporis, ſicut qñ
hepar eſt frigidum & ſtomachus, & in vijs ſunt oppilationes, oportet cp adminiſtrentur cibi ſubti F
les, et dimittat cibos craſſos. Et ſi fit reſiduum corporis præter neceſſitatem eorum, propter maio-
rem tenuitatē & raritatem, vt nō faciant cibaria craſſa oppilationē in hepate: aut ſi eſt aliqñ hepar
calidum: prohibebis cibaria dulcia, & ſi ipſi corpori conueniant, propter velocitatē conuerſionis
eorū in cholerā rubram. Et qñ ſtomachus eſt debilis, oportet confortare ipſum nutriētibus. Et qñ
eſt, cp in ipſo generatur phlegma, oportet ipſum lauare, & abſtergere. Et qñ eſt, cp in eo cholera ge
nerat velociter multa, conueniunt, quæ extinguunt acuitatē choleræ, aut cp prętermittātur res ge-
nerantes ipſam. Et ſi eſt aliqñ cibus remanens natans in orificio ſtomachi, miniſtrentur cibi craſſi
ponderoſi, vt ponderoſitate ſua deſcendant in fundum ſtomachi: & præcipias ei, cp paulatim mo-
ueatur poſt cibū, vt declinet cibus de ore ſtomachi: & qñ hoc non fecerit, nō eſt neceſſe, quod me-
morauimus de cibo & motu. Et qñ eſt deſcenſus cibi de ſtomacho ante digeſtionem ſuam, indi-
gemus ijs quæ ſtringunt & retinēt. Et qñ eſt ſuperfluitas cibi difficilis deſcenſus de ſtomacho &
inteſtinis, indigemus ijs, quæ deſcendere faciant, & ventrem mollificent. Et qñ caput eſt calidum,
ſuſcipiens vapores, prętermittamus cibaria calida & ſicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et
oportet, cp non ſis contentus ijs, quæ memorauimus, ſine conſideratione ſ. quantitatis motus ante
cibum, & ſomnū poſt. Nam qñ eſt motus ante cibum multus, ciba bene, non cibis multis, craſſis, G
viſcoſis, ad ſiccitatem declinantibus, qui ſint difficilis diſſolutionis: neq; iniungas ei diætam, quia
parum cōuenit ei. Et qñ non eſt ante cibum motus, vel eſt paucus, oportet cp non ſit cōtentus diæ-
ta, cum ſ. paucis cibis & ſubtilibus ſine adiutorio, in purgando cum medicina laxatiua vel cū bal-
neo illud, quod generatur in corpore de ſuperfluitatibus: & qñq; cum prouocatione vrinæ, & cū
minutione ſanguinis. Et quando motus eſt conueniens, dabimus cibos temperatos in ſubtilitate,
& craſſitie. Et quādo eſt ſomnus poſt cibum multus, oportet cp donemus cibos multos, et craſſos:
& hoc conuenit fieri in hyeme, propter longitudinem noctis, & multitudinem ſomni. Et qñ ſom
nus eſt paucus & leuis, ſubtilibus nutriatur, ſicut in æſtate, propter breuitatem noctis, & paucita-
tem ſomni. Et dicamus, cp oportet, cp menſuremus in cibis quatuor modos. Primus eſt, cp nutria-
tur corpus bonis cibarijs hora qua nutritur, ſicut ante memorauimus: quia qñ eſt dominans ſm
corpus caliditas, indigemus cibis frigidis: & quando dominatur ei frigiditas, indigemus cibis cali
dis: & qñ eſt temperatum, conueniunt ei cibi temperati ſimiles. Et qñ eſt aliquis ciborum præter
bonitatem, nec eſt ei cōueniens, oportet ne ſit ſimplex, immo admiſceas ei alios, & comedas cum
eo cibos conuenientes, vt rectificetur, quod cum eo timeī de nocumento ciborū malorum quibus
vtitur cum eo. Similiter & modus ſecundus eſt menſura ēt ciborum ita, vt ſint in mēſura virtutis H
digeſtiuæ: quia & ſi eſt cibus in ſe ipſo bonus, & eſt corpori conueniens, & eſt virtutem digeſtiuā
debilitans quantitate ſua, generatur ex ipſo nutrimētum malum. Et modus tertius eſt prętermit-
tere ex cibarijs, quæ oportet prætermittere, & poſtponere, quæ oportet poſtponere: Verbi gratia
quia aliquando aggregat homo cibos lenientes corpus in vna comeſtione, & cibos ſtypticantes
ipſum: quod ſi præmiſit lenitiuum, & ſecuti ſunt eū alij, leuiter deſcendunt cibi poſt digeſtionem
ſuam: ſed quando præmiſit ſtypticum, & ſecutus eſt leniens, non deſcendunt, ſed corrumpitur
totum: & hoc ideo, quia lenitiuus ſeparat inter ſtomachum & inter deſcenſum cibi ſtyptici,
& remanet in ſtomacho poſt digeſtionem ſuam & corrumpitur, & corrumpit corruptione ſua
cibum alium: ſed quando eſt cibus leniens ante ſtypticum, leniens deſcendit poſt digeſtionem
ſuam, & ſtypticum leuiter per vias deſcendit. Et ideo ſi aggregat aliquis in comeſtione vna ci-
bos velocis digeſtionis, & alios duræ & tardæ digeſtionis, præponat cibos duræ & tardæ dige-
ſtionis in fundum ſtomachi, propterea, quia fundus ſtomachi eſt calidior & potentior ſuper di-
geſtionem, propter multitudinem compactionis eius, quæ eſt in eo de partibus carnis: & ſupe-
rius ſtomachi eſt neruoſum, frigidum, debilis digeſtionis: & ideo quando natat cibus in ſtoma-
cho, non digeritur. Et modus quartus eſt aſſumptio ciborum in hora ſua. Et ideo, qui accipit ci-

bum

A bum ſecundū poſt deſcenſionē primi, & p̄miſit motū ſufficientē, & ſecutus fuit ſomnus ſufficiēs, fit bona digeſtio. Et qui accipit cibū, & remanſerunt in ſtomacho aut inteſtinis reliquiæ in quantitate ex priori cibo p̄ter digeſtionem, corrumpit cibus ſecūdus cū reliquijs primi. Et qui comedit cibum poſt motū ſufficientem, & accipit ſup mundificationem & ſuper neceſſitatē corporis, inuenit cibus calorem naturalē, ſicut ignis qñ ardet. Et qui ſumpſit cibū p̄ter motum, & accipit p̄ter mundificationē & p̄ter neceſſitatē corporis, inuenit cibus ſecundus calorem naturalē ſubmerſum, ſicut ignis qñ operitur cinere. Et in quo ſomnus ſequit̄ cibum, reuocat̄ calor naturalis in ipſo, & aggregat̄ in interioribus corporis, & digerit cibum. Et in quo motus ſequit̄ cibum, deſcēdit cibus de ſtomacho p̄ter digeſtionē ſuam, & intrat venas ſine mutatione, et adducit in hepate oppilationem & renibus & reliquis membris, & morbū. Et aliqñ eſt membrū debile vt ſtomachus, & natat in ipſo cibus: & non iniungas ſomnum, donec non deſcenderit cibus de ſtomacho: & ſumant immediate aliquid de vino, vt deſcendat cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu, donec deueniat in fundum ſtomachi: & ante præcipias eum mouere parum, ſicut memorauimus iam. Nec oportet vnquam q̄ accipiat ex vino multum in principio acceptionis cibi, ne deſcendat cibus cum vino & prohibeat digeſtionem, propterea q̄ ſeparet inter ſubſtantiam ſtomachi & inter cibum: &
B qñ non tangit ſtomachus cibum, non mutat in ſimilitudinem corporis conuenientem, ſed remanet in ipſo indigeſtus. Et debent iſti qui accipiunt cibum, cum ipſo ſumere de vino, quod ſolū ſedet ſitim: & abſtineant ſe cum quantitate, qua poſſint: & quieſcant, donec digeſtio fiat: poſtea ſumant de vino, prout optauerint, nam ipſum adiuuat ad deſcenſum cibi, & ſubtiliat vt penetret & vt ingrediatur in venas ſubtiles. Et debet ſimiliter eſſe acceptio cibi in hora motus appetitus, propterea q̄ qñ mouetur appetitus, & non incipit accipere cibum, attrahit ſtomachus ex ſuperfluitatibus corporis: quæ cum intrent ſtomachum, deſtruunt appetitū, & corrumpūt cibū, qñ admiſceē ei. Et melior horarū in accipiēdo cibum, eſt hora frigiditatis, p̄p aggregationem caloris naturalis in interioribus corporis: ſed in hora caliditatis oportet q̄ dimittat̄ acceptio cibi, quia caliditas aeris attrahit calorem naturalem ad exteriora corporis, & euacuat̄ ab interioribus, & debilitat̄ calor in interioribus corporis ad indigeſtionem. Et p̄p hoc eſt, q̄ antiqui præferebant cœnam prandio, p̄cipientes q̄ ſumeretur plus in cœna, p̄p aggregationem caloris in interiora corporis frigiditate noctis, & ſomnum, quia caliditas in ſomno reuocatur, & calefacit interius corpus, & infrigidat extrinſecus: ſed in vigilia accidit contrarium huiuſmodi, quia calor extenditur in exteriora corporis, & debilitat̄ in interioribus. Et ideo neceſſariū eſt q̄ homo, cui eſt dñium complexionis calidæ:
C & cuius ſtomachus eſt calefactionis velocis p̄p generationem choleræ citrinæ: & cui generatur in ſtomacho, aut effunditur ei, multa cholera citrina: nutriatur cibis craſſis duræ digeſtionis: & digeret eos, et non digeret cibos leues ſubtiles velocis digeſtionis, quia cholera eſt potentior ſuper leuibus cibis, & corrumpit eos, & non eſt potēs corrumpere craſſos. Et ideo inuenimus homines, qui digerunt carnes bouinas, & non digerunt carnes pullinas, & quę ſimilant̄ eis ex cibis leuibus. Et conſuetudo in eis addit magnam partem, qm̄ qui conſueuit prandere, & remouet̄ ab eo, & eſt contentus cœna, magnificat nocumentum ſibi: & qui cōſueuit ſumere cibum in aliqua hora determinata, & mutat̄ ad aliam p̄ter iſtam horam, declarabitur ſibi hæc p̄mutatio nocua: & ſi mutauerit cibum ex horis malis ad horas bonas. Et debet propterea imitari conſuetudinem qñ eſt antiquata & longa, etſi ſit non bona, qñ non adducit aliquid neceſſitatis ad mutationem ſuam: nam conſuetudo eſt natura ſecunda, ſicut memorat ſapiens Hippocrates. Quod ſi eueniat aliquid vi ducēs q̄ mutetur ab ea, conuenientior rerum eſt in eis q̄ mutet̄ ab ea paulatim. Et appetitus ēt in opere digeſtionis cibi eſt maior pars, quia ſignificat̄ ſuper conuenientiā & bonitatem. Et qñ ſunt cibi duo
D æquales in bonitate, & eſt neceſſitas appetitus de eis ad vnum eorum declinans, conſentiemus dare rem appetitam p̄ alia, quia conuenientior eſt naturæ ſuæ, & leuior ea in digeſtione. Et qñ duo cibi ſunt, & vnus eorum eſt melior altero, & neceſſitas appetitus in eo eſt ad peiorem declinans, eligimus eum ſuper meliorem eorum, dummodo nō timeamus ex ipſo nocumentū multo maius, q̄ eueniat ex ipſo iuuamētum, propterea q̄ libenter ſumatur, & melius ſtomachus digerat ipſum: vt explanauimus in eo quod rememorati ſumus, q̄ oportet ſtudere miniſtrare cibos bonos & electos ſm cognitionem diuerſitatum naturæ corporum, & operationum eorum, & diuerſitatē virtutum ciborum. Et declarauimus diuerſitatem naturę corporum, & operationes eorum: & quod conuenit cuilibet vni eorum ex ſpeciebus ciborum & potuum: & ego nominabo ſpecies ciborū, & rememorabor quod eſt in qualibet ſpecie, & nomina quæ ſunt in qualibet ſpecie ipſorum: & rememorabor in qualibet ſpecie diſpoſitionis corporis, & conuenientium eorum.

CAP. 2. Ciborum ſubtiliantium tria ſunt genera. Eorum enim ſunt ex quibus generat̄ ſanguis ſubtilis: & dicuntur ipſi ſubtiliantes, quia ſanguis generatus ex eis quando commiſcetur ſanguini qui eſt in corpore, reddit totū ſubtilius, quàm prius eſſet: ſicut medulla panis frumenti fermentati, loti lotionibus pluribus, & carnes pullorum, & carnes aduragi, & phaſiani, & ſtarnę, & axillę auium omnium, & carnes piſcium paruorum in quibus non eſt viſcoſitas, & cucurbitæ, & almeſci, & quod ſimilatur eis. Et huius generis cibi conferent ei, qui non mouetur, & cuius labor naturalis in corpore ſuo eſt debilis, & qui non ſecuratur quin in corpore eius generetur humor craſſus: &

generetur

generet in hepate aut in ſplene oppilatio, aut renibus, aut in pectore, aut in cerebro, aut aliquid in E
iuncturis ſuis phlegmatis. Ciborum ſubtiliantium genus aliud eſt, quod ſubtiliat quod inuenit
ex re craſſa propter id, quod eſt in eis de caliditate & acuitate: ſed ipſa ſunt in ſubſtantia ſua craſſa,
generantia humorem craſſum: ſicut paſtinacæ, cepæ, raphanus, & rapæ, & quod ſimilatur iſtis. Et
huius generis ciborum, qñ coquuntur & aſſantur, ſeparatur ab eis caliditas, acuitas, & inciſio, & re
manet ſubſtantia mala. Et quidem poſſibile eſt, ꝙ eueniat iuuamentum per inciſionem iſtorum ci
borum & ſubtilitatem eorum: & ꝙ diſcedant à ſubſtantiæ ſuę natura ſm vnum trium modorum:
Aut coquãtur ſimul, & eius craſſities attenuetur, ſicut fit de cepis, aut exprimantur: aut coquãtur,
& poſt ſumatur aqua ſua, ſicut fit de raphano: aut ꝙ comedatur aliquid crudũ ad inciſionẽ phleg-
matis, & vomatur cum eo, ſicut faciunt cum eo omnes. Et tertium genus ciborum ſubtiliantium
eſt, ex quibus generatur ſanguis ſubtilis, & tenuat quod inuenit de humoribus craſſis & viſcoſis
in corpore. Huiuſmodi generis ciborum ſubtilium ſunt quatuor differẽtiæ. Prima eorum diffe-
rentia eſt eius quod eſt ſapidum, dulce, ſubtile, propter id quod eſt in eis de virtute mundificatiua,
ſicut aqua hordei, & batheca, & ficus ſiccæ, & amygdalæ, & piſtici, & mel, & hæc ex his quæ abſter-
gunt. Et hæc differentia eſt propinqua in iuuamento ſubtiliantibus cibis qui ſunt ex primo gene-
re, niſi ꝙ illorum perfectio eſt in ſubtili corpore. Et ſecunda differẽtia eſt acutior, inciſiua, ſicut ſi- F
napi, naſturtium, allium, porrum, apium, eruca, origanum, ficus, menta, mentaſtrum, fœniculus, ru
ta, anethum, cyminum, caroi, vinum citrinum clarum ſubtile antiquum calidum. Et hæc differẽtia
confert ei qui indiget apertione oppilationis ſplenis, hepatis, pectoris, & cerebri: & incidit ſubſtã
tiam & tenuat. Sed non oportet aliquis multum vtatur eis, nam ſanguinem adurunt, & reddũt ip
ſum aquoſum. Et hi cibi minuunt corpus, & poſtea ipſum debilitant: & poſtea calefaciunt ſangui
nem calefactione nimia, & redit plurimum eius cholera citrina: & poſtea, ſi continuus ſit vſus eo-
rum, ex ipſorum continua aſſumptione diſſoluitur ſanguis ſubtilis, & deducitur ad exiccationem
& craſſitiem, & plurimum fit cholera nigra: & qñq; generat ex iſtis lapis in renibus nociturus. Et
hæc differentia vehementius & perfectius operatur in eo, in quo eſt cholera citrina dominãs. Et
tertia differentia eorum q̃ diſſoluunt & tenuant cũ ſalſedine ſua, ſicut muria, & piſces qñ ſunt ſa-
liti leuis carnis & paucæ pinguedinis, & ſicla, & aqua caſei ſaliti, & oẽs cibi in quibus poſitũ eſt ſal,
& muria, & baurach. Et huiuſmodi differentię iuuamentum & nocumentum eſt propinquũ iuua
mento ſuperacutarũ, & nocumento earum, niſi ꝙ hæc differentia in mundificando ſtomachum &
inteſtina, & leniendo naturã, eſt perfectior. Et quarta differentia eſt eorũ quę incidunt & tenuant
cũ acetoſitate ſua, ſicut acetum, & ſecanjabin, & acetoſitas citri, & aquę granatorum acetoſorum, et G
oẽs cibi qui cum eis accipiunt. Et hæc differentia cõfert ei, qui eſt in ſtomacho & in reliquo corpo-
re calidus, & qñ generat in eo phlegma ex craſſitie ciborum aſſumptorum, aut ex multitudine eo-
rum. Cibaria craſſa qñ inueniũt corpus calidum, multum laborant. Et ſomni multi poſt cibum,
digerunt, & nutriunt corpus nutrimento plurimo adhærente, & confortant confortatione pluri-
ma. Et melius eſt ꝙ ſumant hæc cibaria in hyeme, pp aggregationẽ caloris in interioribus corpo-
ris, & longitudinem ſomni. Et qñ quis ſentit in corpore ſuo diminutionem manifeſtam, et ſi come
dat aliquid, & ſit in corpore ſuo caliditas pauca, & proprie in ſtomacho, & labor ante cibum pau-
cus, & ſomnus poſt paucus, non perficitur digeſtio, ſed generat in corpore humor ex eis craſſus ni
mium, crudus, generans oppilationem in hepate & ſplene. Ideo oportet, qui comedit cibos craſ-
ſos & præter neceſſitatem dominij appetitus eius, quod paucos ex eis accipiat & cõmiſtos, nec aſ-
ſueſcat eis. Et ſunt ex cibis craſſis, qui cum craſſitie & viſcoſitate ſunt multum nutrientes, quan-
do digeruntur: ſed ſi non digerantur, ipſi eorum multitudine generant oppilationem. Et cibaria
craſſa dominante eis ſiccitate duritie & viſcoſitate, & ſimplicia & commiſta faciunt idem: & hoc
eſt quod rememoramus: aliquando enim propter nutrimentum ex natura rei, & aliquando addu-
cit eis ex contactu caliditatis & coctione. Et lenticulæ, & glandes, & lepores, & fungi, & fabæ aſſæ H
ſunt craſſa, quia ſiccitas eſt dominans eis in natura eorum. Et hepata, & oua dura elixa aut aſſa, &
omne quod eſt frixum ex eis, & lac coctum coctionibus pluribus, & vbera, & vinum vuæ quod
eſt coctum, & ſpecialiter quod eſt ex vua craſſa in natura ſua, omnia ſunt craſſa, quia caliditas in
coctione acquiſiuit eis ſiccitatem & coagulationem. Et caro cerui, & hirci, & carnes bouinæ, &
ventres, & inteſtina, hæc ſunt craſſa, propter duritiem naturæ eorum: & eodem modo lupini, &
grana pini, & rapæ, & faſeoli. Et panis furni in exterioribus eſt craſſus, propter id quod acquiſiuit
eis ignis ex ſiccitate: & in interioribus eſt craſſus, propter viſcoſitatem quæ in pane eſt de natu-
ra frumenti: & ſimiliter omne quod non eſt bonum, vti aſſatum, & confectum, & fermentatum,
aut nimis digeſtum ex pane, aut tenuius coctum: & omnis panis in teſtis cum oleo & ſine oleo:
& dactyli, & ſeſamum, & fungi, & ſimilia. Et lagana, & cerebra, omnia ſunt craſſa, propter viſco-
ſitatem quę eſt in natura eorum. Et pultes ſunt craſſi, propter coagulationem eorum et viſcoſita-
tem acquiſitas eis ex decoctione. Et melongianæ ſunt craſſæ, propter ſiccitatem & viſcoſitatem,
quę ſunt in natura earum. Et piſces duri et viſcoſi ſunt craſſi, propter aggregationem duarum re-
rum ex tribus in ipſis rebus. Et caſeus eſt craſſus, propter aggregationem trium rerũ in eo. Et au-
res, & labia, & extremitates muſculorũ, ſunt generantia humorem viſcoſum non cum craſſitie. Et

etiam

A etiã generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus craſſus, propter debilitatẽ calidi corporis, & digeſtionis, & ſubtiliationis ſuę, ſicut accidit ex comeſtione fructuum ante maturationem eorum, & ex comeſtione citrulorum, & cucumeris, & carnis citri, & lactis acetoſi.

CAP. 3 Et ei qui eſt in corpore tẽperatus & ſanus, nec labor eius eſt multus, nec eſt labor in virtute, meliora ſunt cibaria media inter ſubtilia & craſſa, qa ipſa ei conueniunt, & non debilitant ſicut cibaria ſubtilia, nec generant cruditatẽ, et oppilationẽ ſicut craſſa. Et oĩs panis bene pręparatus arte, ouũ gallinarũ, caro hœdi anniculi, caput & caro agni, & pecudũ, oẽs ſunt humidæ, & viſcoſę. Et caro pullorum columbarum, & paruarum auium, generat ſanguinem calidiorem & craſſiorem ſanguine temperato. Sed hepata pullorum & anſerum, & axillæ ipſorum, ſunt tẽperata, & reliquum corpus eſt multarum ſuperfluitatum. Et omnis auis, quæ eſt multi motus, & cuius paſcua ſunt in locũ boni nutrimẽti, mundi aeris & ſicci, eſt melior multum, & ſubtilior: oĩs vero auis quietis, eſt oppoſita, & peior, & immũdior magis. Sed oĩa oua bene præparata, & maxime quæ ſunt proiecta in aquam calidã, & recipiunt ante, q̃ indureſcãt, ſunt temperatæ craſſitiei. Et oẽs piſces nõ duræ carnis, nec multæ viſcoſitatis: aut quibus nõ eſt viſcoſitas, & ſunt boni ſaporis: & quorum paſcua ſunt in aquis mũdis à ſordítie, & aquis fluminũ: ſunt tẽperati, & boni nutrimenti. Et de fru-

B ctibus, vuę, & ficus, qñ ſunt bene maturę ſup arborem, & cito deſcendũt de corpore, & quod generat ex eis, temperatũ eſt in ſubtilitate: & ſi non cito deſcendũt, nõ ſunt bonæ. Et de oleribus, endiuia, lactuca, & aſparagi. Et omne vinũ cuius color eſt, color granati clarus, nec eſt nimis antiquũ.

CAP. 4 Cibaria velocis digeſtionis ſunt vnius horum modorum. Primus modus eſt, qñ ſunt naturæ non ſiccæ, ſicut ſunt lenticulæ: neque ſunt durę ſicut lupinus: nec ſunt viſcoſa nimis, vt triticũ: nec aſpera multum, vt milium & panicum: nec multum vnctuoſa, ſicut ſeſamum: nec abominabilia, vt vinum ponticũ nimis: nec ſunt plurium ſuperfluitatum, vt caro pullorum anſeris: nec dñatur eis frigiditas vehemens, ſicut lacti acetoſo: nec caliditas vehemens, ſicut melli. Et modus ſecũdus eſt ſm naturam digerentium ea: & hoc eſt vno duorum modorum: Modus primus eſt conuenientia cibariorum, & ſimilitudo complexionis naturalis corporis, ſicut q̃ appetunt & ſapiunt cuilibet homini. Et iam inuenimus homines diuerſos in appetitu eorũ: & quilibet tñ eorum melius digerit, quod appetit, & ad q̃ multum declinat eius appetitus, q̃ quę non appetit, & ad quæ nõ declinat. Et modus ſecundus eſt ex complexione accidentali corporis, in accipiẽdo cibos contrarios ei, ſicut apparet, quo'd cui dominatur caliditas ex aliqua cauſa, eſt cibos frigidos fortius digerere, quia extinguunt caliditatem corporis, & temperant eam, nec calidos digerit: & cui domina-

C tur frigiditas, calidos digerit, ſed non digerit frigidos: & cui eſt corpus humidum totũ, ſtomachus digerit cibos ſiccos, nec digerit humidos: & cui eſt actualiter ſiccum, eſt oppoſitũ iſti. Et iam declarauimus, ꝙ cibaria ſubtilia & media, de ſe ſunt velocis digeſtionis: & etiam aliqñ euenit, ꝙ cibaria craſſa velociter digeruntur in aliquo corpore, ſicut iam memorauimus. Et declarauimus, ꝙ panis bene præparatus, & caro gallinæ, duragi, & ſtarnæ, & hepata pullorum anſerum, & eorum axillæ, & omniũ auiũ pinguiũ, & iuuenum, velocius digerunt, ꝙ axillæ macrarũ, & antiquarum, Et carnes auium omnium velocius digerunt, q̃ quadrupedũ. Et omne quod eſt ex aĩalibus ſiccis, paruum velocius digeritur, ꝙ magnũ: & ideo caro vituli velocius digerit, ꝙ caro bouis: & hœdi anniculi, & agni, velocius digeruntur, q̃ caro antiquorũ, & ꝙ capra. Et omne quod eſt ex animalibus humidis maius, velocius digeritur ante, q̃ dureſcat, ꝙ minus: & ideo anniculus ex pecude velocius digeritur, ꝙ agnus. Et caro omnis animalis, quod eſt in augmẽto & cremento velocius digeritur, ꝙ eius, quod inueteratum & antiquum eſt. Et caro cuius paſcua ſunt in locis ſiccis, velocius digeritur, ꝙ cuius paſcua ſunt in locis humidis, propter ſuperfluitatũ paucitatem, quę ſunt in eo cuius paſcua ſunt in locis ſiccis: & multitudinem eorum, cuius paſcua ſunt in locis humidis. Et omne cuius ſubſtantia eſt rara, velocius digeritur, ꝙ cuius ſubſtantia eſt ſpiſſa: & ideo nuces velo-

D cioris ſunt digeſtionis, quã auellana: & oua non dura velocius digeruntur, ꝙ dura: & omne quod leuiter & facile maſticat. Et ſimiliter lactucę, & endiuia, & citruli, & cucurbita, digeſtibiliora ſunt, quàm apium, & carbthum. Et oĩs cibus, qui melius ſapit eſt digeſtibilior abominabili: & ideo vinum dulce digeſtibilius eſt aſpero. Quæ tarde digeruntur, tarditatẽ habent, qa in natura ſua ſunt aut ſicca, aut dura, aut viſcoſa, aut ſpiſſa, aut multæ vnctuoſitatis, aut ſuperfluitatis, aut abominabilis ſaporis, aut caliditas eſt in eis nimia aut frigiditas. Et quod eſt cõtrarium complexioni naturali, qñ non appetit. Et quod eſt conueniens accidẽtaliter diminuẽdo corpus, aut addẽdo in ipſum. Et caro bouis, & caro cerui, & venter, & inteſtina, & interiora, & aures omnium animaliũ, & caſeus, & oua dura, tarde digeruntur, propter ſiccitatem & duritiem eorũ. Et eorũ quæ ſunt ex auibus alcarafym, galfaguelut, & pauones, & ventres omnium auium. Et de granis, oryza, & lupini, & lentes, & milium, & glandes, & caſtaneæ, & caro hirci, & maiores capræ, ſicut meminimus, propter ſpumoſitatem, & abominationem eorum. Et caro pecudum, & hepata omnium animalium, & pulli anſerum, ſunt tardæ digeſtionis, propter multitudinem ſuperfluitatum eorum. Et lac acetoſum, propter frigiditatem ſuam. Et frumentum coctum, propter eius viſcoſitatẽ & ſpiſſitudinem. Et fabæ, & faſeoli, propter multitudinem inflationis eorum. Et ſeſamum, propter multitudinem oleagineæ ſubſtantiæ. Et vuæ, & ficus, & reliqui fructus, qui non valde maturantur.

Et caro citri,& bedaruch,& rapæ,& paſtinacæ, & oĩa olera, & radices, & vinum notum craſſum, E
propter ſuperfluitatem eorum. Cibi multarum ſuperfluitatũ ſunt caro pullorũ anſerum præter
axillas,& interiora omniũ aialium,& cerebra, & aues de paludibus & lacubus, & culturæ,& cice-
ra recentia,& fabæ virides,& caro animalis lactentis,& omnis caro quieſcẽs non velocis exercitij,
& piſces, ſicut meminimus, & iſtorum,ij qui ſunt de aquis ſordidis thermarũ. Cibi non habẽtes
ſuperfluitates ſunt axillæ auium,& pedes quadrupedum,& genua: & animalia,quorũ paſcua ſunt
in deſertis,& in locis ſiccis. Cibi multi nutrimenti ſunt oẽs cibi craſſi, qñ digerũtur bene in mul-
titudine: & omne quod eſt ſuperfluitatum paucarũ, & eſt plurimi nutrimẽti. Sed oportet, q̃ cibi
multi nutrimenti ſumantur ab eo, qui indiget cibis paucis nutrientibus cum nutrimento multo,
ſicut eſt conualeſcens: & hi cibi grauant ſtomachum propter multitudinem eorũ: & corpori con-
ueniunt indigenti nutrimento multo. Et caro vaccina,& cerebra, & medullæ, & interiora, & vẽ-
triculi auium omnium: & piſces craſſæ & viſcoſæ carnis, & ſimilia: & fabæ,& cicera, & faſeoli, &
lentes,& lupini,& dactyli,& glandes,& caſtaneę,& rapę,nutriunt eum,qui digerit ea nutrimento
multo craſſo. Sed axilla pullorum anſerum,& panis ſimilæ, & vuæ paſſæ plenæ dulces, & ficus,&
lac recenter mulſum,et vinum,nutriunt multum,propter paucitatem ſuperfluitatũ eorũ,& pluri-
mam conuenientiam eorũ ad corpus. Et nutrimentum lactis eſt craſſum,licet ſubtilius minus nu F
triat: & craſſum incraſſat, ſicut vaccæ. Et ſubtilius eſt lac aſinæ lacte camelæ: & lac capræ eſt me-
dium inter iſta. Et nutribilius eſt vinũ rubrum craſſum dulce: & poſt hoc nigrum,craſſum dulce:
& poſt hoc album,craſſum dulce: & poſt hoc craſſum, rubrũ aſperum: poſtea nigrũ, craſſum aſpe
rum: & poſt hoc vinũ ſubtile: et de iſtis ẽt omne quod declinat ad rubedinem & dulcedinẽ, eſt ma
gis nutritiuum: & minus nutritiuũ, eſt album ſubtile. Oẽs cibi ſubtiles ſunt pauci nutrimẽti: &
oẽs in quibus eſt nimia ſiccitas et humiditas,aut multa ſupfluitas,ſunt minoris nutrimẽti: ſicut pe
des,& venter, & inteſtina,& aures, & pinguedo, & pulmo, & caro oĩum auium, & aialium anti-
quorum,parum nutriunt,pp ſiccitatem,quæ eſt in eis. Et ideo panicũ, & milium, & papauer, &
oliuę,& nuces,& amygdalæ,& auellanæ,& zarur,& caules,& cappares,& fructus lentiſci, & vuę
paſſæ ponticæ,& pira pontica, oĩa parum nutriunt, pp ſiccitatem eorum. Sed piſces, & cucurbi-
tæ,& granata,& mora,& poma,& pruna, & chryſomela, parũ nutriunt,pp multitudinẽ humidi-
tatis eorum: & nutrimentũ eorum neq; remanet, ſed diſſoluit cito. Vnde panis hordei, & furfur,
& fabæ humidæ,& oĩa olera,velut caules,& ſicla,& acetoſa,& portulaca,& raphanus,& ſinapi,&
naſturtium,& paſtinacæ, parum nutriunt, pp multitudinẽ ſuperfluitatum eorum. Et cæpæ,allia,
& porri, qñ comeduntur cruda,non bene nutriunt: ſed qñ coquuntur in cibis,nutriunt nutrimẽ- G
to pauco,bono,ſicut memorauimus. Et medulla panis lota bene,& amylum,ſunt nutrimẽti pau-
ci, pp ſubtilitatem eorum: ſed ficus, & vuæ paſſæ,ſunt inter ea,quæ minus nutriunt & quæ plurí-
mum nutriunt: & eorum nutrimentum eſt tenerum humidum: & ſimiliter eſt nutrimentum fa-
barũ. Et oẽs cibi quibus hoc dñatur dominatione forti,amittunt id,qñ elixantur, aut aſſantur,aut
infunduntur, & nutriunt nutrimento paruo. Cibaria boni chymi ſunt oĩa cibaria temperata, in
quibus non eſt nimia fortitudo: & in quibus non fit egreſſio in quantitate, generant ſanguinem
clarum,mundum,ſanum: & omne,quod eſt ſimile iſtis,eſt conueniens omni corpori,& omni tẽ-
pore,in corpore tẽperato, & in tempore temperato. Sed corpora,quæ egrediuntur temperamen
tum, indigent cibarijs, quorum virtus ſit egreſſa tẽperamentũ, contrarijs virtuti dominanti ſup
corpus temperatum: & ſimiliter ẽt corpora temperata in tempore non temperato. Ac cibariorũ
temperatorum quædam ſunt craſſa, & quædam ſubtilia, & quædam ſunt media horum. Et hæc ci
baria temperata,media inter ſubtile & craſſum, ſunt meliora omnibus hominibus, & maxime tẽ-
peratis, & in tempore temperato. Et iam quidẽ narrauimus cibos craſſos, & ſubtiles,& medios:
& nominauimus eos, qui ſunt boni: & qñ quælibet eorum eſt bona ſpecies: & remanſit vt nomi-
nemus cibos generantes chymum bonum,& diminutos,ſecundum quod diuiſimus. H

CAP. 5. Dico, q̃ panis frumenti mũdi bene factus arte ſua, qñ comeditur in die ſuo: & caro gallinæ,
& hœdi anniculi caput: & piſces non cũ duritie nec multæ viſcoſitatis, q̃bus non eſt zinuma, nec
malitia nec pinguedo plurima: & quorũ ſunt paſcua in aquis nõ ſordidis,nec aquis thermarũ,qui
non nutriuntur male,nec ſunt velocis corruptionis,ſed remanẽt tempore longo ante q̃ mutẽtur:
& oĩa oua nõ dura, bene parata & cocta: & omne vinũ boni odoris, leue,in quo eſt dulcedo pau-
ca: oĩa ſunt boni chymi tẽperati inter ſubtile & craſſum. Sed panis de ſimila bene paratus ex ar-
te,& phaſiani,& duragi,& pulli colũborum, & axillæ omnium auium: & piſces parui,q̃bus non
eſt pinguedo multa,& ſunt teneri, in quibus non eſt viſcoſitas manifeſta, & quorum paſcua ſunt
ſecundum quod nominauimus: & piſcibus paruis teneris ſal remouet viſcoſitatem: & furfur hor
dei,& vinum boni odoris,perfectũ vel citrinum: omnia hęc ſunt boni chymi ac ſubtilis. Et lac re-
center mulſum eſt boni chymi, niſi q̃ ipſum eſt craſſum: & ideo aliquando caſeatur in ſtomacho,
& propterea admiſcetur ei mel & ſal,et tenuatur cum aqua. Et melius lac & temperatius,eſt lac ca
præ,quia eſt ſubtilius,quàm lac pecudum, & vaccæ: & eſt craſſius, quàm lac aſinæ, & camelæ. Et
debet accipi lac ex aialibus ſanis, iuuenibus,bene nutritis: nec eſt accipiendum in tempore,quo la
ctant,quia tunc eſt craſſum: & tenuatur poſt paulatim,donec ſit aquoſum. Et melius eſt recipere

lac

A lac ſtatim mulſum, anteq̃ immutetur ab aere, quia velociter immutatur. Et lagana, & caſeus humidus, & panis ſimilæ bene paratus, & ex arte coctus, & panis frumenti, & caro vituli, & partes, & vbera & hepata & interiora, & de granis fabæ: & de vino id, quod boni eſt odoris, dulce: omnia hæc generant chymum bonum & craſſum. *Al. vt.

CAP. 6 Omnia cibaria, quę nõ tẽperata ſunt, non generãt ſanguinẽ purũ, mũdum, clarũ. Et cibarío rum mali chymi tres ſunt ſpẽs. Eorum. n. ſunt, quæ addunt in phlegma: & eorum ſunt, quæ addunt in choleram: & eorũ quædam ſunt, quæ addũt in choleram nigram. Et oportet omnẽ homi nem dimittere multitudinem eorũ, & cõtinuationem aſſumptionis eorum: etſi. n. digerant ea, nec inferant nocumentũ cito, tñ adunant in corpore continuãtis acceptionẽ eorũ in longo tpe chymi generantes ægritudines malas. Et non dimittat omnẽ ſpeciem eorũ, quæ addit in eo id, quod dominat in corpore eius, ſed accipiat ẽt id, quod eſt oppoſitũ ei, quod dominat corpori, quod eſt nocuũ minus. Et ego finio rememorationem horũ cibariorum. Et memoro, quod generat ex quolibet eorũ. Et dico, q̃ oẽ quod accipit ex pane, & farina multi furfuris, & frumẽti antiqui aut farinæ, eſt mali chymi, addẽs in cholerã nigrã. Et caro pecudis oĩs addit aliquid in phlegma. Et caro capræ multorũ annorũ oĩs addit in melãcholiã. Et mala eſt caro hirci, & caro bouis, & hirci ſylue-

B ſtris: & poſt caro hirci maxime nõ caſtrati: & poſt caro pecudũ multorũ annorũ: & poſt caro bouina. Et ex iſtis caro caſtrati eſt melior multo. Et caro capreoli, cerui, & leporis, eſt p̃ter malitiam, quã memorauimus. Et de membris aialium, renes ſunt mali chymi, pp ſpumoſitatem, & ſupfluitatem, quas acquiſiuerũt ex malitia vrinæ. Et cerebrum addit in phlegma. Et oẽs ventres adunt in phlegma, pp multitudinem ſuperfluitatis eorũ. Et oua cocta in tegamine vel in teſtis, generãt nutrimentũ craſſum & corruptibile: Et ſimiliter caſeus, & maxime antiquus. Fungi generãt chymũ craſſum & frigidũ. Et fœnumgræcũ, & cicera, ſunt mali chymi, pp id, quod eſt in eis de caliditate. Et lentes addunt in melancholiã. Et milium, et panicũ generant ſanguinẽ craſſum. Et piſces duri quibus dñatur viſcoſitas, generant phlegma: & ſi fuerint ſaliti & antiqui, generant melancholiã. Et ficus ſiccæ, ſi multæ ſumant ex eis, generãt ſuperfluitates putridas, & multiplicãt pediculos. Et pira, & poma, ſi comedant matura, generant chymũ frigidum. Et ſimiliter cucumeres, et citruli, &

C aqua bathecæ, & cucurbitæ aliqñ ante, q̃ digerantur, adducunt in corpore accidentia mala: & aliquando faciunt in ſtomacho corruptionem: corrumpuntur. n. in eo, & generant chymum malũ, & maxime ſi inueniant in ſtomacho malã ſuperfluitatẽ: & ideo accidit indigeſtio illi, qui comedit bathecã. Et olera oĩa ſunt mali chymi, pp multitudinẽ ſuperfluitatum in eis, & paucitatem nutrimenti. Et cæpæ, & allia, & raphanus, & rapæ, & paſtinacæ, propter malitiam caliditatis, quæ eſt in eis, & acuitatis. Et qñq; addunt in cholerã, & qñq; in melancholiam, ſicut meminimus iã. Sed quę coquunt, & effundunt ab aqua illa, et coquunt cũ alia, remouet caliditas & acuitas ab eis. Et bedarus calefacit ſanguinẽ calefactione forti. Et caules generãt melãcholiam: & ſilr oẽs herbæ ſimiles.

CAP. 7 Cibaria media sũt panis de farina craſſa, & caro caſtrati, & ex vacca, & pecude: Et ex mẽbris, lingua, & inteſtina, & aures: Et ex fructibus vuæ, & batheca, & maximæ appenſę, & ficus maturę humidæ, & ſiccæ cum nucibus, & caſtaneæ: Et ex oleribus, lactuca, & poſt endiuia, & poſt citruli, & atriplex, & portulaca, & olus iamenum, & acedula, & olera quibus non eſt multa acuitas.

CAP. 8 Cibaria calida conueniunt ei, cui dominatur frigiditas: & in temporibus, & in partibus frigidis, & in ciuitatibus frigidis. Et vitare debet ipſa ille, qui eſt calidæ complexionis, & in temporibus calidis, & in ciuitatibus calidis. Ex quibus ſunt frumentum coctum, & panis frumenti, & cicera, & fœnumgræcum, & dactyli, & ſeſamum, & cannabis, & vuæ dulces, & paſſulæ dulces, & apium, & ruta, & raphanus, & rapæ, & ſinapi, & paſtinacæ, & allia, & cępæ, & porri, & caſeus antiquus, & vinum dulce & calidum, & vinum dulce antiquum citrinum.

CAP. 9 Cibaria frigida debent adminiſtrari ei, qui eſt calidi corporis, & in temporibus calidis, & in

D ciuitatibus calidis. Et ex illis eſt hordeum, & omne quod fit ex eo, & milium, & panicum, & cucurbita, & batheca, & cucumeres, & citruli, & pruna, & perſica: & quæ declinant ad acetoſitatem & pontícitatem, ſicut vuæ, & paſſulæ, & fructus palmæ & radix eius: & lactucæ, & endiuiæ, & portulacæ, & papauer, & poma, & pira, & granata põtica ſunt frigida terrea: & ea quæ ſunt acetoſa, ſunt frigida, ſubtilia: & acetum frigidum, ſubtile, nocens neruis: & vinum ãlbum ponticum eſt minus calidum vino albo, ſed tamen hoc eſt craſſum, nocuum & malum. *Al. nigrum.

CAP. 10 Cibaria ſicca cõueniunt ei, in cuius corpore dñatur humiditas, & in tpibus, & in ciuitatibus humidis. Et ex his ſunt lentes, & caules, & ſauich ſicca, & oẽ quod aſſat, & oẽ quod frixum eſt, & omne in quo plurimũ vini & murię ponit, et acetum, & ſinapis, & caro oĩs multorũ annorũ aialis.

CAP. 11 Cibaria humida cõueniũt ei, q̃ ſiccę cõplexionis eſt, & in temporibus, & in ciuitatibus ſiccis. Et ex eis eſt hordeũ, & batheca, cucurbita, citruli, & cucumeres, & nuces humidæ, & vuæ, & ficus, & pruna, & radix palmę, & mora, & lactuca, & olus iamenũ, & cãthafi humida, & faſeoli humidi. *Al. atriplex.

CAP. 12 Iam memoramus, q̃ quãdo eſt in aliquo mẽbro corporis morbus, oportet ſit plurimũ intentionis tuæ in cybarijs, quæ cõueniunt illi mẽbro: & maxime qñ morbus exiſtit in ſtomacho, aut in capite, aut in hepate, aut in ſplene, aut in renibus. Et qñ ſtomachus eſt debilis & mollis, rectificant eũ cibaria ſtyptica, ſicut cydonia, & oliuæ, & aquæ quę ſunt ſalſę, & acetũ, & oleũ põticum, & vuæ

ſepultæ in vinacijs vuarum,& agreſta,& vinum ponticum ſubtilis odoris. Et cortex citri, qñ acci E
pitur de eo parum,cõfortat ſtomachum: & qñ accipitur de eo multum, grauat, quia ſubſtãtia eius
ſola,eſt duræ digeſtionis. Et oĩs cibus & potus ſtypticus, ſi prẽmitrãt ante alios cibos, ſtringit ven
trẽ: ſi accipiatur poſt alios cibos & potus,lenit ventrẽ, nam ꝓp duritiem eius adiuuat ſtomachum
in deponendo cibũ. Et aliqñ aggregatur in ſtomacho phlegma viſcoſum,& adhærens,& auferẽs
appetitũ ab eo: & rectificant eum cibaria,quæ incidunt phlegma,& mundificãt ſtomachum, ſicut
ſinapi,& naſturtium,& raphanus,& vinũ calidũ,& nuces cũ ficubus. Et aliqñ eſt mollis, & debi-
lis,in quo eſt phlegma adherens: & conueniunt,quæ amouent phlegma, & mũdificant ipſum,&
corrugant ſubſtantiam eius & confortant,vt capparis ꝓparatus cũ aceto ſolum,aut cum aceto &
melle,& fumus terræ qñ comeditr cum aceto,& vinum ponticum qñ miſcetur cum vino calido bo
ni odoris. Et quando generatur in ſtomacho calido,tunc cuſcutæ & apium mundificant eum.

CAP. 13 Sicla eſt mala ſtomacho propter mordicationem,quã habet ex acuitate & bauracitate: & ra-
pæ,qñ non valde coquuntur,ꝓp mordicatiuum,quod eſt in eis: & olus iamenum, & cathaf, pro-
pter viſcoſitatem eorũ,& ideo oportet, ꝙ comedatr cum aceto & muria. Et fœnũgræcum eſt malũ
ſtomacho, facit.n.incenſionem. Et ſeſamum eſt malũ ſtomacho,ꝓp vnctuoſitatem & multitudi-
nem oleaginoſæ ſubſtãtiæ: Et lac ꝓp velocitatem immutationis eius naturæ: nã aceſcit in ſtoma F
cho frigido, & conuertitur in choleram citrinam in ſtomacho calido. Et mel, qñ plurimũ accipitr
de eo,pungit ſtomachũ,& facit incenſionem. Et batecha ſimiliter facit incenſionem,qñ non dige
ritur in ſtomacho: & generatur ex ipſa humor malus,& ideo generat indigeſtionem: & oportet,
ꝙ poſt comeſtionẽ batechæ accipiatr cibus plurimus boni chymi. Et cerebra omnia ſunt mala ſto-
macho: & ideo oportet,ꝙ comedantr cum origano,& mentaſtro ſylueſtri,& ſinapi, & ſale: & me-
dullę. Et vinũ nouũ,craſſum,nigrum,ponticum,velociter aceſcit in ſtomacho,& facit incenſionẽ.

CAP. 14 Lac,& dactyli,& vua, quæ ſepulta eſt in vinacijs vuarum,& ruta, & fœnũgræcum,& ſinapi,
faciunt dolere caput. Et vinum citrinum antiquum facit dolere caput, & inebriat plus, ꝙ vinum
põticum nigrũ. Et vinum album non facit dolere caput. Et oẽ vinum paucam ſuſtinens aquã nõ
facit dolere caput: immo aliquando ſedat dolorem capitis, & eſt capiti melius, ꝙ aqua qñ eſt ſola.

CAP. 15 Cibaria quæ inflant ventrem, ſunt cicera, & fabæ,& maxime quæ coquuntur integræ: ſed ſi
torrefiant,minuitur earum inflatio: & poſt iſta faſeoli,& almeſci,& lentes, & hordeum,quãdo nõ
bene coquuntur. Et foca,& ficus humidæ generant inflationem: ſed eorum inflatio deſcendit ve
lociter. Et vuæ multum maturæ minus ſunt inflatiuæ. Sed ficus ſiccæ non inflant, & humidæ in-
flant. Et lac generat in ſtomacho ventoſitatem: Et mel, qñ non coquitur: ſed quãdo coquitur & G
remouetur ab eo ſpuma eius,non inflat. Et vinum dulce,& ponticum,& vua.

CAP. 16 Oĩs cibus inflatiuus ſi ſit bene paratus ex arte,& bene paratus in coctione & maturitate, mi-
nuitur eius inflatio: & ſi miſcenr ei ſpẽs diſſoluẽtes vẽtoſitatẽ,ſicut cinnamomũ,aniſum,& alchei-
ſim,& ruta,minuit inflationẽ. Et acetũ miſtũ cum melle ſilr tenuat ventrem,& expellit inflationẽ.

CAP. 17 De ijs,quæ mundificãt eſt furfur,hordeũ,& fœnũgræcũ,& batecha,& oleũ dulce,& fabæ. Et
cicera nigra ſunt de ijs,q̃ mundificãt renes,& frangũt lapidẽ generatum in eis. Et cappares cũ ace-
to & melle,qñ comedunr ante cibũ,abſtergunt & mũdificãt ſtomachũ & inteſtinũ, & aperiũt op-
pilationes. Et ſicla ẽt aperit oppilationes hepatis,maxime qñ comeditr cũ ſinapi. Et cæpæ,& allia,
& porri,& raphanus,incidũt et ſubtiliãt humores craſſos: Et caſeus ſilr ſubtiliat. Et ficus humidę
& ſiccæ mũdificant & abſtergunt renes. Et amygdalæ ꝓprie amarę mundificãt, & tenuãt, & ape-
riunt oppilationes hepatis & ſplenis: & adiuuãt ad ſpuendũ humiditatẽ ex pectore & pulmone.
Et fiſtici confortant hepar,& aperiunt oppilationẽ eius. Et mel apum tenuat & mũdificat,& ma-
xime qđ colligũt apes de arboribus calidis et ſiccis,ſiue plãta ſicut eſt origanũ: nã mel tenuat ſpu-
tũ craſſum,& iuuat ad ſpuendũ. Et ſecaniabin tenuat & incidit humiditatẽ craſſam & viſcoſam: &
aperit oppilationẽ hepatis & ſplenis: & mũdificat pectus, & pulmonẽ. Et vinũ ſubtile mũdificat H
venas ab humore craſſo,qñ ei eſt acuitas,& inciſio: & cõfert ei,in cuius corpore eſt humor craſſus
& frigidus. Et vinũ ſubtile aquoſũ adiuuat ad ſpuẽdũ humiditatẽ ex pulmone,cũ cõfortatione mẽ
brorũ,& humectatione,& tenuatiõe craſſarũ ſupfluitatũ,q̃ ſunt in eis,& hoc ẽt operatr vinũ dulce.

CAP. 18 De ijs, q̃ oppilant eſt lac, qñ in eo fuerit aquoſitas pauca: & ſimiliter caſeus multus, qñ ad-
ducit oppilationẽ in hepate, & lapidẽ in renibus ei,q multiplicat aſſumptionẽ eius,& cuius renes
& hepar parata ſunt recipere læſionẽ. Et oẽs cibi dulces ſunt mali hepati & renibus, qñ eſt in eis
craſſities. Et lac ſi comedatur ſolũ, auget craſſities ſplenis, & hepatis: & ſi comeditr cum eo, quod
ſubtiliat & mũdificat,ſicut eſt mẽtaſtrum ſylueſtre,& origanum,& piper,aperit oppilationem he
patis,& ſplenis: Et dactyli humidi,& oĩa q̃ accipiunr ex frumẽto,prẽter panẽ bene paratũ ex arte.
Vinũ dulce generat oppilationẽ in hepate, & lapidem in renibus, & craſſum reddit ſplenẽ. Om-
ne,quod tarde deſcendit,eſt ſicut quod accipitur ex medulla frumenti, & fabarũ, & lentiũ, & cere-
bra,& hepata,& interiora,& oĩa oua dura elixa,& aſſa,& oua frixa, & faſeoli,& ſeſamum, & glan
des,& poma,& pira pontica,& vinum dulce,ponticum, craſſum,nouum,& omnes aquæ.

CAP. 19 De ijs, quæ velociter corrumpuntur in ſtomacho, ſunt chryſomela,& mora,& batecha: quę
ſi cito non deſcendunt de ſtomacho, & obuiant humoribus malis, cito corrumpuntur. Et debent

iſta

A ista comedi ante cibum, amouenda de stomacho, propter velocitatem descensionis eorum, & lubricitatem viarum in eo, qui comedit prius ista: nam quando comeduntur post cibū, corrumpuntur propter remanentiam eorum in stomacho, & relinquunt corruptum cibum corruptione eorum: & quandoque taliter corrumpuntur, quod euenit sicut venenum pernicioſum.

CAP. 20 De cibis, qui non velociter corrumpuntur in stomacho, melior est crassus, solidus, tardę digestionis, Sicut caro vaccina, & pedes, & maxime pedes vaccæ, & quæ similantur istis.

CAP. 21 Quando superfluitates ciborum tarde descendunt de stomacho & intestinis, debēt dari cibi lenientes & pungentes, in quibus sit dulcedo, aut acuitas, aut salsedo, aut nitrositas, vt aquæ caulium, & lentium: leniunt enim ventrem, & eorum substantia stringit ventrem: Et brodium galli antiqui, & panis multi furfuris, & fœnumgræcum cum melle. Et oliuæ cum aqua, quando comeduntur ante cibum cum muria, leniunt ventrem: & quando etiam comeduntur post cibum sine muria, & maxime quæ sunt ponticæ, cum aceto, confortant stomachum, & deprimūt cibum, sicut iam memorauimus de rebus stypticis confortantibus stomachum. Et lac subtile, & multæ aquositatis, & caseus quando maxime admiscetur ei sal & mel, & caro paruorum animalium, & sicla, & chātaf, & okis, & cucurbita, & batecha, & ficus, & passulæ dulces, & nuces humidæ, & siccæ quan- *Al. triplex.
B do mollificantur in aqua, & mora, & pruna humida, & sicca quando infunduntur in aqua mellis, aut comedatur, aut bibatur vinum dulce, & differatur plurimum cibus, sunt lenitiua ventris. Et aqua mellis aliquando tendit velociter in venas, & vadit cum ea totum nutrimentum, & claudit ventrem, & prognosticat vrinam: & aliquando mundificat stomachum, & mordicat, & excitat ad deponendum cibum, & leniendum ventrem. Et mel quando non coquitur lenit ventrem, & si coquatur non lenit: & similiter aqua mellis, quando multum coquitur. Et secaniabin mundificat stomachum & inteſtina: & quandoq; facit in inteſtinis tineſmon. Et vinum dulce, et mustum, leniunt ventrem.

CAP. 22 Quando est descensus cibi de stomacho ante suam digestionem, debent ministrari cibi stringentes stypti: & ipsi sunt, in quibus dominatur stypticitas, aut ponticitas, aut crassitudo: Et tales sunt cydonia, & pira, & grana myrti, & fructus spinæ albæ, & substantia lenticularum, & castaneæ, & glandes, & vinum ponticum: & hæc stringunt ventrem cum stypticitate & ponticitate ipsorum. Et oriza, & panicum, & milium, & sauic hordei, stringunt ventrem cum siccitate eorū. Et caro leporis, & caules cocti post effusionem aquæ primę ab eis, cum aqua eorum secunda, & lac coctum, & caseus, stringunt vētrem cum crassitie sua. Et oportet q; lac coquatur, donec sit aquo-
C sitas consumpta, nam eius aquositas lenit ventrem: & etiam possibile est, q; lapides fluuiales, aut frusta ferri igniti, remoueant illam ab eo. Et quando separatur aqua eius, cōfert descensui superfluitatum acutarum, nisi sint multum crasse, quādo fit operatio cum eo. Sed aliquando caseatur, & glutinatur in stomacho: & aliquoties egreditur à stomacho, & generat in hepate oppilationes, aut lapidem in renibus: & oportet propterea mittere in ipso post cōsumptionem aquositatis aliquid ad sublationem ipsius, & vt non caseetur, nec generet oppilationem, neclapidem. Et omnia acetosa, sicut poma acetosa, & granata acetosa, si inueniunt in stomacho humorem malum & crassum, incidunt & expellūt, & leniunt ventrem: sed si inueniunt mūdum, stringunt ventrem.

EX GALENO ET ALIIS PRÆSTANTISS. MEDICIS DE AQVIS CAPITA SEX ORIBASII

Augustino Gadaldino Mutinensi Medico interprete.

Libri primi ad Eunapium. Caput xiiij: Et libri quarti ad Eustathiũ filium Cap. Vltimum. De Aquis ex Galeno.

AQuarum præterea bonitatis ac vitiositatis experti esse debemus, nã hæ ad omnem victus rationem multiplicioris sunt vsus, q̃ cætera ferè omnia. Scire itaq; oportet illam aquam esse optimam, quæ nullã prorsus qualitatem gustu aut odore præseferat. Statim vero & hæc bibentibus iucundissima est, visuiq; pura: siq; ab hypochondrijs cõfestim descenderit, nullam aliam prestantiorem perquirito. Nam quæ in hypochondrijs diu morantur, ventremq; feriunt inflant ac grauant, licet prædicta bona adsint, semiprauæ iudicãdę sunt: quin et quę in eiuscemodi aquis elixantur, tardissime ac deterius elixantur. Satius igitur est huiuscemodi aquam experimento iudicare. Quòd siquis ex indicijs discernere ipsas velit, ex ijs quæ dicentur, iudicet. Quæ. n. ad septentrionem spectant, ac Solem auersantur, illæ tarde permeãt, ægre coquuntur, tarde ẽt calefiunt & refrigerantur. Quæ vero ad orientem versæ sunt, ac per meatum quendam vel terram puram colatę, celerrime tum calefiunt tum refrigerantur, eas optimas esse sperandum est. Bonæ ẽt & quæ æstate frigidiores, hyeme calidiores existunt. G

Sunt qui pondere ipsas probent, ac quæ leues sunt, meliores esse arbitrentur. Sed hoc si cum prædictis alijs indicijs numeretur, laudandum est: sin per se solum sit, non erit sufficiẽs bonarũ aquarum argumentum. Leuissimę vero (vt ait Hippocrates) ‖ dulcissimę, limpidissimæ, ac tenuissimę sunt ipsæ pluuiales, propterea, q̃ Sol, quod leuissimum ac tenuissimum est, trahit, idq; non ex cæteris solum aquis, sed & ex mari, & ex ipsis etiam humanis corporibus: vnde facillime omnium putrescunt aquæ hæ pluuiales, vt quæ varijs ac multis constent qualitatibus. Nemo tñ aquam quæ facile putrefit, pessimam esse autumet, nã q̃ facile alteretur, bonitati potius q̃ vitio tribuitur: quare vbi cæteras habueris optimæ aquę notas, licet facile putrescat, optima hæc censenda est: cũ vero iam mutari cœperit, ijs qui eam biberint, raucitatũ, tussium, grauitatumq; vocis causa est. Harũ aũt aquarum pluuialium præstantissima est temporaria seu æstiualis, deinde tonitrualis, postremo nimbalis. Quę vero ex glacie niueq; conflantur aquæ, vitiosissimæ sunt: dum. n. aqua cõgelatur, quicquid tenuiorum partiũ inerat, exprimitur. Aquas palustres, fętentes, ac absurdis qualitatibus p̃ditas, expedit elixationibus ad melius reducere, sicq; bibere temperatas vino, acerbas quidẽ dulciori, alias aũt acerbiori. Aliquas ẽt colare bonũ est, vt limosas: †sed salsę polentis cõlentur. } Quę vehementer frigidæ sunt, post cibum bibantur, non tamen affatim aut inhianter, nec sine vino. H

Quidam cibos ac potus quosdam remedia aduersus aquarum vitia inuenerunt: ac alij quidem cicerum decoctum præbibunt, vel ipsa etiã cicera commanducant: alij caucalidas pariter cum pisce aliquo elixas, fœniculos itidem: alij betas & cucurbitas cum muria vinoq; diluto præmandunt.

In lib. de aere, aquis, & locis ad medium.

*Al. fæculẽtas.

† Al. salsas & bituminosas.

* Al. elixentur.

Libri quinti Collectionum medicinalium ad Iulianum Imperatorem. De Aquis ex Galeno, Caput 1.

AQua quæ optima est, omni prorsus carere debet qualitate non ad gustum tm̃, sed etiam ad olfactum. Fuerit aũt & hæc ipsa tum iucundissima bibenti, tum exquisite pura. Si vero etiam celeriter ab hypochondrijs descenderit, non est, q̃ prestantiorem aliam perquiras. Ita vt quæ purę quidem sunt, & splendidæ, & dum bibuntur non iucundæ, diutius tamen in hypochondrijs morantur, vel ventrem ferientes vel inflantes vel grauantes, semiprauæ censendæ sint. Enimuero multę etiam tales sunt, de quibus præcipue mihi videtur scripsisse discrimẽ ab optimis aquis Hippocrates, vbi inquit, ‖ Aqua quæ cito calefit ac refrigeratur, leuissima est. Neque enim in cœnosis, vel

Gale. lib. 1. de san. tuẽ. ca. xj. Gal. 4ª part. 6. epi. cõm. x. 5ª. Aph. 26. Ex. ord. 39. h. & in lib. de mor. popula. sect. 2ª. ad medium.

A vel maleolentibus, vel quid medicamentorum gustu præferentibus, eiuscemodi dignotio ex vsu est, vt quę manifeste omnibus appareant: sed in quibus nihil quidem eiuscemodi insit, verum alia quædam ob praui aeris admistionem vitiositas circa aquam sit: vel etiam aliquod aliud insit vitium, ipsi aquæ connatum, quod latentem habeat causam. In his enim memorata hæc dignotio optimum est iudicandi instrumentum: neque enim celeriter aut calefiunt aut refrigerantur eiusce modi aquæ. Alia quoque huic similis est dignotio per ea quæ in ipsa elixantur, vel olera, vel legumina, vel fructus, vel radices, vel carnes: celerrime enim in optimis aquis, tardissime in prauis, elixantur. Hasq; tam prauas aquas veteres quidã ἀτέραμνα & ἀτεράμνα idest indomitas ęgreq; coctibiles, seu crudas appellarunt: quo pacto & ipsa etiam legumina quæ difficulter elixantur. Tutissimum ergo est experimento talem aquam iudicare. Quod siquis etiam ex indicijs eius facultatem prænossæ velit, Quarum fontes ex saxis scaturientes, ad septentrionem erumpunt, Solemq; aduersum habent, has omnes ægre coctibiles tardiq; transitus esse iudicandum est: statim etiam ipsis accidit, vt tarde tũ calefiant, tum refrigerentur. Sicuti contra, Quarum fontes ad orientem erumpunt, ac per meatum quendam ac terram puram percolantur, celerrimeq; tum calefiunt, tum refrigerantur, has præstantissimas esse sperandum est. Aquæ vero pluuiales (vt in- Gale. lib. 1. de san. tuẽ. cap. xi.

B quit Hipocrates) ‖ sunt leuissimæ, dulcissimæ, limpidissimæ, ac tenuissimæ. Nam Sol leuissimam aquæ partem tenuissimamq; attollit, sursumq; rapit: attollit autem non ab alijs aquis tantum, sed & a mari, omnibusq; alijs corporibus: vnde celerrime omnium putrescunt. Maxime enim ea corpora quæ vnam in se ipsis habent qualitatem, difficilius putrefiunt, quam quæ multas obtinent: quando non ob aliam causam corpori adsit, vt vel difficulter vel facile putrescat. Sanè animum attendere oportet, ne quispiam aquam quæ celerrime putrescit, deterrimam esse opinetur: eadem enim etiam præstantissima esse poterit, vbi omnia optimarum aquarum indicia superiore sermone tradita, habuerit. Nam quod facile secundum qualitatem alteretur, id in bonitatem potius, quã vitiositatem aquæ referendum est. Signum autem bonitatis pluuialis aquæ est, quod à solari caliditate concoquatur: nam & cætera omnia quæ elixantur, se ipsis dulciora euadunt. Cum vero putrescere cœperit, penitus absurda est: qui enim aquam adhuc putrescentem bibunt, raucitatibus, tussibus, vocumq; grauitatibus, corripiuntur. Ex ipsis autem pluuialibus aquis, quæ æstate fit, quam horæan idest horariam seu temporariam Hippocrates vocat, nimbali præstantior est. Melior etiam est nimbali tonitrualis. Quæ vero ex glacie vel niue liquescenti fiunt, deterrimæ sunt: nam in ijs quæ à frigore congelantur, quicquid in ipsis continebatur, quod tenuissimarum In lib. de aere, aquis, & locis ad medium.

C esset partium, id totum exprimitur. Sanè præstiterit, quæ fæculentæ sunt & maleolentes aquæ, & quæcunq; absurdas hñt qualitates, eas prius elixatione alteratas offerre. Et in alium ẽt vsum aquã prælefacientes refrigeramus, quamuis neque gustum neque olfactum prauum habeat, exquisiteq; sit pura: quando ipsam diutius in ventriculo commorari, nocumẽtumq; aliquod inferre experti fuerimus. Nam caliditas aquam, quæ elixatur, totam æqualiter fundendo, eam aptam ad secretionem reddit. Dum enim refrigeratur, terrestres quidem partes ĩnata grauitate descendentes, ad vasculi fundum perueniẽt, aqua vero his supernatabit: qua sensim in aliud vas transfusa, citra noxam vti poterimus. Post elixationem vero quando aquam frigidissimam reddere voluerimus, niuem quidem si habeamus, aquæ prius calefactæ extrinsecus ipsam circumponimus: niue vero si careamus, ex puteis, vel aquæductibus, refrigerationem ipsi comparamus, ipsam nimirum prius calefacientes, vt alteratu facilis reddatur. Nam quicquid ante calefactum est, promptius in se ipsum totum, alterationem quæ à vicinis corporibus fit, suscipit. Cum vero vasculum in puteos demiserimus, vel aquæductibus subiecerimus, necessario operculum ipsi faciemus: ac vndique ipsum exquisite stipabimus, vasculum sanè non implentes, sed vacuum id aliqua ex parte facientes, vt nimirum aer qui inter operculum & aquam in vasculo positam medius est, prius refri- Gal. 4ª part. 6. epid. cõm. x. Ibidem. Ibidem. Ibibem.

D geratus, ita contactu propinquam aquam refrigeret. Vbi autẽ nihil eiuscemodi adest, vt in Ægypto, vasculum suspendentes, detectum id, quo aerem suscipiat, relinquimus. Quoniam vero nec incidentis nec calidi quicquam habet aqua, iure optimo tarde meat, ægre cõcoquitur, ægre itidem subducitur omnis aqua, quamuis alioqui optima sit. Moratur enim multo tempore in ventriculo, fluctuationes ipsi ferè semper inferens: siq; ventriculus bilioſus fuerit, simul & ipsa aqua corrumpitur: cumq; vix à ventriculo in ieiunum transierit, haud facile distribuitur. Quapropter nec ad mouendam vrinam, nec ad educendũ sputum natura apta est. Neque tamen sitim sedat, etiam si diutissime in ventriculo moretur: quandoquidem in totam profunditatem non immergitur, nec aridi tatem irrorat. Quod autem non nutriat, ‖ sed vehiculum duntaxat nutrimenti sit, dudũ ab Hippocrate alijsq; præstantissimis medicis dictum fuit: quare nec vitalem virtutẽ potest roborare. Et hæ sunt causæ, cur Hippocrates relicta aqua ad melicratum, oxymeli, & vinũ, in ægrotantibus peruenerit. Ac quantum quidem ad hæc, nunquam ea quis vteretur: plerique tamẽ in alijs falsi, ad aquam confugiunt: in qua danda magnopere non potest aberrari, cũ nec vires etiam magnas ipsa habeat. Prauus autem fit vsus oxymelitis, vini, & melicrati, tum ob confertas mutationes, & tum ob acraton hoc est intemperatam meracamq; seu impermistam mistionem à medicis Gal. lĩ. 3. de vict. rat. in morb. acu. cõm. 40. Ibidem. In lib. de alimẽto in vlti. verb. Ibidem.

Ibidem. magna ex parte factam. Nam veluti manus quædam, quæ ad distributionem aquam rapiat, mini- E
mum omnino vini immiscendum est, quò nimirum aqua, syncera esse desinat: Sic sanè oxymeli illud quod aquosum est, laudo. Posset etiam quis eo melicrato quod aquosum est, citra periculum vti: nam quod impermistum est, nisi prius aluum subducat, maxime nocuum euadit, ac præsertim in picrocholis, & ijs qui magna habent viscera: in quibus sanè corporibus aqua etiam ipsa nocua est, quando in bilem versa fuerit, diutius in hypochondrijs morata: præter enim hæc omnia quæ habet mala, adhuc etiam cum sit stercoris expers, nullam alui subductionem facit. Quòd vero hæc ipsa, cum in accessionum initijs bibitur, lædat, omnibus sanè notum est. Quando ergo in potu vtilis erit aqua? quando sola potione pro diæta laborans vtitur, ptissanę cremorem non dum assumens. Tunc ergo in medio aliorum potuum aquam quis in tempore offerat, præcipueq; quàndo laborans siticulosus sit: nã inundationẽ, græce πλημμυρίδα, quandã, hoc est humiditatis multitudinem, ab ipsa fieri asserit Hippocrates: quare inter melicratum & oxymeli parum aquæ
Gal. 3. de vict. rat. 1 mor. acu. com. 41. dat, quippe quæ ad expuendorum humiditatem conferat. Quin & vbi vinum maxime nocuum sit, tunc & aquam dat: nocuum autem est, cum vel delirat laborans, vel caput vehementer dolet.
Item lib. 1 de fa cul. simp. med. cap. 8. Suam igitur propriã naturam humidam ac frigidam habet aqua: adscititiam autem acquirẽs ca- F
liditatem, calefacit quidem ac humectat propinquas sibi res. At non similiter ambo hæc facere na
tura apta est: verum humectat quidem summe, siue tepida, siue temperata, siue etiam calidior exi
stat: calefacit autem non summe, nisi quæ extreme ferueat. Exploretur autem hic sermo in tempe
rata natura. Si enim huic naturæ aquam temperate calidam offeras, siue lauando siue perfundẽdo
quamcunque velis partem, hanc ipsam humidiorem ac calidiorem demonstrabis in ipso perfu
sionis tempore. Si vero posthac quieueris, vt qui frigida corpus nec coegeris nec densaueris, pau
lo post frigidiorẽ ipsam se ipsa factam comperies, caliditate innata immoderatius perspirata. Nõ
tamen, quemadmodum frigidius deinceps, ita etiam siccius demonstrat corpus calidæ aquę vsus:
quamuis certe & hoc fieri videretur, tum ob meatuum raritatem, tum ob corporis mollitudinem,
tum denique ob substantiæ fusionem. Necesse est enim vt largior in huiuscemodi affectionibus
Ibidem. fiat euaporatio: vapor autem humor est attenuatus. Verum nõ sic se habet rei veritas. Nam quæ
in vasis ac alijs vacuis regionibus continentur humiditates, vniuersę vacuantur: corpora vero ip
sa vasorum, ac vniuersum carnosum genus, humidius se ipso fit: & hanc solam facultatem, vt vi
detur, nunq̃ deponit aqua. Neq; enim cum feruens comburit, corpora quę vsta sunt, sicca euadũt,
vt quæ ab igne assata sunt: neq; etiam cum summe frigida facta, toto die vel etiam longiori tem
pore super aliquam partem perfunditur, eam sicciorem reddit: Sed hæc quidem accidunt, pro- G
pterea q̃ humiditas, quæ in vasis alijsq; regionibus continetur, vacuata est: innatæ autem ac soli
dæ ipsæ partes, hoc est τὰ πεφυκότα, nulla in re se ipsis siciores fiunt.

De Aquæ Frigidæ & Oxymelitis in ægrotantibus exhibitione, Caput 2.

QVoniam ois affectio corporis, quæ præter naturam est, à sibi ipsi contrarijs curari est osten
sa, patet febrem quoq; ipsam à frigida extinctum omnino iri, quando ipsa sola fuerit sine vl
la affectione quæ à frigida lędatur. Nam si cum febre, alia sit affectio, quam frigida lædit,
licet quæ ex hac ipsa affectione orta est febris, à frigida confestim extincta fuerit, alia tamen de
inde grauior febris accendetur, aucta ea affectione, quam frigidæ potio læserat. Læduntur autem
à frigida affectiones, tum quę sunt partium phlegmone laborantium, tum quæ sunt suecorum in
concoctorum: quorum nota ac indicium est ipsa vrinarum inconcoctio. Si igitur vrinæ con
coctæ sint, simulq; nulla pars principalis phlegmone vexetur, hæc satis erunt, vt ad frigidam dan
dam nos impellant. Quòd si æstatis tempore vehementia febris aliquando vrgeat, laboransq; iu
uenis sit ac frigidæ potioni assuetus: si vnà cum aspectu ac consistentia vrinarum sublimamẽtum
laudabile videas: frigidam dando, non peccaueris, quamuis aliqua particula phlegmone vexe
tur: sed malueris hoc in loco, febris quidem vehementiam quàm primum sedari, reliquias autem H
phlegmones pluribus diebus indigere: scirrhosiores enim solutuq; difficiliores vt ipsæ euadant,
necesse est. Si igitur non admodum adurentes sint febres, frigidam dando in particulis phlegmo
ne laborantibus, magnopere à coniectura aberrabis. Nam quæ vehementer flammeę sunt febres,
phlegmonen erisipelatosam quoquo modo esse significant: ideoq; frigida etiam hanc iuuat, sicu
ti in exterioribus conspicitur. In ijs ergo, qui incipientes habent phlegmonas in iecore, ventri
culo, alijsq; eiuscemodi particulis, exquisitiori determinatione est opus: magnopere enim hi om
nes læduntur, licet in tempore assumpserint, si aliquantum potus ipse quantitate excedat. Qm̃ au
tem principia earum phlegmonarum, quæ sine ictu aut vulnere consistunt, vel ob imbecillitatem
particularum vel ob aliquam igneam caliditatem fiunt, Eas quidem quę ob imbecillitatem fiunt,
semper frigida lædet: Eas vero quæ ob igneam quãdam caliditatem, ea ipsa moderate exhibita iu
uabit: periculum enim est in largiori potu dando ne pars ad contrarium excessum transeat. Ad
huc vero tales affectiones frigida potio iuuabit, si dum sani erant, ea ipsa vti solebãt. Considera
di igitur sunt, qui in thorace, ventriculo, iecore, ceruice, ac toto capite sunt validi morbi. Nam ar
tus (quæ cola græce hoc est membra longa dicuntur) haud magnopere fortasse lædentur: lædentur

A tur etenim aliquantulum per quasdam affectiones, quas deinceps dicam. Quòd vero horum eadem futura sit noxa, quanta prædictarum partium valide affectarum fit, ne id quidem idiota assereret. Si igitur erysipelatosa vel herpistica hoc est serpiginosa quędam affectio in hypochondrio sit, vel erysipelatosa phlegmone, vel aliqua alia affectio summe calida ex intemperie nimirum sine succis genita, tunc frigidæ potio iuuabit: Sicuti eadem maxime lædet, vbi abscessus, vel œdema, vel scirrhus, vel vlcus, vel intemperies frigida affuerit. Quoniam autē de artubus dicere sum pollicitus, sciendum est, quòd quæ in his sunt phlegmonæ neruosarum partium, à quibus alioqui spasmorum imminet periculum, à frigidę potione maxime lęduntur. Si autem in carnosa artuum parte phlegmone gignatur, bibere etiam frigidā homo poterit. Et si extrinsecus membro phlegmone vexato obtulerit, lędetur quidem, non tamen insigniter nec omnino manifeste, præsertim si frigidæ potioni fuerit assuetus. Cum igitur febris fuerit sola sine vlla alia affectione quæ à frigida lædit possit, tantum frigidæ dandum est, quantum laborās ipse anhelitu non iterato haurire poterit. Oxymeli autem æstatis tempore frigidum datur, vt laborantis sitim non exacuat: quapropter etiam ante, quàm concoctus sit morbus, oxymeli frigidum dare audemus æstatis tempore, aquam certe in eiusmodi affectione ad saturitatem non daturi: nam tum phlegmonen den- Gal. 1. de vict. ra. in mor. acu. cōm. 93.

B sabit, si ob eam febricitent: tum succos seruabit inconcoctos, si ob hos ægrotent. At oxymelitis tunc parum damus, tanquam tepidum prius sit in ventriculo euasurum, quàm eius frigiditas vsq; ad costam distribuatur. Quòd si exiguum quid distributum etiam fuerit, illud ab ipso oxymelite corrigetur, vt quod incidendi facultatem habeat.

Ex Libris Rufi de Aquis. Est in Secundo libro de Diæta seu Potibus, Caput 3.

AQuæ, quæ relides sunt (voco autem eas quæ sunt ex puteis) cum minime sint fatigatæ, neque valde tenues sunt: siq; intro inierint, minus madefaciunt ac dissoluunt cibos, minus itē cōcoquunt, nec bene etiā per vrinam redduntur præ crassitie, & quia frigidæ sunt. Fiunt autem potabiliores tum crebro hausti ac si effluerent, tum expurgatione puteorum. Quæ vero fluunt, multo sunt tenuiores, atque ad madefaciendum præstantiores, ad concoctionem item, & ad vrinæ redditionem. Quæ vero sunt ex stagno, omnes pessimæ sunt: nam & odorem absurdum habent, sicuti putrefactæ: & æstate quidem calidæ fiunt, hyeme autem frigidæ: quod maximum signum prauitatis aquarum statuo. Æstate igitur ventres perturbant: tarde etiam in vesicam transeunt: sæpius item difficultates læuitatesq; intestinorum homini inferunt, à quibus res tandem in aquā intercutem cedit. Hyeme vero cum frigidæ sint, ventres quidem non admodum perturbant: ru- * πέσσει est in grę. cod vide et Actiū li. 3. ca. de Aquis ex Rufo, qui vult q aqua coquat cibos ī vētriculo

C pturas autem, pleureses, & tusses faciunt: quin & ad lienem repunt, postea in aquam intercutem desinunt: ex liene autem & pedes vlcerantur, & ea ipsa vlcera celerem curationem non admittunt. Solæ autem quę in Ægypto sunt paludes, ex omnibus quas nouerim, sunt salubres, q & hyeme aqua non putrescat, neque enim supercalefit: & autumno Nilus paludes replendo, antiquam aquam extrudat, & aliam recentem in eius locum reponat. De aquis autem pluuialibus hęc cognosco. Aquæ pluuiales leues sunt, tenues, purę, gustantiq; dulces: & si quid in ipsis elixare volueris, celerrime id elixatur: siq; ipsas calefacias, celerrime calefiunt: vinoq; perexiguo temperantur: quare bonę sunt ad concoctionem: bonę ad vrinarum secretionem: bonę iecori, lieni, renibus, pulmoni, ac neruis: cum enim facultatem valde refrigerantem non habeant, merito hisce partibus fiunt benigniores. Vernales ergo ac hyemales opportunissimæ, ac optimæ sunt: quas sanè ego pręcipue laudo. Autumnales autem & æstiuales fuerint quidem alijs præstantiores, sed non omnes omnibus: nam viribus quidem eas quæ in terra sunt, antecellunt: quàm vero sint vernalibus hyemalibusq; inferiores, dici sanè non potest, nam terra siccius vaporat æstate & autumno, {&}aer multas habet terræ sordes, quas pluuiæ purgāt. Tales igitur sicciores nitrosioresq; vt sint necesse est, atq; ad abstergendum per intestinaq; descendendum idoneę: minime tñ sunt accom-

D modatę renibus, pulmoni, & arteriæ: quin & plus vini tales aquas ferre necesse est, quòd earum nitrositas vincatur. Differunt autem non parum etiam aquę penes flatus ventos ve aquilonares & australes. In aquilonaribus enim dulcior quidem pluit aqua, verum frigidior: in australibus autē minus quidem dulcis, calida aūt magis. Et in vniuersum tempora quæ imbribus pluuijs ve abundant, dulciorem: quæ eisdem carent, siccæq; sunt, nitrosiorem aquam præbent. Quęcunq; autem à niue & glacie fluunt aquæ, vniuersæ durę quidem sunt, frigiditateq; excedunt, dulces tñ sunt gustanti: aqua autem quę dura frigidaq; sit, neq; ad concoctionem neq; ad vrinę redditionem cōmoda est: quin & neruis, pectoribus, costisq; malą est, nam & spasmos tetanosq; infert, ruptionesq; in thorace facit, vt etiam non nulli subcruenta expuant ac suppurentur. Fontanæ aūt aquæ, quæ ad orientem vergunt, vniuersæ humiditate, tenuitate, odoris bonitate, quodq; tum moderate humectent, tum moderate calefaciant, cęteris excellunt. Quę ad septentriones, dulces quidem sunt, sed immoderatius refrigerant. Quę ad occidentem, violentæ sunt in refrigerando, violentæ item & duritie: vnde raucitatem, laterum morbos, ac spasmos inducunt. Quę ad meridiem, salsiores calidioresq; sunt, minimeq; vt per vrinam reddātur idoneæ: ad secessiones autem per intestina, præstantiores sunt. Atqui licet aquas quę sunt in meridie, non laudem, Nilum tamen ita laudo, vt pau

cis ad modum fluuijs in bonitate aquę cõparãdus videatur: nam et vẽtrem ſubducit, mulieribusq; E
purgationes citat, et in puerperio bibitur. Pleręq; vero meridionales aquę reſides ſunt, quibus du
plex eſt noxa, altera à regione, altera ꝙ non effluat. Pro terræ vero natura ſic de aquis dignoſce-
re oportet. Nam terrarum alia eſt plana ſeu campeſtris, alia colles & mõtes. Campeſtris ad aqua-
rum effluxiones deterior eſt: multiq; hoc in loco putei foſſiles, fontesq; reſides ſunt. Colles & mõ
tes ſunt præſtantiores, nã & puriores aquas, tenuiores, & meliori prędítas odore, dulcedineq; ſua-
uiores præbent. Rurſus camporum non nullis ſalſugo & nitrum inſidet æſtate & autumno: non
nullis nihil, verum terram hanc, dulcem appellant: hic ergo & aqua eſt præſtantior potabiliorq;,
illic ſalſa ac nitroſa. Ex montibus itidẽ alij terrei alij petroſi: ac terrei aquas habent præſtantiores,
quo ad mollitiem, & quia minus ſint frigidæ: petroſi, quo ad duritiem & frigiditatem aquas ha-
bent deteriores, puriores tñ cæteris, ſedimẽtoq; vacantes. Maxima autẽ ac notabiliſſima in aquis
eſt differentia, tum ex metallis, tum ex herbis illic natis. Ac metalla quidem tum ad aliam habita-
tionem, tum ad aquæ potionem nocua ſunt. Herbæ vero non nunq; quidem admodum lædunt
aquam, non nunq; aũt ipſam adiuuãt, vt ſium, calamínthe, & adiantum: hæ.n. plurimæ in riuis ſeu
canalibus naſcunt, ac laudabilem quidem aquam lędũt: prauam vero alioqui iuuant, cum quod-
dam ab eis veluti medicamentum ipſi aquæ commiſceat. Euadunt aũt præſtantiores vt per vrinã F
reddantur, eiuſcemodi aquę. Non minima ergo habenda eſt conſideratio, an ẽt à terra vel aliun-
de aliquod aquis vitium adueniat: ꝙ non ſatis ſit fontes hic quidem præſtantiorem aquam ac po-
tabiliorem, illic vero ſalſam ac nitroſam præbere, niſi etiam quæ ad riuos attinent, ſimilia exiſtant.

Quæ igitur maxima ſunt, in hoc ſermone dicta ſunt: dicãtur autem & alia ſigna bonitatis aqua-
rum. Quęcunq; aquæ hyeme quidem calidæ ſunt, æſtate vero frigidæ, quoquo modo vidẽtur eſ-
ſe optimę: Quæ vero ſimili modo in calore & frigore, quo tempora, ſe habent, peſſimę. Nã æſtate
in terrę ſuperficiẽ calor aduentat, hyeme in profundum immergit: ob idq; mihi videntur fontes,
quicunq; à profundiſſimis partibus fluunt, & quęcũq; antra caua, omnia per hyemem calidiſſima
eſſe, per ęſtatem frigidiſſima: ideoq; omnia quę in ſuperficie ſunt, vna cũ temporibus commutan
tur, quocũq; modo ea ipſa tempora in calore vel frigore ſe habeant. Mirabile aũt eſt quod alicũbi
*Grę. cod. hicẽ margine hãt, aqua hyeme euaneſcit, æſtate apparet, quamuis cõtrarium iure eſſe deberet. Verum etiam huiuſce
Loquit' de fon te illo qui ĩ Ly cia ẽ apud Chi męrã mõtem, quem Pegaſus ictu vngulę a-peruiſſe fingit'. rei cauſam calor ipſe habet, vt qui profundas aquas ſecum conuehat, nam & hę calorem ipſum ſen
tiunt. Quicunq;.n. fontes profundi ſunt, parumq; admodum ab externis imbribus ſuſcipiũt, hye-
me quidem ac per vehementiſſima frigora minimos, æſtate vero maximos comperies. Quare &
quod in Delo eſt ſtagnum, hæc ipſa eiſdem de cauſis patitur, puteiq; qui in Pythopoli ſunt. Vna G
ergo hæc ipſa eſt bonarum ac prauarum aquarũ cognitio: ſi hyeme calidæ, æſtate frigidę ſint. Se-
cunda vero, ſi in ore guſtantis nihil notabile habeant. Ita vero nec multo vino pro temperando
indigebunt, omniq; vino conuenient. Eſto aũt & pura illa, quæ præſtantior eſt, nec alioqui colo-
re infecta, nec fęcem ſubſidentiamq; habens. Statim vero quę pura eſt, pondere etiã eſt leuis, nam
quæ pondere leuis eſt, terræ ſemper impermiſta eſt: quæ vero eſt grauis, terræ ratione plus grauat.

Sunt & hęc non minime conſideranda, vt ſi cito ipſa calefiat, ac refrigeretur: nam eiuſmodi aquæ
cæteris ſunt præſtantiores: Et quomodo ad concoctiones, quomodo item ad ſeceſſionem ſe ha-
beat: nam quæ citius cõcoquunt, ſunt præſtantiores, & quæ ſecedunt, ſi per veſicam ſecedãt, ſunt
præſtantiores: deterior autem eſt aquæ per inteſtina ſeceſſio. Quarum vero in noſtra arte nõ eſt
opera perdiſcere, ea ab incolis percõtari debemus: nequaquam autem facile ſciri poſſunt quę præ
Cod. gręci hãt in margine, De Paradoxis quę ſunt in aquis. ter rationem eueniunt. Ne diutius morer, Aqua in Leontinis eſt, ex qua ſi quis biberit, moritur.
Huiuſcemodi alia in Phęneo Arcadiæ conſpicitur, quam Stygos hydor appellant. Huiuſmodi
item alia in Thracia, & ſtagnum illud quod apud Sauromatas eſt, quod nec auis tranſuolare po-
teſt. Et aliud etiam apud Medos eſt, cui ichorem nigrum ſupernatare dicunt, qui vbi igni admo-
tus fuerit, accenditur: hoc medicamento Medeam tradunt Creontis filiam perdidiſſe. Eſt etiam H
Suſis aqua, quæ ſi bibatur, dentes excutit. Sybaris autem fluuius homines infœcũdos reddit. Quę
vero in Æthiopia eſt aqua, rubra appellata, furorem inducit. Quæ in Ægypto eſt, bibentium ca-
pita depilat. Horum ſane nihil ſciri poteſt, cur qui illis inconſiderate iam vſi fuerũt, multi quidem
mortem obierint, multi vero aliud quid inconueniens perpeſſi fuerint. Sunt & alię multę aqua-
rum facultates, quæ non ſecundum communem naturam ſe habent. Nam quæ Lyceſtis eſt aqua,
bibentes ad temulentiam adigit. Quæ in Clitorio Arcadiæ eſt, in ea ſi quis ſe lauerit, odorem vini
amplius ſuſtinere non poterit. Aqua Arethuſæ in Chalcidæ, mulieres quidem iuuat: cætera ve-
ro animalia, ſi ex ea biberint, pedum doloribus afficiuntur. Cydnus pedum dolores ſedare credi-
tur, quamuis frigiditate excellat. Qui vero habitat, vbi praua eſt aqua, excogitare debet, vt ipſam
potabiliorem efficiat. Optimum igitur erit, vt ipſa in fictilibus vaſis elixetur: ac vbi noctu refrige
rata fuerit, rurſusq; calefacta, bibat. Si vero exercitui bonã aquã ex praua præparare fuerit opus,
foueas ex ordine ab altiſſimis locis ad decliuia fodere, per illasq; aquam ducere oportet, terra dulci
ac pingui quæ conficiendis fictilibus ſit idonea, in foueas iniecta: ſemper enim hoc modo aquę vi
cioſitas in foueis remanebit.

A *Aquæ Correctio ex libris Dioclis, Caput 4.*

Aquam imbecilliſſimam efficies, ſi tertiam partē decoquas, & ouorum alba ſimiliter incoquas: * iniſcere aūt in hæc ipſa oportet glebā argyllæ aridæ, quouſq; maceretur: ſit autem mēſura ſemiſextarius in amphorā. Vbi autem decoxeris, bibaſ. Ita etiam odorem ab aqua extrahes, ſi calefactam manu ad ventum perfundas, & in vaſe immenſo inſoles, atque in multa vaſa paulatim diffundas.

Aquæ Purgatio ex libris Athenæi, Caput 5.

Aqua defęcatur partim vaſis ſtillacidijs (quæ ſtacta à Græcis appellantur) partim colis (quæ ab eiſdem hyliſteres vocantur) quæ non nunquam quidem ſimplicia, non nunquam vero duplicia vel triplicia fiunt, vt puriſſima aqua per hæc ipſa excipiatur. Quin & foueæ tum iuxta mare tum iuxta ſtagna fiunt: illic quidem, cum aquam potabilem à mari ſecernere volumus: hic vero, vt ſi conturbatum fuerit ſtagnum, hirudinesq; in ſe vel aliqua etiam alia vitia habuerit, puriſſima maximeq; innoxia aqua per terrā tranſudans, in foſſas colligaſ. Vbi vero multa aquę quantitas hauriendа ſit, vt in exercitibus, latera foueæ lapidibus vel lignis in orbem circundant: atq; vbi pauimentū eodem modo inſtrauerint, puras conſeruare aquas nituntur. Porrò aquæ quæ defęcantur, tenuiores purioresq; fiunt, ob idq; etiam frigidiores: pleræq; vero, licet fuerint defæcatæ, vires tamen à
B ſordidis corporibus perceptas adhuc conſeruant.

DE VINIS EX GALENO
CAPVT SEXTVM

Libri quinti Collectionum Medicinalium Oribaſij ad Iulianum Imperatorem.

Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete.

C VInum Aquoſum nominant hoīes id, quod colore & conſiſtentia aquæ aſſimilaſ: tranſparens.n. ac ſplendens eſt & purū, ac conſiſtentia tenue apparet: tibiq; dum guſtaueris, nullam fortē habere qualitatem videbitur: dumq; temperatur, multæ aquæ haud ſuſtinet mixtionem, vnde ab antiquis oligophoron i. pauciferū, vocatū eſt. Haud oīno aūt vinū hoc ab adſtrictione eſt ſemotū, at eā exolutā penitus habet: ſi.n. ipſum aquę cōparaueris, manifeſte ex ea cōparatione guſtu perſenties, id exiguam quandā adſtrictionē aſſumpſiſſe. Eſt & viribus aquę ſimile, nec caput imbecillū, nec neruos imbecillos tangēs, qm̄ nec manifeſte calefacit. Videtur ēt nullā aliam conſpicuam qualitatē poſſidere, non auſteritatem, non acerbitatē, nō dulcedinem, non acrimoniā. Idoneum aūt eſt hoc vinum ad eorum, quæ in pulmone continentur, eductionem, virtutem nimirum roborans, & humores humectans, ac incidēs moderate. Idem & febricitātibus minori cum periculo datur, quàm alia vina: nam huic vni ex oībus vinis ineſt, vt aquæ & vini malitias effugiat. Pręterquam autem, quòd nunquam caput lędat hoc vinum, ſæpius etiam iuuat, leues eos dolores, qui ab humoribus in ventriculo contentis excitantur, ſedans. Inuenies autem aliquando quoſdam ob aquæ potionem capite dolētes, pręcipueq;
D cum ipſa praua fuerit: quę dum corrumpitur, naturale robur ventriculi exoluit: quo iam imbecillo reddito, ichores bilioſi ex corpōre in eius ſpacium confluere conſueuerunt, ſicuti ijs, qui ieiunarunt, accidit: à quorū malitia & lęſione prędictum vinum hominem liberat, primū quidem ac ſtatim epicraſeos i. contemperamenti ratione: poſt modum aūt, eo q; roboratus venter, deorſum, quę ſibi noxia ſunt, pellit. Iis autem, qui admodum calidi ſunt temperamēto, aquæ potio magis, quàm vini confert. Quòd ſi quandoque vino indigent, dandum ipſis eſt, quod tenue ſit moderateq; auſterum. Vina aquoſa cum vrinas cieant, pauciſſimum corpori prębent alimētum: eaq; ſola ex vinis tuto etiam recentia bibuntur, quemadmodum Gaurianum nominatum, & aliqua ex Sabinis. In vnaquaque autem natione talia vina gignuntur, in Italia imbecillum Sabinum, quod etiam febrientibus dant: in Aſia Titacazenum, & Tibinum. At ſi eorum ſigna audieris, facilius in vnaquaq; natione talia vina inuenies. Apud nos cito potabilia euadunt Tibinum, & Arſyinum, & prēter hæc Titacazenum. Dulce vinum, nec tenue exquiſite, nec ſplendidum, ſed plus minus à prædictis recedere, neutrum vero habere, comperies. Calefacit autem vinum dulce, craſſumq; conſiſtentia eſt. Ac particulares eius vires, quas dum potatur, præ ſe fert, has duas qualitates conſequuntur: nam color ex ſua ratione nullam, vel in iuuando, vel in lædendo vim obtinet. Quàm

*Al. ex ore ventriculi.

craſſum

craſſum autem conſiſtentia eſt hoc vinum, tam etiam tarde meat, ita vt non ſolum aliquam ex ob- E
ſtructis particulis obſtructione non liberet, verum ēt obſtructionem adaugeat. Ob idq; iecori affe
cto maxime nocuum eſt, præcipueq; qñ phlegmone aliqua vel ſcirrhus in ipſo ſit: Moderatius au-
tem lædit, qñ à craſſis obſtructum fuerit humoribus viſcus id: vel quando imbecillitate afficitur,
ſicuti in affectionibus, quæ propriè hepaticæ vocantur. Poſt iecur lien à dulcibus vinis lęditur: nō
tamen pulmo, quando craſſum humorem in bronchijs habet: dulce enim vinum in acutis morbis
ad expuitionem confert, cum iam peripneumonia & pleuritis concocta fuerit, nec iam phlegmo-
ne vexentur particulæ. Quo autem magis à vehementi caliditate diſtant vina dulcia, eo minus ca-
pitis grauitatem mentisq; lęſionem faciunt: at facilius, quàm alia vina deijciuntur, magnaq; red-
dunt viſcera. Non ſunt autem picrocholis idonea, materia enim ſunt omnia vina dulcia flauę bili.
Nec ſolum, quia multa caliditas tales humores amaros reddit, vina dulcia febricitantibus non con-
ueniunt, ſed etiam quia cum craſſa ſunt, neq; ad vrinam tranſeunt, nec ſecum vnà bilioſos humo-
res educunt, nec euacuant. Vnum autem duntaxat bonum hoc ipſis ineſt, quòd ventrem leniunt:
quare ipſa præbibunt: nam ſi hoc non fecerint, omni ſanè modo lædunt. Præter alia enim ſunt ſi-
ticuloſa, hac ipſa re indicantia, quòd facile bilescunt. Sunt & talia vina flatuoſa. Inferioribus tamē
inteſtinis haud ſunt nocua, quòd flatus ab ipſis genitus tarde meet, moreturq; in hypochondrijs, F
quouſq; perfecte concoctus ac tenuatus fuerit. Dulce ſimul & auſterum eſt vinum, quod in Cili
cia eſt (Abates appellāt) contrarijs conſtans qualitatibus: quare prauum exiſtit, quippe quod nec
diſtribuatur nec deſcendat, ſed diu in ventre permaneat ipſumq; inflet. Nigrum vinum, quod ci
tra dulcedinem auſterum apparet vel acerbum, replet, ac tarde meat: ambaſq; deiectiones, tum quę
per aluum, tum quæ per veſicam fit, cohibet: facileq; aceſcit, & vomitum prouocat: Solis autē ven
tris fluxionibus conuenit, nec in his ad ſaturitatem eſt bibendum. Album ſimul & auſterum vi-
num nec ipſum vrinas ciet: ſed ſi craſſum eſt, in hypochondrijs moratur: ſi non craſſum, nō æque
ad vrinas tranſit, ſicut alba & mediocriter auſtera. Cirrhum ideſt fuluum, & auſterum vinum, flu
xionibus ventris & ipſum competit. Duplex autem fuluum ſicut et nigrum, eſt, alterum dulce, au
ſterum alterum. Sed fuluum caput & mētem magis ferit, quia nigro calidius eſt. Flauum vinum
ſumme calidum eſt, quemadmodum & quod poſt ipſum eſt fuluum, poſt hæc rubrum, poſtea dul-
ce. Album cęteris alijs minus nutrit. Ex albis vinis nullum eſt dulce, verum quædam auſtera, ac
craſſa ſunt: quædam aquoſa, ac tenuia. Ex flauis, & fuluis quædam ſunt dulcia, vt Hippodaman-
tium, & Fauſtianum Falernum: quædam omnino dulcedine carēt. Rubra vina his ſunt craſſiora:
quemadmodum rurſus rubris alia, quæ iam proxime ad nigra colore accedūt. Atq; omnia hęc pro G
craſſitudinis ratione nutriunt: ob idq; ijs, qui refectione indigent, vt vinum dulce bibant, conce-
dendum eſt, præſertimq; cum eorum iecur, lien, & renes vitio careāt: Qui vero craſſum humorem
in venis collegerunt, ijs tenuis conſiſtentiæ vina vtilia ſunt: ſiq; humor ille frigidus fuerit, acria &
vetuſta: ſi non frigidus, quæ nec acrimoniam, nec vetuſtatem habeant, conueniunt. Ad probos au
tem ſuccos gignendos odorū præſtantius eſt, ſed caput ferit. Auſteris ad roborandum ſtomachū,
ac ſiſtendam aluum fluentem vtimur, alioquí ſanè non vſurí, propterea, quòd nec alimento diſtri-
buendo, nec ſanguini procreando, nec probis ſuccis gignendis, nec vrinæ ciendæ, nec ſudori pro-
uocando, nec aluo ſubducendę, conferunt. Bilioſis igitur corporibus nec Falernum, nec Tmolí-
tes fuluum & dulce, nec Ariuſium, nec Lesbium illud, quod odorum ac fuluum æque, ac prædicta
vina, eſt, conuenit. Calidiora enim omnia hæc vina ſunt: facileq;, quí ea biberint, caput dolent, ac
febricitant, atque aliqua neruorum affectione tentantur. Igitur nec bilioſis naturis, nec Sole exu-
ſtis, nec ijs, qui in laboribus multis, aut penuria, aut mœrore, aut tēpore, & cœli ſtatu calido viuunt,
danda ſunt talia vina. Contra vero ijs, qui calefactione egent, pituitoſis frigidisq; temperamento,
ac humorum crudorum copia refertis, ocioſe viuentibus, in regione frigida, & hieme, & cœli ſta-
tu frigido ac humido, bona ſunt. Sanè omnium vinorum, quæ nec valde craſſa, nec admodum H
dulcia ſunt, vt Theræum, & Scybellites, commune eſt, vt cum in longum temporis ſpacium exten
ſa fuerint, flaua fiant colore, ac quiddam more ignis coruſcans acquirant. Nam nigra (quale apud
nos Perperinium) ſi veteraſcunt, in rubrum quidem prius vel fuluum, poſtea vero in flauum co-
lorem trāſeunt. Et album, quale eſt Bithynum, quod cum inueteratum eſt, Romani Cecubum vo
cant, iam quando eſt tale, amarum eſt, & propterea potui inutile. Vitanda igitur & ita vetuſto-
rum potio eſt, ſicuti etiam recentium. Maxime autem abſtinendum eſt à vinis natura craſſis, quā-
do recentia ſunt: tantum enim abeſt, vt ciborum concoctionibus quicquam conferant, vt vix etiā
concoquantur. Præterea nec per aluum tranſeunt, nec diſtribuuntur facile, nec vrinas prouocant,
nec ſanguini procreando conducunt, nec nutritioni: ſed diutius in ventre ſuſpenſa (vt aqua) re-
manent: ſiq; de ijs parum quis biberit, facile aceſcunt. Vetuſtiſſima vina ita ab albo ſimul & au-
ſtero, & recenti & craſſo differunt, vt alterū quidem validiſſime calefaciat, alterum ſenſibiliter refri
geret. Gleucos autem, i. muſtum, quàm flatuoſum concoctuq; difficile, & craſſi ſucci ſit, omnes
norunt. Solum hoc vnum bonum habet, quòd ventrem ſubducit: quo ſi forte aliqua aliquando
priuetur, maxime nocuum redditur. Celerrime omnium vinorum alba et aquoſa inueteraſcunt,
ideſt prompte in veteraſcentium qualitatem tranſmutant. Hæc autem eſt acrimonia quidem pri-

mum

A mum, q̃ plane calefacit: postea vero amaritudo, ad quam aliqñ in decẽ annis peruenire cõspiciuntur, nisi primis tribus quatuor ve annis prius acuerint. Potentia aũt simul & austera et alba vina, q̃ crassitudinẽ habẽt, ẽt post decimum annũ qñq3, nisi rite fuerint reposita, acescere contingit: cõtingit aũt & ipsa plurimo tpe inueterari. Talia sunt in Italia Tiburtinum, & Signinũ, & Marsum, & Surentinũ, quod fermè ante annum vigesimũ adhuc est crudum: viget enim, dum tot annorũ est, diuq3 potui aptum perseuerat, haud facile nimirũ amarescens: ac virtute cum Falerno contendit. Secus aũt patiũtur quæ aquosa sunt, Sabinum, Gaurianum, Arsyinum, Titacazenum, Tibinum, & id genus alia: facile enim ad contrarias qualitates transmutantur: ad acidã quidem in principio, ad amaram autem si perdurarint. Locus sanè in quo reponitur vinum, multum ad eius alterationem facit. In principijs enim optimus est frigidus, postea vero calidus, nã tepidus facile acida reddit vina. Qñ vero vina in frigido loco reposita, duobus tribus ue annis perdurauerint, exinde calefieri admodum desiderant, nec amplius locum tepidum ac temperatum requirunt. Quædam autem vsq3 adeo sunt debilia & aquosa, vt ne à principio quidem frigidum ferant. Ex vasis porrò vina continentibus, quodcunque sinas sine obturamento, facile acescit: Sicuti sanè & ex ijs quę obturata sunt, minus patiuntur, quæ plena sunt: nam quæ subuacua sunt, quia in se ipsis aerem conti
B nent, per illum medium citius ab ambiente extrinseco alterantur. Quæ vero vsq3 adeo sunt repleta, vt operculum à vino tangatur, per illud solum alterationem habent, at tam imbecillam ac debilem, q̃3 sanè est densum operculum. Quæ vero à pice vel gipso stipata sunt, magis perdurare comperies: quæ à corio solo, minus: quemadmodum & quæ à folijs obturata sunt. Vina autem fulua apud nos optima, tria sunt. Tmolites, Lesbium, & probatissimum veteribus Ariusium, quod in Chio prouenit: quo oẽs ad optima medicamenta conficienda ac præcipue ad antidotos vtebãtur.

GALENO ASCRIP. PRAESAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM

Georgio Valla Placentino interprete

CENSVRA

Imitatur & hic liber veros Galeni libros, sed ieiuna admodum oratione.

CVicunq3 præsciscere libuerit mortis nõ diem modo, sed etiam horam considerare expedit, quo potissimum tempore languens ab accessione vehementer affligatur, num inter accedendum tum impense obrigescat, & æstu conflagret, diuq3 ea permanserit intensio, pulsusq3 sit exiguus, & segniter somnum ceperit, somnolentusq3 fuerit, vel id genus aliud subierit detrimentum, id omne tempus suspectum habere oportet, vel si etiam ita mediocriter habuerit. At circa vigorem si ægrotum deiectum, aut cedentem, aut mœrentem spectes, febris ue magnitudi-
D nem minime tolerantem, plurimumq3 exæstuantem, & se tenebricum volutantem, & capite dolentem, & corde succumbẽtem, aut tali aliquo affectu vexatum, suspectum id tempus tibi esse maxime oportet, si etiam accessionis principio ac vigore sint mediocria. Verum id si circa vigoris decessum fuerit, anima consternetur, & sudores sint inæquales aut frigidi, aut circa caput aut circa pectus insurgãt, pulsusq3 obscuros & debiles efficiat, aliaq3 id genus, id tempus expedit suspicere, neq3 tum definiendum quicq̃3, neq3 dies mortis proferenda. Nam secunda die si contingat & quarta accessionem vehementiorem esse prima, tertius & quintus & sextus diem mortis indicabunt. Quot de causis succenduntur febres? quandoq3 aut ob additamẽtum idoneæ materiæ, aut ob motum, aut ob adstrictionem, aut putredinem, aut ob accessum caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, vt cum temperamentum nacto calidum, adiectum fuerit piper, sinapi, allium, & similia: horũ. n. qualitas si cordi fuerit inuecta et insita, succendet caliditatem, febremq3 inflammabit. Ob motum autẽ dupliciter: nam is aut ab aĩa, aut à corpore suscitat̃: ab anima quidem, vt cupiditate, & cura: a corpore autem, vt in labore immenso. Ob adstrictionem, cũ ob glutinositatem, aut ob quãpiam crassitudinem, exaruerint obstructiq3 fuerint incerti corporis meatus, aut extrema vasorum, & in profunditatis difflatione febris fuerit incensa. Verũ ob putredinem, vt cũ subiecta & redundãs materia putruerit introrsus, cordiq3 fuerit

rit obiecta,ac febrẽ ſuccenderit. Ob acceſſum aũt caloris alterius, velut cum in Solis ardore caput E
exæſtuauerit,præcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta,febremq; ſuccenderit.

Signa Febris futuræ.

IMminentis febris nuncius eſt hiatus,horror,oſcitatio,nauſea,ſomnolentia,tuſſicula ſubaſpera, extremorum membrorum infrigidatio. Atq; hæc quidem extrinſecus præſagia. A pulſibus autem ex paucitate & inæqualitate deprehendit ẽt,quod deſiderat: ac iniectione quidem,cum impẽſior correptio,frigetq; cũ aliquanta inęqualitate atq; exiguitate: at in aſcenſu ferè ſunt improbi,aucta diductione ad perfectum vſq; vigorem: ſed calore intenſo, primũ magnitudo augetur,deinde celeritas aſſumitur. Nam cum ſatis ſuccenſa febris conflagrarit, tum ingẽtes ſimulq; celeres efficit pulſus: ſin aũt impenſius, etiã crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignunt? hiant ante febres ægri ob concuſſionẽ,& vim ipſos intendentẽ. Nam quemadmodũ ex ahenis ad ignis violentiam poſitis vapor attollitur multus deferuente in ipſis aqua, ita etiam ex eis quæ introrſus in corpore ſunt,vapor exhalans intendit conuincitq; corporis muſculos: ſolent nanq; nerui tepefacti deſidere,atq; ita fiunt oſcitationes. At quo'nam demum pacto capitis dolores febricitãtibus incitantur? nempe,cum venæ plenæ & à flatibus intumentes,interſectæ fuerint, in caput dolores aduehunt,vi ac tenore internorum flatuum,qui immiſſi diſperſiq; ſunt. F

De Significatione Sudorum.

FEbrem vero ſudoribus diſſolutum iri cognoſcimus ex eo, quod lãguor ſit vigoris maximi, vt eſt qui cauſus nominat. Bilioſus nanq; is demum eſt morbus, qui cũ impenſius moueri oporteat,rigor efficitur. Et proinde ſi venter aſtrictus ſit vrina'ue,proxima ſubeunte criſi,rigor erit expectandus: Sin amborũ fuerit aſtrictio,nec vllus præſto eſt vomitus,aut ſanguinis eruptio, ſudor multus conſequatur neceſſe eſt,præſertim cum languentes prociderint, acceſſione incrementum capiente, vt ea de cauſa magis incaleſcant: non nullaq; corporis ſit calida euaporatio, qualis antea non fuerit in dudum memoratis. Pulſus ingentes, & ſublimes,& celeres,in diductionemq; potius properantes,ac velut vndoſi,cum arteriæ tunica atra humidaq; apparẽt. Totius vero corporis extrema ſuperficies perpruriſcit ac remolleſcit,& qñq; ad horas rufeſcit. Atq; hæc in critica acceſſione aduenient,præeunte concoctione. Et ſi critica die bona exiſtente,ſalubrium ac reſoluentium ſudorum fuerint indicia, non dubium quin calorem eſſe expediat mediocriter ſudoris ſolubilem, & per vniuerſum corpus ſibi conſtare,exinanireq; iuxta proportionem, atq; habitiorem alacriorẽq; reddere hominem. At frigidi ſudores cum acuta febri erũpentes,mortem ſubeſſe minitantur: At cum ardore,morbi longitudinem coarguunt. Si à ſudoribus febricitantibus fuerit initium, boni G
& tertiani,& quintani,& ſeptimani, & nonani,& vndecimani, & quartidecimani, & vigeſimiſeptimani,& trigeſimiquartani,hi nanq; ſudores morbos iudicant: qui autem ita non ſunt,laborem ſignificant, & longitudinem morbi, & ſubuerſionem. Ac vbi eſt corporis ſudor, ibi quoq; dicito ſubeſſe morbum. Et vbi eſt corporis frigus aut calor,ibidem eſt quoq; morbus. Et vbi in toto corpore mutatio, fueritq; refrigeratum corpus, aut rurſus incaluerit, aut color ex alio alius emerſerit, morbi longitudinem pronunciat. Sudor ex ſomno factus citra manifeſtam cauſam,corpus ſignificat cibum aſſumpſiſſe plurimũ. Quo'd ſi cibi plurimi cauſa non fuerit,ſignificat egere euacuatione febricitantium corpora. Sudor aduentante febri, nec deficiente febri,malum: longum nanq; morbum,& humiditatis ſignificat copiam.

De Sanguinis Detractione ex Venis.

Vide in libro de Curandi ratione per ſanguinis miſſionem, ex quo totum ferè hoc caput extractum eſt.

IN omni die & noctis hora,vrgente neceſſitate, ſanguinem detrahito,Aduertendo tamen in febricitantibus vigorem ceſſantem acceſſionis. In aliis autem, ſiue ex lippitudine, ſiue ex alia ra- H
tione citra febrim,vbi ſanguinis detractione ex vena opus ſit,doloris aut inflammationis conſiderato magnitudinem: qua enim hora mitigatum dolorem inſpexeris, ſanguinem de vena mittes. Re nulla vrgente quo minus fiat, ſatius fuerit matutino tempore de vena ſanguinem detrahere: nec ſtatim cum ex ſomno experrectus, ſed poſteaq; ad horam peruigilarint. Ac prius abluere aliquos præſtiterit,& alios prius obambulare. In quo autem præoccupata cuſtodię cauſa ſanguinem de vena detrahere permittitur, etiam poſt aliqua conſueta exercitia ſanguis è vena detrahendus.

Cæterum languoris magnitudo, & virium robur atque firmitudo, primæ ſunt ſanguinis è vena detractionis conſiderationes. Proinde perſpiciendum cuiuſmodi ea ſit naturalis hominis complexio. Ac atras habentibus venas & mediocriter tenues,neque albis,neq; carne molliculis,ad euacuandum minus parcendum eſt: At contra parcendum,quãdo ſanguinis parum habent, carnẽq; dilabilem. Hac de cauſa neq; pueris ſanguinem ex vena detraxeris ad quartumdecimum vſq; ętatis annum. At in maximis inflammationibus validiſſimiſq; doloribus nullum noui maius adiumentum,q̃ ad deficientem vſq; animam euacuare. Aduertenda ſanè eſt diligenter,qualis ſit pulſus eleuatio ab eo qui ipſum attineat ſuffluẽte adhuc ſanguine: quemadmodum in aliis vnde ſanguis detrahitur, ſiquid agere expediat: ne quid modo lateat deficientis animæ, quod ad interitum aduehat.

A uehat. Quod si tempus fuerit vernum, locusq; natura temperatus, & pueri natura concinna, detra
hito sanguinem. Et impensius, vbi pericula insideant aut pulmonis, aut anginæ, aut lateris, aut cu-
iuspiam alterius acuti ac vehementis morbi, detrahendus, vt dictum est, sanguis, pulsu vsque ex-
plorato: omne nanque percussum membrum aduerteris non annorum modo numero, sed etiam
corporis habitudine. Formidanda vero frigidis temporibus larga euacuatio, ob consequentem
refrigerationem. Neutiquam perscribi potest singulorum hominum definienda euacuationis
mensura. Perspexi nanque in non nullis, nec plus q̄ sufficeret, sanguinis libras sex ablatas esse, &
confestim extinctam febrem, neque vllam consecutam fuisse virium exinanitionem: Quibusdam
vero libram dimidiam citra læsionem: quibus siquis duas modo exhausisset, impensissime offecis-
set. Vidimus vnam quoque aliquando auferri, & minus, ac profuisse. Reuulsionis gratia qui in
rectum languentium secat venas, confestim perspicuam inspexerit vtilitatem: Si quispiam anu-
laris digiti venam secet, vt non nulli mediam inter medium & anularem digitum venam, sinentes
sanguinem effluere, quoad sponte cessauerit, lienem iuuari, vt in ancone venam secando interio-
rem: satis commode nanq; lieni prodest male habenti sanguinis detractio ex manu sinistra. Atq;
adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex vena sanguinis detractio vtilitatem frequen
B ter demonstrat euidentissimam: At ex opposita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem.
Ingentibus oculorum doloribus succurrit siue humeralis appellata vena, aut quæ ab ea deuiat in
ancone secta, perspicuam confestim afferendo vtilitatem. In latere autem languente, aut pulmo
ne, aut septo transuerso, aut liene, aut iecore, ac ventre paraxillę ad anconem distractionem perue-
nientem diductam secare quidem expedit, præcipue ad emissionem quæ per fracturam cui insi-
det humerali vena discreta pariter auulsa. Tres nimirum hi modi sunt ad anconem sanguinis de-
tractionis, quæ extra, & intra, & quæ media. Quæ igitur intus, infra collum languentibus vtilis:
quæ extra, in facie, aut in capite: at medius locus quandoque quidem ambas habet diductas venas
ad partes anteriores manus protensas: deinde hic copulatus quandoq; statim in se inuicem exis-
tentes ad inflexionem distractionis. Incerta igitur existente sua languentis membri vena, ad mediam
aliquam eundum: diductioq; potius, quam in sua, sectio facienda. Est etiam cum distractio infra
anconem quę in brachio diducenda nihil prohibet, non apparentibus in ancone. Vt autem dicta
omnia mẽbra in ancone sanguinis detractionibus adiuuãtur, ita in inferioribus his est, vt in popli-
tibus & talis. Sunt autem dictorum quæ ad coxendicem, & vesicam, & vuluam, & renibus alter-
nantes. Ideo in ancone quandoq; sanguinis detractionibus obtemperant, cum recens fuerit inflã-
C matio, & sanguinis vis multa. Sin affectio sit, quam proprie phrenitim appellamus, poplitem se-
care oportet, & in talis venas. Vt in vuluis inflammationes, sectarum in cruribus venarũ adiumen
to, non parum leuantur. Enimuero euacuationibus ab anconibus siquid sit infestum, & obseruan
dum frigus, expedierit alimentum exhibere mediocre ad tres aut quatuor modo dieculas.

Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die, Ex ca. 2. libri se
nulla facta remissione, crus scalpendo, ad binas libras sanguinis euacuationẽ fieri permisi: & per- ptimi Oribasij
inde deuitaui periculũ. Multi quoq; alij eo vsi adiumento conseruati sunt, præcipue qui large san- ad Iulianũ Im
guinem euacuarunt. At etiam mediocres capitis aufert dolores, fauciumq; inflammationes. At peratorem.
vetustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaq; ex atrocibus mor-
bis ad naturalem habitum perducere: neq; quicq̄ tam ad concinnam conuersionem agit, q̄ ex sca
rificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem vero & pollicẽ secta vena & fluens sanguis, quoad
sponte constiterit, vetustum dolorem, præsertim si ei membro insederit, curat. Purgatorum autẽ,
& plus mediocritate euacuatorum, & refrigeratorum, & resolutorum, & cõuulsorum, cessare pur-
gationem expedit: aquamq; tepidam exhibendo vomere hortabimur: at præstabit illinire calido
oleo manus & pedes: sistit nihilo minus somnum & lauacrum. Cæterum nõ satis purgatis balnea
D congruentiora sunt, nam noctu purgantur: hos minus pascere conuenit: at tuto purgatis, oua, &
alicam, & sorbitiones, & vinũ dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per
xẽsmum: conuenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe, dulci ue vino, atque ita *Al. clysmum
suffluentia componere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.

De Adhibenda Cautione in Sanguinis detractione.

QVi detrahere sanguinẽ velit, aduertere debet ne stercus multũ cohibeat inter intestina. Pro-
inde molli clystere euacuãdus æger, ne venæ ab intestinis venent, attrahantq; putridã quã-
piã supfluitatũ essentiã. Ex p̄senti igit morbo q sanguinis detractione egẽt, quouis tpe
è vena sanguinẽ detrahemus, vigorẽ, & deliriũ in febribus particulariter custodiẽdo, & accessio-
nẽ. Si cõtinua sit febris oĩno, matutinũ tp̄s accõmodatius. Qui vero nõ p̄senti morbo occurrunt,
sed cauẽdi cã, sanguinis exgrunt detractionẽ, his vernũ cõgruit tp̄s. In ętatibus porro supra quar-
tũdecimũ annũ detractio faciẽda, sicut intra annos sexaginta: nisi si qua mõ efflagitãs nos ingẽs vr
geat necessitas. In totũq; vires imbecillę obseruandæ sunt. Nec nõ sub lingua venas, vt in anginę
morbo, oblique dissecamus, astrictionem obseruãdo: Quẽadmodũ & in capite & in oculis ex mor
bis vetustis eo modo dispescũt. In pede aũt, sicut in ischiadicis: aut ob anum, supra interiorem talũ
vtiliter secant. Verũ per morbos acutos, detrahito ex vena sanguinẽ, si vehemens appareat ægri-

tudo,

tudo,& occupati morbo iam puberes ſint,roburq; eis adſit. Si igit angina fuerit,delige purgatio- E
nẽ,vel ſiquid fuerit pleuriticũ.Quo'd ſi debiliores appareãt,ſi ẽt plus ſanguinis detraxeris,clyſteribus tertio die aluũ exhauri: ac ſi tutus fuerit æger, ẽt inedia vtitor. Detrahendus igit ex vena ſanguis brachij dextri vena interiore: iuxtaq; habitudinẽ auferendus ſanguis: ætatisq; plus minus've conſiderandum. Eueniunt iſtorũ pluribus talia,rubores faciei,& oculorum vacillatio,diductioq; manuum,pandiculatioq;,ſtridores dentium,pulſus,maxillarũ contractio,refrigerationq; extremorum,flatuum oblationes per venas: quàm primũ propè ſanguis de vena detrahendus ſublimibus cunctis exiſtentibus mæſtis flatibus,& fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferendum illud perpetuo eſt ad curam ſalubrem victum vniuerſum, quàm medicina longe præſtantius eſſe.

DE VRINAE SIGNIFICATIONE EX HIPPOCRATE

Georgio Valla Placentino interprete

CENSVRA

Nulla hic methodo Hippocratis & Galeni verba excribuntur.

Ptima vrina eſt cum eius alba fuerit hypoſtaſis, quam ſubſtantiam dicere poſſumus,et lęuis et equalis ppetuo,donec iudicatus fuerit morbus: ſignificat nãq; ſecuritatem nec diuturnam fore ægritudinem. Si vero intermittat,& puram qñq; mingat, qñq; ſubſidat album quoddã & lęue, tum diuturnior efficit morbus, & minus tutus. Si fuerit vrina ſubrubra,& hypoſtaſis ſubrubra & leuis,diuturnior hæc, ꝯ prima, verum multo ſalubrior. Craſſioris aũt farinę ſpecie in vrinis hypoſtaſes,malę: G
quibus adhuc peiores ſunt ẽt folioſæ: at tenues & albæ, admodũ malæ: quibus improbiores furfuraceæ. Nebulæ ſuſpẽſæ, & mobiles in vrinis, albæ quidem bonę,nigræ vero malæ. Si erit tenuis & rutila vrina,ægritudinẽ ſignificat crudam, ac diuturnã: & ſine periculo eſſe non poteſt.Lethalis aũt male olens, & aquoſa,& atra,& craſſa. Virilis autem ſiue muliebris atra vrina, peſſima: infantibus autẽ, aquoſa. Quibus vrinę tenues & crudæ minguntur diuturnæ,ſi alia ſigna tanquam euaſuris adfuerint,hos abſceſſum ad ſepti trãſuerſi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoq; ſuperne innatantes araneoſas licebit improbare: colliquefactionis.n.ſignum eſt. Conſiderandæ porro' vrinæ,in quibus ſunt nebulæ,ſurſum'ne,an deorſum meent,quosq; colores habeant: deorſum enim labẽtes cum coloribus iam memoratis,malas eſſe decet arguere. Nec te fallat veſica ipſa ægra,quæ huiuſmodi aliquam reddat vrinam: nec enim totius eſt corporis ſignum, ſed ipſius per ſeſe. Quibus vrinæ craſſæ,grumoſæ,paucæ,non febricitantibus, copia ex his tenuis adueniẽs prodeſt: præcipue tales adueniunt,quibus à principio,vel è veſtigio ſtabilitur hypoſtaſis. Quibus vrinæ pturbatæ velut iumentorũ,ijs cephalalgiæ aut adſunt,aut aderunt. Quibus vrinæ perſpicuæ albę ſunt, improbæ,præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria ſublata,murmurãtia,ilium H
dolore accedente,ijs alui humectant, niſi flatus erumpant: vel vrinæ proueniat copia: hæc ſanè in febribus. Quibus ſanguis vel pus mingitur,renum vel veſicę exulcerationis eſt argumentũ. Quibus in vrina craſſa exiſtente minutæ carunculę tanquam pili pariter adueniunt,ijs à renibus excernitur. Quibus in vrina craſſa exiſtente furfuracea eminguntur, eorum veſica ſcabieſcit. Quibus ſponte ſanguis mingentibus exit,eis à renibus ſignificatur venulę fractura. Quibus in vrinis arenoſa ſubeſt materies,ijs veſica calculeſcit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum ſignificatur. Quibus bilioſæ hypoſtaſes, ſuperne autem tenuitates, celerem ægritudinem ſignificant. Quibus in vrinis inſident bullæ, ex renibus ſignificant ægritudinem, eamq; longam fore. Quibus febrium vertigines à principio ſunt,& pulſatus capitis, & vrina tenuis, eis expectãda eſt ad criſes febris acumine augeri: nec mirabor cum caput circũferri videbitur, ſi in amẽtiam decident. Quibus pinguis hypoſtaſis,& accumulata,ijs renum vitia,& acuta ſignificantur. Quibus ex renibus laborãtibus prædicta ſigna ſint,laboreſq; circa muſculos ſpinales extiterint, ſi in locis ſint exterioribus,abſceſſus,quæ Græci apoſtemata vocant, foris expecta futuros: ſin in locis interioribus fuerint dolores,abſceſſus in interioribus fore expectato. Si ſanguinem meiat et grumos,ſtranguriaq; affligatur,dolorq; ad perinæum ac epigaſtrium incidat, ſignificat circa veſicam eſſe ægritudinem.

A tudinem. Quibus à principio vrinæ sunt nebulosæ, vel etiam crassæ, purgandi sunt, si cætera conferre videbuntur. Quibus à principio vrinæ sunt tenues, ijs medicamen ne exhibeas: at, si videbit, clysteribus vtere, ita nanq; si curentur, profuerit. Quod futurum quoq; est, ex vrinis licebit conijcere. Nam si densior, vel pallidior, melior erit vrina: si tenuior et nigrior, erit deterior: salutē nanq; pronunciat. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifesto nūc crassiores tenuibus comparans dixit: non naturalibus autem tenues & nigras, pessimas ad solas tenues effectas, minime concoctam significans ægritudinem: integre nanq; tenuis aquosa est, & perinde etiam alba. Quòd si mutationes habeat, tempus significat: & necesse morbum commutari ad inæqualitatem in deteriorem & meliorem. Ex febribus inquit porrò Hippocrates præcipue morbis vrinarum significatio colligitur vtilissima. Sed quoniam omne cōtra naturam ab eo quod est naturale inuenitur, à naturalibus sumamus principium. Vrina igitur in sanitate et habitu bono cōstitutis hominibus, optima est, quæ subrutila, aut subflaua, crassitudine mediocris, quæq; colorem non mutat, cumq; emicta fuerit, læuem & albam & æqualem perpetuo seruat hypostasim iuxta bibentis rationem. In fœminis naturalis vrina colore albior sit, q̄ in viris, ferè necesse est, maioremq; habeat hypostasim. At infantium crassa est hypostasis, propter puerorum voracitatem, inordina-
B tumq; & intempestiuum motum. Læuem inquit Galenus hypostasim vocat Hippocrates, continuam & indiuulsam significare volens, lęue siquidem opponitur aspero: æqualem vero, vt in totum semper similem mingat: nam quæ manet concocta, neq; deinde inconcocta, non vtiq; hypostasim vel profusionem totam habet inæqualem. Si quæramus igitur in naturali vrina colorem, vel profusionis constitutionem, & quæ à profusione inferuntur, vt nebulam, subnebulā, suspēsam, & in fundo hypostasim, non dubium quin ad hæc conuersa vrina inconcoctionem indicet in venis esse. ‖ Optima quidem, inquit Hippocrates, vrina est in ægrotantibus, quæ simillima sanorum vrinæ, subuiridis vel subflaua, & albam & lęuem & æqualem habens hypostasim: At deterior, eleuationem habens albam & lęuem & æqualem. Est porrò hac inconcoctior, quæ nebulam habet, quæq; est subternubilata. In qua enim flatus est in profundo crassus & incōcoctus, si exiguus quidem sit, extrudit reliquam materiam, vt ad fundum vasis deferatur: ipsamq; dispescendo dirimendoq; vniri non permittit. Quòd si redundet incōcoctus in fundo flatus, attollit ad profusionis medium hypostasim, facitq; eam sublimitatem appellatam. Quòd si flatus impendio plus fuerit incōcoctus, ad extremum profusionis agit hypostasim, quæ nebula nominatur aut subnebula. Quanto igitur potuerit flatus distribuere, nec sustollere hypostasim, tanto inconcoctiorem esse vrinam
C arbitrator. Quòd si neq; hypostasim, neq; sublationem, neq; subnebulam, neq; nebulam vrina habuerit, sciendum est morbum facientes humores naturam concoxisse. Quòd si quandoq; quidem habet hypostasim, vel sublationem, vel subnebulam, vel nebulam, quandoq; autem non, pugnam naturę ostendit cum ægritudine. In puris nāq; tertianis & quotidianis nebula solum, vel sublatio, sæpenumero ad morbi solutionem sufficit: quandoq; vero bene coloratam duntaxat esse vrinam. Plerunq; ēt color albus eius quod intus apparet illatum in profusione, fallit ignaros, q̄ hypostasim vtilem quę non sit, esse opinentur: euenit siquidem vt crudus humor & albus cum vrina excretus subsidat, præbeatq; videndam vtilem hypostasim. Quandoq; etiam iecore aut renibus languentibus pus cum vrina excernitur, & subsidendo fallit etiam minus acutum artificem: sed prius definiendum excutiendumq; est languere hominem aut ex renibus, aut ex iecinore, alio've membro, vnde per vrinam purgari cōsueuit: deinde etiam grauiter olens puris particeps inuenitur. At crudus humor per vtiles hypostases distinguitur ab inæquali substātia eius quod subsidet: neq; enim id sibi continuum manet, sed in minutas partes dispescitur tanquam arenulas: neq; omnino lęue est, sicut vera est hypostasis. Subinde vtilium vrinarum primum quidem apparet nebula: deinde succedens sublationem facit: postremo residens in fundo vasis hypostasim facit, cum perfecte id
D concoctum fuerit. Verū in crudis humoribus statim ab initio in vasis fundo substernitur vis multa, q̄ non sit vtilis sed mala tota profusio: deinde pedetentim concocta & attenuata ad medium sustollitur profusionis, facitq; sublationem. Cum vero attenuatior ac concoctior euaserit, subsidet in profusione & nebulam facit: planeq; ignaros fallit, vt existiment in deterius lapsam esse valetudinem. Si fuerit vrina magis biliosa, inquit Agrius Hippocratis interpres, & hypostasis similis, debes euacuare, siue per vrinas, siue purgamine. Si bilioſus fuerit color, hypostasis autem alba, erit bilis cum pituita, vtrunq; euacuato. Si color albicans, & hypostasis rufa, seu manifesto, seu obscure, vel plus fuerit, si potentia valida firmæq; sint vires, mitte sanguinem ex vena: sin imbecillis sit, medicamen adhibe, aut ei rei accommodatum exhibe cibum.

In prognosticis cō. 2. t. 26. 4ª. 200. b

Galeno

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS
AD PATERNIANVM

CENSVRA

Liber cum multis rationibus, tum ea maxime omittendus, quòd hæc doctrina in propriis Galeni libris verior & clarior habetur.

PRÆFATIO



Vm mihi proposuissem, charissime Paterniane, omnia Sinigmata tam metallica q̄ aromatica, & oēm herbationem describere, optimum duxi, quia studiosissimum & peritissimū esse te probaui. Itaq; accipe, tibi exē plum voluntatis & ingenij offero. Igitur frater solicite exquire tota tua peritia hanc scripturam: ne autem calumniareris prospexi. Et nequis dum aut herbulam, aut aliquam aliam speciē siue aromaticam, siue metallicam requirit, diutius erraret & totum volumen euolueret, ordine primarū literarum a b c d &c. agam omnia sinigmata nominare: quæ in simplario tractātur, & in vsum medicinæ cadunt. Incipiemus igitur ab a, & sic deinceps ad extremam literam perueniemus.

De Aere Vsto.

Æs vstum fit maxime de clauis cupreis vetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno incendun tur, aspersi sulfure, vel sale, vel vtroq;, vel alumine, & coquuntur. Bonum autem æs, quod est optime vstum, vtpote rubricæ colorem faciet ad ipsa capitula in se, quod enim est fruitius, est combustum. Est ergo virtus & efficacia æris vsti similis squamæ, sed tamen fortior est. G

De Acacia.

Acacia fructus est arboris spinosæ, quæ maxime in Ægypto nascitur. Hic igitur fructus velut oliua exprimit̄, & succus illius in Sole siccatur, & in glebā redigitur. Erit ergo optima acacia quæ est penitus leuis, leuiter subrubra, suauitate odoris sui subacidas transit, & gustu valde styptica: hęc enim maxime de immaturo fructu premitur: nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia viscide stringere potest.

De Aerugine vel Vitreolo.

Ærugo circa aliqua metalla in quibusdā pelagis lente & veluti stillicidium manare perhibetur. Verum & conficitur hac rōne: Granula interiora vuæ, quæ quasi sunt, quę q̄; græce tritapta dicimus, valde substruunt̄ in vase aperto: & asperguntur miua & aceto: deinde superponitur lamina ęrea & lata: & iterum operitur eisdem tritaptis similiter aspersis: & lamina alia superponit̄, & hoc vlterius fit, quandiu vas capit: deinde oppilat̄ diligenter, ne aliquod habeat spiramētum. Et sic die septimo aperit̄: & prolatis laminis, ęrugo, quam traxerint, leuiter abraditur: & rursus intingūtur: & hoc fit vsq; quo totæ consumant̄. Alij sup acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, & diebus decem relinquunt: deinde perferunt, & æruginē quantam inueniunt abradunt. Alij mas- H sulas æris ligant, & eis quasi scobis ligamenta decidunt, in acetoq; mittunt: & quotidie bis aut ter commouent, vsq; quo ærugo euadat. Est ergo optima ærugo quæ est leuis, et tactu nullam asperitudinem habet. Vires autem habet quasi æris vsti, vel lapidis, & maxime acutiores.

De Ammoniaco.

Ammoniacum est quasi lachryma herbę quę græce nartex i. ferula appellatur, similis altit, idest assæ, sed viscosior, & folijs veluti pinguioribus: quæ contrita, est glutinosa quasi gluten. Nascitur autem in terris Ammonis quōdam regis in vltima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum sic: Maximis æstatibus huius herbæ radix & thyrsus inciditur, & sic lachrymam fundit: & postea in terra colligitur: vnde & sordem capit. Verum est optimum ammoniacum quod est mundissimū, & recentissimum, & colore candidum, & quasi pingue vt thus. Et, si frangatur, spissum & splendidum apparet: odore subsimile castorio. Potest igitur efficaciter remollire & relaxare.

De Aloe.

Aloe succus est herbæ quæ est similis scillæ, cuius radice incisa hic ipse promanat succus, & colligitur: vel tota herba contusa premitur, & siccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam collectā in Iudæa, & Asia, atque in India. Verum optimam iudicamus, quæ est fragilis, gleba mūda, pinguis,

splendida

A ſplendída,ſubrufa,& dum aliter facile exhumidatur odore,ſubuiſcoſa, & guſtu amariſſima. Effectum aũt duplicem habet. Si enim bibaẽ & deglutiatur,ventrem ſoluit, & purgat putredinem, & choleram & phlegma deducit: cum oxymelite datum 3 ñ,ſtomachicis & hepaticis magnum adiutorium eſt. Alij poſt cœnam bina vel trina grana ſicut ciceris magnitudine deuorant,qm̃ corpus procurat,& eſcas non corrumpit: &,ſi ſitis fuerit,extinguitur,qñ triueris cum ſucco caulium, & feceris ad ciceris magnitudinem. Alij miſcent colocynthidos interiora & ſcammoniam, & dant ad typos,vel ad varias infirmitates. Si vero corpus extrinſecus illiniatur,efficaciter ſtringit.

De Amylo.

Amylum omnibus notum eſt: eſt enim quaſi medulla frumenti, quod infundiť in ſportellam, & cum preſſura colatur. Cuius eſt optimum quidem, recentiſſimum & candidum & leue & ſine vllo acrore vel lutoſo aliquo aut inquinoſo odore. Poteſt autem leniter ſtringere: propter quod collyrijs ad lachrymam facientibus miſcetur: & ad profluuium ventris prodeſſe comprobatur.

De Alumine.

Alumen dicitur rotundum, & ſciſſum, & liquidum. Inuenitur autem omne alumen in inſula quæ Melos dicitur,ſed & in Ægypto, & in Macedonia, & pluribus locis. Verum eſt optimũ ſciſ-
B ſum alumen,quod græce ſchiſton dicitur, quiq; illius rotundi veluti flos eſt. Hoc igitur ſimile eſt albis capillis vexatis,& quodam modo carminatis. Liquidum deinde, quod eſt leue, perlucidum, & aliquid in ſummo in modum floris quaſi lactis habet, quod ipſum probamus ſiccum ad dulcorem. Syncerum autem ſi fit, non inficitur ab illo. Rotundum eo q̃ eſt ſubalbidum, & aliquo pallore velut pinguenatum,fragile,mundum: et colorem mutat aſperſo ſucco quem diximus. Poteſt autem omne alumen vehementer ſtringere.

De Auripigmento & Pſilotro.

Auripigmentum,quod aliqui arſenicum dicũt,naturale eſt. Intrinſecum colorẽ habet aureum: quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur, quod in modum auri refulget. Inuenitur in montibus Aſiæ,& Armeniæ, Ponticæ,& Cappadociæ. Verum eſt quod de Amiſta & Diſponto affertur,hoc enim laminas habet latiores,& optimum eſt,& ſynceriſſimũ, & aurigeneo colore limpidiſſimum. Vires quoq; habet ſicut ignis,q̃ vrere poſſit,& alienationes conſumere. Si cum calce viua miſtum fuerit & corpori illinitum,pilos tollit. Vnde græce hæc ipſa miſtura pſilotrum dicitur,latine acilea nuncupatur.

De Aphronitro.

C Aphronitrum optimum eſt quod eſt leuiſſimum, cãdidiſſimum, latum & fragile. Poteſt enim & calefacere,& cum aliqua mordacitate relaxare,& omnes ſordes de corpore abſtergere.

De Aloſardio.

Aloſardium eſt veluti pinguamen,quod aquis ſupernatat,ſtantibus prout ſtant alia,colore croceato. Cuius optimum eſt quod nullo fallimine colligitur: hoc enim coloratiſſimum eſt, & cum aliqua pinguedine,aquoſum,& penè putridum. Poteſt igitur acriter & incidere, & calefacere, & quaſi ſal aliena conſumere. Item collyria & malagmata colorare.

De Alcimonio.

Alcimonium ſpecies habet duas: videtur autem ſiccum, & liquidum. Aliqui aiunt vtrunq; lachrymam eſſe arboris, qui in Iudæa & alijs locis naſcitur. Alij quidem certius veluti pinguamen ſtagnorum eſſe dicunt, valde glutinoſum & in ſe cohærens, & aquis paluſtribus ſupernatare: hoc igiť in ſcaphulis puſillis attrahi,& imponi,& impletis ſcaphis non aliter præcidi: & ſic in terra expoſitum ſiccari: & hoc ipſum maxime in Iudæa & alijs locis fieri: Liquidum autem quod in Babylone & Iacintho colligitur circa quoſdam lacus. Eſt igitur ſiccum aſphaltum,quod eſt optimum, frigidiſſimum,& colore rufo veluti purpura ſplendens: quod autem nigreſcit,pice adulteratur li-
D quida: deinde quod eſt lucidum et glutinoſum,vtrunq; odore grauiſſimo. Vires autem habet viſcidas,& efficaciter relaxantes.

De Aphroſelino.

Aphroſelinum in Ægypto tantummodo inuenitur: quod ita creatur: Ros cœleſtis poſitus ad Lunæ claritatem,in ſpecie lapidis,quem ſpecularem vocamus,coagulatus ſtringitur: vnde & nomen ſumpſiſſe videtur. Cuius eligimus quod eſt colore cœruleo & lucido. Poteſt autem omnia vitia capitis potatum emendare: & cephalalgicis,& epilepticis vtiliter prodeſſe.

De Argemone & Eupatorio.

Argemone herba eſt pluribus nota, cuius vires faciunt contra venena ad diuerſas compoſitiones. Huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt,& eſt diuretica valde.

De Apio.

Apium herba eſt,quæ in hortis naſcitur,omnibus nota: & cuius ſemen facile nouerunt, magis tamẽ ad medicinam aptum eſt. Mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Eſt autem viribus acrius,& excalfactorium,& diureticum certum.

De Aniſo.

Aniſum optimũ eſt Creticum, deinde Ægyptium. Gallicum incertiſſimum, verũtamen habet

vires

vires relaxantes,& excalfactorias,& diuretícas, & ad vſum idoneas. Et eſt ſemen eius ſimile cicu- E
tæ. De nutrientibus,ſi bibatur,lac prouocat & auget,odore eius ſuaui.

De Agarico.

Agaricum ab arboribus excreſcit,prout tubera vel boleti: & eſt fractu leue,& quaſi vanum: eſt pallidum valde, & aſpectu ſubrubrum,penitus ſubalbidum, non diſſimile furfuri: guſtu initio vi detur dulce,ſed ex lento euadit amariſſimum. Quod autem eſt optimum, in Ponto maxime inue nitur: quod autem in alijs locis naſcitur, multum eſt ineptius. Vires autem habet acriter relaxan- tes, & venenoſis morſibus & potibus reſiſtẽtes. Sic & ventrem purgat aliquatenus: & choleram & phlegma deponit. Ideo nec dolorem,nec vomitum facit.

De Abſinthio.

Abſinthium omnibus notum eſt: & Sãtonicum,tam Gallicum & marinum,q̃ Ponticũ, quod ipſum ex omnibus notum eſt. Hoc enim & in ſuccum redigitur contuſa tota herba: & ſuccus eius expreſſus ſiccatur, vel in aqua vſq; ad tertias decoquit̃: & ſic ipſa aqua recocta in mellis redigitur ſpiſſitudinem. Vſus quoq; & vires abſinthij,& q̃ lumbricos expellit,nemo ignorat.

De Amurca, vel Fæce Olei.

Amurca fæx eſt olei quando premitur, nigra & aquoſa: quæ coqui ſolet in mellis ſpiſſitudinẽ. F
Cuius eſt optima quæ de recenti coquitur: & ſic venuſtatem accipit. Vires habet ſtypticas, valde propinquas ei quod in emplaſtris inuenitur,& in alijs multis compoſitionibus.

De Ariſtolochia.

Ariſtolochia eſt rotunda. Et hoc ipſum quod non eſt vetuſtum & graue, ſiccum, & quodam modo ſpiſſum,& guſtu amarum,in emplaſtris mittitur,& caua vulnera comprendit et replet. Ad viperarum morſus,& ad alia venena intrinſecus facit.

De Aconito.

Aconitum herbula eſt,quæ folia habet à ſua radice duo vel tria ſiſia cucumeri, & thyrſulum nõ altũ,radicem oblongã,& ad vnũ magis tenuiorem & minutiorẽ, ſpeciem & colores ad ſimilitudi- nem ſcorpionis puſilli ſine pedibus. Vires aũt habet quaſi thapſia. Et valde venenoſa eſſe dicitur.

De Artemiſia.

Artemiſia herba eſt ſubſilis abſinthio, ſed q̃ oĩa vaſtior,i. foliis latior, ramis altior, & fortior,ſed aſpectu & colore humidis. Poteſt aũt relaxare,menſtrua & vrinã prouocare,& partum expellere.

De Aſparago.

Aſparagus,& ſemen & radix eius vrinam prouocat. Poteſt duritiem relaxare. Vires habet ali- G
quatenus calefactorias,& diureticas.

De Amygdala.

Amygdala eſt & ſuauis & amara: & vtraq; viribus ſtyptica. Magis tamẽ ſunt in vſu medicinæ & aptiores amaræ,eo q̃ ſubtiles magis.

De Anagallide.

Anagallis eſt herba,quæ naſcitur in locis humidis. Et ipſa ſpecies habet duas, etenim vna cæru leo flore,altera quaſi roſeo,verum vtræq; ſunt in reliquo ſimiles. Sunt autem thyrſulo humili, fo- lijs mollibus & puſillis & quaſi rotundis, habẽtes circa ramulos ſuos radiculas minutas & ſubdul ces,viribus ſtringentes. Efficacior quidem eſt illa cærulea,quę in emplaſtris mittitur. Et ſuccus il larum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De Ami.

Ami ſemen eſt Æthiopicum,cymino minutius quidem,& exalbius,et quodam modo ſpiſſum. Cuius optimum eſt quod eſt recens, & non furfuroſum. Vires habet acres, & excalfactorias, & relaxantes: vnde prorſus inflationem ſedat,& vrinam & menſtrua prouocat.

De Ardacha. H

Ardacha naſcitur in Gallia,locis humidis, circa calamos, quibus adhæret: & eſt ſpuma quæ eſt in ſpecie ſpongiæ,conſimilis halcyonio,ſed aſperior,& ſiccior,& leuis valde. Vires habet acres,et in modum ignis excalfacientes. Et ſi corpus de ea fricemus,cum magno calore punctionis denſat, & anathema facit.

De Amomo.

Amomum genus eſt herbæ odoratiſſimæ,quæ ramulos habet duros & ſiccos, virgulis aſſimi- les,colore ſubrufo, circaq; folia habet iuncta & copioſa, & in ſpeciem racemorum implicata: flos eius,quaſi violę,tota guſtu acriter excalfaciens. Cuius etiam optimum dicitur Armenium: ſequit̃ Ponticum,quod ipſum aſperius eſt & durius: nam de Media, omnium eſt inertiſſimum, eo q̃ lo- cis humidis naſcatur. Vires aũt habet omne amomum calefacientes & ſiccantes. Eligere tñ debe mus, quod ab vna radicula omnes ſuos ramulos excreſcentes & integros habet foliis & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus quod gummi conglutinatur coniunctum cum amo- mo aut amomide herba,quæ eſt aſſimilis,ſed caret odore,& flores habet origano ſimiles.

De Aſaro ideſt Bacchare.

Aſarum radicula eſt minuta, & nodoſa, & tranſuerſa, ſuauiter olens: quæ & in Gallia & in

Phrygia

A Phrygia inuenitur. Verum optimum Aſarum Ponticum, & huius quod eſt recentiſſimum. Vires autem habet excalfacientes, & cum acrimonia relaxantes. Vnde & vrinam, & mẽſtrua prouocat: & totum corpus calefacit, cum oleo & vino iunctum atque læuigatum.

De Acoro.

Acorus herba eſt, quæ & thyrſum emittit, & folia iridi ſimilia, lata, & oblonga, & exalbida, & in ſummo extẽſa, & acuta, quali gladius. Florem aureũ habet, radicẽ quoq; implicatã, & nigriorẽ, q̃ iris habet, nodoſam, & guſtu acrẽ, & aliquatenus ad odoratum. Semẽ plenũ, ſpiſſum, integrum, & ipſum odore ſuaui perſtringitur, qũo & meu: & per omnia eſt efficacius, & magis excalfacit. Et intra ſplenẽ videtur conſumere potum. Et ſuccus radicis illius claritatem oculis facit mirifice.

De Auena.

Auena creſcit in ſegetibus: & eſt tota ſimilis folijs, & culmo frumento: ſed fructu differt. Hæc igitur vires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De Portulaca.

Protulaca omnibus nota eſt. Ea viſcide ſtringit: proprie tamen, maſticata dentium offenſam, quæ ab immaturis fit, quam græce hæmodiam dicimus, ſanat.

B *De Aſphodelo.*

Albucus, qui dicitur aſphodelus, naſcitur in molli terra: & habet folia ſimilia porro capitato, & circa terram diffuſa: thyrſum lenem, rotundum, & oblongum: in ſummo ramulos excreſcentes, habentes florem exalbidum, fructiculum nigrum: radices quoque oblongas, & rotũdas, quę ſunt potentiores: Combuſtæ enim & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ipſa bibita renibus dolentibus prodeſt. Vrinam & mẽſtrua prouocat: & ad tuſſim veterem facit: nam tunſa & im poſita duritiem emollit.

De Abrotano.

Abrotanum omnibus notum eſt, & amaritudine, & acrimonia ſua. Similiter vt abſinthium proficit: ſic & lumbricos expellit.

De Anetho.

Anethum vires habet acres & excalfactorias, & diureticas, aptas & idoneas rurſus ad infrigidationes omnes inteſtinorum.

De Gramine, quæ dicitur Agroſtis.

Agroſtis herba eſt, quæ in campis naſcitur: & habet folia quaſi auena puſilla, & veluti vinculis C in terra repentia, nodoſa, radiculas quoq; longas ſpiſſas nodoſas, quæ faucium vulnera glutinat: potata vrinam prouocat. Canes etiam quando volunt purgari, hanc herbam manducant.

De Armeonio.

Armeonium vel minium optimum dicimus, quod eſt leue, æquale, cæruleum, fragile, ſine lapillis. Vires habet chryſocollæ, & tamen inferiores. Proprietate genas ſiccat, & nutrit palpebras.

De Haloſachne.

Haloſachne eſt veluti ſpuma maris, quæ in petris inſidet & remanet. Vires habet quaſi ſal, & omne nitrum.

DE BDELLIO

BDellium lachryma eſt arboris, quæ in Arabia naſcitur: quod in modum reſinæ manat. Optimum eſt, quod perlucet cum aliqua pinguedine prout chryſocolla, et guſtu eſt amarũ, mundum, & nihil in ſe ſordidum aut alienum habet, molle, & ab igne odorem ſuauem emittit. Poteſt tamen penitus & in inſtanti excalefacere, durities neruorum emollire, & ſtricturas relaxare, & ea quę ſine collectione habet euaporare. Sed & adulteratur gummi ipſius: quod guſtu & ſapore deprehendimus, amittit enim ſuam mordicationem.

D *De Balauſtio.*

Balauſtium flos eſt ſyluaſtici mali granati: cuius floris aliquæ ſunt ſpecies. Inuenitur autem & album, & purpureum, & ſimile roſæ. Et quidem ipſum vires eaſdem cytinis habet.

De Butyro.

Butyrum fit ex lacte bubulo & ouillo. Eſt aũt optimũ ouillũ, quod colore ſubrufo, & amplius eſt pingue: quod ita conficitur: Emittit.n. in capillam longã: et cum virga, quę habet in capite rotulam, quæ intra cupã capere poſſit, agitatur diutiſſime hoc ipſum lac: & fit vt quod eſt illius pinguiſſimum ſupernatet: quod colligitur, & in vaſculo reponitur. Optimũ eſt ergo butyrũ, quod eſt pinguiſſimum, & ex ouillo lacte æſtate factum. Vires autem habet leuiter relaxantes: vnde ad vuluæ dolores, & tumores, & loca neruoſa, & delicata, & ſiccitatem pulmonis, proprie vr̃ facere.

De Batrachio.

Batrachium herba eſt in modum cicutæ, ſimilis coriandro vel apio, areſcens veluti ferula: & in ſummo florem habet aureum & ſplendidũ valde: & radices ſubalbidas & longas. Naſcitur in locis humidis. Vires habet cauſticas, & exulcerantes.

De Bryonia.

Bryonia, herbæ radix eſt plerunque habens vaſtitudinem rapæ, & longitudinem paſtinacæ.

Viribus acris,& calefactoria: propter quod oleum, in quo est cocta,ad acopa,& malagmata facit, E naturaliter nascens in plurimis locis.

De Bulbo Erratico.

Bulbi erratici flos est rufus, & odoratus. Cuius est optimus, quod longitudinem & æqualem habet vastitudinem,& nimiã vastitudinem, in summo veluti apicem abijcientẽ, recens,et aspectu prout succinum perlucens,& ad tactum non humidus,& ad gustum linguam submordens, & saliuã diu multumq; inficiens: huiusmodi enim erit optimus,licet cornetum,licet sium,vel ægeum, vel selgium, vel syriacum, & cyrenaicum, & centuripinum, siculumq; appellemus, vel liquid est aliud,a suo tractu taliter cognominatur. Vires autem habet omne crocũ leuiter stypticantes: mitigat enim omnes dolores commistum collyrijs, antidotis, & alijs quàm pluribus compositionibus. Verum adulteratur oleo rosaceo perunctum: atq; de fructu,lęuigata cum ea spuma argenti, aut molybdæna, aut lapide sparto: sed dignoscitur, aliquid enim tactu bulluastrũ inuenitur: odor situosus & terrenus: & de fructu,austerus occurrit: & est entissimus.

DE CADMIA

CAdmia fit in metallis vbi ęs,cuprum,& argentũ,coquitur: & cõflatur,qñ prima terrea pressa sunt.Nã quod est terreũ,coctura ipsa separat, & quasi fuligo lateribus & cameris ex ipsa ple- F nitate furnorum agglutinatur: & sic tpe crassatum, & in speciem lati lapidis induratum auellitur. Est ergo optima cadmia,& quasi prima,quam Græci botrytin appellant: quæ extrinsecus, quasi racemulos habet,& intrinsecus subuiridicat. Secunda,quã onychiten appellamus. Tertia ostracitis,quę est tenuissima,& aspectu testę assimilis. Ois tñ cadmia stiptica est,& vehemẽter stringere potest: propter quod collyrijs miscetur,& vulnera sordida expurgat,& ad cicatricem perducit.

De Ceruſa.

Ceruſa sic fit: Acetum acerrimum funditur in amphorã, vt faciat quasi dimidiam: deinde plũbum dilatatum,& extenuatum super acetum suspẽditur: & sic ipsa vi aceti remissa in soluto plumbo in amphora, veluti fæx subsidet: quam fęcem de limpidato aceto læuigamus, & in Sole siccatam terimus,& ex aqua tandiu lauamus vt nihil habeat asperum, & lęuigatam aquam in Sole siccamus. Cuius est optima, quæ est candidissima & non grauissima, & quæ lingua nõ denigratur. Vires autem habet stypticas: sed ex aqua,& vino potata,venenosa esse dicitur.

De Chitran.

Chitran lacticinium est q̃ plurimarum arborum: oĩbus notum est: Cuius quasi optimũ eligimus,quod est candidum,& mundũ,& glutinosum. Prestat aũt,quod & dragantũ facere dicimus. G

De Chalcitide.

Chalcitis gleba est naturalis,quæ est in Cypro insula: quæ in metallis inuenitur, colore subaureo, intus venas habens diffusas prout alumen scissum, & in modum stellarum fulgentes. Cuius est optima,quæ est recentissima,& mundissima, & æqualiter fragilis. Potest igitur sine mora vehementer stringere: vnde ad profluuium sanguinis,humoris,& ventris,habetur vtilissima.

De Como.

Comum herba est omnibus nota,cuius semẽ est simillimum anisso,& ad vsum medicinalem colligitur.Refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur,nam & ipsum eadem præstat. Verum optimum comum habetur Creticum.

De Caſtorio.

Castorium animalculum quadrupes: & qui Castor appellatur,testiculus eius est: quod partim in aqua,partim in terra viuit,& circa aliqua flumina capitur. Verum optimũ castorium est ponticum: hoc enim plenissimum inuenitur, & cohærentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo, odore grauissimo. Potest igitur firmiter excalfacere, & relaxare, & sic elimare longinqua vitia neruorum,quæ nimijs doloribus contrahuntur. H

De Chalcantho.

Chalcãthum in metallis inuenit. Cuius est, quod naturaliter fodit. Cuius quoq; optimũ dicimus,quod est colore cœruleo potius, q̃ pallido. Et aliud, quod ex hoc quidẽ fit. Admista.n.aqua copiosa coquit in plũbeo vase satis amplo: & sic ex partibus copiosis instãter compositis veluti laminæ insequunt: post quod ipsum chalcãthũ in glebulas dispartitũ spartitoris agglutinat. Verũ est optimũ,quod est colore prout diximus cœruleo,graue,mundũ,perlucidum,& viscide stringere potest. *Item de Chalcantho.*

Chalcanthum in metallis fit. Quando enim æs remissum est, & purificatur,aqua frigida aspergitur subito,aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij: & optimum est, quod est rotundum,graue,& aliquatenus splendidũ, siccum,fragile si læuigetur. Adulteratur tamen scobe æris, quæ frangitur. Verumenimuero æris flos vires habet viscidas, & stringentes: sic enim cicatrices deducit,& factas in gulis extenuat.

De Crocomagmate.

Crocomagma fit expressis aromaticis crocini vnguenti: & est quasi gleba lata,& oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorẽ, & similiter redolet vt myrrha, & gustũ linguam submordet,

A ſubmordet,dentes quoque & ſaliuam & manus inficit,graue,& minime aſcloſum. Vires quoque & ipſum croco repræſentat, ideſt ſtypticas: nam & hoc ſtringit. Plures aũt in compoſitione propter precij diſtantiam pro crocomagmate mittunt crocum.

De Cucurbita Syluestri.

Cucurbita ſyluatica naſcitur maxime in Ægypto,magnitudine ſimilis infantili pilę,guſtu amariſſima, nota quàm pluribus. Hęc igitur amaritudine & acrimonia ſua viſcide,& cum vexatione totum corpus commouet,ſic & ventrem purgat, & in antidotis commiſcetur.

De Centaurea.

Centaurea herba eſt origano aſſimilis, aliqua maior, & aliqua minor: verum folia habet magis oblonga, quàm rotunda, inciſa quaſi ferula: ramulos ab ipſa radice plures, & longos, in quibus ſummus flos illius eſt purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exaſperatione laxantes: vnde totum ventrem purgat, & nigram bilem prouocat, & menſtrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius eſt vaſta, ardens velut ignis,mollis, fragilis, ſuccoſa, acris cum magna amaritudine. Cuius ſuccus eſt colore ſubrufo,& facit ſuſpiriosis & tuſſientibus.

De Chelidonia.

B Chelidonia herba eſt omnibus nota: Quæ ſuccum quaſi croceum emittit: qui in icteritijs citrinis & in nigris bibitur: & collyrijs miſta ad caliginem oculorum facit.

De Cedro.

Cedrum lachryma eſt arboris eiuſdem nominis, ſolidum,viſcidum quoque & ipſum efficaciter,& omni vexatione refrigerat,& ſtringit,propter quod maxime cauſticis admiſcetur.

De Cinadar.

Cinadar non eſt ſanguis draconis,quod aliqui putãt,ſed fit de lapide, q̃ dicitur argyritis arena. Et eſt optimum, quod in Hiſpania fit: hoc.n.ſplendidiſſimum eſt, & coloratiſſimũ eſt colore ſanguineo,veluti coccineo. Poteſt igitur leniter ſtringere,quapropter quidẽ collyrijs additur: ſed & coloris gr̃a,inficit.n.& colorat adhuc magis, q̃ hæmatites. Aliq̃ dicũt ipſum eſſe miniũ cinnabar.

De Cera.

Cera omnibus locis inuenitur: Sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis eſt, munda, & odore ſuaui, & quaſi melleo. Verũ omnis cera remollit & laxat duritiẽs, propter quod in emplaſtris,& acopis,& malagmatibus mittitur.

De Careo.

C Careum eſt ſemen oĩbus notũ. Cuius & vſus & efficacia ferè talis eſt,qualis & apij: hoc tñ aliquatenus viroſius videtur eſſe,et magis ad compoſitionem idoneũ: verum in antidotis,& in purgatorijs mittitur. *De Cypero.*

Cyperus radiculæ ſunt puſillæ,non diſſimiles oblongis oliuis. Quarũ eligimus, quæ ſunt grauiores, & ſplẽdidiores, ſed & duriores, & veluti lanuginem habẽtes ad ſiſ̃itudinẽ ſpicæ, & ipſę colore fuſciores,redolentes ſuauiter,& guſtu acres,& ſubamaræ. Viribus excalefacientes,& aliquatenus ſtringentes. *De Cocco Cnidio.*

Coccus cnidius fructus eſt herbę,quæ in montoſis creſcit. Autumno colligitur,& in Sole ſiccatur. Duos habet veluti cortices, vnum extrinſecus rubrum: alium intra ſe, quaſi nucleum albũ habentem. Verum purgat vehementer: & nimio ſuo calore prout ignis excalfacit.

De Cyclamino.

Cyclaminos herba eſt, quæ radicem habet nigro cortice, clauſam in ſpeciem rapæ, & thyrſulum puſillum: circa quam folia ſimilia hederæ,ſed nigriora,tria vel quatuor: & floſculum roſeum in ſpecie. Hæc igitur radix,quo tempore tota herba floreſcit, concidit, & in pila tunditur: & ſic in preſſorio ſuccus eius exprimitur: & in patella fictili ſiccatur,vel etiam coquitur, vſq; dum mel-
D lis habeat ſpiſſitudinem. Vires autem habet acres & excalfactorias: vnde & ventrẽ purgat. Hic ipſe ſuccus potatus,& commiſtus cum melle,aut cum lacte,aut aceto,per nares infuſus, caput purgat: & ſufflusiones ſuper oculos inunctus diſſipat.

De Coſto.

Coſtũ radiculæ ſunt non ignotæ, & plenulæ, & ſpiſſæ, & ſiccæ,non vermiculoſæ. Quod ducimus ex Creta,eo quòd ſit recens,tale eſt enim optimum coſtum. Sed et guſtu ſubmordet,& excalfacit. Hæc omnia in ſe habet, quod ab Ægypto affertur: ſequens eſt Arabicum, hoc enim leuius quidem,& odore ſuauius: deinde Indicum,quod eſt vaſtum,& nigrum, & leue, prout ferula: infirmius Syrium eſt, ſtrictum eſt enim, colore buxeo, & graue valde, & odore graui. Verum omne coſtum vires habet acriter ſtringentes,& excalfacientes.

De Cantharidibus.

Cantharides animalcula ſunt: Quorum ſunt efficaciſſimę, quæ in ſpicis frumenti adhuc floreſcentis inueniuntur,virides,& quaſi diſtrictæ circa papillas ſuas, violaceo colore, oblongæ,& vaſtæ: inertiores enim ſunt & minores & latiores, quæ circa roſas colliguntur: & adhuc infirmiores quoque vt colore ſunt. Hæc enim animalia momento à vapore aceti ſuffocantur, & in vas nõ picatum reponunt: Faciunt.n.ad aliquas antidotos, & ad aliqua cauſtica: ſed venenoſa eſſe dicunt.

De Chryſocolla.

Chryſocolla eſt quaſi puluis viridis valde: Cuius optimam dicimus de Armenia, eſt enim leuis, & ſine vlla aſpredine, & omnium viridiſſima: ſequens eſt Macedonica: poſtq; Cypria, ærugini ſimilis. Verum omnis chryſocolla vires habet acriter ſtypticas. Vnde & collyriis ad lachrymam facientibus miſcetur: & in cerotis poſita carnes luxuriantes ſtringit.

De Caliſiua.

Caliſiua fit de lapide, qui affectatim vritur: & eſt viſcidiſſima, quæ eſt recens, & non mundata. Mittitur autem in emplaſtris & in cauſticis, eſt enim & ipſa cauſtica, & vires habet acerrimas

De Coriandro.

Coriandrum notiſſimum eſt. Huius ergo ſuccus viſcide refrigerat & ſtringit: propter quod ad ignem ſacrum proprie facit, ſed & ipſa folia trita & impoſita. Item ſemen eius tritum & potatum cum oleo lumbricos occidit.

De Cymino.

Cyminum viribus præcipuis præditum videtur Æthiopicum: ſequens Afrum. Verum omne cyminum leuiter laxat, & calefacere poteſt: & ſic inflationibus, & tortionibus prodeſt: & viſci de dolorem placat: & ſi bibatur, pallorem facit.

De Chamæleonte.

Chamæleon herba eſt non vna ſpecie. Inuenitur autem nigra & albida. Verum albida, eſt quæ folia habet circa ſuam radicem in terra diffuſa, varia, denſa, aſpera, quaſi ſpinoſa: & in medio velut ſurculum acutum ſtantem: florem purpurem, dēſum, & minutum, qui & albeſcit: ſemen quaſi anethum: radicem albam, & vaſtam, mollem, grauiter redolentem, guſtu ſubdulcem: Quę cum paſſione vrinam mouet, & hydropicos ſiccat, & lumbricos occidit. Nigra deinde quæ eſt, folia habet tenuiora, & pauciora, & ſubrubicunda: thyrſulum oblongum, craſſitudine digiti, & ipſum ruſum: in quo ſummo cumulum, & florem ſpinoſum, hyacinthino colore: radicem vaſtam, & nigram, vel variam, ſpiſſam, ſubruſam, & ſubmordentem, ſicut aſſeritur: Quę facit ad maligna vlcera, quæ græce cacoethe dicuntur. Item maculas & lentigines cum aliis rebus commiſta tollit. Vtranque tamen quibuſdam locis circa folia ſua dicunt viſcum emittere.

De Cardamomo.

Cardamomum ſemen eſt, quod naſcitur in Arabia, & in aliis locis. Eſt optimum, quod eſt flauum, plenum, graue, durum, & quaſi lentum, & non rugoſum, & totum concluſum, & ſi frangatur puluroſum, guſtu ſubamarum, excalfaciens, odore graue. Vires habet acres, & excalfactorias, relaxātes: vnde tortiones & inflationes ventris ſedat, & vrinam & menſtrua prouocat, & partum expellit, & ad tuſſem veterem facit.

De Chamæmelo.

Chamęmelus herba eſt omnibus nota: Cuius virtus & efficacia eſt cū ſuauitate calefactoria, & cum omni dulcedine temperata, & ſudorem prouocans.

De Calamo Aromatico.

Calamus aromaticus eſt, qui in India creſcit, & ſubrufus, & nodoſus maxime, & quaſi araneas habens, & qui frangitur in plura fruſta ſicca & minuta, & odore ſuaui, fructu & viribus ſtypticis, & glutinoſis, acris & excalfaciens. Reprobamus autem, qui aut exalbidus eſt, aut nigricans, & nodos raros & paucos habens.

De Chamædry.

Chamædrys herba eſt oblōga: cuius folia ſunt ſimillima quercus ſed minora, guſtu amara, thyrſulum & florem ex parte rubicundum habens & puſillum: naſcitur in locis aſperis. Vires habet acres, & relaxantes: propter quod ad tuſſim veterem facit, & menſtrua & vrinam prouocat, ſed & partum expellit, & hydropicis prodeſt.

De Caſia.

Caſia cum plures habeat ſpecies, & aliquibus locis colligatur, Optima eſt, quę in Arabia inuenitur: eſt enim aſpectu grauiſſima, colore rufo, tenuis, leuis, longa fiſtula maiori, ad tactum leuiſſima. Hæc igitur ipſa certis eſt cum virgulis, quæ ſibi creſcunt tenues & oblongæ: quarum cortex tempore certo a virgulis ſuis recedit, & quaſi tribulus adducitur, prout dracones ſquammis ſuis ſe exuere dicuntur. Verum omnis caſia fiſtula vires habet acriter calfacientes & ſtringentes: vnde ad omnia vitia thoracis facit: & in antidotis mittitur, aliquando pro ſe, aliquādo pro cinnamo duplicatis ponderibus eius.

De Chifien.

Chifien eſt quaſi ſuffimenti genus. Quod ex his rebus conficit, calamo aromatico, cinere aſpalathi, myrrha, primo cypero, iuniperis veteribus, & nuce elapidata: puluerizari quę poſſunt, tunduntur, & cribrātur: & ſiccum reliquum in vino maceratur vna die: deinde aſpalathum comburitur, & læuigatum aſpergitur: & tunc mel decoctum admiſcetur: & ſic omnia in vnum diligenter commouentur: & in vaſe fictili reponuntur. Hæc antiqui, qui eis vtebantur. Medici quoque illud in aliquas compoſitiones mittunt. Poteſt autem acriter & efficaciter relaxare.

De

A *De Cinnamo.*

Cinnamum sunt quasi ramuli & virgulæ, quæ ab vna radice plures excrescunt rectæ, & minutæ, & non adeo longæ, & colore subrufæ, & extenso cortice, non rugoso, qui cortex vngue non facile abraditur: nodulos plures & interualla habẽt, & in medio leues: & si frangantur, quasi puluerem emittunt: odore oia vincentes: ferè.n. hæc maxima probatio cinnami est, q̃ est omniũ rerum odoratissimum. Gustu vero & viribus est acre, & excalfactorium: & extẽsos stringit, & submordet: propter quod in multas compositiones mittitur: tamen in antidotis precioſum est valde.

De Cucumere Erratico.

Cucumer erraticus nascitur maxime in locis fabulosis: & est per omnia dulci cucumeri similis, sed pilosior idest asperior, & multo breuior & minor: radicem habet quidem vastam: Quæ læuigata, & pro fomento imposita, ad dolorem vel durities neruorum, & ad podagras facit: & siccata, & rasa, & cribrata, omnia mala de corpore tollit.

De Conyza.

Conyza est omnibus nota: Cuius folia præ acrimonia sua viperas & serpẽtes fugãt, & ad morsus earum faciunt: sed & vuluæ longinqua vicia remediant.

B *De Colchico.*

Colchicon vel ephemerum hanc ipsam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt: effert autem florem album, deinde emittit quasi bulbi fructum in thyrsulo rubrũ: radicem subrusam, & nigricantem, intrinsecus albam & mollem, dulcem, lacte plenam: Quæ dicitur vicem fungi strangulatoris facere: & ferro præcisos sanare linita.

De Clematide, vel Vite Alba.

Clematis, hanc aliqui vitem albam dicunt, flexibilem, subrusam, & quasi circunflexam: folia habet acria & exulcerantia: fructum vuæ similem. Phlegma deorsum deducit & purgat.

De Cnico.

Cnicum thyrsos habet bene longos, spinosos, capitella & folia habentes oblonga, aspera, & vitiosa, & ipsa spinosa: florem quasi croceum: semen oblongum, & quasi angulosum, rubrum, & album: Quod totum ventrem purgat, & phlegma, & choleram deponit. Sed moderate tũditur semen eius: & expresso succo eius, datoq; in ptillana, aut in iure pulli, alumẽ, vel anisum, vel amygdalas miscent: & faciunt dysentericis magnum adiutorium drachmę sex.

De Corallo.

C Corallus est colore rubro, quasi arbustum. Vires aũt habet stypticas: vnde sanguinẽ excreantibus mire ꝓficit. *De Cuculo, i. Vua Lupina.*

Cuculus græce cinenon dicitur, alij strychnon vocant: & est herba facile nota. Nascitur in hortis: ramos habet plures & diffusos, folia autem maiora & latiora: quæ facit grana rotunda & viridia primum, similia quasi granis vuæ: deinde quando maturuerint, nigra efficiuntur: & dicitur vua lupina. Vires igitur habet stringentes, & bene refrigerantes.

De Cano.

Canum optimum habeſ, quod validissimũ est, & est cœruleũ. Inueniſ.n. in metallis, in quibus conflaſ, & quibusdã littoribus maris. Vires hẽt, verum acriter stringentes, & quodã mõ caustícas.

De Cornu Cerui.

Cornu ceruinum Vires habet stringẽtes: vnde ad oẽ profluuium facit. Sed & limatur, & radiſ, & in ouo in potum datur, & lumbricos expellit. Item si suffumigatur, viperas, & serpentes fugat.

De Coagulo.

Coagulũ oẽ stringere & glutinare põt: vnde ad oẽ profluuiũ, aptissimum & vtilissimũ habeſ.

DE DICTAMNO

D Dictamnum herba est mollis, quæ quasi ramos emittit rotundos, & oblongos, nodulos copiosos habentes: circa quos foliola excrescunt similia menthæ, sed exalbidiora, & angustiora: & in summis ramulis floſculum roseum: & in hoc ipso veluti semen nigrum, & similiastrum: odore penè artemisiæ, sed suauiore, & gustu exlento excalfacit cum amaritudine. Vires habet excalfacientes, & leuiter stringentes. Et proprie tamen vrinam & menstrua prouocat: sed & fœtum mortuum expellit: & odore suo viperam & serpentes occidit.

De Diphrige.

Diphriges est veluti fex, quę a cupro vero crescit: quod subinde calefacit: quod similiter vt calx viua vritur: quodq; primum in Sole siccaſ, deinde coquitur. Potest igitur viscidissime stringere, & in modum niuis refrigerare: vnde optimum dicimus, quod gustu validissime stypticum est, & similiter vt alumen exiccat.

De Dryopteride.

Dryopteris filix est, quæ in arbore crescit: quod Græci polypodium vocant: Per omnia iridi terrestri, & specie similis, & efficacia.

De Dauco.

Daucum optimum est creticum. Hoc igitur radicùlam habet oblõgã, crassitudine digiti: thyr-

ſulum eadem longitudine: in quo ſummo floſculum exalbidum, & in medio ſemen, quaſi pilo- E
ſum, magnitudine milij. Eſt & aliud, cuius ſemen oblongum videtur, & cymino ſimile. Tertiũ ve
ro, quod cymulam habet quaſi coriandri. Verum oẽ daucum vires habet acres, & excalfactorias:
ſic protinus ad guſtum linguam remordet, & excalfacit. Vrinam quoq; & menſtrua prouocat: &
partum deijcit: & ad tuſſem veterem, & ad omnia vitia thoracis, quæcunq; fuerint, idonee facit.

De Dorycnio.

Dorycnium, & alicacabum aliqui dicunt. Folia habet colore ſimilia oliuæ, ſed longiora, & aſpe
ra: florem habet album: & ſemen quaſi orobi, & in folliculos: Quod aliqui quaſi amatorium de-
ſcribunt. Verum tota herba venenoſa eſt.

De Cridrio.

Cridrium radicula eſt plerunque puſilli digiti: colore humaceo, ideſt terreo maxime penitus.
Cuius eligimus, quæ eſt ſicca, & ſpiſſa, non vermiculoſa, guſtu excalfaciens. Vires habet acriter
relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

DE EVPHORBIO

EVphorbium eſt lachryma arboris, quæ in Mauritania naſcitur, & vt aliqui volunt, & in par-
tibus Italiæ, quæ Galliæ adiacent. Optimum eſt ergo euphorbiũ, quod eſt recẽs, ſubalbidum, F
& guttulis ſuis aſſimile minuto thuri, guſtu exlento linguam vehementer mordens & excalfa-
ciens. Poteſt autem purgando humores ſtringere, & calefacere aquaticos humores, prout ſinapi
Alexandrinum, quod eſt minus acutum & igneum. Hydropicis maxime datur, & colicis omni-
bus, qui frigidi ſunt. Ventres autem cholericos turbat: & ſitim grauem facit, quia nimis exiccat.
Commiſcebis autem ei petroſelinum, aut aniſum, aut cyminum.

De Ebeno.

Ebenum genus ligni, quod in Æthiopia naſcitur: Cuius optimũ eſt, quod eſt nigrũ, & æquali
*Al. cornu. ter læue, ſimile ſua lenitudine cõruo. Eſt. n. aliud in India, quod aliqua in ſe adiectitia habet ſubru
fa: verum melius eſt ad vſum medicinalem, quod prius diximus. Vires autem habet ad guſtum
acres, & aliquatenus ſtypticas: vnde ſcobes illius in collyrijs miſcentur, & ad vulnera polyhema.

De Ebea ſeu Oliuæ Lachryma.

Ebeas drachi, oliuæ lachryma eſt, & gummi aſſimilatur: & ſil'r ab ipſa matrice oliuæ manat: &
maxime in Æthiopia inuenitur. Cuius eſt optimũ, quod eſt recẽs, mundum, pingue, ruſum, gu-
ſtu ſubmordens. Vires autem habet vehementer excalfactorias, & ad oculorum caliginem facit.

De Elaterio. G

Elaterium ſuccus eſt erratici cucumeris: quod hac ratione conficitur: Collectis quã pluribus
cucumeribus prius, q; in plenam maturitatem veniant, hos ipſos oẽs admordemus: & in colum
mittimus, ſuppoſito alio vaſe, quod ſuccum excipiat illorum: & ſic maxime illos ſupprimimus, vt
non ſolum humorem exprimamus, ſed etiam ipſius cucumeris quicquid eſt carnoſum: deinde ſi
fieri poteſt ſiccamus in patella fictili, nimisq; probatum delimpidamus. Siquid aquoſum eſt ſup-
natat: & quod eſt admodum quaſi fęculentum, in mortario læuigamus, & in paſtillos redigimus.
Aliqui etiam aquam miſcent aut pluuialem, aut marinam, & rurſus delimpidant: deinceps cæ-
tera ſimiliter faciunt. Verum optimum eſt elaterium Ciruzaicum, hoc enim eſt candidiſſimum,
& leuiſſimum, & maximam habet amaritudinem, & guſtu aliquatenus excalfacit, & ſaliuam euo-
cat in modum veratri. Quod autem eſt quaſi pallidum, vel fuſcum, & aſperũ, & graue, peius eſt.
Vires quoque habet ſimiles elleboro, vel etiam vaſtiores. Totum enim corpus promouet: ſic &
ventrem, & viſcera depurgat, & vomitum ſuſcitat: & ſi plus modo ſumatur, venenum eſſe dicit.
Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & leuitatem: Item cinere polinæ: Item farina oro-
bi, vel ſucco ipſius radicis. Hæc tamen intelliguntur eo, quod amaritudinis, & candoris, quod dixi
mus aliquid amittat, & aliquid grauitudinis aſſumat, nec ad guſtum ſic excalfacit. H

De Eriſicio.

Eriſicium herba eſt, quæ in ſummis montibus inuenitur: quæ folia habet ſimilia apio, & thyr-
ſulum oblongum: in cuius ſummo floſculum, quaſi violaceum habet, & ſemen in medio: radicẽ
*Al. eleuatę. quoque ad magnitudinem & valetudinem in ſpecie cæpæ oblongæ, & veluti ad vnum extiatæ:
habetq; radices alias, quæ ſic radiculas minutas è lateribus emittũt nigro cortice clauſas. Hæc ipſa
viribus eſt aconito ſimilis & thapſiæ. Proprio guſtu omnes illas probare deuita.

De Helenio.

Heleniõ herba eſt omnibus nota, nam & in hortis naſcitur, & eſt aſſimilis lapathio: folia habet
aſperiora & latiora: habet thyrſulum alium, in cuius ſummo flos eſt aureus: aliqui ſine thyrſulo
deſcribunt: radicem habet bene olẽtem, vaſtam, ſubrufam, amaram. Huiuſmodi igitur folia ex vi
no cocta, & impoſita renibus, coxioſos emundant. Item ſuccus florum cum ruta tuſſientibus &
ruptis prodeſt. Vrinam quoque & menſtrua prouocat, & partum expellit.

De Eruca.

Eruca omnibus eſt nota. Et habet vires excalfactorias, & diureticas: & coitum per ſuam virtu-
tem ad venas portitat.

De

De Edera.

A Edera naſcit in diuerſis arboribus, parietibus vel petris, & terra: eſt oĩbus nota. Huius trita folia dyſenterias remediant. Itẽ trita & pro fomento ẽt poſita, ad cõbuſta, & vulnera cãceroſa faciũt.

De Eleliſphaco.

Eleliſphacos herba exalbida, vaſta, & oblonga: virgam habet vaſtam, & quadratã: folia aliquatenus aſpera, odore non inſuaui: fructus in ſummis ramis quaſi ormini ſyluani: naſcitur locis aſperis. Poteſt autem acriter ſtringere: propter quod ad dyſentericos facit: & ſuccus foliorũ eius denigrat, & vrinam prouocat.

De Epithymo.

Epithymum eſt flos herbæ aſſimilis ſetę, ſubuiridis, & nauſeoſus: Qui ventrem tẽperat, & vomitum facit. Nam verus epithymi flos exalbidus eſt, & aſper: & plurimũ in Pãphilia inuenitur. Choleram nigrã ſoluit tritũ drach. vi, aut cũ vino dulci, aut cũ melicrato, miſcendo & modicum ſalis: & his dabis quibus prẽcordia ab inflatione vexantur, & hepaticis, & qui ſuſpirium patiunt.

De Erpyllo vel Serpyllo.

Erpyllum herba eſt, quæ in hortis ſeritur, & in campis ſaudis & petroſis creſcit. Iacens veluti B repens ramulis, et oblongis, foliolis denſis, puſillis: odore ſuaui in modum ſampſuchi: floſculum habens in ſummo rubicundum: inuenitur aliquando & ſtans. Poteſt igitur vrinam & menſtrua prouocare. Et in fomentationibus capitis phreniticorum, & lethargicorum aliqui illo vtuntur.

De Erythrodano.

Erythrodanum ramulos habet tenues, & quaſi nodoſos: folia ex interuallo, & iuxta ſingula veluti ſtellulas: fructum rotũdum, viride, deinde rubicundũ, & ad maturitatẽ nigrũ: radiculã tenuẽ, puſillam, rubicundam, diureticã: Cuius vſus ad eadẽ proficit, ad quę alias diureticas herbas facere diximus. Latos ramulos habet vi vel vij tenues, & oblõgos: folia quaſi ex ſe piloſa, & ſtyptica: vnde fronti impoſita lachrymã oculorũ ſtringit: & cocta deinde & manducata ad dyſentericos facit.

De Ebulo & Sabuco.

Ebulus & ſabucus videntur quaſi magnitudinem, & folia, & florem, & grana ſimilia habere: & ferè eaſdem habere vires. Proprie tamen ebuli radix hydropicos & inanit, & purgat: ſed & ipſa folia cocta & manducata, ventris ſunt purgatiua.

De Erice.

Erice adſimilis hiricæ, ſed multo breuior eſt, & acris valde: Propter quod & comula illius ſerC pentes, & viperas fugat.

DE FICV

Ficus fructus eſt arboris eiuſdem vocabuli: Quæ nimium comeſtæ ſtomachũ cõburũt, ventrẽ deponunt, feruores nutriunt, ſudorem prouocãt, ſitim prohibent. Siccæ vero, quæ caricæ vocantur, ſtomacho vtiles ſunt, ſitim operantur, & ventrem ſtringunt: faucibus, arterijs, renibus, & veſicæ vtiliter proſunt: & eos, qui ſpiritum tarde recipiunt, iuuant: illos etiam, qui de longa ægritudine colore pallidi vidẽtur, meliorant: hydropicis proſunt: thoracis ſordiciẽ purgant. Decoctæ vero cũ hyſſopo & careno, potui ieiuno datæ, tuſſibus antiquis proſunt, & pulmonũ vitia mundant. Cum aqua vero mulſa decoctæ, arterijs, & tonſillis tumentibus optimũ gargariſmũ eſt. Duricies, & parotidas, & feruores ſoluunt ſicut iris, & intra decoctæ imponantur. Crudę quoq; ſimiliter, nitro & ſale permiſto, duricies, & vulnerum rheumatiſmum emendant. In aceto coquant, & cum eodem ſucco permiſtæ coquantur, & imponantur: Impetigini & maculis vtiles ſunt.

De Fœniculo.

Fœniculũ eſt oĩbus notũ: De cuius radicibus contuſis in pila lignea, vt betæ ſuccus exprimit: Idoneus eſt ad multa medicinalia: & maxime ad vitia oculorũ p̃mitur. Siſr & de ſemine & de raD mis illius adhuc viridibus. Verũ optimus eſt ſuccus, qui de radicibus fit: leniter. n. calefacit, & remollit.

De Folio.

Folium folia ſunt herbulæ, quæ in India naſcitur locis humidiſſimis, & paludibus: colliguntur aũt hæc ipſa folia in aqua ſupernatantia. Verum eſt optimũ, qđ piloſum & haſtile eſt, notiſſimũ, & integrũ leue, exalbidũ viſcide, ſuauiter redolẽs in modum ſpicæ, & eundẽ odorẽ diu multumq; ſeruans, guſtu ſubamarum. Poteſt autem vires habere ſimiles, quas ſpicam habere diximus.

De Fæcula.

Fæcula fæx eſt vini vel aceti, quæ coquitur & reponitur: Cuius eſt efficaciſſima, quæ eſt recentiſſima. Mittitur autem in cauſtica.

De Filice.

Filix herba eſt ſine flore, ſine fructu: ramulos habens longos, vaſtos, patulos, diffuſos, & in ſpecie alarum et pinnarum adapertos: vaſta, extrinſecus nigra, penitus viridis: naſcitur maxime in locis petroſis. Vires habet acres, & relaxantes, & aliquantulum ventrem mollientes: & proprie tineas, & lumbricos expellit ex mulſa aqua potata.

De Phu.

Phu herbæ genus eſt, quæ in Ponto naſcitur, quæq; habet folia ſimilia apij ſyluatici, thyrſum

rufum,mollem,cauum,leuem,ex interuallo nodos habentem: & flores maiores,q̃ narcissi,cum ali E quo pallore purpurascentes: radiculam subrufam,vastitudine pusilli digiti, ex qua aliæ excrescũt minores in se implicatæ: Quæ tota radix vires habet excalfactorias, & diureticas.

De Fimo.

Fimus omnis efficacissime tumorem lenit, & veteres durities remollit. Item podagricos in accessionibus mitigat. Caninus fimus albus,tritus,cum melle impositus, & tumores & vulnera delicate mundat. Asininus autem cum aceto tritus, vel succus eiusdem,dentium dolorem tollit.

De Felle.

Fel omne vires habet acres & thermanticas: vnde potest omnem sordem de corpore abluere et abstergere. Item caligines,& cicatrices oculorum eximit.

DE GLAVCIO

GLaucium succus est herbę eiusdem nois,humilis,et folios: cuius folia similia sunt papaueri: nascitur autem locis planis & humidis. Hęc ipsa folia siccãt,& calido cinere opprimũt,vt sic succũ remittãt. Alij hanc herbam tantũmodo in olla noua addũt: & sic ollam luto vndiq; circũliniũt, & in furnum feruentem mittunt: & sic foliis maceratis succum eorum exprimunt, & siccatũ in Sole,in pastillos redigunt. Alij ex aqua dulci coquunt, quousq; aqua croci colorem habeat: & F tũc colant,& sicr siccant. Est autem optimũ glauciũ,quod recẽtissimũ,& tinctũ croci colore,quasi similiter inficiens croco mundo, odore graui & defrustrato,gustu amaro. Vires autem hẽt stypticas: vnde resolutum in aqua,& inunctum prius, impetus lippitudinis,& lachrymas stringit.

De Galbano.

Galbanum est lachryma naturaliter manans ex arbuscula assimili ferulæ, quæ in Media nascitur: Cuius lachrymam eligimus,quę est mundissima & similis ammoniaco,non vda,nec dura,& q̃ minime astulosa. Cuius vires hoc præstant,quod & ammoniacum.

De Git.

Git herba est, quæ in segetibus crescit, habens semen nigrum, & minutum,& odore nõ insuaui,pluribus notum. Hęc igitur relaxare & calefacere potest. Si potetur,menstrua et vrinam prouocat,& lumbricos expellit. Impolita tumores,& durities soluit.

De Galla.

Galla est quasi nux parua,vel malũ arboris assimilis quercus: quarũ sunt aliquæ pcussæ: aliquę integræ, & extrinsecus asperę, q̃ ipsę sunt viscidiores. Verũ oĩs galla vehemẽter stringit. Eligimus tñ q̃ sunt nigriores, integrę,grauiores,& quodã mõ pleniores, quas Gręci cicidas appellant. G

De Fœnogræco.

Fœnumgræcum est omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxãtes: vnde ad omnem rigorem,& tumorem idonee facit.

De Glycyrrhiza.

Glycyrrhiza herba est, quæ folia habet actu pinguia & gummosa circa virgulas oblongas, & flosculum quasi hyacinthi,fructiculum magnitudine similem pilulis: plantæ radices quasi buxeo colore oblongas,& in oẽm partem diffusas,in modũ viticularũ, ad gustum dulces: ex quibus succus coquitur similis glaucio: Nam habent vires suauiter relaxantes, & cũ dulcedine exhumectantes. Nascitur autem locis glareosis, & in campis. Vnde & sitim sedant,& renum & vesicæ dolorẽ mitigant, prouocant enim vrinam & menstrua: & omnem tumorem tunsæ & impositæ placant.

De Gentiana.

Gentiana herba est assimilis coctæ lactucæ: folia quidem in gyro habet incisa in specie serræ: & thyrsum oblongum, crassitudine digiti, cauum, mollem,ab imo rubicundum: semen in foliolis: radicem longam,similem aristolochiæ,sed nigriorem & lentiorem corticem: hæc igitur gustu est amarissima: Et habet vires acres,et excalfactorias,& relaxantes: & acrimonia,& amaritudine sua H potest partum expellere: & omnem serpentem fugare: & aduersus venenosa prodesse.

De Gladiolo.

Gladiolum omnes nouerũt. Huius igitur radix potata ex vino,& ad venerea percitat,& menstrua prouocat. Item trita,& in modum fomẽti posita,furculos,& spinas de corpore extrahit: etenim durities dissoluit,& euaporat.

De Gesu Terra Samia.

Terra samia terra est naturalis,& genus cretæ: Cuius optimã iudicamus,quæ est leuissima,candidissima,mollis,& fragilis,& quæ solaria oblonga hẽt,& linguæ applicata vehementer adhæret: huiusmodi quoq; est, quã florẽ asterẽ appellamus. Facit aũt terra samia ad ea, quæ instãtius stringere volumus: sic & cœliacis,& dysentericis,& ad omne profluuiũ fortiter prodesse obseruatur.

De Gypso.

Gypsum lapidis genus est,simile vitro: Cuius optimum est,quod venas habet latas,lucẽtesq;: & hac ratione paratur: In clibano missum, vt calx candidum fit. Vires habet,quas & terra samia, & amplius stypticas, & refrigerantes fortiter: vnde illinitum fronti, sanguinis fluxum restringit: potatus vero,& dysentericis & cœliacis omne profluuium stitit.

De

A *De Geſeu Terra, Ampelitide.*

Terra ampelitis, terra eſt et genus cretæ, colore nigra: Cuius optimam dicimus quæ eſt nigerrima, ſplendida, leuis, et q̄ ab humore cito reſoluitur, Stringens valde, & denigrans: propter quod capillos inficit. Sed & in calliblephara mittitur.

De Geſeu Terra, Erethria.

Terra erethria gleba eſt rubicunda: Cuius eſt optima quæ ſine ſabulo eſt & ſine lapillis. Vires habet valde ſtringentes, & efficacius q̄ terra ſamia.

De Geſeu Terra, Chia.

Terra chia gleba eſt alba & lata, non valde candida: aufertur aliquando & in patellis rotundis aut quadratis: & ipſa efficaciter Stringens. Sed & cutem purgat, & extenuat, & ſplendidam facit.

De Geſeu Terra, Selinuſia.

Terra ſelinuſia vires habet quas & terra chia. Et eſt optima quæ eſt lucens, candidiſſima, ſplendens, & quæ ab humore cito remadet.

De Geſeu Terra, Melina.

Terra melina eſt colore ſpodij, & dura valde: ad guſtum ſapore aluminis, & linguā exiccat. Eli
B gimus autem quæ eſt melior, & recens, & quæ ab humore cito reſoluitur, nec in ſe quicquam lapidoſitatis habet. Hanc autem probationem in omni creta deſideramus. Et hæc quoq; prioribus illis ſimiliter proficit.

De Geſeu Terra, Cimolia.

Terra cimolia eſt aliqua candida, et ſpiſſa, & purpurea, velut pinguis. Et melior videtur & ad tactum frigida. Valde quoq; illinitur ad ignem ſacrum & combuſta, puſtulas enim fieri prohibet.

DE HERBO

HErbum naſcitur in lenticula: quod & ſeriſ: & aliud pallidum, aliud ſubruſum. Vires habet acres, & diureticas valde. Et ſi comedat extra rōnem, caput grauat, ventrē ſoluit, p vrinā ſanguinem educit. Boues ſaginat, ſi decoctum det. Fit aūt farina de illis quę albiora ſunt, ita vt ſi aqua parum aſperganſ, & in patellis aſſentur, corium dimittant, & ſic tundanſ, & tenuiſſime cribellentur. Ventrem vtiliter laxant, vrinam mouent, & colores malos emendant, ad menſuram trium cochleariorum cū melle vel vino data. Vulnera quoq; ſimiliter cum melle optime purgat et implet: lentigines vel maculas tollit, duriciem mammillarum ſoluit, carbunculos etiam malignos ſanat, &
C contra canis & viperæ morſum vtiliter imponitur: cum aceto vero acceptum vrinam mouet, tortionibus prodeſt. Aqua vero vbi cocta fuerint, pruritum prohibet, ſi totum corpus inde lauetur.

De Herba Sauina.

Herba ſauina omnibus nota, eſt inter Vires acres & excalfactorias: propter quod et in vino potata partum expellit, & ſuper vrinam ſanguinem inducit.

De Haſceg.

Haſceg, id eſt minium ſpecies habet duas. Eſt enim vnum lene, & plus venuſtum & valde cęruleum: quod inueniri ſolet †circa primitiam, } & quaſi radiculas foliorum calamorum, qui in Indiā naſcuntur. Eſt & aliud, quod maxime in Italia fit, quando †purpura tingitur: } nam quod eſt ſpumoſum, & quaſi ſupernatat, & lateribus vaſorum illorum adhæret, colligitur: & cum ipſa argyritide terra miſtum in ſimilitudine digitorum formatur, vel in pilulas ſiccatur: Cuius eſt optimum quod vehementiſſime cæruleo colore fulget æqualiter, & fragile. Poteſt igitur ſiccare & refrigerare: vnde locis turgentibus & diſtenſis impoſitum cito emollit, & quaſi rugulas facit.

†Al. iuxta mineram.
*Al. Libya
†Al. ſulfur vrit

De Huſtolige.

Huſtolex eſt quaſi collyrij genus ſubcæruleum: quod confringitur aliquatenus. Huius ipſius ſunt genera duo: eſt enim, quod foditur & in terra inuenitur: eſt, quod potius præparatur ratione
D tali: Mortarium eſt cupreum cum piſtillo, & ſic læuigatur alumen liquidum, & ſal vel nitrum eiſdem ponderibus, ex aceto acerrimo (alij & aceti lutei vetuſtiſſimi duas partes commiſcent) & hæc læuigant æſtibus maximis & in Sole caliditiſſimo, vſq; quo ſpiſſitudinem aliquam accipiat, & colorem cæruleum: deinde fingitur velut collyrium. Aliqui ex vrina infantis maſculi hoc faciunt: & fit aurificibus idoneum valde ad aurum glutinandum. Vires autem habet viſcide ſtringentes valde, & nimis cum magna exaſperatione.

DE IRIDE

IRis ad ſimilitudinem iridis, quam in cœlo videmus, dicit et hęc cognominata: quo modo enim illa plures & diſſimiles habet colores, ſic & hæc varios & differentes emittit flores, aliqui enim purpurei ſunt, aliqui violacei: verum folia ſunt ſimilia gladioli, ſed maiora & latiora & pinguiora, ramuli quoq; ipſi: ſimiliter radiculæ nodoſæ & duræ, ſuauiter olentes in modum violæ: Quarum optima eſt iris Illyrica & Macedonica: eſt enim ſpiſſiſſima, & breuis, & non fragilis, & ſubruſa, odore ſuauiſſima, & guſtu linguam viſcide excalefacit, & dum tunditur ſternutare facit. Ab iſtis Africana laudatur: quæ eſt colore candidior, & guſtu amara. Verum ſi tempore relinquantur & quaſi ſeneſcant, fiunt quidem vermiculoſæ, ſed odore ſuauiores. Poſſunt igitur excalfacere leniter, & vulnera concaua replere.

De

De Ibiſco.

Ibiſcus genus eſt herbæ ſimilis erraticæ maluæ, omnibus notum: Cuius radix & tota quidem herba lenit: & efficaciter omnem duritiem & rigorem mollire & relaxare poteſt. E

De Iunipero.

Iuniperum fructus arbuſculę rubicundus & dulcis, omnibus notus: Cuius vires ſunt excalefactoriæ, & diureticæ, & ad digeſtionem facientes.

De Ichthyocolla.

Ichthyocolla eſt aliqua quæ conficitur coctis ex aqua corticibus quorūdam piſcium: eſt aliqua quæ ventriculus videtur eſſe piſcis: quæ in Ponto naſcitur. Verum omnis ichthyocolla ſtringere poteſt: vnde & cutem extendit, & ſplendidam facit.

De Inanthe ideſt Floribus Labruſcæ.

* Inanthe, flores ſunt vitis ſyluaticæ, qui ſolſtitio colliguntur, Idus viij: nam qui ante hunc diem vel poſt eum flos colligitur, infirmus eſt. Vires autem habet inanthe bene refrigerantes, & ſtomacho præſtantes.

DE CHAMÆPITY

CHamæpitys ſpecies habet tres. Eſt aūt quæ ramulos emittit oblongos, & curuos in ſimilitudinem anchoræ, & fructiculum, tenuem comulam, flores tenues & aureo colore, ſemen nigrū & odore plenum. Eſt & alia, quæ maſculus dicitur, quæ folia habet tenuiora, & quaſi piloſa, thyrſulum aſperum, tenuem, molliculum, & ſubaureo colore: ſemen & ipſum pinum redolens. Eſt & tertia, quæ quaſi in terra ſerpit, folia habens ſimilia cardis, ſed quaſi pinguiora, veluti piloſa: floſculum aurei coloris: & ipſa ſimiliter olens prioribus. Verum oēs vires habent acres & diureticas. F

De Chamædaphne.

Chamædaphne folia habet quaſi laurus, ſed leuiora, tenuiora, & in extremo ſpinoſa: fructum in ipſis foliis rotundum, & ſubrufum, & diureticum.

De Chamælea.

Chamælea ramulos habet oblongos: folia fortiora cꝫ lapathij, in ſpeciem quaſi foliis oliuæ, dēſa, & tenuiora, & ſpinoſa, & guſtu mordentia. Tota herba ventrem purgat tepida attractione.

DE LEPIDE IDEST SQVAMA

LEpis colligitur quando maſſæ cupreæ diu multumq; in igne calefactæ & in aceto luteo extinctæ ſuper incudem atteruntur, vt lamulę & veluti ſpumellę decidant. Has igitur colligimus: & Græco nomine lepidas appellamus: Quæ & ipſæ viſcide ſtringere poſſunt. Eligimus autem quæ ſunt vaſtiſſimæ, & colore ſubrufæ. G

De Lycio.

Lycium ſuccus eſt arbuſculæ puſillæ & ſpinoſæ: Cuius grana, & folia, & radices in vnum ex aqua dulci coquuntur: & diebus admodum quinq; relinquuntur: & iterum coquuntur, donec fæcis habeant craſſitudinem: & ſic in vaſcula defunditur: maxime Ponticum tale eſt. Aliqui diutius coquunt ſic, vt in glebam redigant. Verum eſt optimum lycium radicum: hæc enim gleba eſt extrinſecus nigricans, & intrinſecus ſubrufa, & aſſimilis aloę, guſtum habens amarum, & ſtypticum. Vnde adulteratur amurca, & abſinthij ſucco.

De Laſere.

Laſer lachryma eſt herbæ, quæ ſilphium appellatur: quæ in multis locis in ſpeciem & magnitudinem ferulę creſcit, folia circa ſe habens maiora cꝫ apij, ſemen ſimile. Optimū eſt ergo laſer quod Cyrenaicum dicitur: hoc enim ſubrufum eſt, & perlucidum, & intus exalbidum, odore viſcidum, & ab humore cito reſoluitur, & ad guſtum confeſtim humorem prouocat. Vires autē habet acerrimas: vnde cum magnis vexationibus excalfacit.

De Lybiſtico. H

Libyſticū ſemē eſt herbæ eiuſdē vocabuli, acre, Vtile ſtomacho, & excalefactorium, & ad digeſtionē valde vtile: ꝑꝑ quod ad inflationis potū facit: & in antidotis, quæ colicis proſunt, admiſceť.

De Lauro.

Laurus omnibus nota arbor eſt: fructus illius eſt, quem baccam lauri appellamus: Quæ bacca & tota arbor vires habet acriter calefacientes, euaporantes, & relaxantes. Lixiuium eius in cauſtica mittitur, & eſt ad vſum medicinæ efficaciſſimum. Quod eſt ex cinere quæ de quercu fit, non ſolum hominibus prodeſt, ſed & pecoribus: multis enim cauſis neceſſarium eſt in vulneribus. Sed & interioribus partibus vt potio datur, habet enim propriam rationem: quibus vero cauſis detur demonſtrabo: Pecora quibus pulmo tenſione vexatur, & quibus venenata aliqua res per cibum obrepſerit, ex hac ratione liberantur. Hac ratione multum & vulneribus prę ſtat.

De Lixiuia.

Lixiuia Vires habet ſtypticas & acres: inurit.n. & exuulnerando inſtaurat: humectantia vulnera extaurando & exuulnerando ſiccat: ideo vix cohęrētia vulnera, & fiſtulæ, et his ſimilia quæ fuerint, lixiuia calida clyſterizantur ſępe. Facillime curam medicamēti ſentientia ad ſanitatem perducit. Difficilia ad ſanandum vulnera calloſa, longo tempore ſordida, quæ nullam medicamētorum

virtutem

A virtutem pro longo tpe senserunt, vtile est lixiuia quotidie lauari: ex cuius virtute omnis limus & quęcunq; pro vetustate stupida facta sunt auferunt̃, si quotidie fiat: & post hoc deinde curari oportet sicut ipsa vulnera dictauerunt medicamentis aptis: virtus enim lixiuiæ non sanat, sed ad sanandum vulnera disponit. Hoc idem superius in interioribus fieri partibus dixi. Ex quo cinere lixiuia facta, cui ue necessaria sit, & qui cinis, & quo tẽperatus, impositus quid p̃stet vide. Etenim ex sarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit. Dicenda enim est res acris & styptica, cum tam solide curet, sed magis stringat. Sed & ipse cinis in recentia vulnera in profundũ positus sanguinem statuit à cursu: Ideoq; oĩbus pecoribus castratis cinis impositus prodest, oĩbusq; abscisis. De sarmẽtis tñ oliuæ cinis acerrimus est, & ex nucleo solo acrior est: & ex hoc lixiuia, vulnerũ cancerata aufert: etenim acriore lixiuia sordida vulnera lauanda sunt. Caprifici cinis omnibus superioribus acrior est.

De Lentisco.

Lentiscus arbuscula est similis myrto: corticem in cyma subrubrum habet, foliis pusillioribus. Virtutis, est stypticæ. Huius folia, aut extremitatem amaram, vel radicis corticem, in aqua vehemẽter decoques, quousq; mellis habeat spissitudinem, et sic vteris: facit autem eis qui sanguinem reiiciunt. Ex posca frigida dato ℈ v vel vi, & ad fluxum ventris, & ad dysentericos similiter oblatum,
B & ad veteri vitia tritum imponito. Fit aũt succus de foliis, eius vel cymis contusis & expressis, similem in oĩbus habens virtutem. Aqua, in qua folia eius fuerint decocta, si fracturas frequẽter fomentaueris, aiunt celerius solidari. Facit & ad dentes se agitantes: si enim frequentius in ore tenea tur, stringuntur. Fit quoq; de semine eius oleum similibus causis necessarium: Capillis cadẽtibus inunctum prodest, eo q̃ calidam & stypticam habet virtutem. Nascitur vero in Chio insula. Vtile sanguinem reiiciẽtibus & tussibus antiquis in potatione sumptum. Prodest hæmoptoicis cum aqua frigida seu posca: tussientibus in mulsa calida. Est autem stomacho optimum, & ructuosis, & fœtori oris prodest manducatum. Pilos etiam qui iam in oculis nascuntur contrarij acu vel graphio calefacto optime colligat. Gingiuas tumentes impositum emendat & sanat.

De Lenticula.

Lentícula herbæ semen est, quod seritur locis sabulosis, lapillosis, & tostis: Quæ si sæpius fuerit comesta non cocta, inducit caliginem turbando: excoriata vero et decocta in aceto, ventrem stringit. Podagricis cum polline mista prẽstat medelam: cum melle autem vulnera purgat et glutinat: in aceto posita cocta & imposita, durities & scrofas emollit. Oculorum doloribus vel tumoribus optimum adiutorium est. Si cum cydonio in aqua cœlesti fuerit decocta, & oleo rosaceo admista,
C veteri vitia emendat: & si melle adiecto ponatur in succo mali granati, sanat. Et ad vesicas, & ad ignem sacrum, & perniones, simili modo decoctum imponito.

De Lupinis.

Lupinus herbæ fructus est, quæ seritur omnibus prouincijs. Virtus eorum est calida: nutriunt corpus: sunt indigestibiles, et ventrem temperant si cocti manducentur. Aqua vero vbi cocti fuerint cũ ruta & pipere, modice potui data splenìticis prodest. Scabiei maculis vel feruoribus apta, optima fomentatio est. Cum aceto vero in modum cataplasmatis impositus, scrofas, vstiones, & malignos humores accipit. Farina vero eorum cum marrubio pari pondere in vmbilico imposita lumbricos expellit. Radix eorum in aqua decocta, & in potu data vrinam mouet.

De Lipsianis.

Lipsiani comesti lupinis minores, sed virtute siles: Tñ optimi sunt qui maiores sunt: Nã possunt acriter relaxare, & sua amaritudine non solum lumbricos occidere, sed & partum expellere.

De Lapathio.

Lapathium herba est oĩbus nota: & inuiscatiuum esse dicit̃. Huius igit̃ radix, & radicis cortex intus, ex aceto vel alumine liquido, omnem maculam à sudore factam infricata in balneo tollit.

D *De Lilio.*

Lilium omnes nouerunt: Cuius vires possunt durities neruorum remollire: & ipsa folia cocta et imposita ad combusta proficere: sed & potata, aut ipsum semen mẽstrua prouocat, partum deiicit, & ad serpentis morsum facit.

De Ladano.

Ladanum hac ratione colligitur: Funiculi ligati circa hederam distrahuntur: et sic quicquid illis glutinosum in modum sordis adhęret, abraditur, & in glebulas expansas redigitur. Aliquando etiam genibus & fœminibus caprarum, quæ hedera vescuntur adhærens, hoc ipsum ladanum inuenitur, & similiter abraditur hoc totum. Verum est optimum quod olet, & quod est subuiride, & pingue, & resinosum, sine vllo sabulo: maxime tamen in Cypro colligitur: quod enim à Cilicia vel Arabia affertur, infirmum est. Vires autem habet ladanum acres, & excalfactorias, & relaxantes: propter quod in malagmata & in emplastra mittitur: & ad tussem veterem facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De Lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicũda, florem nigrum, assimilem personis comœdorum, quorum orificia patent: semen album, oblongum in specie lãcearum: radicem quasi dauci, similiter diuretica.

De

De Lathyride. E

Lathyris naſcitur circa aquam & ipſa: à qua foliola habentur puſilla rotundula: floſculũ exalbi dum. Tota herba eſt acris, diuretica, acuta. Thyrſum habet oblongum, vaſtitudine digiti, cauum, & in ſummo quaſi ramulos diffuſos, folia longa, fructiculum in ſummis ramis triangularem & pe nè ſubrotundum quaſi capparis, in quo ſunt tria granula rotunda, & interſtrata tenui veluti mem
*Al. octona branula: Quorum ſeptena vel nouena ventrem viſcide purgant, aqua frigida ſuperbibita: quæ choleram rubram & phlegma deponunt.

De Linozoſtide vel Mercuriali Herba.

Linozoſtis folia habet quaſi ocimum: thyrſulos binis nodulis & denſis & pluribus cauos: fructum fœmina quæ dicitur, habet copioſum, & quaſi racemoſum: quæ deinde maſculus, puſillum, & rotundum, combinatum quaſi teſticulos, foliis ipſis adhærentem. Verum vtrunq; ventrem ſoluit, ſimiliter & phlegma & humores calefaciendo deponit: & quaſi olus decoctum manducatur, & ſuccus idem & ius bibitur.

De Lapide Hæmatite.

Lapis hæmatites eſt naturalis qui ab Ægypto, & India, & Hiſpania affertur: durus eſt extrinſecus, & lenis, & veluti colore liuidus intus, deinde ſanguineus: Cuius maxime idoneũ iudicamus F qui tritus in cote ex aliquo humore in modum ſanguinis inficitur. Verum poteſt viſcide ſtringere, & tamen ſine magna acrimonia.

De Lapide Schiſto.

Lapis ſchiſtus colore fuſco eſt, aliqua in ſe oſtendens ſubruſa, oblongus, & ſpinas habens directas prout alumen ſciſſum. Hunc quoq; optimum iudicamus, qui & ipſe viſcide ſtringere poteſt.

De Lapide Aſio.

Lapis aſius in Alexandria tantummodo inuenitur: Cuius eſt optimus ad vſus medicinæ, qui eſt colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis, & veluti puluis in manibus inſidẽs. Effectu autem viſcide relaxare poteſt: aliquid enim ſalſuginis & nitroſi ſaporis oſtendit. Vnde & corpora quæ in eo ſepeliuntur, tempore conſumit: quapropter Græci ſarcophagon appellant.

De Lapide Pyrite.

Lapis pyrites eſt puriſſimus & grauiſſimus, colore æris: & ſi ferro percutiat̃, ſcintillã & ignem mittit. Vires habet acres, & ad ſimilitudinem cadmiæ, & proprie ad oculorum claritatem.

De Lapide Magnete.

Lapis magnes inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. Hic quoque ferrum G ad ſe trahit & tenet. Vires autem & purgatorias habet: propter quod hydropicis in potu datur, et omnem humorem per ventrem eminiſtrat.

De Lapide Gagate.

Lapis gagates colligitur in Lycia, circa ripam fluminis quod Gages appellatur: & eſt colore niger, & aridus, & quaſi latus, leuis valde: Cuius eſt melior qui ad lucernam accẽditur facile, & odorem aſphalti habet. Poteſt autem remiſſus ex aqua dentes qui agitantur reſtringere & ſtabilire.

De Lapide Thracia.

Lapis thracias eſt niger quaſi calculus: naſcitur in Scythia in amne quodam, qui Pontus dicitur. Vires eaſdem habet, quas gagates: & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De Lapide Quadrato.

Lapis quadratus in Ægypto inuenitur, & eſt exalbidus. Vires habet viſcidas & ſtringẽtes: vnde conceptum vitare dicitur. Inuenitur & in Æthiopia.

De Lapide Phrygio.

Lapis phrygius in Phrygia inuenitur: Cuius melior eſt qui eſt pallidior, et aliquatenus grauis. Hic eo q̃ nimium ſtringit, & exulcerare ſolet. H

De Lapide Galactite.

Lapis galactites eſt quaſi cinereus, & dulcis ad guſtum, & humorem facit quaſi lacteum, leniter ſtringens: propter quod ad lachrymam oculorum facit.

De Lapide Melitite.

Lapis melitites per omnia priori ſimilis. Sed hic ſpernitur, q̃ dulciorem humorem emittit.

De Lapide Morochtho.

Lapis morochthus ĩ Ægypto inuenit̃, & eſt pallidior. Vires habet et ipſe efficaciter ſtringẽtes.

De Lapide Phlogino.

Lapis phloginus & ipſe in Ægypto inuenitur, aureo vel flammeo colore. Illinitus ſenium facere dicitur.

De Lapide Cryſtallo.

Lapis cryſtallus eſt limpidus, & plucidus colore. Vires habet ſtringentes, & lac, puocare dicit̃.

De Lapide Thyite.

Lapis thyites, quẽ vidimus, in Æthiopia colligitur, colore ſubuiridis, & ab humore remiſſus. Habet vires acriter mordentes: propter quod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

De

A *De Lapide Batrachide.*

Lapis batrachides ab Ægypto affertur, colore ranæ rubræ. Vires habet lenientes & relaxantes.

De Lapide Smiride.

Lapis ſmiris poteſt viſcide ſtringere, & penè nimie: propter quod in cauſtica mittitur.

De Lapide Miſye.

Lapis miſy prout chalcitis & ipſe in Cypro inſula inuenitur & in eiſdem metallis: ſimiliter & glebula eſt, & auro refulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta ſunt ſuper minuta, et in modum ſabuli. Optimum autem miſy dicimus quod in aginem colorem maxime ſplendet, & dū læuigatur mollis ſentitur, & æqualiter fulget. Qui eſt idoneus non eſt pallidus, & equalem tractamus, et aqua tantum cito denigratur. Verum effectu videtur exuperare chalcitin.

DE MELLE

MEl ſuccus eſt roris cœleſtis, qui ab apibus colligitur: Cuius ſunt genera duo: Vnum quod in cupiliones ab apibus quæ ſunt oblongæ colligitur: Aliud eſt quod ſub terra inuenitur, & atticum appellatur, quod variolæ & lanuginoſæ & fortiores apes reponunt: & habetur melius ad claritatem faciei & oculorum. Vtriuſq; virtus eſt calida. Solum enim mel quaſi compoſitionē
B in ſe habet, quia ex multarum flore vel ſucco herbarum colligitur: propter quod omnibus valetudinibus pro occurſu citato prodeſſe poteſt. Ideo omnibus antidotis commiſcetur: vulnerum ſorditiem adhibitus comedit adiuncto ſale: illinitur extrinſecus faucibus exiccatis: deducendo humores aperit. Mel ſolum faſtidium tollit, orexin facit, nauſeam prohibet: vnde pulmoni & interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atq; ea relaxat.

De Myrrha.

Myrrha lachryma eſt arboris eiuſdem nominis, quę maxime in Arabia inuenitur: quęq; aliquo loco inciſa, hanc ipſam lachrymam emittit. Eſt ergo optima myrrha quę eſt mundiſſima, & tacta quidem aſpera, & arida, & fragilis, & leuis, & glebulis puſillis, extrinſecus vno colore, intrinſecus deinde ſubrufa, & veluti venulas habens albicantes, odore ſuaui, guſtu amara, & excalfaciens: hęc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autem altera myrrha in planis, quæ & ipſa eſt melior & pinguior: quam exprimere in liquorem ſolent. Quod eſt illius quaſi liquidiſſimum, in vaſcula reponitur, & Græci myrrham ſtacten appellant. Verum eſt omnis myrrha ſtyptica, & acris, & excalfactoria. Huius itaq; effectus vehementer commouere poteſt.

De Mandragora.

C Mandragora herba eſt pluribus nota: ſic & aliqui herbam ipſam apollinarem appellant. Huius ergo ſuccus colligitur, foliis ipſius herbæ penitus & improbe exciſis, vt quaſi concauus locus earum relinquatur: aut ipſam radicem, prout panacis, aut mala eius vel totam radicem in pila tundunt: & ſic omnis illius ſuccus organo exprimitur, quod græce mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, & hac ipſa ratione ſtringentes: ſed & grauem marcorem facere poteſt, vnde & ſomnifera creditur: compeſcit autem dolores & vigilias.

De Molybdæna.

Molybdęna eſt quaſi ſtercus auri & argenti. Eſt & alia q̄ fodit̄ in Corintho. Verū optima eſt q̄ eſt colore quē diximus, nō lapidoſa, fragilis, ſplēdida. Vires quoq; habet aſſimiles ſpumæ argenti.

De Malo Granato.

Malum granatum quod græce rhœa dicitur, fructus eſt arboris eiuſdem vocabuli: Qui recēs et maturus manducat̄ ſine ſuo cortice, qui malicorium vel ſidia dicit̄: & cum aliqua dulcedine ſua vē trem ſtringit, et ſtomachum erigit. Magis tñ ſtringit quod eſt ſubacidum: cuius ipſius flos cytinus dicit̄. Vehementiſſime ſtypticus is eſt & efficaciſſime ſtringit: vnde dyſentericos ſanat, & vulnera recentia glutinat. Eadem & cortex illius præſtat, quem malicorium diximus nominari.

D *De Medulla.*

Medulla quidem omnis leniter mollire & relaxare durities & tumores poteſt. Veruntamen efficaciſſima videtur ceruina, ſequenter vitulina, inde caprina numeratur.

De Menta.

Menta herba eſt, quam omnes nouerunt: Quæ eſt apta ſtomacho valde, valde ſanguinis abundantiam ſtringit, & capitis dolorem ſedat, item ſingultus & nimios vomitus reprimit, & conceptum vetare dicitur.

De Maſtiche.

Maſtiche genus eſt reſinæ, quæ in modum gummi ab abore manat, quæ ſchinus dicitur: & in Chio inſula naſcitur, locis aſperis & petroſis. Eſt ergo maſtiche aliqua albida: verum optima eſt quæ cādidiſſima & perlucida: & quæ, dum maturatur, aliquatenus molleſcit. Vires autem habet euaporantes, & cum ſuaui euaporatione laxātes. Adulteratur reſina à cypreſſo, & à pino: ſed iſta odore ſuo deprehenduntur.

De Marrubio.

Marrubium herba eſt, quæ ramulos emittit oblongos vel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quaſi rotunda: floſculum rufum, & aſſimilem pulegio: naſcitur in campis

pis saũdis & petrosis,& est optimum creticum. Vires autem habet acres, & efficaciter relaxantes: E vnde succus illius cum melle ad tussim facit,& in partibus neruosis optimum est.

De Myrta.

Myrta genus est herbæ lignosæ. Duobus generibus est,& nigra,& alba: vtraq; est oĩbus nota. Vires habet styptícas valde: & nigra tñ illa stringit potẽtius,vnde & sanguinem excreantibus remedium est,& dysentericis,& omne profluuium stringit. Eius vero nigræ, quæ in montosis lo-
*Al. veſicæ cis nascitur,grana sicca vel viridia commanducanda offerunt ijs, qui sanguinẽ reijciunt,& uiscide tædia sustinẽt. Stomacho est conueniens: vrinam mouet: & scorpionum morsibus prodest,si imponat,aut potui detur,aut locus qui tactus fuerit ex eadem cataplasmet ur. Et viridis myrta similiter operat. Coctura eius cũ vino mista capillos tingit.Et ex vino decocta, & in modũ cataplasmatis impolita,vulnera sanat.Cum polline tritici immista,tumores oculorum compescit,& ęgylopibus vtiliter facit: grana etiam contusa & expressa faciunt: & ideo parũ decoqui expedit,ne acescat: & vase piceo reseruatur. Facit aũt contra ebrietatem,& furfures capitis: & vulnera curat, si frequẽter inde lauentur: & capillis fluentibus prodest. Fit ẽt oleum de folijs eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incuruationibus prodest: & articulis vel fracturis vtiliter imponitur: sed & maculas perfricatum emendat: aures prurientes curat, sed tepefactum immittatur. Ipsa folia trita cũ F aqua impolita vulnerum rheumatismum sanant,vel locis fluentibus prosunt,fluxum ventris emẽdant,& ignem sacrum vel tumores testium curant. Sicca autem & cribrata,panaritijs,& locis vrẽtibus prosunt.Commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curant.Folia eius trita,pensus piperis medietate,acetum quantum sufficit,masculis prosunt.

De Meu.

*Al. anethi Meu radiculæ sunt herbæ assimilis ãnisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exporrectæ,tenues,oblongæ,suauiter olentes, & gustu linguam excalfacientes: nascitur maxime in Macedonia. Vires habet ipsa radix relaxãtes: vnde potata omnem rigorem vesicæ, & renum remollit: & inflationes dissipat. Item vrinam,& menstrua prouocat.

De Malabathro.

Malabathrum qui putant esse folium spicæ,falluntur: licet autem sit similis odore, tñ certe alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam paludibus in India in specie foliorũm,et sic habetur leuis: lino trahitur & siccatur. Est ergo optimum,quod est recentissimum,odoratissimum,tenue,integrũ,nigricans,gustu non salsum, sed potius picem referens. Potest autem eadem præstare,quæ spica: & easdem vires habet,quas & cætera aromata habere diximus. G

De Marrubiastro.

Marrubiastrum est subsimile marrubio,et facile notũ: Cuius vires faciũt ad serpentum morsus, & ad suspirioſos. Itẽ strucinas i. scrofulas vel hæmorrhoidas cæcas dissoluit, & mẽstrua prouocat.

De Millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex vna radice mollem, & subrufum, & quasi manu lineatum, folia quasi fœniculi, Quæ vulnera glutinant,& sine tumore custodiunt.

De Myrice.

Myrice fruticulum affert mollem,fragilem,& veluti florem,in Ægypto quidem,similem gallæ. Huius igitur succus,& aqua in qua fuerit coctus,pediculos occidit: & culices,& pulices fugat.

De Moro.

Morus arbor est spinosa,q̃ affert mora similia rubo,sed & fortiora,& albidiora: Quę & vẽtrem laxant,& digestionẽ faciũt. Succus eorũ cũ melle & careno, vel vino austero, pari mẽsura permistus,et ad spissitudinẽ mellis decoctus,synãche laborãtes curat. In Sole in vase ęneo positus vehemẽtior erit: & ideo vulnera & attritiones curat,vel putredines. Sed,vt supra dictũ est, synanchen cũ tumore veniẽtẽ emẽdat. Si cũ alumine scisso vel galla,croco,& pauco myrrhæ, cõmisceat, non H solũ his rebus prodest,sed et vitia oris abstergit. Cortex radicũ eius in aqua decocta,in potione data,ventrẽ soluit,& lumbricos eijcit. Folia eius quoq; trita & impolita,in igne combustum sanant.

De Moris Syluaticis.

Mora vero syluatica,ratione quæ de rubro colligitur,stringunt fortiter: & synanchicos melius curant. Succus eorum, vel alicuius rubi succus cum melle æquali mensura coquatur ad tertias, & sic gargarizetur frequentius: si enim bibatur,ventrem stringit apte.

DE NEPITA

NEpita est omnibus nota: Cuius sunt species tres: est enim quæ folia similia ocimo habet: & est,quæ pulegio assimilatur: est, quæ mentæ habet speciem. Verum omnia folia gustu sunt acria,et excalfactoria valde sunt. Igit coxiosis genere sinapismi prodest: & regium morbum emenda: & lumbricos,& tineas,& partum expellit: & vermes in auribus occidit.

De Narcisso.

Narcissus thyrsum habet oblongum,folia quasi porri,sed breuiora,& plena: florem album, intercroceum,aliquando purpureum: fructum quasi quasdam membranas nigrũ,oblongum: radicem quasi bulbi,quę maculas in facie tollit, & suppurationẽ ponit, & intumescere non permittit.

De

A *De Naſcaphtho.*

Naſpcahthum affertur ab India: & eſt quaſi cortex elamulæ, non odoratus, & viſcide excalefaciens: Propter quod & in antidotis excalefactorijs mittitur.

DE OPIO

OPium ſuccus eſt quodam modo erratici papaueris: quod ſic colligi ſolet: Cum quidem hoc ipſum papauer flores ſuos amittit, & ampullulæ ſuccreſcunt virides & teneræ, harum ipſarũ capitella homines ſcalpello acuto leniter abſcidunt ſic, vt intrinſecus non lædant: & deinceps in gyrum ſcarificant: & ſic lacticulum quod promanat digito conterunt, & in conchulis reponunt, & ſiccant. Meconium autem fit contritis in vnum folijs & ampullis viridis papaueris. Verũ ſuccus organo preſſus & ſiccatus in paſtillos redigitur, & meconium appellatur. Erit ergo optimũ, quod eſt odore grauiſſimum, & colore ſubrufum, & guſtu amariſſimum, & quod humorem quo reſoluitur q̃ citiſſime candidum facit, & accenſum ſplendidam & aliquatenus durãtem flammam emittit, & rurſum extinctum priſtinum odorem reſeruat: maxime Hiſpanum tale inueniũ. Adulteratur autem & lentis & lupinorum farina: ſed & gummi nigro, & lactucæ erraticæ ſucco: item glaucio. Sed & adulteratum quod eſt, ſic intelligimus, eo q̃ non omnia coeant quæ ſynceritatem
B illius comprobare diximus. Poteſt autem ſyncerum opium lachrymam ſtringere collyrijs admiſtum. Habet & circumlinitum refrigerare, & auricularum dolorem et totum corporis languorem mitigare, illa videlicet ratione, qua etiam ſomnum facere dicimus.

De Omphace.

Omphax ſuccus eſt de radice moræ ſyluaticæ, & immaturæ vuæ: qui expreſſus ſiccatur in Sole: & in paſtillis latis vſquequo fieri poteſt formatur, & ſic reponitur. Optimum eſt illud quod eſt colore rubido, & fragile piſtillo, & guſtu ſtyptico valde, & linguam ſubmordens. Vnde potenter ſtringit, & omne profluuium confeſtim tenet.

De Opopanace.

Opopanax ſuccus eſt herbæ, quæ panax dicitur, ſimillimæ per omnia ferulæ: quę naſciſ in Cappadocia, Africa, & Macedonia, locis aſperis & lapidoſis. Colligitur ergo hic ipſe ſuccus hac ratione: Mediis æſtatibus terra quæ eſt circa radicem & herbam foditur & cauatur, deinde folijs ipſius ſternitur: & ſic ipſa radix & ferula in oblongum et in gyrum inciditur: poſtq; humor lacteus emanat, & in folia ſuppoſita defluit, & ſiccatus quaſi exalbidæ myrthæ colorem accipit. Ergo optimus eſt opopanax qui ab Africa affertur: hic eſt extrinſecus veluti crocatus, intrinſecus lacteus,
C mundus, odore graui equidem viſcide. Poteſt igitur opopanax & laxare, & calefacere, & mollire ſtricturas & durities, fugare viperas & omnem ſerpentum acceſſum.

De Opobalſamo.

Opobalſamum lachryma eſt arboris, quam balſamum appellamus, ſimilis malo granato, ramoſæ ramis tenuibus & exalbidis, qui xylobalſamum dicuntur: quæ folia habet ſimilia erucę. Hęc ipſa arbor in India tantummodo creſcit, & fructum affert aliquatenus oblongum, circa medium vaſtiorem, & quaſi ventroſum, ad capitula vtraq; ſubito deductum, rubicundum valde, grauẽ, & plenum, & ſi frangatur mollem, & ſi maſticetur ſimiliter vt piper mordentem, & ſuauiter redolẽtem quem carpobalſamum dicimus. Huius ergo arboris lachryma colligitur vere vſq; ad autumnũ. Inciditur autem ipſe truncus in aliquot locis, & ipſi ramuli: & ſic vaſcula ſupponuntur, quę lachrymam fluentem excipiant. Quod ipſum aliquot coloribus videtur. Verum eſt optimum, quod recens, & ſyncerum, & exalbidum eſt, & auſterũ, & odore graui & acuto & non acri, & quod aliqua lenitudine linguam ſubmordet. Sequens eſt quod eſt colore ſubrufo: & quaſi glutinum ſe diſtillat à digito, leue etiam aſpectuq; gratum. Tertium autem, quod eſt tenue valde, et perlucidũ. Omne autem opobalſamum quod vetuſtatem accipit, fit ſubrubrum & terreſtre & ſiccum. Verũ opti
D mum eſt ſyncerum, quod quando aquæ mundæ inſtillatur, non protinus diffundiſ, ſed magis ſubſidet, poſtmodum totum aquam exalbidam facit: lacti autem admiſtum, in caſeum illud adſtringit vt coagulum. Item veſtimento albo aut mundo inſtillatum, maculam non facit. Quod enim ſyncerum eſt, in ſumma aqua diffunditur & ſupernatat, & prout oleum quaſi pilulas oſtendit. Nam vires habet aliquatenus acriores, quæ viſcide excalfacere & relaxare efficaciter poſſunt.

De Oleo.

Oleum vetus optimum eſt, quod cum bona pinguedine perlucet, odore & guſtu ſimile vetuſto pinguamini. Vires autem habet excalfactorias, quæ penitus relaxant. Sed & ad caliginem oculorum facit, ſi fuerit de pluribus annis: & ad diuturna & indurata vitia neruorum. In cibis vero admiſtum omnibus conuenit, & lenitiem ſtomacho & ventri reddit, & ſiqua ſtrictura aut vulneratio intrinſecus facta eſt, leniendo relaxat. Accepta roſa refrigerans inuenitur. Nardo decoctum, metaſyncreticam virtutem habere incipit: Chamæmelo vero, itidem metaſyncreticum eſſe videtur. Cum bacca lauri decoctum, plus quàm oportet thermanticum eſſe certum eſt. Semini lentiſci miſtum, ſicut roſaceum, per longum tempus, ſtypticam virtutem affert. Maſtichæ admiſtum, colleticum eſſe videtur. Anethum illic per tempus madefactum, thermanticum comprobatur. Mala cydonia illic per tempora madefacta, paregoricum vel ſtypticum aliquantum inueniri faciunt.

faciunt. Cucumeris agrestis radice admista & decocta, cathartícam, & thermanticam habet virtutem: & quidem proprie attritis inunctio facit. Iridi admistum, pluribus valetudinibus prodest. E

De Ouo.

Ouum partus gallinæ est, quod oēs nouerunt. Effectum habet duplicem. Si semicoctum bibatur, virtutē stomacho præbet, & non permittit corpus debilitari, eo ꝙ naturæ fit animātis: lenit.n. oīa, quia lęuem vicem habet. Crudum aūt potatum, raucos emendat. Lachryma quoque tepida in oculis dolentibus inuncta salutem restituet. Vitellus vero eius extrinsecus in aliqua parte corporis illinitus, paregoricus, vel stypticus inuenitur. Coctum vero in aceto vt sit perdurum, dysentericis prodest. Virtute autem sua cibi & potus vicem præstat. Si crudum bibatur sitim prohibet.

De Ocimo.

Ocimum herba est omnibus nota. Vires habet acriter excalfacientes, & relaxantes, & vrinam prouocantes.

De Origano.

Origanum & ipsum omnibus notum est. Et habet vires acres, & excalfactorias, & relaxantes, & euaporantes. Vnde & suspiriosis, & tussientibus prodest, et serpentes fugat, item biles detrahit, ventrem detrahit, sed vrinam & menstrua prouocat. F

De Orobo.

Orobū oēs nouerunt. Huius igit farina cum melle vulnera purgat, & maculas tollit, & alienationes tenet. Ipse autē orobus manducatus, caput replet & ventrem, & sanguinem per vrinā prouocat. Et est optimus Atticus: est enim colore violaceo, effectu viscide sistens, & in modum cani.

DE PONITIO

POnitium hac ratione conficitur: Chalcitidis partes duæ, & cani vna, in mortario læuigantur æstu calidissimo, infuso subinde feruēte & acerrimo aceto: & hoc fieri habet, donec res rubro colore apparent. Habet igitur ponitium vires quàm chalcitis equidem vastiores.

De Pipere.

Piper fructus est arboris quæ in India nascitur: Quod qñ primum crescit, oblongum & rotundum apparet: & longo piperi assimilatur, quod ex minutis et cꝭ pluribus granulis veluti constipatis constat: & quæ tempore ipso accrescunt & dissipantur, maturata enim & nigra facta, nigrū piper dicuntur. Eligimus.n. Longum piper, quod quando frangitur, strictissime granula sua coniuncta habet, & circa suam veluti medullam cohærentia, quodq; gustum viscide mordet & calefacit: Album deinde, quod sine ruga sit candidissimum, graue, & non minutum, et ad gustum simile lōgo: Item Nigrum, quod præter colorem in reliquis sit simile albo. Potest autem omne piper syncere stringere, & excalfacere, & totum corpus vehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formatis in speciē piperis longi: & album deinde læuigatur cum spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis, sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum. G

De Pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij. Simul aūt vtraq; colligunt circa metalla, vbi æs, & cuprū, & argentum conflat. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenit: spodium circa parietes. Et adulterat stellis siccis tenuibus combustis, item cannis quibuslibet, sed fiūt fusciora & non æqualiter lęuia. Est enim optima pompholyx, quæ est lęuissima, & candidissima, & ad tactum nullā habēs asperitatem: easdem.n. & spodiū vires habet, stypticas, & q̄ siccare possunt.

De Purpurisso.

Purpurissum quod & facum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ & pusillæ in modum tessellarum: quæ ab infectoribus tingūtur colore roseo: tale est maxime Canusinum, sequens Puteolanum. Vires habet aliquantulum stypticas. H

De Pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga, colore fuscior, intus exalbida, crassitudine digiti pusilli, gustu excalfaciens vehementer, & saliuam copiosam prouocans. Cuius optima est quæ est recens. Potest autem efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De Pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quiq; assidue à fluctibus illisus fit leuissimus & exalbidus, & vndiq; concauus in similitudinem spongię. Facit ergo pumex ad dentifricia. Et scriptores pennas vel calamos sibi in eisdem temperantes bene scribunt. Et mittitur hęc ipsa pumex in malagmata. Abradit autem, & sua asperitudine læuigat.

De Pulegio.

Pulegiū herba est oībus nota: Quę cū aliqua acrimonia excalfacit: & est diureticū valde: sed & menstrua prouocat, & partū expellit: & olim tussientibus prodest: & odor eius nauseā prohibet.

De Propoli.

Propolis circa fauos & circa aluearia apū inuenit: & est quasi genus ceræ. Cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mum. Vires habet similes cerę, sed efficaciores.

De

A *De Psyllio.*

Psyllium semẽ est herbæ nigrum, & minutũ, pulicis magnitudine, vnde ẽt cognominatum vr: herba tota assimilis fœno, longa, & angusta: & calamũ minutũ, & oblongũ hẽt: à quo medio incipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semẽ inuenit: Quod efficaciter refrigerare & stringere potest: vnde oculis lachrymãtibus cito prodest. Itẽ dysentericos, & podagricos remediat: & capitis dolorẽ ex aqua lęuigatum, & in fronte linitũ confestim sedat. Et hæc ipsa herba pulicaris dicit.

De Plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus & folia efficaciter refrigerant, & stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus vtiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quæ stringere & siccare volumus, id vtiliter faciunt.

De Polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida folia habens: & in summo quasi canitiem, & comulam semine plenam, odore graui & non suaui. Potest ergo omnem viperam fugare: potest & res venenosas extinguere. Laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & vrinam, et vẽtrem mouet.

De Pelecino, vel Cæpa Canina.

B Pelecinus herba est, quæ in itineribus nascitur: plures & tenues ramulos habet, folia pusilla: & granula in folliculis terna vel quaterna, subrufa, & amara valde: Quę possunt cum aliqua acrimonia viscide stringere: propter quod & in antidota mittitur, & menstrua prouocat.

De Panace.

Panax radix est herbæ, de qua opopanax conficitur: Quæ & ipsa etiam, & si infirmius, eadem præstat, quæ opopanax.

De Peucedano.

Peucedanũ herba est, thyrsum & ramos habẽs similes vt fœniculũ: radicẽ vastã, & nigrã, odore grauem, succi plenã: & circa illam comulã densam: florem aureo colore. Hæc igit radix aliqñ pp succum suũ exprimitur: & succus eius melior est, si sit colore subrufus, & ad gustũ excalfacit: aliqñ siccatur & reponitur. Facit aũt ad vulnera antiquata, & expurgat viscide: propter quod in aliquibus emplastris, & malagmatibus mittitur. Et radix eius incensa serpentes, & viperas fugat.

De Pastinaca.

Pastinaca omnibus nota est: nam sumitur in cibo, & in reliquis virtutibus. Vires habet acres, & excalfactorias & diureticas,

C *De Petroselino.*

Petroselinũ nascitur circa petras. Et est optimũ Macedonicũ: est.n. odoratũ, subdulce, diureticum valde, & excalfactorium: vnde & stomachi & coli inflationes & tensiones remediat.

De Peristereone, vel Verbena.

Peristereon herba est columbaria: folia habet modica quasi incisa, radicem mollem, thyrsulum stypticum. Tota herba vulnera glutinat, & alienationes stringit: & ad omnia venena potui data optime facit: similiter ad tertianas & quartanas dispositа est. Huius succus in collyrijs mittitur. Hæc autem & columbina, & verbena, dicitur.

De Polypodio.

Polypodium herba est similis filici, quæ in petris, & circa radices arborum vetustarũ, & in querceis arboribus crescit: hæc melior habetur: cuius radix pilosa & hirsuta videtur, gustu stiptica cũ aliqua dulcedine: in folijs vero habet binos ordines quasi pũctorum aureorum. Vires habet ventrem soluentes, & bilem distrahentes.

DE COLOCYNTHIDE

D COlocynthis similis est cucurbitę rotundæ, vel malo granato. Huius vero medulla, i. quod intus habet carnosum, & semen, viscide ventrem purgare potest: & in plura cathartica mittit.

DE RVTA

RVta herba est oĩbus nota, vtilis valde. Hæc.n. stomachũ erigit, & tussientibus prodest, & coli dolorem sedat: item vrinam & menstrua prouocat: partũ quoq;, si plus sumatur, expellit.

De Resina.

Resina est quasi lachryma herbæ: & locis q̃ pluribus colligitur. Verum sicca quæ est, inuenitur circa nuclipinum, & pityn: alia liquida circa terebinthum, & peucen, & cypressum: &, quæ circa lentiscum, quam aliqui mastichinam esse dicunt, in Chio insula colligitur: aliæ, prout diximus, pluribus locis inueniuntur. Communiter vero omnis resina laudatur, si sit munda, perlucida, & si odorem suum pristinum seruet. Specialiter tamẽ liquidarum optima est terebinthina, habet.n. & candorem, & munditiem, & perlucet, & vitro assimilis esse debet: post mastichina recipitur, colore non dissimili ponticæ ceræ: Item siccarum receptissima est pityina: post quam numerat peucena & nuclipinea, quam græce strobilinam dicimus. Verum omnis resina efficaciter relaxare, & remollire potest: & in vsu aliquando crudæ accipiuntur, aliquando friguntur.

De Roremarino.

Rosmarinus herba, est fructiculus: & semen dicta cachrys, adsimilis spondylio: quę herba radi

cem & folia habet quasi fœniculum, sed asperiora, & exalbidiora, & crassiora, & veluti thyrsum E
oblongum, & ramosum. Huius igitur semen, quod est breuius, & vastius, cachrys dicitur: quod inde tenerius & oblongum, rosmarinus. Verūtamē efficaciter stringere, & relaxare potest: vnde & vrinam mouet, & antidotis contra maligna admiscetur. Et quidem cachry acrius, & viscidius.

De Rubo.

Rubum omnes nouerūt. Huius igitur, & folia, & flos, & mora leuiter stringūt: vnde ad vuulā & fauces euidenter faciunt: quamuis omne profluuium idonee stringant.

De Rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur, aliqualiter vasta, & nigricans, fragilis leuissime: odorē & gustu amara, & leniter stringens: &, si fricetur, & masticetur, fit veluti glutinosa & croceato colore: Vnde optimum rhu est ponticum. Vires autem habet efficaciter stringētes: propter quod cum vino læuigatum, & quasi fomentum impositum, inflationem siccat, & vulnera glutinat, & sanguinis abundantiam reprimit. Mittitur & in antidotis.

De Rosa.

Rosam omnes nouerunt: Quæ & ipsa suauiter stringit, & refrigerat.

De Rapa, & Napo. F

Rapa omnibus nota est. Huius radix comesta inflationes facit, & multum carnis, sed inutilem nutrit humorem. Aqua vero in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomentum est: sed & ipsa contrita, & impositа idem operatur. Si excauetur, & accipiat oleum rosaceum, & ceræ modicum, & sic in cinere calido coquatur ita, vt cerotum faciat, vulnerosos promouet, & curat. Est etiam rapæ similis napus, qui similiter inflat: sed semen huius napi contra venena potui cum vino optimo datur, vel ex mulsa contritum.

De Raphano.

Raphanus oībus nota est, quæ radix appellatur. Radicem habet similem rapę, sed longiorem: Quæ comesta à ieiuno, prout antidotum, magnū est adiutoriū sanitatis, & tutamentū corporis: sed inflationem operatur, ructus fœtidos facit, & vrinā mouet, ventrē relaxat: decocta aūt in cibo sumpta phthisicis prodest: & thoracē à phlegmate laborātem emēdat. Cortex vero eius cum aceto & melle acceptus, vomitus mouet: hydropicis & splenīticis prodest: si in modum cataplasmatis imponatur cū melle cōmista, ēt prodest. Putredines curat, & liuores tollit, & contra viperarū morsus prodest. Alopecias capitis iuuat. Fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compescit. Semen vero eius cū acetō datum, splenem minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic gar G
garizetur, synanchen curat. Folia eius tunsa & impositа, omnibus articulis dolentibus prosunt.

DE SARCOCOLLA

SArcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fieri dicunt ex suffimentis æque similiter resinæ per parietes læuigādo. Alij enim sarcocollam, argemonem herbā vocant: Quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubicant, & ad gustum commista dulcedine aliquam habent amaritudinem, & dentibus pressę agglutinantur. Potest igitur stringere lachrymam, & quodammodo hilarem visum facere. Adulteratur autem gummi, & resina, sed tactu facile deprehenditur.

De Spica Nardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est: similis est enim spicæ frumenti: & hæc plurimas habet velut aristas, & quasi setarum vel capillorum fasciculus ad modū patet: nascitur enim in India ex vna radicula sine folijs. Dicitur tamen & Syriaca, non quia in Syria legatur, sed quia montis illius in India, in qua plurima inuenitur, pars ad Syriā aspectat. Verum optimā diximus, quę est odoratissima, & colore subrufa, recens, et ad tactum non grauis, nec vasta, sed magis densa. H
Hæc ergo vires habet suauiter stypticas, & leniter calfactorias.

De Syrico.

Syricū fit de ceruſa plurimū siccata, & cribrata. Coquit aūt in patella fictili sup carbones vsque quo sandycis habeat colorē, qđ ipsum ceruſæ vires repræsentat: est optimū, qđ ignis hēt colorē.

De Saluicula.

Saluicula herbulæ genus est, quæ radiculas & folia sub floribus similibus violæ, cęq; plurima habet, quæ tota prodest: hæc refossa in modum stabularum stringitur: nascitur aūt in alpibus summis, & in Norica regione: Quam ipsam optimam iudicamus, quę est odoratissima: cui tamen, & hæc adesse oportet, vt recens, & sine fabulo sit, & quām plurimas cum ramulis suis radices habeat: illæ autem sunt viscidissimæ. Potestas igitur saluiculæ est, quæ & spicæ, etsi infirmior.

De Sale.

Salē oēs nouerunt. Colligitur aūt in quibusdam littoribus, & partibus maris, aut fodit, aut paratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia vel in diuersis prouincijs. Verum est optimus sal, qui ex mari fit mundus, & candidus, cuius virtus sapore ipso, pbatur, potens comedere, & purgare: multis qdem rebus misceri præcipitur. Cuius salis virtus est, q omnibus ci-

bis

A bis admiſtus conuenit, & orexim facit, faſtidium auertit, nauſeam prohibet. Qui aũt foditur, eſt velut vena alba & plucida: venas habet prout ſchiſtos, quem, & nos ſalem armeniacum diximus.

De Succo.

Succi virtus duplex eſt vel triplex. Hic éadem, & ſi incertius, præſtare poteſt, quæ & ouum díximus facere: vicem.n. cibi & potus præſtat. De hordeo ptiſanas faciunt, quæ frigidam & humidam habent virtutem, & relaxare poſſunt: ſi oleũ roſaceum admiſceas, febricitãtes refrigerat, & reparat. De hordeo immaturo ſuccus ventrẽ ſtringit, & infrigidat, & vires acquirit. Et alicę vel orizæ ſuccus ſimiliter operatur: Siligo enim tritici ventrem ſtringit, & ardorem, & corruptionem.

De Stibio.

Stibíũ lapis eſt fulgẽs, & ſplendẽs, nulli lapidi ſilis, q̃ in metallis inueniť, colore aſſimilis plũbo: Cuius eſt optimũ, quod late refulget, fragiliſſimũ, & q̃d eſt in ſe mũdũ, lapidoſum vel terrenũ non cõtinẽs. Vires aũt hẽt ſtypticas: vnde & refrigerare, & ſtringere, & lachrymas velut oppilare põt.

De Sandaracha.

Sandaracha affertur maxime a` Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & eſt a` primo lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Eſt ergo optima ſandaracha, quam florem appellamus, quæ eſt B roſeo colore, munda, vel nihil exterum admiſtum habens: Effectu & ipſa fortiter ſtringens.

De Sagapeno.

Sagapenum eſt lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligiť: Cuius optimũ dicimus, q̃d eſt glebulis minutis durum, colore ſubſimillimũ myrrhę, guſtu acri & quaſi glutinoſum, odore cepaſtrũ, recẽs, mundũ, et intus albidũ, & extrinſecus rubidum. Vires hẽt, quę cũ acrimonia viſcide laxare poſſunt. Hoc ipſum galbano aliqui adulterãt, formatis ex eo guttulis eiuſdẽ magnitudinis.

De Sepo.

Sepum omne mollire poteſt durities. De quadrupedibus optimum eſt leoninum: melius eſt leopardinum: nunc melius vrſinum, q̃ taurinum, vel ceruinum: caprinum vero ſpiſſius eſt & ſiccius, & magis hircinum, vel aſininum. De volatilibus vero optimum eſt anſerinum, melius pullinum. Item melius phaſianinum, & omnibus melius vulturinum.

De Sanguine.

Sãguis oĩbus humidus eſt. Foris in corpe illinitus, ſtypticus iueniť: & oculis ,pdeſſe cõprobať.

De Syricio.

Syricium herbulæ radix eſt, nota q̃ pluribus, exalbida & ſpiſſula: Quæ acrimonia ſua, & aſperi C tate, vrinã et calculum prouocat: Sternutare copioſe facit tunſa, et cribrata, & in naribus impoſita.

De Staphide Agria.

Staphis agria ſemen eſt herbæ, quæ floreſcit ſimiliter, vt vites erraticæ: & fructum affert in folliculis viridibus quaſi ciceris, triangularem, album, ſubruſum, guſtu acerrimum, & amarum. Verum optima eſt, quę eſt recens, nigra, plena. Hæc ipſa cum maximis vexationibus viſcidiſſime relaxat. Pediculos quoq; ex oleo lęuigata, & corpori illinita occidit.

De Sepia.

Sepia eſt marinum animalculum, cuius teſta & item os ſiccatum, & repoſitum, leue, & candidum, & oblongum videtur, & ad vſum medicinæ facit. Admiſcetur autem collyrijs: & ſolum in mortario lęuigatum, dentifricium eſt optimum.

De Sulfure.

Sulfur optimum eſt, quod viuum appellatur, & eſt ſplendidiſſimum, & perlucidum, & veluti perunctum. Vires habet viſcide relaxantes, & pluríma vitia remediantes.

De Silphio.

Silphium radix eſt, cuius lachryma laſer eſſe díximus: & eſt radix pluribus nota. Viroſe & acri D ter excalfacit, & veſicã lędit: verũ admiſceť antidotis, & purgatorijs: & ſale condita ſuauiter facit.

De Seſeli.

Seſeli ſemen eſt herbæ, quæ ſimilatur fœniculo & anetho: creſcit, & grauat, & grana affert vaſtiora & oblongiora, q̃ vtrunq;. Verum & hoc eſt diureticum, & in plurima antidota mittitur: proprie tamen ad colicum dolorem facit.

De Scammonio.

Scammonium, quod & colophoniũ vel diagridium dicitur, ſuccus eſt herbæ, quæ a` ſua radice plures ramos intra ſe mittit: quæ naſcitur & in Myſia, & in Colophone: & ſilr, vt creditur, mandragorę, aut quaſi panacis, radix illius inciditur, & folijs ſuis ſuppoſitis lachryma, quę emanat, excipitur. Verum optimum díximus ſcammonium, quod eſt medium, leue, perlucidum, intus nõ ſpiſſum ſed magis prout ſpongia fiſtuloſum, & ſplendidum, & quod ſimul ac ſaliua tangitur humorem lacteum & amarum oſtendit. Hoc igitur ipſum ſtomachum quidem euertit, ſed ventrem viſcide purgat. Adulteratur autem tithymali ſucco, ſed ita deprehẽditur, q̃ tithymali ſuccus ad guſtum minime excalefacit, quodam modo, ſed vrit, quod abeſt ab ſyncero colophonio.

De Singibere ſeu Zingibere.

Singiber herbulæ radix eſt pulilla, exalbida, leuis, & veluti trunca. Inuenitur maxime in Tro-

glodytis,& Arabiæ partibus: & aliqui illam piperis radicem putãt. Hoc ergo optimum eſt,quod E
eſt recentiſſimum,& ſine fiſtula vlla,quod ἄτρυτον græce dicimus,odore ſuaui,guſtu & ſapore ſi-
mile piperi. Cuius vires plurimæ ſunt, ſed proprie digeſtionem facit: & ſtomachum confirmat
& corroborat: & ventrem laxat.

De Styrace.

Styrax eſt quaſi lachryma arboris, quæ & ipſa ſtyrax appellatur, ſilis tota cydoniæ. Huius igit̃
arboris ramuli & virgulæ, vt vermiculi,circa ipſas medullas naſcuntur:a quibus incidunt̃, & fo-
ramina ipſorum ſcobem quaſi furfur emittunt,quæ cũ lachryma confiſcatur: quod in modum reſi
nę pityinæ manat,maxime æſtibus medijs,& Sole candidiſſimo. Verum optimum dicimus ſty-
racem, qui eſt ſubrufus,& qui multũ reſinæ ſpecie permanet,odore ſuaui & quaſi melleo, & ſub-
auſterus,ſine humore,& leuis dum fricatur. Viribus autem poteſt leniter relaxare: calefacit enim
& lenit durities,& mollit. Sed adulteratur copioſa ſcobe ipſius arboris, vel etiam alterius, exinde
tunſa, & cribrata, & cum melle decocta, ſubacta,& rurſus cera & adipe reuoluta.

De Symphito.

Symphitum,quod aliqui anagallicum dicunt, herba eſt pluribus nota: cuius radix videtur ob-
longa,cortice nigra,ad guſtum ſubamara,& glutinoſa. Propter quod ad reſtringendum, ſangui- F
nem excreantibus datur: viſcide autem ſtringit,& glutinat.

De Spuma Argenti, vel Lithargyro.

Spuma argenti fit in metallis,& purgamentis argenti qñ conflatur. Itẽ è ſcoria,quã Græci mo-
lybdenã dicunt. Aliqua ex plũbo,et ipſa coctura in ſpeciẽ puſillorũ tribulorũ redigit̃. Verũ opti-
mã dicimus,q̃ eſt colore aſſimilis auro,& vſq; grauis. Poteſt autẽ aliquatenus ſtringere,& refrige
rare: & eadem præſtat, quæ & ceruſam facere dicimus. Ab aliquibus vero lithargyrus appellatur.

De Sori.

Sori glebula eſt viridis, q̃ foramina habet quã plurima. Dicit̃ & aliud eius genus inueniri colo
re argenteo. Verum optimũ iudicaĩ Ægyptium,i.quod ab Ægypto affertur: quod plurima habet
foramina,& eſt fragile,& dum comminuitur infuſcatur,guſtu ſtypticum,& odore nauſeoſum ſic
vt & vomitum quibuſdam moueat. Coquitur autem vſquequo ſit colore rufum. Et habet vires
valde ſtypticas & acres: vnde & alienationes continet: & vulnera, quæ luxuriantur,exiccat.

De Stœchade.

Stœchas herbula eſt,quæ ramulos emittit tenues & oblongos,circa quos habet folia oblongio
ra,q̃ thymbra,ſed non diſſimilia,& ſemẽ minutum: tota herba eſt odore ſuaui,guſtu acris, & ſub- G
amara. Vires habet relaxantes: vnde menſtrua prouocat,& vitia thoracis ſedat,& in antidotis mi
ſcetur. Naſcitur plurimum in inſulis,quæ ſtœchades dicuntur,

De Sapone.

*Al.hircino. Sapo conficitur ex ſeuo bubulo, vel caprino, aut verueçino, & lixiuio cum calce: Quod opti-
mum iudicamus Germanicum, eſt.n.mundiſſimum,& veluti pinguiſſimum: deinde Gallicum.
Verum omnis ſapo acriter relaxare poteſt, & omnem ſordem de corpore abſtergere vel de pan-
nis,& exiccare ſimiliter vt nitrum vel aphronitrum. Mittitur & in cauſtica.

De Sampſuco.

Sãpſucus herba eſt: folia & ramos hẽt plures & puſillos,circa terrã diffuſos, nõ diſſimiles nepi-
tę: tota herba olẽs eſt ſuauiter : Viribus acris,et excalfactoria, & ad oẽm duritiẽ vel rigorem valde
idonea.

De Sinapi.

Sinapi omnes nouerunt: Cuius efficaciſſimum eſt Alexandrinum: habet enim Vires acriter
& viſcide diſtinguentes: propter quod vitia loginqua eliminat,eo q̃ loca ſanguine manãtia exic-
cat,& extringit,& corroborat ſimul ſtomachum: quod ipſum ſinapi moſano vidimus cõtingere.

De Sertula. H

Sertula herba eſt humilis,odore ſuaui,exalbida: Floſculum habens ſubrufum: Cuius melior ha
betur,quæ eſt recens,& vaſtior,& non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: pro
pter quod & oculorum tumorem ſedat: & partibus neruoſis, & delicatis,ex aqua multa cocta,in
modum fomenti trita & impoſita facit.

De Syro.

Syrũ naſcit̃ in Africa, & in India: Optimũ tñ habeẽ Arabicũ, & huius ipſius, quod eſt recẽtiſ-
ſimum,& plures & breues calamos habet: & ſi frangit̃, rubicundũ intus apparet: redolẽs ſuauiter,
ſi fricet̃ inter manus: & guſtu, linguã ſubmordẽs, q̃ Vires habet acriter relaxantes. Proprie qui-
dem veſicam petit, & vrinam prouocat. Mittitur & in antidota, quæ aduerſus venena faciunt.

De Scilla.

*Al.allio. Scilla radix eſt herbæ pluribus nota: eſt enim colore & corticibus vaſta,& cępæ vel bulbo aſſi-
milis. Vires habet acerrimas,& excalfacientes: vnde & tuſſientibus,& hydropicis vtiliter datur.
Et ſi fricetur in corpore,magnam,& intolerabilem pruriginem facit.

De Scordio, vel Allio Agreſti.

Scordium herbula eſt virgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas: & folia ſtringentia, ad
guſtum

A guſtum ſubamara, odore oleaginoſa, flore rubicundo. Vires hẽt acres, & diureticas, & ad viperas facientes.

De Scinco.

Scincus animal paruulum eſt, quod in India inuenitur, quadrupes, & ſimile lacerto, ſed multo maius, & longius, & ventroſum: hoc igitur ſalitur. Et venerea facit drachma vna caruncule illius ex vini cyatho potata: ſi enim plus ſumatur, affert periculum.

De Sedo.

Sedum herba eſt, quam aliqui ſenecionem vocant: quæ & in petra naſcitur, & ſuper tecta: folia enim habet viridia, denſa, & quercui ſimilia, ſed craſſiuſcula, & pinguia: thyrſulum emittit oblongum & ſubrufum: capitella habet oblonga, in ſummo habens in modum verticilli. Vires habet *Al. vmbilici. ſtringentes, & refrigerantes: propter quod ſimilis eſt plantagini, & ad eadem proficit.

De Satureia.

Satureia ferè eaſdem vires habet, quas & thymus, & eadem facit, etſi eſt aliquatenus infirmior.

De Spondylio.

Spondylium locis humidis creſcit, & habet radicem albam, & aſſimilẽ radici, quã in cibos mittimus: & thyrſos oblongos quaſi fœniculi: folia quaſi platani: ſemẽ quaſi ſeſeleos, duplex, ſed candidius, & latius, & veluti piliaſtrum, florem album. Huius igitur ſemen potatum bilem detrahit, & ventrem ſoluit acrimonia ſua. Regio morbo, & ad tuſſem, & ſuſpirioſos videtur prodeſſe.

De Siſymbrio.

Siſymbriũ eſt aſſimile mẽtę: latiora quidẽ folia hẽt, & odore ſuaui: Et excalfactoriũ eſt, & diureticũ: & ad apicularũ & ſimiliũ aialculorũ pũcturã cõfert pſidiũ. Semẽ illius potatũ ad eadẽ facit.

De Smyrnio.

Smirnium eſt aſſimile apio, ſed folia hẽt latiora, & ſubaureo colore, & quaſi pinguia, & fortiora, redolentia cũ aliqua acrimonia: ramulũ & capitellũ prout anethi: ſemen rotundũ, nigrum, ferè guſtu miraſtrum: radicem ſuccoſam, mollem, leuem, odore ſuaui, cortice nigro, intus viridem aut exalbidam, & ad guſtum fauces mordentem. Vires aũt habet acres, & ſudorem ſuſcitantes: vnde & tuſſientibus, & ſuſpirioſis, & hydropicis, & coxioſis prodeſt, & ad ſerpentum morſum facit.

De Satyrio.

Satyrium herba eſt, ramulum habens oblongum & purũ: florẽ purpureũ, exalbidũ: folia quaſi lilij, ſubbreuiora & ſubrufa, tria vel quatuor, ad terrã iacentia: radicem duplicem, quaſi teſticulos: Quæ radix potata venerea prouocat. Succus illius inunctus lippitudines optime curat. Eſt & C aliud ſatyrium erythraicum, quod aſſimilatur ſemini lini: vaſtius quidẽ eſt, & leue, & ſplẽdidum: cuius radicis cortex tenuis eſt & rubens, ipſa penitus alba & dulcis. Tertium quidem ſatyrium ali qui herbam baſilicam appellãt: cuius folia ſunt priori ſatyrio ſimilia, ſed grauiora, & leuiora, punctis aſperis, nigrioribus: radix eius, pedis vrſi habens ſimilitudinem: flore aureo vel croceo: & ſi cum aqua vel vino fuerit trita, croceatum efficit colorem. Vires habet excalfactorias, & aduerſus venena facientes. Quam herbam ſiquis ſecum habuerit, ab omni genere ſerpentum erit ſecurus.

De Siſario.

Siſarium notum eſt omnibus. Et huius radix vires habet diureticas.

De Scolopendria.

Scolopendria ſimilis eſt ſcolopendriæ animali: in petris humidis naſcitur, nec florem habet: folia ipſius in ſuperficie viridia ſunt, ſed rufa & limoſa. Cum aceto potata ſplenem curat: & extrinſecus cum vino poſita iuuat: & calculos expellit. Vires habet diureticas.

De Scopa Regia.

Scopa regia facile eſt nota oĩbus: et hẽt radicem tenuẽ, & oblongã: & virgulas oblongas: & folia ex interuallo aſſimilia lactucæ, ſed fixiora & fortiora. Vires aũt hẽt & ipſa acres, & diureticas.

D *De Sinopide.*

Sinopis optima eſt, quæ in Lemno inſula inuenitur: & huius ipſius, quæ ſphragis appellatur. In terris autem ſinopis in quibuſdã ſpelęis colligit: & caprino ſanguine in modũ fermenti ſubigitur, & in paſtillos redigitur. Adhuc optima ſinopis dicitur cuiuſcũq; loci erit, ſi bene fuerit cocta, quæ eſt rubicundiſſima, & ſpiſſa, grauis, per omnia eodem colore, & ſine lapillis: quę ex vna mica plurimum humoris in ſimilitudine ſanguinis inficit. Vires habet efficaciter ſtringentes.

De Sio.

Sium ſemen eſt, quod maxime de Aſſyria defertur, fuſculum, oblongum: Acre, & viſcide excalfactorium: propter quod ad inflationes, & roſiones ſtomachi, & choleræ proprie facit.

DE TRAGACANTHA

TRagacãtha eſt lachryma herbæ lignoſæ & ſpinoſæ: cuius radix inciſa hãc ipſam lachrymam emittit: q̃ aliquatenus ſiccata, prius tñ q̃ indureſcat, cultello in tenues laminas ſecat. Eſt ergo optima tragacãtha, quæ mundiſſima, cãdidiſſima, tenuis, lucens, recens, & ſubdulcis. Vires autẽ hẽt quales ſarcocolla, & aliquatenus efficaciores: magis.n. ſtringit, plus & lachrymam reprimit.

De Thure.

Thus lachryma eſt arboris, quæ in Arabia & in India naſcitur, quæ græce libanus dicit. Quod

ergo de Arabiæ arbore manat, candidius est: Quod de India, subrufum: verum vtrũq; mãsculum E appellatur. Est & tertium minutũ valde & rufum, de quo maxime manna cõficit. Erit ergo optimum thus, quod masculum diximus, subrufum, rotundum, & naturaliter lene, fragile: & si pinsat, in miculas minutas, et vt fabulum dissipat: & quod ad ignem cito accendit, odorem suauem et copiosum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes. Sed adulterat resina pityina, & gummi, & thure cõmistis: & fit in speciẽ synceri thuris fortis. Itidem & mãna adulterãt aliqui, læuigata resina pityina, vel farina, & cortice thuris, & cortice nucleí pinei. Sed deprehẽduntur ita: Thus.n. quod resinam vel gũmi habet, si masticet, fit quasi mastiche, & ad ignẽ non cito accendit, nec talẽ odorem habet. Silr & manna, & cortex, si syncera non sint, tardius & fumosius incenduntur.

De Tithymalo.

Tithymalus ferè tot habet vocabula, quot & species, sed non refert: eadem autem omnium vis est. Colligitur ergo & quasi lachryma, & quasi succus: quasi lachryma sic: Singulæ virgulæ prope ipsa capitella franguntur: & sic lachryma veluti colum quod manat, in conchulas quasi opiũ collígitur & siccatur: similiter & hoc est ũiridissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contusis & expressis excipitur, & eadem ratione siccatur: & est infirmior. Verum eadem facere tithymalus potest, quæ & elaterium facere diximus: & extra quasi psilothrum pilos tollit, etsi incidat cutem F qua causticum vrit, maxime quando est recens, & dum colligitur.

*AP. validissimum.

De Thapsia.

Thapsia succus est herbæ eiusdem vocabuli: quæ folia habet similia fœniculo, sed rectiora & vastiora: thyrsulum quasi ferula: florẽ violaceum: semen latum: radicẽ albam & vastã, quam q vo let effodere, aut succũ illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudũ, ceroto liqdo perun gere debebit: sin minus, inflationes & pustulas circa faciẽ & manus patiet. Exprimitur ergo succus thapsiæ lota ipsa radice, & in pila contusa, & sic organo pressa: qui succus in mortario læuigatur, & in Sole siccatur. Aliqui & folia cum radice iungunt, & nimium tundunt, & exprimunt, qđ est inertius. Alij aũt, quod est optimum & viscidissimum, ipsam radicem refossa terra nudant, ita tamen q; vna in terra maneat: & sic eam cum ferula sua acuto scalpello incidunt, & veluti scarificant, & lachrymam quæ manat, colligunt. Vires aũt habet thapsia acerrimas, & in modum ignis causticas: prodest tamen longinquis vitijs, illa ratione, qua & sinapismus.

De Thymo.

Thymus herbula est humilis, & ramosa, & ramulis duris, & lignosis: quæ folia habet pusilla, & angusta, & oblonga, & subalbida: in summo capitula in speciem formicarum in se implicita- G rum, & concurrentium. Vires habet acres, & excalfactorias, & stringentes: propter quod omnibus vitijs stomachi, & thoracis, aptissimum est.

De Thlaspi.

Thlaspi herbula est, quę folia habet magnitudine digiti: thyrsulum subalbidum, tenuẽ, & oblõgum: semen assimile cartamo, & quasi patulũ & dilatatũ. Vires quoque habet acres, & relaxãtes, & veluti mordentes: vnde asperitudines oculorũ, & cicatrices extenuat. Et potatũ, ventrẽ sursum & deorsum purgat cum oleo læuigatum. Punctiones, frigora, & horrores in accessione discutit.

De Trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. Huius igitur folia & pota, & pro fomento impositа, viperæ morsus remediant. Item semen illius in emplastrum mittitur, & radix in antidota: vtraq; ad venenosorum serpentum morsus facientia.

DE VERATRO VEL ELLEBORO

VEratrum radiculæ herbæ sunt eiusdem vocabuli, exalbidæ, & oblongæ, & ab vno capitulo copiosæ & directæ, & quæ per ætatem maiores quidem, q̃ porri capitula, sed non dissimiles: Quarum optimæ sunt, quæ aspectu vnctulæ videntur, & non rugosæ: & quæ medullam tenuem H habent, & gustu magis excalfaciunt, & vomitum prouocant: tale nãq; est Creticum, nam Gallicũ multo est inertius. Verum omne veratrum est viscidissimum medicamentum, & fortissimũ purgatorium in tãtũ, vt venenosum esse dicatur. Est et aliud veratrum nigrum, quod magis purgat. Aliqui secundum ambo purgant veratra, & elleborum dicunt.

De Visco.

Viscum succus herbæ est, quæ de ramis arborum excrescit: quæ herba habet fructum rotundũ in specie vuæ, pallidiusculum: qui fructus tunditur, & cõmodatur ad aquam frigidã copiosius, & diligẽter, vsquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat, sic.n. euadit glutinosissimũ. Alij quoq; in aqua coquunt, & eadem diligentia expurgãt. Verum optimum est, quod in quercu arbore crescit: & quod est mundum, subuiride, purum: & quod si extendatur, non rũpitur, sed in specie membranæ extenuatur. Vires habet acres, & quæ durities remollire possunt.

De Viola.

Viola species habet tres: est.n. alba, & purpurea, & aureo colore: floresq; de radice eius excrescũt: Quibus melior habet, q̃ est purpurea. Verũ oẽs viscide relaxãt, sicut et vrinã prouocãt aliqñ. Et semen illarũ partum expellit, & lumbricos occidit. Odorem vero habens est flos ipse suauem.

De

A *De Vrtica.*

Vrtica eſt oĩbus nota: Et eſt calefactoria valde: quapropter attrita, cum oleo vel axungia inuncta, contra frigus facit. Item potata cum vino, morbum regium emendat: & antidotis, q̃ colicis quidẽ ſunt, ppria, admiſcetur. Itẽ trita cum melle ſingula cochlearia diurno potui data, tumorem ventris, vel frigus ex pulmonibus conceptum, ſedat: & calore ſuo omnes humores diſſoluit.

De Vella.

Vella herba eſt folijs quidem minor, q̃ eruca, ſed non diſſimilis: flore violaceo: ſemẽ habet velut in folliculis oblongis, ordinis ſtipati, prout naſturtij: & guſtu calefactoria eſt, ſubmordens, & viribus relaxans: vnde ad tuſſem veterem, & ad regium morbum cum melle optime facit.

De Vetonica.

Vetonica herba eſt, quæ radices habet aliquatenus craſſitudine digiti: & ramulos longos quadratos: folia quaſi quercus, ſuauiter olentia: florem purpureum: ſemen circa ramulos in circuitu, in modum ſpicę, nigrum: naſcitur in pratis & montibus. Vires habet leniter acres & diureticas.

De Vite.

Vitis eſt, quam omnes nouerunt, ex cuius fructu vinum exprimitur. Huius igitur folia viri-
B dia in frontem frequenter expoſita & immutata, oculis ex rheumate dolentibus proſunt, eo quod ſtypticum et auſterum habent. Botrus vero eius maturus calidus eſt: infundit et procurat ventrẽ, & maxime ſi albus ſit. Paſſa autem vua ardorem facit, & ventrem procurat. Immaturus vero botrus vuæ, frigidus eſt, & ventrem ſtringit: vnde & dyſentericis facit.

De Vino.

Vinum omne calidum eſt. Vires atq; motum corpori p̃ſtat, eo q̃ calefacit, & reſumit, & reficit oĩa membra, quæ ex frigore & dolore conſtricta tenent. Vinum & oleũ ſi calidũ ex vnguento ponatur, oportet diu perfricare, quouſq; totum corpus illud perbibat: ſil'r & ijs quæ in humeris dolore tenent. Vinum recens, calidũ minus eſt vetuſto: & ventrẽ procurat. Vinũ albũ, diureticum eſt, & toti corpori aptũ. Vinum nigrũ & dulce, ſanguinẽ nutrit: & oculis contrariũ eſt: & capitis ſcotoſin i. vertiginem, & corpori grauitudinem, & ſtomacho turbationem, & ſomnos graues infert. Vinũ, maxime ſi cũ modica aqua bibat, ſaluti corporis prodeſt, eo q̃ nutrit, & cuſtodire põt ſanitatẽ. Primo quod albũ eſt, magnũ remedium corpori facit. Vnde & de ipſa aqua ratio eſt reddenda. Oĩs virtus aquæ frigida eſt, & dulcis, & humida: & febribus acutis aliquoties facit. Vulneribus cancroſis ſi ſola abhibeat, pernicie̅ infert: qa omne vulnus in corpore dulce eſſe videtur, &
C tunc gaudet cancer, & creſcit, dum ſibi conſentiens & amplius nutriens incrementũ acceperit: nã cum melle & aqua iuncta, aut ex lixiuia, cancer ſemper lauari præcipit, aut cũ vino & melle ſimul.

Vinum aũt acetum factũ, incipit frigidum eſſe, & ſtypticum: & non nutrit, ſed magis compeſcit.

Fiunt nanq; de vino diuerſis modis proportiones corporibus aptæ. Vnde mel & vinũ ſolũ ventrem procurat, & calefacit: piper vero adiunctũ i. conditum plus calefacit & ſiccat: ſil'r & vrinam deducit, & corroborat ſtomachum, maxime ſi crocus modice admiſcetur: & infundit, & ventrem procurat. Sambucatũ ſimiliter, & maſtichatum, ventrem procurat, & choleram rubram temperat. Roſatum infrigidat, & vrinam & ventrem procurat. Abſinthinum, vẽtrem & cholerã emundat. Violaceum, vrinam prouocat, plus ſtomachum corroborat, & lumbricos excludit.

DE XYLOBALSAMO

XYlobalſamum ramuli ſunt arboris, quæ balſamus dicitur, tenues, exalbidi, ſuauiter olẽtes, guſtu & viribus acres, & calefactorij, & relaxantes.

De Xylocinnamo.

Xylocinnamum eſt aſſimile aſpectu cinnami, ſed craſſius, & longius, & quodam modo lignoſum: ſed viribus & odore infirmius: & ad eadem ſumitur, & eadem præſtat.

D DE HYOSCIAMO

HYoſciamus eſt quem aliqui altercum dicunt, herba omnibus nota: Quæ ſpecies habet tres: eſt enim, quæ ſemen & florem albũ habet: quæ vtrunq; nigrum: quæq; vehementius velut purpureum maxime, quod eligimus: quod quidem folijs & cauliculis non multũ vires hẽt refrigerantes, & ſtringentes, & marcorẽ faciẽtes. Quapropter ſuccus ex folijs & cauliculis dum adhuc ſunt virides exprimitur, & ſiccatur: & ſimiliter vt opiũ in antidotis & collyrijs mittitur: & eodẽ modo oẽm dolorem compeſcit. Aliqui vero eum interficere dicunt ſi bibatur, & eſſe venenoſum.

De Hyſopo.

Hyſopus eſt quaſi ſordes et ſuccus lanarum ſuccidarum: qui hac ratione colligitur: Lanas ſuccidas ſordidiſſimas, et iam mox detonſas, mittimus in vas, quod habeat calidam aquam: & aquam ſuccẽdimus vt aliquãtulum ferueat: deinde refrigeramus, & quod ſupernatat in modum pinguaminis, abradimus manu, & in vaſe ſtãneo abſternimus: & ſic ipſum vas aqua pluuiali implemus, & opertum tenui linteo in Sole ponimus, & rurſus delimpidamus: & tũc hyſopum reponimus.

Vires enim habet cum aliqua acrimonia mollientes, & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli: ſed ſtatim deprehenditur, eo quod ſyncerus hyſopus reſeruat ſuccidum lanæ, & ſi manibus fricetur, in ſimilitudinem ceruſæ efficitur.

De Hyſſopo herba. E

Hiſſopum herba eſt: eſt vero erraticum & hortulanum: verũ omne hyſſopum facile notũ eſt: Et habet vires acres, & calefactorias: vnde tuſſientibus, & ſuſpirioſis ꝑdeſt: & lũbricos expellit.

De Hypociſthide.

Hypociſthis herba eſt, quæ naſcitur ſubrufa. Huius ſuccus exprimitur, & reponitur, non diſſimilis acaciæ, ſed mollior tactu, & effectu viſcidior, ſtringit enim vehemẽtiſſime: vnde vẽtris profluuium, & ſanguinis abundantiam reprimit, & ſine mora præbet effectum.

De Hyperico.

Hypericum herba eſt, quæ ramulos habet plures, tenues, & oblongos, colore ſubrufo: folia ſimilia rutæ: florem tenuem, & aureo colore, vel eſt ſimilis violæ: ſemen nigrum, in forma hordei. Vires habet acriter ſtringentes, potatumq; iſchiadicos emendat, & vrinam prouocat, ventrẽ ſtringit: & pro fomento poſitum, combuſta ſanat.

De Hyacintho.

Hyacinthus thyrſulum habet læuem, florem purpureum, folia & radices quaſi bulbi. Tota herba viribus & effectu ſtyptica eſt valde.

EPILOGVS F

HÆc ſunt frater chariſſime Paterniane, quæ memoriæ noſtræ ſubuenire potuerũt: & quę partim ipſi probauimus, & q̃ experti ſumus, et apud antiquos et receptiſſimos auctores medicinæ inuenimus. Nunc pro tua examinantiſſima diligentia curabis omnia examinare, et etiã ſingulas res cum ſua ſcriptura comparare, ideo, vt ſiquis poſt auctorum lectiones ad hanc fuerit conuerſus ſcripturam, in nullo poſſit reprobus inueniri.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE VIRTVTE CENTAVREÆ

CENSVRA

Liber, qui licet Galeni non ſit, pleraq; tamen, quæ in eo continentur, ratione non carent.

De Intentione eius in hoc libro. CAP. 1.

EGo vidi frater mi Papia, ſicut Themiſtius famoſus magiſter narrabat de arnogloſſa, quòd re vera incredibilia exiſtimantur eſſe, quæcunq; de cẽtaurea volo narrare, ita multas & difficiles paſſiones curat. Sed ſi nõ credideris mihi, & probare volueris, quã virtutẽ habeat, non decredes ſed miraberis de eius ſucco, ſicut de nullo alio pharmacorum: nihil.n. eſt propè dixerim inuenire euidẽtius, & ad multa vtilius cẽtaurea. Fortaſſis aũt non erit iniuſtũ, illis qui liberaliter eius experientiã oſtenderunt, prębere grates. Sic.n. à certa notitia veris hoc pharmaco, cogitãs q̃ non ſunt ſolũmodo pronũciationes ea, q̃ dicũtur, cum ſint iã ad actũ producta. Apollonius igit̃ ſenex vnus virorum, qui valde erãt approbati in Roma, cuius magiſter fuit expertus medicus, vtebatur hoc pharmaco in multis aduerſitatibus: & per Deũ miratus ſum de ipſo in circũambulatione, plurimũ.n. propter hoc circũambulabam cũ ipſo. Cumq; quendã morſum à cane rabido curaret p̃ſente me, & deridẽte, & dicente, nũc nõ habes vti cẽtaurea, conuerſus ad famulũ ait, da mihi pyxidẽ: cũq; dediſſet ei, videns eũ de pyxide accipiẽtẽ de pharmaco, primo quidẽ putabã & ipſum deridere, erat.n. maxime ſimplex homo: poſtq̃ aũt vidi curam facere de ipſa, multũ miratus fui de ſucco: & exinde diligẽs inquiſitor factus ſum de ipſa, vt dicta antiquorũ percurrerem: & eorum, qui ꝑm nos, plurimos medicorum interrogarẽ de ipſa ſi aliquod nouũ haberent dicere. Nihilo minus oĩa aggregãs, iudicaui ſcribere tibi de ipſa, vt nihil tibi deficeret eorum, quæ à nobis cognita ſunt. Hęc quidem in tantum dicta ſint.

De Speciebus Centaureæ, & Notificatione earum. CAP. 2.

CEntaureæ aũt ſunt ſpecies duę: & ꝑm veritatem ita eſt, vt Crateuas dicit in tertio libro eorũ, q̃ eradicãtur: Vna quarum folia hẽt ſicut lapathium hortulanum, minora tñ: in circuitu autẽ ſunt ſciſſa, ſicut ſerra: caulem aũt habet ſicut triũ palmorũ: opum vero habet rubrũ: in ſummitate vero eius caput laminiginoſum cancro marino ſiḿle: radicem aũt habet ſolidã, & craſſam: & eſt in guſtu dulcis & ſubacris: naſcit̃ vero in locis altis, & aliq̃n in planitie, & in locis, q̃ aſpiciunt̃ à Sole:

hæc

A hęc quidem centaurea ſolida dicitur. Altera vero, ſubtilis centaurea dicitur: nominatur autem ab aliquibus limneſia. Magna igit centaurea fructuoſa eſt, et in pratis naſcens. Parua vero eſt vnius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem vero omnino ſubtiliſſimam & debilem, & in guſtu eſt amara ſicut abſinthium: naſcitur autem maxime in locis ſtagnoſis & paludoſis.

De Modo Succationis ſeu extractionis, & Conſeruationis, ſucci centaureæ. CAP. 3.

Eſt autem ſermo hic de vltima. Succatur aũt ſicut & alia quæ p̃dicta eſt, modo tali: Lebes proponitur magnus, ſicut qñ fit hepſema i. vinum coctum: & ponitur cẽtaurea minor, vt plurimum tpe quo vigent oporæ: & aqua ſuperinfunditur tanta, quanta ſufficit continere herbam: & tunc ſupponitur ignis, & coquitur herba ſufficiẽter. Demum poſtq̃ bene cocta fuerit, vt virtus tota ſit emiſſa in aqua, aufertur centaurea, et exprimitur: & menſuratur decoctio: & tertia pars hepſematis i. vini cocti, ſuperinfunditur ei, & coquitur quouſq; habeat ſpiſſitudinem mellis. Ego autem, ſicut prædictus ſenex, coxi eam in lebete, & auferens & exprimens incidi eã: & iterũ coxi in aqua: deinde exprimens & colans menſurauí: & iunxi vini dulcis decocti optimi tertiam partem, & coxi quouſq; habuit conſiſtentiam: & feci valde fortiorẽ huiuſmodi confectionem: & ille ſenex laudauit. Fit autem et abſq; aqua huiuſmodi herba inciſa & expreſſa. Et fit etiam de flore eius ſuccus,
B inciſo eo & expreſſo: & confert in ophthalmijs. Oportet vero attendere in decoctione, ne induretur: poſt hoc autem dimitte infrigidari: & repone in vaſe, & obtura diligenter.

De Natura Succi Centaureæ, & eius Conſeruatione, & Vtilitate. CAP. 4.

Eſt autem huius ſuccus, vt ſenſibiliter eſt dicere, ſtypticus, & ſiccatiuus, & calefactiuus, cum virtute immaniſeſta operans: quam non eſt poſſibile exponere verbo, neq; ad excogitationem venire, ita eſt vtilis ad multa.

Ad Paſſiones Capitis.

Confert enim dolori capitis, qui fit propter multam aduſtionem Solis, vel vini meri potationẽ, qñ permiſcetur cum aceto & vngitur. Confert ẽt ad ſudores capitis, permiſtus cũ vino, & vnctus abraſo capite. Iuuat etiam vlcuſcula, quæ fiunt in capite ſpiſſa & parua & rubicunda paruis papillis ſimilia, & phygethla ſpiſſa & parua et rubicunda, permiſtus cum aqua & vnctus abraſo capite. Confert etiam ad furfures cum aceto, abraſo & prælauato capite cum aqua ſalſa.

Ad Paſſiones Oculorum.

Confert etiam ad cancros oculorum aſperatos, & ad prurítum oculorum, & cicatrices albas, & caligines, & ſycoſes, & communiter ad omnes antiquas diſpoſitiones oculorum. Mitigat etiam
C phlegmonas oculorum & dolores, quando vngitur deſuper: & rubicundos & ſanguinoſos oculos ſine phlegmone, ſi vngatur cum aqua: & ſimiliter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad Paſſiones Aurium.

Mitigat ẽt aures phlegmone laborantes & dolẽtes, ſi apponatur in quantitate lentis cum aqua roſata vel vino. Sanat etiam vlcera quę ſunt in auribus, cum vino. Et etiam confert auribus ſanie manantibus, & humidis, & fœtidis, ſi cum vino auſtero colluantur, & poſtea cum vino ſolo. Confert etiam ad ſonitus aurium, permiſta cum aceto & infuſa: & ad difficultatem auditus cum ſucco raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, & cimices, & conſequenter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permiſta: proprie vero ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ fiunt in poro auditus in ſuperficie, & rubores, & quaſſationes aurium, cum vino.

Ad Paſſiones Narium.

Confert etiam ad narium vlcerationes, & putredines, & fœtores, cũ aceto. Et ſiſtit fluxum ſanguinis narium cum aceto permiſta, & cum lixiuio poſita. Iuuat etiam fracturas narium, vngendo narem, quæ patitur, ab intra & ad extra.

Ad Paſſiones Oris & Partium eius.

D Confert etiam vlcerationi oris, ſi vngatur cum aqua: & alcolis tam albis quàm nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis vero cum vino auſtero colluta. Confert autem putredinibus oris, & depaſcentijs malignis, ſi colluatur cum vino, & vngatur. Iuuat etiam os humidum & fœtidum, ſi colluatur cum aceto. Prodeſt etiam ſciſſuræ labiorum: & gingiuis diu ſanguinolentis, & tumidis, & phlegmone laborantibus, & vlceratis, & corroſis: & etiam eis quæ pungunt in productione dentium, ſi colluatur cum vino, & vngatur. Confert etiam ad parulidas & epulidas, quæ ſunt tumores gingiuarum, & pariſthmia phlegmone conflictantia: & communiter ad palatum, & radicem linguæ cum aqua generoſe. Iuuat etiam ſynanchicos, ſi vngatur cum aqua: & ſimiliter confert ad eſcharas pariſthmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida ſeu vuulam diſlocatam, vel relaxatam, vel phlegmone affectam, cum aqua. Confert etiam poſt chirurgiam cionidi, ſi vngatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad Liuiditates Oculorum.

Tollit etiam hypopya i. liuiditates, quæ fiunt in oculis, & alias liuiditates recẽtes oculorum, ſeu ſanguinem mortuum, permiſta cum aqua, & vncta, faſcia ſuperappoſita.

Ad Pudenda.

Cõpetit etiam pudendorũ & oſchei vlceribus, vncta cũ vino. Cõfert ẽt rhagadijs, & thymis, et

phlegmonen

phlegmonen patientibus pudendorum, vncta cum aqua: & annadibus pudendorum cum vino. E
Generose etiam operatur & in depascentijs, & nigroribus qui circa pudendum & in extremitate virgæ, quæ dicitur glans. Vsus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum, quantū est nux, & de vino cyathus vnus vel duo, & feruent simul: & de hoc colluitur locus quolibet die: deinde superapponitur ab extra hydromeli. Non oportet autem pudendum trahere deorsum vt fluant liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicut multi medicorum apprehendunt & ligāt: ita enim valde multos vidi curatos ab illo sene, & ego ipse curaui non paucos.

Ad Anum.

Mitigat ēt sufficiēter & phlegmonas ani cū vino: & vlcerationes eius cū aqua: & quassationes eius, vel depascētias, vel putredines, cum vino. Cōfert ēt exitui ani colluta cū aceto, demum vncta.

Ad Vngues.

Confert etiam quassatis vnguibus & apostematis, superligata fascia.

Ad Sudores, Erysipelata, & Exflorationes.

Totum aūt corpus iuuat ad sudores, cū vino: & ad erysipelata cū vino: & ad exflorationes sīr.

Ad Herpetem.

Sistit etiam herpetas depascentes seu ambulationes, cum aceto: eos autem qui non sunt depa- F
scentes, cum aqua. Delet etiam impetigines, cum aceto.

Ad Combustionem Ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum vino, absq; superligatione, absterso prius loco cum spongia infusa in vino.

Ad Vlcera Chronica.

Confert etiam chronicis & antiquis vlceribus, vncta cum vino: in corrosis vero, cum aceto: & in putridis similiter. Vsus autem fuit Apollonius in gangræna cum aqua, & circuncharaxauit locum, vt ipse dixit: ego enim non vidi, sed credidi huic viro, multum enim erat veridicus.

Ad Plagas.

Maximum aūt est hæc succositas pharmacum ad oēs plagas. Plagarū aūt aliæ sunt superficiales, & aliæ profundæ. At superficialiū alię quidem sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, alię in apostyrmate, aliæ vero vsq; quo emittitur os. Ad hæc autem oīa excellens pharmacum est centaurea: quia vero diuersus est vsus eius, redeo ad eum. In omnibus igīt superficialibus, vngitur cum aqua: vel ponitur in corio, & superapponitur loco, & ligatur cum fascia. In profundis vero, cum el lychnio cum melle, & superappositione fasciæ: qui modus etiam confert qn̄ fuerit scissio vsque ad G
ossa. Vidi enim ego tertiam partem cutis capitis apostyrma pati, & curari illo modo per dies septē, & aliquando nouem, & aliquando vndecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat etiā per modum collyrij in plagis, in quibus denudatū est os, & non est magna diuisio. Colligens. n. tu labia vulneris, immitte pharmacum, & ad consolidationem ducet: & si futuram feceris, fasciam de panno vel corio pone in septem vel nouē vel quatuordecim diebus, & fomentes cum spongia. In sagittis aūt, & aculeis, & calamis, oportet immittere hoc pharmacum superappositā fascia. In percussionibus vero gladij, sicut in duellātibus, ponatur in fascia de corio, fomentato loco prius cum spongia infusa in oxalme, idest aqua salsa, & aceto: et tunc vtēdo centaurea cum melle, dimittēdo vsq; ad quatuor dies. Iuuat autem & in chirurgia, qn̄ consolidare voluerimus, posita in fascia, sicut in colobomatibus, & atheromatibus, & fauis, & adipiminibus, & scrophulis, vel aliquo tali: confert etiam & acrochordonibus, et similibus, vnctis per fasciā. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mista. Ego autem vsus fui in cura duellionū hoc pharmaco, proijciens fascias & ligaturas, & vtens hoc pharmaco solo vsque ad consolidationem.

Ad Apostemata Incisa.

Summe etiam cōfert in apostematibus incisis paruis & multis diuisionibus, propter decorem, H
aut magnitudinem, vel loci ineptitudinem. Quando igitur vtemur in apostematibus vt dictum est multis aut paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exungentes cum aqua salsa & aceto, diligenter inungimus centauream cum melle.

Ad Feras Venenosas.

Confert etiam & in feris venenosis interficientibus, & non interficientibus: In apum quidem & incisiuorum morsibus, vncta cum vino: In reliquorum vero sicut & hydri, & ceraſtæ, & aspidis, & aranęæ, & scorpionis, & turturis marinæ, & mygales, & hammodytæ, & amphisbænæ, & basiliſci, & dryini aquatilis, & prasij, & scolopendræ, & ascalabotæ, & canis omnis & proprie rabiosi, & leopardi, & crocodili, & similiū, vsus quidem est diuersus. Statim enim quod plaga facta est vel mordificatio, scarificare oportet eum qui in circuitu est locum: & in ipso loco qui patitur facere vnam diuisionem profundam, et sic mulgere et educere humorem: deinde in plaga superponere collyrium, et desuper fasciam de corio: et soluere per dies octo aut quatuordecim ad plurimum, et vino abstergere infuso in spongia. Aquam vero non oportet adducere, et maxime in morsis à cane: quinimmo abstinere oportet à balneo vsque ad annum ex omni aqua. Vlcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo, sicut multi medicorum

faciunt.

A faciunt, ſecundum veritatem tñ permittendum eſt conſolidari ſicut & alia vlcera in propriis tẽporibus. Ita enim & Apollonius curauit quendam genere Gallicum, morſum à cane rabido: & ego curaui quendam iuuenem, dans ei ad bibendum pharmacũ iſtud, & aliqñ ex ſuperabundanti cum oxymelite. In oĩbus autem, quæ œdemate intumeſcunt, per excellentiam confert, ſi vngatur cum ouo: mitigare enim & replere natum eſt in omnibus extrinſecis. Tuſſes etiam mitigare vidi datũ in fabæ magnitudine cum aqua: & ſtomachicis ſimiliter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato: & ſoluit craſſos & viſcoſos humores, in quãtitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiam aſthmaticos, & orthopnoicos, in quãtitate auellanæ datum cum oxymelite. Confert etiam ad ruptiones, & vulſiones. Et ſimiliter curat ſpleniticos, in quantitate fabę ægyptiacę datum cum aqua. Iuuat etiam empyicos, in eadem magnitudine datum cum aqua: & hydropicos in eadem ſimiliter. Confert etiam dyſentericis, in quibus requiritur ſtypticatio & retentio. Confert etiam in dyſuria, in magnitudine fabæ ægyptiacæ bibita cum aqua: & in iſchiadicis in quantitate auellanæ datum cum melicrato. Operatur etiam in hydropicis, ſi inungatur cum vino: & bibatur cũ aqua, vel hydromelite in quantitate modica. Iuuat etiam matricem, & orificium eius, qñ phlegmone laborat, ſi inungatur cum vino: & ſimiliter vlcera eius: Si autem nigra fiant, & putrefiant, vel ſint depaſcẽ
B tia, oportet vt vino & alumine colluantur. Mundificat autem & matricem immundam, in quantitate vnius auellanæ cum aqua. Bonum etiam eſt in collutionibus mulierum quidem communiter, proprie vero matricis. Et hæc de centaurea quidem in tantum dicta ſufficiant.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE CATHARTICIS

CENSVRA

Liber corruptus, & adhibitis veris libris cum iudicio legendus.

C  Voniam cognouimus, qualiter Hippocrates de augmento humorum locutus eſt, nũc demum introduco medicum, qui de virtute cathartico-rum locutus eſt, vt p̃dictos humores poſſit examinare: & expellere, q̃ nocua ſunt corpori: primum conſiderãdo quo modo Eraſiſtratus Homeri verſus cantabat: et Hippocrates libros, amore medicinæ per diuerſas ciuitates, prouincias, et ſingulas regiones proficiſcens, experimento cognoſcitur collegiſſe: & artificioſe vitã, et theoremata conſummaſſe: & quo modo ordinando nobis medicinam derelictam, voluiſſet p̃quirere, vt poſteris traderet. His omiſſis oportet nos commoderari ordinẽ diſciplinæ, vt hi qui poſt nos hmõi artis fuerint rectores, correctius teneant ea, quæ ab eodem videnť eſſe compoſita. Fuit igitur ſolicitudo non tm̃ mihi, ſed etiã multis deſiderantibus gloriam, vt de catharticis ſcriptis aliqua traderẽt, & propter ſenectutis obliuionem theſaurizarent ſequentibus: purgationumq; genera, & virtutes, et vſus eorum, diligenti ſolicitudine traderent. Dicendũ eſt ergo in primis de cathartici virtute, & officio eius. Ait Hippocrates, ‖ Graciles, & facile vomentes ſurſum purgare cõuenit, vitantes hyemem: difficile autem & In Apho. cõ. 4. extra ordinem Apho. 6. 28. 2
" D medie craſſos deorſum, æſtatem vitantes. Melancholicum ergo humorem deorſum purgare eadẽ ratione contraria apponentes: tranſitoriam vitam opponentes mihi: quia multum laborauit ad explicandum artem medicinæ, ſed de catharticis tacuit, & nihil inde expoſuit: nam ſi ſalutare eſſe conſpiceret, vtiq; de his nequaquam reticeret: quod ille ſe feciſſe commemorat, ſed eius bibliothecam Romæ arſiſſe cognouimus, & librum ipſum ibi crematum non dubitamus. Pro qua re liber de catharticis ab eo ſcriptus non inuenitur, quem vobis ſcriptum tradere conamur.

De Generibus Catharticorum.

CAthartícorum vero genera tria eſſe ſcripſerunt phyſici: Primum trahendi, ſecundum euacuandi, tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus definitionibus, vna quidem eſt à loco, altera à quantitate, tertia à qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo, quod trahitur: quantitate, ex eo quod euacuatur: qualitate, ab eo quod purgat. Hoc igitur modo diſpoſito, quærendum eſt de ſignificatione trahentis. Habet nanq; genus tractionis, ſicut à phyſicis dicitur, contemplatiuam eſſe ſuam ſimilitudinem, cui comparari poteſt, ſicut & euacuans & purgans. Trahẽs vero ſimile eſt magneti lapidi ferrum trahenti ad ſe: & ſicut ceruus ſerpẽtem de cauernis naribus educit. Similiter purgatio à ſimili fit, et à contrario. A ſimili, quando lacticinia mucos aquoſos, et tenue phlegma purgant: A contrario, quando colocynthis & elleborus phlegma purgat. Virtus

nanq;

nanq; quæ ad ſe trahit, dicitur græce helctice: quæ autem educit, epiſpaſtice vocat. Attrahēs adiu- E
torium fit, qñ ſanguis de naribus fluit, & qñ ventoſæ hypochondriis imponunt. Nunc quidē iam diximus oēm detractionem, medicinæ eſſe calidæ & humidæ, dicentes q̄ dulcia ſola, omnia ſecundum qualitatem ſuæ dulcedinis tanto plus calore participant, quanto dulciora fuerint: & quanto minus dulcia, tanto frigidiora. Et ideo phlegma aquoſum & magis tenue educit detractio.

De Aloe.

Aloe igit̄ in ſe habet aliquid cathartici, ſed humorū non eſt purgatorium, ſed ſtercus & cholerā purgat. Quare falluntur qui dicunt aloen non eſſe amaram & ſtypticæ virtutis. Apta eſt ergo ſtomacho, & choleram de ventre & inteſtinis educit, & non de alio. Hæc ergo iritationem ventris, et depoſitionem per naturalem meatum facit. Bene ergo antiqui ad ſimilitudinem, cholerici de ventre vel inteſtinis, humores eſſe purgandos dixerunt, & eos ſtercora eſſe diffinierunt.

De Colocynthide, Scammonia, Epithymo, & Ellehoro.

Colocynthis vero in tertio gradu eſt calida & ſicca. Scammonia aūt in primo gradu ponit̄. Nihil ergo erit admirandum, ſi aloe frigidæ & calidæ tēperantiæ ſit, & condenſatoriæ, & extenuatoriæ. Veniamus igitur ad epithymum & elleborum. Ergo cathartica ſunt, & melancholicū purgāt humorem, nam calidæ & ſiccæ ſunt temperantię. Intelligere iam debes q̄ duplex eſt ſiccitas in eis, F
& vna pars ignea: & extenuatoria ſunt natura, frangendi nanq; & incidendi pinguem habent facultatem. Etenim elleborus & epithymum tenui & calida natura conſiſtunt, & frigidam & terreſtrem habent ſubſtantiam, ideſt humorem purgant melancholicum, & à contrario medicinæ.

De Catharticis Purgantibus Superiorem Ventrem.

QVærendum eſt, q̄ qualitates medicaminū ſuperiorem purgent ventrem, & quę inferiorem. Nam quęcunq; medicaminū calidæ & ſiccæ & ignitæ ſubſtātiæ vel ſpiritus compoſitæ ſunt, hæc p̄ vomitum purgāt ventrē: ex quibus primum eſt elleborus albus. Et q̄cunq; terreſtri ſubſtantia participant, inferiorē purgant ventrē, vt ſunt lepis, colocynthis, & elleborus niger. Et quæcunq; admiſta, ſ. aere ſpirituali & terreſtri grauitate, hæc ſuperiorem purgant ventrē & inferiorem. Et q̄ colocynthis caput purget, experimento teſtamur: quia lenis eſt, & lanuginoſa, & tumentiua: & ideo purgat ſuperiora: & ſi dat̄ ʒi cum mulſa, ex capite purgat phlegma: & eadē ratione cætera cathartica perpendunt̄: quæ à multis per longum tempus inuenta ſunt ſapientibus.

Nunc aūt, quia de catharticis & purgatorijs diſputare ſtatuimus, in primis quæ purgant cholerā rubram quærendum eſt. Ergo purgat choleram ſcammonia, agaricū, aloe, ſuccus herbæ heliotropij. Phlegma educit coccus cnidius, lathyris, euphorbium, colocynthis, elleborus albus. Nigrā ve G
ro choleram purgat epithymū, polypodium, niger elleborus, & praſij ſuccus. Sanguinem educit porri ſuccus, malua agreſtis, herba mercurialis, liliphagus. Et hoc ad exemplum propoſuimus, vt quis amator bonorū operum, qui ad hęc arcana deſiderauerit accedere, ex his quæ propoſita ſunt, cætera doceat cognoſcere. Mihi autem tempus eſt ad alias paſſiones tranſire, ideſt locales: & per ſingula loca cathartici operationes exponere. Oculis nāq; adhibenda ſunt purgatoria medicamina, & auribus, & naribus. Cathartica autem lateri, thoraci, ventri ſuperiori, & inteſtinis ſuperioribus, hepati & ſimæ eius parti, & ſpleni. Cæterum oculi purgantur per lachrymas, per nares, p̄ mucos: Os, per phlegmā & ſaliuam: Mammillæ, per lac: Thorax, per tuſſim & ſputum: De ſtomacho vero educunt cibus, & phlegma, & oēs humores, & cibi indigeſti, & lumbrici rotundi: Ex hepate & ſimo eius, humores per ventrem educendi ſunt: ex gibbo autem, per vrinas: De ſplene vero, humor melancholicus, & ſanguis fæculentus: De renibus, ſanguinis, ſuperfluitas, & lapidū imminens periculum: Ex matrice, ſanguinis ichores: De veſica, vrina: Ex maioribus inteſtinis, ſcybala, & lumbrici lati: De extremo inteſtino, aſcarides: De cute, corporis pediculi, & lendes, & ſudores. Sed & ſanguinis fluxum ex matrice factum vētoſa in mammillis poſita reſtringit, & phlebotomia in contraria parte facta. Et ſæpius irrationabiles impetus ſanguinis, ligatis coxis retine- H
mus, & qui fiunt ex naribus. Purgare autem volentibus, per phlebotomiam adhibendum eſt adiutorium: & conſiderandum eſt quantum ſit materia in purgandis. Sed hæc purgatio catharticorum pūrgationi compaginatur, & compatitur quid modice, ſicut herculeus lapis ferrum ad ſe trahit, & electrum fricatum paleas, & ceruus ſpiritu ſuo ſerpentem de cauernis, & ſerpens ſpiritu ſuo mures ad ſe trahit. Sed reuertamur ad propoſitum, & oſtendamus non ſolum compatiētes rōnes extrahere, ſed ipſa vtiq; medicamenta de capite, & thorace, & pulmone, & hepate, & ſtomacho, & renibus, & veſica, & arteria, & neruis, quæ optima ſunt, extrahunt. Et ſiquis approximauerit naturæ cogitando, videbit non ſolū propriam in humoribus habere virtutē propoſita medicamenta, ſed in partibus membrorū corporis p̄dictum miniſterium medicamentorū facere virtutes. Quidam aūt nos culpantes directo extenſo ſupercilio, directi ſunt ad fallaciam, vt dicant cathartica experimēta longa eſſe ab experimento. Etenim naturalē cognitionem admittētes facti ſunt hęretici male intelligendo: & nō diſcernentes virtutē & naturam ſplenis, & renum operationes, cōfitent̄ vtiq; dicētes q̄ eſſet talis materia medicaminum quæ has poſſit habere virtutes. Si autem verum eſt, ſicut verum conſtat eſſe, vt aliqua expedientia credant̄ eſſe localia medicamenta, in hepatis paſſiones feſtinanter adhibenda ſunt adiutoria, & natibus ſimiliter, & in collo, & in inteſtino, & veſi-

*Al. tractioni

ca, &

A ca,& ſplene quod ad hoc fuerit vtile: neq; medicamen ad patiẽtes locos adhiberi poteſt,ſed æqualiter ſingula ſuum præbere beneficium. Ex quibus manifeſtum eſt quæ ſunt medicamenta ad hu mores vel ad corporis membra expedientia. Nam ſi non eſt admirandum, q̃ alia ſunt coprotica, ideſt tantum ſtercora mouentia: alia hydragoga, ideſt humores liquidos et tenues & aquoſos educentia,ſpiſſos humores non deponentia: alia vero choleram rubram: alia autem nigrã: alia phlegma: alia ſanguinem ſunt deponentia: Et cum alia caput purgent,alia thoracem, alia pulmonẽ,alia hepar, alia ſplenem: quædam etiam in ventrem purgent humores, quædam renes, quædam veſicã,quædam matrices,quædam inteſtina tenuia, & arterias, & neruos, & muſculos: & quæ horum omnia ſunt purgatoria,diuerſas habent virtutes: Diſce ſi potes ſpecies eorum q̃ experta ſunt ad purgandum ſuperiorem ventrem,& eorum quæ ad inferiorem.

De Simplicibus Medicinis.

VOlo igitur dicere de ſimplicibus medicamentis, quæ Græci hapla vocãt. Ergo colocynthis caput purgat,& phlegma. Scammonia autẽ,corpus ſuperius & inferius,& caput, & phlegma cum cholera: quia natura eius calida & ſicca tenuem habet ſubſtantiam, generans tractoriam virtutem. Siquis igitur ſimplicia medicamenta ſcire deſiderat,requirat,& inueniet virtutem ſuam
B in primo gradu eſſe calidam, & acutiſſimam ad purgandũ. Lathyris è cõtra purgatoria eſt phlegmatici humoris: ſemen eius,moderate in guſtu eſt dulce: et dictum eſt dulcia mediocriter eſſe frigida. ℂ *Oculorum cenotica, quæ ex oculis Lachrymas educunt.* Oleum amygdalinum,nucinum,& laurinum,& anethinum,opobalſamum,centaurea,ſuccus rutæ,ſuccus chelidoniæ,cæpæ,caſtorium,cal cãthum,ſtypteria,ſinapis,ammoniacum,mel,crocus,& alia plurima,ſicut in dynamidijs diximus, oportet prius per catharticũ corpus purgare. ℂ *Aurium cenotica.* Aures purgat mel, vinum, oleũ nucinum,& amygdalinum,cæpæ ſuccus cum adipe plurimo,aphronitrum cum melle & aceto,hydromeli & acetum,nitrum miſtum cum vino,oleum roſeũ, ſuccus betæ. ℂ *Narium cenotica.* Purgat enim nares ſuccus betæ,cæpæ,elaterium,piper nigrum,ſinapi,pyrethrum, hyſſopus, thymus, elleborus albus,ſtruthium,euphorbium,cardamomum. Purgat caput per os ſtaphis agria,piper, ſinapi,pyrethrum,hyſſopus, thymus,& alia plurima, quæ in dynamidijs ſcripta ſunt, & gargariſmata. Lac in mammillis reuocat ptiſana,ſemen fœniculi.

De Purgantibus Pulmonem & Thoracem.

PVlmonis & Thoracis cenotica. Purgant pulmonem & præcordia daucus,papauer nigrum,ſemẽ
lini,thymus,aniſum,piper,coſtus,ſulfur,ſcilla,amygdalę,iris,mel,orobus,praſiũ,capita porri,
C & alia plurima,quæ in dynamidijs poſſunt reperiri. Eſt autẽ confectio ad purgandũ experta: Styracis,terebynthinæ,ſandarachæ,maſtiches,medullæ ceruinæ, ana ʒi: iuuat ſtomachicos, pleuriticos, phthiſicos, & omnem tuſſem. ℂ *Superiorum Ventris cenotica.* Vomitum facit cedri cortex cũ oxymelite: ſinapi cum mulſa, elleborus albus, ireos puluis cum mulſa. ℂ *Inteſtinorum Tenuium cenotica.* Purgat nanq; in inteſtinis crudos humores, & indigeſtibiles cibos, & lumbricos rotundos excludit,ſemẽ tithymali: & opos eius cum caricis,aut cum dactylis comeſtus: iris,herba mercurialis,thymi decoctio,aloe,abſinthium,abrotanum, & alia quæ in alijs commemorauimus. ℂ *Hepatis Simorum cenotica.* Purgat ea polypodium,lathyris,canubea cum abſinthio et lupinorum apozemate. ℂ *Hepatis Gibborum cenotica.* Purgat nardus celtica,ſquinanthum,agaricum,gentiana,abſinthium,peucedanum, opobalſamum, myrtus. ℂ *Splenis cenotica.* Purgat ſplenem elleborus niger, epithymum,polypodium,agaricum,capparis cortex,ſcolopendria. ℂ *Renum cenotica.* Purgat renes apij ſemen,fœniculi ſemen,daucus,aſarus,ſquinanthum,ſanguis hircinus,graminis decoctio. ℂ *Matricis cenotica.* Sanguinem educit peſſarium cinnamomi, ſabina, calamus aromaticus, abſinthij decoctio,artemiſia,dictamnum,elleborus niger,ſicut in dynamidijs continetur.

De Prouocantibus Menſtrua.

D
PEr impoſitiones prouocant menſtrua calamus aromaticus, caſtorium, lupinorum decoctio, ruta,piper,melãthium,balſamum,pæonia,artemiſia,dictamnum, lapathij radicum decoctio. ℂ *Veſicæ cenotica.* Euacuant & purgant veſicam aſarum,apozema acori,amygdalæ amaræ, abſinthium,ponticum,ſemen balſami,bryonia,pæonia,ſemen liquiritiæ,pulegium,dictamnum,dracõtij radices. ℂ *Renum & Veſicæ Lapidis cenotica.* Lapides frangit cardamomum, oleum amygdalinum,bdelium,ſemen fœniculi,amygdalæ amaræ,lapathij radicum decoctio,lini ſemen, ſaxifraga, electrum i.ſuccinum, ſanguis hircorum, ſemen oleris atri. ℂ *Scybalorum cenotica.* Scybala euacuãt mel,ſal,fœnigræci decoctio,maluæ decoctio. ℂ *Ventris cenotica.* Aloen & ſalem cũ melle coquas, & ſubijce. ℂ *Aliud Mirabile medicamen.* *Myrthæ, cæparum ſucci,ana ʒi,mellis ʒ ij: in truliones coquas,& ſubijcies vt paſtillos. ℂ *Sudoris cenotica.* Sudorem educunt vinum cum oleo irino,et oleũ chamæmelinum,& anethinum, & ſicionium, & alia. Per os data hæc prouocat ſudorem, ſtaphis agria,pulegium,ſiſymbrium,artemiſia, coſtus,libanotides,caſia, cinnamomum, agaricũ. Quæ per ſuffumigationem ſudorem mouent,ſunt caſtorium cũ pulegio, ſemen balſami,bdellium. ℂ *Quæ Pruritum mouent.* Sunt porrum,allium,caulis,aſparagus,paſtinaca,ruta, cardamomum, raphanus, omnia ſalſamenta. Et hęc de ſimplicibus,quę per longa tempora colligere potui,habeas experta.

*Al. myrrhæ

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE GYNÆCEIS IDEST
DE PASSIONIBVS MVLIERVM

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

CENSVRA

Ieiuna prorsus & angusta tractatio.

DE passionibus mulierũ & matricum vtile p̃uidi vobis scribere. Supue- F
nientium.n.diuersarum & pluriũ passionum in matrice,aliquæ periculoſę & insanabiles fiunt: ob quã rem turpitudinẽ non p̃ferendam cẽseo, qm̃ abscondere periculosum est. Fit igit̃ in ore matricis dolor & symptoma forte: & si cito nõ occurrat̃,vulnera in ipsa fiũt.Et qñq; ad hypochondria supposita suffocationẽ facit: et ad cor dolor superuenit fortissimus: & nominata cõsequit̃ amara saliua,velut si aceto & aqua os adimpleat̃: & tibiæ frigidæ fiunt: & caput & lingua formicitant: & vox deficit. *Cura.* Sub matrice ponẽda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaracino,aut alio qualicũq; bene redolenti.Naribus vero offer asphaltum molle: & vomica cũ capillis nigriẽtibus,aut pẽnis coruinis in acetũ immissis pro vomica,offer naribus sternutamẽta: & soluto ore & lingua ad loquendũ,bibendum est castoriũ cum vino: & digitũ tinctũ in oleo naribus offer. Lana aũt suppolita sit donec sanet̃: quia si tollet̃, reuertetur passio.
Si aũt matricis descẽsio in vesica dolores magnificet,& fiat formicatio tibiarũ,et vrina concludat̃, dũ vis sanare, huic offer bene olẽtem myrrhã, & oẽ suauissimi odoris quod inueneris: ad matrices vero appone inolentas suffumigationes vsq; dum restituat̃. ℂ *Fumigatio.* Ad matricũ suffocatio- G
nes,si vox deficiat,& ad periculũ mortis deuenerit,vt per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurrit̃. Rutam viridem frica, & confert. Item sulfur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbones pone,& nares suffumiga. ℂ *Potio ad idẽ.* Succus vrticæ colatus datus in vino aut melicrato,mox iuuat. Itẽ in periculo castoriũ in vino bibat. Aut castoriũ, & anisum in oxymelite. ℂ *Sternutatio ad idem.* Elleborum album, asphaltũ,castoriũ tere, & offer naribus. ℂ *Pessarium ad idem.* Ruta cũ melle bono linias os matricis. *Ad idem.* Lenticulas infunde in vino, & postea tere, & vellere calefacto collige, & appone: mirificum est. ℂ *Item quæ in Pectine habent dolores quasi vespam incidentem.* Apium tere cũ castorio & adipe anseris,& pessarium impone. ℂ *Itẽ ad Eas quibus facta est Aphonia de Suffocatione matricis.* Picem in lanam mollẽ inuolue, & pessariũ impone. ℂ *Ad dolorem Matricis propter Abstinentiã viri, vt contingit sæpe viduis,& virginibus, & quarũ viri diutius absunt.* Fit aũt illis dolor,nausea,saliua,tibiæ frigent, & q̃ in matricum suffocatione contingunt patiunt̃ (ad eius curam,adhibẽda sunt quę in genesia Cleopatrę legunt̃ capitulo decimo) item febris acuta,eleuatio ventris & duritia,dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica aut quasi acetosa aut cholerica,vrinæ detentio,strictio vẽtris,fastidium,sitis aspera, lingua nigra quasi atramento tincta,dolor ceruicis & in genis,tempora saliunt & oculi, dolẽt extremitates digitorum & H
vngulæ: & si in natura deponent digitum, sentiunt magnũ calorem, & siccitatem,& duritiam, & strictum os matricũ. Axungiam porci virginis cum melle aduna, & post balneum suppone: hoc etiam ad oẽm passionem matricis prodest. ℂ *Item ad Illas quæ Tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in lana,& suppone. ℂ *Item ad Eas quæ ante & retro patiuntur in coxa,& per totum ventrem,neque surgere neque dormire possunt.* Butyrũ medullæ ceruinæ misce, & vtere. ℂ *Ad Dolorem Matricis.* Ceræ citrinæ,ceruinæ medullæ, terebynthinæ, adipis anatis, opij obolos ij: cum oleo cyprino vtere in pessario: facit ad ignem sacrum,& febrem,in fistulis apostalim, atque caliginem,& punctionem,& vlcera,& alia multa. ℂ *Item ad Pectinis Dolorem, dorsi,& ventris, & frontis, & quandiu stare non potest.* Adipem anserinum & myrrham cũ mero vino teres, & in linteo pones. ℂ *Ad Eas,quæ Dolorem Matricis patiuntur.* Si cũ viro dormiunt,si hæc passio pseuerat, colicæ fiunt. Vniuersaliter aũt hę latas venas habent,penitus libidinosæ,natura tumescit plus intus q̃ foris,patent palpebræ oculorum quando concumbunt: curabis sic: Lac mulieris quæ masculum lactat,& cerusam misce, & calefac, & pone pessarium in ore matricis. Item galbano cum rosis simul vtere. Item ouí assi inure modicũ & ros.impone pessario. ℂ *Ad Inflationem & Apostemata Matricis.* Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone. Suffumiga sic: ceram, terebynthinã,

vel

A vel ſagapenum carbonibus appone, ſuperpoſito emmoto. ℂ *Si Lumborum dolor, & circa Matrices Prurigo, in natura & in ventre humidior, tunc nanque iam patet ſe rheumaticam factam. Cura.* Ireos radicem ſucco mali granati miſce: & eclígma facies poſtq; vrinam fecerit. ℂ *Ad Cancrum Matricis, cuius hæc ſum ſigna, dolor in ventre & ſexu, vt putet ſe ſpinam vel lignum in corpore habere: aliquando effuſio ſanguinis cum vrina.* Betam ſyluaticam, & alumen ſciſſum, & nitrum in ligno tere, & cataplaſma impone. Item ſuccum ſolatri cum adipe anſerino in peſſario. Item raphanum tempera cum eo, & vtere. ℂ *Ad Vlcera Matricis.* Ceram, myrrham, & adipem porcinum, cum melle in lana ſuppone. Item oui teſtam aſſam, ſiſelon cum roſis miſce & impone. ℂ *Ad Matricem Frigidam.* Si frigida fuerit dolet, & ſanguinem profert, frigidus ſudor ſuperuenit. *Cura.* Terebinthinę, mellis, adipis anſerini, añ: miſce et vtere. Item artemiſiam, adipem anſerinum oleo roſarum miſce & impone. ℂ *Signa Ventoſitatis Matricis.* Renum amotis & inteſtinorum, conducit ei ventrem & clauſa dolorem concitant. *Cura.* Myrrham in nigro vino bibat, ſ. temperate. Item medullam ceruinam tere, & miſce roſis ad craſſitudinem mellis, & fac peſſarium. ℂ *Matricis Hydropicæ ſigna.* Nares muſcuſæ, oculi nigri, torpet per loca calida. *Cura.* Cyminum, vuam paſſam, ſal modicum pinſe, & miſce, & peſſarium appone. Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna. ℂ *Ad Matricem Clauſam.* Bdellium tempera, &
B appone, ac ſuffumiga. ℂ *Si matrix Exiuerit, & tardauerit, et foris vulnerata fuerit.* Terebinthinę, medullæ vitulinæ, opij, croci, roſarum, cicutæ peſſarium impone. ℂ *Ad Hæmorrhoidas in Ore matricis.* Coronam ſpinæ teræ, & ſuperaſperge. ℂ *Ad Rheumatiſmum album, vel aquoſum, vel rubrum, vel ſanguineum, aut nigrum, ſine dolore, aut cum dolore.* Sanabis ſic: Papauer cum vino nigro bibant: & teſtam oui contere, & appone in capite funium ceræ cum olibano, & impone. Item acaciam tere cum aceto, & appone in lana. ℂ *Signa Matricis Plenæ humoribus.* Vlceribus nimis impletur: extrema oculorum fiunt ſanguinea, febres aſſiduæ, & acutæ. *Cura.* Ciperum & rutam cum vino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam vnam, & non plus. ℂ *Ad Effuſionem Sanguinis Matricis.* Grana vuæ ſiccæ tere, & cum vino da: aut folia viridis maluæ. ℂ *Si ex Partu contingit Sanguinis fluxus.* Corion baſilicon incende, & tere, & cum aceto inuolue, & impone in peſſarium. Item lapathij ſucco intinctum peſſarium appone. ℂ *Si ex Partu Natura Plagata fuerit.* Teſticulos tauri etiam ſolue cũ aqua frigida, & cum roſis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. ℂ *Si vero conſuetudine ſuper menſtrua venerit.* Cineres vitis teras, & in linteo imponas: vel calcem teras, & ſimiliter apponas. *Potio ad idem.* Radicem myricæ & corticem tere, & cum vino bibat. ℂ *Si Matrix ex Partu Vlcerata fuerit.* Helenium butyro veteri miſce, & fac peſſarium, & ſuppone. ℂ *Ad Conſuetudinem pro-*
C *uocandum.* Piperis grana commiſce ſtaphidi agriæ, da poſt balneum cum vino, & cito ſubueniet. Item centauream tere cum folijs in aqua, & fac pilulas, & impone ori matricis. Item rubiam, nigellam, & myrrham, ana, cum vino bibat. ℂ *Ad Rhagadias in Ore matricis.* Coronam ſpinæ, gallas omphacinas tere, & vnge adipe anſerino, vt adhæreat puluis, & ſuper ſparge: facit & ad condylomata. ℂ *Ad Eas quæ Non prægnantur.* Caſtorij, piperis grana xij, vino communi ſimul temperata cũ pulegio bibat. ℂ *Vt Non conceperit.* Nitrum in ore matricis in modum ciceris poſt concubitum mittat. ℂ *Vt Cognoſcat Si ſua culpa, aut culpa viri eſt quòd non concipiat.* Vaſa fictilia duo ſigna, intus poſito hordeo, & ibi fac eam & eum vrinare, & pone in loco frigido per xij dies: cuius hordeum ingerminauerit, eius culpa eſt. ℂ *Vt Cognoſcat an Prægnans Maſculum vel Fœminam in vtero habeat, & Cognoſcat, ſi ſua culpa aut culpa viri non concipiat.* Apium cum radice ſua capiti eius appone, ipſa ignorante: & ſi primo nominauerit dum loquetur maſculum, maſculum: ſi fœminam, fœminã pariet. ℂ *Vt Fœmina Concipiat.* Vuluam leporis ſiccam tere, & ambo bibant & edant. ℂ *Vt Cognoſcat ſi Conceperit.* Si collum calidum habet, dorſum frigidum, cõcepit: ſi vero æquale corpus, nõ. ℂ *Ad eam quæ Prius fœcunda fuerit, Poſtea ſterilis facta eſt.* Folia mali granati ſicca tere, & cum melle fac peſſarium digitorum quatuor: & poſt purgationem impone diebus tribus, vt non tollatur. Et vuam
D paſſam cum granulis ſuis tere, & fac peſſarium vt dictum eſt: & quando coagulata ſtillauerit, cognoſcat virum. ℂ *Ad Violatam vt non cognoſcatur.* Alumen ſciſſum, gallas omphacinas cum vino aminæo tere, & fac encathiſma. Item cum ſucco paſtinacæ collige, & fac magnitudinem orobi, & apponatur per vnam horam ante, quàm coeat. ℂ *Ad Tumorem Vberum.* Betam oleo coque, donec ſoluatur, & ſic tere, & ſimul ceram ſolue, et cataplaſma impone. ℂ *Item ad Vbera Vlcerata.* Portulacam tere cum oleo roſæ, & linteo impone. ℂ *Ad Duritiem Vberum & inflationem, & Vlcera, & Craſſitiem, & Omnem paſſionem.* Caulem viridem tere, et cataplaſma fac. Succum autem eius ſpiſſum line. ℂ *Item ad Vlcera, & Cancrum, et Diataſin.* Folia hederæ coque fortiter, & cataplaſma, & ex apozemate fomenta. ℂ *Ad Lac augendum.* Lumbricorum viuorum ʒi tere, et cum melle bibat, vt nõ cognoſcat. Item lac vaccinum aqua calida ſalſa vel marina fomenta, et poſtea cum vino calido bibat.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER SECRETORVM AD MONTEVM

CENSVRA

Secreta hæc vt Galeni non ſunt, ita non omnino inutiliter legi poſſunt.

ROgaſti me, amíce Montee, vt deſcríberem tibi librum in medicatione ægritudínum ꝑm experimentum medicínale, & conſiderationes rationales ex eis, quæ expertus ſum in multis ſapientum & bonorum in cultu legis. Feci igit illum, & poſui ipſum ex ſecretis, quę non eſt neceſſe F propalare vnicuiq; hominum, timendo ne fiant pigri, confidēdo in ipſo, & dimittant quod neceſſarium eſt in ſcientia radicum & ordine capitulorum, ſuper quam eſt fabricatio artis. Et ego quidem ſcripſi tibi in illo ꝑm menſuram virtutis, & fideliter. Dico igitur, ꝙ ſubſtantia ſubiecta generationi & corruptioni mutatur in qualitatibus ſuis: quæ ſunt caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas: quæ adinuicem agunt & patiūtur: & eorum æqualitate, complexionis exiſtit bonitas. Quod eſt, quia complexio eſt factorum ſubſtantiæ cuiuſcunq; membrorum animalis propria. Complexio igitur eſt ſubſtantia corporis, & natura eius. Et poſtea ſunt res ſequentes complexionem neceſſario, & ſunt odores, & ſapores, & colores, & durities, & mollities, & lenitas. Natura vero de tribus dicitur rebus: quarum vna eſt complexio, ſecunda eſt virtus rectrix, tertia eſt compoſitio. Et quamuis ars, quæ ſolicita eſt de corpore, ſit vna, ſicut verificatum eſt iam in libris alijs, tamen partes eius ſublimes ſunt duæ: quarum vna eſt regimen ſanorum: & altera eſt curatio ægrorum. Et ſunt ambæ in operationibus ſuis diuerſę, quia ambarum prima intendit ad conſeruandum corpus ꝑm diſpoſitionem in qua eſt: & ſecunda intendit ad permutandum ipſum ab eo ſecundum quod eſt. Et quoniam ſanitas antiquior G eſt ægritudine, & ſublimitate & tempore, tunc neceſſe eſt nobis vt acquiramus in primis, qualiter conſeruemus ſanitatem: & poſt illud, qualiter ſanemus ægritudines ſanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex rebus duabus eſt, vt ſciamus diſpoſitionem, quam nominauimus ſanitatem, quæ diſpoſitio ſit: quia non poſſumus ſeruare ipſam, quando exiſtit, nec reducere ipſam, quando corrumpitur, niſi ſciuerimus quid ſit. Nos vero iam proceſſimus, & oſtendimus, ꝙ ſanitas ſimilium partium eſt æqualitas: & ꝙ ſanitas membrorum compoſitorum completur poſitione membrorum ſimilium partium, & eorum numero. Illud vero, quod ſurgit per conſeruationem horum membrorum, eſt poſt conſeruationem ſanitatis: ſicut ſi corpora noſtra nunq; finirentur, niſi per dolorem communicantem eis, non eſſet nobis ars neceſſaria, qua ſciremus læſiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum noſtrorum, & corruptiones eorum, ſunt duo, quæ eis ſunt neceſſariæ, quæ ſunt ex operatione caloris innati: & ſunt eis corporibus à principio eſſe corporum radices. Et ex eis ſunt, quæ non ſunt neceſſariæ, & nos non ſumus eas mouentes, quæ quidem corrumpunt corpora noſtra non minus illis neceſſarijs. Et ego quidem ſum diſtinguens vnumquodq; duorum generum ꝑm ſe. Dico igitur, ꝙ principium noſtri eſſe eſt ex ſanguine & ſpermate: veruntamē ſanguis eſt materia properans in receptione eius, quod deſcendit. H Et nos quidem intelligimus per materiam hylen, ſequentem formam in omni parte: ſperma autem ſtat loco Factoris. Et vnumquodq; iſtorum duorum eſt compoſitum ex elementis, ex quibus compoſitum eſt alterum (& nos quidem demonſtrauimus ita in libro, quem edidimus de elementis ſecundum ſententiam Hippocratis) veruntamen in menſura miſtionis ſpecierum diuerſificantur, quia plus eſt in ſpermate. Et iam nos quidem demonſtrauimus ſecundum quod diximus, et teſtificati ſumus illud in libro de morbis & accidentibus. Et mihi quidem videtur, vt vadam ad fundamentum ſermonis in arte medicationis per experimentum, & conſiderationem, & copulationem, & abbreuiationem ſermonis, et appropinquationem locutionis. Frater Montee, iſte magis iuuatiuus liber eſt, quem compoſui in medicina: omnem nanq; deſcriptionem eius expertus ſum multoties in complexionibus comparibus. Deſcriptiones autem quas diximus in almemiri, ideſt pharmacorum, & eſt liber qui nominatur de medicinis compoſitis, non ſunt niſi compoſitiones quorundam quos dixi, ſicut Archigenis, & Archelai, & Seueri, & aliorum: quibus ſi vteretur aliquis ſecundum quod dixerunt, non fieret iuuamentum per eas, immo generarēt ægritudines. Verum ego rectificaui eas, & exercitaui ſuper errorem, qui eſt in eis. Prima ergo deſcriptionū eius, quas ego compoſui, eſt deſcriptio medicinæ huiuſmodi.

Ad Stuporem

Ad Stuporem,& Frigus,& Paralyſin.

A Vir quidam ſexagenarius fuit, ſuper quem vincebant humiditates ſuperfluæ, & ventoſitates phlegmaticæ, & erat mollis corporis. Et ipſe quidem conquerebatur de ſtupore in corpore ſuo, & frigore addito, & inceptione paralyſeos. Compoſui ergo hanc confectionem, quæ eſt medicina multorum iuuamentorũ. Et ego qdem iuuamenta ipſius dicam, poſt artem eius ℂ *Confectionis Permiſtio.* Rec. euphorbij, croci, caliæ lig. cinnamomi, apij, acaciæ, colti, amari, ſpicæ, gũmi arabici, ſeminis vrticæ, granorum alkerua, bdelij, olibani, ſumach, ellebori, ſulfuris citrini, ſtyracis calamitæ, piperis albi, oĩum ana ʒ vi: roſarum ſiccarũ, pyrethri, arthanitæ, ſethefuſiæ, ſeminis apij, oĩum ana ʒ iiij: ſeminis albedarogiez i. ammeos, ſeminis taraxacon, amborum ana ʒ: medullæ cartami, zingiberis, amborum añ ʒ iiij: tere & cribella: deinde infunde in vino antiquo tribus diebus, donec fiãt ſicut mel: deinde fundatur ſuper ea mel craſſum deſpumatum: deinde miſceaĩ & fundaĩ ſuper ea ex oleo balſami menſura vnciæ vnius: deinde ponatur ſup ignẽ leuẽ, & bulliat ebullitionibus duabus leuibus, & fundatur in vaſe vitreo: & dimittatur ſex menſibus: & quãto plus antiquatur, tanto eſt melius ei. Vſus eſt ea vir, & cõualuit vſque ad quartã hebdomadẽ. Et doſis qdẽ eius eſt ex aureo vſque ad ʒ iiij. Quo'd ſi ille qui vtitur ea fuerit adoleſcẽs, ſumat ex ea ʒ i & ℈. Hæc
B autem medicina cõfert morſui facto à cane rabioſo iuuamentũ manifeſtũ ſtatim: & dolori qui fit in acumine verticis antiquo, & cui raduntur pili capitis, deinde accipitur de hac medicina pondus auĩ. vnius, & ſoluitur cum aceto vini, & liniĩ cũ eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cũ ea. Et ad dolorem auris ſoluitur cun oleo balſami, & colatur, deinde deſtillatur in aurem. Et ad anginam datur in potu cum aqua, in qua cocta ſunt ſebeſten & anethum: & deglutitur poſt ipſam butyrum tepidum. Et ſimiliter ad althma, & ſplenem ʒ i & ℈ cum aceto, in quo decoctæ ſunt radices capparis & tamariſci. Et ad renes, & ad dolores eorum cum aqua, in qua decocta eſt calamintha fluuialis. Et ad ſerpentes in vẽtre ʒ i et ℈ cũ aqua in qua decocti ſunt cortices granati dulcis. Et ad hæmorrhoidas aur. i cum vino antiquo. Et ad dolorem hepatis, & ſtomachi, & ad hydropem: Itaq; quando eſt complexio decliuis ad frigus. Ad vltimum vero ſerua à me ſecretum magnum in omni medicatione tua. Caue igitur multiplicationem calefactionis, et inclina ad frigidationẽ, per comparationẽ & nõ abſolute: & incipe in propinquitate complexionis hominis: & hic qdẽ eſt locus conſiderationis. Serua igitur hũc modũ curationis, & intellige ipſum. Et fac medicinam, immittẽs ſpecies boni odoris aromaticas: eſt. n. electuariũ magnũ: & nõ errabis, ſi Deus voluerit. Et fuge à ſtupefaciente oculum, niſi raro, & apud neceſſitatem: nam faciet feſtinare ad eum qui
C vtitur ipſo debilitatem tunicę corneæ. Et hoc iterum conſiderandum eſt, intellige ergo ipſum.

Ad Phrenitim,& Tuſſim ſiccam,& Febrem concluſam.

Medicina autem Auſtri qui eſt ex illis de Luca: qm̃ conqueſtus eſt mihi de phrenitide & apoſtemate in cerebro ſuo ita, q permiſcebatur: & fuerunt cum eo calor, & tuſſis ſicca, & dolor capitis intolerabilis, & febris concluſa. Et iam medicati fuerunt ei qdam medicorum, & errauerũt ſup eũ. Incepi ei vti huiuſmodi medicina, & ſanatus eſt vſq; ad hebdomadã vnã. ℂ *Medicinæ permiſtio.* Rec. pſyllij infuſi in aqua cucumeris indi: deinde extrahatur, & coletur cũ cribro, & coaguleĩ cũ rob vuæ leui igne: & ſumatur tragacanthæ albę, gummi arabici, medullæ ſe. citruli, & medullę cucumeris, & medullæ ſe. cydonij, medullę ſe. cucurbitæ, medullæ amyli, ſandali, ſeminis portulacæ, ſe. maluauiſci, omnium ana partem i: terantur contritione bona: deinde miſceantur coagulato i. rob. Et adminiſtrentur de eo omni mane ʒ iiij, & apud ſomnũ ſimiliter. Et cibus eius ſit aqua hordei, in qua decocti ſint cancri fluuiales & ſebeſten. Hoc enim medicamen eſt, cui non eſt par.

Ad Dolorem capitis,& Lachrymas oculorum,& ad Inſomnietatem.

Et conqueſtus eſt mihi adoleſcẽs vicenarius (cuius complexio erat calida, & cuius color erat fuſcus, & erat multæ quietis & trãquillitatis, & erat vincens ſemper complexionem regionis eius
D caliditas) de dolore capitis ſuperfluo inquietante, lachrymis in oculis ſuis, & dolore in eis, & non dormiebat. Cõpoſui ergo ei hoc caputpurgiũ: conualuit ergo ex vice vna. ℂ *Modus confectionis.* Rec. croci danik ij, ladani ʒ ℈, condili ʒ i, lache kirat i, camphoræ kiratã mediam, lubue, ambrę, ana ʒ iij, opij ʒ ij, terantur, & aggregentur cum melle medicinæ ſiccæ, & ſoluantur humidæ cũ ſambucino, terantur & aggregentur cum melle deſpumato. Qñ igitur neceſſitas eius eſt, ſumatur ſicut milium, & ſoluatur in lacte mulieris, & fiat cum eo caputpurgiũ. Vir autẽ cuius corpus eſt forte, ſumat pondus ſex granorum: huiuſmodi. n. medicina eſt vltima. Primũ autẽ quod oportet præmittere in curatione ægritudinum, qñ vides repletionem, & tempus non longinquum phlebotomiæ, eſt vt præmittas phlebotomiam in cephalica, ſi ægritudo eſt in ſuperioribus corporis: & in baſilica, ſi ægritudo eſt in inferioribus corporis. Noſter aũt ſermo in hoc iã p̃miſſus eſt in multis noſtrorum librorũ. Qui autem vult eſſe prudens in arte iſta, legat libros meos, & tunc vtatur iſtis medicinis, quas ego compoſui, & expertus ſum, poſtq; cognouerit complexiones vtentium eis.

Ad Dolores Oculorum, & Ophthalmiam.

Quia dolores, qui accidũt oculo, ſunt multi & diuerſi, & ex eis eſt dolor q vocaĩ ophthalmia, q multoties accidit oculis in multis diſpoſitionibus, videtur mihi vt p̃mittam cauſam eius ſuper reliquos dolores oculi. Quia cuidã viro q nominaĩ Fiſulus, aduenit dolor inquietãs, & ophthalmia

calida per cauſam: & erat quadragenarius: & erat quietus, craſſi corporis. Leniui ergo ei naturã E
cum infuſione myrobalanorum: & firmabo vel oſtendã eam in hoc libro. Deinde præcepi ei, vt
aperiret cephalicam. Et cõpoſui ei hoc ſief: & nominaui ipſum iuuatiuum, quia iuuatus eſt per
ipſum ipſa vice prima. ℂ *Modus Sief.* Rec. ceruſæ de plumbo, amyli, amborum ana partes ij & ℈,
ſarcocollæ, croci, opij, omnium ana quartam partem illius: teratur ceruſa, & cribelletur cum ora-
li: & addatur ſuper ipſam de aqua dulci, quantum neceſſe eſt: & teratur in mortario diebus x in
hora quieta a vento, & in loco in quo nõ ſit puluis: deinde infundatur gummi poſt illud in aqua
dulci in vaſe mundo. Quando ergo ſoluitur, & fit ſicut aqua, coletur cum panno lini ſuper medi-
cinam in marmore: deinde teratur cũ ea. Quando ergo facta eſt medicina ſicut paſta, proijciantur
ſuper ipſam reliqui pulueres, & terantur cum ea, donec inſpiſſentur: deinde fac ex ea ſief, & exic-
centur in vmbra in loco tecto: deinde proijciatur ſuper ipſam pannus ſabini, aut pannus ſub-
tilis, defendens ipſa a puluere: poſtea reponantur, & medicetur cum eis. Et ſumatur ex eis vnum,
& ſoluatur in aqua roſa. & lacte mulieris: & ſumatur in venera, & diſtilletur in oculum. Hoc au-
tem ſief eſt conueniens vel conferens apoſtematibus, & inflationi, & vuæ, & vlceri nigro, & ve-
ſicis accidentibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad Albuginem Oculi. F

Alchohol autem, quo vſus eſt Ebinus monachus ad albuginem, quæ erat in oculis ſuis: & oẽs
medici conuenerunt, quod non ſanaretur: & poſui ipſum ei, & conualuit vſque ad triginta dies.
℈ *Modus Alchohol.* Rec. ſpumæ maris quæ natat ſuper aquam, ſtercoris lacertæ, ſachari, maſſacu-
miæ, baurach, omnium partes æquales: terantur, & cribellentur: & ſumatur ex memirẽ media vn
cia, teratur, & decoquatur cum libra aquæ, donec conſumatur medietas: & coletur, & imbibatur
cum hac aqua in marmore: deinde continuetur cũ contritione in Sole diebus aliquot, donec con
ſumatur aqua: deinde fiat puluis: Hoc enim eſt vltimum, & ſecretum magnum.

Ad Conſeruandum Sanitatem Oculi Alchohol.

Alchohol autem, quod conſeruat ſanitatem oculi, Montee amice, ego vſus ſum ad ſanitatem
amicorum meorum: & nulli qui eo vſus eſt, accidit nocumentum in oculis ſuis dum remanſit. Et
ipſum quidẽ conueniens eſt omnibus hominibus propter ſubtilitatem ſuam. ℈ *Modus Alchohol.*
Rec. alchoroniæ & eſt thutia Inda, antimonij, hęmatitis, rubiẽ & eſt ſepia abluta, & ſit marina nec
aduratur, thutiæ, ęris combuſti, corticũ æris, aloes, folij, croci, omnium ana partem vnam: piperis,
macropiperis, ſalis ammoniaci, oĩum ana partem mediã: margaritarum minutarũ, myrobal. kebu
lorum, ſpumæ maris, cadmiæ aureæ, ſachari, muſci, camphoræ, oĩum ana quartam partem: terant, G
& cribellent, et fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiãt ſicut atomi: Hoc enim eſt vltimũ.

Ad Impetiginem & Pruritum.

Medicina, cuius deſcriptionem incepi pro Sertato, pro qua ipſe proiecit medicinas multas aua
rus de ea vſquequo accepit illam: & rectificaui ipſam, & curaui cum ea multos homines ab impe-
tigine, quę in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & caſu capillorum, tebal, & alopecia, & lendi-
bus, & pediculis, & ſcabie vlceroſa: & eſt certa. ℈ *Modus Vnguenti.* Recipe gallarum ʒ iij, grano-
rum armenij baurach aureum i, ſulfuris citrini aurei ij, arſenici rubri, ariſtolo. amborum ana auŕ.
℈, ſalis ammoniaci, fruſti teſtudinis, fimi veteris, amygd. amararum excorticatarum, colocynthidis,
æris vſti, venarum citrinarum, merdaſengi, radicis capparis, foliorum fici ſiccę, radicum cannę ſic-
carum, & ziniar, aluminis iameni, ſief memithe, myrrhæ, aloes, olibani, omnium ana ʒ ℈, kitram, fo
liorum oliuæ, fellis vaccini, omnium ana aur. i: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum ace-
to vini, donec permiſceantur: deinde leniatur cum eo: Eſt enim bonum ad tineam, & aſſafati, &
ad ægritudines antiquas.

Ad Vermem Auris.

Ingenium in extractione vermis de aure, quod ego feci multoties. Diſtilletur in aurem quod H
diſtillat caro vaccina, ſ. quando aſſatur cum aqua almarmacur: deinde præparetur cannula cũ men
ſura quæ ingrediatur in aurem: & ſugatur cannula a ſuperiori parte eius vehemẽti ſuctione: egre
dientur enim vermes, ſi Deus voluerit.

Ad Extractionem Aquæ cadentis in Aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurẽ ſumatur virga iunci triangulata, & eſt planta quę oritur
ſuper flumina: & inuoluatur eius extremitas cũ coto, & liniatur cum oleo: deinde intromittatur
extremitas eius ſecunda in aurem cũ mẽſura, q̃ poſſibilis eſt: & incẽdat extremitas in qua eſt cotũ
cum igne. Quanto igit plus cõburitur, aqua cadet de aure: & itera illud, donec egrediat aqua tota.

Ad Extractionem Spinæ de Gutture.

Ingeniũ in extractione ſpinæ, qñ adhæret in gutture aut trãſuerſat. Elixetur fruſtũ carnis vac-
cinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiat: deinde extrahatur extractione ſubtili, egrediet. n. ſpina.

Ad Dolorem Auris.

Ad dolorem aũt in aure factũ res magis iuuatiua eſt, vt ſumant vermes inuenti ſub vrceis aquę,
& decoquantur cũ oleo ro. & mandragora, & diſtilletur in aurẽ poſtq̃ tepet. Quod autem dicitur
amice de ægritudinibus aurium, iam oſtendi illud in libro de ingenio ſanitatis, & in alijs libris.

Ablutio

Ablutio Capitis Cerebrum confortans.

A Dico igitur, ꝙ qñq; accidunt naribus ægritudines, quæ prohibent ab olfactu & inſpiratione. Dico ergo, ꝙ prohibens ab illo, non eſt ex ægritudine neruorum: qm̃ duę extremitates anterioris cerebri, q̃ ſunt ſimiles duobus capitibus mammillarũ: & ſunt illæ, quas diximus in eo quod præterijt de ſermone noſtro, ꝙ ſunt lenes, & ꝙ ipſæ non numerantur in numero neruorum: complent inſpirationem & expirationẽ ſine medicatione neruorum: & ad ipſas aſcendit odor ex foramine, quod eſt in chartilagine intra coronam. Cuius medicinæ deſcriptionẽ ſcripſi Coſtę monacho, & fecit ipſam: et ſimiliter ſcripſi deſcriptionem eius Chilichedeo & Feſtito, & excuſauit eos ab omni cura. Et abſcindit nocumenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipſum, & expellit nocumẽtum ab ipſo, & ſeparat inter ipſum & vapores & humiditates, ex quibus proueniũt coryzæ, & delet ſodam. ℂ *Modus Ablutionis Confortans Cerebrum.* Rec. ſalis gemmæ, ſalnitri cõbuſti, ſpumę maris, baurach albi, oĩum añ partem vnã: ellebori albi partem mediam: cõdiſi, ſtaphidis agriæ, ſinapis, fæcis vini i. tartari combuſti, oĩum añ partem vnam: ſulfuris, roſ. gallarum, ſumach, alchannæ, ſquinanthi, praſij, gummi arabici, olibani, gariophylorum, xyloaloes, lycij, arſenici, aluminis, folij, ſpicæ, nucis muſcatæ, oĩum añ partem ℈: terant̃, & cribellent̃, & ſoluant̃ in aquæ ſapo-

B nis communis part. iiij, cũ aceto vini antiqui: & conficiant̃ cum eo medicinæ, & percutiat̃ in mortario: & ſit acetum bulliens, qñ ſoluis ipſum cũ ſapone: & fiãt trochiſci, ſitq; vnus trochiſcus ℥ v: Aſ. drach. ij. & exiccentur in vmbra. Qñ igitur neceſſarij ſunt, teratur vnus trochiſcus, & ſoluatur cum aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum: et ſit natura lenis.

Ad Fluxum Sanguinis Narium.

Et conqueſtus eſt mihi vir ex illis bonis de Roma, in primis quãdo hoſpitatus fui in ea: & erat quadragenarius, & erat delitioſus, teneri corporis, complexioq; eius decliuis ad caliditatem & humiditatem (& hęc eſt complexio Romæ) ꝙ ipſe fluxum ſanguinis narium patiebatur ſuperfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Compoſui ergo ei hanc medicinam, cuius deſcriptionem acceperam à patre meo, & iuuaui eum ſtatim. Et ego quidem permutaueram me à domo eius, ſed ipſe permutauit me ad eam: & hæc fuit prima domus in qua quieui. ℂ *Modus Medicinæ ad Fluxum Sanguinis Narium.* Rec. chartæ Indæ i. de papyro, cucurbitæ ſiccæ combuſtæ, atramenti viridis cõbuſti, olibani, opij, aluminis vſti, omnium ana ʒ i: terantur, & puluerizentur, & cribellentur ſuper ellychnium, quod ſubmerſum ſit in aceto, & ſupponat̃ in nares ex eo deforis. Et ponatur ſuper tempora & frontem lutum armenum tritum, cõfectum

C cum aceto: & ligentur ſtricte manus & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & teſticuli etiam: & fugatur cum ventoſis ſupra hepar ſine inciſione & ſuper ſplenem: et cephalica phlebotometur ex parte ſanguinis: & embrochentur pedes cum aqua calida, vt attrahatur ſanguis ad inferiora: & dormiat ſupra dorſum ſuum: & fundatur ſuper faciem eius aqua frigida cum aceto: hoc. n. eſt ſecretum magnum: ſerua igitur ipſum. Hæc quidem medicina abſcindit ſanguinem à quocunq; membro: & ſi ſubmergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis.

Ad Mollificationem Linguæ.

Et cõqueſtus eſt mihi vir ſenex mollis corporis de mollificatione in lingua ſua: & fuit de quadam villa ex villis Romanis. Compoſui igitur ei hãc medicinã, & ſanatus eſt vſq; ad paucos dies, qui fuerũt minus tribus ſeptimanis. ℂ *Modus Pilularũ ad Accidentia Phlegmatica.* Rec. albotiz, opopanacis, altit dulcis, nucis muſcatæ, omnium ana partem vnam: terantur, donec fiant ſicut paſta: & fiant ſicut cicer pilulæ. Et ponatur ſub lingua vna poſt vnam, & fugatur: & aſſiduetur gargariſmus cum ſinapi: & balneatio cum aqua non dulci. Et ſanatus eſt.

Ad Nauſeam, & Malitiam digeſtionis, & Combuſtionem in ſtomacho, & Retentionem vrinæ.

D Et conqueſtus eſt mihi vir quadragenarius, cuſus complexio erat decliuis ad caliditatem et ſiccitatem (fuit in Alexãdra regione) de nauſea & malitia digeſtionis, & combuſtionis in ſtomacho, & retentione vrinæ. Compoſui igitur ei hanc medicinã, & iuuatus eſt ea ſtatim. ℂ *Modus Syrupi de Fructibus.* Recipe ſucci baſilici, ſucci granati dulcis, & ſucci granati acetoſi, aquæ tamarindorũ, aquæ caſiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana lib. i: rob vuæ vere dulcis, & eſt carenum, lib. iiij: decoquantur, donec fiat ei ſpiſſitudo, eius malitiam ſecurans, i. ne putrefiat. Et ſumatur de ea omni die cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad Debilitatem ſtomachi, & Vomitum, & Solutionem ventris.

Rob de fructibus conferens debilitati ſtomachi, & vomitui, & ſolutioni ventris ſuperfluæ, & anguſtiæ, & aduſtioni quæ fit in ſtomacho. Compoſui quidẽ hanc medicinam Rufo propinqui temporis, qui fuit Perſa. ℂ *Cuius Permiſtio.* Recipe granati acetoſi, cydoniorum, amborum ana xx numero: pirorum, iuiubarum, amborum, ana c numero: ſumach aur. xl: granorum myrti, centaureæ: terãtur omnia, & ponantur in vaſe bireno ſ. lebete, & fundãtur ſuper illud aquæ xx chiſt: & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & proijciatur: & ſumantur lib. tres mellis, & ponatur ipſum cum illa aqua, & accendatur ſub ea ignis donec fiat ſicut mel ſpiſſum: & coletur, et reponatur: Cuius doſis ſit cochlearium vnum cum aqua frigida.

Ad Febrem Aduſtam,& Sitim,& Aduſtionem in Stomacho. E

Et conqueſtus eſt mihi vicenarius adoleſcens de febre aduſta, & ſiti, & de aduſtione in ſtomacho. Compoſui ergo ei hos trochiſcos. ℭ *Modus Trochiſc. Febris Aduſtæ.* Recipe ſeminis citrullorum excorticati, ſe. portulacæ,liquiritiæ decorticatæ,oïum añ ʒ viij: tragacanthæ ʒ iiij: terant̃, & molliant̃,& conficiantur cũ mucilagine pſyllij: & fiant inde trochiſci, ſitq; omnis trochiſchus ʒ i.

Ad Febrem Tertianam Trochiſci.

Trochiſci boni (quos ego ſum expertus,& quos compoſui viro ex bonis,qui habebat febrem tertianam & medietatem quotidianæ, & iuuatus eſt ex eis cito iuuamento veloci) ad febrem tertianam,& febrẽ incenſiuã, et febres permiſtas calidæ cauſæ: & ſunt nobilis quantitatis: ſerua ergo eos. ℭ *Modus Trochiſcorum Febri Tertianæ.* Rec.roſarum ʒ xx,ſpodij ʒ v,amyli ʒ iij, tragacãthæ ʒ ij, croci danich ij: terantur,& cribellentur,& conficiantur cum aqua, & fiant inde trochiſci: ſitq; omnis trochiſcus ʒ i. Et ſumatur in potu cum aqua & ſyrupo acetoſo.

Ad Strictũram anhelitus,& Dolorem ſtomachi, & Dolorem duorũ laterum,et Malitiam digeſtionis,& Eructationem acetoſam,& Dolorẽ hepatis & ſplenis.

Et conqueſtus eſt mihi Herodes religioſus de illis de Roma de ſtrictura anhelitus,et dolore ſtomachi ſui,& dolore duorum laterum,& malitia digeſtionis,& corruptione hyſtimbræ, & eructa- F
tione acetoſa,& dolore hepatis ſui & ſplenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Compoſui ergo ei hãc medicinam,& iuuatus eſt ea multum vſque ad hebdomadem. ℭ *Modus Syrupi Iuuatiui.* Recipe ſcyllæ lib.ij, zz, ſe.fœniculi, petroſ.aniſi, pyrethri, hyſſopi,ſe.ocimi grariophylati, coſti, aſari,oïum añ ʒ i: ſe. apij, piperis, cymini carmeni,oïum ana ʒ ij: daucí,ammeos,libyſtici,cardamomi,oïum añ ʒ iiij: ocimi hortulani,ſatureli i.aceti acetoſi chiſt i,melſ.chiſt ij,rob chiſt i: tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus: deinde coq̃ ipſum, donec cõſumatur medietas aceti: deinde proijce ſup̃ ipſum vinũ, & coque ipſum donec cõſumat̃ quantitas medietatis vini: deinde remoue ipſum, & cola ex ipſo medicinas,& dimitte ipm, donec infrigidet̃ bñ: deiñde infunde ſup̃ ipſum mel deſpumatũ, & accẽde ignẽ ſub ipſo donec fiat ſicut mel ſubtile, & repone ipſum. Sitq; potio eius cochlear vnũ cũ aqua frigida. Et ſi volueris ipm ſolutiuum, tũc bibat̃ ex eo cochlear vnũ cũ aqua tepida & duobus danich ſcãmonij, eſt.n.mirabile.

Ad Frigus ſtomachi,& Corruptionem eius.

Et conqueſtus eſt mihi vir, qui erat in ætate & complexione,ſicut ille qui præceſſit ante hunc. Compoſui ergo ei hanc medicinam ad frigus ſtomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad ma- G
litiam hyſtimbræ eius,& febrem quartanam quæ erat à putrefactione phlegmatis,propter debilitatẽ quæ euenerat in corpore eius,& in manibus eius,& ipſius renibus. ℭ *Decoctio ad Febrẽ Quartanam.* Recipe vini antiqui boni odoris albi lib.iij, mellis lib. i, zingiberis ʒ v: heyl, cardamomi, omnium ana danich ij & ℈: croci ʒ ij: muſci, piperis macropiperis, omnium ana danich i & ℈: terantur, & cribellentur, & puluerizentur ſuper ſyrupum: & dimitte eum in Sole diebus multis. Deinde vtere exipſo cochleari i cum aqua frigida.

Ad Corpus Infrigidatum,& Humectatum,& Alia multa.

Et conqueſtus eſt mihi vir infrigidati & humectati corporis: mutati coloris ex fluxu ſanguinis ſuperfluo, qui accidit ei propter ſyncopen & frigus in hepate ſuo,& ſuo corde: & debilitate in ſuo ſtomacho,& corruptione in venis ſuis,& ſolutione ventris ſuperflua,& vomitu multo. Compoſui igitur ei hanc medicinam ſublimem. ℭ *Modus Confectionis.* Recipe coſti,folij,calami aromatici, gariophylorum electorum, omnium ana ʒ ij: caſiæ ligneæ,ſalis romani,amborum ana ʒ i: gal
†AP. piperis vſualis. liæ,acaciæ,foliorum ro.ſpodij,faufel,†thuris maſculi,omnium ana ʒ ℈: terantur,& cribellentur: & conficiantur cum rob cydoniorum,& reponatur. Et ſumatur,ex ea ad magnitudinẽ nucis, quando neceſſe fuerit: eſt enim vltima primaria valde.

Ad Triſtitiam,& Cogitationem,& Debilitatem,& Anguſtiam. H

Et conqueſtus eſt mihi vir adoleſcens ex filijs regũ (& erat teneri corporis,& delitioſus) de debilitate nimia, & ſubtilitate eius,& anguſtia,& triſtitia,& cogitatione: & erat cõtinens nos aer autumnalis corruptus, alteratus: & locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, ſuper cuius aerem vincebat caliditas & humiditas. Compoſui ergo hanc medicinam, & exiuit ab ægritudine ſua velociter. ℭ *Modus Confectionis magnæ.* Recipe ſe.ocimi,bugloſſę ſiccæ,foliorum propriẽ mentæ ſiccæ, lapidis lazuli aduſti abluti, margaritarum paruarum tritarum, karabi marini abluti,coralli albi,lapidis armeni,ſetæ combuſtæ,omnium ana ʒ x: gallíæ, ſpicæ indæ, myroba.epithymi Cretenſis,cinnamomi,thuris, maſtiches, zedoariæ,doronici,been albi & rubri,folij,cardamomi,gariophyl.electorum,vſneę,caſtorij,liquir.excorticatę,croci,ſe.lactucę,ſe.hyoſcyami,ozanorſi i.ſquinanthi,mandragoræ,xyloaloes bonæ,pæoniæ,rauedſceni,ſe.armel,nucis muſcatæ, darſeſſaham,carnub,feliniafelias i.agni caſti,ſe. coriandri, ana ʒ v: limaturæ argenti ʒ iij, limaturæ auri ʒ ℈, camphoræ ʒ i: roſarum,ſpodij,amborum ana ʒ vij,muſci aur.i: terantur omnia,& cribellentur,& leniantur cum vnc.i olei roſ.& quarta vnc.olei balſami: & adiũgatur ei tantum ſacchari triti & cribellati, quantum ſunt omnes medicinæ: & conficiatur totum cum miua, & reponatur ſex menſibus in primis. Et ſumatur ex eo omni die ſicut abundachari aſſidue.

Ad

A *Ad Tussim, & ad Asthma.*

Et conquestus est mihi vir quinquagenarius (cuius complexio erat æqualis, decliuis ad calidita tem & humiditatem, crassi corporis, & erat regio eius multorũ ventorũ meridianorũ) de tussi, & anhelitu latitudinis, & asthmate antiquo. Cõposui ergo ei hãc medicinã, & iuuatus est ea in hebdomade vna. ℂ *Modus Medicinæ.* Rec. hyssopi sicci, ocimi, capilli veneris, prasij, liquir. decorticatę, omnium añ ʒ vi: funde desuper mensuram sacraiati vnius de aqua, & coque ipsam donec perueniat ad medietatem: deinde cola, & funde super ipsam cochlear i mellis: deinde da ei in potu.

Ad Sputum Sanguinis, & Solutionem Ventris.

Et conquestus est mihi Iesas, qui erat ex Armenis, de sputo sanguinis, & ventris solutione: & erat adolescens trigenarius, extenuati corporis, & calidi: & eius regio calida valde. Composui ergo ei hanc medicinam. ℂ *Trochisci nobiles.* Recipe carabi marini adusti, acaciæ ablutæ, gummi arabici, spodij, rosarum, therathit, omniũ ana drach. x, opij drach. i, mastiches drach. iij, coralli drach. iiij: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum: & fiant trochisci, sitq; omnis trochiscus eius drach. i. Cuius dosis sit trochiscus vnus cum aqua frigida apud somnum. Et si dimiseris hos trochiscos, donec aggregentur partes eorum diebus aliquot,
B erunt completiores ad operationem suam.

Ad Retentionem Menstruorum, & Multa alia.

Et conquesta est mihi mulier cuiusdã amicorũ meorũ, quæ erat ex sapiẽtibus mulieribus: & pererat, & retẽta erãt ei mẽstrua, & minoratum fuerat lac eius: & acciderat ei sputũ sanguinis, & sanies, & tussis, & anhelitus dilatatio. Cõposui ergo ei hãc medicinã, & iuuit eã. ℂ *Modus Electuarij.* Recipe succi prasij vnc. vi, boni vini vnciam vnã, mellis vnciam vnam: piperis albi, thuris, myrrhæ, omnium ana drachmã vnam: coniungatur aqua prasij & vinum in olla, & coquantur donec consumantur duæ partes tertiæ: & tunc proijciatur super ipsum mel: & accendatur sub ea ignis donec coaguletur, & fiat sicut mel: terantur ergo medicinæ & puluerizentur super ipsum, deinde misceatur super ipsum: quando igitur permiscentur, tunc repone ipsum in vitreato. Et lambat ex eo infirmus cochlearium i ieiunus. Iuuata est ergo hac medicina in spacio breui.

Ad Sputum Sanguinis, & Solutionem Ventris, & Sanguinis.

Emplastrum quod ego composui: & ponitur super pectus, & abscindit fluxum sanguinis: & super ipsum stomachum ex solutione ventris: & super caput ex fluxu sanguinis narium. ℂ *Cuius permistio.* Recipe myrrhæ, thuris, aloes, omnium ana ʒ iiij: balaustiorum, sanguinis draconis, aca-
C ciæ, sief memithe, felũzaharagi, & loco eius chohol caubem, omnium ana ʒ viij: opij, radicis spicæ, hyoscyami, omnium ana ʒ iij: aluminis abluti, lãcunæ sigillatæ, atramenti, omnium ana ʒ ij: sumach, gallarum, granatorum summitatum s. balaustiorum, omnium ana ʒ vi: tere illud, & cribella ipsum cum cribello subtili: & confice ipsum cum vino passularum bono, aut cũ aceto vini permisto, donec fiat sicut mel spissum. Deinde line super pectus ex sputo sanguinis: & sup caput ex fluxu sanguinis nariũ: & super omnem locum, ex quo egreditur sanguis: & line ipsum super stomachum ex solutione ventris. Et hoc vltimum est in eo, quod diximus: serua ergo ipsum.

Ad Vapositatem Ventris, & Apostema in Hepate, & Hydropem.

Et conquesta est mihi mulier de ventositate in vẽtre suo, & apostemate in hepate suo in superioribus eius, & inceptione hydropis: & erat mulier tricenaria, aut quasi tantum: & erat causa eius retentio menstruorum: & erat vincens continens nos aer calidus & humidus. Cõposui ergo ei hanc medicinã, & iuuata est ea vsq; ad xxx dies. ℂ *Confectio, quæ Prouocat Menstrua, & Expellit Ventositatem.* Recipe eupato ii, spicæ, cortícum casiæ lignee, croci, seminis apii montani & domestici, liquir. squinanthi, carpobalsami, rubiæ, omnium añ ʒ iiii: reuetseni ʒ iii: mastiches, laccæ quæ non est operata, spodii, rosarum rubrarum, aristolo. omnium añ aur. i: terantur omnia, & cribellentur:
D & conficiantur cum melle despumato. De quo sumatur omni die pondus ʒ ii.

Ad Icteritiam Nigram.

Et conquesta est mihi mulier, religiosa, quam extenuauerat religiositas & abstinentia, de icteritia nigra multum apparente: & erat corporis macri, quæ iam transierat l annos: & erat eius regio romana: & erat tẽpus autũni, in diebus in quibus ego fui ibi. Cõposui ergo ei hãc medicinã: & accepit ex ea aur. i. & exiuit ex ægritudine sua exitu bono. ℂ *Medicina ad Extrahendum Melancholiam.* Recipe aloes pondus ʒ vii, masti. ʒ viii: agarici, polypodii, cartami, epithymi, omnium ana pondus drach. ii: folii, casiæ lignea, spicæ, omnium ana drach. ii: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Sitq; dosis eius aureus i cum vino, si non fuerit febris.

Ad Icteritiam Citrinam.

Et conquestus est mihi vir tricenarius, qui erat monachus bonus, multæ lectionis in libris: & erat calefactus de icteritia citrina multum apparente. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea velociter. ℂ *Medicina ad Extrahendum Choleram.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium, spodii, folii, rosarum, absinthii, mastiches, spicæ, anisi, omnium ana ʒ iiii: seminis scariolę drach. x, coriandri syluestris drach. ix, aloes drach. vi: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vino. Et sit dosis omni die drac. ii pondus.

*Aſ. fellis zaharagi.

*Aſ. laccę.

Ad Duritiem Splenis, & Apoſtema in Hepate, & Aquam citrinam, & Dolorem Stomachi, & Renum, & Tuſſim cum Icteritia. E

Et conqueſtus eſt mihi vir ex amícis meis ex bonis religioſis de durítie ín ſplene ſuo, & apoſtemate ín hepate ſuo, & aqua citrína, & dolore in ſtomacho ſuo, & dolore renum, & ex tuſſi cũ icterítia. Compoſui ergo ei hanc medicínam. ℂ *Confectio ad Aegritudinem Ventris, vel Vacuitatis.* Recipe ſpicæ Indę, coſti, corticum caſiæ ligneę, omnium ana pondus drach. íj: fœniculí drach. iíj: piperis, ſeminis apíj, acorí, andachocę, íreos, xylobalſamí, omnium ana drach. iiii: venarũ cappar. drach. quínque: paſſularum mundatarum à granis ſuis, drach. x: terantur donec fiant ſicut medulla: & terantur medicínæ, & cribellentur: et conficiant omnía cum melle deſpumato. Et ſumantur ex eo omní díe drach. iii cum aqua capparum, & calamínthes, & ſecaniabín paucí acetí. Iuuatus eſt ergo ea iuuamento manifeſto in ſpacio paruo. *AP. xvj. ℂ *Emplaſtrum conferens Duritiei Splenis & Hepatis.* Recipe ammoniací, bdelíj, íreos, ſepí vaccíní, omnium ana drach. *x: ficus, thuris, opopanacis, galbani, omnium ana drach. viii: piperis c & l grana: ceræ, picis ſiccæ, amborum ana ʒ xx: aluminis iamení, ſulfuris, myrrhæ, omnium ana ʒ x: pyrethrí, radicum capparis, amborum ana drach. v: viſci, arí ſtolochiæ, croci, cordumení, amomí, olei nardíní, omnium ana drach. iii: terantur bene cum aceto, & conficiantur cum eo donec permiſceantur: & liquefiat cera, & permiſceantur omnía terendo F in mortario, donec fiat corpus vnum: & ponatur ſuper ſplenem.

Ad Febrem Quotidianam, & Fluxum Ventris, & Teneſmon, & Tuſſim.

Pílulę quas ego compoſui viro oratorí, qui habebat quotidianam, & fluxum ventris ſuperfluũ, & punctionem, & teneſmon vehementem, & tuſſim: & iam erat deſiccatus: & deſperauerat ſe, et ſperauerat mortem. Iuuatus eſt ergo his vice vna. ℂ *Pilularum permiſtio hæc eſt.* Recipe caſtorij, myrrhæ, amborum ana aur. i & ſ, ſeminis hyoſcyami albi ʒ iii, ſeminis apii ʒ viii: tere illa, & confice cum vino, & fac inde pilulas ſicut piper, & ſicca eas. Sitq; doſis eius granà v cũ rob myrtí, et aqua.

Inquit Galenus nõ eſt nobis neceſſarium rememorari in hoc libro radicum ægritudínum, quoníam iam eas díximus in aliís libris: hunc autem librum non fecimus, niſi ad deſcriptionem proprie. Et quamuis nos confortemus per ipſum rationes Empiricorum, tamen quando ego cogíto, ratione certa agnoſco, quía eſt vnũ de ſecretis medicinæ, & theſaurus ex theſauris eius. Et omnem mẽdicínam eius iam expertus ſum vicibus multis in eo, qui aptus, & cui conuenit, & eſt conueniens cõplexio eius. *AP. modum. *AP. cõplexioni

Ad Dolorem Ani, & Teneſmon, & Ventris ſolutionem, & Puncturam. G

Ellychnium quod ſupponitur in ano, & efficit opus pílularũ, immo melius. ℂ *Eius permiſtio.* Recipe myrrhæ, thuris, maſtiches, croci, omnium ana partem vnam: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vitellís ouorum, aut cum ſucco alefinis i. pſyllíi: & fac inde, quod ſit ſimile glandí, & pone in vnoquoque eorum filum. Quando ergo facis illud, inunge ipſum ante oleo roſato, & pone ipſum in ano, & præcipe vt teneat ipſum nocte tota. Quando igitur voluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipſum. Hæc autem medicína eſt ſublimis ad dolorem ani, & teneſmo ſanguíneo, & ſolutioní ventris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem eius.

Ad Colicam, & Vomitum, & Dolorem Stomachi.

Medicamen ad colicam, quod compoſui adoleſcentí trigenarío, cuí acciderat colica, quę dícitur ileos, & vomitus, & exiccatio fortis, & dolor ſtomachí. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. myrobalanorum citrinorum, & nígrorum, maſti. aniſi, ammeos, ſeminis apíi, corticum thąpſiæ, medullę ſeminis cartamí, omnium ana partem vnam: ſalis Indi partem ſ, aloes ſcotrenſis ad pondus omnium medicinarum: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua foliorum citrí humidorum: & fiãt inde pilulę. Sitq; doſis eius aur. ii cum aqua calida ante cibum: eſt enim bonum ad digeſtionem cibí, H & lenit ventrem, & ad colicam, & ventoſitatem, & dolorem dorſi, & crudum humorem. *AP. caſię ligneę.

Ad Lapidem Renum.

Et conqueſtus eſt mihi vir de lapide, quem habebat in renibus ſuís, & quandoq; exierat ín vrína: & narrauit quía egeſſit eum: hoc autem longinquum eſt, veruntamen ego audíui, quòd Archígenes ín quibuſdam libris díxit hoc, ſed nẽſcio cauſam eius. Compoſui ei hanc medicínam: et iuuatus eſt ea vſque ad xxx dies. ℂ *Confectio ad Lapidem.* Recipe ariſtolo. dauci, floris ſquinanthí, carpobalſamí, ſpicæ, croci, meu, phu, apíi, caſiæ, chamędryos, ſcorodí, ammeos, praſíi, dragaganthí, enulæ, íreos, origaní montaní, carui, ſeſeleos, corticum radicum cappar. gariophylorum, cymíní, ſemínis fœniculí, ſcillæ aſſatę, ſinapis, myrrhæ, ſemínis erucæ, condíli, omnium ana partem vnam: pínearum decorticatarum ex cortice ſuo, quantum eſt pondus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato. Sitq; doſis eius omní díe ʒ iii. *AP. dixi.

Ad Debilitatem Coitus, & ad Dolorem Veſicæ, & Lapidem, & Dolorem in Vtriſque lateribus.

Et conqueſtus eſt mihi adoleſcens teneri corporis ex filijs Regum philoſophorum ex amícis meis, de coítu, de veſica, de dolore in ea, & lapide, & de dolore in vtríſque lateríbus. Compoſui

ergo

A ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea velociter. ℂ *Confectio ad Coitum.* Recipe pinearum excorticatarum de cortice suo librę vnius quartam: medullæ seminis melonum, medullæ seminis cucurbitæ, been rubri & citrini, sesami decorticati, galangæ, zingiberis, secacul, seminis alphagdi, sepi scinci, omnium ana drach. x: seminis vrticæ, seminis sinapis, seminis cæpæ albæ, anisi, seminis papaueris albi, liquir. decorticatæ, seminis bauciæ, omnium ana drach. vij: penidiorum quantum est pō dus omnium: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Et accipiatur ex ea mane, & apud somnum, quantum est nux. Et præcipe ei, vt fiat hoc sibi cibarium diebus, quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarum ex venis suis & cortice suo medietatem libræ: elixetur ergo, donec dissoluatur: & proijciatur in eam oleum omphacinum & mel: formetur cum vitellis v ouorum. Et quandoque decoquuntur cum eo passeres. Et coloretur cum croco & zingibere: & aromatizetur cum musco.

Ad Satyriasim.

Medicamen cui non est simile super terram in satyriasi, & est velocis sanationis. ℂ *Cuius permistio.* Recipe olei sambucini vel de zambach i. de iesemino, libram vnam: formicas habentes alas, mille: nemerefin vnam & est fœmina parua vulpes, quæ in Sabano moratur: cum formicis
B misceantur: & inungatur cum hoc vnguento mirach, & duo testiculi, & virga, postquam suspenditur in Sole duabus hebdomadibus,

Ad Dolorem Testiculorum, & Apostema, & Ventositatem in eis, & Pruritum.

Et conquestus est mihi vir ex bonis religiosis ex amicis meis de apostemate in testiculis, & ramice, & ventositate in eis, & dolore eorum. Composui ergo ei hoc emplastrum, & iuuatus est eo iuuamento magno. ℂ *Cuius permistio.* Recipe mastiches, setæ, thuris, sarcocollę, omniū ana drachmas vi: terantur, & cribellentur, & incorporentur cum vino: & liniatur super apostema, & annectatur super ipsum cotum: & dimitte ipsum donec exiccetur: deinde accipe pannum, & liga duo oua ad duas ancharum pyxides. ℂ *Ad Pruritum Testiculorum.* Ad pruritum in duobus testiculis, sumantur ceruse drach. vi, sulfuris citrini drach. ij, opij drachma vna: terantur omnia cum aceto vini permisto cū aqua, & pone ipsum tribus vicibus. ℂ *Ad Apostema Testiculorum.* Et ad apostema in duobus testiculis, sumantur ciceris partes ij, altheę pars i: terantur cum aceto, & liniantur super apostema: est enim bonum.

Ad Dolorem Iuncturarum.

Et scripsi ad Glauconem philosophū, qui erat ex bonis & puris amicis meis: & erat eius ætas
C adolescentia: & erat teneri corporis delicatus: & ipsius regio Beneuentum: inuaseratq; eum dolor iuncturarum & carnium quæ super dorso in directo ancharum sunt, & podagra, & dolor ancharum. Composui ergo ei hāc medicinam, & est vna ex illis quam accepi ab Archigene: & addidi in ea, & rectificaui eam. Iuuatus est ergo ea vsq; ad lxx dies, & non rediit ad ipsum: & est secretum magnū ex secretis medicinæ. ℂ *Pilulæ ad Dolorem Iuncturarum.* Rec. myrobalanorum kebul. & indorum, et cortícum cucumeris asinini, bůzaram loco cuius ponitur zingiber, colocynthi dis interioris, salis indi, hermodactylorum, aloes scotrensis, omnium ana ʒ i, sagapeni ʒ ii: terant, & puluerizentur, & conficiantur cum aqua foliorum kekengi, & aqua albuzaran: & fiant pilulæ sicut piper, & desiccentur in vmbra. Et bibatur ex eis omni nocte tertia ʒ iii cum aqua calida. Et sumatur post illud hæc medicina, cuius modus est. Recipe buziden i. satyrionis partem i, hieræ picræ partes ii: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle. Et bibantur ex ea ʒ iii. *Al. zedoariæ.*

Ad Ischiadem.

Et conquestus est mihi vir ex vna villarum romanarum, supra cuius aerem erat vincens humiditas, & vincens super complexionem viri simile illi de ischiade. Purgaui ergo corpus eius semel cum hac medicina: & excusaui ipsum a cauterio & vnguēto. ℂ *Medicina ad Ischiadem.* Recipe her
D modactylorum, turbith carnosi, buziden i. satyrii, sanæ, medullæ seminis cartami, pulpæ colocynthidis, medullæ seminis citruli, omnium ana drach. i: terantur & cribellentur: & conficiātur cum butyro & melle. Et est hæc potio vna.

Ad Humorem Crudum lapidosum, & Mollificationem crurium, & Debilitatem Corporis.

Et conquestus est mihi Abyn, qui erat exiccatus (cuius erat ætas adolescentia, mediæ habitudinis, delicatus) de humore crudo lapidoso, qui faciebat eum sedere, & mollificatione crurium suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in vtrisq; Composui ei hāc medicinā: & vsus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem. ℂ *Medicina ad Humorem Crudum.* Recipe myrobal. kebul. & emblicorum, & indorum, & satureiæ, ammeos, apii, origani persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana ʒ i: buzaran, loco cuius ponitur zingiber, drach. ii: senæ arabicæ lib. i tertiam: spicæ, hehel, amomi, omnium ana drach. viii: cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodii, ro. salis naptici, omnium ana drach. iiii: nasturtii vnc. ß, salis ammoniaci aur. i, acori drach. iiii: berengi, doronici, zedoarię, tertiam aur. i: terantur, et cribellentur, & leniantur cum butyro vaccino, præparato cū clississia tritici i. simila, donec eiiciat *Al. ex ficulis.*

ipſum: & adiungatur media libra penidiorum, & conficiatur cum melle deſpumato. Et ſumatur E
ex eo omni die ʒ ℈ cum aqua, in qua decocta eſt acorus. Et vtatur hoc oleo, eſt enim vltimum in
ægritudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, &
ipſarum dolore. ℂ *Oleum Probatum, Cuius permiſtio.* Recipe coſti, carpobalſami, corticis caſiæ, oĩum
ana ʒ xxx: calami aro. buzaran loco cuius ponitur zingiber, abrengi loco cuius ſagapenum, om-
nium ana ʒ xx: macropiperis ʒ vij: cordumeni, zingiberis, ſtaphidis agriæ, omnium ana ʒ vi: cy-
peri ʒ xi: venarum ſquinanthi, ireos, amborum ana ʒ xij: cyperi, blactæ byzantiæ, foliorum myr-
ti, ſampſuci, omnium ʒ x: tere medicinas contritione craſſa, & infunde eas in vino boni odoris,
ſecundum menſuram qua cooperiat eas, die ac nocte: & pone ipſum in olla, & infunde ſuper eam
ex aqua quantum eſt menſura vini: deinde infunde ſuper illud oleum ſeſami, & oleum lentiſcinũ,
de vnoquoquo x aſacraiati: deinde accende ſub ipſa ignem lentum quantitate viij horarum: dein
de tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari, & funde oleum ab aqua: Deinde accipe in deco
ctione eius ſecunda, aſſari, ſpicæ, amomi, ana ʒ x, folij ʒ vi, myrrhæ vnc. i: tere omnia, & infunde ea
die ac nocte: deinde cola eam in ollam, & funde ſuper eam oleum: ſitq; olla, in qua decoques vice
prima & ſecunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ & oleum. Et accipe ollam ma-
*Al. maraxiã. gnam à loco mãſiam, & funde in eam aquam: deinde pone ollam, in qua ſunt medicinæ & oleum F
in concauitate eius: & accende ſub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum & medicina per ca
lorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipſum ſecundum terminum quem narraui, & peruenerit
ad finem, remoue ipſum ab igne, & permitte ipſum infrigidari. Deinde cola ipſum oleum, & co-
que ipſum tertio. Et accipe gariophyl. blactæ byzantiæ, nucis muſcatæ, omnium ana ʒ iiij: bdel-
† Al. vn. ſemis. lij ʒ iii: mellis, ſtyracis calamitæ, ʒ xxx: olei balſami † ʒ ℈: tere medicinas ſiccas, & infunde eas in vi-
no die ac nocte. Deinde cola eas in ollam: & funde ſuper eas oleum: & accende ignem ſub eis ſe-
cundum quod narraui tibi: deinde cola oleum, & repone: Ipſum enim eſt vltimum in ægritudi-
nibus iuncturarum. Et in læſione fiat inunctio ex eo, & bibatur: ſoluit enim naturam, & extrahit
humorem crudum: & confert colicæ, & ægritudinibus viſcerum.

Ad Caninum Appetitum, & Singultum, & Eructationem acetoſam.

Electuarium diatrion pepereon quod ego cõpoſui Hedino, qui fuit ex bonis: & erat intra Ro
mam, & erat ſeptuagenarius: conqueſtus eſt de frigore in complexione, & humiditatibus ſuper-
fluis, & canino appetitu, & ſingultu, & ructu acido. Compoſui ergo ei hanc medicinam: & iuua-
tus eſt in hebdomade. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium
ana quartam libræ: xylobalſami ʒ i: ſpicæ, amomi, amborum ana ʒ iiij: ſe. apij, zingiberis, ſeſeleos, G
keiſim, caſiæ mundatæ, enulæ, aſari, omnium ana ʒ iij: tere omnia, & cribella, & confice cum melle
deſpumato, & repone ipſum. Et ſumatur ex ipſo quantum bundacha.

Ad Tremorem Cordis, & Inquietudinem, & Cogitationem.

Syrupus quẽ compoſui Demicrathi, quę eſt mulier bona, multi ieiunij: cui accidit tremor cor-
dis, & inquietudo, & cogitatio, & ſtoliditas, & mentis ablatio, & qñq; egrediebaẽ à ratione ſua: &
erat quadragenaria, cõtrictę carnis albæ. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. bugloſſę exiccat, foliorũ roſa-
rum, foliorum citri, foliorũ ocimi citrati, capilli veneris, ocimi gariophyl. oĩum añ hoſmatũ i, qd
eſt quarta libræ, & tria grana: malorũ mãdragorę inciſorum ʒ viii: fruſtũ panis, karabe cõtriti, ſetæ
crudæ inciſæ, lazuli loti abluti contriti, nucis muſcatę contritæ, zedoariæ, doronici, been albi & ru
bri, ſandalorũ alborũ & rubrorũ, margaritarum minutarũ, coralli, ſpodii, berberis, xyloaloes boni,
crudi, maſtiches, thuris maſculi, oĩum ana aur. i: teranẽ, & decoquantur oĩa in xiiij libris aquæ fon
tis, donec conſumanẽ duæ tertiæ: & comprimaẽ manibus pãnus, in quo ſunt ſpecies, & colenẽ: &
aggregenẽ duæ libræ aquæ cum x libris boni vini, & x libris mellis deſpumati, & coquatur, donec
fiat ſpiſſitudo: & infrigidetur, & aromatizetur cum ʒ i muſci contriti. Et bibatur ſeptimanis iiij.

ℂ *Ad Tremorem Cordis Linimentum.* Rec. thuris, ro. xyloaloes, gariophyl. ſpodij, ſandalorũ rubro- H
rũ, karabe marini, ſandarachæ, oĩum ana ʒ i: alumínis iameni ʒ ℈: teranẽ, & cribellenẽ, & conficianẽ
cum aqua roſ. aut cum aqua malorum: & ponatur ſuper cor & ſtomachum: eſt enim vltimum.

Ad Dolorem Hepatis, & Splenis, & Multa alia.

Et cõqueſta eſt mihi mulier deuota magnæ quãtitatis nobilis (cuius complexio decliuis erat ad
caliditatem, & eius anni xl erant) de dolore ſtomachi, & hepatis, & ſplenis, & duritie in ventre, &
apoſtemate, & inceptione hydropis, & dolore amborũ renũ, & pulmonis, & amborum laterum,
& veſicæ, & matricis, & dolore in oĩbus mẽbris ſuis, & ſputo ſanguinis, & pleuritide. Compoſui
ergo ei hoc emplaſtrũ. ℂ *Cuius permiſtio.* Recipe cerę, helkalimbat i. terebynthinæ, bdellij, thuris,
ammoniaci, cordumeni, fructus myrti, fructus vitis, tortellarum de ſeni, amomi, ſpicæ, crocí, myr-
rhæ, maſtiches, oĩum ana ʒ viii: olei violati, olei ſeſamini, amborũ ana ʒ xl: vini boni odoris quãti-
tate qua infundaẽ, donec fiat emplaſtrum: & accipe ammoniacũ, bdelliũ, et thus, et myrrhã, & tere,
& in vino eą infunde, & contere ea, & liquefac cerã cum duobus oleis, & bulliat. Qñ ergo lique-
fiunt, depone ea deſuper ignem, & tere reliquas medicinas, & puluerĩza ſuper ea, et moue ea tãdiu
donec permiſceanẽ adinuicẽ. Deinde line ea ſuper loca in qbus durities eſt, & apoſtema, & dolor.

Ad Vomitum

A *Ad Vomitum immoderatum, & Fluxum Ventris.*

Emplaſtrum quod compoſui mulieri religioſæ deuotæ, cui acciderat vomitus immoderatus, & ſolutio ventris ſuperflua, & febris concluſa, & ſitis, & aduſtio vehemens: & erat tempus æſtiuum. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib. i: gallíæ, ſeminis myrtæ, ſumach, acaciæ, fructus vitis, myrrhæ, maſtiches, omniũ ana ʒ iiij: tortellarum de ſeni ʒ viij, aromatici ʒ i: tere illud bene donec permiſceatur: et funde ſuper illud oleum roſ. & acetum vini, & aquam ro. tali mẽſura ꝙ humectetur, & line ſtomachum. Et iuuata eſt ea ſtatim.

Ad Febrem Quotidianam Trochiſci.

Modus trochiſcorum ad febrem quotidianam quando maturatur. ℂ *Quorum permiſtio.* Recipe roſarum, ſpodij, eupatorij, ſeminis cuſcutæ, berberis, ſeminis endiuiæ, omnium ana ʒ iiij: xyloaloes, tragaganthi, abſinthij, aniſi, doronici, omnium ana ʒ i: terantur, & cribellentur, & conficiantẽ cum aqua calida: & fiant inde trochiſci, quorum vnus ſit drachmæ duæ. Et bibatur cum ſyrupo acetoſo ſeptem diebus, & eradicabitur.

Ad Febrem Tertianam Decoctio experta.

Decoctio ad febrem tertianam poſt tres acceſſiones experta. ℂ *Cuius permiſtio.* Recipe terenia
B bin i. ſemen album habens ſaporem mannæ, medullæ caſſiæ, tamarindorum, omnium ana ʒ ℥, myrob. ʒ i: decoquantur cum lib. i ℥ aquæ, donec conſumantur duæ tertiæ, & coletur. Et bibatur cum media ʒ olei ſeſamini: ipſa enim eradicatur ſtatim.

Ad Febrem Quartanam Trochiſci.

Modus trochiſcorum ad febrem quartanam. Inquit G. iam narraui in multis librorum meorũ, ꝙ quartana qñ inuadit in autumno, pertranſit in vere: & quando inuadit in æſtate, dimittit in ſex periodis, quando medicus eſt prudens: nam quando maturatur, & vtitur hac medicina, tunc facit eam redire tertianam, deinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi. Quare eradicatur febris tertiana hoc regimine, ante horam quam determinauerunt medici qui fuerunt ante me: & ego quidem determinaui illud. Verum ego iam ingeniaui cum hoc, & eſt ſecretum magnum: veruntamẽ nos non vtimur niſi in corporibus fortibus. ℂ *Quorum permiſtio.* Rec. eupatorij, abſinthij, coſti, zurũbet, doronici, ammeos, ariſtol. ſcorodi, myrrhæ, euphorbij, oĩum ana auŕ. i: aloes, bdellij, pyrethri, ſagapeni, opopanacis, harmel, acori, amomi, omnium ana ʒ i: infundantur ſagapenum et opopanax in vino, & moueantur: & terantur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia: & fiant inde trochiſci, ſitq; trochiſcus ʒ i: & bibatur cum aqua raphani.

C *Ad Hydropem Pilulæ.*

Et conqueſta eſt mihi filia Nicolai Regis, & ipſa quidem monacha erat deuota: & ſenſerat de hydrope horrida, & aqua citrina (in qua fatigati erant medicantes) & ſtrictione naturæ. Præparaui ergo ei hanc medicinam: & conualuit vſq; ad ſeptimanas quatuor, & exiuit ab ægritudine ſua egreſſione bona & ſana. ℂ *Pilulæ ad Hydropem.* Rec. ſpicæ indæ & romanæ, amborum ana ʒ iiij: agarici, ariſtol. amomi, croci, æris combuſti, epithymi, maſtiches, hyperici, coſti, chamædryos, omnium ana ʒ iij: myrrhæ, kerfe medicinalis, ſquinanthi, tithymali, oĩum ana ʒ i, aloes ʒ viij: tere illud, & pulueriza ipſum: & cerne eum, & confice cũ aqua, & fac de ipſo pilulas, & inunge manus tuas in cilini. Sitq; doſis earum ʒ ij, cum vino miſto.

Ad Icteritiam Sparſam.

Medicamẽ ad icteritiam ſparſam ſcilicet ſuper totum corpus, quod ego compoſui. ℂ Rec. euphorbij, epithymi, aloes, ſulfuris, omnium ana partem i: tere illud, et da in potu ex eo ʒ ij, cum aqua caſei: eſt enim vltimum quando non eſt calida. ℂ *Ad Icteritiam Cauſæ calidæ, Medicamen, quod ego cõpoſui.* Rec. aquam lactis caprini coagulati cum tamarindis lib. i, ſucci endiuiæ lib. i, ſucci ſolatri libræ quartam, aquæ abſinthii humidi ʒ ℥: berberis, ſandalorum alborũ, & machoziri i. citrini, aloes,
D omnium ana ʒ i: ſpodii, ſpicæ, rauedſeni, omnium ana ʒ i: terantur, & cribellentur: & permiſceantẽ omnia, & permaneant in nocte. Et bibatur ex eo omni mane lib. ℥ colato cum ʒ ii iulep. Poſtea ponas ipſum in loco frigido, aut ſumatur cum geleniabin.

Ad Deſcenſum Aquæ in Oculum, & Vertiginem, & Iſchiadem.

Modus medicinæ ad deſcenſum aquæ in oculum, quam ego compoſui viro qui erat ex viris religioſis, qui multiplicauerat comeſtionem hordei, & aſſiduationem vigiliarum: quare eueńit ſuper eum malum ex deſcenſu aquæ in oculum ſuum: & acciderat ei vertigo & iſchias: iuuatus eſt ergo & conualuit. Et ipſa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ, & phlegmatis, & anginæ, accidentibus ex craſſitudine humorum: & ad morſum canis rabidi, & habẽtium venenum, & præfocationi matricis. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. epithymi auŕ. x: ſcammoniæ, pralii, ſtœchados, myrrhæ, ellebori nigri, ana auŕ. iiii: ſcillæ aſſatæ, euphorbii, aloes, croci, gẽtianæ, petroſelini, ammoniaci, opopanacis, omnium ana auŕ. i: polii, cinnamomi, ſagapeni, myrrhæ, ſpicæ, floris ſquinãthi, calaminthes fluuialis, ariſtolochiæ longę, omnium ana auŕ. ii: teratur illud & cribelletur: & infundantur gummi in vino boni odoris, & conficiantur cum melle deſpumato quod ſufficit, & dimittatur donec antiquetur. Sitq; doſis eius aur. iiii.

Ad

Ad Inquietudinem, ideſt Gueſſegues.

Modus medicinæ quam ego compoſui religioſæ mulieri, cui acciderat inquietudo vt & ſola loqueretur ſecum, & ſylueſtritas: & medicati fuerũt ei multi medicorum, & non valuerat eorum medicatio in ea ita, q̃ iam deſperauerat de ſe. Compoſui ergo hanc medicinam, et iuuata eſt per eam. ℂ *Cuius permiſtio.* Rec. ſcammoniæ, aniſi, karabe, coralli combuſti, xyloaloes puræ, ſeminis coriandri ſicci, margaritarum minutarum, foliorum roſarum, ſpodij, maſtiches, omnium ana ʒ iij: myrobalanorũ indorum, citrinorum, kebulorum, omnium, poſt mundificationem ex nucleis ſuis, ana ʒ x: turbith albi aur. xij: agarici aur. viij: zedoarię, doronici, omnium añ aur. ij: ſacchari tabarzet ad pondus omnium medicinarum: teratur illud totum, & cernatur cum orali, & permiſceantur. De quo ſumant ʒ v in puluere, & ſumant diebus multis, & bibãtur cũ aqua frigida. Cibus aũt ſit illud quod lene eſt, ſicut pulli: & alteretur aqua cum ſyrupo myrtino, aut cũ ſyrupo de roſis recentibus.

Ad Obliuionem, & Frigus in Renibus, & Dolores in Iuncturis, & Alia multa.

Et conqueſtus eſt mihi vir Aburoſus religioſus, qui erat amicus mihi: & iam cõſecutus fuerat de oratione ſua quæ alius in ſuo tpe conſecutus non fuerat: & de ętate cõſecutus fuerat annos lxx: & erat propinquus mihi: & partes quidem frigoris iam vicerant ſuper eũ, quare acciderat ei obliuio, & frigus intenſum, & dolores in iuncturis. Compoſui ergo ei hãc medicinã, & iuuatus eſt iuuamento ſufficienti, & exiuit ab ægritudine ſua vſq; ad duas hebdomadas. Et ego quidem probaui eã in multis, & inueni eam conferre ægritudinibus veſicæ & humori crudo: & ſanatio eius eſt ex oĩbus ægritudinibus iuncturarũ & ſoda, generatis ex humoribus frigidis, & eo quod eleuabatur ad cerebrum ex vaporibus ab illo humore, & à tuſſi phlegmatica: & præparat ſtomachum, vt coria p̃parant galla, & rectificat ipſum: & fugat ventoſitatẽ craſſam ex eo, & digerit cibum, & excitat appetitũ: & reſoluit qđ ex phlegmate incraſſat in ſtomacho: & aliqñ abſtergit viſum, & acuit mentem, & delet obliuionem: & clarificat vocem, et tardat canitiẽ, et diſſoluit podagrã frigidę cauſæ: et quicunq; ſenex vtit ea, nõ indiget alio in cõſeruatione ſanitatis. ℂ *Confectio Diatrion pepereon Secunda.* Rec. piperis albi & nigri, macropiperis, galangæ, caſſiæ ligneæ, calami aromatici, croci, ſpicę Indæ, gariophyl. cardamomi, carpobalſami, aſari, zingiberis, ſeminis myrti ſiccę, oĩum añ partem i: maſtiches partes v: terãtur medicinæ, & cribellẽtur, & conficiãtur cum melle deſpumato: & ponatur in vaſe vitreo læuigato. De quo ſumat aureus i apud ſomnum: & eſt ex ſecretis magnis.

Ad Dolorem Iuncturarum, & Complexionem corruptam.

Et conqueſtus eſt mihi Arſatus religioſus (qui erat amicus, & erat orator: & iam cõſecutus fuerat annos lxx: & dicebatur de eo, q̃ nunquam iraſcebatur, neq; cõtrarius fuerat alicui: & erat multæ taciturnitatis, & dilatatæ ſcientiæ) de dolore in omnibus iuncturis ſuis: & vidi complexionem eius corruptam, & alterata erat ei mẽs. Præcepi ergo ei, vt vteretur hac medicina. ℂ *Hiera magna.* Recipe chamæpityos, ſcorodi, amborum ana ʒ ℈: ſeminis apij, ammeos, haſce, agarici, omnium añ ʒ i: gentianæ aur. iij: centaureæ minoris ʒ ℈: myrrhæ, ſpicæ, calaminthes montanæ, ſpodii, petroſelini, praſii, omnium ana ʒ ii: ſeminis rutę, hyperici, hyſſopi ſicci, phu, omnium ana aur. iiij: chamędryos ʒ iij: folii ʒ i: terantur omnia, & cribellentur cum orali, & leniantur cum ii ʒ olei balſami, & conficiantur cum ſufficientia mellis origani deſpumati: & repone in vaſe leni interius: & dimittatur ſex menſibus: ipſa nanq; iuuat, hæc enim medicina eſt melior. Montee, ſi ſciueris mẽſuram eius, excuſabit te ab aliis: ego enim vidi ipſam conferre ei: & eſt cõplexio eius ſicut theriaca. Huic quidem viro rediit ſanitas eius. Deinde poſui vt experirer ipſam. Inueni ergo in qbuſdã iuuamentum eius, quia excitat virtutes naturales & præcipue digeſtiuam: & extrahit melancholiam cum vapore: & ſubtiliat phlegma, & attenuat ipſum, & alleuat exitum eius ex corpore: & refrenat choleram citrinam: & confert omnibus ægritudinibus hepatis & ſplenis, quoniam aperit oppilationem: & ſi profundatur in venis, mirabiliter valet, ita quo'd forſitan eſt ex mundificatione ſanguinis: & conſeruat ipſum ad ſubſtantiam ſuam, ſi fuerit ſeruans ſanitatem, quoniam vadit in venas & arterias, & conſumit quod inuenit in eis de ſuperfluitatibus craſſis, & mundificat meatus: propter illud frangit lapidem: & mundificat fæcem humorum ex corpore, propter ſubtilitatem ſuæ operationis, deinde non ſoluit ſuperflue propter ſuam frigiditatem. Et eius potio integra eſt aureus i cum aqua calida.

Ad Maciem, & Diſpoſitionem Senectutis.

Et fuit mihi o' Montee amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis ſubtilium humorũ, extenuati corporis: & ipſe quidem multiplicauerat lectiones librorũ, & ieiuniũ, & orationẽ, & laborabat multũ: & erat parũ obuiãs cibo: & vigilabat plurimum noctis: & erat trigenarius die, qua cognoui eum: quare minorata eſt humiditas corporis eius, & addita eſt ei macies & ſiccitas cõplexionis: et nõ cõſecutus fuerat xl annos: & iã ſũperauerãt ei modi ęgritudinũ, & albificatũ erat eius caput, & debilitati erant motus eius innati, & factus erat in diſpoſitionibus ſenectutis vltimę. Præcepi igitur ei comedere: quare humectatus eſt hora poſt horam, & paulatim ſm gradationẽ. Cõpoſui ergo ei hanc confectionem: & præcepi vt vteretur ea. Excitauit ergo eius caliditatem innatam: & rectificauit ex diſpoſitionibus eius multũ: & ambulabat ſuper pedes ſuos, & cõfortata eſt

quidem

*Al. ſuperuenerant

A quidem virtus. Et est bona senibus multũ,qm̃ aperit oppilationes,et confortat caliditatẽ innatam in eorũ corporibus: & resoluit humiditates corruptas, & cõfortat digestionẽ, & confert ventositati,& resoluit phlegma à stomacho & à iuncturis: & cõfortat, & expellit nocumentũ frigoris,& prouocat urinã. ℂ *Modus Confectionis.* Rec.piperis,macropiperis,cinnamomi calidi i.acuti,floris squinanthi,spicæ Indæ,galangæ,ammeos,cymini carmeni,oĩum ana auř.v: mastiches, seminis fœniculi,anisi,zingiberis licci,calaminthes fluuialis siccæ,omnium ana auř.x: folij Indi,cyperi,croci, asari,casiæ ligneæ,costi dul.seminis apij hortulani,oĩum ana auř.iij: gariophyl.cardamomi minoris,cubebæ,nucis muscatæ,maceris, xylobalsami, carpobalsami,pyrethri, foliorum agni casti,zarneb i.roris marini,acori,omnium ana auř.ij: terantur medicinæ,& cribellẽtur, & ponatur cum eis sacchari tabarzet libræ tertia: & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato: & reponatur in brumati leni. Et sumatur ex eo ab aureo i vsq; ad aureos ii, ante cibum, & post cibum.

Ad Anginam Emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificaui secundum sententiam meam, & probaui ipsum in apostematibus gutturis, & inueni ipsum mirabile, & non vidi, quod velocius conferret ipso: & est ex magnis secretis. ℂ Rec.ʒ merdasengi idest plumbi usti,su
B per quod proiiciatur ex oleo sesamino, & oleo violato,quo coaguletur: postea accipiatur mucilaginis psyllii, mucilaginis seminis lini,& seminis altheæ,seminis almaru,omnium ana ʒ ß: ouorum trium,gummi amygdalarum ʒ i: infundantur in aqua coriandri die ac nocte: deinde colet,& proiiciatur in ea chamæmeli,meliloti,amborum ana ʒ iii: aggregentur, & percutiantur percussione bona: deinde fiat corpus vnum,& fiat ex eo emplastrum.

Ad Omnes Aegritudines Emplastrum.

Emplastrũ mirabile cõferẽs oi ægritudini. ℂ *Fit hoc modo.* Rec.olei,aceti vini, amborũ ana lib. iiii,merdasengi lib.i & ß, chalcu cecaumenu ʒ xx, ziniar ʒ xvi: colchotar quod est atramẽtum albũ, chalcanthi,corticũ æris i.batitura,oĩum añ ʒ xvi: decoquatur acetum & oleũ,& remoueat ab igne, & proiiciatur in eis lithargyrus & reliquæ medicinæ: deinde reducatur ad ignem, & decoquat donec inspissent,& rubeant.Deinde vtatur in omnibus vulneribus,& vlceribus, & apostematibus.

Ad Morsum Canis rabidi.

Illud autem,quod sanat à morsu canis rabidi,est id,quod dico tibi: et est ex medicinis nobilibus, & secretis magnis: & est medicina, quam faciebat Asinius senex antiquus, qui vituperabat medicinas per eam. Et ipse quidem non vidit aliquem,quem momorderit canis rabiosus,& biberit eã, *Al.super
C mori: & si non consequebatur ipsum in principio,quando momorderat eum canis.Dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea xl diebus integris: & emplastrum faciebat loco morso,quod dicam post medicinam. ℂ *Modus Medicinæ morsus Canis rabidi.* Rec.cineris cãcrorum partes decem,gẽtianæ partes vii,thuris partem vnam. Dosis eius est cochlear vnũ magnum: & pulueriz etur super aquam, & bibatur: & non bibat ex ea minus ʒ iii. ℂ *Modus Emplastri.* Rec. aceti vini kist i, opopanacis ʒ ii, picis lib.iii: aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo.Et emplastretur ex eo locus morsus: est enim mirabile.

Ad Strangulationem prouenientem ex Fungis.

Quid aũt sanat ex comestione fungorũ illũ, cui accidit præfocatio? Dixit Gal.ego vidi medicũ de terra Alexãdriæ, qui vtebat stercore gallinæ in medicatione strãgulationis eius, qui comederat fungos: vsus fui isto,& probaui ipsum: Quod fuit, quia exiccaui ipsum, & cõtriui ipsum, & dedi in potu ipsum in aceto,et aqua,& melle,et vino: & vomuit statim humorẽ crassum,& phlegmatiçũ: & sedatus est,& quieuit,& inuenit trãquillitatẽ integrã: & euasit ab accidẽte,quod ei acciderat.

Ad Petram Medicamen.

Medicamen ad petram,quod ego composui viro ex Regibus Alexãdriæ, cui euenerat lapis: et
D lassi erant medicantes,donec desperauerat de se ipso. Composui igitur ei hanc medicinam,& iuuatus est per eam, & exiuit ab ægritudine sua egressione integra. ℂ *Et eius modus est.* Rec. opii ʒ iii, acori danich i & ß: pyrethri,euphorbii,castorii,corticis radicum capparis, seminis hyoscyami,galangæ,omnium ana ʒ i: cinnamomi,seminis bauciæ sylueſtris,seminis apii,costi,petroselini,casię lignea,mentæ,myrrhæ,chamæpityos,calaminthes fluuialis & montanæ,gentianæ romanæ,radicis liquiritiæ,enulæ,chamædryos,prasii,scolopendriæ,aristolochiæ rotundæ,seminis ammeos,mastiches,radicem lilii cœlestis,cymini carmeni,gariophylorum, seminis fœniculi, scillæ assæ, sinapis, granorum pini,anisi,carpob.seminis erucæ sylueſtris, cordumeni, seminis rutę sylueſtris, seminis agni casti, aniuden nigri,ana danich i & ß: terantur omnia, & cribellentur, & liniantur cum oleo balsami,quantitate quartæ vnius vnciæ: & conficiantur cum melle despumato. Dosis eius est kist i & ß vsq; ad ʒ ß. Deinde probaui illud post illud, & inueni ipsum frangere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide iudaico, iam expertus sum, & non inueni in lapide vesicæ operationem: verum ipse in lapide renum est fortis, & valde mirabilis operationis.Et ipse quidem est lapis valde albi coloris, in quo sunt fila nigra: qui lapis inuenit in Palæstina.Et modus dandi ipsum in potu, est vt fricetur super cotem viridem,donec ex eo resoluatur aliquid: deinde aggregetur limatura illa,& abluatur: et detur in potu cum aqua calida.

Ad

Ad Aegritudines Phlegmaticas, & Melancholicas, & Morpheam. E

Decoctio mirabilis, quã cõposui ad ægritudines phlegmaticas, & melãcholicas, & ad morpheã sparsam, & icteritiã, & ventositatẽ, & humorem crudũ, viro quinquagenario. ℂ *Cuius hæc est permistio.* Rec. specierũ triũ myrobal. ablinth. epith. cum semine stœchados, suchaa, bedeguard, floris violarũ, seminis anisi, seminis fœniculi, polypodij, turbith carnosi, cartami, agarici, centaureæ, chamæpityos, chamædryos, oĩum ana ʒ f: capilli veneris, fumi terræ, oĩum ana cabdati vnum: tamarindorum quartam libræ vnius: sebesten quinquaginta, iuiubas totidem: contundantur medicinæ, & infundantur in x lib. aquæ bullientis die & nocte: & decoquant lento igne, donec consumantur duæ tertiæ: & confricent digitis, & colentur cum æquali pondere de rob, & reponatur. Dosis eius est quarta lib. vnius cum quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, & pondere duorum denariorum scammoniæ antiochenæ. Cibus eius sit caro ouis annualis, & potus sit syrupus de melle.

Ad multam Infrigidationem & Humectationem corporis, & Ventositatem.

Electuarium Diatrion pepereõ, quod ego composui Fortuno, qui iam processerat in ætate: & erat magni corporis humectati, multæ ventositatis, infrigidati corporis. ℂ *Cuius permistio.* Rec. piperis nigri & albi quod est leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, seminis fœniculi, anisi, asari, masticHes, oĩum ana ʒ i: xylobalsami, carpobalsami, spicæ, corticis casiæ ligneæ, amomi, F omnium ana ʒ i: cardamomi minoris, seminis apii, ammeos, croci, gariophylorũ, costi, masticHes, omnium ana quartam ʒ i: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex eo omni mane pondus ʒ ii cum aqua mentæ & masticHes, & anisi: & sit cibus tenuis.

Ad Dolorem Frontis, & Acetositatem in Stomacho, & Punctionem.

Tryphera, quam ego cõposui Monteo, qui habebat dolores frõtis, & acetositatẽ in stomacho, & punctionẽ. Vsus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægritudine sua. ℂ *Cuius permistio.* Rec. specierũ trium myrobalanorũ, & emblicorũ, & citarabegi & est butyrũ conditum cum melle & lacte, oĩum añ aureos x: terant, & cribellẽtur, & leniant cum oleo de amygdalis dulcibus: Deinde sumat zingiberis, masticHes, cinnamom, ipiperis, asari, croci, omnium ana aur. x: costi dul. macropiperis, setaragi Indi, cortic. casiæ ligneæ, omnium ana aur. iii: nucis muscatę, maceris, cardamomi, xyloal. indæ, cubebarum, calami aro. oĩum ana aur. ii, penidiorũ ʒ ii: terant, & cribellent, & leniantur cum oleo balsami: & conficiant cum melle despumato. Et sumatur ex ea oĩ die aureus i.

Ad Anxietatem & Humectationem.

*Al. annosus. Tryphera, quã cõposui filio Regis, qui erat religiosus, anxiosus, humectatus. ℂ Rec. myrob. kebul. bell. emblicorum, oĩum ana quartam libræ vnius: coquantur in x lib. aquæ, donec cõsumantur tres quartæ: & coletur, & proiiciatur illa aqua sup myrobal. & bell. & emblicos: & ponatur in sufflatione venti septentrionalis, donec bibatur aquositas: deinde exiccentur, & puluerizentur, et cribellentur, & leniantur cum oleo bal. Deinde addatur turbith gummosi pondus ʒ xxx, postquã teritur, & lenitur cum oleo de amygdal. dul. masti. bdelii, hoch i. mororũ celli, ammeos, granorum neræ, cinnamomi, asari, xyloaloes Indæ, setaragi Indi, ligni pæoniæ, omnium ana ʒ iiii: terantur omnia, & conficiantur cum melle origanali despumato. Et sumantur ex eo omni die ʒ iii cum aqua mentæ: est enim vltima ad epilepsiam, & melancholiam, & colicam quæ est ileos. G

Ad Diabetem.

Conquestus est mihi vir de ægritudine quæ nominatur diabetes. Composui igitur ei hanc medicinam. Iuuatus est vsque ad hebdomadem. ℂ *Medicina ad Hanc læsionem.* Rec. spodii, xyloaloes vstæ, sandali, seminis portulacæ, tragacanthæ, gũmi arabici, turbith, berberis, seminis endiuiæ, boli armeni, omnium ana ʒ iiii: masticHes, cinnamomi, origani, omnium ana ʒ iii: sachari ʒ i: terãtur, & cribellentur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. Et sumãtur ex ea omni mane ʒ viii. Cibus autem eius, sit aqua hordei, & robub fructuum: & emplastretur dorsum eius taratit trito et confecto cum aqua rosarum. H

Ad Retentionem Menstruorum, & Dolores.

Conquesta est mihi mulier, cuius ætas erat xxx annorum, de retentione menstruorum cum doloribus: & erat æqualis complexionis per comparationem. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito. ℂ *Medicina ad Prouocationem Menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romanæ, et corticem casiæ ligneę, & rubię tinctorum, asari, anisi, omnium ana quartam ʒ i: medullę seminis melonum, medullę seminis cucurbitarum, medullę granorum faseolorum, seminis apii, rutę, ciceris nigri, seminis endiuię, berberis, & euberberis i. costi, omnium ana aur. i: terantur, & cribellẽtur, & leniantur cum melle despumato. Et sumantur ex eo ante aduentum mẽstruorum octo diebus ʒ iiii omni die cum aqua, in qua decoquuntur cicera aut faseoli.

Ad Dolorem Iuncturarum, & Podagras, & Ventositatem.

Et conquestus est mihi Afflius (qui erat ex Manchara: & habebat corpus strictum, ad æqualitatem propinquus) de doloribus iuncturarum, & egritudine podagrę, & ventositate. Composui ergo ei hanc medicinam, quę est mirabilis medicina ad podagram. ℂ Rec. acori, dactyli albi recentis ʒ i: ossium vetustorum, lentis excorticatæ, turbith, senę, omnium ana ʒ i, sachari ʒ i: terantur, & cribellentur. Et bibantur ex ea omni die ʒ iii cum aqua calida.

Ad Varices

A *Ad Varices.*

Et conqueſtus eſt mihi vir prædictus nuper de quo iam dixi, qui erat de illis de Manchara, de ægritudine varicum in cruribus ſuis. Compoſui ergo ei hanc decoctionem. ℂ *Modus Decoctionis ad Varices.* Rec. epithymi cretenſis, myrobalanorum kebulorum, amborum ana ʒ i: polypodij excorticati, ſucchaha, bedeguad, floris violarũ, tamarindorum, abſinthij romani, ſquinanthi, cẽtaureæ, herbæ eupatorij, oĩum añ ʒ ſ: paſſularũ enucleatarũ quartam libræ vnius: contundant̃, & decoquant̃ cũ tribus libris aquæ, donec conſumant̃ duæ tertiæ: & confricent̃ manibus, & colent̃. Et bibat̃ ex ea tertia libræ cũ ʒ olei amygdalini amari in oĩ die tertio: & fiat emplaſtrũ ſup̃ crura cum emplaſtro de adipibus. ℂ *Emplaſtrũ de Adipibus, cuius iſte eſt modus.* Recipe adipis agni, adipis porci, adipis vrſi, vituli, cerui, hirci, aſini ſylueſtris, anatis, gallinę, vulturis, ana omnium ʒ i: olei ſeſami, olei de kerua, olei lentiſcini, medullæ cruris vaccini, olei amygd. amararum, ceræ albæ, omnium añ ʒ ſ: ceræ rubræ, butyri vaccini, amborum ana libram vnam: liqueſiat, & coletur, & adminiſtretur.

Ad Hæmorrhoidas.

Et conqueſtus eſt mihi vir, qui mecum cõuerſabatur, & erat multi ieiunij, ſicci corporis: ſuper quem viciſſim eueniebant hæmorrhoides, quæ erant in interioribus eius & ipſius exterioribus, et
B illud erat propter multitudinem ciborum ſuorum frigidorum, ſicut eſt farina hordei, & comeſtio lentis: & acciderat ei cum illo tremor vehemens. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & euaſit ab ægritudine ſua vſq; ad decem dies. ℂ *Confectio ad Hæmorrhoidas.* Recipe myrobalanorum kebulorum, citrinorum, belliricorum, ſeremblegi, oĩum añ ʒ i: terantur, & cribellent̃ cum ij ʒ olei amygdalarum dulcium, donec proijciant ipſum: deinde adiũgatur ei bdellij Indi quarta lib. i: foliorum roſarum, ſpodij, granorum myrti torrefactorum, ſcoriæ ferri infuſæ ſcilicet in aceto, karabæ, maſtiches, xyloaloes, neruik, abrengi, plũbi vſti cum ſulfure, omniũ ana ʒ iiij: terantur cum rob coagulato. Et ſumatur ex eo omni die ʒ vi cum aqua calida: & vtatur hoc emplaſtro. ℂ *Modus Emplaſtri ad Hæmorrhoidas.* Recipe plumbi vſti cum ſulfure & ceruſa, lithargyri, cineris vitis, cineris corticum nerigil, balauſtiorum, omnium ana ʒ i. ceræ albæ, olei ſeſami, butyri, omnium ana quartam libræ vnius: adipis porci ʒ ij, medullæ cruris vaccini ʒ ij: liquentur, & colentur dum calent in mortario de plumbo nigro, & ſit manica eius ex ipſo: & ſiccent̃ in Sole diebus aliquot, donec accipiat ex plumbo virtutem. Emplaſtrum autem de adipibus nuper prædictum eſt magnorum iuuamẽtorum ad ventoſitatem gibboſitatis, & dolores iuncturarum & ægritudines earum, & ad vẽtoſitates, & ad ſpaſmum qui nominatur tortura, & ad omnem ſpaſmum in neruis, & paralyticos ſicco-
C rum corporum: Et ſimiliter hoc emplaſtrum in quo diximus plumbum, confert omnibus ægritudinibus ani, & ægritudinibus neruorum, & vlceribus melancholicis: & adminiſtratur in ægritudinibus multis, quando medicus eſt prudens.

Ad Cogitationem & Timorem.

Deſcriptio electuarij dia pepereon, quod compoſui viro ex regibus qui erat Carõn: & erat ſeptuagenarius, & erat magnus, & acciderat ei cogitatio & timor. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus eſt ea plus aliis medicinis. ℂ *Cuius permiſtio.* Recipe piperis albi, & nigri, macropiperis, nerẽmisk, galangæ, zingiberis, ſpicæ Indæ & Romanæ, keilim, amomi, carpobalſami, xylobalſami, corticum caſſiæ ligneæ, maſtiches, xyloaloes, gariophylorũ, aſari, cinnamomi, keſſati, abrengi, corticum citri ſiccorum, oĩum ana ʒ i: been albi & rubri, zedoariæ, doronici, ammeos, radicum liquiritiæ, margaritarum minutarum, karabi, coralli, lazuli abluti, ſandarachæ, crocí, nucis muſcatæ, ariſtolochiæ longæ, ſeminis portulacæ, ſeminis apij, coriandri, ſetæ crudæ inciſæ, oĩum ana ʒ i & ſ: maceris, faſel, galliæ, omnium ana quartam partem ʒ vnius: muſci ʒ ij: terantur, & cribellent̃, & leniantur cum duabus ʒ olei amygdalarum: & cõficiantur cum melle de fauis, poſtquam auferat̃ ſpuma eius. Et ſumantur ex eo omni die ʒ ij: hoc enim ſtat loco confectionum magnarum, cum
D medicinæ ſpeciales ſint velocioris iuuamenti aliis medicinis, propter ſuſceptionem à natura.

Ad Torturam, & Inclinationem, & Spaſmum in Facie.

Et compoſui hanc medicinam puero paruo, cui acciderat tortura, & inclinatio, & ſpaſmus in facie ſua, à caſu virtutis mouentis lacertos, exeuntis à ventriculis cerebri. ℂ *Medicina ad Spaſmum, & Inclinationem Faciei.* Recipe calaminthes, roſarum, cinnamomi, zedoariæ, gariophylorum, omniũ añ aur̃ i: ſandalorum, xyloaloes, amborum ana ʒ i: muſci ʒ ſ: terantur, & cribellentur, & leniantur oleo balſami: & conficiantur cum melle deſpumato. Et bibatur ex eo omni mane quarta ʒ i, vſq; ad ʒ vnam cum ſyrupo de calaminthe, cum quo ſigillatur liber iſte. Iuuatus eſt ergo ea vſq; ab hebdomadẽ. ℂ *Odoramentũ quod eſt Caputpurgiũ, Spaſmo cõferens, & Inclinationi quæ dicitur uentoſitas torturæ: & ipſum confert ſtatim.* Rec. caſtorij, doronici, been albi & rubri, cõdiſi, opopanacis, abrengi, ſpicæ, baurach, oĩum añ partẽ vnã: terant̃, et cribellent̃, et aromatizent̃ cũ muſco: & fit ſternutatio cũ ipſo.

Syrupus Acetoſus, quo Conſeruatur Sanitas corporis.

Syrupus acetoſus purus, quo conſeruatur ſanitas. Rec. aceti albi libras x, mellis deſpumati libras decem, rob libras decem: decoquãtur oĩa donec fiat eis ſpiſſitudo mellis: hoc eſt. n. vltimum.

Syrupus de Calaminthe, qui eſt iuuatiuus Spaſmo, & Aliis pluribus.

Syrupus de calaminthe, cuius deſcriptionem conditionauimus in fine libri: qui eſt iuuatiuus ſpaſmo

*Al. neremiſin

ſpaſmo accidenti pueris,& decrepitis,& mediis,& hydropicis, & aſthmaticis, & anhelitui dilata- E
tionis, & ægritudinibus phlegmaticis & melancholicis, & eſt glorioſioris quantitatis medicinis omnibus in hoc modo. ℭ *Cuius permiſtio.* Recipe calaminthes fluuialis, calaminthes montanæ, venarum, radicis liquiritiæ, radicis ſquinanthi, radicis endiuiæ, radicis ſcariolæ, radicis lilij cœleſtis, polij, centaureæ, omnium ana quartam libræ vnius: contundantur, & decoquantur cum xx libris aquæ, donec conſumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia: & fricetur manibus, & coletur. Et ſumatur pannus lenis, & ponatur in eo ſpicæ Indæ & Romanæ, & rauedſeni, croci, maſtiches, ſquinanthi, gariophylorum electorum, nucis muſcatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium añ auri i: terantur & ponantur in panno præparato ad modum burſæ, & ligentur ligamento mollificato: & decoquantur cum eo quod clarificatur ex aqua: & ſit ſicut aqua mellis deſpumati: & ſit medietas eius de rob: & decoquantur donec fiat ſpiſſitudo, & coletur, & reponatur: & adminiſtretur, quando neceſſe fuerit, ad omne quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Iſaac, Iſtud eſt quod inuenimus ex libro religioſorũ Galeni: & eſt glorioſioris benedictionis q̃ libri eius alij, & iuuamenti: Quod ſi acciderit alius liber ab ipſo, transferam ipſum.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE MEDICINIS EXPERTIS CVI TITVLVS EST MEDICINALIS EXPERIMENTATIO

CENSVRA

In huiuſmodi Arabum experimentis iudicium & ratio adhibenda eſt.

IGnis qui de cœlo deſcẽdit ſuper altare, combuſſit libros Regis: & cum his combuſſit plurimos libros medicorum. Mihi autem cõbuſſit plurimos libros: quorum quidam erant completi, & quidam quos inceperã componere. Et non doleo de illis libris, quantum de quibuſdam experimentis medicinæ, quæ erant ibi: quæ acquiſiueram à quibuſdam bonis viris experimentatoribus: & forte pro vno experimento acquiſito dabam multa bona experimenta, & forte dabam pecuniã. Et ſcio vnũ qui curabat lapidẽ in veſica pfecta curatione, & hoc in multis hoĩbus: & lucrabatur infinitam pecuniam per hoc: & ſolummodo p hanc medicinã acquiſiuerat ſibi nomen optimi philoſophi. Et ſcio aliũ, qui curabat ficũ in ano pfecte: & lucrabaf infinitam pecuniam: & aliquem docere nolebat. Et ſcio aliũ, qui curabat morſum rabidi canis perfecte: & alij medici vocabant Bezar, id eſt à morte liberantẽ. Et forte medicus ex iſtis medicinis poterit congregare multa. Et bonus medicus ex Græcis, qñ ſciuit aliquem hoiem ſcire aliquod experimentũ, tribuit illi magnam pecuniam vt ab eo doceret. H Et Thamor de regione Æthiopia, qui fuit ex bonis experimẽtatoribus, habebat bona experimẽta experta: q̃ ſic cuſtodiebat, q̃ nullus in tpe vitæ ſuæ potuit ea habere: & poſtquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manus Satyriorũ, qui per ea, mirabilia faciebant: & exultauit eis nomen inter medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem, vt habeat has, qm̃ vellet prodeſſe forte, & nocebit. Et pp hoc oportet hominem ſcire cõplexiones, cauſas, et accidentia, vt cognoſcat ægritudines, et earum accidentia: qm̃ qui ignorat hæc, non eſt ſecurus, quin noceat plurimum, et pro maiore parte: et ſi aliqñ proderit etiã, hoc erit ex fortuna. Et fortaſſis eſt aliqua medicina, compoſita ex magna ſcientia experti viri, aut ad fluxũ ventris, aut colicã paſſionem, aut ad ſedandum dolores, aut ad alias ægritudines: et qm̃ vtẽ illa medicina non in ſuo tpe, nec in ſuo loco: ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur q̃ aliquis patiatur fluxum vẽtris iam diu, donec corpus extenuetur, aut ex humore, qui alterat cibum: aut ex frigore interiorum membrorum ita, q̃ nõ attrahant cibum: aut ex debilitate cyſteos fellis in attrahendo choleram ita, q̃ cholera impellatur ad inteſtina, et faciat fluxum: aut ex apoſtemate duro, ex genere apoſtematum melancholicorum, in concauitate hepatis ita, q̃ cibus non poſſit peruenire ad ipſum, ſed ad inteſtinum faciat fluxum vẽtris: videatur tibi, quod cura ſit eadem, tamẽ nõ eſt. Ego autem dico, q̃ medicina experta laudata,

quando

A quando vſurpata fuerit vbi non conuenit, cum eo q̃ non prodeſt, etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium, qui curant cum cibis ſacrificiorum, quoniam error velociter corrigitur, error autem medicinæ, forte ducit ad mortem. Quare oportet vt medicus conſideret complexiones & curationes cõſideratione perfecta. Et ego compoſui hunc librum ex medicinis expertis, quas ego probaui, & acquiſiui ex bonis medicis, & magnæ ſolicitudinis. Et non ponam in hoc libro id quod notum eſt iam medicis, ſicut hieræ, opiatæ, & theriacæ, & aliæ medicinæ, quæ ſunt notæ omnibus hominibus: et non ponam in eo niſi medicinas, quas ferè omnes ignorant. Hunc etiam librum fecimus vnius tractatus. Et ſi accidat poſtea, quo'd experiar aliquas medicinas, ſcribã eas.

℄ *Prima compoſitio ex eis eſt Medicina, quã accepi ab Aſtorone experimentatore, qui erat de ciuitate Tereſte: & curabat cum ipſa Febres antiquas: & ℣alet ad Complexionem corruptam: & Aperit ℣enas, & Prouocat ℣rinam, & Adiuuat digeſtionem. Cuius hæc eſt confectio.* Recipe cinnamomi drach.i, ſpicæ nardi drach.ij, xyloaloes drach.i ſ, maſtiches drach.i, aniſi drach.ij, ſpatanæ, gariophylorum, ana drach.ſ: confician tur cum melle optimo. Et accipe ex eo quantum auellana vna, cum aqua calida: & qui eſt frigidæ complexionis, & habet oppilationes, cum aqua fœniculi & aniſi. Et iſte Aſtoron, quando aliquis patiebatur dolorem acutum, coquebat chamæmelum, & dabat aquam ad bibendum, & cu

B rabatur: & nos experti ſumus multoties, & inuenimus eſſe verũ. Et experti fuimus medicinam primam ſæpe, & non fefellit ex eis quæ nominata ſunt in laude. Et teſtificatur hoc ratio ex compoſitione eius: Quoniam cinnamomum cõtra operatur putrefactioni: illi autem eſt bonus odor, quare confert membris interioribus, et ſubtiliat. Et ſpica nardi habet bonum odorem, & ſtypticitatem: & operatio eius eſt quaſi propinqua operationi cinnamomi, ſed cinnamomũ eſt ſubtilius. Lignum aloes cum eo q̃ valet ad hoc, ad quod valet cinnamomũ, eſt vtiliſſimum ad frigiditatẽ ſtomachi, purgans id quod eſt in humiditatibus per mirabilem eius proprietatem. Et maſtiche dol'. ſedat in ſtomacho, & digerit humiditatem. Aniſum prouocat vrinam, et aperit oppil'. eſt enim valde ſubtile: & liquefacit ſuperfluitates: & facit dol'. quieſcere. Spatana aperit oppilationes, & valet ſpleni vtilitate magna. Gariophyli deſiccant humiditates extraneas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam, in qua decocta fuerat radix iridis, patientibus oppilationem craſſam, & prima hora curabantur. Et ego dico q̃ decoctio abſinthij, & centaureæ minoris faciunt hæc, ſed radix iridis fortius operatur. ℄ *Alia Medicina, quam accepi ab aduena Aegyptiaco, qua curabat Oppilationes antiquas, & Febres, & Aſthma antiquum: & non eſt ei ſimilis. Et iſte aduena acceperat ab ℣no medicorum altarium. Cuius hæc eſt confectio.* Recipe radic. iridis, ariſtolochiæ longæ & ro. ſucci marrubij,

C ana drach.iiij: ſucci gafit, myrrhæ, chamædryos, & camphoræ, ana drach.i: ſpicę nardi, ſpatanæ, añ drach.ij: granorum balſami, ligni aloes, ana drach.ij & ſ: puluerizentur, & conficiantur cum ſyrupo mel. *Qui fit ſecundum hunc modum.* Rec. gariophyl. cinnamo. carda. myrrhæ, ana drach.i & ſ: liga has medicinas in panno raro, & pone in i lib. aquæ die & nocte: deinde cola, & colaturæ admiſce lib.i mellis boni: & coque ſuper prunas ſine fumo & flamma, & coque, donec fiat ſyrupus: poſtea confice cum oleo alias medicinas, & ſerua. Et da ex eo in ægritudinibus quas diximus, in modum auellanæ vel caſtaneæ. Hoc electuarium eſt de melioribus medicinis quas vidimus. Et vidi hũc medicum curare multas ægritudines per medicinas ſimplices. Et ex eis quas dabat eſt drach.i ariſtolo. ro. aſthmatico. Et dabat decoctionem epithy. epileptico ex melancholia: & accipiebat ʒ i ex eo, & ponebat in aqua calida per noctem: mane colabat, et apponebat à ſexta parte ʒ ſcamonię, vſq; ad octauam partem ʒ: nos aliqñ addidimus agarici ʒ i. Et dabat ad bibẽdum decoctionẽ agar. contra dolorem capitis. Et dabat ammoniacum cõtra dolorem iuncturarum ex humore craſſo: et ſæpe curabat taliter. Ego autem ſemper ſoleo dare de ſucco marrubij et ſtœchados, miſtis cũ aqua, in qua decoctum fuerit marrubium viride & chamædrys, & dabã aſthmatico: & ex eo ſanaui multos. ℄ *Aliud Medicamen, quod accepi ab aduena, cui non eſt ſimile: ℣alet Epilepticis, & Anheloſis, & Tuſſien-*

D *tibus: & eſt expertiſſimum ad Epilepſiam.* Rec. hyſſopi ſicci, ireos, myrrhæ, piperis nigri & lon. carda. ſed in loco eius ponitur naſtur. & carui, ana ʒ ij: ſpicę nardi, coſti, ammeos, añ ʒ i: confice cum aqua, in qua decoctum ſit ſquinanthum: et ſi volueris q̃ purget, cum melle confice: et da ex eo tantum à ʒ ij vſq; ad iij: et vltimum eſt ad hoc. ℄ *Et dicamus Decoctiones quas probauimus, & lucrati ſumus ab iſto medico.* Decoctio ſquinanthi, et granorum balſami: quando biberit ex ea epilepticus, et qui habet hu. craſſos, quotidie, confert ei. Aqua in qua decocta eſt aſſa: quando biberit triſtans, curabit. Decoctio agarici: quam ſiquis biberit, qui habet dolorem antiquum capitis, ſanabitur. Decoctio carui, et ſeminis apij, prouocat vrinam et menſtrua fortiter, et ſubtiliat humores craſſos. Decoctio centaureæ curat iſchiadem. Decoctio corticis fiſtici confortat ſtomachum, et mundificat cannales pulmonis et hepatis. Decoctio aſari prouocat vrinam, et menſtrua fortiter. Decoctio maſtiches confortat ſtomachum debilem valde. Iſtas ergo decoctiones accepimus ab aduena Ægyptio expertas: et probauimus eas, et inuenimus eſſe veras. ℄ *Medicamen, quod accepi à quodam ſene, curat ſplenem durũ. Et ſi poſitum fuerit ſuper Scrofulas, diſſoluit: & eſt ſublime ℣alde.* Recipe ammoniaci ʒ quatuor, diſſoluatur in ſucco chamæmeli, aut in ſucco anethi, aut in decoctione floris chamæmeli: et miſce cum eodem radi. capparis: conficiatur, et da ad bibendum ʒ ij cum decoctione carui. ℄ *Medicamen expertum, quod habui & accepi à quodam ℣iro experimentatore, ℣alens ad Splenem.* Recipe ſcolopendriæ,

granorum

granorum balſami,granorum tamariſci,rubiæ, ana ʒ ij: confice cum melle: & dentur ex eo ʒ iij: & E poſtea bibat acetum in quo cocta fuit ſpatana i.acorus,ita q̃ de ſpatana ʒ ij mittant̃ in octo ʒ aceti: & coque vſque ad iiij ʒ. ℂ *Medicamẽ quod accepi ab eo et iam,& valet Stomacho frigido, Prouocat vrinam, Aperit oppilationes, & eſt minus forte.* Recipe cinnamomi ʒ i, foliꝭ, corticis fiſtici, cardamomi, abſinthij, agarici, ſquinãthi, granorum balſami, ana drach. ij: ſucci ſtœchados, ſeminis fœniculi, aniſi, aſari, ana ʒ iiij: myrrhæ, ariſtolochię rotundæ, radic. iridis, maſtiches, ana ʒ i: cõfice cum melle bono: et ſume ʒ ij cum aqua, in qua decoctum ſit aſarum & ſemen fœniculi. ℂ *Aliud medicamen, quod recepi ab Agargeo, cõfortat Membra frigida: & valet Spaſmo, & mortificationi membrorum: et Generaliter omnibus Paſſionibus Cerebri frigidis, & neruorum.* Recipe agarici, ammoniaci, ſucci ſtœchados, piperis trium generum, ſquinanthi, carui, ana ʒ ij: caſtorij, aſari, ſcillæ aſſatæ, ana ʒ i: radic. iridis, & maſtiches, & ſeminis apij, ana ʒ ß: ſpatanæ, ſcorodi, zingiberis, ana ʒ i ß: confice cum melle bono: & ſumat ex eo ʒ ij cum aqua calida. Et iſte Agargeus fuit de ſapientibus qui fuerit tempore ſuo. ℂ *Et erat qui habebat vnam Medicinam, quam neminem docere volebat. Dabat enim eam habentibus fortem Dolorem, & ſtatim prouocabat vrinam, & ventoſitatem expellebat ita, quòd mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc eſt.* Recipe iridis, chamędrios, ſeminis fœniculi, aniſi, apij, aſari, ana drach. ij: cinnamomi, zingiberis, carui, *Al. florum. foliorum chamæmeli, ana ʒ i: ſucci ſtœchados, gentianæ, marrubij, ana ʒ ij: puluerizentur, & confi F ciantur cum decoctione aſari, ſquinanthi, ſeminis fœniculi: fac pilulas ʒ i: & da cum aqua, in qua decoquitur flos chamæmeli. Hęc etiam medicina eſt fortis valde, & non eſt ei ſimilis in prouocando vrinam, & ſubtiliãdo humores: & aperit oppilationes, & ſtomachũ frigidum temperat & confortat. ℂ *Aliud Medicamen quod accepi ab eo, & valet ad Febres compoſitas, & Digerit humores crudos.* Recipe ſeminis apij, ſeminis fœniculi, radicis iridis, ariſtolochię longæ & rotundæ, fol. chamæpityos, meu, phu, ana: cõfice cum oxymelite ſcillæ: & ſumat ex eo cum aqua calida, in qua decoquitur ſemen apij. ℂ *Aliud ad Febres Compoſitas & Chronicas expertum, & iam probaui multoties.* Recipe aſſæ fœtidæ bonæ, piperis nigri & longi, & ſeminis apij, aniſi, fœniculi: puluerizentur, & conficiantur cum vino antiquo: & da de eo cum aqua decoctionis fœniculi. ℂ *Aliud expertum Prouocans vrinã.* Recipe aſari, ſeminis fœniculi, rubiæ, coſti, ana ʒ i: ſatureiæ, hyſſopi ſicci, ana ʒ ij: puluerizentur, & formentur pilulæ: & det̃ ex eis ʒ i cum aqua decoctionis fœniculi & aniſi. ℂ *Aliud ad Pũcturas ſcorpionis.* Recipe aſſæ fœtidæ, ſcorodi, centaureæ minoris, ana ʒ ij: ſeminis rutæ, caſtorij, ana ʒ iiij: puluerizent̃, & conficiantur cum vino antiquo. ℂ *Experimẽtum probatum quod Laxat humores viſcoſos: & eſt optimum contra Iſchiadem: & eſt de experimentis Irini Romani.* Recipe ſatureiæ, maſtiches, radic. ireos, ſucci ſtœchados, zurungem, ana ʒ i: agarici, turbith, ana ʒ iiij: conficiantur cum ſucco fœnicu G li: fac pilulas, & da ſecundum virtutem patientis. ℂ *Aliud Conſtipans naturam Aroſtrocamet, valens ad Fluxum ventris, quando fit ex debilitate virtutis retentiuæ: Confortat inteſtina & membra interiora.* Rec. ro. pul. granorum myrtę, ſumach, luti armenici, ana: conficiantur cũ ſucco plantaginis, et fac pilulas ʒ ij: & da cum aqua decoctionis granorum myrtę. ℂ *Aliud valens ad Fluxum ex debilitate hepatis: & eſt expertum.* Recipe ligni al. roſ. ſpicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana ʒ ij: laccæ, rhu barbari, gariophil. añ ʒ ß: conficiantur cũ aqua decoctionis roſarum: & da ʒ ij. ℂ *Aliud, & eſt ad Fluxum prouenientem ex cauſa frigiditatis membrorum. Et iſte modus fluxus quando accidit, vix ſeparatur: & iſta medicina eſt nimis vtilis ad hoc.* Recipe cinnamomi, ligni al. gariophylorum, aniſi, carui, chamædryos, ariſtolochiæ rotundæ, ſpatanæ, ana ʒ i: puluerizentur, & conficiantur cum aqua decoctionis ligni al. ℂ *Medicamẽ aliud, quod accepi ab Acoſtror, qui fuit ſocius Aſtrocani: & vocabat ipſum, Electuarium ligni al. & non eſt ei ſimile: & iam probaui id ſæpe. Et valet ad Debilitatem membrorum interiorum, & ad Fluxum hepatis: & Aperit cannales, & ſubtiliat humores, & Confortat hepar valde.* Recipe rhu barbari, laccæ, ſpicæ nardi, aſari, chamępityos, galangæ, gariophil. aniſi, añ ʒ iiij: roſ. maioranæ, maſtiches, granorũ balſami, phu, meu, ana ʒ i: ſquinanthi ʒ i & ß: ligni aloes, chamædryos, ſucci ſtœchados, ana ʒ i: conficiant̃ cum aqua decoctionis ligni aloes & ſpicæ nardi: poſtea miſce mel quod ſufficit, & malaxa: H & ſume ex eo ʒ ij vel iij cum aqua decoctionis ligni aloes & ſpicę nardi. Et hęc medicina eſt de nobilioribus medicinis ad ea quæ diximus, quoniam prouocat vrinam, & confortat membrũ, & aperit cannales, & valet ad lapidem. Et iſte Acaſtror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei, qui patiebatur dolorem fortem ex frigida cauſa: & ponebat patientem in balneo eiuſdẽ herbæ. Et dabat decoctionem vtriuſque ariſtol. aſthmaticis, & ad prouocationem menſtruorum. Et dabat ſaccharum roſ. habẽtibus ſtammam in ſtomacho. ℂ *Medicinæ Breues quibus vtebatur Caſion, qui erat ex Armenia anteriori: & fuerunt expertæ, & bonæ inuentæ ſunt. Medicamen valens ad Morſum Scorpionis.* Recipe aſſæ fœtidæ, galbani: conficiantur cum decoctione ſcorodi, & ariſtolochiæ: & accipe ex eo auellanam cum aqua calida. *Medicamen valens Aſthmaticis.* Recipe marrubij, ariſtolo. ana ʒ ij, laccæ ʒ iij: conficiãtur cum melle: & da ʒ iij. *Aliud Subtilians humores: & valet contra Putrefactionem.* Recipe ſpicę nardi, cinnamomi, gariophyl. ariſtolochię longę: conficiãtur cum vino odorifero, aut cum aqua decoctionis ariſtolochiæ rotundę, & gafit. *Aliud valens ad Hepar, & cannales eius: & Extenuat pingues homines.* Rec. ariſtolochiæ ro. laccę, rhu barbari, ſpicæ nardi, ana ʒ iij: conficiãtur cum melle: & da ʒ iij. *Medicamen Prouocans vrinam fortiter: & eſt valde bonum contra Febres phlegmaticas & melancholicas.* Rec. caſiæ, laccæ, aniſi, apij ana: conficiantur cũ melle: & da ʒ iiij cũ aqua calida,

in qua

A in qua coctum fuerit aniſum. ℂ *Medicamen Diſſoluens naturam cito, & Diſſoluens ventoſitates.* Recipe maſtiches, aniſi, zingiberis, ana drach.j, turbith drach.iij: puluerizentur, & cõficiantur cum melle bono: & da drac.ij. ℂ *Aliud huiuſmodi expertum.* Recipe turbith, agarici, ana ʒj: maſtiches, aniſi, ana ʒj & ℈: conficiantur cum melle: & da ʒiij. ℂ *Aliud Purgans cholerã: & datur in qualibet hora: & diſſoluit cito.* Accipe ſcammoniæ ʒij: mitte in coctano, & aſſa ſub cinere calido: poſtea extrahe, & mitte cum ſcammonia in cydonio drach.j maſtiches: poſtea pinſe, & fac trochiſcos à drach.j vſq; ad iij: & da j. Iſtæ ergo ſunt medicinæ confectæ: & ſunt valde bonæ, & expertæ.

De Medicinis Catilinæ.

CAtilinæ medicinæ, qui fuit medicus Lithois Regis. ℂ *Medicamen expertũ valens Hydropi, diſſoluens Vẽtoſitates craſſas, & confortans Stomachum debilem: & eſt ſicut Bezahar ad has ægritudines quas diximus.* Recipe aniſi, iridis, laccæ, ſpicæ nardi, ligni al. gariophyl. agarici, ana drach.iij: caruí, hermel, fœniculi, ana ʒij: ariſtolochiæ longæ & rotundæ, centaureæ minoris, ſatureiæ, ammeos, myrrhæ, origani, ana drach.iiij: maſtiches roſarum, ana drach.viij: rhu barbari, gentianę ana drach.v: ſquinanthi, † myrrhæ ſiccæ, ana drach.vj. Conficiantur cum melle bono: & ſume drach.ij, vſq; ad † Al. mentæ
B iij, cum aqua decoctionis caruí & ariſtolo. Et hæc medicina eſt nobilis ad ea quæ diximus, & eius compoſitio hoc oſtendit. ℂ *Electuarium expertum valens Febribus antiquis, & Ventoſitatibus craſſis: & purgat Vrinam.* Recipe floris chamæmeli, aniſi, laccæ, ariſtolochiæ rotũdę, ana drach.iiij: maſtiches drachmam, roſarum drach.ij, rubiæ drach.j: cõficiantur cum melle, & vtere. *Aliud.* Recipe floris chamæmeli, aniſi, rubiæ, fœniculi, aſari, ana: conficiantur cum melle: & ſume ex ea drach.ij cum aqua decoctionis aniſi. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Recipe aſari, rubiæ, ſeminis cucumeris & cymini, ſeminis apij, ana: conficiantur cum ſyrupo facto ex marrubio & melle. ℂ *Medicamen expertum valde Hydropi: diſſoluit enim Inflationem.* Recipe iridis, ariſtolochiæ, agarici, ana: conficiantur cum ſyrupo facto ex aſaro, carpobalſamo, & melle: & ſumat drach.ij cum decoctione fœniculi. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Recipe amygdalarum dulciũ, ſeminis cucumeris, aſſari, ariſtolochiæ longę, ana drac.j: conficiantur cum aqua decoctionis rubiæ: & detur cum aqua decoctionis fœniculi & apij. ℂ *Aliud ad Hydropem & Aſthma.* Recipe iridis, ſucci marrubij, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, laccæ, ana: conficiantur cũ decoctione iridis: & detur cũ aqua calida decoctionis gentianæ. ℂ *Aliud prouocans Vrinam.* Accipe ſaliuncæ, ſeminis cucumeris, laccæ rubrę, ana: confice cum melle: & den * Al. lactucæ.
tur ex eo drach.iij. ℂ *Aliud confortans Hepar confortatione magna: & valet Complexioni frigidæ & humidæ, & eſt mirabile.* Recipe rhu barbari, laccæ, gariophyllorum, ligni aloes, roſarum, rubiæ, ana: con
C ficiantur cum aqua decoctionis corticis fiſtici & gafit: & dentur drachmæ duæ ex eo cum aqua decoctionis ariſtolochiæ, rõſarum, & gafit. ℂ *Aliud expertum ad Splenem.* Recipe ſcolopẽdriæ ammo * Al. rotundę
niaci, radicis capparis, ana: confice cum melle & aceto: & dentur ex eo ʒiij cum decoctione ariſtolochiæ rotundæ. ℂ *Aliud valens contra Lapides.* Recipe ſanguinis hirci ſicci, lapidis iudaici, ſaliuncæ, lapidis qui inuenitur in cyſti fellis vaccę, aſari, amygdalarum amararũ, ſeminis cucumeris, bdellij, coſti, ana: conficiantur cum aqua & melle, in quibus ſunt decocta rubia & coſtus: & dentur drach.ij cum aqua decoctionis aſari, & floris chamæmeli. ℂ *Aliud expertum contra Lapidem Renum.* Recipe ſanguinis hirci ſicci, lapidis citrini qui inuenitur in cyſti fellis vaccæ, fœniculi, ſaliuncæ, amygdalarum amararum, ana: cõfice cum vino antiquo, vel aqua decoctionis radicum apij & fœniculi: forma trochiſcos vnius drachmæ: & da vnum cum ſyrupo de ſaliunca.

De Medicinis Socionis.

SOcionis medicinæ. Iſte fuit maximus medicorum Græcorum, qui habebat experimenta pluríma in fine nobilitatis: quæ nos acquiſiuimus à diſcipulis eius, ſcilicet Teranoz & Hargemez & Harcoz. ℂ *Medicamen magnæ nobilitatis & vtilitatis, laxans & diſſoluens craſſas Ventoſitates, & non eſt ei ſimile: quod etiã iam probauimus.* Accipe agarici drachmas tres, ellebori nigri drachmas duas
D & ſemis, maſtiches drachmas decem: folij, ligni aloes, aſari, radicis iridis, turbith, ſquinanthi, ana drach.ij: aniſi, caruí, fœniculi, ammoniaci, ana drach.j: ſcillæ aſſatæ drach.quatuor, roſarũ drach.vj, ſcammoniæ drach.j: confice cum melle bono: & da de eo quaſi auellanæ pondus. ℂ *Decoctio purgans Matrices mulierum, & diſſoluens Ventoſitates, & prouocans Menſtrua.* Recipe florum ammeos, harmel, aſari, florum chamæmeli, fœniculi, gentianæ, ſpicæ nardi, ſquinanthi, chamæpityos, chamædryos, aniſi, rubiæ, ana drachmas decẽ: coquãtur in tribus libris aquæ, donec remaneat libra vna: deinde amoueatur ab igne, & diſſoluatur in eadem aqua calida drachma vna ammoniaci: & detur de eo, quoniam eſt mirabile. ℂ *Decoctio valens nimis in declinatione Febris Quotidianæ.* Recipe gentianæ, radicis apij, radicis fœniculi, rubiæ, agarici, turbith, aſari, roſarũ, ſpicæ nardi, ana drachmã vnã: ponantur in caldario cum tribus libris aquæ: & coquãtur ſuper ignem leuem ſine fumo & flamma, donec remaneat libra vna: & ſoluatur in ea calida drac.j laccæ, & vtatur. ℂ *Aliud prouocans Vrinam cito.* Recipe phu, rubiæ: terantur: & dentur ex eis drachmæ duæ & ℈ cum aqua decoctionis hyſſopi & ſatureiæ calida. ℂ *Aliud diſſoluens omnes Durities: curat & Duritiem Splenis, & Scrofulas.* Recipe tragacanthæ, floris chamęmeli, & picis liquidæ, ammoniaci, medullæ cruris vituli, galbani, ana: conterantur, & diſſoluatur ammoniacum in aceto antiquo, liquefiat medulla & pix, & cõficiantur pulueres, & miſceantur: & ſuper locũ ponantur. *Aliud huiuſmodi.* Accipe foliorum cap-

paris,ammoniaci,galbani,capillorum veneris,floris chamæmeli,medullæ cruris ceruini,ana: con E
ficiantur,& ponantur super locum durum. ℂ *Aliud quod cito Laxat & dissoluat Inflationem, & prouocat Vrinam,& valet Hydropicis.* Recipe turbit,agarici,fœniculi,anisi,ana drach.j: scammoniæ octa uam partem drach.j:radicis iridis,laccæ,spinæ romanæ,rubiæ,phu,ana drach.j & semis: conficiantur cum syrupo facto cum melle,hyssopo,& origano,satureia: & vtatur. ℂ *Aliud valde bonum, Subtilians humores: bonum contra Asthma,& laxat humorem viscosum.* Recipe aristolochiæ rotūdæ,rhu barbari,succi marrubij,laccæ,turbith,ana drachmā vnā: mastiches drachmas duas,agarici drachmam vnam: conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio: & vtatur. ℂ *Aliud valde bonum,& dicitur Electuarium Iridis: & est multarum vtilitatum: & est valde mirabile contra Hydropem,& contra Debilitatem hepatis: & prouocat Vrinam & Menstrua: & Laxat humores diuersos.* Recipe aristolochiæ rotundæ, laccæ,squinānthi,marrubij,ana drachmas tres: ligni aloes,rosarū,ana drach. iiij: agarici drach. viij, radicis iridis vnc.j: conficiantur cum bono melle: & detur secundum virtutem cū aqua decoctionis spatanę & satureię. ℂ *Aliud electuarium,& dicitur Electuariū Rhu barbari: & confortat Hepar: & est nimis expertum: & nos iam probauimus ipsum sæpe.* Recipe aristolochiæ rotundæ,ligni aloes,laccæ,spicę nardi, folij rosarum,ana drachmas decem: rhu barbari drac.xx: conficiantur cum syrupo facto ex melle: & detur ex eo quasi auellana cū aqua calida decoctionis folij & gariophyllorū: est enim F
optimum in cōfortatione hepatis,& omnium membrorum interiorum. ℂ *Aliud electuarium Aristolochiæ ad remouendum Typum in febribus chronicis.* Recipe assæ fœtidæ,zingiberis,folij, chamæmeli, piperis nigri & longi,centaureæ,harmel,ana drach.j: aristolochiæ rotundę,ad pondus omnium: conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aristolochia: & vtatur secundum virtutem patientis à drach.j vsq; ad drach.ij. ℂ *Aliud dissoluens Ventositates.* Recipe assæ fœtidæ, rutæ, satureiæ, castorij, ana drach.ij: anisi,fœniculi,ana drach.j: conficiantur cum melle: & vtatur cū vino puro. ℂ *Aliud dissoluens Ventositates,& prouocans Vrinam fortiter & Menstrua.* Accipe anisi,laccæ,aristolochię rotundæ,rubiæ,gentianæ,meu,phu, spicæ nardi, costi: conficiantur cum melle: & dentur ex eo drac.iij cum aqua calida decoctionis fœniculi.

De Medicinis Azariconis philosophi.

AZariconis medicinæ. Iste vir quamuis non habuerit nomen inter medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimium expertas. ℂ *Primum medicamen valet ad Febres chronicas,quæ fiūt ex humore crasso, & aufert Typum: & soluit Ventositates: & Laxat humorem viscosum: & valet Paralysi.* Recipe iridis drach.x piperis nigri & longi & albi,assæ fœtidæ,scorodi, castorij,folij, semínis rutæ,asari,ammoniaci,galbani,satureiæ,sanguinis anseris sicci,sagapeni,xylobalsami, carpobalsami, G
ana drach.ℱ: spicæ nardi,croci,ana drach.iij: chamæpityos,chamædryos,ammeos,mentę,maioranæ,foliorū rubi agrestis,carui,gariophyllorū,ligni aloes, cinnamomi,anisi, ana drach.iij: turbith, ad pondus omnium,agarici drach.x: terantur, & cōfice cum syrupo facto ex melle: & detur ex eo drach.j & ℱ cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est valde expertum contra infirmitates frigidas iuncturarum,& asthma,& dolores frigidos,& dissoluit ventositates,& sępe probauimus ipsum. ℂ *Medicamen confortans Membra interiora: & est valde bonum ad Fluxū chronicum: & confortat Stomachū,& aufert Vomitū.* Recipe nucis cypressi, ligni aloes, tamarisci, ana drach.iiij: rosarum,mastiches,laccæ, cinnamomi,ana drach.ij: cōfice cum aqua decoctionis rubiæ & myrtæ: & da cum aqua decoctionis cypressi. ℂ *Tertium medicamen valet ad Lapidem renum & Vesicæ: & aperit Oppilationes: & expellit Fæces per vrinam: & est expertum.* Recipe capil. veneris, cineris scorpionis,gentianæ,vitri adusti,lapidis iudaici,semínis cucumeris & cucurbitæ, anisi, radicis lilij cœlestis: puluerizentur,& conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli vel meliloti, & melle: & sumatur cum decoctione agarici. ℂ *Quartum medicamen valet Hydropicis,& Frigiditati hepatis, & Citrino colori.* Recipe agarici,lilij cœlestis,laccæ,aristolochiæ longæ & rotūdæ, succi stæchados,succi marrubij,olibani,phu,chamædryos,chamæpityos,cinnamomi, ana drach.ij: folij, gariophyllo- H
rum,ana drach.v: rhu barbari, anisi, ana drach.iij: ligni aloes,ad pondus omnium: puluerizētur, & conficiantur cum melle: & dentur ex eo drachmæ iij.

De Medicinis Gereonis.

GEreonis medicinæ Græci. Ab isto viro habuimus vndecim medicinas expertas ad diuersas ęgritudines: quas nos probauimus, & inuenimus ipsas esse mirabiles. ℂ *Primum medicamen valet ad infirmitatem Stomachi frigidi,& confortat ipsum: & est nimis mirabile.* Recipe trium piperum,spicæ nardi,zingiberis,ro.ana drachmas decem: ligni aloes ad pondus omnium: cōfice cum melle: da cum decoctione ammeos,& mentę,& gariophyllorum. ℂ *Secundum valet ad Dolorem fortem: & iam probauimus ipsum.* Recipe floris chamęmeli,squinanthi, centaureę, aristolochiæ rotundæ: confice cum melle: & da drachmas quatuor cum aqua calida. ℂ *Tertium huiusmodi est, sed præcedens securius est.* Recipe croci,spicæ nardi,opij thebaici,ana drachmas duas: chamæmeli drachmas duas: cō fice cum melle: & da drach.ℱ cū aqua calida. ℂ *Quartum huiusmodi, & est mirabile.* Recipe succi coronæ regię,chamęmeli quando fuerit viridis,ana drachmas quatuor. Et si istæ herbæ non fuerint inuentæ virides,accipe earum decoctiones: & pone octauam partem drachmæ croci, & squinanthi ʒ iij: & bulliant vsq; ad medietatem: & da bibendam colaturam. ℂ *Quintum valet ad Dolorem ex*

oppilatione.

A *oppilatione.* Recipe radicis lilij cœleſtis,agarici,ana drach.iiij: ariſtolochiæ longæ & rotũdę, chamæ pityos,ana drach.v: coquantur,& ponantur in lib.iij aquæ,& bulliant ſuper ignem leuem,donec remaneat lib.j: & appone laccæ drach.j & ℈: & da ad bibendum tepidum. ℂ *Sextum diſſoluit Ventoſitates,& valet Colicæ ex ventoſitate.* Recipe cymini,fœniculi,carui,aniſi,ana: terantur,& cõficiantur cum ſyrupo facto ex melle & ammi & ſatureia & origano: & ſumatur ex eo cũ æqua decoctionis radicis apij,& cum drach.j agarici. ℂ *Septimum huuſmodi.* Recipe aniſi,cumini,agarici, abſinthij,centaureæ: terantur: & dentur de illis ʒ iij,quando ventoſitates fuerint multæ,& paſſio fortis.

ℂ *Octauum Laxat humorem viſcoſum: & eſt nimis bonũ contra Epilepſiam & Paralyſin: quo ego ſemper utor.* Recipe agarici,abſinthij,colocynthidis,ana drach.j: aniſi,ligni aloes,maſtiches,ana drach.ij: ſpatanæ,ammoniaci,ſagapeni,aſſæ fœtidæ,radicum lilij cœleſtis,ana drach.j & ℈: aggregentur,& cõficiantur cũ aqua decoctio.aniſi,ariſtol.longę & rotundæ & melle,& ſumatur ex eo quaſi auellana.

ℂ *Nonũ valet Triſtibus & Timidis.* Recipe radicis ariſtolochiæ rotũdę,gariophyllorũ, ligni aloes, ana drach.iij: conficiantur cum melle & aqua maioranę: & da de eo ʒ iij. ℂ *Decimum valet Lapidi renum & veſicæ: diſſoluit Vętoſitates,& Laxat diuerſos humores: & eſt Bezahar.* Recipe turbith,agarici,vitri vſti,zingiberis,lapidis iudaici,ſanguinis hirci ſicci, aniſi, fœniculi, trium piperũ,chamædryos,

B chamæpityos, bdellij, ana ʒ iiij: confice cum bono vino decoctionis agarici & carui. ℂ *Vndecimũ valet ad Aſthma.* Recipe turbith, agarici, ariſtol.ro.ana ʒ j: confice cum decoctione marrubij: & da cũ decoctione aſari. Iſtæ ſunt medicinæ,quas probauimus ſæpe,& inuenimus eas optimas.

De Medicinis Betarnem.

BEtarnem Siciliæ medicinas modo dicam,& ſunt tres, quas probauimus ſæpe, & inuenimus eas eſſe veras. ℂ *Primum valet contra Medicinas mortiferas, & eſt nimis experta.* Recipe laureolæ, luti ſigillati,phu,meu,apij,cinnamomi,ana drach.j: rutæ,xylobalſami,carpobalſami,ana drach.ij: confice cũ melle: & da drach.j & ℈ debilibus, vel drac.ij fortibus. ℂ *Secundum valet ad morſum Scorpionis: & Calefacit corpus: & aufert Tremorem in febribus.* Recipe caſtorij drac.j,ſcorodi drach.ij, coſti amari drach.j & ℈, zingiberis ana drach.j: conficiantur cum melle: & detur drach.j & ℈ cũ vino.

ℂ *Tertium prouocat Vrinam & Menſtrua.* Recipe pulegij,cymini,radicis lilij cœleſtis, ariſtolochiæ rotundæ: conficiantur cum melle: & dentur drach.iij. ℂ *Medicamen quod compoſuit Amaloz de Macedonia: valet ad Febres phlegmaticas,& diſſoluit humores,liquefacit eos: & eſt bonũ Duritiei ſplenis.* Recipe ſcolopendriæ,ſquinanthi,chamæpityos,caſtorij, trium piperum, ſpicæ nardi, folij, aſari, ana drach.j: turbith,radicis lilij cœleſtis,carpobalſami, xylobalſami: puluerizentur,& conficiantur cum melle

C decoctionis aſari,ſquinãthi,opopanacis: & detur de eo quaſi auellana. ℂ *Medicamen Squilitæ, quod valet morſibus Scorpionis.* Recipe ariſtolochiæ longæ,& rotundæ,ana aur.j: cymini drach.j: aſſæ fœtidæ,carui,ſeminis rutæ,ana drach.ij: caſtorij drach.iiij: cõfice cum melle: & da drach.ij cum aqua calida decoctionis gentianæ,vel ariſtolochię,vel cum bono vino. ℂ *Medicamen melius,quod valet ad Dolores fortes: & iam probauimus ipſum,& inuenimus melius quàm theriacã.* Recipe cymini, carui,aſſæ fœtidæ,ariſtolochiæ,chamæmeli,coronæ regiæ,abſinthij, agarici, ana drach.x: trium piperum, opij, ana drach.j: croci,carpobalſami,ſquinanthi,cinnamomi,ana drach.ij: aſari,gẽtianæ,ana aur.j: puluerizą,& confice cum ſyrupo facto ex melle & ſquinantho & chamæmelo & corona regia & aniſo: & da cum aqua decoctionis aniſi.

De Medicinis Achaaſos.

A Achaaſos experimentatore Athenarũ,ſumptæ medicinæ. Ab iſto nobiliſſimo medico accepimus tres medicinas cõpoſitas,quibus ſemper vſi ſumus, poſtquam nouimus eas: ſunt enim mirabiles. Et ab eo acquiſiuimus triginta medicinas ſimplices expertas in diuerſis ægritudinibus.

ℂ *Primum Medicamen compoſitum valet ad Aſthma antiquum, & aperit Oppilationes.* Recipe aſari aureũ vnum: ſucci marrubij,hyſſopi,ſtyracis ſicci,caſtorij,ana drach.℈: trium piperum, aniſi, ana aureos

D duos: conficiantur cum oxymelite ſcillitico: & detur ex eo à drach.iij vſq; ad iiij. ℂ *Medicamen Secundum valet ad Fluxum antiquum, qui contingit ex frigiditate membrorum.* Recipe nucum cypreſſi, folij, ligni aloes, ſpicæ nardi, roſarum,ana drach.ij: confice cum aqua decoctionis ligni aloes: & da de eo drac.iij cum decoctione roſarum. ℂ *Medicamen Tertium confortans Virtutem Retentiuam.* Recipe gallarum,ſumach,berberis,ana aureum vnum: gummi arabici vſti,ligni aloes,ana drachmã j: rhu barbari drach.iij: confice cum decoctione ſeminis lapathij acuti, & granorum myrti: & detur cũ decoctione cypreſſi. Iſte vir curabat ægritudines multas cum medicinis: ex quibus elegimus triginta medicinas veraces. Primo dabat maſtichen ad dolorem ſtomachi. Secundo dabat drach.ij aſſæ fœtidæ contra morſum ſcorpionis. Tertio dabat drach.iij aceti fortis calidi contra morſum viperæ: & eſt fortis operationis. Quarto mittebat ſuccum iari, & intromittebat contra maculam oculorum: & ſæpe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach.iij radicis lilij cœleſtis. Sexto dabat drach.j aſari,& curabat ſtranguriam. Septimo dabat chamæmelum puluerizatum,& malaxatum cum melle,ad dolorem vẽtris & renum,prõpter frigidos humores exiſtentes in illis inſtrumentis: et prouocabat vrinam,et curabãtur. Octauo dabat drachmas duas laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat drachmas iij ammoniaci ſplenitico, et curabat eũ omnino in paucis diebus. Decimo dabat lac leproſis, et curabat multos. Sed in hoc requiritur ſcientia in

* Al. ariſtolochię.

* Al. veſicæ.

cognoſcendo cauſam lepræ in qua lac conueniat. Vndecimo dabat rhun barbarum ad debilitatē E
hepatis de frigida cauſa, & curabat omnes omnino. Duodecimo dabat drachmas duas cubebarū
ad aperiendum oppilationes quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabat drach-
† drach.j rhu barbari. mas tres maioranæ cum † drachmis duabus rubiæ } ad prouocandū menſtrua. Quartodecimo da
bat drachmas duas aſari ad prouocandum menſtrua. Quintodecimo dabat caruí romanum cōtra
iſchiadem cum calida, & curabantur. Sextodecimo dabat caſtorium contra lapidem renum. De-
cimoſeptimo dabat drach.iiij laureolæ cum aceto, & curabat morſus ſcorpionū. Decimooctauo
dabat drac.iij zingiberis ad infirmitates frigidas, & calefaciebat: & eſt nimis forte. Decimonono
dabat drach.j aloes contra triſtitiam, & ad confortandum os ſtomachi, & curabantur vſitando.
Vigeſimo dabat centauream minorem ad iſchiadem, & curabantur. Vigeſimoprimo dabat pul-
uerem garyophylorum contra debilitatem virtutis digeſtiuæ. Vigeſimoſecūdo dabat decoctio-
nem caſith contra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigeſimotertio dabat
oleum viride contra ſpaſmum ex ſiccitate. Vigeſimoquarto dabat decoctionē agarici cōtra ęgri-
tudines cerebri & hepatis. Vigeſimoquinto dabat alfenid ideſt penidias, contra infirmitates pe-
ctoris, & curabat aſthma. Vigeſimoſexto dabat decoctionem centaureæ & rutæ contra morſum
rutelæ. Vigeſimoſeptimo dabat decoctionem iuniperi ad prouocandum menſtrua. Vigeſimo- F
* Al. matricis. octauo dabat decoctionem ſquinanthi ad dolorem mulieris poſt partum. Vigeſimonono dabat
decoctionem gentianæ ad frigiditatem membrorum, & ad fluxum prouenientem ex ea. Trigeſi-
mo dabat galbanum ad prouocandum vrinam, & ad extrahendum embrium. Nos autem non
ſcripſimus has medicinas, quamuis plures earum cognoſcātur ab omnibus, niſi vt non negligan
tur ab eis: quoniam ſi vtatur de illis vt oportet, erunt mirabiles. Et quoties vſus fui decoctione fa
cta ex hyſſopo, & aſaro, & duabus ariſtolochijs, curaui de epilepſia: Et cum decoctione ſolius hyſ
ſopi, ex aſthmate. Sed oportet medicum ſcire, quādo oporteat dare has medicinas, & in quo tem-
pore, & in quibus complexionibus valeat: aliter non valent.

De Medicinis Andrezeos.

ANdrezeos medicinæ ſunt hæ. Iſte fuit philoſophus in tempore ſuo, & habebat multas medi-
cinas compoſitas: ex quibus elegi quinq; expertas, & dimiſimus alias quæ cognoſcuntur à
pluribus. ℂ *Primū medicamen valet Hydropicis, & frigiditati Hepatis: & prouocat Vrinā generaliter & for
titer: & dico quòd nulla medicina eſt ei ſimilis in apertione hepatis.* Recipe radicis lilij cœleſtis, agarici, cala-
mi aromatici, laccæ, aſari, roſarum, ſpicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes, ana drach.j: gafit, fiſtici, ana
drach.j: maſtiches, aniſi, ana drach.ij: puluerizentur, & miſceantur cum vino & melle: & dentur G
drach.iiij cum decoctione radicis lilij cœleſtis, & gafit. ℂ *Secūdum medicamen valet ad Aſthma, cuius
cauſa eſt humor craſſus.* Recipe gentianæ, hyſſopi, agarici, ana drach.ſ: maſtiches drach.ij: confice cū
melle: & da drach.v. Et non eſt ſimilis iſti medicinæ: laxat enim humorem craſſum, & ſcindit hu-
mores craſſos. ℂ *Tertium valet ad Dolorē membrorum interiorum: & liberat à Colica paſſione quæ fit ex craſ
ſis humoribus in inteſtinis.* Recipe agarici drach.viij: radicis lilij cœleſtis, ariſtolochiæ rotundæ, hyſſo
pi, maſtiches, ſquinanthi, carpobalſami, aniſi, ana drach.j: turbith ad pondus omnium: confice cū
decoctione agarici: & da drach.iij cum calida. ℂ *Quartum valet ad extrahendum Embryum: & eſt val
de forte.* Recipe ariſtolochiæ longæ & rotundæ, aſſæ fœtidæ, ana drach.v: ſpicæ nardi, agarici, ana
drach.iij: myrrhæ drach.j: confice cum decoctione ariſtolochiæ rotundæ, & da drach.ij. ℂ *Quin-
tum eſt Laxatiuum diuerſorum humorum.* Recipe turbith, agarici, maſtiches, lilij cœleſtis, ana drach.j:
ellebori nigri, maſtiches, ſcillæ aſſatæ, ana drach.j: colocynthidis drach.ij: ſcammoniæ drac.ſ: con-
fice, & da ʒj & nō plus. ℂ *Electuarium quod valet ad morſum Scorpionis.* Recipe rutæ, ſulfuris viui nō
poſiti ad ignē, ana aur.vj: caſtorij aur.j, aſſæ fœtidæ aur.ſemis: pyrethri ſtyracis liquidæ, ana aur.j:
confice cum melle: & da drach.j & ſ cum vino puro. ℂ *Electuarium bonum ad Dolorem membrorū in-
teriorum: quod habui à quadam muliere, quæ acquiſiuerat illud à medicis altariū.* Recipe crocí aur.v, opij aur. H
ij, ſpicæ nardi aur.iiij, ſpatanæ aur.ij, radicis lilij cœleſtis aur.vj, floris chamæmeli aur.ij: confician-
tur cum bono melle, & vtatur de eo. ℂ *Aliud optimum ex compoſitione Games, & eſt nimis forte.* Reci-
pe cinnamomi aureos vj, crocí aureos quatuor & ſemis, piperis albi aur.iiij & ſemis, galbani aur.
quatuor, coſti aur.ij & ſ: confice cum melle: & da drachmas duas, vel tres in maiori fortitudine.
ℂ *Electuarium Zacharonis de Babylonia contra Ventoſitates, & paſſionē Colicam, & frangit Lapidem, & La-
xat Ventrem: & iam probauimus ipſum. Et eſt valde bonum, quando dubitamus in ægritudinibus, vtrum ſit La-
pis vel Colica, quia commune eſt ambobus.* Recipe turbith, ſpatanæ, ana aur.vj: cymini, caruí, aur.j: aga-
rici, radicis lilij cœleſtis, ariſtolochiæ, ana aur.vj: origani, hyſſopi, ana aur.j: ſquinanthi, maſtiches,
† Aliter viij. ana drach.† j: confice cum melle, & da quaſi auellanam. ℂ *Theriaca valens ad Dolorem capitis chroni-
cum, & Vētoſitates, & eſt mirabilis.* Recipe ſucci ſtœchados, ſucci marrubij, abſinthij, maſtiches, rhu
barbari, chamædryos, chamæpityos, ana ʒ viij: hyſſopi aur.j, agarici ad pondus omniū: puluerīza,
& confice cū melle: Et da de eo ad infirmitatem cerebri, cum aqua calida decoctionis ſtœchados:
& ad aſthma, cū vino bono: & ad prouocandum menſtrua, cum ſucco iuniperi & fœniculi: & ad
dolorē fortē, cum aqua decoctionis chamemeli: & ad oppilationē, cū decoctione abſinthij: & ad
epilepſiam, cū decoctione pyrethri: & ad iſchiadē cū decoctione centaureæ minoris: & ad lapidē

cum

A cum decoctione radicis lilij cœlestis. ℂ *Electuarium laccæ, valens contra Oppilationes chronicas, & prouocans Menstrua: & est bonum valde. Est etiã vtile ad Asthma chronicũ, & ad tussim chronicam.* Recipe laccæ aur.xx, piperis longi, & nigri, centaureæ minoris, aristolochiæ rotundę, costi, galbani, ammoniaci, ana aur.x: marrubij, asari, ana aur.iiij: folij, radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, ana aur.vij: puluerizа, & cum bono melle: & da quasi auellanam cum aqua calida. ℂ *Electuarium Laccæ magnum, quod habuimus ab Aridione filio Melix: & est expertum, & est multæ vtilitatis. Valet Asthmati, & Tussi, & prouocat Vrinam: & sedat Dolorem fortem, liquefaciendo phlegma: & aufert Tristitiam, & dissoluit Ventositatem: & est mirabile ad Tremorem cordis, & Melancholiam, & Aquam oculorum, & contra morsum Canis rabidi, & cõtra punctura Viperæ. Et generaliter dico, quòd valet Omnibus puncturis mortiferis.* Recipe aristolochiæ, rosarum, radicis lilij cœlestis, ana aur.x: squinanthi aur.ix, asari aur.xv, piperis nigri, & albi, ana aur.vij: cha mæpityos, succi marrubij, succi stœchados, ana aur.viij: spicæ nardi, spicæ romanæ, masticches, ammoniaci, galbani, scillæ assatæ, ana aur.x: rosarum, iuniperi, ana aur.ij: turbith, agarici, cyperi, ana aureos decem: folij, ligni aloes, rhu barbari, croci, olibani, centaureæ minoris, ana aureos viginti: laccæ, aur.j: conficiantur cum melle rosato: & detur ex eo secundum quòd conuenit ægro. Et est hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem: & laxat humores sine labore: & confortat cor,
B hepar, & stomachum. ℂ *Electuarium Assistri, Calefaciens corpus, valens Oppilationibus hepatis, & splenis.* Recipe aristolochiæ rotundæ aur.xx: marrubij, chamædryos, gafit, ana aur.v: assæ fœtidæ, costi, trium piperum, ana aur.decem: masticches aur.viij, pyrethri aur. quatuor: cõfice & da cum vino. ℂ *Decoctio Squinanthi, Valens ad Febres chronicas, & aperit Oppilationes, & prouocat Vrinã, & Soluit Ventrem.* Recipe squinanthi drachmas octo, marrubij drachmas duas: absinthij, radicis lilij cœlestis, ana drachmas tres: aristolochię rotũdę aur.vj, agarici aur.iij: radicis fœniculi, carui, ana aur. decẽ: costi aur.ij, masticches aur.quatuor: ponatur in caldario, & cum libris tribus aquæ decoquãtur donec remaneat tertia pars: & dentur de eo drachmæ tres. Hæc decoctio est valde mirabilis habentibus ægritudines phlegmaticas, & debilitatem interiorum membrorũ ex causa frigida. ℂ *Decoctio Asari confortans membra debilia ex frigore, & auferens Dolores, & scindens Humores crassos, & aperiens Oppilationes: & est expertissima.* Recipe asari aur.iiij, anisi aur.viij: absinthij, gentianæ, ana aur.iij: seminis fœniculi, centaureæ minoris, ana aur.j: ponantur cum tribus libris aquæ, & bulliant donec remaneat tertia pars: & da de eo drachmas iiij. ℂ *Decoctio Aristolochiæ valens ad Lapidem.* Recipe aristolochiæ aur.x, asari aur.ij, marrubij aureum vnum, radicis lilij cœlestis aur. quatuor: saliuncæ, seminis cucumeris, anisi, ana aur.vj: coquãtur cũ duabus libris aquæ, donec remaneat tertia pars:
C & da de eo drachmas quatuor. ℂ *Decoctio Agarici, valens ad Epilepsiam, & purgans Matrices, & prouocans Vrinam.* Recipe agarici drach.x, turbith drach.j, anisi drach.iij, armel drach.ij, radicis apij ʒ v, radicis lilij cœlestis drach.iij, masticches drach.ij, radicis pęoniæ drach.vij: coquantur cum tribus libris aquæ, donec remaneat medietas: Et dentur qualibet die tribus drachmæ: vtilis enim est valde, & in epilepsia expertũ est. ℂ *Decoctio Assæ fœtidæ, valens ad Oppilationes aperiẽdas: & est vtilis ualde.* Recipe assæ fœtidæ, radicis lilij cœlestis, radicis apij, radicis fœniculi, aristolochiæ rotũdæ, ana ʒ x: coquantur cum libris quatuor aquæ sufficienter: & dentur de eo drac.iiii. ℂ *Decoctio Pæoniæ, quæ aperit crassas Oppilationes, & est valde experta.* Recipe pęoniæ drach.x, radicis pentaphylli drach.v, aristolochiæ rotũndæ drach.vj: coquantur cum libris tribus aquæ sufficienter: & dentur drach. iiij. ℂ *Decoctio perfecta Aristolochiæ & est mirabilis Hydropicis, & cito curans eos.* Recipe duarum aristolochiarum, centaureæ minoris, chamædryos, squinanthi, laccæ, ligni aloes, rosarum ana aur.x: spicæ nardi, phu, meu, apij, anisi, radicis lilij cœlestis, radicis apii, fistici, cubebarum, hyssopi, gariophyllorũ, marrubii, stœchados, cinnamomi, ana aur.viii: ammeos, myrrhæ, ana aureos v: costi aur.ii: co quantur in libris tribus aquæ sufficienter: & dentur drachmæ quatuor cum drach.iiii istius electuarij. Recipe aristolochiæ rotundæ, granorum iuniperi, centaureę, ana drac.ii: ligni aloes aur.i,
D spicæ nardi drach.i, marrubii drach.iiii: conficiantur cum prędicta decoctione. ℂ *Decoctio Chamæmeli, prouocans Menstrua, & auferens Dolorem fortem.* Recipe chamæmeli aur.ix, aristolochiæ aur.iiii, laccæ drach.ii: spicæ nardi, cinnamomi, radicis lilij cœlestis, ligni aloes, ana drach.i: coronæ regiæ drach.x: decoquantur cum libris decem aquæ in igne lento & sufficienter, donec remaneat tertia pars: & dentur drachmæ quinque. ℂ *Decoctio Hyssopi, contra passiones Pectoris, & Tusses chronicas, & ægritudinem Asthma, & Anhelitũ malum.* Recipe hyssopi, agarici, radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, squinanthi, pęoniæ, asari, aristolochiæ rotũdæ, ammoniaci, seminis fœniculi succi stœchados, succi marrubij, laccæ, ana aur.ii: decoquantur in libris tribus aquæ sufficiẽter: & dentur drachmæ quatuor in mane. ℂ *Electuarium optimum contra Aegritudines diuersas: & valet Scotomiæ & Vertigini: & scindit Phlegma viscosum, & purgat ipsum: et aufert Dolorem frigidum. Et est bonum contra Venena: et aperit Oppilationes: et prouocat Menstrua, et Vrinam: et Calefacit corpus: et valet ad Febrem chronicam: et purgat Matrices.* Recipe agarici, aristolochię rotundæ, succi marrubij, laccæ, ana drachmas quinq; assæ fœtidę, galbani, rhu barbari, spicæ nardi, phu, seminis fœniculi, radicis apij, trium piperum, ana drachmas vj: ligni aloes drachmas quatuor, turbith aur.decem: confice cũ syrupo facto ex melle, & asaro, & agarico, & spica nardi, & lacca. Et dentur drachmæ quatuor cum aqua caliqua. ℂ *Electuarium expertũ contra Oppilationes matricis.* Recipe aristolochiæ, laccæ, radicis lilij cœlestis, ana: confice cum deco-

ctione gasit: & dentur drachmę quatuor cum aqua calida. ℂ *Electuarium curans Lapidem in Vesica: et est expertum.* Recipe squinanthi, stœchados, ana drachmã vnã: sanguinis hirci sicci drach. vi, lapidis iudaici drachmas duas, anisi drach. iiii: puluerizentur, & confice cũ decoctione radicis apii. E

ℂ *Aliud ad Lapidem.* Recipe sanguinis hirci sicci, anisi, aristolochię rotundę, de lapide inuento in felle tauri, vitri combusti, saliuncę, agarici, lapidis iudaici, amygdalarum amararũ, ana: puluerizentur & conficiantur cum melle. Et dentur drach. iiij cum aqua decoctionis seminis apii. ℂ *Aliud mirabile contra Ventositatem sortem.* Recipe anisi, cymini, satureię, carui, ana: cõficiantur cum melle: & dentur cum decoctione agarici, quę sic fit. Recipe agarici, cyperi, folii, radicis squinanthi, aristolochię longæ, & rotundę, radicis apii drach. vi: ponantur in caldario in libra vna aquę super ignẽ leuem. Et dentur drach. iiii cum duabus drachmis medicinæ prędictæ. ℂ *Medicamen bonum contra Asthma chronicum.* Recipe laccę aur. x, aristolochię longę aur. vi, succi marrubii aur. vii: conficiantur, & dentur quasi nux cum aqua calida. ℂ *Medicamen quod accepimus ab Acritone contra Frigiditatẽ stomachi, et contra humiditatẽ eius.* Recipe ligni aloes, cinnamomi, rhu barbari, spicę nardi, mastiches, cardamomi: confice cum decoctione rosarum & nucum cypressi: & detur quasi nux. ℂ *Aliud ualens ad Colicam ex Ventositate et humore crasso.* Recipe anisi, cinnamomi, absinthii, cymini, florum chamæmeli, ana drach. x: agarici drach. xx, scammoniæ drach. i, mastiches drach. v: conficiantur cum F decoctione carui: & dentur drach. iii cum aqua decoctionis gasit. ℂ *Aliud ad Dolorem capitis, et contra Cephalæam, quod est expertũ.* Recipe succi stœchados drac. viii: gasit, spatanę, ligni aloes, ana ʒiiii: mastiches drach. vi, agarici ad pondus omnium: conficiantur cum decoctione rosarum & mastiches: & detur à drach. ii vsq; ad tres drachmas. ℂ *Aliud quod ualet in principio Descensionis aquæ ad oculum, quo sæpe curaui multos: et est expertũ, et velocis curationis.* Recipe spicę nardi aur. x, cinnamomi aur. octo, agarici aur. ix, mastiches ad pondus omnium: conficiantur cum bono melle: & sumãtur de eo quotidie drachmę duę, est enim mirabilis operationis.

De Medicinis habitis à Zenone.

ZEnonis de Athenis medicinæ. Iste fuit vnus de magnis medicis. Ego autem nõ vidi ipsum, quia non fui temporaneus eius: sed magister meus vidit ipsum. Et ille habebat experimenta bona: ex quibus discipulus eius dedit nobis viginti experimenta experta. Et nos probauimus ea sæpe, & inuenimus ipsa optima. ℂ *Primum medicamen quod dicitur Electuarium Spicæ nardi, confortat Hepar debile & Cor, & ualet contra Vomitum chronicum.* Recipe spicæ nardi aureos centum, spicæ romanæ aureos decem, absinthij aureos octo, cinnamomi aureos quindecim, laccæ mundatæ aureos nouem, gariophyllorum aureos quinque, gasit aur. xvj, marrubij aureos duodecim: aristo G lochiæ rotundæ, rhu barbari, ana aur. xvj: confice cum melle: & da aureos duos cum aqua calida.

ℂ *Medicamen Secundum, quod dicitur Electuarium Centaureæ, ualet ad Podagram, & ad omnes passiones Iunctur arum, cui non est simile in hoc. Nam prouocat Vrinam, Laxat crassos humores & diuersos, & sedat Dolores, & aperit Oppilationes: & est optimũ ad Lapidem, & Liquefacit phlegma: & mundificat superflua à Pulmone & pectore. Hoc medicamen dedit Zotion de scriptis Zenonis, qui composuerat id per Versus.* Recipe centaureæ mi
Al. gentianæ noris aureos centum, zirũngen aureos decem: anisi, fœniculi, apij, ana aur. vj: olibani, gariophyllorum ana drachmã vnã: agarici, radicis lilij cœlestis, ana aureum vnum: cubebæ, galbani, ammoniaci, castorij, trium piperum, spicæ romanæ, ana aur. xx: spicæ nardi, turbith, ana aureos triginta: aloes succotrinæ aur. xvij: carpobalsami, xylobalsami, scillæ assatæ, ana aure. xvj: mastiches, croci, ana aur. x: scammoniæ aur. viij: puluerizentur, & conficiantur cum melle: & submittantur in hordeo per sex menses: & dentur ex eo drachmæ quatuor. Et hoc medicamen est de maximis medicinis quas habebat ille medicus. ℂ *Medicamen Tertium, quod dicitur Electuarium Colocynthidis, quod Laxat humores aquosos, & phlegma, & melancholiam: & cum hoc prouocat Vrinam. Et oere dico quòd non est ei simile ad acuendum Visum, quia est in hoc mirabile.* Recipe colocynthidis, scillæ assatæ, asari, trium piperũ, ana aur. vj: spicæ romanæ, anisi, apij, fœniculi, carpobalsami, gasit, croci, ana aureos duos: spicæ nar H di, chamædryos, chamæpityos, aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ana aur. vij: puluerizentur, & cõficiantur cum melle: & submittantur in hordeo per sex menses: & detur à drachmis duabus vsq; ad tres. ℂ *Medicamen Quartum, quod dicitur Electuariũ Squinanthi, ualet ad Dolores fortes, & prouocat Vrinam, & aperit Oppilationes, confortat Hepar confortatione maxima, & frangit Lapidem, & ualet ad Febras chronicas.* Recipe squinanthi, aureos ccc, aristolochiæ rotundæ aureos sex, ligni aloes aureos tredecim, gasit aureos tredecim: croci, spicæ nardi, carpobalsami, opij, ana aureum vnum: mastiches aur. iij: trium piperum, folij, chamæpityos, ana aureos septem: conficiantur cum bono vino: & detur de eo quasi auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini. ℂ *Medicamen Quintum, quod dicitur Electuarium Capillorum Veneris, ad purgandum quod est in Pectore ex humore crasso: & est nimis expertum.* Recipe ca pillorũ veneris aureos viginti quinque: radicis lilij cœlestis, liquiritiæ, pęoniæ, carpobalsami, mar
Al. rosarum rubij, floris chamæmeli, aristolochiæ rotundæ, ana aureos quindecim: puluerizа, & confice cum syrupo facto cũ melle & capillis veneris: & dentur drachmæ quatuor cũ decoctione chamæmeli.

ℂ *Medicamen Sextum, quod dicitur Electuarium Folij, ualet ad Aegritudines fortes, quæ accidunt mulieribus in matricibus earum: et prouocat Menstrua, et ualet ad Dolorem matricis: et calefacit Renes.* Recipe folij indi, aureos viginti: cinnamomi, spicæ nardi, spicæ romanæ, rubiæ, castorij, trium

piperum,

A piperum,gariophyllorum,ligni aloes,ana drach.xx:rhu barbari, maſtiches, thymi, ana aur.xvj: confice cum melle: & detur quaſi auellana. ℂ *Medicamen Septimum, quod dicitur Electuarium Ariſtolochiæ, valet contra Dolorem matricis, valde prouocat Menſtrua, & confortat Stomachum debilem, & intercipit Fluxum chronicum,et eſt mirabilis operationis,et non eſt ei ſimile: et ſæpe probauimus ipſum: et iſte Zoton vtebatur ipſo.* Recipe ariſtolochiæ longæ & rotundæ ana aureos viginti: radicis lilij cœleſtis, laccæ,ſquinanthi,marrubij,ana drach.ix: rhu barbari drach.xxv: ſpicæ nardi,ligni aloes,ana aur.xx: puluerizentur, & conficiantur cum melle: & dentur drachmæ quatuor cum aqua calida: & ad fluxum intercipiendum cum decoctione xyloaloes: & ad menſtrua prouocanda, cum decoctione ariſtolochiæ rotundæ: & ad dolorem matricis,cum decoctione chamæmeli & aſari. ℂ *Medicamen Octauum quod dicitur Electuarium Olibani,quod eſt valde vtile contra Humiditatem ſtomachi, et Liquefacit phlegma: et conuenit Senibus, quia confortat calorem naturalem in corporibus eorum.* Recipe olibani aur.x, maſtiches aur.quatuor: ſquinanthi,ariſtolochiæ,ana aur.ij: ligni aloes, laccæ, ana aur.j: radicis lilij cœleſtis drach.j: roſarum,rhu barbari, ana aur.v: aniſi aur.vj: puluerizentur, & cum melle conficiantur: & detur ex eo quaſi auellana. ℂ *Medicamen Nonum,quod dicitur Electuarium Gafit, valet ad Hepar, quia confortat ipſum,et aperit oppilationes eius: et valet Hydropicis,et contra corruptionem complexionis.* Recipe ga
B fit aur.xx,laccæ aur.x,ligni aloes aur.vi, gariophyllorum aur.ij,cinnamomi aur.xxi: ſquinanthi, cubebæ,rhu barbari,ana aur.xvi: roſarum aur.xviii, aloes non abluti aur.ij, agarici aur.iij, maſtiches aur.x: puluerizentur,& confice cum ſyrupo facto ex melle & agarico: & eſt medicamen valde nobile. ℂ *Medicamen Decimum,quod dicitur Electuarium Rhu barbari,maxime valet Fluxibilitati ſtomachi,et confortat Hepar,et valet Hydropicis: et non eſt neq; fuit aliquod ſimile in hoc: et Zenon nemini uolebat dare. Cuius compoſitio non lateat medicos,quoniam eius compoſitionem acquiſiuit eius compoſitor cū magna ſolicitudine.* Recipe rhu barbari aureos centum, laccæ aur.xx, ligni aloes aur.xxxvi, cinnamomi aureos xi, ariſtolochiæ longæ & rotundæ aureos triginta, fiſtici aureos quinquaginta, ſquinanthi aur.lxxx: maioranæ,aniſi,luti ſigillati,ana aur.xx: agarici,folij,ana aur.vi: gafit aureos triginta, ſpicæ nardi aur.xvi: trium piperum,zingiberis,ana aur.decē: ſtœchados, origani, ana aur.ix: radicis lilij cœleſtis,radicis endiuiæ,ana aur.vi: hyſſopi ſicci,maſtiches,croci,ana aur.vij: carpobalſami, xylobalſami,ana aur.xvii: puluerizentur, & conficiantur cum melle: & detur à † drachmis tribus vſque ad quatuor.} ℂ *Medicamen Vndecimum,quod dicitur Electuarium Capparis, valet ad Duritiem ſplenis,et aperit oppilationem eius:et eſt optimæ operationis.* Recipe capparis aur.xx: opopanacis,ſcolopendriæ,marrubij,ana aur.quinq;: gafit aur.xvii,ammoniaci aur.decem, ſagapeni aur.octo: puluerizentur, &
C conficiantur cum bono aceto: & da drachmas duas cum decoctione carui & capparis & gafit. ℂ *Medicamen Duodecimum,quod dicitur Electuarium Scolopendriæ, valet ad Duritiem ſplenis,et eſt expertum.* Recipe capparis drach.xx, marrubij drachmas quinq;, ſcolopendriæ aur.xvi: confice cum aceto, & fac trochiſcos: & da drachmas duas cum decoctione tamariſci & gafit. ℂ *Medicamen Decimū tertium,quod dicitur Electuarium Turbit, valet ad Febres chronicas, et Laxat humores viſcoſos, et calefacit Renes, et eſt optimum ad Paſsionem colicam ex ventoſitate,et prouocat Vrinam: et eſt mirabile.* Rec. turbith aur.quinquaginta,agarici aur.xvi: croci,maſtiches,ana aur.vi: ſquinanthi, ariſtolochiæ rotundæ, ſtœchados,ana aur.viii: confice cū melle: & detur à drachmis duabus vſq; ad tres. ℂ *Medicamen Decimū quartum, quod dicitur Electuarium Ellebori, valet contra Vertiginem.* Recipe ellebori nigri aur.xx, ligni aloes aur.i & ℈,croci aur.j,aniſi aur.ii,maſtiches aur.iiii, maioranæ aur.i, agarici aur.vi: radicis lilii cœleſtis,ſtœchados,ana aur.viii: turbith albi & gummoſi aur.iiii: confice cū melle, & da drac.iiii. ℂ *Medicamen Decimumquintum,quod dicitur Electuarium Agarici, valet contra Cephalæam veterē: et Stomachum confortat et Hepar.* Recipe agarici aur.xvi,pæoniæ,centaureæ minoris,ana aur.vi: laccæ, ligni aloes,ana aur.viii: gafit,aniſi,chamædryos,chamæpityos,ſquinanthi,floris chamæmeli, maſtiches, ana aur.vii: rhu barbari,ſpicæ nardi,ana aur.ii: turbith aur.iii: confice cum melle, & da drac.j & ℈
D vſq; ad drach.ii cum aqua calida. ℂ *Medicamen Decimumſextum, quod dicitur Electuarium Scillæ, valet ad Aſthma, et ad Oppilationes, et Ventoſitates: ſed non debet dari habentibus vulnus in membris interioribus.* Recipe ſcillæ aſſatæ aur.vi, † ſtœchados aur.iii,agarici drach. † xvi,maſtiches ʒ ii: gafit,coſti, triū piperum,ana aur.x: radicis lilii cæleſtis aur.v,capillorū veneris aur.iii, floris chamæmeli aur.iiii: confice cum decoctione agarici & melle: & da ʒ ii cum aqua calida. ℂ *Medicamen Decimumſeptimū, quod dicitur Electuarium Gummi,et valet contra Paſsiones frigidas,et Ventoſitates craſſas, et ad Dolorem iunctuarū,et Iſchiadem.* Recipe ammoniaci, ſagapeni,opopanacis,ana aur.x: ſarcocollę aur.ii,maſtiches aur.iiii: aniſi,cymini,aſſę fætidę, ana aur.iii: euphorbij † ʒ ii: ariſtolochiæ longę, & rotūdę, radicis lilii cæleſtis,ana aur.iii: pone gummi in ſucco fæniculi, vel in decoctione eius: & reliqua terantur, & conficiantur cū melle: & da à ʒ ii vſq; ad tres cum aliquo quod cōueniat paſſioni. ℂ *Medicamen Decimumoctauum,quod dicitur Electuarium Luti: et eſt vtile contra Venenum.* Rec.luti ſigillati, aniſi, ſalis indi,agarici,ana ʒ ii: rhu barbari,auellanarū,radicum pęonię,ana aur.iii: puluerizа,& confice cum melle: & detur quaſi auellana. ℂ *Medicamen Decimumnonum,quod dicitur Electuarium Aſſæ fœtidæ, valet contra morſum Scorpionis,et contra Febres chronicas,et Liquefacit phlegma viſcoſum, et diſſoluit Ventoſitates.* Rec.aſſę fætidę,coſti amari,& dulcis,ana aur.v: ariſtolochię rotundę,zingiberis,aſari,ana aur.ii: caſtorii,cinnamomi,aloes,ana ʒ iii: radicis lilii cæleſtis,ſarcocollæ,ana ʒ i & ℈: ariſtolochię,gētianę,

* Aliter Zeno

* Al. longæ.

† Al.drac.duabus vſque ad tres.

† Al. aloes aureum vnum

† Al.aur.vj.

† Al. aur.j.

ana drachmas vj: puluerıza, & confice cum bono vino & melle rubro: & dentur drachmæ tres. E

℄ *Medicamen Vigesimum, quod dicitur Electuarium Rosarum, ualet in fine Quotidianæ, et Hydropicis, et dissolut Ventositates.* Recipe rosarum drach.lx, radicis lilij cœlestis drach.j & ſ, agarici aur.ij, marrubij drach.iiij: laccæ, rhu barbari, ligni aloes, cinnamomi, anisi, seminis fœniculi, cymini, absinthij, mastiches, ana drach.vj: spicæ nardi, aristolochiæ rotundæ, ana aur.j: cõfice cum melle: & da drac.iij. Istæ ergo sunt medicinæ Zenonis: & iam probauimus ipsas. Nunc volumus scribere medicinas quas multoties experti sumus, & deinde abscindetur tractatus. ℄ *Medicamen Subtilians humores, et præparans ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui.* Recipe absinthij, anisi, seminis fœniculi, aristolochiæ rotundæ, squinanthi, carpobalsami, folij, cyperi, agarici, radicis lilij cœlestis, ana: puluerıza, & confice cum melle: & detur quantum auellana. ℄ *Electuarium quod dicitur Euadens, ualet ad Dolores chronicos, et confestim.* Recipe spicæ nardi aur.xvi: myrrhæ, opii, laccæ, opopanacis, castorii, olibani, ana aur.septẽm: galbani aur.vi, mastiches aur.v, folii aur.vi, piperis lõgi ii, croci aur.x, squinãthi aur.ix: ammeos, cinnamomi, ana aur.iiii: scorodi aur.ii, bdellij aur.i: radicis lilii cœlestis, agarici, ana aur.xvi: puluerıza, & confice cum melle. Istud electuarium expertum est multoties, & confestim aufert dolorem: Sed non debes dare plus, quàm drachmas duas.

* Aliter xij.

℄ *Medicamen Amoronis Regis, ualet contra Podagram, et Dolores iunctur arum ex phlegmate uiscoso, quo destruitur motus: et ualet ad Repletionem, et ad Debilitatem neruorum: et est optimum Mulieribus in quibus abundant superfluitates phlegmaticæ: et etiam ualet contra Lapidem. Et generaliter dico, quòd compositio huius electuarij est per adiuuamen diuinum: quod infinitis ucicibus probaui, et à me non separaui nec in ciuitatibus, nec in uillis.* F

Recipe radicis lilij cœlestis aur.xx: galbani aur.vi, & danich.iiii: ammoniaci aur.x, & drac.ii: elleborı nigri aur.vi, aristolochiæ longę aur.v, rosarum aur.xx, turbith aur.vi, liquiritiæ aur.x, stœchados aur.viii: satureiæ, centaureę minoris, ana aur.viii & ſ: squinanthi aur.viii, croci aur.i, meu, aur.vi, phu aur.iiii, gafit aur.i, eupatorii aur.xvi: zirungem aur.xx, & drach.viii: xylobalsami, carpobalsami, ana aur.viii: olibani aur.ij, chamępityos aur.xvi, chamædryos aur.ij, mastiches aur.vi: anisi, asari, granorum iuniperi, ana aur.v: spatanæ, hyssopi, ana aur.v: harmel, cymini agrestis, maioranæ, scillæ assatæ, ana aur.viii: sagapeni, ammoniaci, aloes succotrinæ, ana aur.v: costi, gentianę, ana aur.ii: origani aur.vii: nasturtii, calami aromatici, ana aur.iiii: confice cum melle: & submittatur in hordeo per sex menses: & detur quasi auellana cum aqua calida decoctionis satureiæ & duarũ aristolochiarũ. ℄ *Medicamen Asiriticæ Romani, ualet ad Lapidem ueſicæ, et prouocat Urinã.* Recipe amygdalarum dulcium, seminis cucurbitæ & cucumeris, lapidis iudaici, agarici, floris chamæmeli, gentianæ, ana drach.iiii: aristolochiæ, capillorum ueneris, saliuncæ, sanguinis hirci sicci, uitri combusti, lapidis qui inuenitur in felle uaccæ, anisi, radicis apii, bdellii, myrrhę, ana aur.v: puluerıza, & cõfice cum melle: & dentur drachmæ quatuor cum aqua decoctionis radicum apii & fœniculi. G

Dixit Galenus, iam dicimus in hoc libro nostro, quem uocamus librum experimentationis medicinarum, quas probauimus, & accepimus à sapientioribus hominibus, & habentibus solicitudinem erga artes: & nos ideirco composuimus hunc sermonem, ut semper medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem ꝙ medici altarium curabant per cibos sacrificiorum: unde nobiliores probantur alijs medicis. Optime enim debemus laudare uirum, qui illa facit per cibum, & plus quàm illum qui curat per medicinam: quia corpora quæ curantur per exhibitionem diętæ, reducuntur melius ad temperantiam, quàm quę curantur per medicinam. Et medicus pro uirili sua debet considerare, ut cibus & materię quæ debent propinari, sint proprię naturę patientis uel accipientis: Et sint boni saporis, ut ęger delectetur in ipsis & diligat. Et non debet uti eadem medicina diu, ne fiat ei quasi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali saporis, quoniam medicina, quam infirmus habet in odio, plus nocet quàm prosit. Unde & medici dignum duxerunt cũ medicinis miscere res dulces, & res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum, quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quę stomachum cõfortant. H Et debes cauere in curatione malitię complexionis sine materia, ab euacuatione, & è conuerso. Et debes laxare naturam à leuioribus consuetis generaliter, sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando uolueris euacuare, primo subtilia, post euacuaparum, deinde mediocriter, deinde fortius. Et caueas à medicinis non expertis, sed utaris expertis & uisitatis à bonis physicis & expertis. Et scias quòd omnes istę medicinæ sunt bonę in locis suis, scilicet ubi conueniunt: & sunt uenena in suis contrariis. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas: & si postea acquisiuerimus alias, scribemus eas in fine huius tractatus.

Galeno

DE MELANCHOLIA EX GALENO RVFO ET POSSIDONIO

Caput Nonum Libri ſexti Aetij.

Iulio Martiano Rota Interprete.



Sicut in apparentibus corporis membris interdū eadem omnibus tēperatura cōſpicitur, velut in deprauato corporis habitu, vocata q̄ elephantiaſi, & aqua inter cutem: interdum vnū aliquod membrū vel bilioſum
B vel melancholicum vel pituitoſum humorem ſuſcipiens, ipſum ſuā tm̄ temperaturā immutat. Ita contingit & cerebrum lædi, quandoq; totius ratione, quia ſanguis qui in omnibus venis continetur, melancholicus effectus eſt: qñq; partis, quia reliquo ſanguine illęſo permanente, is qui cerebro continetur, ſolus immutatur: hoc q̄ duobus modis, aut quia talis in cerebrum aliunde fluat, aut quia melācholicus in cerebro reddaſ: redditur aūt ab eius caliditate, vel flauam bilem, vel craſſum & nigrum ſanguinem, adurente. Ferè ſemper aūt partes quæ in præcordijs ſunt, ita prius affectæ cerebrū tacito quodā conſenſu in eundē affectū trahunt, atq; ita deſipere hominē faciunt, vel atra bile cerebrū occupante, vel melancholico vapore in idem aſcendēte: quemadmodū fieri conſueuit in eo morbo quem flatuoſum & hypochondriacū nominamus. Neq;. n. propoſitæ tractationi quicquā obſtat, aliunde, atq; ex alio membro, huiuſce affectus initiū originē q̄ eſſe, cū facile oſtiolū ventriculi quiduis patiens in ſimilē affectum cerebrum ducat, nimirum ob conuenientiā quā cum eo habet, propter duos neruos qui deſuper à cerebro ad ipſum maximi deſcendunt. In eoſdem affectus cor quoq; idem trahit propinquitatis ratione: itē & ſeptū trāſuerſum, cui adnatū eſt. Conuenit quoq; ventriculi oſtiū cū ſpinali medulla, qua parte ipſi adhęret & colli vertebris adnexū eſt. Principiū
C aūt hmōi melancholiæ vt plurimū ex cruditate conſurgit: nā flatus plurimi conſequuntur, & quocunq; cibo aſſumpto, ſublimes, & ferè ſemper in præcordijs obuerſantes: ructus inſuper acidi, fœtidi, ac veluti piſcē olentes ſubſequuntur, quāuis eiuſmodi nihil comederit: aluus vt plurimū ipſis eſt ſicca: ſomnus exiguus atq; diuulſus, & p̄ ſomnū viſa perturbātia enormia q̄: ſaltus toto corpore alij atq; alij: capitis vertigines, & in auribus ventorū ſonitus: putāt q̄ ſe alij caput repletū aggrauatū q̄ habere: cōtra alij vacuū & leue: quidā ne caput quidē prorſus ſibi eſſe, cui Philotimus ad alia remedia, plūbeā galeā impoſuit, qua oppreſſus caput ſibi adeſſe intelligeret. Euadunt pleriq; melancholici in venerē proniores, obliuioſi, timidi, miſericordes, ad fletū prōpti, ſolitudinū amantes. Dæmones ab inimicis veneficis immiſſos ſibi quidā ſuſpicanť. Alij noxiū quippiā ſe deuoraſſe credūt: quā opinionē id ipſis confirmat, q̄ mox abominabilia & mōſtroſa vomunt. Videntur aūt alijs alia: prorſus q̄ morbus hic varius ē & inexplicabilis. Velut ecce, vt de timore loquar, quidā amiciſſimos formidat, alius oēs ēt alios hoīes metuit: hic in lucē prodire timet, ille tenebroſum aerē ſectatur, alius eundē refugit: ferè oēs tm̄ in obſcuris locis verſari gaudēt ſepulchris q̄ & ſolitudinibus. Non nulli ēt vinū, oleū, aquā quoq;, & oīa liquida metuunt, vt qui à cane rabido demorſi
D ſunt. Atq;, vt paucis me expediā, melācholiæ & inſaniæ multas ſpēs habent, ſiquis vniuerſas earū imaginationes conſectari velit: verū ex eis oībus duæ communes ſunt, timor & mœſtitia: mæſti nanq; ſunt oēs præter rationē, nec ſi percōteris cauſam ob quā triſtes ſint, reddere valent: metuūt enim nō pauci mortē, & quędā alia, quę metu digna nō ſunt, quāuis non nulli mortē ēt vehementer appetāt. Cęterū cū rationalis animi ſedē atra bilis occupauerit, mirandū nō eſt ſi metus, ſi triſtities, ſi mortis expectatio obnaſcatur: cū ex ijs quę extra corpus noſtrum poſita ſunt, nihil adeo nobis formidoloſum ſit vt tenebræ: quāobrē, cū veluti obſcuritas quædā rationalis animæ ſedem occupauerit, neceſſe eſt ſemper hoīem terreri, eo q̄ terroris cām ſecū quocunq; deferat: nā vt in tenebris pueri timent, & ex adultis nō cōſueti, ſic & atræ bilis color, tāquā nox quædā rationalis animę ſedem obumbrans metus procreat. Oēs itaq; cauſas accidentium quę cuiq; contingunt explicare nemo pōt, cū pleraq; dubitationes haud paruas contineāt, vt cur aliqui quędā fugiūt tāquam moleſta, cū tm̄ moleſta nō ſint, & quędā quę bona non ſunt tanquā bona ſectantur: item, cur alius domeſticos timet, alius omnes hoīes, atq; id genus alia. Medico tm̄ pluriū accidētiū cauſas exponere difficile nō ē, velut is q̄ ſe figulinū vas arbitrabaſ, ob ſiccitatē arbitrabaſ: frigidus. n. & ſiccus eſt melācholicus humor, qua de cauſa & alius cutē ſuā pellē ſiccā opinabatur. Nā qui caput ſe non habere putabat, fortaſſis ob lęuitatē capitis id arbitrabaſ: leuitatē aūt capitis, flatus qui attollebaſ, efficiebat. Sed cur melācholici plurimos cibos appetunt? an q̄ frigidū os vētriculi habēt? Cur vinū

eorum

eorum aliqui plurimum hauriunt? an quia calefieri frigidus humor desiderat? Cur se ipsos peri- E
munt? an quia putant se à maioribus malis explicare? nisi talis opinio prídem ipsis indita sit, vt
mortem sibi inferre pulchrum existiment, qua in opinione pleriq; barbari perstant. Cur aũt assi-
duecrudita te laborant? an quia turbulẽtũ plenũ q; excremẽtis corpus habent? atq; ideo eorũ ven
triculus male temperatus semper ob humorem melãcholicum friget. Cur ipsis ferè semper aluus
stricta est? an quia flatus ipsis circa pręcordia vagatur, nec deorsum admodũ inclinat, atq; idcirco
eorum aluos astrictas esse oportet? interdum tñ ex longa detentione multa repente & colliquata
remittunt. Conniuent aũt, oculis q; prominẽtibus & labris crassis sunt vt plurimũ, ob spirituum
crassitiẽ. Fusci sunt, qm̃ humor ad cutim effundit. Pilosi euadunt istorum plurimi, quia multis &
crassis excrementis abundant. Linguam velocem ferè semper habent, sed & balbe & exili voce
loquuntur ob linguæ incontinentiam: nam vehementes linguæ motiones à spiritu crasso fiunt,
omne aũt quod vehementer mouetur, celeriter quoq; motũ suum absoluit. Sed finẽ faciamus, nã
hisce excitatus poterit quisquis voluerit aliorũ quoq; accidentium causas indagare. Nigret aũt
humor iste quandoq; calefactus plusq; deceat, qñq; frigefactus magis q; cõueniat. Quod. n. carbo-
nes accensi patiuntur (nã lucidissimi cũ sint extincta flãma nigri fiunt) id hilaris sanguinis color
patitur, frigiditate sublatus: cuius rei exemplum habere possumus in quibusdã membris quæ fri-
gore liuida primum, tum nigra fiunt. Nimia quoq; caliditas cum exiccet & consumat humorem,
quo naturalis calor nutritur, humores nigrefacit, non aliter atq; Sol fructus & hoium corpora. F

Hactenus quæ medicũ scire oportet prius, quã curationẽ aggrediatur, diximus: Nũc quę nosce
re debeat is qui hoc morbo laborantibus succurrere velit, subiungemus. Non minimũ aũt intere-
st scire vnde morbus originẽ ducat. Nã cum vniuersum corpus, totum sanguinem melancholi
cum habet, principium curationis à missione sanguinis auspicandum est: cum autem solum ce-
rebrũ, sanguinis missione æger non eget, modo plurimo sanguine nõ abundet, & præseruandi cã
sanguinem detrahere nolimus. Ex his aũt cognosces, vtrum totum corpus melancholicũ sangui-
nem contineat, an in cerebro tm̃ is sanguis aceruatus sit. Nam qui nigri & hirsuti sunt, venas q;
latiores habent, facile melancholicum humorem gignunt. Interdum tñ & homines rubicundi re-
pente in melãcholicam temperaturam deueniunt. Et ab ijs, qui fuluo colore sunt, præsertim si vi-
gilijs, laboribus plurimis, solicitudinibus, victui tenui, melancholicis cibarijs, se diu exposuerint:
Insuper si se vena aliqua in sede suppresserit, aut aliqua alia consueta sanguinis euacuatio, velut in
mulieribus menstrua. Non parum quoque ad hoc facit anni tempus, aeris constitutio, regionis si
tus, ęgrotantis ętas, & eiusdem ars. Hæc omnia ubi perspexeris quoties in omnibus venis corpo-
ris sanguinem melancholicum contineri dubitabis, firmissimam dignotionem conficies, si cubiti
venam secueris: mediam vero secare melius est: quam statim supprimes, si sanguis qui effluit me- G
lancholicus esse non videatur: sin erit, tantum detrahes quantum laborantis habitum exposcere
censueris. Tertia melãcholię species, quam principium à ventriculo habere dicebamus, quã q;
hypochondriacam, hoc est pręcordia infestantem, appellabamus, ex antedictis plerunque digno-
scitur. Primo nanque superius dicta accidentia circa ventriculum incipiunt, inflationes dico, gur-
gulationes, ructus acidos & virulentos, astrictam aluum, atque id quod egerendo vel euomendo
excernitur supernatans: tum ipsi ęgrotãtes in præcordijs turbari omnia & commisceri sentiunt.
Quemadmodum igitur plerũque vapore quodam fuliginoso fumoso ve aut crasso sursum ad ocu
los eleuato cæcutire sibi nonnulli videntur, vt qui suffusionem patiuntur: ita & nunc in cerebrum
ascendente melancholico vapore tanquã fuligine quadã aut fumo, melancholici casus menti ob-
uersantur. Quoties igitur melancholicæ dementię propria signa magna non apparebunt, & cir-
ca ventriculum aut nihil turbulentum affuerit, aut parum admodũ, existimãdum erit cerebrũ pri-
mo affectum esse, quemadmodũ dictũ est. Quæ igitur cerebro primũ affecto melancholia con-
sistit, assiduis balneis, victu boni succi & humido, nec flatuoso, procuranda est, omisso quouis alio
potenti remedio, qñ noxius humor diuturnitate tẽporis non dum euacuationi rebellis erit: tũc. n.
varias & valentes magis conuenit adhibere medicinas. Oportet aũt incipiente morbo mederi, H
nam inueteratum & auctum medentis manus respuit. Rvfi. Cõmunia aũt remedia siue cere
brum, siue prærcordia primum patiantur, sunt quæ aluum subducunt. Sed in primis studiũ adhibe
re oportet, vt cõcoctio probe fiat, postmodũ purgare epithymo & aloe: siquidem ex his vel exi-
guũ quiddã singulis diebus sumptũ plurimũ iuuat, & leniter aluum subducit. Possidonii.
In quibus sanguis abundare videbitur à principio statim venam cubiti incidere conuenit, prę ser
tim in quibus consueta aliqua sanguinis euacuatio retenta est: in mulieribus aũt quibus mẽstrua
defecerunt, tali venam aperire confert. Quisq; vero pro habitus sui ratione inaniendus est. In qui
bus autem mali succi potius abundãt, vbi prius ægrotantem recte cibaueris, vtere Rufi hiera vel
Archigenis aut lusti. Quòd si & sanguis & praui succi abundauerint, primum venam incide:
tum purgationem exhibe: postea diebus aliquot interiectis, clysteribus aluum subducas, pri-
mo cremore furfurum, spuma nitri, & melle: deinde filiculæ radicem contusam vel epithymum
furfuribus incoques: ab hoc clysteri diebus tribus interpositis hieram dabis amaram, quæ aloen
recipit, & præ cæteris omnibus epithymũ habet. Conficies aũt ipsam, sicut Themison docet: im-

pones q;

A pones q3 aloes 3 centum: maſtiches, croci, ſpicæ nardi, cinnamomi q3, & caſiæ duplum: aſſari vero & carpobalſami, ſingulorum 3 i: addes q3 epithymi duas vncias. Ex aqua mulſa hanc dabis quantum magnum cochlear capit bis aut ter, ex modicis interuallis. Hinc vbi laborãtem rurſus victu conuenienti recreaueris hieram Rufi denuo exhibebis, aut Archigenis, aut luſti. Quãtitas autem quę exhiberi debet, ſunt drach. ij, ex aqua mulſa, & ſalis cochlearium paruum. Melius eſt autem aluum inanire ijs quæ leniter vnius diei ſpatio ſubducunt. Nigram autẽ bilem ducunt amaracus, & quam cunilam vocant, inſperſæ mulſę, & ebibitę duũm drachmarum pondere. Confert etiam ſero lactis aluum inanire, ſed non id quod è caſeo fluit dandũ eſt, melius eſt enim quod feruefacto lacte ſeiungitur ab alio. Sit autem potus lac equinum, ſin minus, bubulũ: imponatur q3 nouę ollæ, agitetur q3 ramo ficus: ac dũ efferuescit, ter aut quater aqua mulſa irroretur: poſtea colatum exhibeatur, melle primum admiſto: tum vbi venter fluere cœperit, non amplius addito melle: ſumatur autem ad cotylæ menſurã, nec minus quinq3 cotylis. Poſt omnes autẽ alui ſubductiones maluæ ſemen valde leuigatum ex aquæ cyathis tribus dandum eſt, duarum drachmarum pondere: ſummopere nanq3 ad rem facit: quamobrem eo frequenter vtendum eſt. Optimum eſt etiam pulegij decoctum crebro bibere, tam ante quã poſt purgantia medicamenta. Idem & centaurij mino
B ris decoctum poteſt. Nam abſinthij decoctum & frequenter & ſubinde præbebis, cum & aluo & ventriculo æque proſit, ac prẽter hoc multam in ventre ventoſitatem gigni prohibeat, nec in totum ſiccari aluum permittat: lotium inſuper prouocat, & concoctionem impẽſius adiuuat, adeo vt hoc ſolo quoſdam viderim ipſe liberatos. Exhibẽda ſunt etiam quę vrinam mouent, aniſum, daucus, petroſelinum, nardus, & aſarum, atq3 præ omnibus his hippomarathri ſemen & radix: quãquã chamæpityn & trixaginem ſumere promptius ſit: quodcunq3 vero ex iſtis aut ex aqua elixum dabis, aut cõminutum poculis aridum inſperges. Bonæ ſunt etiam inanitiones quæ per ſudorem fiunt, ſiue laboribus, ſiue balneis procurentur, ſiue inunctionibus in Sole factis, veluti ex oleo chamæmelino, nitro oleo admiſto. Quibus peractis, vbi ægrotantis habitus melior eſſe videbitur, ad hieram denuo redi. Curam quoq3 præcordiorum habere conuenit cum eum qui curare quempiam incipiat, tum eum qui in curatione multum proceſſerit. Fomenta itaq3 conueniũt quæ ex oleo fiunt, in quo rutę, anethi, ſerpilli, abſinthij, artemiſiæ, pulegij, viticis q3 ſemen & lauri baccæ aut folia tenera bullierint: hoc enim & dolores mitigat, & inflationes minuit. In ventoſitatibus autem quæ ventriculum mordent, cuminum & pulegium aceto incoquenda ſunt & ſpongijs admouenda: aceto quandoq3 alumen inſpergimus. Cataplaſmata oleo conſtent, in quo deco
C ctum ſit vel aniſum, vel apium, vel cuminum, vel cyperum comminutum, irim q3 & libanotidem adijcies: conferunt autem vt plurimum tam ante quã poſt cibum facta. Cataplaſmate autẽ ablato præcordia contegenda ſunt, vel lana quã latiſſima, vel agnina pelle leuiſſima & pura, vbi prius nardino pigmento locum inunxeris. Vnctionibus cucurbitulas adijcies, aduerſus inflationes quidem leues: aduerſus inflammationes autem & tumores duros, ſcarificatas: quibus ablatis cyprino ceroto vteris, & polyarchio, & eo qui ex ſtyrace conſtat, & alio præcipue qui è ſeminibus conficitur, atque alijs id genus. Procedente vero curatione proderit admodum vti rubificante quod è ficubus & ſinapi componitur: concoctionem enim reuocat, ventriculo q3 robur addit: & ſiquis dolor in prȩcordijs remanſerit, ipſum aufert. Vtemur & acriter abſtergentibus præcordia, medicamentis q3 picem recipientibus, hoc eſt pice ſicca per ſe ipſam liquefacta, vel cum modico oleo: calida vero cuti imponitur tam ante, quàm in dorſo, quoad ſponte decidat: quare & cum ea lauetur, & ſiquid parum à cute recedat, auferendum eſt forfice. Summe autem iuuantur qui ſiccum bouis ſtercus aceto mulſo commiſtum ſibi indiderint: bulbi q3 cum nitro vel alumine leuigati magnopere proſunt: hæc q3 bubulo ſtercori commiſta vtilia ſunt, maxime cum mordicationis ſenſus in ore ventriculi ipſis aderit: nam quibus corpus frequenter conuellitur, expedit bibere caſto-
D rium, & eodem in oleo ſicyoneo diſſoluto corpus inungere. Conuenit etiam ipſos ante cibũ ambulare, & exerceri quantum vires tolerant: nam balnea bene concoquenti non admodum ſunt neceſſaria, niſi laſſitudinem quampiam ſedare velis: quicunq3 vero ventriculum habet ad concoquendum non idoneum, huic frequenter balneis vti prodeſt, vel ieiuno, vel peracta iam concoctione. Poſt balnea dabimus cibaria concoctu facilia, nõ inflantia, bonam aluum faciẽtia: diligenter q3 obſeruabimus, quomodo à ſingulis ægrotus afficiatur: neq3 enim omnes eodẽ modo, ijſdẽ cibis afficiuntur. Verum qui ferè omnibus cibi cõueniunt, ſunt panis recte confectus in furno coctus: aues quæ nec pingues ſint, nec edaces, & in mõtibus degant: ouà gallinacea leuiter cocta. Piſces ſaxatiles, qui q3 carnes teneras habeant: echini vero marini plurimum excellunt cũ gratia, tum vtilitate: reijcienda ſunt, quæcunq3 in cœno & paludibus viuunt. Carnes hœdinæ cõueniũt, & lactentium animalium: horũ præcipuæ partes ſunt, quæ multam carnem non habent, elixę: inutiles quoq3 non ſunt vuluæ, ſumen, & pedes porcini. Ex oleribus quo ad cõem victũ proſunt dulcia: nã quę acria ſunt, vt medicinæ exhibeãtur, velut paluſtris aſparagus, petroſelinum, & ſimilia. Quantitas omniũ quæ aſſumuntur moderata ſit. Vinũ autem album, tenue, nec valde antiquum. Non oportet autem inter cibũ repẽte multum bibere, neq3 plurimum ſit id quod bibit, ne cibus in ventriculo fluitet. Placet etiam, vt præter hæc omnia aceti acidiſſimi cochlear vnum poſt cœ-

nam

nam ſorbeat,cum dormitũ vadit,& eo inter comedendũ obſonia intingat. Præſtat aũt aceto ſcillæ E parũ & rutę & ariſtolochię tenuis admiſcere. POSSIDONII. Ad inflatiões Oxyporiũ tale cõuenit: Liguſtici, ſeminũ apij,zingiberis,thymi,ſingulorum vncia: mellis deſpumati quantũ ſuffi cit: dato cochlearis dimidium,tã mane quã veſperi. Quod ſi mellis dulcedinẽ auerſent,aliud quod concoctionẽ iuuat ita cõficies: Scillæ toſtæ ʒ i,ſalis ammoniaci ʒ v: ſeminum apij, fœniculi, thymi,petroſelini,aniſi,ſiſonis,zingiberis,ſingulorum ʒ iiij: panis ſicci & puri ʒ v, piperis ʒ i & ſ: ex hoc dato ad comedendum quantum cochlear capit,cum cibo, quo pacto vult ægrotus. Dandum eſt inſuper per quædam interualla quantum cochlear cõtinet theriacæ,præſertim hyeme & veris initio. RVFI. Vomãt ex lõgioribus interuallis à cibo & ieiuni pręſumpto raphani origani've aut thymi decocto: nequaquã vero ſumant quæ vehemẽtius vomitũ concitant,noxia ſunt enim eiuſmodi,ventriculo q̃ & eius ori debilitatẽ addunt,in ijs qui iãdiu morbo laborarint: nã quidam ob vomitum acrius cõcitantia,viſi ſunt melãcholia capi. Illud quoq; nouiſſe conuenit, plerosque hoc morbo infeſtatos,quo tẽpore curabãtur,nihil profeciſſe,ſibi dimiſſos conualuiſſe, propterea, quia recte prius à medicis tractati,poſtea vires aduerſus morbũ maiores acceperint,cum antea remedijs attriti forent. Quãobrẽ naturę quies cõdonãda eſt: quã pluribus auxilijs affligi,quiete reſici, videmus,atq; iã extenuatos morbos ſuperare. Qui canina lupina've melancholia tenentur, Fe F bruario menſe noctu domos exeunt,in cunctis q̃ lupos & canes imitantur,vſque ad diluculũ vagantur,ſepulchra q̃ præcipue recludũt. Ita affectos his notis dignoſces. Pallidi ſunt, ſegniter aſpiciunt,oculos aridos habent,concauos,nõ lachrymantes,linguam ſiccã proferunt,ſaliuam nunquã reijciunt,ſiticuloſi ſunt: in tibijs vlcera geſtãt,quæ ſanari non poſſunt,& quia crebro offendũt,& quia à canibus mordentur. Hęc eorũ indicia ſunt,eſt q̃ hoc morbi genus melancholię ſpẽs: Quã curabis cũ ſe cõſtitutio aereis immutabit, ſi venã incides, & vſq; ad animi deliquium ſanguinem effluere ſines,ægrotantẽ q̃ boni ſucci cibis ales,in balneas dulces adduces: & vbi tribus diebus ſero lactis vſus fueris,ægrotãtem hiera quæ colocynthim habet purgabis,Ruſi,Archigenis,aut Iuſti, bis aut ter ipſam per interualla prębens. A purgationibus theriacã propinabis,quæ víperas habet. Alia quoq; remedia,quorũcũq; ſupra memínimus,admouebis. Veſpere demũ aduẽtãte morbi violentia ſoporiferis medicamentis caput irrigabis: odoramẽta ſomnũ procurãtia porriges,nares q̃ papaueris ſucco inunges: & interdũ aliquid quod ſomnũ conciliet,bibendum exhibebis.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE CVRA ICTERI

CENSVRA

Multa hic vera & ex Authoribus doctis ex ſcripta.

AD Icteri curã prima quidẽ duo ſunt maxime neceſſaria auxilia,ſ. phlebotomia & purgatio. Sed purgatio quidẽ eſt propinqua,eo q̃ cholera & nõ ſanguis abũdat in ictericis. Fiet aũt & aliq̃n phlebotomia ꝓpinqua, q̃n ſimul cũ cholera abũdat ſanguis,& q̃n hepar vel ſplen ab inflammatione tẽdit & dolet, ſicut multoties accidit: nihil.n. eſt aptius phlebotomia in dolore viſcerũ. Alius aũt & phlebotomãs curabat,ſicut & Praxagoras: ſed nõ diſtinguebat qui erat phlebotomãdus,& qui nõ. Purga- H tiones vero magis appropriatæ ſunt huic ægritudini: & plus iuuant patientes,q̃n purgant iuxta principia. Ego aũt euphorbio miſcẽs epithymũ, & aloen,& petroſelini & daucí ſemen,& piper albũ,purgo ictericos: & vt plurimũ qdẽ ſolũ hoc ſufficit. Bene vero purgat & ſcãmonia cũ aloe,& ſicyoma,& q̃cqd aliud acutius euacuat,maxime aũt quæcunq; cholerã ducũt. Debiliora vero ſubductoria fortaſſis nõ cõferũt,eo q̃ nõ curãtur facile icterici ꝓpter vẽtris ſiccitatẽ,nec omnino deſcẽdit cholera ad inteſtinũ. Quibus aũt in impedimẽto eſt aliquid vt purgent,his cõfert vomere p raphanidas frequenter, aliq̃n aũt & poſt cœnã: etenim hepar ad ambas eũones,cã ſ. quæ p ſubductoria,& eã quæ p vomitus,nõ improprie ducẽdũ eſt. Et hypochõdriũ,vt vtiq; mollius exiſtẽs,cataplaſmãdũ, miſcẽdo farinæ hordei de rore marino,& ſcico,& artemiſia,& abſinthio,& abrotano,& gramine, & ruta,& cardamo,& chamæpitye,& allio,& cẽtaurea: hæc.n. alterutra vrinas mouẽt,qd' ægritudini ẽ maximũ bonũ,& cõtrahit viſcus. Vẽtoſarũ aũt appoſitionẽ vidi prę manibus exiſtere in medicis,q̃n carẽt eis quæ propria ſunt ægritudini: non tñ valde laudo neq; vitupero eã, ſed ſm tẽpus. In eis.n. ſ. icteris qui à ventre, poſt eos qui ab hepate,puto cõferre: ſecũdario vero eis qui ab hepate quando tumorem aut dolorem habet. In eis autem qui à ſplene,nihil prodeſt vẽtoſa: hepar.n. & vẽter

applicata

A applicata phrenibus, possunt euacuari per ventosam versus hypochondrium, propter continuitatem: splen aũt nullũ cõe habet cum phrenibus, sed multum ab eis distat. Nequaquã igitur oportet eos qui à splene ictheros curare ventosis. Mitigatis vero febribus, cerotum apponere, primum quidem cerã & resinam coquendo cum cyprino i. alcãna, & meliloto, & bdellium & ammoniacum miscendo. Ignita vero hypochondria nequaquã lædes & farinã hordei cũ floribus vitis albę & meliloto cataplasmans: coquere autem oportet melilotum in dulci, & terere cum farina, effundendo de ipso dulci: fit autem id & absque farina per panem mollem. Bibere autem oportet pharmaca in hac ægritudine, succum absinthij infundens in aqua cum nardo. Fortius aũt oportet coquere absinthium in aqua, & colatum dare ictericis: optimum.n. est pharmacũ siquis animose offerat, non attendens ad amaritudinem. Et nimirũ apparebit tibi magis dulce, quã amarũ, esse absinthiũ, amariora.n. noui hoc aristolochiam, gentianam, centaureã, & alia multa. Nępe & prętermittere quid iuuatiuum propter gustum, ingenerosum est: sicut & assumere quid nocuum propter delectationem, nefandum. Et nimirum patiuntur icterici quid inconueniens: amara enim eis apparent quæ sunt dulcia: vnde amaritudo quæ ineſt absinthio, à passione obtusa erit. Bonum autẽ est bibere ad icterum & hoc, Calaminthen: peristereonem, vocant aũt sacram herbam: acetosu-

B lam: lapathium acutum, quod est rubrum in stipite & frondibus, & stipes est quardangularis, plenus semine, radix vero eius est lutea: hoc autem per se comestum, & decoctio radicis bibita, cito iuuat. Iuuat autem & domesticum lapathium similiter: comedere autem oportet & de ea in prandio, & de decoctione radicum bibere. Nullo autem minus est anchusa, & silphium, & chamæpitys, & erythrodani radix, & rosmarinus, & vocatum hemionium, & subtilis aristolochia, & adiantum, & serpyllum, & hypericon, & struthion: horum enim singulum bibere licet coquendo in aqua vel cum vino: vel incisum permiscere cum melicrato, vel vino antiquo: vt plurimum vero pondus vniuscuiusq; est ʒ i. Bonum autem est & terere ipsa in aqua, vt in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene in icteris & sulfur cum ouo sorptum: & allia, assa & cruda comesta, & cæpæ, & raphanides: & melicratum per se est optimum, & cicerum decoctio, & cichorium cum vino, & caulis succus, & staphylini radices, & cornu cerui abrasum & in vino bibitum, & amygdalæ amaræ coctæ in ptisana, & petroselini & smyrnij molles radices, & anisum, & meu, & acorus, & radi-

ces de ponto odoriferæ, maximè autem asarum, & nardus: & solatri succus, & chamæmelũ, & mercurialis, & tamariscus. Hæc enim omnia sunt pharmaca ictericis purgatiua: & offerre ipsa * Al. amaracus.
oportet sicut ego cum multa experientia scripsi. Non autem in solis pharmacis faciebam curam,

C sed diætans quàm maxime: aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur. Optimum autem est post exurrectionem mane à somnis, tentare fricari moderate cum oleo puro. Coquatur autem in oleo saluia, vel amaricinum, vel artemisia, vel bacca lauri, vel chamæmelũ, vel iris, vel nardus, vel casia lignea, vel costus: expurgant enim prædicta colorationes, & sudores mouent. Deinde absterso suauiter, vt remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum vel malagma Amathonis, vel Polyarchi, vel alicuius talium, quæ primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum: & tecto hypochondrio, & superaccincto patiente, ad deambulationem oportet exire: modicum vero moto bibere de prędictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere: deinde ire ad balneum: & ibi prius moto & vocitante balneari cum aqua multa & calida, simul enim sudores sic conferunt: simul autem & pruritus cessant, & maxime si nitro & fæce vini vsta abstergatur cutis. In balneo autem & melicratum bibitum confert. Cibaria vero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermentati, & non multum puri, ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta vero, præsuccum gaziricum, vel byzanticum antiquum, & raphanides, & capparis cum oxymelite: & pisces mollium carnium, & petrini assi, & cum cocco cnidio & coriandro & anisо cocti, & ericio, & cum melicrato: hæc autem & vt pharmacum prosunt, ducentia ad vrinas. Quan-

D do autem & terrestris fuerit ericius, non oportet abstinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam: comedere autem salsuginosa, & bibere vinum album odoriferum. Neq; ab oleribus oportet abstinere, sed & horum proprie quàm maxime oportet sumere, quæ suauissime mouent mictionem: sunt autem talia, pastinaca, & cartamum, & struthij germina, & scandix idest endiuia, & cyminum, & sesamũm, & molles cardui, & fœniculus, & eryngij ra- * Al. sisarum.
dix, idest vitiale porrum, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & omnia talia: bonum est autem & origanum viride. Domesticorum vero olerum, aptissimum est caulis & orinibum eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cæpa hortẽsis, & germen sinapis, & tritio quæ est de semine eius & de allio. Carnium autem, sylvestres sunt meliores domesticis: & elixæ magis, quàm assę: appendant autem selini semen, & anęthi, & cymini. Domesticas vero assas oportet comedere, * Al. anisi.
quę sint iuuenescentium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderate carnosi fuerint. Fructuum vero vẽtosi quidem omnes non sunt apti, sed qui sunt viscеribus familiares, & vrinas prouocant, absque quod sint bene cibabiles. Dactylorum vero balani id est fructus, ita sunt diuretici, vt siquis virides comederit, sanguinosas vrinas copiose faciat. De tragematibus autem, frixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non valde antiqua. Et iuuenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauendo à repletione,

tione, ſicut & ab indigentia: ambæ. n. icterícis ſunt peſſimæ, repletio quídem, propter indigeſtiones, & eo ꝙ obſtruit hepar: indigentia vero, propterea ꝙ choleríciores oſtendit humores, & propter inanimoſitates quæ ſequuntur ægritudinem ſecundum multam neceſſitatem. Vbiq; igítur quod eſt moderatum eſt optimũ: hoc autem magis, vbi & exceſſus & defectus nocumentum non paucum infert, ſemel aut bis aſſumpti. Oportet autẽ & tardante ægritudine, peregrinationes tentare, & appenſiones, & equitationes, & in Sole nudari, & per ſe natis balneis vtí: maximum enim eſt ab vnoquoq; eorũ iuuamentum. Venerea vidí quoſdam quídem medicorum laudantes in hac ægritudine: manifeſtum autem eſt, ꝙ ſi quidem vtendum eſt eís, in vltímis declinationibus conpetunt. Melius vero eſt magis ſobríe díætarí in alijs, & in venereís: non enim poſſunt tãtum iuuare remiſſione & lætítia mentis, quantum nocent imbecillítate & infrigidatione corporis: vltra autem ꝙ infrigídant, triſtiores faciunt. Omnino autem bonum animum & manſuetudinem ſiſtunt, excitando quod contriſtat. Hæc quídem eſt díæta ictericorum. Scire autem oportet timendum eſſe, ſi hoc te faciente, & pharmacis & adinuentionibus, nihil ad melius addunt, ſed magis fiunt peiores habitíbus, hi quídem aquoſati, alij autẽ exiccati. Duę enim ſunt euerſiones malignæ & difficile tractabiles ſm ægritudinem: iccirco & alonge prohibere oportet, & obuíare eís, & obſiſtere, humidíores quídem, per purgationes quæ per díuretica, & labores, & ſolares ſtationes, & per ſudorum eductiones ſiccando: ſicciores vero, per bonam nutricationem humectando. Si autem quid remanet in vultu de íctero, quod fieri ſolet, effuſionibus quæ ad nares, oportet vtí. Fortiſſimum autem eſt ad hæc elaterium & cyclamini ſuccus permiſti cum lacte, vt non moleſtent repleto ore aqua: debilior autem eſt anagallis, & liclum, & nigella, non tamen ſunt inutilia. Eligat vero medicus quæ conueniunt ægritudini. Purgentur autem primo quídem mucilago, deínde cholera craſſa, ſicut vitellina. Licet autem his & poſt balneum vtí: citius enim euacuant, & ſimul balneum conſolatur, & eſt minus mordax. Et hæc eſt cura ictericorum.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE CVRA LAPIDIS

CENSVRA

Vtilia etiam & hæc eſſe poſſunt, quæ hic Arabs ſcripſit, ſi cum iudicio legantur.



Anon quem ſcripſit Alguazir Albuleízor filius Abumelech Filuzer Imperatori Saracenorũ Anly filio Ioſeph filij Reſaphin de curatione lapidis. Accidentia à quibus cõuenientius eſt cauere, & à quorũ tractatione cautela eſt adhibenda, ſunt dolores, propter timorem, qui eſt in eis: debilior nãq; eorũ ꝑſternit virtutẽ, & ſoluit inter hoiem & inter ſuas ſalutes. Et ipſi quidẽ non ſunt ſicut accidẽtia, in quorũ curatione interuenit latitudo. Et ego iã multoties eo præſente dixi, ꝙ hoc accidẽs eſt ſicut inimicus. Et oportet licet det ĩducias, vt abſcindat in ipſis ſuis inducijs, propter ſuam debilitatem in reſiſtendo: & nõ ſit contẽtus in debilitãdo ipſum, ſed abſcindat ipſum cũ eo ꝙ acquirit ei vires, aut ꝓparationẽ. Et canon conferens in ſegregatione cauſæ hmõi accidentis, per cuius aſſiduationem confido ꝙ ſecurabitur ab eo, eſt iſte. Dũ tẽpus ęſtatis perſeuerat vſq; quo pertranſeat plurimũ tẽporis autũni, & deſcẽdat pluuia multa, tũc acceptio ʒ j ʒ de ſyrupo acetoſo, facto cũ aceto expreſſionis vuę purę: & medietatis eius de ſyrupo violato cũ ʒ v aquę, in qua bullierint cortices radicũ fœniculi ʒ i ʒ, & cubebæ cõtritæ ʒ i, donec cõſumpta ſit aquæ pars quinta, & colata, eſt conuenienter: ſumat hoc omnibus modis in oĩbus xv diebus. Et acceptio aquæ ciceris ſecũdũ quod dixi, eſt bona & benedicta. Et ſi inueniatur aqua, & miſceat cũ ea in decoctione eius acetũ, quod deſtruat ipſius calidita tẽ, & roboret eius inciſionẽ, & ipſius abſterſionẽ: & ad vltimũ qñ inuenit in acuitate cõplexionis, exquirat ſtudium in infrigidando: ſumat hũc ſyrupũ, ſiue medicinas decoctas in aqua quã narraui, & vtatur ſyrupo endiuiæ, & ſyrupo acetoſo, & ſyrupo nenufaris. Et ponatur in oĩbus tpíbus in aquã cibariorũ factorũ ei aqua ciceris nigri, niſi apud vehementiã caliditatis aeris: decoquatur ergo cũ aceto quod decoquatur cũ aqua ciceris, & ſit cũ aceto cucurbita: verũ in cibarijs de cucurbita multiplicetur oríganũ. Qñ ergo aduenerit autũnus (& nõ intelligo per autũnũ illud de quo abſolute dr̃ hoc nomen, qm̃ tota autũni natura eſt ex natura tpis æſtatis, ſed volo per ipſum qñ cõplectit cõplexio aeris gradatim ad frigus, & aſſociat ad illud vt humectet aer per deſcenſionẽ pluuiæ) ſumat de cõfectione quã feci ei nũc quatuor drachmas cũ decoctione ciceris nigri, cõdita cũ ſale & pauco piperis, die vna, & interpolet diẽ, quatuor vicibus, aut quaſi illis. Qñ ergo vehemens

fit frigus

A fit frigus aeris & figitur hyems, accipiat de theriaca magna oĩbus decẽ diebus aut quasi illis ʒ i, cũ tanta aqua calefacta, quãtã capit os semel, pmisto ei de syrupo de corticibus citri. Et quãdo possibile est vt vtatur cibario facto ex olere vrticæ, fiat ei cibarium olerum, decoctũ factũ cũ carne hœdi, quod sumat in principio suæ comestionis. Hoc regimen sufficit ad auferendas causas hmõi accidentis. Et de illis quę oportet ipsum in cibo sumere, est lepus, postquã cõfirmatur hyems, & defectus pluuiæ: & in vere die aliquo in diebus. At vero adolescens est multo melior quã aries binus in istis duobus tpibus propríe. Et de illis, quibus oportet conseruari sanitas ab oĩbus accidentibus, quę de proprietate caloris est vt faciat accidere, aut vt accidant causa eius in tempore autũni, est vt sumat in mense Maij circa finem eius, & in principio Iunij, istud: Hordei ex corticati & contriti, & florũ nenufaris, & oculorum vaccę mundatorum ex suis interioribus, omnium añ ʒ viij: seminis scariolę, & volubilis exiccatę, & medullę seminis croci hortulani, & medullę seminis melonis, omnium ana drach. iiij: florum violarũ, & capill. veneris, corticum radicis apij recentis, omniũ ana drach. ij: rhu barbari electi recentis, quartam ʒ vnius: terantur quæ sunt terẽda, & infundãtur omnia nocte vna in mensura libręaquę feruentis, & in mane ponantur super ignẽ leuem: qñ q̃ in ceperint bullire, confricentur manibus calida, & colentur: & cõfricẽtur manibus in colatura de cõ B dito rosato ex saccharo drach. xij, & de medulla casiæ fistulæ mundatę à suis interioribus & suis tunicis drach. iiij: & coletur, & misceatur cum eo tertia ʒ de syrupo iuleb, ex saccharo: & sumatur mane alto: & quiescat die assumptiõis eius, & secũda. Illud vero quod aufert esse lapidis, & eius prohibet generationẽ, est esse contentũ in cibo, pane fermẽtato spongioso, cuius farina molita fuit in proximo, cum auibus laudabilibus, sicut pullis, & perdicibus, & interpolatione lepore, & asparago, quando possibile est: & cibariũ olerũ ex vrticis, & sicla est benedictũ. Et nõ repleat comestione multũ, immo dimittat de saturitate sua parũ: & nõ laboret post comestionem penitus. Et si est necessarium vt frangat illud quod generatũ est ex eo, & extrahat illud, sumat de hac confectione,

Recipe corticũ radicũ asparagi exiccatarũ, & corticũ radicum fœniculi exiccatarũ, & polij, & scolopendrię, & cubebę, omnium ana ʒ v: ebeni, & gũmi prunorum, & lapidis iudaici contriti super cotem, & casię, & cyperi de harach, & bdellij varij, & ammeos, oĩum ana ʒ ij: terãtur singulariter, & cribellentur, & conficiant cũ syrupo de saccharo: & sumatur ex ea ex tribus ʒ vsq; ad illud quod est quasi illud, cum aqua calida in qua bullitum fuerit parum fœniculi. Et silr ad ventositatem, & dolorem lapidis, & dolorem capitis, & strictũrã anhelitus, & dolorem brachiorum cõfert ei. Ad ventositatem sufficit regimen quod ego pręcepi ad prohibendã eorum generationem penitus.

C Ea vero ex quibus generantur sunt permistio in cibo, & intromissio cibi super reliduum cibi, & labor post comestionem. Illud autẽ quo est vtendũ apud vehementiã doloris, nã dolor prędictus nõ accidit nisi à gñatione lapidis stãtis in aliquo meatuum vrinę, & quod ego determinaui ei, prohibet eius generationẽ, si ei alligetur ita, vt de eo nunquã cõqueratur: & nõ accidit aliquid ex eo, si alligato ceciderit iteratio mundificationis renum: veruntamẽ nõ est possibile, nisi imperiũ mandati auditur administratum in hmõi dispositionẽ, & est istud. Rec. fœnugręci ʒ iiij: seminis apij, seminis dauci, amborũ ana duas tertias ʒ i: bulliat totũ in ʒ vij aquę, donec redeat ad medietatẽ: deide confricetur manibus, donec aliquantulum viscosum fiat: & in colato fricetur manibus de condito violato ex saccharo ʒ i ℈, fricatione vltima, & coletur: & sorbeatur in hyeme super medietatem ʒ i de theriaca magna, & in æstate & suo simili de temporibus aereis calidi, sine theriaca penitus. Et vaporetur locus totus cũ hoc: Olei anethini ʒ iij sumantur, in quo liquefiat adipis gallinæ ʒ i: demũ submergatur in eo lana succida, & vaporetur cũ ea tepefacta locus multis vicibus post potum medicinę præcedentis: demum administretur sternutatorium bis vel quater. Dolor vero capitis qñ inuenitur, tũc si fuerint in tẽpore caloris, sumat istud quod narro: Conditi rosati ex saccharo ʒ xij, medullæ casiæ fistulæ mundatæ à suis interioribus & à suis tunicis drach. vi: fricentur ambo in D ʒ v aquę calidę, & colentur: & addatur colato syrupi violati de saccharo ʒ i ℈: sumatur in mane, & vngantur frons & anterior pars capitis cũ oleo rosato, concusso cum tertia parte sui ex aceto forti, & infrigidetur: & sit effusio eius super caput cum vase stricti oris ab altitudine mensuræ palmi, quoniam est melius & velocioris iuuamenti. Si autem accidat in tempore frigoris, sumant hanc medicinã: Agarici vehementis albedinis drach. i & tertia, raued seni drach. i: terãtur ambo, & cõficiãtur cũ syrupo acetoso de saccharo: & sumat super illa duo, istud quod ego narro: Casię contritę, & anisi, vniuscuiusq; drach. i: ferueant cũ ʒ vi aquę, donec consumatur ex ea mensura tertiæ, & coletur: & misceatur in ea syrupi acetosi ʒ i ℈, & sorbeatur. Et bulliant chamæmeli & meliloti vniuscuiusq; ma. iiij, in aqua quæ cooperiat ea donec vehemens fiat eius calefactio: demum inclinentur frons & tempora super illum vaporem ascendentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in eã pannus lenis, & vaporetur cum eo vbi inuenitur dolor in capite. Strictura vero anhelitus nõ est causa nisi additio carnis, & dimissio exercitij in ieiuno, & cõseruatione illius eleuatur. Illud vero quod accidit de dolore brachijs & membris, inũgantur quando inuenitur illud, cum oleo anethino, quoniam destruet illud.

Ad Lapidem.

Et est ei iterum descriptio Suffus ad Lapidẽ. Rec. gũmi prunorũ, & cubebę, & lapidis iudaici,

ana

añ.drach.iiij: corticis radicis aſparagi,& ebeni,añ.drach.ij: ſeminis dauci,drach.f: teranť,& cribel E
lẽtur,& adiũgatur ei media ʒ ſacchari: & bibatur de eo omni die ex drach.ij vſqʒ ad circuitũ eius, cum aqua in qua miſceatur ſyrupus acetoſus. Et ſit cibus tafea ex lepore,aut fœniculum, & cibarium olericum ex vrticis. Et eſt ei deſcriptio infuſionis illa ad illud. Recipe corticum radicum apij,corticum radicum fœniculi,ana drach.ij: corticum radicum aſparagi, drach.iiij, rubię tincto rum drach.i: terantur omnia,& bulliant in vi ʒ aquæ,donec minuatur medietas eius, & coletur: & miſceatur cum ea de ſyrupo acetoſo ſcillitico ʒ i f,& bibatur.

Ad Lapidem in Veſica.

Valet lapidi in veſica,i.frangit illum in veſica,hoc modo. Accipe cortices radicum petroſelini, fœniculi,ſemina eorũ,milium Solis,ſemen maluæ & maluauiſci, fœnigræci: omnia vniuerſaliter habere poteris: & bulliant in aqua,& colabis. In parte iſtius colaturæ pones ʒ j prædicti olei: & to tum tepidum dabis ad bibendum,ſiue in balneo: & hoc ieiuno ſtomacho poſt aliquam horã poſt cibum: & hoc frequenter,quouſqʒ totũ lapidem emittat. Veruntamen ſi fuerit iuuenis,& ſiccus, aut macilẽtus,& in æſtate,dabis ei cũ decoctione ſeminis melonis,citruli,cucumeris & cucurbitæ, lactucæ ſeminis,maluę vel maluauiſci,omniũ ęqualiter. Valet ęgritudinibus veſicę qñ impeditur vrina ex humore frigido oppilante collũ veſicæ: quod percipies,qñ non ſentit calorem circa par- F
tes illas,nec ardorem in vrina: & ꝙ calidis iuuatur,& frigidis lędítur: & qñ ſentit frigiditatem circa pectinem,certior eris. Item quando ſanies vulnerata,vel ſanguis congelatus eſt in veſica,dabis cum aqua mellis: ſed caue ne vulnera recentia ſint in renibus: de antiquis ne timeas.

Ad Incontinentiam Vrinæ.

Item ſi vrina præter voluntatem emittatur,da ad bibendum de vino, vbi decocta ſint ruta, caſtorium,cupulę glandium,ſemen myrti,& thus: iſta eadem facias ſi mingat lente, partes illas frequenter vngens. Prouocat vrinam ex humoribus frigidis,vel ſanie, vel ſanguine congelato,aut lapide in collo veſicę, meatus vrinales aut ipſum collum veſicæ oppilantibus: vniuerſa curabit, ſicut ſcriptum eſt. Item valet doloribus frigidis,paſſionibus auriũ frigidis. Valet paralyſi,tremori membrorum,& torturæ oris bibitũ: debes vngere membrum leſum in his tribus prędictis paſſionibus,ſed primo & pręcipue principia membrorũ patientium, ſ.occipitium, & totam ſpinam dorſi frequenter. Sed in paralyſi,non in principio,ſed poſt iiij vel quinque dies: tunc preſumitur, ꝙ humores non ſint ſuperflui. Verum in paralyſi ſanguinea nequaquã fiat niſi in declinatione: & tunc cum cautela,ne ſanguis aduratur,& febricitet infirmus,& periclitetur: in alijs duabus in ip ſo principio vſque ad finem. Aut bibitur in hunc modum. Mentam, ſaluiam,calaminthen,nu- G
cem muſcatam,galangam,facies bullire cum pingui gallina: & in ipſa bullitione pone de oleo: ſi copiam non habes olei,ad medietatem ponas olei cõis. Poſtea de illo iure bibe ieiunus: & differas prandium per duas horas: deinde ipſam gallinam comedas cum ſuo iure: ſi tantam copiam non habes olei,in parte illius iuris ſi quod habueris facias bullire,& haurias. Prędicta diſciplina poteris cum piſcibus vti,addens cum prædictis herbis & ſpeciebus origanum & pulegium: ſi etiam piſcem eo vnctum aſſaueris,vtile erit. Item hoc idem oleum cum aceto calido ſumat in ore qui patitur torturam oris vel paralyſin & colluat os frequenter: maximum enim conſequitur iuuamentum. Valet etiam iſchiadicæ paſſioni,quando frequenter locus leſus vngitur,& per clyſtere mitti tur. Valet etiam podagricis,& arthriticis,ex frigida cauſa, cum quo fiat frequens inũctio pedum vel articulorum,addito modico aceti calefacti,& poſtea in fine ęgritudinis ſine aceto. Valet dolo ri dorſi emplaſtrum ex eo: & ammoniacum in eo diſſoluitur,& dorſum emplaſtretur cum eo: hoc etiam emplaſtrum apoſtema ſplenis & eius duritiem diſſoluit modico ſpacio temporis,& omnes duritias, & omnia apoſtemata dura. Iniectum naribus, valet epilepſiæ: & quando epilepticus cadit, deſtilla in aures eius cum penna aliquas guttas, & apprehende nares cum manu tua,& agita caput,& ſi agitatur,ſinatur poſt vnam horam: in tempore interpolationis iniectum, multum H
confert. Valet oppilationi narium, quãdo nares oppilantur ex frigido humore,quod intelligas per abſentiam caloris: & ipſe infirmus ſentit nares frigere, & aſſerit iſtud ſibi acceſſiſſe. Et calefacit cerebrum quando ex eo vngis pollicem,fricans palatum, vel coronam & tempora eo inungis, aut cum cibo ſumis,aut cum iure parum ex eo vſque ad ij drach.bibas. Valet contra obliuionem, i.delet eam,quando tu radis occipitium,& vngis frequenter illud: & etiam ſumptum per os,ſiue in cibo,ſiue in vino,in quo bulliat caſtorium & ſaluia & olibanum. Iſta frequentare debes quouſque iuuamentum ſentias: & hoc intelligas in omnibus operationibus iſtius olei. Et ſedat dolorẽ dentium,quando eſt ex frigido humore,vel ex frigiditate cuiuslibet rei: & inungendo dentes vel gingiuas eo,parum calefacit. Et iniectum in matricem prouocat menſtrua, quando in matricem cum peſſario immittitur,prius ad ignem calefactum. Aperit orificia venarum, ſumptum ſcilicet per os,ſicut ſuperius diximus. Et diſſoluit ſanguinem congelatum in ſtomacho & in veſica,quando ſumitur ſicut diximus,vbi locuti ſumus qualiter iuuat renes,& ſoluit vrinam,& frangit lapidẽ in veſica. Valet anheloſis ex frigidis humoribus in pulmone contentis, ſumptum cum decoctio ne hyſſopi & ficuum ſiccarum & liquiritiæ,aut alicuius iſtorum ad pondus drachmarum duarum ieiuno ſtomacho.

Galeno

GALENO ASCRIPTA QVAESITA IN HIPPOCRATEM

CENSVRA

Ex Prognoſticorum & Aphoriſmorum commentarijs, ſed ieiune pleraq; deſumpta ſunt.



B QVid ſignificat tenuis & pallida vrina? nempe incoctam ſubſtantiam, colore concoctã, imbecillitatem q̃ naturæ: colore nanq;, quòd facilem concoctu concoxit: non vtiq; ſubſtantia, q̃ ſit collatu difficilis. Quòd ſi ita diu feretur, à periculo immunis perdurare homo non potuerit, quoad morbus concoquatur: admodum nanq; tenuis vrina pernicioſam ſignificat cruditatem, quatenus calor quod tenuium partium eſt, depaſcitur. Quid ſignificat tenue & fuluum? nempe tenue ſubſtãtia, & fuluum colore, melius eſt pallido: ſed tamen ſubſtantia inconcocta. Quid ſignificat rufa vrina? nempe inconcoctionem, non interitum: ſed non tam cito concoquitur, eſt nanq; ex ſanguine putrido, qui nec dum perfectam accepit concoctionem, nec etiam ſuum colorem: ob hoc morbum ſignificat diuturniorem. In continuis autem febribus vi multa ſanguinis excitatis excernitur vrina rufa & craſſa cum hypoſtaſi rufa: manifeſtum q̃ ex colore & profuſionis ſubſtãtia quod aſſiſtit incoctũ eſſe: ægritudinis certe incoctæ vrina flaua quidem colore, ſubſtantia vero tenuis. Quid ſignificat tenue mictum, & foris turbulentum? vtique inconcoctum ex circunfluentia craſſi flatus: ſignificat vero naturam incepiſſe concoquere. Quid ſignificat craſſa mictura & permanens craſſa? talis mictura ita permanens eſt vt iumentorum: pubeſcere ac vigere ſignificat craſſos humores & ſpiC ritus vt feruorem. In his capitis dolor aut iam præſtò eſt, aut mox affuturus, propter perturbationem, ac fumidas exhalationes, quæ ſunt in humoribus. Quid ſignificat craſſum emictum, & dein de perdurans? quieſcere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari: moderatã enim ſignificat quantitatem: hinc diſcernendi eſſe principium. Quid ſignificat mictum tenue, & idem perdurans? extremam inconcoctionem id ſignificat: nam ſi natura ad concoctionem inclinare tentaſſet, neutiquam tale excreuiſſet. Hoc autem ſit aut virium imbecillitate, aut obſtructione oppilatione q̃, aut ob ægritudinis longitudinem. Nam quoniã longa quartana eſt, in principio ob multitudinem & materiæ difficultatem, vrina directu difficilis tenuis mingitur: verum tenuis mingitur ob oppilationem iecoris, aut renum: cæterum ex loci dolore dignoſcitur. Mingitur ſanè tenuis & alba etiam in æſtuoſis febribus, quæ cauſi nominantur: ſignificat q̃ amentiam imminere. Cauſus nanq; febris, copiam ſignificat bilis: at diuturna vrina non eſt: manifeſtum q̃ facit in vaſis bilem non manere, ſed ſua ad cerebrum euoluí ac volitare leuitate: ac ſi amens non ſit, hinc noris fore: quòd ſi iam eſt, mingit q̃ tenuem & albam cum intercluſa febri, mortem proximam fore prædicito: neque enim cerebri vires ſuſtinebunt per febrim æſtuoſam immiſſæ bilis acorem & diſcerptionem putreſcẽtis. Vnde nam oleoſæ gignuntur vrinæ? Conſueuit febris primo quidem D pingue liquefacere, deinde carnem, poſtremo ſolida exurit corpora: pingui ergo exuſto, oleoſæ excernuntur vrinæ: ſenſim autem eliqueſcit pinguedo: inde principium habet, & aſcenſum, & vigorem. In principio itaq; colliquefactionis oleoſi coloris vrinas facit, vt ambiguum ſit aquoſę ne ſint an oleoſæ. At in aſcenſu oleum eſſe apparet, vt olei miſtionem iam habere videatur. Verum in vigore iam tam colore q̃ ſubſtãtia oleum eſſe dixeris: Id q̃ renum eſt duntaxat, aut totius corporis: ac ſi renum ſit duntaxat, aceruatim huiuſmodi excernitur multitudo, cum multo caloris ſenſu circa renes: ſin totius corporis, pedetentim ſumit incrementum. Quid ſignificant eruoſæ hypoſtaſes? cum iam depaſta pinguitudo eſt, & reliqua eliqueſcit caro, etiã eruoſas in vrinis excernit hypoſtaſes. Cæterum aut renum eſt, aut totius corporis: ac ſi ex renibus fuerit, vrina etiam concocta eſt, & eruoſas excernit hypoſtaſes: ſi cruda, totius corporis eſt malum. Quid ſignificant furfuraceæ hypoſtaſes? cum febris depaſta fuerit pinguedinem ad vaſorum profundum in putrefactione, tum tales euadunt, anguſtiores folioſis, eis tamen craſſiores excernuntur quandoq; ex veſica: at ſi febris affuerit, totius corporis eſt malum: ſin minus, veſicæ ſolius. Ac ſi vrina fuerit inconcocta, morbus totius eſt corporis: ſin concocta, ſolius veſicæ: verum locum ſuum obtinet dolor. Quid pronunciant folioſæ? cum ſolida oblangueſcunt, primo nanq; multum abraduntur: ac ſi

cum febri, vniuersum afflígitur corpus: sin secus, sola vesica. Ex vesica quidem sunt concoctæ: ex E
toto autem corpore, crudæ. Quid portendunt in vrinis hypostases crimnodes, ideſt farinæ crassiori similes? cum febris profundum vasorum comprehenderit, & maiorem latitudinem assumpserit, & longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, vocantur q3 crimnodes. Cæterum crimna duo significant: aut enim sanguinis torridam vim pronunciant, aut solidorum corporum validam colliquefactionem: Ac si alba sit hypostasis, solidorum est corporum languor: sin rufa, id à sanguine est. Quid significat grauiter olens? tabem, & naturæ futurã extinctionem. Quid atrę significant vrinæ? cunctæ profecto hæ & crassæ omnino sunt & pernicioſæ. Rarissime, aut prorsus nunquam atra inuenitur tenuis vrina. Nigrum certe corpus aut propter tostum efficitur sanguinem, aut ob totius corporis refrigerationem, aut melancholico humore purgato. Trinę itaq3 hæ sunt differentiæ, quæ crassissimas obtinent substantias: ac crassæ inueniãtur atræ vrinæ, necesse est. In acutis profecto ægritudinibus pernicioſa vt plurimum atra vrina est. Cum male olens, & hypostasis atra fuerit, in ægritudinem acutam lapsum talem vrinam emingentem, non mori impossibile est. Si sublatio sit atra, minus malum: similiter si nebulam, vel subnebulam habeat similem, mitius est malum. Siquidem atrum quandoq3 frigiditatem ostendit, quandoq3 caliditatẽ, seu quoquo modo vim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem F
obtinet. Si fuluum antecesserit, inde in atrum conuertatur, tostum ex nimio calore ostẽdit sanguinem atrum euasisse. Nos vtiq3 ne prætereat, quartana & melancholica dissoluta amentia, atras excerni vrinas & crassas: lienosi nanq3 tales frequenter emingunt, cum languens ita lien apparet: nullam nanq3 digestionem & apparitionem intendit in redundantiã melancholicam. At nos ista pernicioſa esse pronunciamus in acutis ægritudinibus: cùm tam viris q3 fœminis atræ vrinæ existunt, esse pessimas: at infantibus, si aquosæ. Minus vero erunt pernicioſæ atræ vrinæ lienem habentium inualidum: ac nõ ex ęstuatione, at ex frigiditate, atratus liuescit quodam modo sanguis, sicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refusione.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE HVMORIBVS

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

QVod in mundo elementum, hoc in animalibus humor: sicuti sanè & in tempore tempestas: non absolutam omnino identitatem vel similitudinem habentia: sed éadem quidem actiuis & passiuis qualitatibus, quibus ea habent ipsum esse, componẽtia q3 sunt & principia eorum quæ sunt in nobis: differentia vero inter se tum multis alijs, tum ipsis etiam nominibus. Etenim elementa (ex quibus mundus) aer, ignis, aqua, & terra: Tempestates (per quas tempus) ver, æstas, hyems, & autumnus: Humores, bilis, sanguis, pituita, & atra: ex quibus animalia H
constituta sunt, & homo. Humiditate autẽ omnia contemperata sunt, caliditate, siccitate, & frigiditate. Sanguis enim & aer, & sanè ipsum etiam ver, humida & calida. Bilium, quæ flaua est, & æstas, & ignis, calida & sicca: Atra, & terra, & autumnus, sicca & frigida: Pituita, & aqua, hyems q3 etiam, frigida & humida. Vniuntur autem & inter se mutuo humor, elementum, & tempestas, distant q3. Aer enim & ignis, siccitate & humiditate differunt, caliditate vniuntur. Ignis & terra, frigiditate & caliditate discrepant: sicca vero omnino ambo. Sicuti terra, & aqua, frigida: distant autem siccitate & humiditate. Aqua etiam & aer humida quidem sunt, caliditate autem & siccitate differunt. Ita etiam humores & tempestates inter se constant, & distant: ac mixtionem illam φίλεχθρον quam vocant, hoc est ex amore & odio conflatam, perficiunt. Verum elementa quidem éadem omnino sunt, & in eodem singula manent loco: transmutatione q3 mutua permansionem habent, proportionali q3 nutrimento, quippe quæ, prouisoria quadam ratione, nutriantur. Eodem etiam modo tempestas motibus Solis ad Notum & Borream, & fit & dicitur. At humores non eodem modo, nec ijdem penitus sunt: sed inter se differunt loco, colore, consistentia, & qualitate. Ac transmutari quidẽ necesse est

inter

A inter se humores, sicuti etiam elementa inuicem transmutantur: non semper tamẽ eundem transmutationis modum seruare, nec æqualiter ipsos augeri, necesse est: sed non nullis quidem à terreo in aqueum ordine quodam, & ab illo in aereum, à quo in igneum fit transmutatio: non nullis vero inordinate à pituita in flauam, & à sanguine in atram. Testimonia autem huius rationis sunt, terreus sanguis & atribilarius, salsa pituita, quæ proxima est bili sfatodi, facile q3 in eam transmutatur. Conspicitur autem & pituitosa bilis & mucosa, & sanguis eiusmodi, veluti nimirum in hyderis & cachecticis: sicuti etiam sanè in calidioribus & siccioribus, impermista flaua: atque si ij ipsi non concoxerint, porracea euomi & deiici cõspicitur. Ordine itaq3 transmutationũ ordo quoq3 exuperationis progreditur: contrarium vero, ijs quæ secundum ipsum transmutantur. Augetur autem in alio atque alio alius atque alius subinde humor, temperamento, hora, regione, ætate, & victus ratione generascens: sicuti in omnibus omnes ordinatis circuitibus & suis ipsorum tempestatibus generascẽtes, & incrementũ habentes. Æstate enim augetur Amara bilis, ætate quoq3 & temperamento & victus ratione eiusmodi, adhuc q3 etiam externis rebus: nam & curæ, & iracundiæ, & tristitiæ, & labores, & exercitationes, & vigiliæ, & inediæ, & indigentiæ, largiorem flauæ bilis humorem congerunt: Sicuti sanè somni, & aquę potiones, & marinorum humidiorũ q3 B omnium, & crassorum & viscosorum esus, Pituitosum: Carnes vero, & volucrium pulpę, & oua, & concoctu facilia omnia, & bono succo prædita, Sanguineum: nisi forte aliquando proprietas aliqua oblatum cibum inuertat: Similiter quoque & Atribilarium. Quin & complicate quoq3, prout etiam complicatis vtimur alimentis, & consentanea sequuntur. Augetur autem adolescẽti quidem Sanguis quare & gratiosi ij sunt, insane q3 ad ludẽdum animati: Bilis vero iuueni, iracundum ipsum, & animosum, & amarum reddens: Declinanti autem, Atra pessimus hic humor, & quocunque impetum fecerit, difficilis contentu, difficilis q3 permutatu existens: ac subdolam suã ipsius ætatem, mali q3 memorem, ac quoquo modo difficulter corrigibilem efficiens. Est autem & seni Pituita: segnis ipsa ętas, & obliuiosa, & comatosa, humida enim & frigida: sicuti declinans, sicca & frigida: & adolescens, calida & humida: & iuuenum, ea quæ est humoris proportione respondentis & vincentis. Loci vero ipsorum tum generationis, tum permansionis, tum motionis: Sanguinis quidem iecur, venæ, & ambæ nares: Flauæ vero, vesica ipsa propria, & circa iecur, & per aures, quod & conspicitur: Pituitæ autem, stomachus, & lumbi, & per os: sicuti Atræ, sub iecur & lienem, & per oculos, vt dicitur. Color vero ipsorum: Sanguinis quidem, ruber: Pituitæ autem, albus: Flauæ vero species septem: nam alia quidem est flaua, quę & elemẽtaris dicitur: C alia, pallida: alia, rubra: alia, porracea: alia, vitellina: alia, æruginosa: alia, sfatodes. Atræ autẽ, oleosus color peculiaris, & hic, qui μέλαινα idest atra dicitur. Est autem & gustui Sanguis, dulcis: amara, Flaua: acida, atra: pituita vero qualitatis quidem expers primo, postea salsa, postea acida, ac præterea dulcis. Sunt autem Atrę, quatuor differentię: nam alia est à fęce sanguinis, alia ex superassatione flauæ, alia bituminosa, quòd bituminis instar splendeat: alia autem * *

Ex his autem Sanguis & Pituita, & Atra, crassa sunt consistentia. Tenuis, & leuis, & sursum tendens, Flaua: sicuti alij duo humores, graues. Sanguis vero medium tenet, quòd caliditatis sit particeps. Videtur autem charactere obsignari sanitas, horum æqualitate & symmetria. Deficientibus vero his vel redundantibus præter modum, vel quantitate, vel qualitate, vel locorum mutatione, vel complexu inordinato, vel putredine vitiatis, morbi contingunt. Sicuti etiã dicitur morbos accidere humorum ametria: Quemadmodum etiam sanitatem reuerti ablatione, & adiectione, & tenuitate, & crassitudine humorum, & breuiter eucrasia & symmetria ipsorum. At in sexto Epidemiorum ab Hippocrate optime dicitur, ‖ Humores, hos quidem expellere, hos vero exicare, hos vero imponere, tenuare, incrassare, contemperare, partim quidem sic, partim vero non. Pro affectuum enim causa, remediorum sequelam comparant. Oportet autem vt humores exqui D site sint tum qualitate temperati, tum quantitate æquales, vt & sanitas præsens permaneat, & absens reuertatur: vnde etiam denominationem sortiti sunt, vt qui χυμοὶ παρὰ τὸ χεῖσθαι ἅμα, idest liquores à liquescendo simul dicantur. Manifestum enim est, si hoc sit sanitas, id quod non eiusmodi est, morbum vtique esse, sicut etiam ostensum est. Quoniam vero morbus genus, in diuersas species diuiditur, necesse est differentias à quibusdam differentibus causis prouenire. Causæ vero, humores & symptomata, hæc quidem, extrinsecus superuenientibus: hi vero, incrementis & decrementis, & ætatibus, & tempestatibus, & victus rationibus, & temperamentis permutati, vt prius dictum est. Hoc autem & Hippocrates significare videtur, ‖ alios in alia hora florere dominari q3 in corporibus humores asserens, colores q3 differentes esse dicens corporibus pro exuperantia eorum humorum, qui in temperamento dominantur: Morbos q3 pro redundantis humoris natura gigni solere. Quin & in procœmio libri de Humoribus, Color (ait) humorum, vbi non est eorum turbatio, sicuti florum. Pro exuperantia enim humorum, solet in ætatum successione hominibus immutari: Sicuti sanè & mores animi: moratum enim animum faciunt humores. Ac sanguis quidem hilariorem reddit: Flaua, iracũdiorem, vel audaciorem, vel terribiliorem, vel etiam vtrunque: Pituita, pigriorem & stupidiorem: Atra, iracundiorem & impudentiorem.

« 6. Epid. com. 2. t. 2. 3a. 160. f

Lib. de Humo. com. 2. t. 26.

Immutantur autem animi mores & in morbis ad ſpeciem redundantis humoris, vt in vacillatio- E
nibus. Quæcunque enim ipſarum à Sanguine fiunt, cum cantu accidunt & riſu. Quæcunque ve
A 6. Aph. 53. Ext. or. 53. a ro à Flaua, audaciores & amariores: ob id etiam Hippocrates dicit, [a]‖ Quę cum riſu fiunt delipien »
tiæ, ſecuriores: quæ vero cum ſtudio, periculoſiores: ſtudium, audaciam intelligens. Quæcunque »
vero ab Atra, toruiores, & taciturniores, & fixiores. Quæcunque autem à Pituita, nugatoriæ, &
B 1. Epi. cō. 3. t. 19. 3ª. 121. e C 3. Epi. cō. 2. t. 1. 3ª. 135. c D 3. Epi. cō. 3. t. 85. 3ª. 151. c E 3. Epi. cō. 1. t. 2. 3ª. 127. c F 2 li. de Nat. huma. t. 1. 7ª. 181. e G In principio libri. inſtabiles. Et alicubi ipſe teſtatur, qui in primo Epidemiorum ait, [b]‖ Silenum quidem cum cātu & riſu vacillaſſe: In [c]‖ Philiſtē vero in tertia Epidemia audacem fuiſſe vacillationem: vehemēter enim inſaniuit (inquit) circa meridiem: Flaua enim erat morbi occaſio. [d]‖ Mulierem autem, quæ Cyzici gemellas filias difficulter pepererat, inſaniuiſſe ait, vacillationis vero ſpeciem tetricam fuiſ ſe ac mœſtam: tacita enim erat mulier, ac neminem auſcultans: Atra autem, erat cauſa morbi. [e]‖ Pithionem vero, qui propter Telluris ædem habitabat, nugacem factum eſſe inſanum: Pituito ſa autē illi erat ipſa occaſio paſſionis. Poſt hæc oportet, vt, qui morborū varietates curaturus ſit, eorum cauſas præcognoſcat. [f]‖ Si enim quis (vt Hippocrates ait) cauſam morbi nouerit, poterit ſanè conferentia adhibere corpori, ex contrarijs morbo obſiſtens. Et in primo de morbis: [g]‖ Qui »
de ſanatione vult recte & interrogare, & interroganti reſpondere, recte q3 contradicere, eum hæc »
animaduertere oportet. Primum quidem à quibus omnes morbi omnibus fiant &c. Noſcuntur F »
igitur morborum occaſiones, primum quidem ab ætate. nam ſi ægrotans ſit adoleſcens, præcipue ſanè à ſanguine ægrotabit, ſicuti tum ſuperius oſtenſum eſt, tum deinceps quoque oſtendetur. Secundo ab horis: ſi enim vernalis fuerit hora, ſanguis præcipue eſt, qui moleſtat. Tertio à victus ratione: nam eſculentorum & poculentorum aliud alium humorem procreat: & vinolentias & edacitates, ſanguineæ affectiones inſequuntur. Sic agnouit Hippocrates: [h]‖ Silenū, ex potu edo-
H 1. Epi. cō. 3. t. 19 3ª. 121. c I 5. Epid. hiſtoria prima. ctus ipſum ægrotaſſe: & [i]‖ olitoris vxorem, ſuborta illi menſium ſuppreſſione, nimis enim lar-
giter cibis ſe repleuerat. Quarto à regione: ſiquidem calida calidiores paſſiones inuehit. Quinto ab exanthematis: nam rubra & rotunda, ſanguinea: lata, pituitoſa: & alio modo alia, vt in Apho-
K 3. Apho. 21. Ext. ord. 24. c riſmis oſtendit. [k]‖ Sudamina vere & æſtate euenire inquiens, tanquam à ſanguine & bile exiſten-
tia. Et ſanè etiam à colore, ſicuti humoris exuperantia, ſic & morbi, dignoſcitur. Eſt autem hæc ipſa, nihil minus quàm maximę dignotiones, exquiſitiſſima: ac à Diogene alijs q3 eius ſeculi ſapientibus tanquam diuinatrix quædam iudicata eſt. Multum enim viri illi de coloribus ſermonem fecerunt: qui eorum differentijs morbos etiam partiuntur, rubicolores q3, ſanguineos: ruficolores, quibus ama
rus abundat humor: atricolores, quibus ater: albicolores, phleg- G
matias ipſos, ideſt pituitoſos, nuncupant: rubicolores q3 &
ruficolores, morbos ab his perfectos, & atricolores,
& albicolores, dicunt. Neſcio tamen quomodo
multa artis teſtimonia omittentes, ea q3 ma
gis, quę morbi exquiſitum diſcrimen
præbere poſſunt, coloribus
ſolis perfectum infir-
mitatis diſcrimen
tribuerint.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE PLANTIS

Et eſt de Medicinis Occultis, quas noluit propalare, nec conſignare in libris ſuis alijs: quæ ſunt experimentatæ, & probatæ.

Per Dominum Grumerum Iudicem de Placentia, & per magiſtrum Abraham medicum, de Arabico in Latinum Marſiliæ translatus.

CENSVRA

Licet Spurius videatur, tamen Iacobus Forliuienſis, & Gentilis de Fulgineo, inter Galeni opera, vnà cum Humain, recenſent.

Gloſſa Humain, ideſt Ioannitij filij Iſaac.

CDixit Humain, Velle Galeni in hoc libro eſt repetere, quæ aggregauit in vita ſua de medicinis mirabilium proprietatum: & ego pluries ſum expertus, & nunquam fefellit experientia. Ideo q3 occultauit vt plurimum gentibus, ne alicui certificarentur, niſi ſpeciali homini digno ſapientia & ſapienti cognitione: & ideo non ſunt notæ cõmuniter omnibus. Et venit ad meam notitiam non translatio vna: & aggregaui ex eo ſolummodo quod verũ eſt, & quod expertus ſum: & curaui ex eo plurimos. Et quia iam me præceſſit alius Gloſſator huius libri nõ intelligẽs ipſum, propterea, quòd addebat & imminuebat quod non intelligebat in libro, cum propoſui gloſſare hunc nobilem librum, fui valde ſollicitus & frequens in addendo ipſum ſecundum poſſe meũ, poſtquàm ipſum examinaui cum alijs multis translationibus ante me factis de lingua Græca in Arabicam adhabi. 2. ia iafar Maomet filium Moiſi: & à Domino habeamus auxilium. Gloſſa tãtarum & medicinarum occultarum, & proprietatum ipſarum. Et ſunt quadraginta ſex plantæ.

Prima, *Dixit Galenus*, Arbor, quæ appellatur Alatelis zinzi nomine loci. Confert epilepſiæ, & triſtitiæ cordis quando ſuſpenditur in collo hominis, nec redit epilepſia penitus. Et multũ confert venenis mortiferis & morſibus venenoſis: & quando quis morſus eſt vel venenatus, & ex ea bibit, cõfert ei. ℂ *Dixit Humain.* Intẽdit Galenus dicere in dicto huius plantæ, Alatel zinzi, quę eſt illa planta quæ inter nos appellatur Pæonia, quòd ſicut planta iſta eius quæ bona vna eſt, quaDcunq3 forma frangatur, crux interius reperitur, ſic crux quæ reperit in planta Alatel, niſi q9 Pęonię eſt nigrum lignum deforis ſicut ebanus, & ideo appellatur Alatel zinzi: & iſtud lignum Pęoniæ appellatur Salcanebe. Et dixit Galenus, quòd quando iſtud lignum appenditur perſonæ habẽti epilepſiam, confortat. Et dicit quòd eſt multum magni iuuamenti, & fortis odoris, & cineroſi coloris deforis, & intus multæ albedinis: & melius ex eo quod intus habet cruces. Et dixit Galenus per veram experientiam hominis empirici, cuicunque cito in collo ſuſpẽdit, ceſſauit paroxiſmus eius. Et quando amici infirmi crediderunt eum curatum remouerunt appenſum, & ſtatim rediit ægritudo. Et tunc cum ægro redierunt in eadem nocte ad Galenum, & iuſſit appendi iterum dictam pęoniam ſuper ægrum, & ſtatim iterum receſſit acceſſio: & iterum remouerunt, & rediit: & repoſuerunt, & receſſit. Et ego Humain hoc opus ſum plurimum expertus, & repperi verum quod dicit Galenus. Et Ruffus de hac planta fecit librum. *Pæonia.*

Secunda planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ fluit ſanguinem menſtruorum, confert doloti ſtomachi, & matrici, & ventoſitati groſſæ, quæ eſt in matrice: & confert impetigini. ℂ *Dixit Humain.* Intentio Galeni in dicta planta quæ fluit ſanguinem menſtruorũ, eſt quædam planta, quæ eſt appellata Hygailem: & eſt planta multum ſpinoſa, & ſuæ ſpinæ ſunt ſatis maiores ſpinis plãtæ rubei, ideſt rumicis: & multũ naſcitur in locis petroſis. Et habet roſas rotundorũ capitum aggre- *Hygailem.*

gatorum non expanſorum confectorum: & ſua roſa habet pediculum, i. gambum, ſubtile ſicut pe E
diculum violæ, ſed eſt breuius pediculum pediculo violæ: & habet odorem odoriferũ vinoſum
& mirabilem odoratus huius roſæ delonge: & fit inde puluis odoriferus quem tenent apotheca
rij in Yrac. Et habet gummam rubeam, quod appellatur adendam, & eſt menſtrua ſuę plantę. Et
multoties contingit q̃ fluit ſuper ſtipitem ſuæ plantæ quoddam rubeum, quod aſſimilatur ſangui
ni, quod reſtringit fluxum ſanguinis vndecunq; ſit.

Cicuta. Tertia planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ naſcitur in foſſatis. Confert dolori iuncturarũ & ventoſitatibus frigidis: excitat partum: & confert ventoſitati matricis, et dolori dentium, & poda grę antiquæ. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus plantã quæ naſcitur in foſſatis, & eſt quæ appellatur in arabico Harmel id eſt cicuta maior: in Catalonia vocatur Stacoranzi: & intrat in magnis confectionibus, & in magnis pilulis.

Barba hircina. Quarta planta, *Dixit Galenus*, Planta, cuius ſemina comedunt columbi agreſtes, & caret foliis. Reſtringit fluxum ſanguinis, & incarnat vlcera ſtatim, & nõ indiget cum ea alia medicina, & fortificat mẽbra fluxibilia, & confert veneno. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus cum dixit planta, cuius ſemina &c. eſt planta quæ appellatur barba hircina, & in græca lingua appellatur Cioſatos: & eius radix appellatur in Arabico Carapit. Et quando piſtatur carapit, & miſcetur cum pul F
ueribus competentibus circa fluxum ventris, confert fluxui ventris, & fluxui ſanguinis.

Gentiana. Quinta planta, *Dixit Galenus*, eſt Planta, quæ quando cum ea lauantur manus cum alcanarle, ſtringit fluxum menſtruorum: & confert morſibus venenoſis: & aperit oppilationes, & ſpecialiter ſplenis: & abſtergit viſum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quæ eſt Gentiana appellata.

Anacardus. Sexta planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ naſcitur in India, quam non audent appropinquare ſcarabei. Augmentat intellectum & etiam memoriam, & rectificat colorem, & augmentat coitũ, & erigit virgã ſi ex ea epithimetur virga. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quę appellatur Anacardus, quam ſi ſcarabei appropinquent, ſtatim moriuntur. Et eius mel, ſi ex eo fiat epithima ſuper virgam, fortificat eam, & clarificat ſemen.

Lignum Balſami. Septima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę quando incidítur, confert eius granum & lignum, et quod inde exit, venenoſis, & morſibus venenoſis, & doloribus auris, & epilepſię: & facit deſcendere ſuperfluitates de capite: & confert omnibus infirmitatibus frigidis & humidis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus, dum dixit arbor &c. eſt arbor quę ante c̃ę euellatur, incidítur, eſt balſamum. Et cum incidítur, fluit oleum: & qñ ſcindítur & oleum inde exit, ſtatim moritur arbor. G

Arbor Salicis. Octaua, *Dixit Galenus*, Arbor longa quæ naſcitur in ripa fluminis, & habet folia aliquantulũ piloſa. Euellit verrucas, & cõfert quartanę ſuccus eius, & aperit oppilationes. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus dum dixit, arbor longa &c. eſt arbor ſalicis. Si ex ſalice fiat aqua ſublimata, & detur quartanario, eius elongat acceſſionem paroxiſmi: probatum eſt.

Arbor Derdelis. Nona, *Dixit Galenus*, Arbor qua vtuntur pictores, confert morbillis: & fortificat ſtomachum, & gingiuam: & ſtringit fluxum ventris: & quando fluxibilia cum ea emplaſtrantur, confert exituræ longaonis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit, dum dixit arbor qua vtuntur &c. de arbore Derdelis.

Agnus caſtus Decima planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ naſcitur in riuis, amputat ſperma & ipſum deſiccat: & acuit viſum: & confert fluxibilitati membrorum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus in hoc ſuo dicto, arbor &c. quæ vocatur Agnus caſtus, & quandoque appellatur arbor Mariæ, & arbor Abraham.

Planta Xillo carapte. Vndecima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ habet fætentem odorem, cuius grana non aſſimilantur faſeolis. Cum mulier capit ex ea vnum granum integrum, toto illo anno non impræ-
gnatur: & ſi plus capit, tot annorum differtur impręgnatio quot granorum facit captionem. H
ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus, dum dixit, arbor &c. eſt planta Xilocarapte.

Arbor Ellebori albi. Duodecima planta, *Dixit Galenus*, Planta, quæ in medio continet racemos, ſicut arbor pomorum paradiſi. Occidit vermes, & alia animalia: & quando colligatur cum vno grano ex ſuis granis, confert ophthalmiæ, & hemicraneæ: ferenda aufert lachrymas oculorum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Ellebori albi.

Granum Iuniperi. Decimatertia planta, *Dixit Galenus*, Cum qua curantur iumenta. Quando ex ea capit quis tria grana, & ligat in aliqua ligatia, & ſuſpendit in ſuo collo, facit hominem ſibi obedientem de eo quod petit: & iſtud granum cõfert epilepſiæ, & malę memoriæ. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quę appellatur Aratir, & vocatur lingua romana Ymbralicas, & vocatur grana Iuniperi.

Solatrum. Decimaquarta planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ naſcitur in vineis, cuius lignum eſt quadrangulatum. Cum piſtantur eius folia, & piſtantur cum aceto, & patienti tenaſmonem datur in potu, curatur: & qui biberit de ſucco huius arboris, nullo vino quod bibat inebriabitur: & ſimiliter ſi prẽgnans inde bibit, abortit. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Solatri, quam vocamus Maurellam.

Decima-

A Decimaquinta planta, *Dixit Galenus*, quæ naſcitur in foſſatis ciuitatum. Quando appenditur collo epileptici, curat eum: & ſi ex ea fiat ſuffumigatio epileptico, dum adeſt paroxiſmus, ſtatim recedit. Et quando decoquitur cum ſapa & melle habenti retentionem vrinę, & dolorem lateris, curatur ægritudo. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur Yringnis, & eſt appellata lingua romana Archanus. *Yringnis.*

Decimaſexta Planta, *Dixit Galenus*, Planta ſuper quam quando cadunt aues maſculi, cadunt inde ſtatim mortui. Confert morſibus venenoſis, & ventoſitatibus frigidis, & apoſtematibus duris: & diſſoluit podagram: & augmentat ſperma, & fortificat virgā: & quando ex ea fit ſuffumigatio, confert febri quartanę. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ eſt Albeam in lingua Græca vocata dorſogiara, & eſt ſpecies Iuſquiami indici, & in lingua perſica vocatur Alſmear, & eſt arbor indiana. *Species Iuſquiami.*

Decimaſeptima planta, *Dixit Galenus*, eſt planta, quæ quando eam mulier prægnans videt, ſtatim abortit, & moritur in eius ventre fœtus. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta in lingua Arabica appellata occidens patrē: & ſignificat in græca Aconiton: & dicit Iudęus quod eam vocamus herbam Lupanariam. *Herba Lupanaria.*

B Decimaoctaua planta, *Dixit Galenus*, Arbor quæ quando eam comedunt ſcarabei, ſi eius odorem ſentiunt, ſtatim moriuntur. Confert apoſtematibus calidis: & eius cinis cōfert vlceribus antiquis. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Fuſteci. Dicit Iudæus quòd eſt lignum glaucum, quo tingunt tinctores. *Arbor Fuſteci.*

Decimanona planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę appellaī Portulaca agreſtis. Et aperit oppilationes, & tollit ſuperfluitates humorum, & confert quartanæ, & apoſtematibus calidis. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore Cuſcutę: & habet nomen Iteroc, quòd non habet radices: & habet venas quę circumuoluuntur alijs arboribus, ſine radice. *Arbor Cuſcuta.*

Vigeſima planta, *Dixit Galenus*, Arbor quę quando aues ſuper eam ſedent, adhęrent ita quòd eleuari non poſſunt, & vocatur Digil. Diſſoluit apoſtemata, & deſiccat vlcerationes, & confert dolori aurium, & augmētat ſperma, & fortificat membra. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta viſci, & vocatur lingua græca aliſcat. Et hoc nomine vocatur, quia quādo interius fructus eſt atſiuntur, & inde tingitur lignum vel planta, ſi poſtea ſuper ſic tincto ſedeant aues, capiūtur: & ea multum vtuntur aucupes. *Planta Viſci.*

Vigeſimaprima planta, *Dixit Galenus*, Plāta quæ vocaī Amidela indica, Augmentat virtu
C tē membrorum, & augumentat coitum & memoriam, & confortat neruos, & confert cerebro. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ naſcitur in India, & vocatur in lingua Arabica Aſel: & Sel eſt fructus interior mali granati indici, et exterior pars dicti mali granati vocatur Bel: in Auicenna reperies, vt dicit Iudęus. *Fructus Mali granati.*

Vigeſimaſecunda planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ dicitur Planta crepatorum. Deſiccat humiditatem, & confert apoplexiæ calidæ. Et vocatur planta crepatorum, quia quando piſtatur & ſuperponitur loco crepato, conſolidat, & ei confert. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur nux Cupreſſi. *Nux Cupreſſi.*

Vigeſimatertia planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ vocatur Rubicundam, virtutis magnę. Confert apoplexię calidę, & retinet fluxum ventris, & incipit materiam cholericam, & vtimur ea in pluribus cibarijs. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore, quæ vocatur Coriandrum humidum. *Coriandrum.*

Viceſimaquarta plāta, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ vocatur Lingua loquens, & verbum trā-
ſiens. Quando comburitur, & ponitur ſuper venam fluentem ſanguine, reſtringit fluxum citò: & confert prurituī dentium, & deſiccat vlcus: & retinet fluxum menſtruorum, quando ex ea fit peſ
D ſarium in vulua. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ vocatur arabicè Burdi. Dicit magiſter Abraham, quòd eſt intus ſuper palea, quo papiri loco vtuntur apothecarij in Alexandria: quæ quando comburitur prodeſt, vt dicit Galenus. Et ideo habet dicta nomina, quia per papirum loquimur, & verba tranſmittimus, ſcilicet in epiſtolis. *Burdi.*

Vigeſimaquinta planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ vocatur planta menſtruorū. Confert retentioni vrinæ, & morſibus venenoſis confert, & confert ſciaticæ, & diſſoluit ſanguinem compactum in veſica. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de arbore quæ vocatur Mederat, i. planta deaurata, quia eius folia habent colorem auri: & vocatur planta menſtruorum, quia quando piſtantur eius folia, inde fit peſſarium in vulua, & confert fluxui menſtruorum. *Planta Menſtruorum.*

Vigeſimaſexta planta, *Dixit Galenus*, Planta eſt, quę vocatur Palpebra oculi. Confert dolori dentium, & deſiccat vlcera, & incidit ſuperfluitates, & incarnat, & eſt mirabiliter abſterſiua, & ideo multum facit macreſcere. ℭ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quæ vocatur Arabicè Mamiren ideſt Chelidonia, quæ habet virtutem curādi oculos propriè: quę quando piſtatur curat omnes ęgritudines palpebrarum, ſiue ſit ibi ſcabies, ſiue lippitudo, ſiue grauitas, vel quid ſimile. *Chelidonia.*

Vigeſimaſeptima planta, *Dixit Galenus*, eſt planta, quæ vocatur Lampas oculi. Et eſt de mortiferis *Condiſi.*

tiferis medicinis,qñ homo non vtitur ea ſapienter: & eſt de medicinis,quę faciunt vomere: & nõ E
vtuntur ea niſi pauci medici. Et expellit omnes humores phlegmaticos de ſtomacho: & inde fiũt
caputpurgia. Et quando traditur in potu,prouocat vrinam,& menſtrua,& ſi inde aliqua quanti
tas ſumatur. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quę vocatur Condiſi. Ideo appellata
Lãpas eſt,quia ſua plãta translucet de nocte,ita quòd quãdo itinerantes eam de nocte vident,non
indigent alio lumine: & cum plus appropinquant ipſi plantę, ipſius minuitur lux, adeo quòd
quando illuc venerunt vbi eſt,defecit lux.

Vigeſimaoctaua planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quę vocatur Deceptor hominum. Confert
cardiacę vel tremori cordis,& fortificat cerebrum: & confert epilepſię,& paralyſi,& torturæ oris,
& ęgritudinibus antiquis,quando miſcetur cum aliis medicinis temperantibus eam. Et quando
ſola capitur in magna quantitate,occidit: & ſi in parua,inebriare facit. ℂ *Dixit Humain*, Intelli-
git Galenus de luſquiamo,ideò quia deceptor aliquis cum diſcurrit per orbem,ingeniatur miſce-
re cum ſuis cibis: & quando obuiat mercatori in itinere,inuitat eum ad ſua cibaria, & ad potandũ
ſecum,quouſque inebriatus eſt,& poſtea depredatur eum: & propterea vocantur ea vtentes aues
quia * mancos.

Papauer nigrum. Vigeſimanona planta, *Dixit Galenus*, eſt planta,quæ vocatur inſipidi odoris. Confert omni F
bus,quibus proxima ſuperior: & oportet quòd debeas adæquare ſuper æqualitatem, quia mali-
tioſa eſt, ſicut ſuperior. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Papaueris nigri,de cuius
ſucco fit opium. Sed appellatur hoc nomine,quia quando eius ſuccus qui eſt opium, datur in po
tu vſq; ad quantitatem quæ occidit,& ſuperuenit medicus ſic potato,inuenit potatum impoten-
tem ad loquendum,& ad membra mouendum. Et ſi medicus eſt ſubtilis intellectus, faciat inungi
membra & fricari forti fricatione,quouſq; palma fricantis ſentiat membra fricata calefieri: & dein
de tradat ad odorandum odorifera: & cum multum fricauerit,odoret palmas proprias, & ſentiet
odorem Opij: ſic q; cognoſcet infirmum opio potatum: & tunc curet eum cum medicinis remo
uentibus malitiam opij: & ita facit bonus medicus.

Granum indicum. Trigeſima planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ reperitur inter alia fata. Retinet fluxum ſan-
guinis,& deſiccat vlcera: & quãdo piſtantur eius folia,& ſupponitur apoſtematibus,diſſoluit ea:
& eſt de fortibus laxatiuis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta cuius granum voca-
tur Granum indicum. Et eius ſunt duæ ſpecies ſcilicet ſylueſtris quę non eſt bona ad vtendum,&
alia domeſtica: & vt plurimum nãſcitur inter alias arbores, & propterea dicto nomine vocauit
eam Galenus. G

Qualula. Trigeſimaprima planta, *Dixit Galenus*, Auis eſt quæ appellatur Auis quę occidit à tonitruo.
Et eſt auis cuius fel confert quinto de. i. cephalicæ: & eius ſanguis confert dolori auris: & quan
do comeditur confert cordi,& lætificat ipſum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de aue quę
dicitur Curue, quę nunq; eſt foris quando ſentitur vel audit tonitrua. Et quando eſt tempus pluu-
ię, hęc auis cum alijs ſuę ſpeciei venit ad ripam maris,& abſcondit ſe in conchis ne audiat ſonũ
tonitrui, quoniam ſi audit ſtatim moritur: & quando tempus pluuiæ & imber recedit, exeunt, &
remanent,& morantur in locis humidis. Credit Iudęus,quòd ſit qualula.

Lapis Aquila. Trigeſimaſecunda ſpecies, *Dixit Galenus*, Lapis qui vocatur generans aquileum. Ligatur co-
xę parturientis,vel cum ipſum in manu tenuerit,facile educit partum ſine labore. ℂ *Dixit Hu-
main*, Intelligit Galenus de lapide qui intus habet lapillum paruum ad inſtar armillæ, & ſentitur
cum vibratur,& eſt groſſitudinis vnius nucis. Et cum aquilæ fœminæ non poſſunt parere,maſcu
li portant de terra Indiæ hunc lapidem de loco ignoto,& ipſum ſupponunt aquilę,& parit ſtatim
oua. Et hic lapis non reperitur niſi in nidis aquilarum: & vocatur lingua Romana Immarion,cre
do quod ſit lapis prędnantis.

Caminar. Trigeſimatertia planta, *Dixit Galenus*, eſt planta quę eſt appellata Infrigidatrix inflationis. H
Confert Sodę i.cephalęę quę eſt ex fumoſitate cholerę: & quãdo ſupponitur loco dolenti,ſtatim
curatur,& aufert dolorem: & cum ponitur in camera alicuius febricitantis, ſtatim tollit febrem.
ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta quę vocatur in lingua græca Comînar. Et appel
latur hoc nomine quia refrigerat inflationem. Cum homo capit ex ea, & intrat in balneum bene
calidũ,videtur ei,quòd nullus ibi ſit calor,immo quòd aer ſit frigidus. Et vocatur Darſeni Deſen.

Lapis Adamas. Trigeſimaquarta ſpecies, *Dixit Galenus*, Lapis dæmoniacus. Cum apponitur alicui parti cor-
poris,nunq; finit illud corpus pati apoplexiam,paralyſim,vel torturam oris: nec operabuntur in
tali corpore medicinę venenoſæ, nec patietur minutionem ſenſus. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit
Galenus de lapide qui vocatur lapis demens,qui incidit alios lapides: & artifices nõ poſſunt ſcul
pere alios lapides ſine iſto. Et de his lapidibus multi inueniuntur,& maiores ipſorum non exce-
dunt magnitudinem vnius barat. Sed ideò appellatur lapis demens quia in ea parte, vbi eſt, ne-
mo eſt epilepticus: & eſt lapis, qui non cedit ferro,nec comburitur igne. Et vocatur in lingua
greca Catidion: & eſt Adamas vt dicit Iudęus.

Auis quæ nũquã ſatiatur. Trigeſimaquinta ſpecies, *Dixit Galenus*, Auis eſt,quę vocatur in lingua græca Aaron, & lin-
gua perſica Exquicobion. Eſt talis naturæ,quòd qui comedit de eius hepate, inuenit augmẽtum
magnum

A magnum virtutis appetitiuę,& fortificatur corpus eius. Et ideò comedũt eam pugiles ad eorum corpora fortificanda,& idem faciunt mulieres. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de hepate auis quæ sua natura nunquã satiatur propter fortitudinem suæ digestionis: quæ bene egerit,quic quid comedit & citò. Et de natura eius est quòd vult quietẽ,& stare in locis altis,& non vult stare prope terrã, immò super arbores vbi sunt boni fructus: quibus fructibus deficientibus recedit.

Trigesimasexta species, *Dixit Galenus*, est Cerebrũ auis quæ facit vigilias. Quando de suo cerebro sicco,& puluerizato capitur 3j, & inde fit caputpurgium cum oleo ex amygdalis,non sinit hominem dormire de nocte. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de aue quã Græci appellant Anron, quæ auis nunquã dormit de die vel de nocte: nam de die sibi quærit victum suum, & de nocte vigilat: & habet magnam vocem,& non sinit de nocte cantum vsq; ad matutinos, deinde aliquantulum quiescit: & vocatur Alchigar. *Auis, quæ nũ quam dormit.*

Trigesimaseptima species, *Dixit Galenus*, est planta quæ nascitur in ripis fluminum. Multum cõfert tenasmoni, & extinguit caliditatem hepatis,& lenificat siccitatẽ palati cõtingentẽ ex fluxu cholerę, & confert apostematibus calidis. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta psillij. *Psillium.*

Trigesimaoctaua planta, *Dixit Galenus*, est planta quę vocatur Honor exercitus. Augmentat
B sperma,& rectificat erectionem virgæ,& frangit lapidem qui est in vesica,& confert dolori dorsi, & dolori neruorum,& paralysi,& torturæ oris. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta, quę appellatur Alasat,idest tribuli marini,vel cicerum Imperatoris. Et vocatur hoc nomine quia sternitur circa barbas exercitus,ad fortificandum exercitum contra inimicos. *Tribuli marini.*

Trigesimanona planta, *Dixit Galenus*, quæ vocatur Arbor cantharidum. Purgat phlegma, & humores grossos,& mundificat corpora repleta.Et nominatur arbor cantharidum ratione qua alibi in alio libro dicemus. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta Turbit,& vocatur arbor cantharidum, quia cantharides morantur iuxta turbit. Et cum homines volunt incidere & euellere turbit,incidunt & proijciunt ad partem,& sinunt siccari ad Solẽ,& tunc cantharides intrant in suis cannulis: & ideò turbit non est bonum nisi cannulatum. Et propterea cum peruenit in manus periti medici,non vtitur eo in suis medicinis vsq; quo aperiat cãnulas,& ipsas mundet à cantharidibus.Et cũ peruenit ad manus imperiti medici,pistat ipsum sine dicta apertione & mundificatione,& eo vtitur in suis medicinis,& tũc facit magnas tortiones,& damnum magnum: & ex tunc peritus medicus tales curat cum ijs, quæ curant malitiam cantharidum. *Turbit.*

Quadragesima species, *Dixit Galenus*, Lapis Iudaicus,qui expellit aquam citrinã hydropico-
C rum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de lapide Indico qui appellatur Arlas,& est cognitus inter sapientes. Et nomen huius lapidis est quòd quando superponitur hydropico, deficcat aquã citrinam & eam tollit, ita quòd si homo ponderetur, anteq; ei superponatur, & post iterum ponderetur, inueniet manifeste diminutum,quantum de aqua citrina diminuit: & subtiliat corpus quousq; de dicta aqua nil remaneat.Et est hic lapis de sua natura leuis,natans super aquam. Et cũ hic lapis deficcauit dictam aquam,& postea ponitur ad Solem,& ibi relinquitur, Sol trahit inde quicquid ibi est de aqua,& sic redit ad pristinum statum. *Lapis Iudaicus.*

Quadragesimaprima planta, *Dixit Galenus*, Planta quæ appellatur Occidens pulices. Dissoluit humiditates ex corpore: & cũ ex ea fit gargarisma,purgat paulatim caput ab humiditatibus, & calefacit corpus. Et intrat in multa vnguenta vtilia paralysi & torturæ oris. Et quando epitima fit ex ea virgæ,tempore quo quis vult coire,facit appetitum coeundi,& statim adiuuat ad spermatizandum. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta sic nominata,quia quãdo pulices super eam cadunt,statim moriuntur. *Herba pulicaris.*

Quadragesimasecunda species, *Dixit Galenus*, Planta basilitonica.Augmentat sperma, & augmentat voluptatem coeundi,& erigit virgam. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de planta
D Vntar,i.vrticæ. Et quando ex ea tangitur corpus humanum,rubefit & ampullatur, & facitpruritum,qui tollitur post cum vnguentis frigidis. Et illud quod tollit hanc suam malitiã,est iusquiami quarta pars 3j, cum 3 xx secani abiy,i.sirupi acetosi: & habet magnam amaritudinem. *Vrtica.*

Quadragesimatertia species, *Dixit Galenus*, Piscis, qui vocatur Prouocator menstruorum. Confert fel eius epilepsiæ,quando ex eo fit caputpurgium ad quantitatem vnius grani hordei.Et quando pistat hepar eius,deficcat,& inde fit caputpurgium: & confert hæmorroicis, & stringit fluxũ sanguinis vndecunq; fluat. Et nodus medius nodorum spinæ huius piscis quando sumitur in ore,tempore,quo quis appetit coire,statim desinit appetere coitum. Et vocatur sic,quia prouocat menstrua,vt prædictum est. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de pisce,qui vocatur Caras, & dicitur quod est cete. Sed ideò sic vocatur,quia est magnus piscis: de quo nauigantes timent, ne rumpant nauigia. Et propterea nauigantes secum deferunt pennas tinctas de sanguine menstruorum,quas proiciunt in mare,cum perpendunt hos pisces,& statim pisces sentientes pennas fugiũt,& nauigia relinquunt. Et dicitur quod est piscis qui vocatur Alchautias: & dicitur quod est tinham, qui reperitur in flumine babilonico. *Piscis fcere.*

Quadragesimaquarta species, *Dixit Galenus*, Gummi caudarum.Mollificat dura apostemata, & membra dura,& omnem duritiem remouet vesicæ,& confert dolori pectoris,& superponitur *Hyssopus humida.*

in locis

in locis conquaſſatis, & ſtatim cõfert. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de hyſſopo humida, E
i. vnctuoſitate quæ aggregatur in caudis ouium tam diu, donec aſſimiletur nigro gummi: & propter ea hoc nomine vocatur.

Mumia. Quadrageſima quinta ſpecies, *Dixit Galenus*, eſt planta quæ vocatur Menſtrua montium. Et confert ad mollificandum duritiem, & omnem conquaſſationem & dolorem neruorum, & ruptu
ræ oſſium, & quod de oſſibus rumpit iuxta coſtas, & mollificat corpora. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de mumia ideò, quia mumia defluit de iſtis altis montibus ad minus altos: & defluit paulatim ad inſtar menſtruorum. Et dicitur quòd exit de vna Crotta inter duos lapides ab altiori loco ad minus altum: & aggregatur in terra ſuper vas, quod ei paratur ad ipſam recipiendã. Et illis crottis ſuperſunt cuſtodes magnatum, qui cuſtodiũt quod ex ipſa aggregatur propter magnam penuriam. Et quando ex ea bibit ruptus vel conquaſſatus, conſolidatur inde víq; ad viginti tres horas. Et ex ea quando datum fuerit in potu multis animalibus ruptis & conquaſſatis, per veram experientiam repertum extitit medicamen accedere ad locum rupturæ, & circumuoluere ſe ei circa rupturã in modum filorum ligatorum. Et dicitur, quòd quando ex ea quid modicũ diſſoluitur cũ axungia porcina recenti & bene incorporatur, & ponitur in aurẽ ſurdã, curat eã.

Aſpaltum. Quadrageſimaſexta ſpecies, *Dixit Galenus*, Filius aquæ. Mollificat duritiem, & exiccat vlcera, & confert morſibus venenoſis, & mollificat membra dura. ℂ *Dixit Humain*, Intelligit Galenus de Aſpalto Iudaico. Et ideo hoc nomine vocatur quia reperitur in marina ferẽte in terra Iudeorũ. F

ℂ *Dixit Humain*, Hæ ſunt ſpecies plantæ, & gummi, & animalia, quæ Galenus occultauit, & etiam abſcondit in ſuis libris medicinalibus. Et ſunt in numero Quadragintaſex.

FINIS

Aα Bβ Cγ Dδ Eε Fζ Gη Hθ Iι Kκ Lλ Mμ Nν Oξ Pο
Omnes ſunt quaterniones, præter Kκ quinternionem & Pο ternionem.



VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAEANTONII IVNTAE.

